GLOSSARIUM SUIOGOTHICUM,

IN QUO

TAM

HODIERNO USU
FREQUENTATA VOCABULA,

QUAM

IN LEGUM PATRIARUM TABULIS ALIISQUE ÆVI MEDII SCRIPTIS OBVIA EXPLICANTUR,


ET

EX DIALECTIS COGNATIS, MOESOGOTHICA, ANGLO-SAXONICA, ALEMANNICA, ISLANDICA CETERISQUE GOTHICÆ ET CELTICÆ ORIGINIS ILLUSTRANTUR.

AUCTORE

JOHANNE IHRE.

TOMUS PRIOR.



UPSALIÆ Typis EDMANNIANIS Anno MDCCLXIX.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

I. N. 7.

PROOEMIUM.

Prodit jam, Lector Benevole, Glossarium illud Suiogothicum, cui ut olim magnam partem melioris ætatis, ita jam ad ſenium vergentis horas, quam per alias officii rationes potui, plurimas impendi. An operæ pretium fecerim, & annon alio curas meas utilius convertiſſem, ſera quidem jam deliberatio eſt: interea tamen, ſi vel cum exiſtimationis meæ jactura fiet, nunquam tamen pœnitebit, laborem ſuſcepiſſe, quo reverentiam meam erga illuſtriſſimos Regni Suiogothici Ordines, qui hoc mihi muneris gratioſiſſime injungere voluere, teſtatam reddere liceret. Me quidem, antequam ſtilum chartæ apponerem, non præteriit, vere dixiſſe olim virum eruditum, neminem facilius aliorum ludibriis ſeveriorique cenſuræ ſe exponere, quam qui vocum etymologias venatur, quum qui cauſſæ judices futuri erunt, hoc eſt docti indoctique, pro ratione & judicio, imaginationis, non ſemper exercitatiſſimæ, impetum ſæpe ſequantur, & id obelo notent, quod primo ſtatim intuitu aſſenſum non impetrat. Sunt quidem in campo Etymologico multa, quæ pro indubiis haberi poſſint, ſed longe tamen plura, quod ingenue fateor, quæ ultra probabilitatis majorem minoremve gradum evehi nequeant. Horum vero eadem ac imaginum cauſſa eſt, quas dum faciei repræſentatæ alter ſimillimas eſſe affirmat, alter, qui negat, argumento alio opus non habet, quam quod ſui intercedant oculi. Ne autem, hoc dum dico, omnem in originem Linguarum inquirendam impenſum laborem fruſtraneum eſſe, ipſemet arguere exiſtimer, paucis inſtituti mei rationem pandam.

Omnes in univerſum Linguas ab una eademque matre prognatas fuiſſe, æque certum arbitror, ac ex S. Scripturæ indicio conſtat, ab uno hominum pari totum genus humanum prodiiſſe, nec Linguarum innumerabilem numerum & diverſiſſimam faciem huic veritati magis obeſſe, quam diſſimillimam lineamentorum, colorum, ſtaturæ formam communis originis certitudinem labefactare queant. Sequitur inde, ut aliquoto cognationis gradu, ſed per monumentorum defectum hodie inexplicabili, omnes homines inter ſe connexi ſunt; ita etiam ad unam & primigeniam omnes per ſuam naturam reduci Linguas, etiamſi per noſtram ſcientiam & poſt tot ſecula hodie earundem cognatio & ſenſim facta immutatio ob oculos poni nequeat. Porro, ut qui genealogias contexunt, Arcadum more ultra Lunæ ortum natalium indaginem non extendunt, ſed eousque procedunt, quoad Hiſtoria & certiora alia indicia facem præferunt, & ubi illa deficiunt, ceteros omnes pro alienis habent; ita & Etymologus, niſi Lectores ſuos beccefelenas boni conſulturos, in animum induxerit, Linguæ, in qua elaborat, geneſin preſſe ſequitur, nec alias in ſubſidium vocat, quam a quibus eam originem duxiſſe, Hiſtoriæ declarant, & reſidua cognati ſermonis indicia luculenter demonſtrant. Hinc non poſſum non eorum induſtriam male collocatam exiſtimare, qui cum Europæis Linguis modo Sinicam modo aliquam Americanarum contendunt, quippe quas aliquid affinitatis habere, exigua, quæ afferunt, harmoniæ exempla nunquam perſuadebunt. Quin immo ſi fingas, inter duos treſve conve-

Digitized by Google

veniſſe, ut ſinguli ſuum comminiſcerentur novum loquelæ genus, quovis pignore certavero, licet id vel ſtudio caverent, fore tamen, ut varias συγχυσίαις audax Criticorum genus reperturum foret.

Certum vero eſt, ut dixi, omnes omnino Linguas a centro primigenio prodire, easdemque, longius ab eodem puncto productas, a prima origine magis magisque recedere, donec tandem ſpatium, quod inter ſe deſcribunt, non poſſit non immenſum esſe, idque ita, ut Linguæ, quæ primum in diverſas dialectos abiere, deinde varias Linguas progenuerint, non minus diſſimiles, quam ab Europæ incolis Æthiopas.

Prima itaque Etymologi diſquiſitio eſſe debet, cui quibusve Linguis ſua originem debeat, quotoque cognationis gradu ſingulæ illam tangant, ita evitaturus, ne hinc obvia quæque temere arripiat, inde ne peregre id quærat, quod vel ante pedes vel in vicinia ſponte ſeſe offert. Ea vero multorum magnorumque Virorum indoles fuit, ut ſi qua in Lingua egregie verſati fuerant, eo omnia pertrahere lubenter voluerint. Ut quicquid MIDAS attigit, aurum fiebat, ita quicquid ſub manus PEZRONII venit, Celticum illico erat, quod ſub BOCHARTI, at quanti viri! Punicum aut Arabicum. MERICUS CASAUBONIUS, PERIONIUS, HELWIGIUS, quum animadverterent, quam multa cum Græcis communia habeamus, ab orbe Gothico univerſo Helleniſticum fecere. THOMASSINUS repudiatis ceterorum conatibus ab Ebraicis fontibus omnia immediate derivavit, molimine majori quam ſucceſſu feliciori. Prætereo GOROPIUM BECANUM, cujus audacia Etymologica in proverbium abiit, quique ſi tam indoctus fuiſſet, quam in fingendo temerarius, ad Anticyram in perenne exilium jure ſuo miſſus fuiſſet. Ego ut media tutior incederem, hanc mihi legem fixi, ut in indagando verborum ortu omnium primo veterem Linguam patriam in ſubſidium vocarem: ubi illius promtuaria me deſtituere, Scriptores Iſlandicos conſului, utpote quorum ſermo ante novem ſecula a noſtrate diverſus non fuit, & a peregrinarum gentium illuvie intactior deinde permanſit. Proceſſi porro ad Linguas Alemannicam & AngloSaxonicam, non inficiandas Gothicæ noſtræ ſorores, & demum ſubſiti ad Mœſogothicam, ceterarum matrem, ſed cujus reliquias adeo exiguas eſſe, merito dolemus. Porro quum Gothi Celtæque unius ejusdem Scythicæ proſapiæ ſurculi ſint, Celtica vero Lingua in Cambro-Britannica & Aremorica ſuperſtes eſſe, merito ab eruditis cenſeatur; illam tanto minus prætereundam cenſui, quanto luculentiorem ejus cum vetuſtiori Gothismo conſenſum mihi viſus ſum deprehendere. Porro quum Scythæ Græciæ accolæ eſſent, & qui eorum Pelasgi vocabantur, Græciam ante Hellenum adventum tenuerint; rationem mihi inveniſſe viſus ſum, cur tanta inter utriusque gentis Linguas cognatio reperiatur, quod idem de L. Latina, ambarum propagine, valere ſum arbitratus. Tandem quum ab Orientalibus plagis in Europæas primi haud dubie incolæ advenerint, diſpiciendum duxi, quid primigenii hujus ſermonis reſiduum permanſerit. Fecere etiam mutua populorum commercia & ſedium vicinia, ut in cognationem L. Perſicæ cum noſtrate inquirendum duxerim. Habes hic ſchema & methodum totius operis, ut autem, quo fundamento hæcce, quam verbo tetigi, cognatio nitatur, certius conſtet, permittes, ut in atrio Te detineam, dum de ſingulis nec non de modo nominatarum filiabus nonnulla prælibem, in quantum a Lingua Suethica quidpiam vel mutuatæ ſunt, vel eidem commodarunt. Optaſſem equidem, ut Sclavonicarum Linguarum aliquali notitia imbutus fuiſſem: non enim dubito, quin illæ multa contineant, quæ ScythoGothicis Linguis lucem haud exiguam additura eſſent: præſertim quum gentes Sclavonicæ, perinde ac nos, Scytharum genuina propago ſint, Getis permixtæ vixerint, illasque hodie regiones teneant, unde primi gentium borealium Statores prodiere. Sed quum nihil æque reformidem, ac incomperta proferre, curam hanc aliorum indagini relinquere debui. Animadverti quippe, rarius Etymologo vitio verti, quæ prætererit, quam quæ male aptata adduxerit.

Porro quum Linguæ ſenſim & per partes immutentur, inter præcipuas meas curas duxi, diſpicere, quæ in Lingua Suecica variationis leges obſerventur, hoc eſt, quæ litteræ inter ſe alternent, ſive intra noſtros fines, ſive in vocibus peregre advocatis, quam cautionem qui negligunt, a foro Etymologico utilius ſe abſtinerent. Et ita rationem de-

dimus

Digitized by Google

dimus duarum partium, quibus hæc noſtra Prolegomena conſtabunt: quarum prima in Linguas inquiret, quæ cum noſtrate aliquid commercii habent, altera litterarum permutationes ſiſtet.

SECTIO PRIMA.

LINGUA EBRÆA.

Dum mecum conſtitui, illas recenſere Linguas, quæ cum Suio-Gothica neceſſitudine propiori junctæ ſunt, primum locum jure ſibi vindicat Ebræa, utpote quam generi humano coævam eſſe, validis rationibus probarunt eruditi, & in qua adeo non poteſt non probabile eſſe, plurimarum hodie vigentium Linguarum ſtamina invenienda eſſe. Porro cum Lingua Scythica, cujus propaginem noſtram cognatasque plures eſſe, infra docebimus, ſecundum Ebræam antiquiſſima ſit; fieri non poteſt, quin ſub ea viciſſitudine, cui omnes ſubſunt Linguæ, varia in hac remanſerint, quæ primævæ cognationis indicia perhibeant. Et illo fundamento nixos quam plurimos eruditorum origines Linguarum Europæarum ex Oriente deduxiſſe videmus: & quia non pauca feliciter ſucceſſerunt, operoſo labore quicquid habent Linguæ Occidentales ab Ebræa derivare, aggreſſi ſunt. Et ſane campus hic eſt, ubi ingenio & vividiori imaginationi frena facilius quam uſpiam alias permitti poſſunt, præſertim quum Linguarum Orientalium plures ſint dialecti, atque adeo, quod una negat, altera ſuppeditare queat, quum porro in illis non ſolum vox una plures diverſiſſimasque habeat ſignificationes, ſed etiam unius ejusdemque rei longe plurima, inprimis in Arabica, dentur ſynonyma, & tandem variarum litterarum præſertim gutturalium ſonus, Occidenti peregrinus, conjecturis uberem materiem præbeat. Ego vero, ut mihi faciendum putavi, ne hinc teſtatæ veritati obloquar, inde minima qualibet conſonantia permovear, ut ex Septentrione in Orientem ſaltum faciam; aliter Ebræas origines ſequi auſus non ſum, quam quatenus Linguæ antiquiores & Aſiaticis regionibus propiores demonſtrarunt, per quos alveos a primo hoc fonte ad nos ſingula dimanaverint. Nam uti ultro faſſi ſumus, cum genere hominum eorundem etiam loquelam per Europæum orbem diditam fuiſſe; ita perinde certum eſt, tot ſeculorum decurſum non poſſe non effeciſſe, ut adeo immutata ſit pars vocabulorum multo maxima, ut Delio natatore opus habeat, qui variationis hujus ſeriem indagare hodie voluerit. Rem ut unico exemplo illuſtrem, adferam voces L. Ebrææ numerales, quo teſtimonio non illibenter utor, quum illæ in omnibus fere Linguis ſynonymis fere careant, & præterea inflexiones raro ſubeant. In illarum numero invenimus שש (*ſcheſch*) i. e. ſex & שבע (*ſchæba*) ſeptem, quæ ambo exigua cum variatione in omnibus fere Linguis recurrunt. Nemo itaque dubitare poteſt, quin hæ numerorum appellationes Orienti debeantur: immo nec major ambigendi ratio eſt, cetera, quæ præcedunt, quæque ſequuntur numerorum nomina indidem profecta eſſe, licet operam fortaſſis luderet, qui e. g. quomodo a חמש (*kameſch*,) Lat. *quinque* vel *πέντε* vel noſtrum *fem* prodierint, oſtendere vellet. Meo judicio, quæ heic conſpirant, generis & originis communionem teſtificantur, quæ vero plura abludunt, non recentem eſſe Linguarum Europæarum a ſua alumna ſeceſſionem indicant, diverſitatemque ſeculorum intercedentium numero convenientem produnt.

Quod de notis numeralibus attuli, de pluribus aliis valere exiſtimabis. Scilicet, ubi vocem aliquam in noſtrate Lingua deprehendis, quam cognatæ reliquæ poſſideant, quæque olim in Latio & Hellade in uſu fuerit; judicabis facile, ex communi fonte, qui non poteſt non Scythicus eſſe, eandem profluxiſſe; & ſi porro eadem in L. Ebræa agnoſcatur, evidens eſſe arbitraberis, primam inde ſcaturiginem petendam eſſe. Ita boum arma *born* vocant omnes dialecti Gothicæ, quumque eadem in Latio *cornua* audiant, & in Hellade, cum aliqua terminationis varietate, *κέρατα*, nihil non in dubium vocaturum reputa, qui, ab

Ebræo

Ebræo קרן (*kæræn*) cetera prodiiſſe ambigit. Sic a דד (*dad*), mamma, Chald. תד, תדא (*tad*, *tada*) certum eſt, Ulphilanum *addjan*, lactare, proveniſſe, quum Græci idem membrum τιτθὸς appellaverint, & dialecti Scythicæ exigua cum differentia idem vocabulum ſervaverint. v. in *Tiſſe*. Tom. II. *Gloſſarii* p. 910. Jam dudum obſervarunt alii, a קול (*kol*,) vox, prognatum eſſe Græcum καλεῖν, vocare: quumque veteres Latini *calare* eodem ſenſu frequentaverint, nihil impedit, quo minus noſtrum *kalla* prioribus cognatum eſſe arbitremur. Ingentem ſimilium farraginem adferre poſſem, ſi id in præſentia agerem, in primis ſi vetuſtioris Linguæ Gothicæ vocabula in cenſum vocarem, quæ, quo origini ſuæ propior eſt, eo etiam credi debet, plura cognationis indicia ſervare. Sic apud majores noſtros *gædas* lætari denotabat, quod quam proxime accedit ad Lat. *gaudeo* & Gr. γάδομαι atque γηθέομαι, unde porrò deducimur ad Ebr. חדה (*kadab*), quod idem ſonat. *Hoga* priſco ævo cogitare denotavit, Mœſog. *bugjan*, Græce ἡγέομαι: in antiquo Latio *cogo* (conf. frequent. *cogito*) unde vero hæc omnia niſi ab Ebræo הגה *bagab*, meditatus eſt, cogitavit? Pronomen demonſtrativum Ebræi habent זה זו זות, (*ſæ ſu ſotb*) is, ea, id, quod idem perexigua cum variatione in L. Mœſogothica recurrit *ſa*, *ſo*, *thata*: quumque in L. Iſlandica ſcriptisque medii ævi Suiogothicis uſitatiſſima ſint *ſa*, *ſu*, *that*, e. g. *ſa madur*, vir ille, *ſu qvinna*, femina illa, *that land*, terra illa, & Anglo-Saxones pariter uſurpent, *ſe*, *ſeo*, *thæt*, dubium eſſe non poteſt, quin continente alveo ab oriente ſingula hæc promanaverint. Qui porro reliquas Scythicæ proſapiæ Linguas examinaverit, obſervabit, quemadmodum illæ longius ſenſim ſenſimque deflexerint, relictis tamen haud ambiguis primævæ originis veſtigiis. Nam unde Gothicum *thata* eſt, inde non potuit non oriri Gr. τεῦτο (licet longius receſſerint ἄτος & αὐτή, ς nempe in aſpirationem converſo) & quamvis Latina *is*, *ea*, *id* a primo fonte plurimum diſtent, accedent tamen propius, ubi meminerimus, ex indicio veterum Grammaticorum, primos urbis incolas pro *ea ſa* uſurpasſe, & *ſum* pro *eum*. Porro dum in caſu obliquo pronomen hoc Gothicum *thana* habet, Sueth. *then*, *den*: (Gr. τὸν, Dor. τῆνεν) notabile eſt, eandem variationem in Oriente invaluiſſe. Chaldæis enim דן, דנה, (*den*, *dena*) eſt ille, illa. In eundem modum ubi Ebræi לוה, (*lavab*) uſurpant in ſenſu commodandi, proque eo Mœſogothi *laibvan* habuerunt; probabile eſt, ſi minus certum, vetus Gothicum *lea*, *lia*, Germanicum, *leiben* & tandem noſtrum *læna* inde orta eſſe. לקק (*lukak*) lingere, λείχειν, Mœſog. *laigvan*, Germ. *lecken* ſynonyma ſunt, atque adeo luculento indicio probant, noſtrum *ſlicka* non niſi præpoſito ſibilo ab illis differre. Quæ hucusque a me allata ſunt, ingenti exemplorum copia illuſtrata exhibuiſſet OL. RUDBECKIUS, Fil. ſi lucem adſpexiſſet illius *Theſaurus Linguarum Harmonicus*, qui manu exaratus in Bibliotheca noſtra publica aſſervatur, & quo non ſine jactura ſua caret Reſp. Litteraria. Idem etiam ſe obſervaſſe teſtatur LUDOVICUS THOMASSINUS in *Præf. Gloſſarii* ſui *Univerſalis*, ſed qui tamen nimium forte liberalis eſt, ubi *Præf.* p. 97 profitetur, ſe in *Lexicon Runicum* WORMII oculos conjicientem, incertum fere fuiſſe, Runicane an Ebraiça legerit. Scilicet accidit interdum, uti nuper monui, eruditis, quod ictericis ſolet, quorum oculi flavo ſuffuſi uti omnia flava vident, ita hi ubivis in id incidunt, quo ſtudia eorum & meditationes maxime occupantur.

Optarem ego quidem, ut me ſatis cautum aliena pericula reddidiſſent: interea tamen ſtudioſe vitavi, ne vocum origines alibi quærerem, quam quo hæc a me indicata facem præferrent. Ita licet nihil ſimilius eſſe poſſit, quam noſtrum *råda*, dominari, & Ebr. רדה (*radab*), Gothicum *ſkilja*, intelligere (de quo conf. *Gloſſ.*) & Ebr. השכיל (*biſkil*) *beder*, honos, gloria, & הדר, (*bædær*) quam plurima alia ut prætercam; quum tamen, quæ hæc connectere deberent, mihi deſint, caſui illa adſignare malui, quam originis communioni.

LINGUA SCYTHICA.

Quæ poſt Linguam Ebræam proxime in cenſum venire debet, Scythica eſt, a Scythi nomen nacta, qui ſive a JAPHETO, ſive, ut alii volunt, a GOMERO oriundi, non potuere non multum primævi ſermonis retinuiſſe. Ut autem natio hæc, quæ potiſſimam

Digitized by Google

ſimam non ſolum Europæ ſed etiam Aſiæ partem ſuæ ditionis olim fecerat, variis aliis gentibus, vertentibus ſeculis, permixta fuit, & ipſa in plurimas nationes, ſermone diverſo utentes, ſed communi tamen Scytharum nomine comprehenſas, diſpertita fuit; ita per ſe patet, a vocibus, quas hic illic apud Scriptores veteres Latinos Græcosque invenimus, quasque Scythicas fuiſſe perhibent, non ſolum nihil certi concludi poſſe, ſed etiam operam eos ludere, qui ex Linguæ Gothicæ aut Alemannicæ penu illa explicare annituntur, quæ Sarmatica forte ſunt, aut neſcio cujus veterum dialectorum. Quum hæc diſſertatio ad præſens inſtitutum apprime faciat, etſi ſola peculiarem tractationem requireret, præcipua tamen paucis, quæ ſequuntur, poſitionibus concludere conabor.

I. Scytharum ſermo, uti dixi, varius & diverſiſſimus jam olim erat, unde apud HERODOTUM lego, eos, qui per Scythiam ad Phalacros, eorum tribules, iter faciebant, ſeptem interpretibus & totidem Linguis opus habuiſſe. Δι' ἑπτὰ ἑρμηνέων καὶ δι' ἑπτὰ γλωσσέων διαπρήσσονται Lib. IV. Numerum hunc auget PLINIUS in *Hiſt. Nat.* Lib. V: 5. quippe qui in Colchide centum & triginta interpretibus negotia a Romanis geſta ait. De Alanis tradit STRABO, Lib. X. p. m. 503. ſex & viginti Linguas illis fuiſſe. Γλῶτται δ' εἰσὶ ἓξ καὶ εἴκοσι αὐτοῖς. De numero non laboramus: id ex allatis evidens eſſe arbitramur, longe diverſiſſima locutos fuiſſe Scythas, in cujus rei ulteriorem confirmationem ſuccurrit, LUCIANUM (de *Saltat.*) tradere TIRIDATEN Ponti, hoc eſt, oræ Scythicæ Regem, quum a NERONE omnia impetrare poſſet, nil æque expetiviſſe, ac Pantomimorum ejus aliquem, ut ita ingenti illa interpretum caterva carere poſſet, qua alias opus habuit, civibus ſuis diverſarum Linguarum reſponſa daturus. Quin immo notum eſt, MITHRIDATEN, ejusdem regionis Regem, viginti duas didiciſſe Linguas, in eum finem, ut absque interprete cum quibusvis ſuorum civium colloquia miſcere poſſet. Si pluribus opus eſſet teſtimoniis, ſubjungerem, quod ex TIMONACIS Libro de *Scythis* narrat SCHOLIASTES APOLLONII RHODII, Lib. IV: v. 321, quinquaginta diverſas fuiſſe gentes Scythicas.

II. Apud Scriptores Græcos Latinosque Scytharum univerſali nomine comprehendebantur omnes fere illæ nationes, quæ utramque Danubii ripam tenuere, quæque deinde trans eandem ingentia illa terrarum ſpatia, quæ hinc ad Caſpii maris utraque littora, inde ad Germaniam uſque ſeſe extendebant, & boream verſus Aſiam Septentrionalem, Cimmerios aliasque, ne nomine quidem veteribus Geographis cognitas gentes, complectebantur.

III. Hoc licet ita ſit, nihilominus peculiare & proprium nomen Scythicum illis gentibus fuit, teſte AMMIANO, Lib. XXII: 8, quæ Tauricam Cherſoneſum incoluere, & loca Paludi Mæotidi viciniora, quas easdem ſedes illis tribuit ÆSCHYLUS in PROMETHEO, qui canit:

> Καὶ Σκύθης ὅμιλος
> Οἳ γᾶς ἔσχατον τόπον
> Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν.
> Et Scythiæ turba,
> Quæ terræ extimam regionem
> Mæotin tenet paludem.

IV. Licet Scytharum nomen HERODOTUS a SCYTHA, HERCULIS filio, derivari tradat, alii tanquam τοξότας a Gothica radice *ſkjuta*, jaculari, nomen eos adeptos doceant; utraque tamen conjectura, me quidem judice, repudianda eſt, quum ante HERCULIS ævum jam diu potentiſſima gens fuerit Scytharum natio, adeoque ſine nomine eſſe eousque non potuerit. Quod ad alterum attinet, etiamſi ſcientia arcus tractandi Scythis κατ' ἐξοχὴν tribuatur; nihilominus tamen mihi indubium eſt, errare illos, qui Scythicum nomen hinc profectum eſſe, arbitrantur. Id autem ut conſtet, ſcire refert, Scythas ipſos id nominis ſibi non vindicaſſe, ſed Græcos illius fabricatores fuiſſe. Σκύθας Ἕλληνες ὠνόμασαν, ait HERODOTUS, Lib. IV, dum ipſi ſe Scolotas & variis aliis nominibus nuncupavere. Quum vero Hellas ſagittandi artem vocabulo, quod cum Scythico nomine aliquam affinitatem haberet, non appellarent; per ſe patet, derivationem hoc non eſſe, ſed alluſionem tantum alicujus forte Græcorum, Ponti incolarum, qualium plurimi erant, quique noſſe poterant, vocabulum illud Σκύθης jaculatorem in his regionibus notare. Non inſolitum eſt, nationes peregre nomina gerere, quæ domi ignorentur penitus, ut pluribus obſervatum videre licet a STADENIO. (v. *Memoria* STADENIANA p. 353) aliisque.

V. Ut Tauricam Cherſoneſum & loca Paludi Mæoticæ vicina Scythis propria fuiſſe, multi

Digitized by Google

multi veterum perhibent; ita de Gothis idem tradidere alii. Auctorem dabo STEPHANUM de *Urbibus*. *Γότθοι, ἔθνος πάλαι οἰκῆσαν ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος, ὕστερον δὲ εἰς τὴν ἐντὸς Θρᾴκης μετανέστησαν.* h. e. Gothi, gens olim habitans intra Mæotida, poſtea ſe conferens in Thraciam. Invenies eadem apud JORNANDEN plurimosque alios. Obſervavit etiam GROTIUS in *Prolegomenis* ad *Scriptores Gothicos*, quæ heic Scythis tribuuntur, alibi Gothis aſſignari. Ita EUNAPIUS Scythas vocat, quos AMMIANUS Gothos. *Fœderatos* illos, quos domi noſtræ *Væringar* olim appellavimus, quique apud Imperatorem Conſtantinopolitanum ut corporis cuſtodes ſtipendia faciebant, SUIDAS ὑποσπόνδους τῶν Σκύθων nuncupat: eosdem PROCOPIUS in *Deſcriptione Ponti Euxini* expreſſis verbis & ſæpius Gothos appellat.

VI. Aſſurgo itaque facile CL. SALMASIO, qui in Tr. de *Lingua Helleniſtica*, Cap. II. p. 269, profitetur, Getas eſſe Gothosque, quos Græci, pro ſua pronuntiandi licentia, Scythas appellavere. *Hoc nomen Σκύθης, inquit, varie a Græcis enuntiatum eſt, & multas μεταπτώσεις incurrit: nam Σκύθης, Γέτης & Γότθος idem eſt.* In eodem probando multus etiam eſt ROB. SHERINGHAM in Tr. de *Origine Anglorum*, qui inter alia p. 186. THEOPHANEN adfert, qui expreſſis verbis docet, Scythas ἐπιχωρίως Γότθους λέγεσθαι i. e. patrio ſermone Gothos dici, cuique conſona ſunt illa SYNCELLI: Σκύθαι, καὶ Γότθοι λεγόμενοι ἐπιχωρίως: Scythæ, qui etiam Gothi ſua Lingua nominantur. Scilicet amarunt Græci & in primis Æoles præpoſito ſ vocabula & nomina propria augere: ita, STEPHANO teſte, pro Cimbris Σκίμβροι dixere, ut alia ſimilia omittam. Et hæc vera eſt nominis Scythici origo, & ſimul ratio, cur Scriptores antiqui modo Getas Scythicam nationem eſſe tradant, modo Scythas Getarum partem, uti dum TREBELLIUS POLLIO in GALLIENIS ait: *Scythæ, id eſt, pars Gothorum Aſiam vaſtabant.*

VII. Hæc, quæ ſummatim attuli, mirifice illuſtrantur, ſi meminerimus, illam Scythici nominis primariam ſedem, Tauricam Cherſoneſum, hodieque Gothicum ſermonem ſervare, illi, quo utebatur ULPHILAS, adeo ſimilem, ut a miraculo prope abſit, Linguam absque majori immutatione per XIII ſecula conſervari potuiſſe. Res nota eſt, ſed quæ tamen heic præteriri non debet, AUGERIUM BUSBEQUIUM, Oratorem Imperatoris Romano-Germanici ad Aulam Ottomannicam duos inveniſſe hujus regionis incolas, a quibus quum varia de patrio illorum ſermone quæſiviſſet, nonnulla in commentarios retulit, quæ cum dialecto CODICIS ARGENTEI adeo conſpirare animadvertimus, ut nil poſſit eſſe magis germanum. Ut, quod res eſt, me dixiſſe, quivis videat, proferam illa, quæ per exiguam ſermonis Mœſogothici copiam hodie ſuperſtitem cum Precopicis conferri poſſunt.

Precop.	Ulphil.
Plut, ſanguis.	*Bloths*, id.
Stul, ſedes.	*Stols*, id.
Hus, domus.	*Hus*. id. ſuperſtes in *Gudhuſa*. JOH. 18: 20.
Wingart, vitis.	*Veinagards*, vinea.
Reghen, pluvia.	*Rign*, id.
Bruder, frater.	*Brothar*, id.
Schweſter, ſoror.	*Sviſtar*, id.
Alt, ſenex.	*Alts*, id.
Wintch, ventus.	*Vinds*, id.
Siluir, argentum.	*Silubr*, id.
Goltz, aurum.	*Gulth*, Luc. 15: 22. id.
Kor, triticum.	*Kaurno*, granum.
Salt, ſal.	*Salt*, id.
Fiſch, piſcis.	*Fiſks*, id.
Hoef, caput.	*Haubith*. id.
Stern, ſtella.	*Stairno*, id.
Sune, ſol.	*Sunno*, id.
Mine, luna.	C. A. habet *menath*, menſis
Tag, dies.	*Dags*, id.
Oeghene, oculi.	*Augona*, id.
Hando, manus.	*Handus*, id.
Brunna, fons.	*Brunna*, id.
Schlipen, dormire,	*Slepan*, id.
Kommen, venire.	*Quiman*, id.
Singhen, canere.	*Siggvan*, id.
Lachen, ridere.	*Laikan*, id.
Criten, flere.	*Gretan*, id.
Geen, ire.	*Gaggan*, id.
Schwalt, mors.	*Sviltan*, mori, id.

Præter hæc adfert BUSBEQUIUS eadem pagina 244 nonnulla alia, quæ a Germanicæ Linguæ genio diſſona credidit, ſed quorum non pauca, ad amuſſin Gothicam exacta, facile originem ſuam produnt. Ita *iels whurt*, h. e. ſit ſanum, a Gothico *hails wairth* parum abludit, & *wichgata*, album, dialecto Mœſogothica eſt *hweitjata*. Pronomina *ik*, *izo*, *jes*, ego, hic, ille in CODICE ARGENTEO ſunt *ik*, *thu*, *is*, & *is warthata*, fuit, reſpondet Ulphilano *is waurth*. Ut

Digitized by Google

Ut brevis ſim, nil addo de numeris, quorum cum Mœſogothicis conformitas ſponte in oculos incurrit. Notatu, quæ attuli, vel eo nomine digna exiſtimo, quod evidenti & locupletiſſimo teſtimonio evincant, errare illos, qui CODICIS ARGENTEI Linguam Gothicam eſſe negant, quando eadem eſſe deprehenditur, quæ in primæva Gothorum ſede hodieque in ore hominum eſt.

VIII. Etiamſi in antecedentibus oſtenderimus, Scythicum orbem diverſas & longe plurimas habuiſſe Linguas, nihilominus vere affirmo, illas gentes, quæ Danubii ripis viciniores erant, Getico ſermone maximam partem uſas fuiſſe. Quum hocce ad hiſtoriam Linguæ noſtræ pertineat, non abs re fuerit, quam breviſſime recenſere illas regiones, in quibus Geticum ſermonem viguiſſe, Hiſtorici Græci Latinique perhibent.

Incipimus itaque 1. a regionibus PONTICIS, a ponto Euxino, mari inter duos boſporos, Cimmerium & Thracium, contento, ita dictis, ubi Geticum ſermonem patrium fuiſſe, tam ex illis, quæ jamjam dicta ſunt, conſtat, quam ex teſtimoniis OVIDII, qui has oras ſuo exilio nobilitavit, quique ſub eodem Getice ſe didiciſſe, narrat.

2. DACI, qui & DACÆ & aliquando DAÆ, DAVI appellabantur, illas fere regiones tenuerunt, quæ jam Tranſylvania, Moldovia & Wallachia nuncupantur. Teſtatur vero STRABO Libro VII. Γέτας τοῖς Δάκοις ὁμογλώττους fuiſſe. Immo APPIANUS in *Præf.* ait, Getas trans Iſtrum Dacos fuiſſe appellatos. Γετῶν τῶν ὑπὲρ Ἴστρον, οὓς Δάκους καλοῦσιν. Scilicet, ſi ZONARÆ fides eſt, in *Vita* GALIENI, Daciæ nomen recentius eſt: Αὐρίαλος ἐκ χώρας ἂν Γετικῆς, τῆς ὕστερον Δακίας ἐπικληθείσης: uti etiam JUSTINUS Lib. 23. Dacos Getarum ſubolem facit. Conf. XIPHILINI *Epitome* DIONIS in *Vita* DOMITIANI, qui ait, Ἑλλήνων τινες Γέτας αὐτοὺς Δάκους λέγουσι. Conf. PLINII *Hiſt. Nat.* Lib. IV: 12. Quod Tranſſylvani in hunc usque diem Germanicum ſermonem retineant, norunt omnes.

3. THRACES cum Getis apud Scriptores antiquos varie permiſcentur, ut modo Getæ gens Thracia eſſe dicatur modo Thraces Getica. Ita STEPHANUS BYZANTINUS. Γετία, ἡ χώρα τῶν Γετῶν: ἐστὶ δὲ Θρακικὸν ἔθνος. Getia, regio Getarum; eſt autem gens Thracica; & HERODOTUS tradit, Getas fuiſſe Θρήκων ἀνδρειοτάτους καὶ δικαιοτάτους, Thracum fortiſſimos juſtiſſimosque: quibus adjungo STRABONEM, qui Libr. VII. hæc habet: Ἕλληνες τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον: ᾤκουν δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου: Græci Getas exiſtimarunt Thracicam eſſe gentem: incoluerunt vero utramque Iſtri ripam. Modo laudatus STRABO, Libr. I. cap. 20. Dacos & Thraces eadem Lingua uſos fuiſſe, docet.

4. MOESI, quorum incolas Gothos minores nuncupatos fuiſſe, tradit JORNANDES, omnium minime ignotum eſſe poteſt, qua Lingua locuti fuerint, poſtquam benigniora fata ad noſtra usque tempora conſervarunt aliquot fragmenta Verſionis Biblicæ, quam eorum Epiſcopus ULPHILAS concinnavit. PLINIUS in *Hiſt. Nat.* Lib. III: 26. in Mœſia Dardanos, Celegeros, Triballos, Trimachos, Mœſos, Thraces Pontoque conterminos Scythas: h. e. Getas collocat. STRABO Libr. VII memoriæ prodit, Getas Myſos olim vocatos fuiſſe, idque nominis eos retinuiſſe, poſtquam ÆLIUS CATO ex Tranſiſtrana regione in Thraciam habitatum duxerat eorum quinquaginta millia, qua occaſione ſubjungit, eadem utrosque Lingua uti Myſos Thracasque. In tranſcurſu notabo, a Græcis Mœſiæ incolas Myſos fere appellari, qui tamen cum Myſis Aſiaticis confundi non debent.

5. GEPIDÆ fuere gens Getica & Getico nomine appellati, utpote qui a *gepanta*, quod pigrum notaſſe, docet JORNANDES, nomen nacti ſunt. Idem Auctor cap. 17. ſimul docet, eos Gothorum *parentes* fuiſſe, hoc eſt, pro illius ſeculi loquendi more, cognatos vel affines, uti quoque ſubjungit: *Gepidæ ſine dubio ex Gothorum proſapia ducunt originem.* Nec Linguam Gepidarum a Getica abhorruiſſe, teſtis locuples eſt PROCOPIUS in *Hiſtoria Vandalica*, qui, quum Vandalos, Viſigothos Gepidasque Gothicas gentes eſſe docuiſſet, ſubjungit, ſimiles mores omnibus fuiſſe eandemque Linguam, quæ Gothica dicitur. Φωνὴ δὲ αὐτοῖς ἐστι μία, Γοτθικὴ λεγομένη.

6. ALANOS Scythica, h. e. Gothica Lingua uſos fuiſſe, LUCIANI teſtimonio comprobat doctiſſimus SHERINGHAMUS p. 213. quem ſi non ſatis comperta tradidiſſe ſuſpiceris, alium dabo, quo nemo locupletior citari poteſt, JORNANDEN loquor, qui ge-

ne

multi veterum perhibent; ita de Gothis idem tradidere alii. Auctorem dabo STEPHANUM de *Urbibus*. Γότθοι, ἔθνος πάλαι ὤκησαν ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος, ὕστερον δὲ εἰς τὴν ἐντὸς Θρᾴκης μετανέστησαν. h. e. Gothi, gens olim habitans intra Mæotida, poſtea ſe conferens in Thraciam. Invenies eadem apud JORNANDEM plurimosque alios. Obſervavit etiam GROTIUS in *Prolegomenis* ad *Scriptores Gothicos*, quæ heic Scythis tribuuntur, alibi Gothis asſignari. Ita EUNAPIUS Scythas vocat, quos AMMIANUS Gothos. *Fœderatos* illos, quos domi noſtræ *Væringar* olim appellavimus, quique apud Imperatorem Conſtantinopolitanum ut corporis cuſtodes ſtipendia faciebant, SUIDAS ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν nuncupat: eosdem PROCOPIUS in *Deſcriptione Ponti Euxini* expreſſis verbis & ſæpius Gothos appellat.

VI. Aſſurgo itaque facile CL. SALMASIO, qui in Tr. de *Lingua Helleniſtica*, Cap. II. p. 269, profitetur, Getas eſſe Gothosque, quos Græci, pro ſua pronuntiandi licentia, Scythas appellavere. *Hoc nomen* Σκύθης, *inquit, varie a Græcis enuntiatum eſt, & multas* μεταπτώσεις *incurrit: nam* Σκύθης, Γέτης *&* Γότθος *idem eſt.* In eodem probando multus etiam eſt ROB. SHERINGHAM in Tr. de *Origine Anglorum*, qui inter alia p. 186. THEOPHANEN adfert, qui expreſſis verbis docet, Scythas ἐπιχωρίως Γότθους λέγεσθαι: i. e. patrio ſermone Gothos dici, cuique conſona ſunt illa SYNCELLI. Σκύθαι, καὶ Γότθοι λεγόμενοι ἐπιχωρίως: Scythæ, qui etiam Gothi ſua Lingua nominantur. Scilicet amarunt Græci & in primis Æoles præpoſito ſ vocabula & nomina propria augere: ita, STEPHANO teſte, pro Cimbris Σκίμβροι dixere, ut alia ſimilia omittam. Et hæc vera eſt nominis Scythici origo, & ſimul ratio, cur Scriptores antiqui modo Gethas Schythicam nationem eſſe tradant, modo Scythas Getarum partem, uti dum TREBELLIUS POLLIO in GALLIENIS ait: *Scythæ, id eſt, pars Gothorum Aſiam vaſtabant.*

VII. Hæc, quæ ſummatim attuli, mirifice illuſtrantur, ſi meminerimus, illam Scythici nominis primariam ſedem, Tauricam Cherſoneſum, hodieque Gothicum ſermonem ſervare, illi, quo utebatur ULPHILAS, adeo ſimilem, ut a miraculo prope abſit, Linguam absque majori immutatione per XIII ſecula conſervari potuiſſe. Res nota eſt, ſed quæ tamen heic præteriri non debet, AUGERIUM BUSBEQUIUM, Oratorem Imperatoris Romano-Germanici ad Aulam Ottomannicam duos inveniſſe hujus regionis incolas, a quibus quum varia de patrio illorum ſermone quæſiviſſet, nonnulla in commentarios retulit, quæ cum dialecto CODICIS ARGENTEI adeo conſpirare animadvertimus, ut nil poſſit eſſe magis germanum. Ut, quod res eſt, me dixiſſe, quivis videat, proferam illa, quæ per exiguam ſermonis Mœſogothici copiam hodie ſuperſtitem cum Precopicis conferri poſſunt.

Precop.	Ulphil.
Plut, ſanguis.	*Bloths*, id.
Stul, ſedes.	*Stols*, id.
Hus, domus.	*Hus*, id. ſuperſtes in *Gudhuſa*. JOH. 18: 20.
Wingart, vitis.	*Veinagards*, vinea.
Reghen, pluvia.	*Rign*, id.
Bruder, frater.	*Brothar*, id.
Schweſter, ſoror.	*Sviſtar*, id.
Alt, ſenex.	*Alts*, id.
Wintch, ventus.	*Vinds*, id.
Siluir, argentum.	*Silubr*, id.
Goltz, aurum.	*Gulth*, Luc. 15: 22. id.
Kor, triticum.	*Kaurno*, granum.
Salt, ſal.	*Salt*, id.
Fiſch, piſcis.	*Fiſks*, id.
Hoef, caput.	*Haubith*. id.
Stern, ſtella.	*Stairno*, id.
Sune, ſol.	*Sunno*, id.
Mine, luna.	C. A. habet *menath*, menſis
Tag, dies.	*Dags*, id.
Oeghine, oculi.	*Augona*, id.
Hando, manus.	*Handus*, id.
Brunna, fons.	*Brunna*, id.
Schlipen, dormire,	*Slepan*, id.
Kommen, venire.	*Qviman*, id.
Singhen, canere.	*Siggvan*, id.
Lachen, ridere.	*Laikan*, id.
Criten, flere.	*Gretan*, id.
Geen, ire.	*Gaggan*, id.
Schwalt, mors.	*Sviltan*, mori, id.

Præter hæc adfert BUSBEQUIUS eadem pagina 244 nonnulla alia, quæ a Germanicæ Linguæ genio diſſona credidit, ſed quorum non pauca, ad amuſſin Gothicam exacta, facile originem ſuam produnt. Ita *iels wburt*, h. e. ſit ſanum, a Gothico *hails wairth* parum abludit, & *wichgata*, album, dialecto Mœſogothica eſt *hweitjata*. Pronomina *ik*, *ino*, *ies*, ego, hic, ille in CODICE ARGENTEO ſunt *ik*, *thu*, *is*, & *is wartbata*, fuit, reſpondet Ulphilano *is waurth*.

Ut

Digitized by Google

Ut brevis ſim, nil addo de numeris, quorum cum Mœſogothicis conformitas ſponte in oculos incurrit. Notatu, quæ attuli, vel eo nomine digna exiſtimo, quod evidenti & locupletiſſimo teſtimonio evincant, errare illos, qui CODICIS ARGENTEI Linguam Gothicam eſſe negant, quando eadem eſſe deprehenditur, quæ in primæva Gothorum ſede hodieque in ore hominum eſt.

VIII. Etiamſi in antecedentibus oſtenderimus, Scythicum orbem diverſas & longe plurimas habuiſſe Linguas, nihilominus vere affirmo, illas gentes, quæ Danubii ripis viciniores erant, Getico ſermone maximam partem uſas fuiſſe. Quum hocce ad hiſtoriam Linguæ noſtræ pertineat, non abs re fuerit, quam breviſſime recenſere illas regiones, in quibus Geticum ſermonem viguiſſe, Hiſtorici Græci Latinique perhibent.

IX. Incipimus itaque 1. a regionibus PONTICIS, a ponto Euxino, mari inter duos bosporos, Cimmerium & Thracium, contento, ita dictis, ubi Geticum ſermonem patrium fuiſſe, tam ex illis, quæ jamjam dicta ſunt, conſtat, quam ex teſtimoniis OVIDII, qui has oras ſuo exilio nobilitavit, quique ſub eodem Getice ſe didiciſſe, narrat.

2. DACI, qui & DACÆ & aliquando DAÆ, DAVI appellabantur, illas fere regiones tenuerunt, quæ jam Tranſylvania, Moldovia & Wallachia nuncupantur. Teſtatur vero STRABO Libro VII. *Γέτας τοῖς Δάκοις ὁμογλώττους* fuiſſe. Immo APPIANUS in *Præf.* ait, Getas trans Iſtrum Dacos fuiſſe appellatos. *Γετῶν τῶν ὑπὲρ Ἴστρον, οὓς Δάκους καλοῦσιν.* Scilicet, ſi ZONARÆ fides eſt, in *Vita* GALIENI, Daciæ nomen recentius eſt: *Αὐρίαλος ἐκ χώρας ὢν Γετικῆς, τῆς ὕστερον Δακίας ἐπικληθείσης:* uti etiam JUSTINUS Lib. 23. Dacos Getarum ſubolem facit. Gonf. XIPHILINI *Epitome* DIONIS in *Vita* DOMITIANI, qui ait, *Ἑλλήνων τινες Γέτας αὐτοὺς Δάκους λέγουσι.* Conf. PLINII *Hiſt. Nat.* Lib. IV: 12. Quod Tranſſylvani in hunc usque diem Germanicum ſermonem retineant, norunt omnes.

3. THRACES cum Getis apud Scriptores antiquos varie permiſcentur, ut modo Getæ gens Thracia eſſe dicatur modo Thraces Getica. Ita STEPHANUS BYZANTINUS. *Γετία, ἡ χώρα τῶν Γετῶν: ἐστὶ δὲ Θρακικὸν ἔθνος.* Getia, regio Getarum; eſt autem gens Thracica: & HERODOTUS tradit, Getas fuiſſe *Θρηίκων ἀνδρειότατοι καὶ δικαιότατοι,* Thracum fortiſſimos juſtiſſimosque: quibus adjungo STRABONEM, qui Libr. VII. hæc habet: *Ἕλληνες, τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον: ᾤκουν δ᾽ ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου:* Græci Getas exiſtimarunt Thracicam eſſe gentem: incoluerunt vero utramque Iſtri ripam. Modo laudatus STRABO, Libr. I. cap. 20. Dacos & Thraces eadem Lingua uſos fuiſſe, docet.

4. MOESI, quorum incolas Gothos minores nuncupatos fuiſſe, tradit JORNANDES, omnium minime ignotum eſſe poteſt, qua Lingua locuti fuerint, poſtquam benigniora fata ad noſtra usque tempora conſervarunt aliquot fragmenta Verſionis Biblicæ, quam eorum Epiſcopus ULPHILAS concinnavit. PLINIUS in *Hiſt. Nat.* Lib. III: 26. in Mœſia Dardanos, Celegeros, Triballos, Trimachos, Mœſos, Thraces Pontoque conterminos Scythas: h. e. Getas collocat. STRABO Libr. VII memoriæ prodit, Getas Myſos olim vocatos fuiſſe, idque nominis eos retinuiſſe, poſtquam ÆLIUS CATO ex Tranſiſtrana regione in Thraciam habitatum duxerat eorum quinquaginta millia, qua occaſione ſubjungit, eadem utrosque Lingua uti Myſos Thracasque. In transcurſu notabo, a Græcis Mœſiæ incolas Myſos fere appellari, qui tamen cum Myſis Aſiaticis confundi non debent.

5. GEPIDÆ fuere gens Getica & Getico nomine appellati, utpote qui a *gepanta*, quod pigrum notaſſe, docet JORNANDES, nomen nacti ſunt. Idem Auctor cap. 17. ſimul docet, eos Gothorum *parentes* fuiſſe, hoc eſt, pro illius ſeculi loquendi more, cognatos vel affines, uti quoque ſubjungit: *Gepidæ ſine dubio ex Gothorum proſapia ducunt originem.* Nec Linguam Gepidarum a Getica abhorruiſſe, teſtis locuples eſt PROCOPIUS in *Hiſtoria Vandalica*, qui, quum Vandalos, Viſigothos Gepidasque Gothicas gentes eſſe docuiſſet, ſubjungit, ſimiles mores omnibus fuiſſe eandemque Linguam, quæ Gothica dicitur. *Φωνὴ δὲ αὐτοῖς ἐστὶ μία, Γοτθικὴ λεγομένη.*

6. ALANOS Scythica, h. e. Gothica Lingua uſos fuiſſe, LUCIANI teſtimonio comprobat doctiſſimus SHERINGHAMUS p. 213. quem ſi non ſatis comperta tradidiſſe ſuſpiceris, alium dabo, quo nemo locupletior citari poteſt, JORNANDEN loquor, qui ge-

ne

multi veterum perhibent; ita de Gothis idem tradidere alii. Auctorem dabo STEPHANUM de *Urbibus*. Γότθοι, ἔθνος πάλαι οἰκῆσαν ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος, ὕστερον δὲ εἰς τὴν ἐντὸς Θράκης μετανέστησαν. h. e. Gothi, gens olim habitans intra Mæotida, poſtea ſe conferens in Thraciam. Invenies eadem apud JORNANDEN plurimosque alios. Obſervavit etiam GROTIUS in *Prolegomenis* ad *Scriptores Gothicos*, quæ heic Scythis tribuuntur, alibi Gothis aſſignari. Ita EUNAPIUS Scythas vocat, quos AMMIANUS Gothos. *Fœderatos* illos, quos domi noſtræ *Væringar* olim appellavimus, quique apud Imperatorem Conſtantinopolitanum ut corporis cuſtodes ſtipendia faciebant, SUIDAS ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν nuncupat: eosdem PROCOPIUS in *Deſcriptione Ponti Euxini* expreſſis verbis & ſæpius Gothos appellat.

VI. Aſſurgo itaque facile CL. SALMASIO, qui in Tr. de *Lingua Helleniſtica*, Cap. II. p. 269, profitetur, Getas eſſe Gothoſque, quos Græci, pro ſua pronuntiandi licentia, Scythas appellavere. *Hoc nomen* Σκύθης, inquit, *varie a Græcis enuntiatum eſt*, & *multas* μεταπτώσεις *incurrit: nam* Σκύθης, Γέτης & Γότθος *idem eſt*. In eodem probando multus etiam eſt ROB. SHERINGHAM in Tr. de *Origine Anglorum*, qui inter alia p. 186. THEOPHANEN adfert, qui expreſſis verbis docet, Scythas ἐπιχωρίως Γότθους λέγεσθαι: i. e. patrio ſermone Gothos dici, cuique conſona ſunt illa SYNCELLI: Σκύθαι, καὶ Γότθοι λεγόμενοι ἐπιχωρίως: Scythæ, qui etiam Gothi ſua Lingua nominantur. Scilicet amarunt Græci & in primis Æoles præpoſito ſ vocabula & nomina propria augere: ita, STEPHANO teſte, pro Cimbris Σκίμβροι dixere, ut alia ſimilia omittam. Et hæc vera eſt nominis Scythici origo, & ſimul ratio, cur Scriptores antiqui modo Gethas Schythicam nationem eſſe tradant, modo Scythas Getarum partem, uti dum TREBELLIUS POLLIO in GALLIENIS ait: *Scythæ, id eſt, pars Gothorum Aſiam vaſtabant.*

VII. Hæc, quæ ſummatim attuli, mirifice illuſtrantur, ſi meminerimus, illam Scythici nominis primariam ſedem, Tauricam Cherſoneſum, hodieque Gothicum ſermonem ſervare, illi, quo utebatur ULPHILAS, adeo ſimilem, ut a miraculo prope abſit, Linguam absque majori immutatione per XIII ſecula conſervari potuiſſe. Res nota eſt, ſed quæ tamen heic præteriri non debet, AUGERIUM BUSBEQUIUM, Oratorem Imperatoris Romano-Germanici ad Aulam Ottomannicam duos inveniſſe hujus regionis incolas, a quibus quum varia de patrio illorum ſermone quæſiviſſet, nonnulla in commentarios retulit, quæ cum dialecto CODICIS ARGENTEI adeo conſpirare animadvertimus, ut nil poſſit eſſe magis germanum. Ut, quod res eſt, me dixiſſe, quivis videat, proferam illa, quæ per exiguam ſermonis Mœſogothici copiam hodie ſuperſtitem cum Precopicis conferri poſſunt.

Precop.	Ulphil.
Plut, ſanguis.	*Bloths*, id.
Stul, ſedes.	*Stols*, id.
Hus, domus.	*Hus*. id. ſuperſtes in *Gudhuſa*. JOH. 18: 20.
Wingart, vitis.	*Veinagards*, vinea.
Regben, pluvia.	*Rign*, id.
Bruder, frater.	*Brothar*. id.
Schweſter, ſoror.	*Sviſtar*, id.
Alt, ſenex.	*Alts*, id.
Wintch, ventus.	*Vinds*, id.
Siluir, argentum.	*Silubr*, id.
Goltz, aurum.	*Gulth*, LUC. 15: 22. id.
Kor, triticum.	*Kaurno*, granum.
Salt, ſal.	*Salt*, id.
Fiſch, piſcis.	*Fiſks*, id.
Hoef, caput.	*Haubith*. id.
Stern, ſtella.	*Stairno*, id.
Sune, ſol.	*Sunno*, id.
Mine, luna.	C. A. habet *menath*, menſis
Tag, dies.	*Dags*, id.
Oegbine, oculi.	*Augona*, id.
Hando, manus.	*Handus*, id.
Brunna, fons.	*Brunna*, id.
Schlipen, dormire.	*Slepan*, id.
Kommen, venire.	*Qviman*, id.
Singhen, canere.	*Siggvan*, id.
Lachen, ridere.	*Laikan*, id.
Criten, flere.	*Gretan*, id.
Geen, ire.	*Gaggan*, id.
Schwalt, mors.	*Sviltan*, mori, id.

Præter hæc adfert BUSBEQUIUS eadem pagina 244 nonnulla alia, quæ a Germanicæ Linguæ genio diſſona credidit, ſed quorum non pauca, ad amuſſin Gothicam exacta, facile originem ſuam produnt. Ita *iels whurt*, h. e. ſit ſanum, a Gothico *hails wairth* parum abludit, & *wichgata*, album, dialecto Mœſogothica eſt *hweitjata*. Pronomina *ik*, *izo*, *jes*, ego, hic, ille in CODICE ARGENTEO ſunt *ik*, *thu*, *is*, & *is wartbata*, fuit, reſpondet Ulphilano *is waurth*.

Ut

Ut brevis ſim, nil addo de numeris, quorum cum Mœſogothicis conformitas ſponte in oculos incurrit. Notatu, quæ attuli, vel eo nomine digna exiſtimo, quod evidenti & locupletiſſimo teſtimonio evincant, errare illos, qui CODICIS ARGENTEI Linguam Gothicam eſſe negant, quando eadem eſſe deprehenditur, quæ in primæva Gothorum ſede hodieque in ore hominum eſt.

VIII. Etiamſi in antecedentibus oſtenderimus, Scythicum orbem diverſas & longe plurimas habuiſſe Linguas, nihilominus vere affirmo, illas gentes, quæ Danubii ripis viciniores erant, Getico ſermone maximam partem uſas fuiſſe. Quum hocce ad hiſtoriam Linguæ noſtræ pertineat, non abs re fuerit, quam breviſſime recenſere illas regiones, in quibus Geticum ſermonem viguiſſe, Hiſtorici Græci Latinique perhibent.

Incipimus itaque 1. a regionibus PONTICIS, a ponto Euxino, mari inter duos bosporos, Cimmerium & Thracium, contento, ita dictis, ubi Geticum ſermonem patrium fuiſſe, tam ex illis, quæ jamjam dicta ſunt, conſtat, quam ex teſtimoniis OVIDII, qui has oras ſuo exilio nobilitavit, quique ſub eodem Getice ſe didiciſſe, narrat.

2. DACI, qui & DACÆ & aliquando DAÆ, DAVI appellabantur, illas fere regiones tenuerunt, quæ jam Tranſylvania, Moldovia & Wallachia nuncupantur. Teſtatur vero STRABO Libro VII. Γέτας τοῖς Δάκοις ὁμογλώττους fuiſſe. Immo APPIANUS in *Præf.* ait, Getas trans Iſtrum Dacos fuiſſe appellatos. Γετῶν τῶν ὑπὲρ Ἴστρον, οὓς Δάκους καλοῦσιν. Scilicet, ſi ZONARÆ fides eſt, in *Vita* GALIENI, Daciæ nomen recentius eſt: Αὐγίαλος ἐκ χώρας ὢν Γετικῆς, τῆς ὕστερον Δακίας ἐπικληθείσης: uti etiam JUSTINUS Lib. 23. Dacos Getarum ſubolem facit. Conf. XIPHILINI *Epitome* DIONIS in *Vita* DOMITIANI, qui ait, Ἑλλήνων τινὲς Γέτας αὐτοὺς Δάκους λέγουσι. Conf. PLINII *Hiſt. Nat.* Lib. IV: 12. Quod Tranſſylvani in hunc usque diem Germanicum ſermonem retineant, norunt omnes.

3. THRACES cum Getis apud Scriptores antiquos varie permiſcentur, ut modo Getæ gens Thracia eſſe dicatur modo Thraces Getica. Ita STEPHANUS BYZANTINUS. Γετία, ἡ χώρα τῶν Γετῶν· ἔστι δὲ Θρᾳκικὸν ἔθνος. Getia, regio Getarum; eſt autem gens Thracica: & HERODOTUS tradit, Getas fuiſſe Θρηίκων ἀνδρειότατοι καὶ δικαιότατοι, Thracum fortiſſimos juſtiſſimosque: quibus adjungo STRABONEM, qui Libr. VII. hæc habet: Ἕλληνες τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον· ᾤκουν δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου. Græci Getas exiſtimarunt Thracicam eſſe gentem: incoluerunt vero utramque Iſtri ripam. Modo laudatus STRABO, Libr. I. cap. 20. Dacos & Thraces eadem Lingua uſos fuiſſe, docet.

4. MOESI, quorum incolas Gothos minores nuncupatos fuiſſe, tradit JORNANDES, omnium minime ignotum eſſe poteſt, qua Lingua locuti fuerint, poſtquam benigniora fata ad noſtra usque tempora conſervarunt aliquot fragmenta Verſionis Biblicæ, quam eorum Epiſcopus ULPHILAS concinnavit. PLINIUS in *Hiſt. Nat.* Lib. III: 26. in Mœſia Dardanos, Celegeros, Triballos, Trimachos, Mœſos, Thraces Pontoque conterminos Scythas: h. e. Getas collocat. STRABO Libr. VII memoriæ prodit, Getas Myſos olim vocatos fuiſſe, idque nominis eos retinuiſſe, poſtquam ÆLIUS CATO ex Tranſiſtrana regione in Thraciam habitatum duxerat eorum quinquaginta millia, qua occaſione ſubjungit, eadem utrosque Lingua uti Myſos Thracasque. In tranſcurſu notabo, a Græcis Mœſiæ incolas Myſos fere appellari, qui tamen cum Myſis Aſiaticis confundi non debent.

5. GEPIDÆ fuere gens Getica & Getico nomine appellati, utpote qui a *gepanta*, quod pigrum notaſſe, docet JORNANDES, nomen nacti ſunt. Idem Auctor cap. 17. ſimul docet, eos Gothorum *parentes* fuiſſe, hoc eſt, pro illius ſeculi loquendi more, cognatos vel affines, uti quoque ſubjungit: *Gepidæ ſine dubio ex Gothorum proſapia ducunt originem.* Nec Linguam Gepidarum a Getica abhorruiſſe, teſtis locuples eſt PROCOPIUS in *Hiſtoria Vandalica*, qui, quum Vandalos, Viſigothos Gepidasque Gothicas gentes eſſe docuiſſet, ſubjungit, ſimiles mores omnibus fuiſſe eandemque Linguam, quæ Gothica dicitur. Φωνὴ δὲ αὐτοῖς ἐστι μία, Γοτθικὴ λεγομένη.

6. ALANOS Scythica, h. e. Gothica Lingua uſos fuiſſe, LUCIANI teſtimonio comprobat doctiſſimus SHERINGHAMUS p. 213. quem ſi non ſatis comperta tradidiſſe ſuſpiceris, alium dabo, quo nemo lucupletior citari poteſt, JORNANDEN loquor, qui gene

Digitized by Google

multi veterum perhibent; ita de Gothis idem tradidere alii. Auctorem dabo STEPHANUM de *Urbibus*. *Γότθοι, ἔθνος πάλαι οἰκῆσαν ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος, ὕςερον δὲ ἐις τὴν ἐντὸς Θράκης μετανέςησαν.* h. e. Gothi, gens olim habitans intra Mæotida, poſtea ſe conferens in Thraciam. Invenies eadem apud JORNANDEM plurimosque alios. Obſervavit etiam GROTIUS in *Prolegomenis* ad *Scriptores Gothicos*, quæ heic Scythis tribuuntur, alibi Gothis aſſignari. Ita EUNAPIUS Scythas vocat, quos AMMIANUS Gothos. *Fœderatos* illos, quos domi noſtræ *Væringar* olim appellavimus, quique apud Imperatorem Conſtantinopolitanum ut corporis cuſtodes ſtipendia faciebant, SUIDAS ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν nuncupat: eosdem PROCOPIUS in *Deſcriptione Ponti Euxini* expreſſis verbis & ſæpius Gothos appellat.

VI. Aſſurgo itaque facile CL. SALMASIO, qui in Tr. de *Lingua Helleniſtica*, Cap. II. p. 269, profitetur, Getas eſſe Gothoſque, quos Græci, pro ſua pronuntiandi licentia, Scythas appellavere. *Hoc nomen Σκύθης, inquit, varie a Græcis enuntiatum eſt, & multas μεταπτώσεις incurrit: nam Σκύθης, Γέτης & Γότθος idem eſt.* In eodem probando multus etiam eſt ROB. SHERINGHAM in Tr. de *Origine Anglorum*, qui inter alia p. 186. THEOPHANEN adfert, qui expreſſis verbis docet, Scythas ἐπιχωρίως Γότθους λέγεσθαι i. e. patrio ſermone Gothos dici, cuique conſona ſunt illa SYNCELLI: Σκύθαι, καὶ Γότθοι λεγόμενοι ἐπιχωρίως: Scythæ, qui etiam Gothi ſua Lingua nominantur. Scilicet amarunt Græci & in primis Æoles præpoſito ſ vocabula & nomina propria augere: ita, STEPHANO teſte, pro Cimbris Σκίμβροι dixere, ut alia ſimilia omittam. Et hæc vera eſt nominis Scythici origo, & ſimul ratio, cur Scriptores antiqui modo Gethas Schythicam nationem eſſe tradant, modo Scythas Getarum partem, uti dum TREBELLIUS POLLIO in GALLIENIS ait: *Scythæ, id eſt, pars Gothorum Aſiam vaſtabant.*

VII. Hæc, quæ ſummatim attuli, mirifice illuſtrantur, ſi meminerimus, illam Scythici nominis primariam ſedem, Tauricam Cherſoneſum, hodieque Gothicum ſermonem ſervare, illi, quo utebatur ULPHILAS, adeo ſimilem, ut a miraculo prope abſit, Linguam abſque majori immutatione per XIII ſecula conſervari potuiſſe. Res nota eſt, ſed quæ tamen heic præteriri non debet, AUGERIUM BUSBEQUIUM, Oratorem Imperatoris Romano-Germanici ad Aulam Ottomannicam duos inveniſſe hujus regionis incolas, a quibus quum varia de patrio illorum ſermone quæſiviſſet, nonnulla in commentarios retulit, quæ cum dialecto CODICIS ARGENTEI adeo conſpirare animadvertimus, ut nil poſſit eſſe magis germanum. Ut, quod res eſt, me dixiſſe, quivis videat, proferam illa, quæ per exiguam ſermonis Mœſogothici copiam hodie ſuperſtitem cum Precopicis conferri poſſunt.

Precop.	Ulphil.
Plut, ſanguis.	*Bloths*, id.
Stul, ſedes.	*Stols*, id.
Hus, domus.	*Hus*, id. ſuperſtes in *Gudhuſa*. JOH. 18: 20.
Wingart, vitis.	*Veinagards*, vinea.
Regben, pluvia.	*Rign*, id.
Bruder, frater.	*Brothar*, id.
Schweſter, ſoror.	*Sviſtar*, id.
Alt, ſenex.	*Alts*, id.
Wintch, ventus.	*Vinds*, id.
Siluir, argentum.	*Silubr*, id.
Goltz, aurum.	*Gulth*, Luc. 15: 22. id.
Kor, triticum.	*Kaurno*, granum.
Salt, ſal.	*Salt*, id.
Fiſch, piſcis.	*Fiſks*, id.
Hoef, caput.	*Haubith*. id.
Stern, ſtella.	*Stairno*, id.
Sune, ſol.	*Sunno*, id.
Mine, luna.	C. A. habet *menath*, menſis
Tag, dies.	*Dags*, id.
Oegbene, oculi.	*Augona*, id.
Hando, manus.	*Handus*, id.
Brunna, fons.	*Brunna*, id.
Schlipen, dormire.	*Slepan*, id.
Kommen, venire.	*Quiman*, id.
Singhen, canere.	*Siggvan*, id.
Lachen, ridere.	*Laikan*, id.
Criten, flere.	*Gretan*, id.
Geen, ire.	*Gaggan*, id.
Schwalt, mors.	*Sviltan*, mori, id.

Præter hæc adfert BUSBEQUIUS eadem pagina 244 nonnulla alia, quæ a Germanicæ Linguæ genio diſſona credidit, ſed quorum non pauca, ad amuſſin Gothicam exacta, facile originem ſuam produnt. Ita *iels wburt*, h. e. ſit ſanum, a Gothico *hails wairth* parum abludit, & *wichgata*, album, dialecto Mœſogothica eſt *hweitjata*. Pronomina *ik*, *izo*, *ies*, ego, hic, ille in CODICE ARGENTEO ſunt *ik*, *thu*, *is*, & *is wartbata*, fuit, reſpondet Ulphilano *is waurth*.

Ut

Ut brevis ſim, nil addo de numeris, quorum cum Mœſogothicis conformitas ſponte in oculos incurrit. Notatu, quæ attuli, vel eo nomine digna exiſtimo, quod evidenti & locupletiſſimo teſtimonio evincant, errare illos, qui CODICIS ARGENTEI Linguam Gothicam eſſe negant, quando eadem eſſe deprehenditur, quæ in primæva Gothorum ſede hodieque in ore hominum eſt.

VIII. Etiamſi in antecedentibus oſtenderimus, Scythicum orbem diverſas & longe plurimas habuiſſe Linguas, nihilominus vere affirmo, illas gentes, quæ Danubii ripis viciniores erant, Getico ſermone maximam partem uſas fuiſſe. Quum hocce ad hiſtoriam Linguæ noſtræ pertineat, non abs re fuerit, quam breviſſime recenſere illas regiones, in quibus Geticum ſermonem viguiſſe, Hiſtorici Græci Latinique perhibent.

1. Incipimus itaque 1. a regionibus PONTICIS, a ponto Euxino, mari inter duos boſporos, Cimmerium & Thracium, contento, ita dictis, ubi Geticum ſermonem patrium fuiſſe, tam ex illis, quæ jamjam dicta ſunt, conſtat, quam ex teſtimoniis OVIDII, qui has oras ſuo exilio nobilitavit, quique ſub eodem Getice ſe didiciſſe, narrat.

2. DACI, qui & DACÆ & aliquando DAÆ, DAVI appellabantur, illas fere regiones tenuerunt, quæ jam Tranſylvania, Moldovia & Wallachia nuncupantur. Teſtatur vero STRABO Libro VII. Γέτας τοῖς Δάκοις ὁμογλώττους fuiſſe. Immo APPIANUS in *Præf.* ait, Getas trans Iſtrum Dacos fuiſſe appellatos. Γετῶν τῶν ὑπὲρ Ἴστρον, οὓς Δάκους καλοῦσιν. Scilicet, ſi ZONARÆ fides eſt, in *Vita* GALIENI, Daciæ nomen recentius eſt: Ἀυρίαλες ἐκ χώρας ὢν Γετικῆς, τῆς ὕστερον Δακίας ἐπικληθείσης: uti etiam JUSTINUS Lib. 23. Dacos Getarum ſubolem facit. Conf. XIPHILINI *Epitome* DIONIS in *Vita* DOMITIANI, qui ait, Ἑλλήνων τινὲς Γέτας αὐτοὺς Δάκους λέγουσι. Conf. PLINII *Hiſt. Nat.* Lib. IV: 12. Quod Tranſſylvani in hunc usque diem Germanicum ſermonem retineant, norunt omnes.

3. THRACES cum Getis apud Scriptores antiquos varie permiſcentur, ut modo Getæ gens Thracia eſſe dicatur modo Thraces Getica. Ita STEPHANUS BYZANTINUS. Γετία, ἡ χώρα τῶν Γετῶν: ἔστι δὲ Θρακικὸν ἔθνος. Getia, regio Getarum; eſt autem gens Thracica; & HERODOTUS tradit, Getas fuiſſe Θρηκῶν ἀνδρειοτάτους καὶ δικαιοτάτους, Thracum fortiſſimos juſtiſſimosque: quibus adjungo STRABONEM, qui Libr. VII. hæc habet: Ἕλληνες, τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον: ᾤκουν δ᾽ ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου: Græci Getas exiſtimarunt Thracicam eſſe gentem: incoluerunt vero utramque Iſtri ripam. Modo laudatus STRABO, Libr. I. cap. 20. Dacos & Thraces eadem Lingua uſos fuiſſe, docet.

4. MOESI, quorum incolas Gothos minores nuncupatos fuiſſe, tradit JORNANDES, omnium minime ignotum eſſe poteſt, qua Lingua locuti fuerint, poſtquam benigniora fata ad noſtra usque tempora conſervarunt aliquot fragmenta Verſionis Biblicæ, quam eorum Epiſcopus ULPHILAS concinnavit. PLINIUS in *Hiſt. Nat.* Lib. III: 26. in Mœſia Dardanos, Celegeros, Triballos, Trimachos, Mœſos, Thraces Pontoque conterminos Scythas: h. e. Getas collocat. STRABO Libr. VII memoriæ prodit, Getas Myſos olim vocatos fuiſſe, idque nominis eos retinuiſſe, poſtquam ÆLIUS CATO ex Tranſiſtrana regione in Thraciam habitatum duxerat eorum quinquaginta millia, qua occaſione ſubjungit, eadem utrosque Lingua uti Myſos Thracasque. In transcurſu notabo, a Græcis Mœſiæ incolas Myſos fere appellari, qui tamen cum Myſis Aſiaticis confundi non debent.

5. GEPIDÆ fuere gens Getica & Getico nomine appellati, utpote qui a *gepanta*, quod pigrum notaſſe, docet JORNANDES, nomen nacti ſunt. Idem Auctor cap. 17. ſimul docet, eos Gothorum *parentes* fuiſſe, hoc eſt, pro illius ſeculi loquendi more, cognatos vel affines, uti quoque ſubjungit: *Gepidæ ſine dubio ex Gothorum proſapia ducunt originem.* Nec Linguam Gepidarum a Getica abhorruiſſe, teſtis locuples eſt PROCOPIUS in *Hiſtoria Vandalica*, qui, quum Vandalos, Viſigothos Gepidasque Gothicas gentes eſſe docuiſſet, ſubjungit, ſimiles mores omnibus fuiſſe eandemque Linguam, quæ Gothica dicitur. Φωνὴ δὲ αὐτοῖς ἐστι μία, Γοτθικὴ λεγομένη.

6. ALANOS Scythica, h. e. Gothica Lingua uſos fuiſſe, LUCIANI teſtimonio comprobat doctiſſimus SHERINGHAMUS p. 213. quem ſi non ſatis comperta tradidiſſe ſuſpiceris, alium dabo, quo nemo locupletior citari poteſt, JORNANDEN loquor, qui ge-
ne

Digitized by Google

Ebræo קרן (*karen*) cetera prodiiſſe ambigit. Sic a דד (*dad*), mamma, Chald. תד, תדא (*tad, tada*) certum eſt, Ulphilanum *addjan*, lactare, proveniſſe, quum Græci idem membrum τιτθὸς appellaverint, & dialecti Scythicæ exigua cum differentia idem vocabulum ſervaverint. v. in *Tiſſe*. Tom. II. *Gloſſarii* p. 910. Jam dudum obſervarunt alii, a קול (*kol*,) vox, prognatum eſſe Græcum καλεῖν, vocare: quumque veteres Latini *calare* eodem ſenſu frequentaverint, nihil impedit, quo minus noſtrum *kalla* prioribus cognatum eſſe arbitremur. Ingentem ſimilium farraginem adferre poſſem, ſi id in præſentia agerem, in primis ſi vetuſtioris Linguæ Gothicæ vocabula in cenſum vocarem, quæ, quo origini ſuæ propior eſt, eo etiam credi debet, plura cognationis indicia ſervare. Sic apud majores noſtros *gadas* lætari denotabat, quod quam proxime accedit ad Lat. *gaudeo* & Gr. γάδομαι atque γηθέομαι, unde porro deducimur ad Ebr. חדה (*kadah*), quod idem ſonat. *Hoga* priſco ævo cogitare denotavit, Mœſog. *hugjan*, Græce ἡγέομαι: in antiquo Latio *cogo* (conf. frequent. *cogito*) unde vero hæc omnia niſi ab Ebræo הגה *hagah*, meditatus eſt, cogitavit? Pronomen demonſtrativum Ebræi habent זה זו זות, (*ſæ ſu ſoth*) is, ea, id, quod idem perexigua cum variatione in L. Mœſogothica recurrit *ſa, ſo, thata*: quumque in L. Iſlandica ſcriptisque medii ævi Suiogothicis uſitatiſſima ſint *ſa, ſu, that*, e. g. *ſa madur*, vir ille, *ſu qwinna*, femina illa, *that land*, terra illa, & Anglo-Saxones pariter uſurpent, *ſe, ſeo, that*, dubium eſſe non poteſt, quin continente alveo ab oriente ſingula hæc promanaverint. Qui porro reliquas Scythicæ proſapiæ Linguas examinaverit, obſervabit, quemadmodum illæ longius ſenſim ſenſimque deflexerint, relictis tamen haud ambiguis primævæ originis veſtigiis. Nam unde Gothicum *thata* eſt, inde non potuit non oriri Gr. τῦτο (licet longius receſſerint ὗτος & αὐτὴ, τ nempe in aſpirationem converſo) & quamvis Latina *is*, *ea*, *id* a primo fonte plurimum diſtent, accedent tamen propius, ubi meminerimus, ex indicio veterum Grammaticorum, primos urbis incolas pro *ea ſa* uſurpaſſe, & *ſum* pro *eum*. Porro dum in caſu obliquo pronomen hoc Gothicum *thana* habet, Sueth. *then*, *den*: (Gr. τὸν, Dor. τῆνεν) notabile eſt, eandem variationem in Oriente invaluiſſe. Chaldæis enim דן, דנה, (*den*, *dena*) eſt ille, illa. In eundem modum ubi Ebræi לוה, (*lavah*) uſurpant in ſenſu commodandi, proque eo Mœſogothi *laihvan* habuerunt; probabile eſt, ſi minus certum, vetus Gothicum *lea*, *lia*, Germanicum, *leihen* & tandem noſtrum *læna* inde orta eſſe. לקק (*lakak*) lingere, λείχειν, Mœſog. *laigvan*, Germ. *lecken* ſynonyma ſunt, atque adeo luculento indicio probant, noſtrum *ſlicka* non niſi præpoſito ſibilo ab illis differre. Quæ hucusque a me allata ſunt, ingenti exemplorum copia illuſtrata exhibuiſſet OL. RUDBECKIUS, Fil. ſi lucem adſpexiſſet illius *Theſaurus Linguarum Harmonicus*, qui manu exaratus in Bibliotheca noſtra publica aſſervatur, & quo non ſine jactura ſua caret Reſp. Litteraria. Idem etiam ſe obſervaſſe teſtatur LUDOVICUS THOMASSINUS in *Præf. Gloſſarii* ſui *Univerſalis*, ſed qui tamen nimium forte liberalis eſt, ubi *Præf.* p. 97 profitetur, ſe in *Lexicon Runicum* WORMII oculos conjicientem, incertum fere fuiſſe, Runicane an Ebraica legerit. Scilicet accidit interdum, uti nuper monui, eruditis, quod ictericis ſolet, quorum oculi flavo ſuffuſi uti omnia flava vident, ita hi ubivis in id incidunt, quo ſtudia eorum & meditationes maxime occupantur.

Optarem ego quidem, ut me ſatis cautum aliena pericula reddidiſſent: interea tamen ſtudioſe vitavi, ne vocum origines alibi quærerem, quam quo hæc a me indicata facem præferrent. Ita licet nihil ſimilius eſſe poſſit, quam noſtrum *råda*, dominari, & Ebr. רדה (*radah*), Gothicum *ſkilja*, intelligere (de quo conf. *Gloſſ.*) & Ebr. השכיל (*biſkil*) *heder*, honos, gloria, & הדר, (*hæder*) quam plurima alia ut præteream; quum tamen, quæ hæc connectere deberent, mihi deſint, caſui illa adſignare malui, quam originis communioni.

LINGUA SCYTHICA.

Quæ poſt Linguam Ebræam proxime in cenſum venire debet, Scythica eſt, a Scythi nomen nacta, qui ſive a JAPHETO, ſive, ut alii volunt, a GOMERO oriundi, non potuere non multum primævi ſermonis retinuiſſe. Ut autem natio hæc, quæ potiſ-

ſimam

ſimam non ſolum Europæ ſed etiam Aſiæ partem ſuæ ditionis olim fecerat, variis aliis gentibus, vertentibus ſeculis, permixta fuit, & ipſa in plurimas nationes, ſermone diverſo utentes, ſed communi tamen Scytharum nomine comprehenſas, diſpertita fuit; ita per ſe patet, a vocibus, quas hic illic apud Scriptores veteres Latinos Græcosque invenimus, quasque Scythicas fuiſſe perhibent, non ſolum nihil certi concludi poſſe, ſed etiam operam eos ludere, qui ex Linguæ Gothicæ aut Alemannicæ penu illa explicare annituntur, quæ Sarmatica forte ſunt, aut neſcio cujus veterum dialectorum. Quum hæc diſſertatio ad præſens inſtitutum apprime faciat, etſi ſola peculiarem tractationem requireret, præcipua tamen paucis, quæ ſequuntur, poſitionibus concludere conabor.

I. Scytharum ſermo, uti dixi, varius & diverſisſimus jam olim erat, unde apud HERODOTUM lego, eos, qui per Scythiam ad Phalacros, eorum tribules, iter faciebant, ſeptem interpretibus & totidem Linguis opus habuiſſe. Δὶ ἑπτὰ ἑρμηνέων καὶ δὶ ἑπτὰ γλωσσέων διαπρήσσονται Lib. IV. Numerum hunc auget PLINIUS in *Hiſt. Nat.* Lib. V: 5. quippe qui in Colchide centum & triginta interpretibus negotia a Romanis geſta ait. De Alanis tradit STRABO, Lib. X. p. m. 503. ſex & viginti Linguas illis fuiſſe. Γλῶτται δ' εἰσὶ ἓξ καὶ εἴκοσι αὐτοῖς. De numero non laboramus: id ex allatis evidens eſſe arbitramur, longe diverſiſſima locutos fuiſſe Scythas, in cujus rei ulteriorem confirmationem ſuccurrit, LUCIANUM (de *Saltat.*) tradere TIRIDATEN Ponti, hoc eſt, oræ Scythicæ Regem, quum a NERONE omnia impetrare poſſet, nil æque expetiviſſe, ac Pantomimorum ejus aliquem, ut ita ingenti illa interpretum caterva carere poſſet, qua alias opus habuit, civibus ſuis diverſarum Linguarum reſponſa daturus. Quin immo notum eſt, MITHRIDATEN, ejusdem regionis Regem, viginti duas didiciſſe Linguas, in eum finem, ut absque interprete cum quibusvis ſuorum civium colloquia miſcere poſſet. Si pluribus opus eſſet teſtimoniis, ſubjungerem, quod ex TIMONACIS Libro de *Scythis* narrat SCHOLIASTES APOLLONII RHODII, Lib. IV: v. 321, quinquaginta diverſas fuiſſe gentes Scythicas.

II. Apud Scriptores Græcos Latinosque Scytharum univerſali nomine comprehendebantur omnes fere illæ nationes, quæ utramque Danubii ripam tenuere, quæque deinde trans eandem ingentia illa terrarum ſpatia, quæ hinc ad Caſpii maris utraque littora, inde ad Germaniam uſque ſeſe extendebant, & boream verſus Aſiam Septentrionalem, Cimmerios aliasque, ne nomine quidem veteribus Geographis cognitas gentes, complectebantur.

III. Hoc licet ita ſit, nihilominus peculiare & proprium nomen Scythicum illis gentibus fuit, teſte AMMIANO, Lib. XXII: 8, quæ Tauricam Cherſoneſum incoluere, & loca Paludi Mæotidi viciniora, quas easdem ſedes illis tribuit ÆSCHYLUS in PROMETHEO, qui canit:

> Καὶ Σκύθης ὅμιλος
> Οἳ γᾶς ἔσχατον πέρον
> Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν.
> Et Scythiæ turba,
> Quæ terræ extimam regionem
> Mæotin tenet paludem.

IV. Licet Scytharum nomen HERODOTUS a SCYTHA, HERCULIS filio, derivari tradat; alii tanquam τοξότας a Gothica radice *ſkjuta*, jaculari, nomen eos adeptos doceant; utraque tamen conjectura, me quidem judice, repudianda eſt, quum ante HERCULIS ævum jam diu potentiſſima gens fuerit Scytharum natio, adeoque ſine nomine eſſe eousque non potuerit. Quod ad alterum attinet, etiamſi ſcientia arcus tractandi Scythis κατ' ἐξοχὴν tribuatur; nihilominus tamen mihi indubium eſt, errare illos, qui Scythicum nomen hinc profectum eſſe, arbitrantur. Id autem ut conſtet, ſcire refert, Scythas ipſos id nominis ſibi non vindicaſſe, ſed Græcos illius fabricatores fuiſſe. Σκύθας Ἕλληνες ὠνόμασαν, ait HERODOTUS, Lib. IV, dum ipſi ſe Scolotas & variis aliis nominibus nuncupavere. Quum vero Hellas ſagittandi artem vocabulo, quod cum Scythico nomine aliquam affinitatem haberet, non appellarent; per ſe patet, derivationem hoc non eſſe, ſed alluſionem tantum alicujus forte Græcorum, Ponti incolarum, qualium plurimi erant, quique noſſe poterant, vocabulum illud Σκύθης jaculatorem in his regionibus notare. Non inſolitum eſt, nationes peregre nomina gerere, quæ domi ignorentur penitus, ut pluribus obſervatum videre licet a STADENIO. (v. *Memoria* STADENIANA p. 353) aliisque.

V. Ut Tauricam Cherſoneſum & loca Paludi Mæoticæ vicina Scythis propria fuiſſe, multi

Digitized by Google

multi veterum perhibent; ita de Gothis idem tradidere alii. Auctorem dabo STEPHANUM de *Urbibus.* Γότθοι, ἔθνος πάλαι ᾤκησαν ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος, ὕστερον δὲ εἰς τὴν ἐντὸς Θρᾴκης μετανέστησαν. h. e. Gothi, gens olim habitans intra Mæotida, poſtea ſe conferens in Thraciam. Invenies eadem apud JORNANDEN plurimoſque alios. Obſervavit etiam GROTIUS in *Prolegomenis* ad *Scriptores Gothicos*, quæ heic Scythis tribuuntur, alibi Gothis asſignari. Ita EUNAPIUS Scythas vocat, quos AMMIANUS Gothos. *Fœderatos* illos, quos domi noſtræ *Væringar* olim appellavimus, quique apud Imperatorem Conſtantinopolitanum ut corporis cuſtodes ſtipendia faciebant, SUIDAS ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν nuncupat: eosdem PROCOPIUS in *Deſcriptione Ponti Euxini* expreſſis verbis & ſæpius Gothos appellat.

VI. Aſſurgo itaque facile CL. SALMASIO, qui in Tr. de *Lingua Helleniſtica*, Cap. II. p. 269, profitetur, Getas eſſe Gothoſque, quos Græci, pro ſua pronuntiandi licentia, Scythas appellavere. *Hoc nomen* Σκύθης, inquit, *varie a Græcis enuntiatum eſt, & multas* μεταπτώσεις *incurrit: nam* Σκύθης, Γέτης *&* Γότθος *idem eſt.* In eodem probando multus etiam eſt ROB. SHERINGHAM in Tr. de *Origine Anglorum*, qui inter alia p. 186. THEOPHANEN adfert, qui expreſſis verbis docet, Scythas ἐπιχωρίως Γότθους λέγεσθαι i. e. patrio ſermone Gothos dici, cuique conſona ſunt illa SYNCELLI: Σκύθαι, καὶ Γότθοι λεγόμενοι ἐπιχωρίως: Scythæ, qui etiam Gothi ſua Lingua nominantur. Scilicet amarunt Græci & in primis Æoles præpoſito ſ vocabula & nomina propria augere: ita, STEPHANO teſte, pro Cimbris Σκίμβροι dixere, ut alia ſimilia omittam. Et hæc vera eſt nominis Scythici origo, & ſimul ratio, cur Scriptores antiqui modo Gethas Schythicam nationem eſſe tradant, modo Scythas Getarum partem, uti dum TREBELLIUS POLLIO in GALLIENIS ait: *Scythæ, id eſt, pars Gothorum Aſiam vaſtabant.*

VII. Hæc, quæ ſummatim attuli, mirifice illuſtrantur, ſi meminerimus, illam Scythici nominis primariam ſedem, Tauricam Cherſoneſum, hodieque Gothicum ſermonem ſervare, illi, quo utebatur ULPHILAS, adeo ſimilem, ut a miraculo prope abſit, Linguam absque majori immutatione per XIII ſecula conſervari potuiſſe. Res nota eſt, ſed quæ tamen heic præteriri non debet, AUGERIUM BUSBEQUIUM, Oratorem Imperatoris Romano-Germanici ad Aulam Ottomannicam duos inveniſſe hujus regionis incolas, a quibus quum varia de patrio illorum ſermone quæſiviſſet, nonnulla in commentarios retulit, quæ cum dialecto CODICIS ARGENTEI adeo conſpirare animadvertimus, ut nil poſſit eſſe magis germanum. Ut, quod res eſt, me dixiſſe, quivis videat, proferam illa, quæ per exiguam ſermonis Mœſogothici copiam hodie ſuperſtitem cum Precopicis conferri poſſunt.

Precop.	Ulphil.
Plut, ſanguis.	*Bloths*, id.
Stul, ſedes.	*Stols*, id.
Hus, domus.	*Hus.* id. ſuperſtes in *Gudhuſa.* JOH. 18: 20.
Wingart, vitis.	*Veinagards*, vinea.
Regben, pluvia.	*Rign*, id.
Bruder, frater.	*Brothar*, id.
Schweſter, ſoror.	*Sviſtar*, id.
Alt, ſenex.	*Alts*, id.
Winteb, ventus.	*Vinds*, id.
Siluir, argentum.	*Silubr*, id.
Goltz, aurum.	*Gulth*, LUC. 15: 22. id.
Kor, triticum.	*Kaurno*, granum.
Salt, ſal.	*Salt*, id.
Fiſcb, piſcis.	*Fiſks*, id.
Hoef, caput.	*Haubith.* id.
Stern, ſtella.	*Stairno*, id.
Sune, ſol.	*Sunno*, id.
Mine, luna.	C. A. habet *menath*, menſis
Tag, dies.	*Dags*, id.
Oegbene, oculi.	*Augona*, id.
Hando, manus.	*Handus*, id.
Brunna, fons.	*Brunna*, id.
Schlipen, dormire.	*Slepan*, id.
Kommen, venire.	*Qviman*, id.
Singben, canere.	*Siggvan*, id.
Lachen, ridere.	*Laikan*, id.
Criten, flere.	*Gretan*, id.
Geen, ire.	*Gaggan*, id.
Schwalt, mors.	*Sviltan*, mori, id.

Præter hæc adfert BUSBEQUIUS eadem pagina 244 nonnulla alia, quæ a Germanicæ Linguæ genio diſſona credidit, ſed quorum non pauca, ad amuſſim Gothicam exacta, facile originem ſuam produnt. Ita *yels wburt*, h. e. ſit ſanum, a Gothico *hails wairth* parum abludit, & *wictgata*, album, dialecto Mœſogothica eſt *hweitjata*. Pronomina *ik*, *izo*, *jes*, ego, hic, ille in CODICE ARGENTEO ſunt *ik*, *thu*, *is*, & *is wartbata*, fuit, reſpondet Ulphilano *is wawrth.* Ut

Ut brevis ſim, nil addo de numeris, quorum cum Mœſogothicis conformitas ſponte in oculos incurrit. Notatu, quæ attuli, vel eo nomine digna exiſtimo, quod evidenti & locupletiſſimo teſtimonio evincant, errare illos, qui CODICIS ARGENTEI Linguam Gothicam eſſe negant, quando eadem eſſe deprehenditur, quæ in primæva Gothorum ſede hodieque in ore hominum eſt.

VIII. Etiamſi in antecedentibus oſtenderimus, Scythicum orbem diverſas & longe plurimas habuiſſe Linguas, nihilominus vere affirmo, illas gentes, quæ Danubii ripis viciniores erant, Getico ſermone maximam partem uſas fuiſſe. Quum hocce ad hiſtoriam Linguæ noſtræ pertineat, non abs re fuerit, quam breviſſime recenſere illas regiones, in quibus Geticum ſermonem viguiſſe, Hiſtorici Græci Latinique perhibent.

Incipimus itaque 1. a regionibus PONTICIS, a ponto Euxino, mari inter duos bosporos, Cimmerium & Thracium, contento, ita dictis, ubi Geticum ſermonem patrium fuiſſe, tam ex illis, quæ jamjam dicta ſunt, conſtat, quam ex teſtimoniis OVIDII, qui has oras ſuo exilio nobilitavit, quique ſub eodem Getice ſe didiciſſe, narrat.

2. DACI, qui & DACÆ & aliquando DAÆ, DAVI appellabantur, illas fere regiones tenuerunt, quæ jam Tranſylvania, Moldovia & Wallachia nuncupantur. Teſtatur vero STRABO Libro VII. *Γέτας τοῖς Δάκοις ὁμογλώττους* fuiſſe. Immo APPIANUS in *Præf.* ait, Getas trans Iſtrum Dacos fuiſſe appellatos. *Γετῶν τῶν ὑπὲρ Ἴστρον, οὓς Δάκους καλοῦσιν.* Scilicet, ſi ZONARÆ fides eſt, in *Vita* GALIENI, Daciæ nomen recentius eſt: *Αὐρίαλος ἐκ χώρας ἂν Γετικῆς, τῆς ὕστερον Δακίας ἐπικληθείσης:* uti etiam JUSTINUS Lib. 23. Dacos Getarum ſubolem facit. Conf. XIPHILINI *Epitome* DIONIS in *Vita* DOMITIANI, qui ait, *Ἑλλήνων τινὲς Γέτας αὐτοὺς Δάκους λέγουσι.* Conf. PLINII *Hiſt. Nat.* Lib. IV: 12. Quod Tranſſylvani in hunc usque diem Germanicum ſermonem retineant, norunt omnes.

3. THRACES cum Getis apud Scriptores antiquos varie permiſcentur, ut modo Getæ gens Thracia eſſe dicatur, modo Thraces Getica. Ita STEPHANUS BYZANTINUS. *Γετία, ἡ χώρα τῶν Γετῶν: ἔστι δὲ Θρᾳκικὸν ἔθνος.* Getia, regio Getarum; eſt autem gens Thracica; & HERODOTUS tradit, Getas fuiſſe *Θρῃκῶν ἀνδρειότατους καὶ δικαιοτάτους,* Thracum fortiſſimos juſtiſſimosque: quibus adjungo STRABONEM, qui Libr. VII. hæc habet: *Ἕλληνες, τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον: ᾤκουν δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου.* Græci Getas exiſtimarunt Thracicam eſſe gentem: incoluerunt vero utramque Iſtri ripam. Modo laudatus STRABO, Libr. I. cap. 20. Dacos & Thraces eadem Lingua uſos fuiſſe, docet.

4. MOESI, quorum incolas Gothos minores nuncupatos fuiſſe, tradit JORNANDES, omnium minime ignotum eſſe poteſt, qua Lingua locuti fuerint, poſtquam benigniora fata ad noſtra usque tempora conſervarunt aliquot fragmenta Verſionis Biblicæ, quam eorum Epiſcopus ULPHILAS concinnavit. PLINIUS in *Hiſt. Nat.* Lib. III: 26. in Mœſia Dardanos, Celegeros, Triballos, Trimachos, Mœſos, Thraces Pontoque conterminos Scythas: h. e. Getas collocat. STRABO Libr. VII memoriæ prodit, Getas Myſos olim vocatos fuiſſe, idque nominis eos retinuiſſe, poſtquam ÆLIUS CATO ex Tranſiſtrana regione in Thraciam habitatum duxerat eorum quinquaginta millia, qua occaſione ſubjungit, eadem utrosque Lingua uti Myſos Thracasque. In tranſcurſu notabo, a Græcis Mœſiæ incolas Myſos fere appellari, qui tamen cum Myſis Aſiaticis confundi non debent.

5. GEPIDÆ fuere gens Getica & Getico nomine appellati, utpote qui a *gepanta*, quod pigrum notaſſe, docet JORNANDES, nomen nacti ſunt. Idem Auctor cap. 17. ſimul docet, eos Gothorum *parentes* fuiſſe, hoc eſt, pro illius ſeculi loquendi more, cognatos vel affines, uti quoque ſubjungit: *Gepidæ ſine dubio ex Gothorum proſapia ducunt originem.* Nec Linguam Gepidarum a Getica abhorruiſſe, teſtis locuples eſt PROCOPIUS in *Hiſtoria Vandalica*, qui, quum Vandalos, Viſigothos Gepidasque Gothicas gentes eſſe docuiſſet, ſubjungit, ſimiles mores omnibus fuiſſe eandemque Linguam, quæ Gothica dicitur. *Φωνὴ δὲ αὐτοῖς ἐστὶ μία, Γοτθικὴ λεγομένη.*

6. ALANOS Scythica, h. e. Gothica Lingua uſos fuiſſe, LUCIANI teſtimonio comprobat doctiſſimus SHERINGHAMUS p. 213. quem ſi non ſatis comperta tradidiſſe ſuſpiceris, alium dabo, quo nemo lucupletior citari poteſt, JORNANDEN loquor, qui gene

neſe Alanus CANDACISQUE, Alanorum Ducis, Notarius ante converſionem ſuam fuit: v. de *Rebus Geticis* cap. 52. quemque probabile eſt, Epiſcopi munus inter Gothos accepturum non fuiſſe, ſi diſſonam Linguam uſurpaſſet. Immo vero licet Latine ſcripſerit, videor tamen mihi deprehendere, ſtilum illius Gothismis ubique reſperſum eſſe, uti aliquibus exemplis in Gloſſario oſtenditur ſub vocibus *Hwar*, *Raſt* & *Tiuſt*: ſed longe pluribus declarari poſſet.

7. AMAZONES, quarum hiſtoria etſi in plurimis fabuloſa ſit, de Lingua tamen illarum dubium eſſe nequit, quum Gothorum conjuges illas fuiſſe tradat JORNANDES, atque adeo non potuerint non maritis ſuis ὁμόγλωττοι eſſe. Et, ne dubites, diſerte id docet *Scholiaſtes* APOLLONII, vocem Scythicam σανάπη explicans. Οἱ μέθυσοι, inquit, Σανάπαι λέγονται παρὰ Θραξὶν, ᾗ διαλέκτῳ χρῶνται καὶ Ἀμάζονες: Sanapæ dicuntur vinoſi apud Thracas, qua dialecto utuntur etiam Amazones. HESYCHIUS hanc eandem vocem Scythis tribuit, unde adeo HORNIUS concludit in Præf. ad BOXHORNII *Origg. Gallicas*, veteres Scythicam, Thracicam & Amazonum Linguas pro una eademque habuiſſe. Conf. P. PETITUS, in *Diſſert. de Amazonibus* & ex illo OL. RUDBECKIUS, in *Atl.* Tom. III. pag. 600.

8. LONGOBARDI, quos PAULUS WARNEFRIDUS, ipſe Longobardus, *ab inſula, quæ Scandinavia dicitur*, exiiſſe tradit, & PROCOPIUS *Gothicæ originis populis* accenſet, alii vero Gepidarum propaginem eſſe affirmant; utralibet ſtante ſententia (& cur ni utraque ſtare poſſit, quum etiam Gepidas ex Scanzia prodiiſſe, tradat JORNANDES) non potuere non Gothicum ſermonem uſurpaſſe. Et vanum foret, in hoc probando operam inſumere, quum Leges eorum Latinæ, ſed Gothicis vocabulis refertiſſimæ, omni alio teſtimonio certius, quo ſermone uſi ſint, teſtentur. Id tantum addo, WARNEFRIDUM nos certiores reddere, Longobardos hosce antea *Winiles* fuiſſe nuncupatos vel, ut PLINIUS habet, *Vindilos*, quos idem auctor inter Germaniæ nationes Principe loco ponit. Lib. IV: 14. Quo cognito, illico conſtat, de horum idiomate ambigi non poſſe. Dum vero hic, Vandalos, Viſigothos & Gepidas eos fuiſſe, dicit, quos antiqui Sauromatas & Melanchlænos nuncupavere, neſcio an aſſenſum promereatur.

9. CIMMERII, ſi iidem fuere, qui poſtea Cimbri vocati ſunt, id quod concordi teſtimonio comprobant PLUTARCHUS in MARIO, STRABO Lib. VII. & DIODORUS SICULUS Lib. V. absque meo indicio quilibet perſpexerit, Gothice etiam hos locutos fuiſſe.

10. OSTROGOTHI, loquor illos Italiæ domitores, qui urbi æternæ excidium attulere. Hos vero Getica Lingua Romanis jura dediſſe, patet inter alia ex illo venditionis inſtrumento, quod in Italia repertum editumque habemus inter *Inſcriptiones* DONIANAS & dein typis redditum in *Præf.* EDV. LYE ad Editionem ULPHILÆ BENZELIANAM. Scriptum vero illud eſt dialecto litteriſque germane Mœſogothicis. Nec minus notabilis eſt ille locus, qui in AUGUSTINI *Epiſtolis* occurrit, ubi, dum Græci Κύριε ἐλέησον clamant, Gothos ſupplice voce *Frauja armai* ingeminare ait. Ad hanc enim veriorem immo indubiam Lectionem nos nonnulli Codices ducunt, dum ceteri corrupte *ſi bora armen* præterunt. Hæc vero duo vocabula pure Gothica eſſe, nemo negaverit, qui CODICEM ARGENTEUM inſpexit.

11. WISIGOTHI, quorum nomen dominorum foris & per ſubjugatam Italiæ, Galliæ Hiſpaniæque magnam partem celeberrimum olim erat, Gothice utique loquebantur. Teſtantur id Leges eorum, Gothicis vocabulis ubique reſperſæ, teſtantur Principum nomina aliaque in Hiſtoriis occurrentia τεκμήρια. Mœſiam ante ingreſſum in Italiam eos tenuiſſe, docet JORNANDES.

12. MASSAGETÆ, hoc eſt, ut interpretantur multi, Getæ majores (*maiza* enim Getice majorem notavit) in oppoſitione ad Gothos minores, quorum Epiſcopum ULPHILAM fuiſſe, docet JORNANDES. Apud Scriptores Græcos ſæpe, tanquam cognati, Getis & Alanis adjunguntur, eorumque commilitones fuiſſe narrantur, qui primum in Italiam deſcendendi conſilium cepere. PROCOPIUS in ipſo limine *Hiſtoriæ* ſuæ eos Gothicis gentibus accenſet. NICEPHORUS GREGORAS communi loquendi modo illos Alanos dictos ait. Ἀλανὲς ἡ κοινὴ τέτες (Μασσαγέτας) καλεῖ διάλεκτος. Conformia ſunt, quæ ex DIONE NICÆO adfert SHERINGHAM,

HAM, quippe qui ait, Alanos fuiſſe, quos alias Maſſagetas appellare ſueverunt. Quod de his Maſſagetis, id etiam ſine dubio de Thuſſagetis vel, uti alias appellantur, Thyrſagetis valet, ipſo nomine indicante, illos propaginem Gothicæ ſtirpis fuiſſe, quod idem de Thyragetis dictum velim, de quibus STRABO, Lib. VII. & PLINIUS, H. N. Lib. IV: 22. Fuere ab his diverſi Maſſagetæ, qui in Aſia late dominabantur, ſed ita tamen, ut haud dubie cognatam originem habuerint.

13. BURGUNDIONES, Germaniæ incolæ, &, ut PLINIUS obſervat, Vindilorum pars. Quod eorum Lingua Celticæ affinis fuerit, eleganter, & pro more ſuo erudite, demonſtratum dedit WACHTERUS in *Præfatione ad Germanos:* hoc etiam nemo mirabitur, qui cogitaverit, illos Celticis gentibus undique circumdatos fuiſſe. Certum interea eſt, tam AGATHIAM, qui eos Οὐρούνδους, quam ZOZIMUM, qui Βουργουζίωνας appellat, Gothicis gentibus eos annumeraſſe. AMMIANUS MARCELLINUS nos docet, apud eos ſummum ſacerdotem *Siniſtum* fuiſſe appellatum; Regem vero *Hendinum.* Utrumque Ulphilanum eſt: *Siniſts* enim ſæpius in C. A. occurrit pro πρεσβυτέρῳ, *Kindins* vero ibi Principem denotat. Leges iis a GUNDEBALDO latæ *Gundebada* appellabantur, a *bud*, *bůd*, quod apud nos hodieque mandatum notat.

14. HYPERBOREI, quod nomen, utut vagum erat, iis tamen peculiare cenſebatur, qui boream verſus quam longiſſime fuere remoti. THEOPHANES ad annum 431 hæc loca a Gothis habitata diſerte docet. Ἦσαν δὲ τότε Γότθοι καὶ ἔθνη πολλά τε καὶ μεγίστα πέραν τοῦ Δανούβιος ἐν τοῖς ὑπερβορείοις τόποις κατῳκισμένα: erant Gothi & gentes numeroſæ, potentesque in locis hyperboreis trans Danubium habitantes. Singulare eſt, quod de Scythis Hyperboreis commemorat DIODORUS SICULUS, Libr. II. p. m. 92, Lingua eos peculiari uſos fuiſſe, ſed quæ prope acceſſerit ad Atticorum & Delienſium loquendi modum, ob neceſſitudinem & amicitiam, quæ inter has gentes olim interceſſit. Probabimus vero mox, Atticos Pelaſgice h. e. Getice locutos fuiſſe, id quod a DIODORO dicta non parum illuſtrat.

15. BASTARNÆ, vel ut APPIANUS eos appellat, BASTERNÆ, alio nomine, ab Hiſtoricis Veterum, Peucini appellati, apud TACITUM Fennis Venedisque adjunguntur, dubitatque idem Auctor, de *Morib. Germ.* Cap. 46. utrum eos Sarmatis an Germanis adſcribere debeat. Sed quod ad Baſtarnas attinet, ſermone eos uti ſimul docet, qui Germanis eos accenſendos, demonſtret. STRABO, Libro VII. eos tantum non Germanici generis eſſe docet (σχεδόν τε καὶ αὐτοὶ Γερμανικοῦ γένους) uti quoque PLINIUS, H. N. Lib. IV: 14, dum Germanicas nationes recenſet, hos quintam earum partem conſtituiſſe affirmat. Non me fugit, LIVIUM tradere, Baſtarnas Scordiſcis Gallis Lingua & moribus ſimiles fuiſſe, Lib. XL. Cap. 57. & PLUTARCHUM, in Vita ÆMILII PAULI, eos expreſſe Galatas nuncupare, circa Iſtrum colentes: ſed eveniſſe non raro videmus Scriptoribus tam Græcis quam Latinis, ut Gallos Germanosque paſſim vel confundant, vel ſaltem promiſcue ponant.

LINGUA CELTICA.

Gens ea, quæ ipſam ſe Celticam olim nominavit, Romani vero Gallicam, Græci Galaticam, Celticam & Celto-Galaticam, ſedes ſuas inter Rhenum montesque Pyrenæos citerioribus ſeculis fixerat. Quoniam vero antea, quo ſpes prædæ vocavit, arma ſua circumtulerat, & raro in eodem loco bis ſementem fecerat; mirari non convenit, ſi Celticæ ditioni diverſos limites poſuerint veteres. Nonnulli Græcorum Celticum nomen adeo late accipiunt, ut maximam Europæ partem, Cimbriam & univerſam Germaniam includat: qui reſtrictiore ſignificatione illud uſurpant, vel illam regionem intelligunt, quæ hodieque id nominis gerit, vel ſpeciatim hanc ejus partem, quam Matrona, Garumna & Sequana alluunt, quæque antiquam ut Linguam ita & nomen ceteris diutius retinuit. Celtarum illud flagellum J. CÆSAR docet, in tres partes Galliam fuiſſe diviſam, in Belgicam, Aquitanicam & Celticam, ſingulasque earum ſuam ſibi pro-

priam

Digitized by Google

priam Linguam habuiſſe, de *Bello Gallico*, L. I. Cap. 1. Ultima hæc eſt, quæ in præſentia noſtræ conſiderationis erit. Utuntur eadem hodieque Armoricani, & cum modica variatione Cymræci, hoc eſt Wallicæ regionis in Britannia inſulari incolæ: quorum populorum ſermonem *haud multum diverſum fuiſſe*, jam ſuo ævo TACITUS, in *Vita* AGRICOLÆ obſervavit, quod idem hodieque valere hujus Linguæ periti fidem faciunt. Hanc autem Linguam eandem eſſe, quam Scriptores Romani Gallicam, Græci Celticam appellavere, manifeſtum faciunt vocabula, quæ tanquam Gallica apud veteres citata in Lingua utriusque Britanniæ in hunc usque diem reſidua occurrunt, quorumque ingentem Catalogum contexeremus, niſi hac opera ante nos alii defuncti fuiſſent. Ceterum etſi Linguam Celticam alii aliunde arceſſant, eam tamen a Scythis ſuos natales habuiſſe, fidem indubiam faciunt tam veterum Scriptorum teſtimonia, quam luculentiſſima illa, quæ inter Celticam & Scythicæ originis dialectos intercedit harmonia. Animadvertit eandem jam STRABO, qui Lib. VII. pag. 443. ait, Germanos loquendi modo non niſi perparum a Celtico genere diſcrepare: *Γερμανοὶ μικρὸν ἐξελλάττοντες τοῦ Κελτικοῦ φύλου*, qui idem, Lib. IV. Belgas & proprie dictos Celtas dicit *μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώσσαις*, parumper Lingua diverſos fuiſſe.

LIVIUS, qui ipſe in media Gallia Ciſalpina natus erat, & proinde ut cetera Celtarum ita & ſermonem non potuit non noviſſe, gentes Gallicas *Semigermanicas* fuiſſe, diſerte perhibet, Lib. XXI: Cap. 38. quod quum ad Linguam ibi referatur, non poteſt non luculento teſtimonio confirmare, cognato & pæne eodem loquendi genere uſos fuiſſe Gallos Germanosque. Et, ut e re mea fuit, quantum ex Cambricis & Armoricis Lexicis fieri potuit, Linguam Celticam conſulere, geminas has ejus filias cum vetere Gothica ſtudioſe contuli, eaque ſub collatione cognationem inveni omni exceptione evidentiorem. Lectoris judicio paucula, quæ generatim obſervavi, ſubmittam.

I. Verba Gothica, quo remotioris ævi ſunt, eo ad Celticiſmum propius accedunt. Ita majores noſtri telum *arf* appellarunt, Cambri *arf*. Iſlandis *fla* fœtor eſt, C. B. *ad-flas*. Mœſogothice *rodjan*, loqui, C. B. *ad-rodd*. Iſlandice *barudre* ventum cum nive vel imbre ruentem notat, C. B. *barrug*, nubem pruinoſam. Iſlandice *blyant*, ſindon eſt, C. B. *bliant*. Iſl. *blid*, catapulta. C. B. *blif*. Mœſog. *rib*, rudis. MATTH. 9: 16. C. B. *cri*. Iſl. *brid*, febris. C. B. *cryd*. Iſl. *kinda*, accendere. C. B. *cynne*. *Då* apud Iſlandos particula eſt, quæ teſte GUDMUNDO ANDREÆ, in *Lex. Iſl.* æquipollet Græcorum εὖ, C. B. *da*, bonus. Iſl. *dæla*, longa ſermocinatio, C. B. *dadl*, controverſia. Iſl. *dæll*, elegans, C. B. *dillyn*. Iſl. *glær*, ſplendidus, C. B. *disg-lair*. Apud Iſlandos *draugur* diaboli nomen eſt, C. B. *drwg*, malus. (ita a malitia in CODICE ARGENTEO cacodæmon vocatur *unbultha*, apud nos *bin onde*. h. e. κατ᾽ ἐξοχὴν malus.) *Eiri* ora vel extremum campi vel ripæ eſt apud GUDMUNDUM ANDREÆ in *Lexico Iſl.* C. B. *eirionyn*. *Hendinus* apud Burgundiones Senator, Senior, teſte MARCELLINO. C. B *henydd*. Precop. *iel*, ſanitas. C. B. *hwyl*. Ulph. *nadr*, ſerpens, C. B. *neidr*. Ulph. *paida*, tunica. C. B. *pais*. Iſl. *Ring*, rex, dominus. C. B. *Rhi*. Iſl. *rid*, rubigo. C. B. *rhwd*. Iſl. *briota*, cum impetu ferri, C. B. *rhwtr*. Iſl. *ſennaſt*, litigare, C. B. *ſenn*, jurgium. Iſl. *ſid*, ora veſtis. v. GUDM. ANDREÆ l. c. 206. C. B. *ſider*. Iſl. *ſik*, vorago. C. B. *ſiglen*. *Sinder*. Iſl. ſcintilla, ſcoria ferri. C. B. *ſinidr*. Iſl. *ſoppr*, pila. C. B. *ſoppen*. Iſl. *ſudde*, vapor. C. B. *ſudd*, ſuccus. Iſl. *tyrſa*, ferire. C. B. *taraw*. Iſl. *tæla*, decipere. C. B. *twyll*, dolus, fraus.

II. Inter parallela ſingulari attentione digna arbitror nomina compoſita, quæ, ſi in utraque Lingua occurrant, eo minus fortuiti habere potuerunt. Ita *grundwal* apud nos fundamentum ædificii vocatur, apud Cymræcos vox eadem eodem ſenſu recurrit. *Tawlbwrdd* Cambrice eſt abacus, alveus luſorius. Sueth. *tafwelbord*. C. B. *bwsmon* notat hominem frugi, agricolam. Suethice *busman*, id. unde *busmanskoſt* vocari ſolet cibus frugalis, parcus.

III. Poſſem vocabulorum ſingularium catalogum, plures paginas occupaturum, heic attexere, niſi vereri fas foret, ne Lectori meo tædium crearem. Interea tamen quum ſimilia argumenta non niſi exemplorum inductione tranſigi queant, breve quoddam ſpecimen adferam, ex quo de reliquis judicium ferri poſſit. Apud Cambros uſitatum eſt, ubi voces ab *s*, ſequente alia conſona, incipiunt, pronuntiationis ſtridorem præfixo

*y*e-

Digitized by Google

y emollire, perinde ac Galli Italique *e* in eundem finem præmittere ſolent. Hujus idiotiſmi exempla, in quantum cum Gothicis affinitatem præ ſe ferunt, nonnulla adferam.

Cambrica.	Gothica.
Yſpardun, calcar.	*Sporre.*
Yſper, haſta.	*Sper.*
Yſtang, pertica.	*Stång.*
Yſtorm, tempeſtas.	*Storm.*
Yſtryd, via.	*Stråt.*
Yſwain, ſervus.	*Swen.*
Yſgarm, vociferari.	*Skærma*; *beſkærma* ſig.
Ysgod, umbra.	Ulph. *Skadus.* Sueth. *Skugga.*
Ysgrafell, ſtrigil.	*Skrapa.*
Ysgrecb, avis genus.	*Skrika.*
Ysgreppan, mantica.	*Skræppa.*
Ysgrin, arca.	*Skrin.*
Ysgyflu, prædari.	*Sköfla.*
Ysgyrioni, in minuta ſchidia diffindere.	*Skyra.*
Yslic, laxus.	*Slak.*
Ysnoden, vitta.	*Snod.*
Yſtelff, homo ineptus.	*Tölp.*
Yſtranc, ſtrategema.	*Strek.*
Yſtum, forma, figura.	*Stymelſe.* v. *Gloſſ.* T. II. p. 817.

His in medium breviter allatis in præſentia acquieſco, quum non quicquid ambæ Linguæ commune habent, converrere, in animo ſit, ſed tantum indicare, longe plurima eſſe, quæ Scythicam Celtarum originem prodant, & vere olim dixiſſe LIVIUM, *Linguam Celtarum eſſe Semigermanicam.*

IV. Quæ in ſuperioribus attulimus ex penu L. Cymrææ depromta fuere. In Armorica nec minus largam ſimilium meſſem inveniri, certum eſt. Eorum, quæ cum L. Germanica adfinitatem produnt, catalogum ſat numeroſum contexuit Doctiſſ. SUSMILCH, quem *Lexico Veteris L. Britannicæ* annexuit D. LOUIS LE PELLETIER. Tu ex ingenti numero, quem ego cum noſtrate dialecto evidentiorem harmoniam præ ſe ferre animadverti, ſequentia habe.

Armorica,	Gothica.
Ala, parere,	*Alla*, id.
Anap, cyathus,	*Napp.* v. *Gloſſ.* in v.
Anſpec, vectis,	*Handſpik.*
Bara, panis,	*Bröd.*
Blot, mollis,	*Blöt.*
Boet, eſca ad capiendos piſces hamo impoſita.	*Bete.*
Borod, tumultu moleſtiam faceſſere.	*Brydå*, *bry.*
Boucb, caper.	*Bock.*
Bredr, *Brer.* C.B. *brawr.*	*Broder*,
Buga, linteamenta, antequam laventur, aqua proluere.	*Byka.*
Chic, mandibula.	*Keke.*
Cbwirinna, hinnire.	*Vrena.*
Cbwitel, ſibilare.	*Hwiſsla*, *bwiſtla.*
Cliket, peſſulus.	*Klincka.*
Crab, cancer.	*Krabba.*
Craban, ſcabere.	*Kraſſa.*
Creof, vellus.	Iſl. *reif.*
Croc, harpago.	*Krok.*
Croumm, curvus.	*Krumm.*
Dant, dens.	*Tand.*
Dor, porta.	*Dör.*
Eucben, bos.	*Ök*, quod pro bove olim uſurpatum, hodie *oxe.*
Eun, planus, æquus.	*Ibn.* Ulph.
Hur, merces.	*Hyra.*
Fall, carere. C. B. *fæl.* error. Sueth. *fel.*	*Fela*,
Feſt, celer.	*Faſt.*
Fin, ſubtilis.	*Fin.*
Flacb, motitare, crebro locum mutare.	*Flacka.*
Flecba, findere.	*Flåcka.*
Garv, aſper.	*Kerf.*
Goap, illuſio.	*Gabba*, illudere.
Gregon, prunum ſilveſtre.	*Krikon.*
Gwagben, fluctus.	*Wåg.*
Gwalen, fuſtis.	*Wal.* Ulph. *walus.*
Gwyl, *gwel*, feſtum.	*Jul.*
Gwers, pretium.	*Wårde.*
Cwerza, negotiari.	Iſl. *verja.*
Gwic, villa.	Ulph. *veibs.*
Haſt, feſtinatio.	*Haſt.*
Heſou, tibialia.	*Hoſer.*
Hia, ita, particula affirmandi.	*Ja.* Ulph. *jai.*
Hic, ſingultus.	*Hicka.*
Hon, hæc.	*Hon*, illa.
Hop, clamor vocantium.	*Op.* Ulph. *Vopan*, clamare.
Oum, ſum. v. PELLET. l. c. p. 441.	Ulph., *am.* Iſl. *em.*

Iſſa, incitare. C. B. *hus-ſjo.*	*Hiſſa*,
Kegbin, culina.	*Kok.*
Kea, ire.	*Gå.* Al. *geben.*
Keina, queri, C. B. *cwyn.* querela.	Ulph. *qvainon.* Iſl. *qveinai*
Ken, cutis.	*Skinn.*
Keſlue, *Kelue*, vacca prægnans.	*Ikalf.*
Kenep vel *kemep*, equa fœta.	*Kamp*, equus.
Ker, carus.	*Kær.*
Kerbe, faſciculus lini.	*Kerfwe*, faſciculus.
Kina, germinare.	Ulph. *keinan*, unde *uskeinan.* Al. *chinen.* v. SCHILTERUS, p. 168.
Lan, regio. D. PELLETIER docet, *Languedoc* compoſitum eſſe a *Lan*, terra, & *Gothoc*, Gothorum.	*Land.*
Laüt, portio.	*Lott.* Ulph. *hlauts.*
Lova, terminus nauticus, pedem facere.	*Lovera.*
Ludu, cineres.	*Lut*, lixivium.
Menna, cogitare.	*Mena.*
Merien, formica.	*Myra.*
Maethu, nutrire.	*Mata.*
Mouen, C. B. *mwng*, juba.	*Man.*
Nacha, negare.	*Neka.*
Nam, exceptio.	*Nam*, unde *nema*, excepto quod, niſi.
Nez, lens. C. B. *nedd.*	*Gnett.*
Nort, aquilo.	*Nord.*
Oän, agnus. C. B. *Oen.*	*Oena*, parere, dicitur de ovibus.
Plach, puella.	*Flicka.*
Priet, conjux. C. B. *priod.*	*Brud*, ſponſa.
Scaf, hauſtrum, *ſcob.* id.	*Skopa.*
Scara, effuſe currere.	*Skala.*
Scarfa, conſarcinare, conjungere.	*Skarfwa.*
Scolia, vecti, quo pondera levantur, lapidem aut ſimile quid ſupponere, ut majori vi in altum tolli poſſit.	*Skola.*
Scraba, ſcabere.	*Skrapa.*
Scrigea, vociferari.	*Skrika.*
Sil, colum.	*Sil.*
Söl, fundamentum.	*Syll.*
Spiſſa, abruptos funes, junctis extremitatibus redintegrare.	*Spetſa.*
Sur, acidus.	*Sur.*
Ster, ſtella.	*Stierna.*
Taran, fulgur.	*Torn.*
Tat, pater.	*Dadd.* Weſtro-Goth.
Tec, pulcer.	*Tæck*, id.
Telt, tentorium.	*Tælt.*
Ter, pix liquida.	*Tjära.*
Tont, fomes.	*Tunder.*
Touſſoc, bufo.	*Toſſa.*
Trei, tornare.	*Dreja.*
Treill, circumagere.	*Drilla.*
Tret, ſturnus.	*Traſt.*
Tripal, ſummis pedum digitis incedere.	*Trippa.*
Van, ventilabrum.	*Vauna.*

Coronidis loco ſubjungam ex utraque dialecto numerorum nomina cum adjunctis Mœſogothicis.

Armonica.	Cymræca.	Ulphilana.
Unan.	*Un.*	*Ains.*
Daöu.	*Dau.*	*Twai.*
Tri.	*Tri.*	*Thrins.*
Peswar.	*Pedwar.*	*Fidvor.*
Pemp.	*Pump.*	*Fimf.*
Chwech.	*Chwech.*	*Saihs.*
Seis.	*Saith.*	*Sibun.*
Eis.	*Vaith.*	*Ahtau.*
Naou.	*Naw.*	*Niun.*
Dec.	*Deg.*	*Taihun.*

Illa, quæ heic recenſui, facile, ut opinor, perſuadebunt, majorem, quam ab eruditis vulgo creditum eſt, harmoniam adhuc ſubſiſtere inter Celticæ Linguæ Gothicæque propagines, atque adeo nimium confidenter tradidiſſe TOLANDUM, in *Hiſtoria Druidum* p. 7. inter Gothicam & Celticam Linguam majorem non intercedere harmoniam, quam inter Latinam & Arabicam, nec non J. C. SCALIGERUM, qui in Litteris, JS. PONTANO datis, quæ inter Epiſtolas ejus occurrit, p. 489. aſſeverare non dubitat, *Linguam Armoricam ne verbum quidem nec umbram habere verbi, quod ad Teutoniſmum referri poſſit.* Ab horum ſententia nec alienus videtur illuſtris SCHOEPHLINUS, qui tam in *Alſatia* ſua *Illuſtrata*, Tom. I. p. 89. quam in *Vindiciis Celticis*, p. 47. contendit, plane a Germanorum Lingua diſſonam fuiſſe Celticam. Utitur vero ad hoc probandum eorum auctoritate, qui Germanicam & Celticam Linguam tanquam diverſas nominant, & in primis JUL.

CÆ-

Digitized by Google

CÆSARIS, qui ARIOVISTUM, Principem Germanicum, memoriæ prodit, Gallicam Linguam per tria illa luſtra, quæ inter Gallos tranſegit, addidiciſſe. Sed obſervari meretur, CÆSAREM non indicare, adeo diverſas has Linguas fuiſſe, ut tam diuturno tempore indiguerit ARIOVISTUS ad Celticam Linguam addiſcendam; ſed hoc tantum inferre, tamquam momentum hiſtoricum. Et præterea ubi de cognatione Linguarum ſermo eſt, termini illi alter & idem accuratiore definitione opus habent. Sic etiamſi nemo ambigat, quin Lingua Italica & Hiſpanica ſororiæ ſint, diverſas tamen qui appellat, propinquam earundem cognationem non inficiatur. Ad Germanorum ſermonem quam prope accedat Suiogothorum, norunt omnes; ſed conſtat ſimul, multos ejus nationis, poſt longe diuturniorem apud nos quam ARIOVISTI Gallicam commorationem, peregrinitatis non parum præ ſe tuliſſe. Quod ad OL. RUDBECKIUM attinet, qui in *Atlantices* Tom. I. Cap. III. ſtatuit, Celticam L. aliam non fuiſſe, quam qua olim florens Latium utebatur, quamque hodie Gallia & aliqua cum immutatione Hiſpania frequentant, nec fieri potuiſſe, ut Romanorum arma in Linguas tantum juris haberent, ut etiam gynæcea Latine diſcere cogerent, breviter obſervo, iſtiusmodi mutationes non modo dabiles eſſe, ſed etiam revera extitiſſe, probari poſſe. Immo vero, ne dubites, per univerſam Europam oculos circumfer, & vix ullam regionem reperies, quæ ſemel iterumque ſermonis idioma non immutaverit. Nos olim Lapponice locuti ſumus, pars Germaniæ citerior Slavice, ſuperior Gallice, Italia Græce, Gallice, Thuſce & neſcio quibus aliis Linguis. Anglia Celtice, Saxonice, Hiſpania Iberice, Gothice, Arabice, & ſic porro: nimium vero fallitur, qui has mutationes ſpontaneas fuiſſe, in animum induxerit. Præterea RUDBECKIUS noſter ultro fatetur, ſe a ſubſidiis imparatum fuiſſe, Linguæque hodie vigentis Celticæ ignarum, dum hæc ſcriberet.

De Lingua HIBERNICA, quæ inter Celticas locum ſibi vindicat, eſſent etiam nonnulla adferenda, ſi illius accuratius examen mihi inſtituere licuiſſet. Communis enim Scythica origo argumento haud fallaci eſt, in illa, utpote & antiqua & a contagione aliarum Linguarum remotiore, plurima forte eſſe, quæ lucem noſtræ affundere poſſent. Commemorat etiam ARIUS FRODE & ex illo LANDNAMA SAGA, jam antequam Scandinaviæ incolæ in Iſlandiam appellerent, Hibernos eo iter direxiſſe, & poſtea non infrequentia eorum fuiſſe commercia, unde factum, ut in Iſlandicam Linguam antiqua ſuæ Linguæ vocabula tranſtulerint. Exemplum unum alterumque a nobis allatum videbis, e. g. *Bianac.* Tom. I. p. 182. Verba modo laudatæ Hiſtoriæ ſunt. *Aþur Iſland bygþiſt, varo þeir menn, er Nordmenn kalla Papa*: *þeir varo menn Chriſtner, oc byggia menn, þeir haſa verit veſtan um haf, þuiad funduſt epter þeim Bækur Irſkar, biöllur ok baglar - - er oc þeſs getit i bokum Enſkum, at i þan tima var ferd landa a midlom.* i. e. antequam Islandia habitaretur, fuerant ibi illi, quos Norrmanni Papas appellare ſolent: illi fuere Chriſtiani, & exiſtimatur, illos a regionibus Occidentalibus veniſſe, uti fidem faciunt relicti ab illis libri Hibernici, nec non tintinnabula & baculi Epiſcopales - - Traduntque hiſtoriæ Anglorum, ad has regiones iter frequenter inſtituiſſe has gentes. Quod etiam ſequiori ævo utraque hæc natio connubiis permiſta aliisque commerciis juncta fuerit, eadem monumenta Iſlandica docent. v. ibid. p. 18.

LINGUA PERSICA.

Inter ænigmata, quæ ſolvenda ſuperiori ſeculo nacta eſt Reſpublica Litteraria, fuit harmonia illa, quam eſſe deprehenderunt ELICHMANNUS, BOCHARTUS aliique Orientalium Litterarum periti inter Perſicam Germanicamque Linguam. Quum res ipſa in confeſſo eſſet, reſtitit una quæſtio, caſuine, an mutuis commerciis aut communi origini adſcribendum eſſet, quod gentes, quas natura tantis diſſociavit intervallis, quasque tot aliæ nationes ſermone diſſonæ interjacent, Linguas habeant adeo perſpicuo parallelismo inſignes. Quod vero caſus & fortuita συγκυρία heic locum non habeant, copia vocabulorum

bulorum, quæ utrobique eadem ſunt, fidem cuivis facile fecerit; belli vero pacisque commercia aliquid momenti adferre potuiſſe, negare omnino nolim, & minus inſolens reputabunt, qui modo cogitaverint, Linguam Geticam non in orbe Germanico aut Septentrionali tantum uſurpari, ſed ad Pontum Euxinum etiamnum vigere, & latius olim ad Caſpium mare & circumjacentia loca ſeſe extendiſſe. Rem unico exemplo illuſtrabo. Nomina numerorum, quæ ex ore Precopenſium ſublegit BUSBEQUIUS, plane Gothica atque Ulphilanis ex aſſe reſpondentia eſſe, in tranſcurſu antea indicavi, ſunt vero illa *ita*, 1. *tua*, 2. *tria*, 3. *fyder*, 4. *fyvs*, 5. *ſeis*, 6. *ſevene*, 7. *abte*, 8. *nyne*, 9. *thyne*, 10. Apud Mœſogothos *ains*, 1. *tvai*, 2. *thrins*, 3. *fidur* vel *fidvor*, 4. *fimf*, 5. *ſaibs*, 6. *ſibun*, 7. *abtau*, 8. *niun*, 9. *taibun*, 10. Centum Mœſogothi *bunda* vel *taibuntaibund*. h. e. decies decem, & mille *thuſundi* nuncuparunt: quibus iisdem appellationibus fere utuntur Gothicæ originis dialecti omnes. Diſſident vero in majoribus his numeris Precopenſes, quippe quos centum *ſada* & mille *baser* appellare, idem auctor perhibet. Hæc vero nomenclatura Perſis debetur, quippe apud quos mille *bezar* eſt & *ſæd* centum, v. MENINSKII *Theſaurus*, p. 2941. & 5465. Ambæ voces per terras Sclavonicas ſeſe etiam diffudere. Ruſſi quippe & Fennones centum *ſata* appellant, Hungari *ſzaz*: mille vero hi ultimi *ezer*, Armenii *azar*. Quod autem Precopenſes in majoribus hiſce numeris a loquendi modo Majorum receſſerint, commerciis fallor an aſſignandum eſt, quæ cum Perſis exercuere, dum in minoribus antiquus uſus conſtitit. Aſt non eadem ratio eſt aliarum rerum in commercium non venientium. Non enim a me impetravero, ut credam, ullam cum altera gente conſuetudinem efficere potuiſſe, ut poſthabito proprii ſermonis modo, ab exteris alterutra diſcere voluerit, quomodo patrem matremque ceteroſque ſanguine propius junctos ſalutare deberet. Perſæ vero, uti nos fere, patrem *pader*, matrem *mader* filiam *dochter* appellitant & fratrem *brader*. Hoc idcirco unicum reſtare videtur, ut in eam diſcedamus ſententiam, quam tuentur PEZRONIUS in *Antiquité de la Nation des Celtes*, p. 320. WACHTERUS, in Præf. *Gloſſarii*, PERINGSCHÖLDIUS, in *Notis* ad COCHLÆI *Vitam* THEODORICI. p. 373. CAMP. WITRINGA, in Diſſ. de *Confuſione Babelica*. p. m. 110. MARSHAMUS, *in Canone Chronico*, ceteri, aliunde nempe hanc communionem vocabulorum arceſſendam non eſſe, quam a communione originis. Scilicet Scythæ ſunt tam Perſæ quam Gothi Germanique. Etſi vero Scytharum origines & varia fata Cimmeriæ eorum tenebræ involvant; id tamen ex Hiſtoricorum relatu conſtat, illos non ſolum univerſam Aſiam ſibi ſubjeciſſe ('Ασίαν πᾶσαν ἐπέσχον, ait HERODOTUS Lib. I.) ſed etiam, JUSTINO teſte, eandem vectigalem per mille quingentos annos habuiſſe, v. Lib. II. Cap. 3. Evaneſcit itaque omnis difficultas, ſi dicamus, aut victores, uti fieri ſæpe ſolet, loquendi leges victis dediſſe, aut etiam Scythas ipſos Parthis, qui iidem Perſæ eſſe exiſtimantur, permiſtos in his oris ſedes fixiſſe. Certe AMMIANUS MARCELLINUS Lib. XXXI. 11. diſerte docet, *Perſas eſſe originitus Scythas*. Immo vero cognationis indicia nimium quam evidentia ipſa Lingua ubique perhibet, idque non tantum in vocabulis ſingularibus, quorum ſpecimen mox dabimus, ſed etiam in genio Linguæ & verborum flexionibus. Ita ſum, es, eſt, Perſæ efferunt, *em*, *i*, *eſt*, Mæſogothi, *im*, *is*, *iſt*: non eſt ab utriſque *niſt* effertur. Infinitivi verborum apud illos in *en* deſinunt, apud hos in *an*. Quum ante paucos dies viri rara eruditione conſpicui TH. SIG. BAYERI Diſſertationem de Muro Caucaſeo inſertam T. I. *Actorum Petropolitanorum* evolverem, obſervatum vidi, nomen inclutæ urbis *Derbent* Lingua Perſica vinculum portæ denotare a *der*, porta, & *bend*, vinculum; ego vero pro Perſicis Suethica mihi viſus ſum offendere, Suethice enim portam *dör* nuncupamus & *band* vinculum. Afferuntur vero talia complura. e. g.

Perſica.		Suethica.
Babor,	Fiber.	*Bäfver.*
Beheter,	Melior.	*Bätter.*
Beſten,	Ligare.	*Baſta.*
Bezerk,	Superbus.	*Berſärk*, athleta.
Borch,	Turris.	*Borg*, caſtellum.
Borden,	Portare.	*Bära*, unde *börda*, onus,
Bun,	Fundus.	Goth. Ant. *Bund.*
Buſs,	Oſculum.	*Puſs.*
Cak,	Libum.	*Kaka.*
Candil,	Lampas.	*Kyndil.*
Choda,	Deus.	*Gud.*

Dendan

Digitized by Google

Dendan,	Dens.	*Tand.*
Du,	*Duo.*	*Två.*
Edres,	Doctrina.	*Idrott.*
Entetia,	Finis.	*Ånde.*
Eſtaden,	Stare.	*Stånda.*
Ghau,	Vacca.	*Ko.*
Ghiriſtan,	Prehendere.	*Gripa.*
Gila,	Fraus	*Gylla*, decipere.
Jemar,	Dolor.	*Jåmmer.*
Juk,	Jugum.	*Ok*, Ulph. *gajuk* A. S. *joc.*
Kalava,	Pileus.	*Kaluf*, vertex capitis.
Kat,	Felis.	*Katt.*
Kiſt,	Ciſta.	*Kiſta.*
Koda,	Caſa.	*Kota*, unde *kotakarl* in Leg. Patriis, tugurioli incola.
Kub, cupa, coppa.	Poculum.	*Kopp.*
Kun,	Genus.	*Kôn.* Ulph. *kuni.*
Lab,	Labium.	*Låpp.*
Liva,	Mendacium.	*Lögn.*
Maghdeh,	Stomachus.	*Mage.*
Mallden,	Molere.	*Mala, målder*, far molitum.
Marz,	Limes.	*Måre.*
Men,	Meus.	*Min.*
Miranidan,	Occidere.	*Mörda.*
Mirtan,	Homicida.	*Mördare.*
Mur,	Formica.	*Myra.*
Muſch,	Mus.	*Mus.*
Naf,	Umbilicus.	*Naſle.*
Nam, *Nom*,	Nomen.	*Namn.*
Nazd, nezdak,	Proximus.	*Näſte.*
Neh,	Non.	*Nej.*
Neu, *Nou.*	Novus.	*Ny.*
Nika,	Nictus.	*Nick.*
Nu, *nau.*	Nunc.	*Nu*
Quaraniden,	Molere.	*Quarn*, mola.
Rache,	Vapor.	*Rök.*
Radah, *rah.*	Series.	*Rad.*
Rekem,	Computator.	*Räkna*, computare.
Ron,	Femur.	*Ro.*
Rubaden,	Rapere.	*Röfva.*
Sad.	Coctum.	*Sod*, jus.
Sazden,	Ponere.	*Sätta.*
Scheda,	Diſtinctio.	*Skeda*, diſtinguere.
Sciuden,	Fieri.	Goth. ant, *ſkeda.*
Schadvan,	Umbra.	Ulph. *ſkadus.*
Shur,	Acerbus.	*Sur.*
Starch,	Stella.	*Stjerna.*
Su,	Suere.	*Sy.*
Tab,	Cacumen.	*Topp.*
Tan,	Tuus.	*Tin.*
Tonder, tounder,	Tonitru.	*Dunder.*
Tu,	Tu.	*Tu.*
Werk,	Folium chartæ.	*Ark.*
Zarah,	Dolor.	*Sorg.*

Quæ hactenus allata ſunt, accepta refero EDV. BERNARDI *Etymolog. Britannico*, WACHTERI *Præfationi ad Germanos*, *Gazophylacio* ANGELI *a* S. JOSEPH, ELICHMANNO, ceteriſque, qui hujusmodi catalogos contexuere, idque ita ut plurima eorum, quæ Viri hi docti afferunt, ſciens omiſerim. Quod de Lingua Perſica tradimus, non minori jure de Lingua Turcica & ex iisdem rationibus valet. Hujus vero cum Gothiſmo inſignem convenientiam quum ante aliquot annos luculento typis edito Specimine oſtenderit Carolinæ Academiæ Reique noſtræ Litterariæ inſigne decus, Dom. SVENO BRING, eo Lectorem meum remittere liceat.

LINGUA GRÆCA.

Inter Linguam Græcam Gothicamque tantam intercedere affinitatem jure pronunciavit Vir utriusque ſine æmulo peritiſſimus, FR. JUNIUS, ut non aliter ac dialecti differant. Hoc autem ſi minus probabile judicaverint illi noſtratium, qui non ſine ſudore Linguæ Græcæ notitiam acquirunt, & inter centena vocabula vix ac ne vix quidem unum alterumve primo intuitu ſibi videntur offendere, quod cum Gothicis affinitatem habeat; obſervandum eſt, cognationem hanc, quam in hodierna Suethica Lingua artis periti ſatis luculentam animadvertunt, in vetere Lingua Mœſogothica multo evidentiorem eſſe, utpote quæ non verba tantum, ſed & idiotiſmos cum Hellade

Hellade fere communes habet. Ego, quum inſtituti ratio jubeat, ut cauſſæ hujus cognitionem ſuſcipiam, duobus capitibus univerſam tractationem concludam: ita ut primo conformitatem utriusque Linguæ paucis commonſtrem, & deinde in illius rationem & cauſſas, qua fieri poſſit, brevitate inquiram.

Non nova neque a meo primum profecta ingenio eſt obſervatio de inſigni patrii ſermonis conformitate cum Græco: eandem enim jam dudum indicarunt ELINGIUS, in *Hiſt. L. Græcæ*, AND. PALMROTH in *Hiſtoriola L. Græcæ*, FR. BENZELIUS, in *Periculo Runico* & JOH. PERINGSKÖLD ad COCHLÆI *vitam* THEODORICI, ut taceam Danorum, Germanorum, Belgarum Anglorumque ſimiles & cuivis cognitos conatus. Antequam vero hunc cenſum peragam, monebo, ne argutari videar, me I. ſtudioſe vitaturum artis terminos illaque, quæ a Græcis mutuata eſſe, liquido deprehenduntur, e. g. *plåſter*, ἔμπλαςρον, *ympa*, ἐμφυτεύω, nec non II. ὀνοματοπεποιημένα, quæ ſonum quemcunque imitantia ſunt. e. g. βρέμω *brumma*, &c. & III. quæ in Gothica Lingua recentius civitatem adepta, caſu faciem nacta ſunt hellenismo propiorem, e. g. ὦς, apud. Sueth. *bos*, quippe quæ vocula noſtra antiquis ignota fuit. Ἠῶθεν, mane, *otta*, quam vocem ULPHILAS majori ſoni intervallo *uhtvou* appellat, IV. quæ ab ingenio Etymologorum citius quam a Linguarum indole repetenda ſunt, quorum quum ingens catalogus contexi poſſet, in præſentia pro exemplo ſint ἄςομος; *ſtum*, mutus, ἄπαςος, jejunus, *faſta*, jejunare, σφόδρα, valde, *ſvåra*, id. Tandem, ut hæc eum in finem ſcribo, ut etiam rei etymologicæ non peritiſſimis perſuadeam; ita prætereo quoque illa, quæ vetuſtas & diverſarum, per quas tranſiere, gentium varius enuntiandi modus ita immutarunt, ut illorum cum Græciſmo affinitas ſtatim non agnoſcatur. Lectorem meum itaque animum advertere jubeo α) ad illa vocabula, quæ æque in Græca atque Latina uſu viguerunt, quæque adeo juridica duorum teſtium probatione natalium communionem vel, quod idem eſt, Scythicam originem produnt. Poſſet horum numeroſus index contexi, ego vero ſequentia adduxiſſe ſatis habebo:

Græca.	Latina.	Gothica.
Ἅλς,	Sal,	*Salt.*
Ἄγκυρα,	Ancora,	*Ankur.*
Ἄξων,	Axis,	*Axel.*
Ἀρόω,	Aro,	*Årja.*
Ἄςρον,	Aſtrum,	*Stjerna.*
Γάδεσθαι,	Gaudere,	*Gåtas*, ant.
Γόνυ, ant. κόνυ,	Genu,	*Knå.*
Δαμάω,	Domo,	*Tåma.*
Ἔδειν,	Edere,	*Åta.*
Ἐρεθίζω,	Irrito,	*Reta.*
Καλεῖν,	Calare,	*Kalla.*
Καρδία, κῆρ,	Cor,	*Hjerta.*
Κίςη,	Ciſta,	*Kiſta.*
Κλάγγη,	Clangor,	*Klang.*
Κλέπτης,	Clepta, vox PLAUTI.	*Hliftus.* Ulph.
Κλίνειν,	Clinare, inclinare,	*Hlina*, Ulph.
Λίνον,	Linum,	*Lin.*
Μέγας, μεγάλη,	Magnus,	*Mikel.* Comparativus Græcus eſt μεῖζων, Gothicus *maiza*, ſuperlativus G. μέγιςος, Gothicus per contractionem *maiſts.*
Μήτηρ,	Mater,	*Moder.*
Μύλη,	Mola,	*Mölla.*
Μῦς,	Mus.	*Mus.*
Νέος,	Novus,	*Ny.*
Νείφω,	Ningo,	*Snöga*, præp. ſ.
Νύξ,	Nox,	*Natt.*
Οἶνος,	Vinum,	*Vin.*
Ὀμιχέειν,	Mingo, migo,	*Miga.*
Ὄνειδος,	Honos,	*Hon.* v. Gloſſ.
Ὄνομα,	Nomen.	*Namn.*
Οὖθαρ,	Uber,	*Juver.*
Πατὴρ,	Pater,	*Fader.*
Παῦροι,	Pauci,	*Favai.* Ulph.
Πλέονες, πλεῖςοι,	Plures,	*Flere*, *fleſte.*
Πὸς,	Pes.	*Fot.*
Σκάφη,	Scapha,	*Skepp.*
Στρώω, νυμι,	Streo, ant.	*Strö.*
Σῦς,	Sus,	*So*, *ſvin.*
Ταλάω,	Tolero, ant. *tolo*, *tulo*, unde *tuli.*	*Tola.*
Φέρειν,	Ferre,	*Föra.*
Ὠλένη,	Ulna,	*Aln.*

Qui cum judicio critico hæc & ſimilia conſiderat, animadvertet utique, trinarum Linguarum vocabula, quo magis ob antiquitatem in deſuetudinem venere, eo propius ad communem fontem accedere. E. g. *taga* notat

ſat capere. Veteres Latini *tagere* dixere, unde Ciceronianum illud *tagax*, h. e. qui lubenter capit. Veteres Græci τάω uſurpavere, unde ſuperſtes habemus τῆ apud HOMERUM pro τάε h. e. cape. Idem verbum notat tangere, apud ULPHILAM *tekan*, *attekan*, Græce θίγειν, θιγγάνειν, pro quibus vetus Latium *tigere* uſurpavit, unde apud PLAUTUM *attigere*, & perf. *tetigi*. Obſervabit idem, quemadmodum in Scythiſmo, tanquam centro Linguarum ceterarum, vocabula in diverſa abeuntia coincidant: quæ quo ſpectent, uno alterove exemplo declarabo. *Tiga* apud nos tacere notat, Al. *ſwigan*, Germ. *ſchweigen*. Græci illius loco σιγᾶν dixere pro ſolita literarum σ & τ variatione. Idem illud noſtrum *tiga* in imperfecto olim habuit *tagde*, apud ULPHILAM *tahaida*, quod plane germanum eſt Latino *taceo*. Et ita abſque ambagibus videmus, Græcum σιγᾶν Latinumque *taceo*, quantumcumque diſtent, unam eandemque vocem eſſe, id quod niſi interventu dialectorum Scythicarum nemini perſuaderemus. Similiter ab Ulphilano *filu*, multi, habemus comparativum *flere* & ſuperlativum *fleſte*: hoc retinuere Græci, πλεῖστοι dicentes, illud Latini in obſoleto *pleres*, unde *plerique*.

In claſſem Scythicarum vocum non immerito etiam retulero illa, quæ etiamſi in Latio ignorata, ſermo tamen vetuſtiſſimus Mœſogothorum, Scythiam cum Hellade communia habuiſſe, indicat. e. g. *ſtairo*, στεῖρα, *liſan*, unde *afliſnan*, relinqui, *laibos*, reliquiæ, λείπειν, *bramjan*, κρεμᾶν, ſuſpendere, *mizdo*, μισθὸς, merces.

β) Nomina numeralia: quis e. g. non videt, εἷς δύο, τρεῖς, *unus*, *duo*, *tres*, & *en*, *två*, *tre*, unius ejuſdemque Linguæ propagines eſſe? In tranſcurſu notabo, recentiori Helladi tribuendum, quod εἷς ſpiritum aſperum præferat; videtur enim, veteres Pelaſgos leniore pronunciatione uſos fuiſſe, ut patet ex ἔνιοι, aliqui, Germ. *einige*. Quum numeralia hæc adfero, recurrit eadem illa obſervatio, quam nuper, dum de L. Ebræa ſermo erat, attuli, terminorum nempe horum Arithmeticorum ſingularem ab Etymologo rationem habendam eſſe, quum non ſolum ſynonymis & inflexione careant, ſed etiam crebrior eorum uſus a variatione atque oblivione eosdem vindicaverit. Video quidem, virum eruditum pondus hujus argumenti inde elevare velle, quod fieri potuerit, ut cum ipſa arte Magiſtri perigrini eosdem undecunque attuliſſe potuerint. Ego vero arbitror, ipſam indigentiam primum hunc Magiſtrum fuiſſe, & vix prius ſenſiſſe homines, digitos capiendi quam numerandi commoda inſtrumenta eſſe.

γ) Si in una eademque materia utraque Lingua plures habeat voces communes, fortiori argumento cognatio illarum probatur, quum, ſi caſus in una aut item altera locum haberet, de pluribus idem dici cum ratione non poſſit. Ita ſi *fader* a πατὴρ eſſe negares, adferam μήτηρ, *moder*, θυγάτηρ, *dotter*. Ulph. *daubtar*, ut cetera, quæ aliquanto longius recedunt, miſſa faciam. Sic in re navali quamplurima reperio, quæ utraque Lingua uſurpat. Σκάφη, linter, Lat. ſcapha, Sueth. *ſkepp*, quod cymbulam apud Smolandos hodieque denotat, ut Ulphilanum *ſkips*. Ἄγκυρα Suethice vocatur *ankar*. Ἑξήρης, navis ſex ordinum uti τριήρης, triremis &c. Sueth. *ſexåring* ab *åra*, remus, voce Græcis deperdita, ſed unde remanſit ἐρέσσω, remigo. v. *Fragmenta Ulphil.* p. 60. Ejusdem generis ſunt σταμὶν, *ſtamm*, στόλος, claſſis, *ſtol*, id. Iſl. *ſkipaſtol*. v. *Gloſſarium*, σκάλμος, *ſkalm*, & longe plurima alia. De re agraria idem demonſtratum dare poſſem, ſed quum, qui illa requiret, in *Gloſſario* noſtro allata affatim ſit inventurus, hac opera ſuperſedeo, nunc tantum epimetri loco additurus, vocabula, quæ aurium reverentia proloqui vetat, in utraque Lingua plane eadem inveniri, & rationem forte ejus eſſe, quod in ea, quæ pudor juſſit, ut parcius audirentur, tempus jus ſuum minus exercuerit.

δ) Si radices fuerint in utraque Lingua reperiundæ, quarum ſignificationes aut derivata inter ſe vel a ſignificatione primitiva divergentia in utraque Lingua eundem tenorem ſervaverint, cognationis id haud inficiandum indicium interpretor. Sic e. g. in Lingua Latina *legere* uſurpatur de libris legendis, deque ſpicis & id genus colligendis: utrumque *g* in *ſ* permutato ſervat Gothicum *láſa*: *láſa böcker* & *láſa ax*, quod in Legibus antiquis crebro occurrit. Similiter *eſſe* notat edere & exiſtere. In CODICE ARG. eadem τῦ *wiſan* poteſtas eſt: unde *waila wiſan*, epulari, & *biwiſan*, id. Obſervatur

vatur idem in non paucis Græcorum vocabulis cum Gothicis collatis. Exempli loco nunc ſumam voculam στάω, quam ut producerent recentiores Græci, inde ἵστημι fecere, Lat. *ſto*, Sueth. *ſtå*, Ulph. *ſtoþ*, ſtetit. Habet vero ἵστημι præter ſtandi etiam ſiſtendi ſignificationem, Sueth. *ſtämma*. Orta inde ſunt ἄστατος, ἀσταθὴς, inſtabilis, Sueth. *oſtadig*, στατὸς σταθερὸς, ſtabilis, Sueth. *ſtadig*, ἀντίσταμαι, reſiſto, Ulph. *andſtandan*, ἀποστάσιον, repudium, unde ἀποστασίου βιβλίον, quod ULPHILAS, transfert *bokos afſtaſſais*, ἀπόστημα, intervallum Sueth. *afſtånd*, ἔνστασις, initium, rei exordium, Ulph. *anaſtodeins*, ἐνστατικὸς, pervicax, Sueth. *inſtändig*, ἐνστατικῶς, *inſtändigt*: ἐξίσταμαι uſurpatur de vino exoleſcente, & in vappam converſo, Sueth. *ſtå af ſig*, περίστασις, circumſtantia, Sueth. *omſtändighet*. προστάτης, Præfectus, Sueth. *föreſtåndare*. Lexicographi ad hanc radicem etiam referre ſolent σταυρὸς, palus acutus & erectus, quemque, ut Gothi veteres *au* tanquam *ö* efferre ſolebant, Suethice *ſtör* appellamus.

e) Præpoſitiones & particulæ quo ſæpius in qualibet orationis parte recurrunt, ſive cum verbis coaleſcant ſive alias, eo certiores ſunt Linguæ characteres. In utraque vero Græca & Latina tantum non easdem offendimus, & minori, quam pro temporis intercapedine, variatione. Et licet hujus rei pertractatio paucis lineis abſolvi pro ſua amplitudine nequeat; ſi tamen exiguam dicendorum ſciagraphiam heic inſeram, Lectoribus meis forte ingratum non erit.

A apud Græcos ſæpe eſt στερητικὸν ut, ἄμορφος, forma carens. In orbe Gothico idem valet. A Teutonum Lingua plura exempla affert JUNIUS, in *Notis* ad WILLERAMUM, p. 307, ut *amactig*. Gr. ἀσθενὴς, imbecillis, Iſl. *amæktig*. v. VERELII *Index*, p. 12. *awita*, ἄλογος. UPL. L. *Manh. B.* cap. 8. conf. Lat. *amens*. Pro eo alias noſtrates uſurpant *o*, ut *ogudacktig*, ἀσεβὴς, nec non *af*, ut *afgud*, idolum, quaſi non Deus. Poſterius propius accedit ad Græcorum ἀπὸ, quod interdum ſimilem στέρησιν involvit, ut in ἀπόδειπνος, quod eſt ἄδειπνος. v. HESYCHIUS, in ἀπότιμος.

2. Eſt ἐπιτατικὸν, ut cuivis notum: apud Gothos eadem illius poteſtas eſt. e. g. *alik* olim erat idem ac valde ſimilis. Græci ἀλίγκιος dixere. Plura huc pertinentia exempla videſis in *Gloſſario* noſtro & apud *Atlantices* Auctorem, Tom. III. p. 491. Commutavimus etiam hocce *a* in *o*, *of* & *af*, ut *omycket*, valde multum, *offtor*, nimium magnus, *afetja* apud ULPHILAM, vorax, qui nimium edit.

3. A Græcum præfixum notat κακὸν, ut in ἄδωρα δῶρα, h. e. κακόδωρα. Sic apud nos, *oſed*, mala conſuetudo, *ogræs*, mala herba, quæque plura infra adducimus ad lit. O. Non eſt, quod moneam, Alemannos *n* addere, idque more Latinorum.

Ἄλλως, alioqui, Sueth. *äljes*, Lat. *alias*.

Ἀλλὰ, ſed, Ulph. *alja*. Iſl. *heldur* v. BIBL. ISL: Pſ. I: 1.

Ἂν præter alios uſus inſervit interrogationi. Ulph. *an*, id. e. g. *an qhas mag ganiſan*, quis poteſt ſalvari?

Ἀνα æquivalet Latinorum re, per, ſus in compoſitione: *ana* Mœſogothis ἰσοῤῥόπως non minus eſt familiare: e. g. *analagjan* æquipollet Gr. ἀνατίθεσθαι, *anameljan*, ἀναγράφειν. &c. Porro ut ἀνα contrariam ſignificationem verbis, quibus jungitur, non raro inducit. e. g. ἀναζυγόω, jugo exſolvo; ita τῷ *and* apud Gothos idem evenit. e. g. *andbindan*, reſolvere, a *bindan*, vincire, *andhuljan*, retegere, ab *huljan*, tegere.

Ἀμφὶ, circa, circum. Alem. *umbi*, Germ. *um*, Sueth. *om*, Lat. *amb*, *am*, e. g. ambarvalia. Denotat etiam περὶ ut dum apud HOMERUM legimus ἀμφ' Ἑλένῃ μάχεσθαι, nos *om* eodem ſenſu uſurpamus.

Ἄνευ, ſine, Al. *ane*. Iſl. *aan*. Germ. *ohne*.

Ἀντὶ, contra. Goth. *and*, unde *andſyls*, contra ſolem vel ſolis curſum, *andvidri*, ventus contrarius. Ulph. *und*. MATTH. 5. 38. *augo und augin*, oculus contra oculum vel pro oculo.

Ἀπὸ, ab, Ulph. *af*, *abu*, Sueth. *af*.

Ἀεὶ, ſemper. Sueth. *æ*. Iſl. *ei*, unde *eiliſur*, vita ſempiterna, æternitas. A. S. *æ*, *aæ*, Al. *euuin*, æternitas. Sueth. *ewinnerlig*, æternus.

Ἀτὰρ vel αὐτὰρ, ſed, vero. Sueth. *åter*, uti dum dicimus: *tu jakar*, *jag åter nekar*, tu ais, ego vero nego.

Αὖτε & αὖθις, iterum, rurſus. Ulph. *aftra*. Iſl. *aptur*. Al. *after*. A. S. *eft*.

Ἀρι, particula inſeparabilis, ſignificationem augens. Iſl. *ærit*. v. VERELII *Index*, p. 86. & *Gloſſarium noſtrum*, in v. *yfrit*.

Διὸ, proinde, ideo. Al. *diu*, Goth. *dy*, *thy*.

Διότι

Digitized by Google

Διότι, quoniam, quare, Ulph. *dutbe, dubthe* & *duthtbe.*

Ἐὰν, ſi. Goth. ant. *an.* Vita ANSCHARII, p. 101. *Æn banom ſua thåkkis*, ſi illi ita placuerit.

Εἰ, ſi. Ulph. *ei.* Angl. *if.* A. S. *gyf.* Ut particula hæc dubitationi inſervit, ita *ef* apud majores noſtros dubium notavit, v. in *jeſwq.*

Ἐν, in. Goth. *in*, & ſimiliter per omnes dialectos Scythicæ originis. Ἐν hoc vocabulis loci ſubjunctum notat motum a loco, e. g. ὀυρανόθεν, a cælo. Eadem eſt particulæ *an* poteſtas in Gothicis. *Nord* eſt ſeptentrio; *nordan* a ſeptentrione, *ther* eſt illic, *thedan* inde, Gr. ἔνθεν, ἐντεῦθεν.

Ἐπὶ, per, ſuper, ſecundum. Ulph. *bi*, Al. *pi.* Sueth. *bi*, quod tandem transiiſſe videtur in *wi* & deln in *mid.*

Ἔτι, adhuc. Al. *jetb.* Angl. *yetb.*

Ἤτε, ἤτοι, aut, ſive. Ulph. *aitbtbau*, *thau.* A. S. *otbtbe.* Al. *edo.* Iſl. *edor*, *eda.*

Ἶφι, valde. Goth. *of*, *yfer.*

Μετὰ inter alia cum, apud notat. Ulph. *mitb, mid.* A. S. *mid.* Al. *mit.* Sueth. *med.* Iſl. *meþ.*

Νὴ negandi vim habet in quam plurimis, quibus jungitur, vocabulis, ut νηκερδὴς, non lucroſus, νηλεὴς, immiſericors: ſed notandum eſt, extra compoſitionem particulam ejusmodi negativam non occurrere in univerſo Græcorum ſermone. Probabile itaque mihi videtur, a fonte Scythico illam proveniſſe, ubi νὴ illud negandi vim obtinuit: apud Gothos certe *ne*, *ni* reſpondet Græcis ὀυ, μὴ, uti *ne* apud Latinos, qui ſuum *ne* in conjunctione pariter uſurpant, ut in *nullus*, *nunquam*, &c. Apud Ulphilam crebro occurrit *niſt*, pro *ne iſt*, non eſt. Obſervatur idem in ceteris dialectis Gothicis.

Νῦν, nunc & νυνὶ. Ulph. *nu* & *nunu.* Parum aut nihil differunt dialecti reliquæ.

Ὃς, qui, Sueth. *bo*, quis. A. S. *bva.*

Ὁμῶ, ἅμα ſimul. Alemanni & AngloSaxones habuere *emme*, *emne*, unde *emme-chriſten* h. e. conchriſtianus. Lat. Barbari *bamedios* conjuratores appellavere ab *bam*, ſimul, & *ed*, juramentum. Majores noſtri pro eo *æm* uſurpărunt, ut *æmgod*, æque bonus, *æmſtark*, æque fortis.

Ὅταν, quum. Mæſogothi *than* dixere. Iſl. *tha.* Sueth. *tå.*

Ὅτι varias ſignificationes habet, & plurimas cum Scythis communes. Ubi quod notat, ex aſſe æquivalet noſtro *att*: εἶπεν ὅτι βόλεται, *ban ſade*, *att ban ville.* 2. Cum ſuperlativo junctum notat quam, ὅτι μάλιςα, quam maxime. Veteres Gothi & Iſlandi pro eo uſurpant *at*, *eþ*, *bit*: e. g. *at meſtu*, quam maxime, *bit wegligſta*, quam pulcerrime, *eþ diarfaſta*, quam audaciſſime. 3. notat quia. Sueth. *thy*, Al. *thiu.*

Ὀυκ, ὀυχὶ, Sueth. *ecke*, *icke.* Iſl. *eigi.*

Ὀυαὶ, væ. Sueth. *awi.*

Περὶ inter alia, quæ cum Gothis communia habet, adjectivis junctum exceſſum rei vel ſummum ejus gradum denotat. e. g. περίλυπος, valde triſtis, περίεργος, nimis curioſus. Septentrio noſter pro eo *firi*, *fôr* uſurpat, ut *fôrmycket*, nimium, *fôrwacker*, elegantiſſimus.

Πρὸ, pro. Transpoſitis litteris Scythæ dicunt *for*, *fôr.* ULPH. *faur.* Idem hoc *faur* in CODICE ARGENTEO exprimit Græcum παρὰ, ut παρὰ τὴν ὁδὸν, *faur wig.* MARC. 4: 4.

Πόῤῥω, longe, procul. Al. *ferro.* A. S. *feor.* Iſl. *fiar.* Ulph. *fairra.*

Σὺν, cum, in compoſitione notat identitatem: σύγχρονος, coætaneus. Pro eo nos uſurpamus *ſam*, ut *ſamtida*, id. & innumera alia.

Ὑπὲρ, ſuper. Iſl. *yfer*, Sueth. *yver*, *ôfwer iwi*, Ulph. *ufar.* A. S. *ofer.* Al. *uber.* Angl. *over.* In compoſitione intentionis nota eſt, ut ὑπεράγαθος, nimium bonus, ὑπέραισχρος, ſupra modum turpis. Gothi ſimiliter. *iwiſtarkr*, prævalens, admodum validus. KON. STYR. p. 185.

Ὑπὸ, ſub. Ulph. *uf. Uf hrot mein*, ſub tectum meum. MATTH. 8: 8.

Φεῦ, interjectio averſantis. Goth. *fy.* Germ. *pfui.*

Poſſem hisce addere pronomina, quæ Græci cum Scythis magnam partem communia habent. Ἐγὼ. Lat. *ego.* Iſl. *eg.* Ulph. *ik.* A. S. *ic.* Al. *icb.* Σὺ. Lat. *tu.* Ulph. *thu*, & ſic in ceteris dialectis. Σὸς, σὴ, σὸν, ſuus, a, um. Ulph. *ſeins*, *ſeina*, *ſein.* Sueth. *ſin.* Græcorum τοῦτο eſt Ulph. *thata*, Doricum τῆνα, Ulph. *thana*, & ſic porro.

E) Inter cetera cognationis indicia videor mihi etiam obſervaſſe, quemadmodum genium eundem ſervent hæ Linguæ, etiam ubi per varias elocutionis mutationes in diverſa abiere ipſa vocabula. Quo tendant

hæcce

Digitized by Google

hæcce, nonnullis in medium adferendis exemplis declarabo. Adjectiva bonus, malus, magnus, parvus comparationis formas habent, ſed omnes irregulares. Idem de Græcis ἀγαθὸς, κακὸς, μέγας, μικρὸς valet. Caſune factum exiſtimabimus, ut ſimilis anomalia in Scythicis dialectis obtineat in iisdem vocibus, inque illis ſolis? En vero Ulphilana!

Poſit.		Compar.	Superl.
Mikils,	magnus.	*maiza*,	*maists*.
Litils,	parvus.	*minniza*,	*minniſts*.
Gods,	bonus.	*batiza*,	*batiſts*.
Ubils,	malus.	*wairſiza*,	*wairſiſt*.

Pro illo *maiza* Græci μείζων habent, qui comparativus Scythis ex aſſe deberi videtur, utpote qui hunc gradum, uti vocant Grammatici, in *iza*, ut monuimus, terminant, dum contra Hellas, ſi ab unica hac voce discefferis, nihil hujusmodi uſurpet. Hæc anomalia aliam mihi revocat. In trinis Linguis Græca, Latina Gothicaque verbum, quod auxiliare vocatur, cento eſt ex pluribus aliis contextus. Εἰμὶ, ἤμην, ἔσομαι, εἶναι, Lat. ſum, eram, fui, eſſe. Ulph. *im*, *was*, *ſijai*, *wiſan*. Sueth. *år*, *war*. ant. *ſe* (vide *Gloſſ.*) *wara*. Videmus, quam parum hæc inter ſe conſona ſint: ſed ſi tamen ad amuſſin criticam exigantur, invenietur multo major harmonia diverſarum harum Linguarum, quam temporum inter ſe. Secunda perſona præſentis apud Græcos eſt εἶς, Latine *es*. Ulph. *is*, quæ ſororia eſſe, quivis videt. Nos in prima perſona præſ. *år* uſurpamus, Latini inde imperfectum formarunt *eram*: tertia perſona plur. Græcorum ἦσαν refert Gothorum *veſun*, quippe cui more ſuo *v* præpoſuere, quod idem obſervatur in infinitivo Goth. *viſan*, Lat. *eſſe*, ad quorum familiam pertinent ἔσομαι, ἔσα &c. Addam, dum in hoc campo ſum, unicum. Apud Græcos reperitur δεῦρο vel δευρὶ, adverbium locale huc denotans, & cujus etiam uſus erat in vocando pro adesdum. Hoc autem ſenſu δεῦρο non uſurpatur niſi de perſona ſingulari. Peculiare eſt, & exempli, fallor an, unici, quod particula hæc naturam & flexionem verbi activi induat, inque plurium numero δεῦτε præferat, ubi de aliquibus ſermo eſt. Quæ de Græca voce tradimus, Mœſogothico *biri* omnimode competunt, utpote quod ſub terminatione adverbiali ſenſum & naturam verbi habet, *biri jah ſaiqh*, veni & vide. JOH. 11: 34. ubi obſerves velim, per particulam copulativam *jah* conjungi *biri* & *ſaiqh*, tanquam duo vocabula ejusdem generis. De pluribus vero CODEX ARGENTEUS uſurpat *birjith*, e. g. *birjith, usquimam imma*, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν· MARC. 12: 7. &, quod inprimis obſervatione dignum duco, MARC. 1: 17, ubi de duobus ſermo eſt, occurrit vocis hujus terminatio dualis, *birjats afar mis*, δεῦτε ὀπίσω μου.

Z) Non leve pondus cognationi L. Græcæ & Gothicæ demonſtrandæ addit numerus dualis, quem hæ duæ &, quantum ego novi, ſolæ totius orbis habent. Inter omnes conſtat, Hellada non ſolum in verbis, ſed etiam in pronominibus & nominibus adjectivis dualem numerum exprimere, quem ignorant Linguæ Orientalium Nationum, ignorat Latium, nec habent Gentes Celticæ aut Sclavonicæ, ſervat vero dialectus Mœſogothica in verbis & pronominibus primæ & ſecundæ perſonæ. Illius filiæ, AngloSaxonica nec non Iſlandica & Suiogothica, hunc idiotismum retinuere, ſed in ſolis pronominibus: verborum enim inflexiones præter numerum ſingularem & pluralem alium ignorant. In Anglia, poſtquam Saxonum Lingua in deſuetudinem venit, dualis quoque numerus ſenſim oblivioni datus eſt: nos vero antiqui loquendi moris ſervantiores fuimus: ante tria enim ſecula, & quo tempore LEGES CHRISTOPHORIANÆ ceteræque PROVINCIALES condebantur, *vid* vel *vit*, nos duo, *ockar*, noſtrum duorum, & *þid*, vos duo, *yckar*, veſtrum duorum in uſu fuiſſe, animadvertimus. Nunc penitus obſolevere, niſi quod ad intimos ſinus Bothnici receſſus, apud Weſtrobothnienſes inquam, hodieque *vid*, nos duo, in uſu eſſe comperi, nec non apud Iſlandos, uti teſtatur RUNOLPHUS JONÆ in *Grammatica Iſlandica* Cap. XII. Quod etiam Hellas hujus Linguæ ſuæ elegantiæ ſenſim ſenſimque oblita ſit, teſtatur ſtilus N. Teſtamenti. De Mœſogothis id coronidis loco obſervo, dualem numerum ita apud eos viguiſſe, ut tamen, ubi de duobus ſermo eſt, pluralis non raro adhibeatur: ita Luc. 19: 30. legimus: *andbindandans ina attiubith* (ſecunda perſ. pl.) ſolventes eum adducite, pro eo quod in loco parallelo legimus: *andbindandans ina attiubats* (ſecunda perſona duali) conf. Luc. 2: 49. Cogitaveram, Syntaxin utriusque Linguæ comparare, ut Lectori pateret, quam etiam hac in parte harmonicæ ſint, ſed ne tædium pariam, hisce modum faciam.

H) Si

Digitized by Google

H) Si, quæ a me allata ſunt, fidem faciant, haud dubie quærere ſubit, undenam adeo notabilis harum Linguarum harmonia extiterit; utrum Getæ, qui ZEUTA Duce in Græciam irruptionem facientes, multas civitates tributarias fecere, tot ſui imperii documenta relinquere potuerint, an vero alterutra alterius in loquendo magiſtra fuerit, vel tandem an ambæ a communi ſcaturigine pullulaverint. Ego vero hoc arbitror, & ut id evincam, paulo altius rem repetam.

Inter omnes Græciæ Scriptores convenit, Hellenas αὐτόχθονας non fuiſſe, ſed varias alias gentes Græcis antiquiores Hellada inhabitaſſe. Fatetur id PLATO in non uno *Cratyli* loco, ſed inprimis notabilia ſunt STRABONIS verba, *Geogr.* Lib. VI. p. m. 222. ἙΚΑΤΑΙΟΣ ΜΙΛΗΣΙΟΣ περὶ τῆς Πελοποννήσου φησὶν, ὅτι πρὸ τῶν Ἑλλήνων ᾤκησαν αὐτὴν βάρβαροι· σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ σύμπασα Ἑλλὰς κατοικία βαρβάρων ὑπῆρξε τὸ παλαιὸν, ἀπ᾽ αὐτῶν λογιζομένοις τῶν μνημονευομένων. Πέλοπος μὲν ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπαγομένου λαὸν εἰς τὴν ἀπ᾽ αὐτοῦ κληθεῖσαν Πελοπόννησον, Δαναοῦ δὲ ἐξ Αἰγύπτου· Δρυόπων τε καὶ Καυκώνων καὶ Πελασγῶν καὶ Λελέγων, καὶ ἄλλων τοιούτων, κατανειμαμένων τὰ ἐντὸς ἰσθμοῦ, καὶ τὰ ἐκτός δε, τὴν μὲν γὰρ Ἀττικὴν οἱ μετ᾽ Εὐμόλπου Θρᾷκες ἔσχον. Τῆς δὲ Φωκίδος τὴν Δαυλίδα Τηρεύς· Τὴν δὲ Καδμείαν οἱ μετὰ Κάδμου Φοίνικες αὐτὴν δὲ τὴν Βοιωτίαν Ἄονες καὶ Τέμβικες καὶ Ὕαντες καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δὲ ἐνίων τὸ βάρβαρον ἐμφαίνεται, Κέκροψ καὶ Κόδρος καὶ Ἄικλος καὶ Κότος καὶ Δρυμὰς καὶ Κρινανός. Οἱ δὲ Θρᾷκες καὶ Ἰλλυριοὶ καὶ Ἠπειρῶται καὶ μέχρι νῦν ἐν πλευραῖς εἰσίν. i. e. De Peloponneſo tradit HECATÆUS MILESIUS, eam ante Græcos habitatam fuiſſe a Barbaris. Et quidem fere tota Græcia antiquitus Barbarorum fuit ſedes, quod ex his ratiocinari licet, quæ memoriæ prodita ſunt. Nam & Pelops e Phrygia ſecum duxit populum in denominatam ab ipſo Peloponneſum, & Danaus ex Ægypto: & Dryopes, Caucones, Pelaſgi, Leleges aliique eorum ſimiles intra Iſthmum ſita obtinuerunt, quin & ea, quæ extra Iſthmum. Atticam enim Thraces, qui cum Eumolpo venerant, poſſederunt, Daulidem Phocidis Tereus, Cadmeiam Phœnices, Cadmi comites, ipſamque Bœotiam Aones, Tembices atque Hyantes. Quin & nomina, quædam barbariem præ ſe ferunt, ut Cecrops, Codrus, Æclus, Cotus, Drymas, Crinanus. Tum Thraces & Illyrii & Epirotæ etiamnum Græciæ cingunt latera. Locus hicce in primis obſervatu dignus nos docet, quod antea monuimus, quodque univerſa Hellas confitetur, barbaros fuiſſe primos ejus regionis incolas, nec niſi ſerius ibi pedem fixiſſe Hellenas ſeu Græcos. 2. Illos, qui Atticam tenuere, Thracas fuiſſe. 3. Inter primos Græciæ dominos fuiſſe Pelasgos. Immo vero hos principe loco ponere potuiſſe STRABONEM, aliunde certum eſt, quippe qui maximam totius Græciæ partem ſuam fecerant, quæ ratio fuit cur, quod teſtatur HERODOTUS, *Lib.* II. univerſa Græcia olim Pelasgia appellaretur, uti etiam Pelasgi apud Poëtas pro univerſa Græcorum natione poni ſolent. Jam vero quum hinc pateat, Thracas fuiſſe, quibus originem debuere Attici, inde non uno HERODOTI teſtimonio conſtet, Atticos origine fuiſſe Pelasgicos, ἔθνος Πελασγικὸν, eorundemque Pelasgorum συνοίκους. *Lib.* I. 51. immo, qui poſtea Attici appellabantur, antea Pelasgos Cranaos, dein Cecropidas audiiſſe; (v. *Lib.* VIII: 44.) facile concludimus, Pelasgos Scythicam gentem fuiſſe, quæ ex vicina Thracia in Græciam ſe effuderit, ibique jam ante cataclysmum Deucalioneum imperium tenuerit. Poſtquam de origine convenit, nec incertum eſſe poterit, qua Lingua uſi fuerint hi primi Græciæ dominatores, ſua nempe, id eſt, Thracica, vel, quod idem eſt, Getica. Temerarium forte videri poſſet, de Lingua Pelasgorum ſententiam ferre velle, quum HERODOTUS l. c. *Lib.* I: 57. teſtetur, ſibi non conſtare, quo ſermone uſi fuerint. Ἥντινα γλῶσσαν ἴεσαν οἱ Πελασγοὶ, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν. Ceterum in mox ſequentibus probabile ſibi videri ait, eandem fuisſe, qua tum quoque utebantur ſuperſtites Pelasgi, urbem Creſtonem inhabitantes. Jam vero ex STEPHANO BYZANTIO & THUCYDIDE conſtat, Creſtonem fuiſſe Thraciæ urbem, ſitam circa montem Atho. Dum itaque Pelasgos hujus civitatis Lingua uſos fuiſſe aſſerit, idem omnino eſt, ac ſi Thracice eos vel Getice locutos fuiſſe prodidisſet. Concludit hiſce verbis: δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες: oportet dicere, Pelasgos Barbara lingua uſos fuiſſe.

Θ) Si itaque tam verum eſt, quam probatiſſimis veterum Græciæ Scriptorum teſtimoniis evidenter confirmatum, Pelasgos Atticosque Thraciæ ſeu, quod idem eſt, Geticæ originis gentem fuiſſe; conſequi videtur, Linguam Pelasgorum aliam non fuiſſe

fuiſſe quam Geticam, litteraſque illas, quas ante CADMI adventum, DIODORO SICULO teſte, habuit Hellas, quaſque πελασγικὰ γράμματα appellabant, fuiſſe Geticas. Vocabantur eædem Ἀττικὰ, quam vocem dum HESYCHIUS explicat τὰ ἀρχαῖα, ἐπιχώρια, antiqua & domeſtica, ingenioſa eſt HEINSII conjectura, easdem ut & gentem ipſam ita appellatam eſſe, non ab urbe Athenæ nec ab ATTHIDE, CRANAI filio, ſed ab עתיקים, *atikim*, quod in L. Ebræa antiquos notat. Hoc vero ſi fuerit, probabile eſt, id ipſis nominis datum eſſe a recentioribus advenis CADMEIS. Communis quidem eruditorum opinio eſt, illas, quibus uſa eſt florens Hellas, litteras per CADMUM a Phœnicibus in eam transvectas eſſe; ſed fateor, me in alia omnia diſcedere, & licet huic quæſtioni heic locus non ſit, attamen velim mihi explicent hujus ſententiæ Patroni, 1. Cur ex viginti duabus Orientalium litteris non niſi ſedecim Græcis dederit. 2. Cur non niſi poſt belli Trojani tempora ξ, ϑ, χ inter litteras Græcas recepta fuerint, quum tamen צ, ט & ק inter ſuas habuerit CADMUS. 3. Cur ſi CADMEÆ erant Græcorum litteræ, tanquam ſingulare quid commemoret HERODOTUS *L.* V. ipſo juvene repertas adhuc fuiſſe reliquias ſcripturæ CADMEÆ in templo Apollinis Iſthmenii. 4. An ſi Samaritana fuiſſet CADMEA Litteratura, illaque in Græcia omnium prima, aliqua veri ſpecie dicere potuiſſent PLINIUS, *Hiſt. Nat.* Lib. VII: 57. & TACITUS, *Annal.* XI: 13. eandem ſimillimam fuiſſe antiquisſimæ Latii. 5. Cur CADMUS in Phœnicia litteras a dextra ſiniſtram verſus exararet, ſed in Græciam adveniens easdem a ſiniſtra ad dextram pingeret. Hoc enim ſcripturæ genus ſemper obtinuiſſe, haud obſcure indicat HERODOTUS: *Lib. II.* ubi diſſenſum deſcribit inter inſtituta Ægyptiorum & Græcorum.

Ad harmoniam, quæ inter Linguam Scythicam Græcamque obſervatur, fieri poteſt, ut nonnihil etiam contulerint plurimæ illæ, quæ per Scythiam & in primis Ponticas regiones ſparſæ erant, Græcorum coloniæ. Nemo ignorat, earundem mentionem facere OVIDIUM in *Triſtium Libris*. Hiſtoricorum parens, a me ſæpius laudatus, eosdem Scytho-Græcos appellat *L.* I. immo in Oratione ad Græcos Boryſthenicos perhibet DIO CHRYSOSTOMUS, Tauricam Cherſoneſum a Græcis & Scythis promiſcue habitatam fuiſſe, immo HOMERI carmina in ultimis his tum cogniti orbis partibus lectitata fuiſſe, maximique habita. Sed de iſtiusmodi coloniis nec non hoſtili invaſione in genere obſervandum puto, fieri utique per easdem potuiſſe, ut utriusque gentis ſermo aliquid peregrinitatis contraxerit in ſingularibus vocabulis, ſed genio tamen ſermonis cujusvis loquentium integro manente. Videmus id ex. gratia in Hiſpania, ubi licet Gothica & etiam Arabica multa jus civitatis nacta ſint, Lingua tamen ipſa genium ſuum ſervavit illibatum.

Dari itaque mihi volo, Græcam Linguam & Geticam ſororias eſſe, & a communi fonte Scythico prognatas; quod monuiſſe, eo magis e re mea fuit, quo ſæpius in curſu operis ex Græcia noſtrorum vocabulorum fontes repeto. Eſt vero non raro, ubi noſtra Lingua vicem reddere reperiretur, & deperditas inter Græcos radices ſubminiſtrare, ſi quis utriusque Linguæ peritus hanc provinciam ſuſcipere, operæ pretium duceret. Speciminis loco nonnulla huc pertinentia in Diſſertatione, ſubjuncta *Fragmentis* noſtris *Ulphilanis* attulimus, quo, ne ſemel dicta repetamus, Lectorem noſtrum remittere liceat. Subjungam vero in præſentia nonnulla alia, quæ mihi hæc depropeganti in animum venere.

Λογγάζειν apud HESYCHIUM explicatur pigrari, tempus terere: quæ vox unde nata ſit, Hellas ignorat. In Lingua vero A.Saxonum *lang* tardum notat, *langa* moras nectentem apud BENSONIUM. Apud Saxones Germaniæ *lungern* hodieque notat otioſe incedere. Nos, præpoſito *ſ*, *ſlångra* dicimus. *Lang*, *lång* in univerſo orbe Gothico reſpondent Latino *longus*, & per metaphoram illos deſignant, qui diutinas moras per otium nectunt.

Λέκτρον cubile notat. Radix eſſe debet λέγειν, ſed quod in cubandi ſignificatione obſolevit. Nos *ligga* dicimus A. S. *liggan*, Germ. *liegen*. Alio vocabulo ſtratum *läger* appellamus, Græci λαγρὸν, eodem HESYCHIO teſte.

Εἰρήνη, pax eſt, ut Etymologi volunt, παρὰ τὸ εἰς ἓν εἴρειν. Ego in vetere Lingua Iſlandica invenio *eira* denotare amicitiam conciliare, aliquem alteri adjungere, unde *eyrd*, quies, pax, apud VERELIUM, in *Indice Scytho-Scandico*.

Δαπ-

λάπτειν, lambere a ſono fictum tradunt Critici. Nos *læppja* dicimus, quod utique originem ducit a *læpp*, labium.

Δέλωνες explicat HESYCHIUS *ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα*, gladiolos in baculis absconditos, ſi quid ego judico, a *dölja*, abscondere. Teſtantur Græci, ſe pleraque armorum genera Scythis debere, non itaque mirum, ſi cum re ipſa nomina ad illos transierint. Evenit idem vocibus *γαῖσον*, Lat. *gæſum*, antiquè *cæſum*, Iſlandicè *kesjaz μάχαιρα*, machæra. Iſl. *mækir*. Precop. *mycha*, Fennonice *miecka*, quam vocem nonnulli ſibi viſi ſunt inveniſſe in L. Ebræa. v. Commentatores ad *Gen* 49: 5. *Σκαλμὴ* erat, ut Gloſſographi perhibent, gladii Scythici genus. Iſl. *ſkalm*, ut ſuo loco in *Gloſſario* noſtro probabitur. Audacia hæc & ERICII revelatis myſteriis accenſenda judicabunt forte multi Lectorum meorum: ſed non forte illi, quorum in gratiam hæc in primis ſcripta volui, doctos loquor & judicio ſuo utentes. PLATO ipſe, qui ſuæ Linguæ multum tribuit, primus mihi ſuum calculum obtuliſſet, quippe qui in *Cratylo* ſuo diſertè affirmat, plurima eſſe vocabula Græcorum, quæ aliunde quam ex Barbarorum Lingua derivari nequeant. Plura huc pertinentia exempla in *Gloſſario* allata videbuntur. e. g. in *bæl*, paxillus, *ἧλος*; *namn*, nomen, *ὄνομα*, *takmark*, terminus, *τέκμαρ*, &c.

I) Concludam argumento, quod leve videri poſſit, ſed quod ceteris tamen non minus evidens. Novimus, Græcos pro *ν* ante *γ* & *κ*, *γ* uti. Si eadem orthographia uti obſerves non ſolum veteres Latinos (quippe qui PRISCIANO teſte aggulus, aggora ſcripſere pro angulus, ancora) ſed etiam Mœſogothos; prima quæ ſubibit cogitatio erit, unam gentem in ſcribendo reliquarum fuiſſe magiſtram. Quod vero Græci Gothis plus quam CADMO debeant, ſpero, me aliquando demonſtraturum eſſe. Hæc, quæ modo pro inſtituti ratione breviter allata ſunt, fidem forte facere poterunt, vere pronuntiaſſe olim ANACHARSIN, omnes nempe Hellenas *σκυθίζειν*. Ita ſcilicet CLEMENS ALEXANDRINUS: *Εἰ δέ τις τὴν φωνὴν διαβάλλει τὴν βάρβαρον, ἐμοὶ δὲ, φησὶν ὁ Ἀνάχαρσις, πάντες Ἕλληνες σκυθίζουσι*, ſi quis vocem reprehendat Barbarorum: mihi autem, inquit ANACHARSIS, omnes Græci Scythizant.

LINGUA LATINA.

Vertens jam ſeculum eſt, quum multæ elegantiſſimæque eruditionis Viri, MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS, DAN. GEORGIUS MORHOFIUS &, qui ultimo loco nominandus non erat, GEORGIUS STJERNHIELMIUS, noſtras, hic ſparſim in *Præfatione ad Euangelia Gothica* & *Gloſſario Ulphilano*, data vero opera, in *Runa Suethica*, cujus affecti operis non niſi brevem Synopſin edidit, ille in libro de *Lingua & Poëſi Germanica*, iſte in *Schediaſmate* de *Dea Nehalenia* & *Præfatione ad Origines Gallicas* orbi erudito inſinuarunt, Linguam Scythicam non ſolum Germanicæ, Suethicæ, Danicæ, Belgicæ, ſed etiam Græcæ Latinæque matrem eſſe, multorumque vocabulorum radices, quæ in hiſce poſtremis amplius reperiundæ non ſunt, in prioribus cum ſucceſſu legi. Res nova & inſolens multorum animos perculit, & quum rei, exemplis evidentiſſimis & hiſtoriæ fide firmatæ obloqui, dificile eſſet; dubitare primum multi cœpere, deinde vero in eorum ſententiam ultro diſcedere. Ceteri, quum in animum inducere nequirent; quidquam in incluta Hellade aut litteris cultiſſima Romuli progenie eſſe, quod a barbaris Scytharum gentibus acceperint; in animum induxere, aut caſui aſſignandum, quicquid trinæ hæ Linguæ, Græcam loquor, Latinam Gothicamque (quo nomine generico cognatas reliquas ſemper comprehendo) commune habent, aut etiam hanc ab illis ſua hæc *σύμφωνα* mutua ſumſiſſe. Verum enim vero ſi caſus in uno aut item altero ſimilitudinem efficere potuit, in ſexcentis idem vix ſapiens minime admiſerit. Immo vero quando Latini membrum, quo olfacimus, *naſum* appellant, Germani *naſe*, Sueci *näſa*, nemo non abſonum eſſe animadvertet, ſtatuere, adeo obtuſum fuiſſe univerſum orbem Scythicum, ut Romam abire neceſſum habuerit, quæſitum,

tum, quo vocabulo id appellaturi eſſent. Eleganter modo laudatus BOXHORNIUS ad finem parallelismi, quem inſtituit, trium harum Linguarum, ſubjuncti *Grammaticæ Regiæ*, in uſum CHRISTINÆ R. conſcriptæ. *Hujus συμφωνίας* inquit, *quæ cauſſa ſit, ſi quæras, erunt qui reſpondebunt, Germanos a Græcis & Romanis ejusmodi vocabula accepiſſe. Quod mihi neutiquam probatur. Imo falſum eſſe, res ipſa ac ratio arguunt. Quid enim? Mutos ac elingues & ab omni ſermonis, quo ſuæ cuique domi res ſignificantur, uſu deſtitutos aliquando fuiſſe majores noſtros, ſtatuendum eſt, ſi* patrem, (hoc enim exemplum ad inſtar omnium nunc erit) *aut* matrem *nullo ſuo, ſed tantum accepto a Græcis aut Romanis nomine potuerint appellare. Reſtat ergo, ut dicamus, ejusdem & communis, hoc eſt, Scythicæ originis horum nationum linguas eſſe. Hæc noſtra eſt ſententia, quam alibi idoneis & luculentis argumentis veriſſimam eſſe, jam oſtendimus, & aliquando, ſi Deus volet, pluribus oſtendemus.*

Quod ad rem ipſam attinet, quodque longe plurima vocabula cum Latio Gothi communia habeant, res eſt evidentior, quam ut in eo probando Lectorem meum detinere debeam. BIBLIANDER in Tr. *de Ratione communi omnium Linguarum* inter 2000 radices Germanicas 800. eſſe contendit, quas cum Græcis Romanisque communes habeant. De numerorum, nominibus & nonnullis aliis, ubi de Lingua Græca ſermo erat, aliquantillum prælibavimus. MORHOFIUS quum in univerſæ Linguæ campum exſpatiari, nimis operoſum duceret, illa ſelegit, quibus membra corporis humani nuncupantur: ex quibus, etiamſi omnia ſuo auctore digna ſint & erudita, paucula tantum decerpemus, alia nonnulla adſtructuri. *Dens* Latinum eſt, Sueth. *tand*. Gr. ὀδόντες. *Aurem* veteres *auſem* appellarunt, unde *auſculto* & reliqua. Mœſogothi *auſo* dixere, Græci οὖς Ebræi און. Genas (Duodecim Tabulæ *cenas* habent) nos *kind*, Gr. γένυς. Ulph. *kinnus*. *Hals* nobis *collum* eſt, pro quo veteres Latini *collus* dixere, ut apud PLAUTUM & in *Fragmentis* LUCILII & NÆVII videmus; *c* vero in *h* Gothicum converti, omnes norunt. Id, quo videmus, Latini *oculum* appellant, non ab occultando, ut docent Critici noſtri, nam antea oculo nominato utique opus erat, quam eos palpebris occultari meminerant mortales, & antequam vox hæc τῷ *celo* vel *culo* poſtpoſito auctior fieret. *Oculus* vero forma eſt diminutiva obſoleti *ocus*, cujus veſtigia etiam in Græcismo reperimus: teſtatur enim HESYCHIUS, veteres Græcos oculos ὄκκους appellaſſe. Mœſogothi *augo* dixere, Germani *auge*, nos *öga*. Ab hac eadem radice ortum videtur antiquatum *occo*, video, cujus imperativus diutius in uſu manſit. De vocibus *naſus* & *dens* mentionem nuper fecimus: addimus nunc tantum *genu* a Græcis γόνυ appellari, & antea, ut SCHOLIASTES APOLLONII L. II. p. 226. obſervat, κνίυ, Mœſog. *kniu*, nos *knæ*. Latinorum *pes* Græcorumque πὸς diverſa non ſunt a Mœſog. *fotus*, Germ. *fuſſ*, Sueth. *fot*. Dum faciem contemplabamur, omittendum non erat, Linguam a priſcis Latinis *tinguam* vocatam fuiſſe, quod unde prodierit, illico patet conferenti Ulphilanum *tuggo*, Sueth. *tunga*. Græci φ præpoſuiſſe videntur: φθόγγος certe vox eſt, & φθέγγομαι loquor.

Horum, quæ attuli, numerus non parum multiplicaretur, ſi illa adferre vellem, in quæ tempus & uſus vim ſuam exercuere, litteras cognatas varie immutando, vel quorum terminationes addendo auferendove nonnihil deformarunt. Sed quum illa apud rei critices imperitos dubium forte movere queant, in primis ubi ſimpliciter & absque debita illuminatione proponuntur, malui illa ſolum adferre, quæ citius aſſenſum ſibi polliceri queant. Paucula vero hæc, quæ in medium modo attuli, ſimul indicaverint, voces utriusque Linguæ, quo antiquioris formæ ſervantiores fuerint, eo propius conſpirare. Dolendum quidem eſt, adeo pauca vetuſtioris Linguæ Latialis monumenta hodie ſupereſſe, interim quæ vel *XII* Tabularum fragmenta vel obſervationes veterum Criticorum ad nos transmiſerunt, id, quod dixi, ſatis luculenter confirmant. Ita ubi in modo laudatis Romanorum Tabulis legimus *af virod* pro a viro, ſuccurrit, in Lingua non tantum hodie vigente Suethica, ſed etiam in CODICE ARGENTEO *af* eodem ſenſu uſurpari, alias *abu*, Gr. ἀπὸ, Lat. *ab*. Pro eum ibidem *im* & *in* occurrit, quibus concinit, quod apud Gothos olim in uſu erat, *imma*, illi, *ina*, illum. Pro majores, minores dum Leges hæ habent *majoſes*, *minoſes*, evidens eſt harmonia Scythismi. Scilicet Gothorum comparativus in *ozo*, & *izo* definit. Ita *minnizo* vel *minnozo* eſt minor,

Digitized by Google

nor, *maiza*, major. Gr. *μείζων*. Pro *menſa*, veteres *meſa* dixere, eoque non modo *τράπεζαν* intelligebant, ſed etiam lances, quibus cibus imponitur: ut in illo VIRGILII *menſas conſumimus*, qua etiam ſignificatione intelligenda erit eorum *menſa ſecunda*. Utrumque firmatur ſuffragio Linguæ Mœſogothicæ. MARC. 6: 25 HERODIAS poſcit *ana meſa haubith* JOHANNIS, ſuper patina caput JOHANNIS. *Med* pro *mel* occurrit apud PLAUTUM in *Truculento*. *In medde ſunt linguæ veſtræ:* h. e. in melle. In priore agnoſcimus Gothicum *med*, *mjöd*, quod olim *mel* notavit, nunc melicratum. Servum veteres Latini *ervum* & *erum* vocabant: *arf* veteribus Gothis labor ſervilis eſt, *erfa*, *erfida*, laborare. *Torrus* olim aridum notavit: ſi terminationem demas, vox germane Suethica erit. Inter XII. TABULARUM antiquata reperitur etiam *toli*, pro tuli, ab inuſitato *tolo*, unde tolero: nos *tola* dicimus, ULPHILAS *tulan*. *Cedo* apud antiquos Romæ incolas idem erat, ac dico. Tu, Lector, ſi memineris, eosdem *c* ut *k* pronuntiaſſe, facile deprehendes, quam prope accedant Alemannicum *cheden*, quod eadem ſignificatione olim in uſu erat. Et quid magis harmonicum eſſe poteſt, quam veteris Latii alterum illud *quio*, unde *quit*, pro quo prævaluit *inquit*, & Ulphilanum *quitbith*, Al. *cuuidit* & *chit*. v. SCHILTERUS, in *Gloſſ.* p. 165. *Lutare* priſci Latini uſurparunt pro eo, quod recentiores *litare* nominarunt: ſed prius ad Scythicismum propius, in quo *blut*, *lut*, *laut* olim ſanguinem mactatarum hoſtiarum denotabat. HEIMS KR. Tom. I. p. 141.

Si conſideremus vocum flexiones, illæ in utraque Lingua pæne quoque eædem ſunt. De verbis conferri velim, quæ in *Gloſſario* ad v. *baſwa* ex STIERNHIELMIO attulimus. Veteres Latini nomina ſua in *a* deſinentia ita inflectebant: familia, familias, familiai, Gothi *ſtaua*, *ſtauos*, *ſtauai*, & ſic in pluribus aliis. Quod de forma vocum externa attuli, id etiam de ſignificatione earundem dictum puta. Ita e. g. *bon* apud noſtrates pro contumelia uſurpatur: commemorat vero A. GELLIUS, in *Noct. Att.* ſub Reip. incunabulis *bonos* vocabulum *μῖσον* fuiſſe, & *bonos malus* dictum fuiſſe pro injuria. Valere vero in hisce ſimilibusque arbitror eundem ratiocinii modum, quo PEZRONIUM alicubi uti, obſervavi, qui probaturus, Celtas vocabula, quæ cum Latio communia habent, commerciis cum Romanis accepta non referre, ſed illis potius ſua commodaſſe, inter alia adfert vocabulum *hoſtis*, quod primitiva ſignificatione hoſpitem denotaſſe, Scriptores antiqui tradunt: quum vero eadem apud Celtas Galloſque, qui *hoſte* vel *hote* frequentant, eodem ſenſu reperiatur, evidens eſſe ait, non a JULII CÆSARIS militibus inter Celtas diſſeminatam eſſe hanc vocem, utpote tum dudum deſitam & antiquatam. Ad eandem amuſſin noſtra hæc ſi examinet Lector attentus, judicabit facile, a Romanis Suionas Germanosve alia vocabula addiſcere non potuiſſe, quam quæ florens Latium uſurpavit, atque adeo quo ſono ſenſuque in urbe & per Italiam in uſu erant, antiqua vero hæc haud fallaces eſſe communis originis teſſeras. Sed ut e brevi diverticulo redeam, addam unum aut item alterum. *Frui* proprie notat amare, ut dum AUGUSTINUS eleganter monuit: *utendum hoc mundo non fruendum*, cui conſona ſunt, quæ FLORUS de HANNIBALE habet, eum, *cum victoria uti potuiſſet, frui maluiſſe*, h. e. delectari. Ita FESTUS POMPEJUS obſervat, *defrui* dictum fuiſſe pro eo, quod recentiores uſurparunt deamare, deperire. Evidentiora hæc erunt, ſi meminerimus *frijon* apud Scythas idem fuiſſe ac amare.

His ita fundamenti loco poſitis, minus abſonum animadvertet Lector, ſi ſtatuerimus, eſſe haud raro, ubi deperditas Latii radices Gothica Lingua ſuppeditare queat. Hoc autem quemadmodum intelligi velim, paucis expediam. Quum Linguam tam Græcam quam Latinam Scythicæ propagines eſſe, partim antea demonſtraverimus, partim mox ulterius ſimus declaraturi; nil probabilius cogitari poteſt, quam alteram ſervare potuiſſe, quod apud alteram in deſuetudinem venit, perinde ac Linguæ Ebrææ Chaldaica, Syriaca, Arabica, Æthiopica in quamplurimis facem præferunt, quantumvis recentiores ſint & illius filiæ. Ut autem ad Latium redeamus, in transcurſu obſervare licet, omnes corporis motus iisdem nominibus indicare Latinos Gothosque, ſedere, *ſitta*, ſtare, *ſtå*, vadere, *vada*, cubare & ant. cumbere, Mœſog. *kumbjan*. Si jam fingamus, perdita radice, tantummodo conſervatum fuiſſe *adſto*; nihil impedire, quivis videt, quo minus in ſubſidiis adeſſe juberemus Gothicum *ſtå*, utpote

pote quod characterem quæſitæ radicis Latinæ retinet. Ita quid *menſis* ſit apud Latinos, novimus, vertentem nempe lunæ ambitum: vocis vero hujus geneſin dum ignorat Latium, ſi Græcæ Linguæ eadem eclipſis accidiſſet, diceremus, a *mâne*, luna, menſem omnino appellatum fuiſſe, in eundem modum, quo apud Mœſogothos a *mena*, luna, ſit *menatb*, periodus lunaris, vel menſis, atque adeo errare CICERONEM, dum menſem dictum tradit Lib. II. de *Nat. Deorum, quia menſa lunæ ſpatia conficit.* Græci hoc aſtrum σελήνην vocant, ſed veteres μήνην appellaſſe, tradit VARRO *de L. Lat.* Libro V. *Menſis*, inquit, *a lunæ motu dictus, dum ab ſole profecta, rurſus redit ad eum luna, quod Græce olim dictu* μήνη, *unae illorum* μῆνες, *ab eo noſtri.* Hæc itaque ſine dubio Pelasgica ſideris hujus appellatio fuit, quæ ab HOMERO aliisque nonnunquam uſurpata invenitur, altera vero Hellenica.

Inter conferendum utramque Linguam, largam meſſem talium vocabulorum, quorum radices in Lingua Gothica ſuperſtites obſervantur, collegi, ſparſimque annotavi in *Præfationibus Ulphilæ Illuſtrati*, *Speciminibus Gloſſarii Ulphilani* nec non peculiari diſſertatione ſubnexa *Fragmentis Ulphilæ Guelpherbytanis*, a me editis. Quum vero præſens locus & tractationis ratio requirat, ut eadem chorda heic quoque oberrem, omiſſis illis, quæ ibi allata inveniuntur, lance, quod ajunt, ſatura heic nonnulla in rei fidem afferam. *Thenſa* vocatur vehiculum Deorum, ἅρμα θεῖον vocant Gloſſæ Græcæ: quæ vox unde venerit, ignorant Critici. Peregrinam eſſe arguunt litteræ initiales, quum nulla, quod ſciam, vox ſit origine Latina, quæ a *th* incipiat. Ego natam arbitror a Mœſogothico *thinſian*, trahere, ut a ferendo ferculum & a trahendo traha. *Vultus* a volvendo derivari ſolet, ſed ſatis incommode: apud Ulphilam *vlits* vocatur iisdem plane litteris radicalibus: ortum vero id eſt a *vlaitan*, videre, perinde ac ὄψις, vultus ab ὄπτομαι, video, & Gothica faciei nomina *anlete*, a *lita* (quod idem *vlaitan* eſt), & *anſigte*, A. S. *onſien* a *ſe*, videre, formata ſunt. *Feralis* unde ortum ducat, ignorant Critici; ſuſpicatur tamen VOSSIUS, *fera* olim mortem denotaſſe: & ita eſſe, ſuffragio Linguæ veteris Gothicæ ſtabilitur, ubi *för* & *fior* mortem ſignificat. *Moneta* quid ſit, norunt omnes, quodque non tam numi valorem quam formam & impreſſam imaginem indicet. Gothice *mynt* vocatur, quam vocem eandem eſſe ac Latinam, quivis videt. Nos vero noſtræ denominationis rationem haud fallacem reddere poſſumus. *Mynd* enim figuram, imaginem notat: & infra pluribus docebitur, majores noſtros hinc argentum ſignatum vocaſſe *myndadt ſilfver*. *Mynta* proinde eſt argento notas & imaginem imprimere. Ipſum vero *mynt*, uti dixi, imaginem, figuram metallo impreſſam notat. Conf. VERSIO BIBL. ISLANDICA, LUC. Cap. 20: 24. ubi verba Euangeliſtæ τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφὴν ſua Lingua reddit: *Hvars mynd og yferſkrifft hafur han.* Nec recens hoc & in orbe Scythico natum vocabulum eſt, utpote cujus ſtamina Ebræa L. habet in מין, imago, unde תמונה, id. In L. etiam Aremorica *min* faciem notat, unde Gallicum *mine*, vultus, faciei habitus. Vermiculum, qui noctu lucet, (λαμπυρὶν) Latini *cicindelam* vocant, quod vocabulum, ut aliquid peregrinitatis habere videtur, ita purum putumque Gothicum eſt, notatque lumen vel candelam viventem: Sueth. *quickkyndel*, a *quick*, vivus, Ulph. *quivs*, & *kyndel*, lumen, candela. Meminiſſe vero hic iterum debet Lector, *c* Latinorum ſonum τοῦ *k* habuiſſe. Dum *candelam* nominamus, monere ſubit, etiam hanc vocem Gothicæ originis eſſe. *Kinda* apud nos notat ignem excitare, unde Latini ac-*cendo* fecere, in-*cendo* & cetera. Ab eodem *kinda*, *kyndel* lucernam appellamus, unde *kyndelmeſſa*, feſtum Epiphaniæ, pro quibus Latini *candela* habent, *candelabrum*, reliqua. Mœſogothi alia voce lumen *liubath* appellarunt. A. S. *leoht*, unde ego Latinorum *laterna* factum, in animum induco, perinde ac a luce fit lucerna. Si in ceteris aſſenſum impetravero, non ſuccenſebit Lector, ſi addidero, terminationem *erna* hic otioſam non eſſe. Nam in orbe Scythico *ern* notat locum, ubi aliquid ponitur, &, ne dubites, Anglo-Saxones laternam vocavere olim *liht-ern*: conf. *bord-ern*, ærarium, i. e. gazæ locus, *hors-ern*, ſtabulum equorum, *bere-ern* & contracte *bern*, horreum, frumenti locus. Ventum Mœſogothi *vinds* appellarunt, voce a *vajan*, flare, derivanda, melius certe quam a veniendo & minori circuitu quam a Gr. ἄω.

Hæc quæ modici ſpeciminis loco attuli, vocabula ſimplicia fuere. Alteram claſſem conſtituent vocabula compoſita, quorum

tum radices Latium perdidit, & quorum longum agmen producere poſſem: ſed ſatis habebo, ut in ceteris, nonnulla tantum in medium proferre. Quando Latinorum *exerceo* Critici ad radicem *arceo* referunt, vident ſine dubio, quam parum ſignificatio utriusque conciliari queat. Dicunt vero Latini exercere artem, exercere terram aratro, & plura id genus: hæc vero an ab arcendo orta eſſe, in animum induxeris? Gothice *yrkja* notat accurate id, quod Romanorum exercere. *Yrkja land*, terram arare, unde *yrknada-fæ* in Legibus patriis boves aratores. v. LOCCENII *Lex. Juris*, *yrka lag*, jurisprudentiam exercere. v. *Præf.* LEGIS. UPL. Mœſogothi videntur *aurkjan* dixiſſe, unde reſiduum habemus *aurtja*, agricola. Adde Græcum γεωργὸς ab ἔργον, quod apud HOMERUM aliosque ſpeciatim & proprie de opere ruſtico uſurpatum, fortaſſis ad eandem hanc tribum pertinet, uti *g* & *k* litteræ ſunt cognati ſoni. *Confeſtim* & *feſtinare* ejusdem originis vocabula eſſe, probe monuit VOSSIUS, ſed dum nominis rationem petit vel a diebus *feſtis* vel a *fertim*, æque rem acu non tangit. *Faſt* vero apud Gothos antiquos citum, velocem notare, in *Gloſſario* noſtro annotatum videre licet. Alius, ſed vulgo Criticorum æque incompertæ originis eſt *manifeſtus*, quod proprie notat id, quod adeo evidens eſt, ut manu palpari poſſit. *Feſtare* vero olim prehendere, arripere denotaſſe, mihi perſuadeo: Suethice *taga faſt*: apud Germanos certe *faſſen* eſt apprehendere. Hinc *infeſtus* dicitur, qui inimico animo & alteri quaſi manum injecturus advenit. Chartæ quidem modus non ſinit, ut hæc pro materiæ amplitudine edisſeram: ſed facere tamen non poſſum, quin nonnulla adjiciam. Verba ſunt quædam in L. Latina, quæ a particula inſeparabili *por* incipiunt, quæ Latina non eſt, ſed Gothica. In CODICE ARGENTEO *faur* ſcribitur, hoc eſt *for* (*au* enim ut *o* efferebatur) quod Latium in *por* commutavit. Notatu vero non indignum arbitror, omnia illa verba, quæ huic particulæ ſociantur, Gothicæ proſapiæ eſſe: *Portendere* Gothis *fauratanjan* eſt, & præſignificare notat, ut pluribus ad *Fragmenta Ulphilana* oſtendi; *porricere*, vocabulum in ſacris uſurpatum, ut SERVIUS ad VIRGILII *Æneida* obſervat, notat projicere. *Reka* apud Iſlandos deſignat ejicere, trudere. Significationem vocis *porrigere* ſciunt omnes, radicem ejus non item; eſt vero illa Gothica *racka*, quæ idem plane ſignificat. Græci, qui omicron vocibus ſæpe præfigunt, (quemadmodum in ὀδόντες, ὄνομα, ὀμιχέω; dentes, nomen, mingo) ὀρέγειν eodem ſenſu dicunt. Antequam modum faciam, unicum adjungam. *Fleiga* in L. Gothica & Iſlandica notat cum impetu mittere, projicere, quo obſervato ſimul conſtare, arbitror, unde ſit, quod Latini vulnus *infligere*, humi aliquem *affligere*, *confligere* & cetera habeant, ſcilicet non a θλίβειν, ut opinatur VOSSIUS, ſed a Gothica noſtra radice.

Ad tertiam claſſem refero illa verba, quorum forma derivativa ſupereſt, amiſſa primigenia. Hæc quo valeant, exempla maniſeſtius reddent. Nemo non videt, *cogito* frequentativum eſſe obſoleti *cogo*: hoc vero contractum eſſe tradunt Etymologi a coago, quum cogitatio ſit curarum congregatio. Sed nemo non videt, quam hæc frigida ſint. Ego antiquatum *cogo* diverſum non arbitror a Gothico *boga*. Uph. *bugjan*. A. S. *gebygan*, quorum radix eſt *bog*, mens, animus, A. S. *hyge*, id. Græci perinde a νῦς, νοεῖν formarunt. Iidem ἠγέρμαι habent, quod nos deducit ad ſupra allatum Ebræum הגה, cogitavit, meditatus eſt. *Vacillo* obſervat DONATUS eſſe *ſine origine perfectæ formæ*: terminatio docet, eam fuiſſe *vaco*, in eundem modum, quo a ſorbeo fit ſorbillo, &c. In veteri noſtra Lingua *veka* denotavit, incerto pede greſſum facere, immo hodieque *wackla* eadem plane, qua Lat. *vacillo* ſignificatione apud nos in uſu eſt, & in dialectis cognatis ſimiliter. A *caſtigo* ſi terminationem demſeris (conf. inſtigo, ab inſto, fuſtigo a fuſtis) remanet inuſitatum *caſto*. Notat vero vox illa tam objurgare quam etiam accelerare, quæ, ni fallor, propria vocis ſignificatio eſt. Gothi, quibus ſolenne eſt, *c* & *k* in aſpirationem convertere, utroque ſenſu *haſta* uſurpare, in *Gloſſario* noſtro probatum invenies, adeo ut opus non ſit, ad Athamantum infrequens vocabulum καςὸς, quod fuſtem denotaſſe, prodit HESYCHIUS, præter neceſſitatem confugere. *Proficiſcor* auctum eſſe a fine, vidit VOSSIUS, in eundem modum, quo ab hio factum fuit hiſco, a nancio, nanciſcor: ſed quæ illius de cetero origo ſit, ſe ignorare fatetur, fatentur etiam ceteri Critici, quorum omnia oracula ſilent, ubi ab Hellade deſtituuntur. Sed ſuperſtitem eam invenire poterunt in Gothico *fika*, quod hodie accelerare notat, olim vero ire, greſſum facere,

Digitized by Google

facere, uti ſuo loco probabitur. *Situs* idem notat ac poſitum collocatum, non certe a *ſino*, cujus ſignificatio nimium devia eſt, ſed a Scythico *ſætta*, Ulph. *ſatjan*, ponere. Addo unicum. Ad eſſentiam vocis *maculo*, non niſi tres priores litteras facere, quivis ſua ſponte videt, nec audiendum NUNNESIUM, qui voculam hanc a Græco κηλὶς, formatam putat: tu illam natam exiſtima a Gothico *myk*, ſordes, unde *mocka*, ſordes expurgo.

Linguam Latinam Scythicæ non parum acceptum referre, hactenus probatum ivimus, nos vero ipſi viciſſim non parum debere, æque certum eſt. Quum Latine ſcire, faſtigium olim eruditionis fuerit, Latinorumque ſcripta qui vernaculo ſermone interpretaturi erant, non raro præ verborum inopia multa Latii verba civitate noſtra donarint; factum hinc eſt, ut non pauca etiam præter neceſſitatem inde adoptaverint, & adeo Latialem & Tranſalpinas adeo permiſcuerint, ut jam poſt aliquot ſecula dictu difficile ſit, utrum e. g. charus a *kär*, clarus a *klar*, macer a *mager*, fugo a *fuga* an verſa vice orta ſint, quod idem de vocibus CODICIS ARGENTEI, quæ cum Latinis conſpirant, valere, in animum inducimus. Id vero hoc loco commemorare, haud abs re erit, per horum, quos dixi, interpretum κακοζηλίαν factum eſſe, ut univerſa Lingua Scytho-Gothica peregrinum habitum induerit. Nam, ut unico exemplo utar, quum Gothi exteri & primævi in verbis non niſi duo, quæ vocant, tempora in utroque Modo, Indicativo & Subjunctivo, agnoſcerent, Præſens nempe & Imperfectum, illi ut Perfectum, Plusquamperf. & Futurum exprimere valerent, auxiliaria ſua *hafwa* & *ſkola* adſciſcere, neceſſum habuerunt, quod quantopere Linguæ Scythicæ habitum immutarit, nemo non videt. Hanc eandem cauſſam eſſe, reor, cur numerum dualem Gothorum, tanquam ſupervacaneum, in deſuetudinem ſenſim venire ſiverint; & quæ id genus alia ſunt.

Hi iidem Latino-Barbari multa vocabula florentis Latii non tantum varie deformarunt, ſed etiam innumera alia e ſuo cerebro effinxerunt, quorum uſus apud medii ævi Scriptores invaluit: unde evenit, ut ſpuria non minus quam genuina in Gothicam Linguam ſeſe ſenſim inſinuarint. Adfero hoc ideo, ut Lectorem meum moneam, non raro apud doctiſſimum DU FRESNIUM ceteroſque harum ſordium collectores illa inveniri, unde Linguæ noſtratium lux haud exigua affundatur, ut *Gloſſarium* noſtrum evolventi patebit. v. infra in *dölja*, *pläna*, &c.

Methodi, cui huc uſque inſtitimus, ratio ſuadet, ut breviter diſpiciamus, unde demum evidentiſſima illa cognatio, quæ inter ſermonem ROMULI ODINIque nepotum intercedit, provenerit. Ad antiquiſſima uſque tempora adſcendi debere, ſi in illius cauſſas inquirere voluerimus, inde evidens eſſe, arbitror, quod, uti nuper obſervavimus, eo major eadem inveniatur, quo propius ad Romæ infantiam perveniatur. Ut vero brevis ſim, primam & veriſſimam harmoniæ hujus cauſſam, reputandam cenſeo, quod eorum, qui in vacua Italia ſedes quæſitum venere, Pelasgi Scythicæ originis omnino fuerint. Hi vero diverſis temporibus & quidem ter in Italiam colonias miſiſſe traduntur: Prima erat, quæ ex Arcadia Duce ÆNOTRO acceſſit, quæ ubi aliquamdiu ſedes fixas in Italia habuerat, Aboriginum nomen deinde aſſumſit; altera colonia ex illis conſtitit, qui poſt exactum ultimum in Theſſalia Pelasgorum Regem, GRÆCUM appellatum, primum in Epirum ad Dodonæos, deinde in Italiam conceſſere; tertia, quæ ex Arcadiæ regione, Duce EUANDRO, eo pervenit. Quum vero, quod nuper innuimus, Pelasgi Scythica gens fuerint, mirum non eſt, ſi ſuæ Linguæ magnam partem heic ut in Hellade diſſeminaverint. In tranſcurſu vero duo momenta heic mihi obſervanda obveniunt. Primum eſt, quod dum Hellenes, qui Pelasgos expulerant, regionem a ſuo nomine Hellada appellarent, quod deinde perpetuo & conſtanter retinuit, Itali eam perinde ac Gothicæ originis gentes omnes Græciam ſemper vocaverint, nomine a Pelasgis haud dubie profeminato, quippe qui a ſuo Rege (duos hujus nominis habuiſſe traduntur) eam ita nuncupabant. Altera eſt, quod litteræ, quas attulerant hi iidem Pelasgi, non Helleniſticis nominibus alpha, beta, ſed *a*, *be*, &c. fuerint appellatæ: unde demum concludo, Cadmeas non fuiſſe, ſed Pelasgicas ſeu Scythicas, quas ἀρχαῖα γράμματα vulgo appellarunt, atque adeo vere dixiſſe PLINIUM, *Hiſt. Nat.* Lib. VII. Cap. 58. *Veteres Græcas literas fuiſſe eaſdem pæne, quæ fuere Latinæ*, quibus conſona ſunt, quæ TACITUS, Lib. XI *Annalium* tradit, nec

non

non DIONYSIUS HALICARNASSENSIS, qui lib. IV. p. m. 230. commemorat, TULLUM HOSTILIUM æneæ columnæ conventiones, quas cum finitimis Italiæ populis inierat, inſculpſiſſe Græcis litterarum characteribus, εἰς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρᾶτο, quibus olim Hellas utebatur, eamque columnam ad ſuam usque ætatem ſuperſtitem fuiſſe. Immo TULLUS Rex Romanos ſuos ceteroſque Italici nominis populos Græcos ſibi diſerte appellat, h. e. Pelasgos, Gothico ſermone utentes. Deinde etiam, quum in aſylum illud, quod Romæ primus ejus conditor aperuit, idem DIONYSIUS ad finem Libri primi multas Celtarum myriadas atque etiam alios ex aliis regionibus diſſona Lingua utentes populos confluxiſſe perhibeat; ſcire oportet, Celtas Scythicam fuiſſe gentem, & per populos extra Italiam habitantes, alios commodius intelligi non poſſe, quam Transalpinos Germaniæ populos. Hæc omnia ſi junctim ſumamus, & deinde recordemur, a Gallis magnam ſuperioris Italiæ partem diu inhabitatam fuiſſe; mirari utique non convenit, per belli pacisque commercia tot vocabula utrique genti communia facta fuiſſe. Gallorum vero ſermo quam propinqua cognatione Gothicum attigerit, uberius declaravimus, ubi de L. Celtica nuper ſermo fuit.

LINGUA MOESOGOTHICA.

Verſioni Bibliorum, quam Seculo quarto concinnavit ULPHILAS aut, ut rectius nominatur, WULPHILAS, Gothorum in Mœſia Epiſcopus, cujusque inſignia fragmenta habemus in CODICE ARGENTEO Upſalienſi, nec ſpernenda in membranis reſcriptis Guelpherbytanis, id acceptum referimus, quod inde ſcire liceat, quæ Linguæ Gothicæ ante quatuordecim ſecula facies fuerit: quod idem alteri in Europa genti non contigiſſe, notius eſt, quam ut id indicare debeam. Non operoſe recenſebo, quid alii in illuſtrationem ejusdem præſtiterint: indicabo tantum in præſentia, Linguam heic exhiberi adeo cultam & concinnam, ut elegantia nulli, ne Græcæ quidem & Latinæ, quidpiam concedat. Obſervationem hanc non nude grammaticam eſſe, ii facile animadvertent, qui ſciunt, quanta ſit Linguæ & ſtatus publici harmonia. Exemplo enim caret, ullam extitiſſe rempublicam, quæ vel alieno jugo diutius ſuccubuerit, vel non niſi latrocinio vixerit, & quam ſimul aliqua ſui ſermonis cura contigerit, quippe quæ non niſi feliciur eſſe ſolet, eorumque, qui partam foris gloriam, in toga tueri, & ad poſterorum memoriam transmittere amant. Sed ne hæc disputatio extra orbitam nos provehat, redimus eo, unde digreſſi ſumus, & iterum monemus, adeo caſtigatum eſſe ſermonis antiqui Gothici genium, ut cuivis aliarum gentium dubiam palmam faciat. Conjugationes tres habet, ad quarum typum omnia verborum exempla ſine ulla anomalia exigere licet, idque ita, ut in tota Lingua non niſi unicum ſit heterocliton (*gaggan* loquor, quod in imperfecto *iddja* habet, A. S. *eode*, Iſl. *vod, od*) dum contra in quatuor Romanorum Conjugationibus tertia meris anomalis fere conſtat. In iisdem Gothi nonniſi duo tempora, præſens & imperfectum, habent, quibus dum Romani tria & Græci numero plura alia adſtruxere, valere videtur regula, quod quo quid ſimplicius eſt, eo etiam antiquius & ſincerius fere haberi debeat. Illam in loquendo ἀκρίβειαν, quam confert numerus dualis in verbis pariter ac pronominibus, quamque Romani neglexere, cum Græcis in verborum & pronominum flexione obſervare Gothos, antea monui. Nominum porro tot habet flexiones, quot terminationes; niſi ubi generis differentia diſcrimen parit. Intra quinque, uti vocantur, declinationes illas coërcere voluit Ed. Lye, in *Grammatica Gothica*, Editioni C. A. BENZELIANÆ præmiſſa; HICKESIUS quindecim conſtituit: ego vero ſex & triginta eſſe, in *Analectis* meis *Ulphilanis*, nuper editis, demonſtravi, ſed illas adeo certas & regulares, ut ex cujuslibet caſus obliqui terminatione de vocis genere & nominativi forma judicium ferri poſſit, & verſa vice. Secus eſſe in Latio, novimus, ubi e. g. quæ in *ex* deſinunt diverſiſſimis modis caſus variant: lex legis, pellex, pellicis, ſupellex, ſupellectilis, ſenex, ſenis, &c. Adjectiva duplicem terminationem habent, alteram ſimplicem, alteram emphaticam vel demonſtrativam, ut *gods*, ἀγαθὸς, *goda*, ὁ ἀγαθὸς; qui idiotismus ad ceteras Scythicæ ori-

ginis gentes antiquiores dimanavit, ſed a Latio ignoratur. Articulos præpoſitivos, *ſa*, *ſo*, *that* æque ac Hellenes ὁ ἡ τὸ habent, & de cetero inque ſyntactica verborum conſtructione nihil fere cum Græcia commune non tenent, ita ut haud immerito FR. JUNIUS, in Dedicatione, *Euangeliis Gothicis* præmiſſa, pronuntiet, *ſola dialecto Linguam Gothicam a Græca differre.* Sufficiant hæc pauca de forma Linguæ Gothicæ: adjungam nonnihil de illius materia.

Lingua, quæ in CODICE ARGENTEO reperitur, ut haud dubie Scythicæ originis eſt, ita fieri non poteſt, quin multa habeat, quæ illius ſorores pariter retinuerint: hinc Græcam Linguam loquor & Latinam, inde Sclavonicas. Quod ad priores attinet, quum inter Gothos inque media Scythia plurimæ vixerint Græcorum coloniæ, & utraque Mœſia Romanorum fuerit Provincia; mirum nemini obveniet, ſequioribus temporibus varia utriusque gentis vocabula in Gothicam irrepſiſſe, & proinde difficile interdum eſſe, a nativis adſcititia hæc diſcernere. Ita non dubito, quin *aromata*, MARC. 16: 1. vox Græca ſit & peregrina, ſimiliterque *ſpyreidans*, σπυρίδας. MARC. 8: 8. Latina vero *ſpaikulatur*, ſpeculator. MARC. 6: 27. *auralja*, JOH. 11. 44. orarium: qua voce in hiſtoria LAZARI pro ſudario utitur AMBROSIUS, de *Fide Reſurr. Facies ejus orario colligata erat.* Difficilius judicium eſt de aliis, ſecundo loco a me nominandis, quæ nempe utrobique ſimilia reperiuntur, & quæ utraque Lingua eodem forte jure ſibi vindicaverit. Exempla Græca præter illa, quæ ſupra pag. XVI attulimus, dare poſſum ὦμος, humerus, Goth. *ams*, κλῦμι, audio, Goth. *hliuma*, auris. Latinorum eadem ratio eſt. Ita ſemper incertum erit, utrum *faſkia* an *faſcia*, *karkar* an *carcer*, *viduvo* an *vidua*, *militondans* an *milites* antiquius ſit, & utra Lingua alteri de ſuo commodaverit, vel annon potius ex communi origine utraque promanaverint.

Tertiam partem Sclavonica, vel, quæ peregrina vocare liceat, conſtituunt. Audivimus, ubi de L. Scythica ſermo fuit, Ponticas & Thracicas regiones a perquam diſſonis incolis inhabitatas fuiſſe, quibus quandoquidem Gothi permiſti vixerunt, accidit haud dubie illis, quod fere ſolet, ut commercia pacis bellique varia vocabula ultro citroque communicaverint. Syllabum iſtiusmodi vocum exhibet JOH. GE. WACHTERUS in *Diſſ.* de *Lingua Codicis Argentei*, in quo tamen varia occurrere, quæ pure Gothica ſunt, nuper in *Analectis* meis *Ulphilanis*, pag. 163. ſeqq demonſtravi. Interea optandum foret, ut quispiam, qui Sclavonicarum Linguarum peritus eſſet, illas cum Mœſogothica hac conferret: ita enim non dubito, quin plurima eſſet inventurus, quæ nobis facem accenderent.

Quartam claſſem conſtituunt domeſtica, quæque Gothica eſſe, Linguæ traduces, AngloSaxonica, Alemannica, Iſlandica ceteræque recentiores teſtantur. Partem hæc longe maximam conſtituunt, idque ita, ut AngloSaxonica & Iſlandica, ſeu vetus Gothica, omnium proxime antiquam hanc matrem ſuam referant. De illa conferri poterit HICKESII *Grammatica AngloSaxonica*, de hac parallelismus, quem inſtituit inter Iſlandicam L. & Mœſogothicam ER. JUL. BJÖRNERUS in Schediaſmate annexo *Cogitationibus* ejus *Criticis*, ubi aliquot Capita Euangelii MATTHÆI exhibet, inſtituta utriusque Linguæ collatione. Subjungi his poterunt, quæ jam modo laudatus HICKESIUS peculiari Capite XVIII citatæ *Grammaticæ* in hanc rem diſſeruit.

LINGUA ANGLOSAXONICA.

Ubi fata Linguæ Gothicæ preſſo pede ſequimur, proxime ſe conſpiciendam præbet Dialectus AngloSaxonica, utpote quæ illud ſermonis genus præfert, quod in Angliam Seculo VI advexere inferioris Saxoniæ populi, in auxilium a Britannis contra Pictos advocati, & deinde ultro alio alioque tempore eo commeantes. Dubio caret, Linguam Gothicam majori Germaniæ parti pro vernacula olim fuiſſe: quas vero mutationes ab ULPHILÆ ævo ad ſeculum usque ſextum ſubierit, hinc unice aliquo modo edoceri poterimus. Eſt quidem illa Linguarum omnium indoles, ut faciem quotidie mutent; ſed mirari nihilominus convenit, id diſcriminis, quod inter dialectum Mœ-

Digitized by Google

Mœſogothicam & AngloSaxonicam intercedit, majus non eſſe, quum tamen ab ULPHILA ad CÆDMONEM, qui Scriptorum Saxonicorum omnium eſt antiquiſſimus, quatuor admodum ſecula interceſſerint. Vir æternaturæ laudis GEORGIUS HICKESIUS eleganter id demonſtravit, in *Opere* ſuo *Grammatico*, ubi uno faſce utriusque Linguæ præcepta compegit, & unde quilibet edoceri poterit, quam prope hæc filia matrem ſuam referat. Ita e. c. articulum præpoſitivum ambæ habent. Numerus dualis in pronominibus utrobique conſpicitur, etiamſi in verbis, ut nuper monuimus, Saxones ejus fuerint obliti. In declinationibus nominum ſubſtantivorum & adjectivorum horumque gradibus geminoque ſtatu, abſoluto & emphatico, ſimilitudo obſervatur, quanta maxima eſſe poteſt. Verba auxiliaria eadem utrobique, eadem verborum terminatio in *ian*, eadem flectendi ratio, idem conjugationum numerus, eadem tempora, præſens nempe & imperfectum; (HICKESIUS præter rem addit futurum) ſed ita tamen, ut modi conjunctivi ſenſim obliti fuerint Saxones, conjugationis item paſſivæ & flexionis Participiorum ſecundum caſus & numeros. In transcurſu monebo, non injucundum nec Septentrionalium Linguarum amatoribus ingratum fore laborem, ſi quis quatuor illas dialectos antiquiores, Mœſogothicam, AngloSaxonicam, Alemannicam & Iſlandicam ſynoptice exhiberet (quemadmodum accurate incepit cap. XVIII. *Gr. AngloSax.* doctiſſimus HICKESIUS) ita ut uno quaſi intuitu, in quo conſpirent, & ubi diſſideant, videre liceret. Sed ut ad AngloSaxones redeam, Syntaxeos ratio utrique plane ſororia eſt, immo pauca invenies in C. A. vocabula, quæ Saxonibus peregrina fuerint. Ut ab aliis ſubſidiis minus inſtructis fidem faciam, unum alterumve verſum ex C. A. & Verſione AngloSaxonica depromtum heic junctim exponam.

Mœſogothica.	AngloSaxonica.
MATTHÆI 8.	
v.7. *Jah quatb du imma laiſus. Ik quimands gabuilja ina.*	v.7. *Tba gvætb ſe Hælend to bym. Ic cume and byne gebæle.*
v.8. *Fab andbatjands ſa Hundafaths quatb Frauja ni im vairtbs ei uf brot mein inngaggais Aktbatainei qvitb vaurda jab gabailnitb ſa tbiumagus meins.*	v.8. *Tba andsvarode ſe Hundredes caldor, and þus cvætb Drybten, ne com ic vyrtbe, tbat tbu ingange under mine þecene, ac cvæþ þin an vord, an min cnapa bitb gebæled.*

Vides heic omnia utrobique pæne eadem, & conſpiceretur harmonia luculentior, niſi vocabula alia ἰσοδυναμοῦντα poſuiſſet AngloSaxo, ubi non deerant, quæ Mœſogothicis ex aſſe reſponderent.

Hujus autem AngloSaxonicæ dialecti ratio, dum Sueogothicæ Linguæ cauſſas indagamus, eo potior habenda, quod inter Sorores natu maxima eſt, multaque ſervavit, quæ ſola noſtro ſermoni lucem affundere valeant. Deinde, quum qui in Septentrione noſtro doctrinam cæleſtem primi annuntiarunt, maximam partem Angli fuerint; fieri non potuit, quin varia artis vocabula & terminos ſacros noſtræ Civitati inſeruerint, cujusmodi exempla reperies in *Gloſſario* noſtro ſub *Meſſebake*, *Ymbrudagar*, *Lattbelgdag*, *Lyde-Biſkop* pluribusque aliis. Tandem etiam, quum ſummi Judicii Aſſeſſores fere fuerint Epiſcopi, mirum non eſt, ſi ſingularem analogiam inveniamus non ſolum inter terminos fori Anglicani noſtrique, ſed etiam inter ipſas Sanctiones, ut adeo qui vetuſtas Sueonum Leges illuſtrare, in animum inducit, non inutilem operam collocaturus esſet, ſi AngloSaxonicas in ſubſidium ſedulo vocaret.

De Lingua Anglica hodierna opus non eſt, ut ſigillatim aliquid addam, quum pleraque ejus in vetuſtiori AngloSaxonica agnoſcantur. Verum quidem eſt, poſtquam WILHELMUS, CONQUÆSTOR dictus, imperio potitus fuit, Gallica multa Saxonismo immiſta fuiſſe, & ut immiſcerentur, ſedulo egiſſe Principem hunc: ſed ab illo tempore rariora etiam fuiſſe Suionum cum Britannis commercia, utriusque regni hiſtoriæ fidem faciunt.

LINGUA ALEMANNICA, GERMAN. ET BELGICA.

Sequitur jam Lingua Alemannica, cujus haud ſcio, an vetuſtius monumentum extet, quam jus illud jurandum, quo fedus inter LUDOVICUM CAROLUMQVE, Imperatoris CAROLI MAGNI filios circa medium ſeculi IX firmabatur,

batur, quodque ſuæ *Hiſtoriæ* inſeruit NITHARDUS. Ætate proximus Scriptor inclutus eſt OTFRIDUS, Monachus Weiſenburgenſis, cujus *Euangelia* metrice conſcripta habemus, & deinceps NOTKERI *Interpretationem Pſalmorum* DAVIDICORUM, WILLERAMI *Exegeſin Cantici Canticorum*, ut ceteros Scriptores Alemannicos taceam, quos egregio inſtituto JOANNES SCHILTERUS Ulmæ 1728. duobus voluminibus formæ maximæ junctim edidit, addito tertio, quod continet *Gloſſarium* ad eosdem Scriptores Francicos & Alemannicos, magno ſtudio exaratum. Quod ad ipſum hoc idioma attinet, conqueritur modo laudatus OTFRIDUS, in *Epiſtola*, Euangelicæ ejus Hiſtoriæ præmiſſa, ad *Liutbertum*, Archiep. Moguntinum, tantam ſuo tempore fuiſſe Linguæ Alemannicæ barbariem, ut *inculta & indiſciplinabilis capi regulari freno Grammatices nequiverit*. Et certo verius nihil dici potuit. Qui enim Alemannica hæc monumenta accuratiore oculo perluſtraverit, inveniet ibi fluxa & inſtabilia omnia, ita ut non tantum orthographia vocum, ſed etiam earundem terminationes & inflexiones vagæ &, pæne dixeram, arbitrariæ ſint. Ita ex. g. verbum auxiliare habeo ſcriptum invenitur *ich hauon*, *hauan*, *hauo*, *haua*, *hauu*, *haben*, *haban*, *habon*, *habo*, *haba*, *habu*, *habbiu*, *habbo*. Immo vero hæc diſcrepantia non diverſæ ætati diverſisve Scriptoribus adſignanda, ſed invenies apud eundem Scriptorem eadem vocabula eandem inconſtantiam prodere. Sic apud TATIANUM, Cap. 238. verba Petri, Domine tu ſcis, quod amem Te, vertuntur *Truhtin thu uueiſt thaz ih thih minnoti*, quæ eadem, ubi paullo poſt repetuntur, leguntur *thaz ih thih minnon*. Ib. Cap. 217. revolvit lapidem, explicatur *aruualzta then ſtein* & tertia inde linea *aruualzta thone ſtein*. Sexcenta ejusmodi deprehendet, quicunque non incurioſo oculo Alemannica monumenta tractaverit, adeo ut plus ſimplice vice HICKESIUM ungues arroſiſſe, mihi perſuadeam, antequam Grammaticam hujus Linguæ conſarcinare valeret: quam tamen nihil aliud eſſe quisque comperiet, quam farraginem exemplorum, quæ docere poſſint, quomodo dictum fuerit, non quomodo dicendum juſſerit Linguæ genius. Quænam hujus inconſtantiæ cauſſa fuerit, mutatæne frequentius ſedes, an cum pluribus gentibus cognatis mixta ſermonis commercia, disquirere, non eſt hujus loci: ego vero hanc L. Alemannicæ ſcabritiem invicto argumento eorum refellere exiſtimo opinionem, qui CODICEM ARGENTEUM ab Auctore Francico confectum arbitrantur. Qui enim Mœſogothicam dialectum novit, animadvertit utique, ibi omnia caſtigatiſſima eſſe, ita quidem, ut ſi vel integra nobis ſupereſſet ULPHILÆ Bibliorum verſio, quovis pignore certarem, ibi *ik haba* nec unquam aliter inventum iri: immo vero hæc dialectus ſibi ubique conſtat, & ad non minus accuratam amuſſin efficta cernitur, quam quæ in Athenarum Academiis aut Romæ Odeis recitabantur. Sed quantumvis inculta ſit Lingua Alemannica, in illa tamen ſtribligine plurima invenire licet, quæ noſtræ facem præferant. Novimus, multos primorum verbi Divini Præconum hujus nationis fuiſſe, de quibus adeo idem valet, quod de AngloSaxonicis obſervavimus, eos nempe variis idiotismis Linguam noſtram locupletaſſe, uti ſingulæ fere Operis noſtri paginæ indicabunt. Sciendum præterea eſt, ſub hac periodo non modo Linguam Alemannicam ſed etiam AngloSaxonicam ceterasque metamorphoſin ſubiiſſe, novoque habitu indutas fuiſſe. Ut enim ille in eruditionis faſtigio collocatus cenſebatur, qui Librum Latine ſcriptum legere potuit, ita qui aliis ad aliquod AUGUSTINI alteriusve Auctoris ſcriptum viam pandere voluit, vel interlineari verſione vel ſingularibus Gloſſis vocabula difficiliora explicuit: ut autem genium L. Latinæ preſſius ſequeretur, & diverſas verborum flexiones ob oculos poneret, neceſſum habuit, verba auxiliaria in ſubſidium vocare, quibus tempus perfectum, plusquamperfectum, futurum &c. exprimeret, quæ orbis Teutonicus Gothicusque ante id temporis æque ignoravit, ac iisdem hodie carere nequit. Idem etiam evenit in quamplurimis vocabulis, quæ ad genium L. Latinæ distorta, nova donata fuere ſignificatione. Hinc certe, ut aliorum dialectorum incrementa reticeam, factum, ut apud nos *inkaſt* denotet objectionem, a *kaſta*, jacere, *inuebära*, importare, a *bära*, portare, *förgäfves*, fruſtra, quia gratis vel gratiis hoc ſenſu a Latine ſcribentibus uſurpabatur, *fördrag*, contractus, a *draga*, trahere, *lägga ſig på något*, in aliquam rem incumbere, a *ligga*, decumbere, *foredome* (in aliquot Scriptis medii ævi) detrimentum, a *döma*, judicare, quum Lat. præjudicium, Gall. *prejudice* id aliquando ſonuerit. Prætereo millena alia exem-

Digitized by Google

exempla, quæ ſuis locis inſerta videre licet. Ex ſimili Linguarum confuſione factum eſt, ut in Latium; viciſſim innumera vocabula barbara & peregrinæ vocum ſignificationes illatæ fuerint, quas immenſo labore congeſtas videre licet apud DU FRESNIUM, in *Gloſſario Latino*. Ut autem, quæ priſcæ Linguæ Alemannicæ facies fuerit, illi per tranſennam videant, qui alia ſupellectile deſtituti ſunt; ex TATIANI Cap. III. ſequentia cum verſione Suecana adferam.

	Alemannica.	Suethica.
v. 1.	*In themo ſehſten manode*	*I then ſiätte månaden*
	Giſentit uuard engil GABRIEL	*Wart Engelen GABRIEL ſänd*
	Fon Gote in thie burg Galileæ	*Af Gud till en borg i Galilea*
	Thero namo iſt Nazareth,	*Thes namn är Nazareth*
	Zi thiornum, gemahaltero gomanno,	*Till tärnan, förmäld åt en man,*
	Thero namo uuas Joſeph,	*Thes namn var Joſeph.*
	Fon Huſe Davides.	*Af Davids hus.*
	Inti namo thero thiornon MARIA.	*Och tärnans namn MARIA.*
v. 2.	*Inti ingangenti ther Engil*	*Och Engelen ingångande*
	Zi iru quhad,	*Sade (qwad) till henne*
	Heil uuis thu gebono follu	*Hell tu nådefulla,*
	Thruhtin mit thir,	*Gud (Drotten) med tig,*
	Geſegenot ſis thu in uuibon.	*Signad ware tu bland qwinnor.*

Quum matri Alemannicæ tantum debeamus, fieri non poteſt, quin inter filiam, Linguam loquor GERMANICAM, noſtramque multum intercedat neceſſitudinis. Eſt quidem illa hodieque inſignis, ſed vel breve illud, quod modo exhibui, ſpecimen luculenter evincit, majorem illam olim fuiſſe; & quidem tantam, ut abſque interprete colloquia miſcere hæ nationes potuerint. Subiere autem poſtea ſingulæ ſuas vices, inque diverſa ſenſim ſenſimque diſceſſere; & diſceſſiſſent ſine dubio longius, niſi frequentiora inter nos & Germanos inſtituta commercia harmoniam illam foviſſent. Non ſolum enim Suecia Germanicæ nationis Reges venerabatur ſeculo XIV, qui numeroſo ſtipati comitatu huc ſe contulere, effecêruntque, ut Lingua hac Aula noſtra perſonaret, eandemque addiſcere ſtuduerint, quorum erat, Regi apparere; ſed etiam, ingruente bello, milites mercenarii Germanicæ nationis huc arceſſebantur, qui, poſitis armis, ſæpe remanebant. Quod vero caput eſt, inſtituta cum civitatibus Hanſeaticis commercia, opificum & mercatorum tantam vim huc allexere, ut indigenas pluribus in locis numero ſuperarent. Factum adeo eſt, ut ſermo noſter Suiogothicus ab eo inde tempore a priſca puritate deſciverit, atque peregrinitatis multum contraxerit. In hoc numero pono omnia verba ab *er*, *be* & *bi* incipientia, cujusmodi ſunt *erſätta*, rependere, *ertappa*, recuperare, *befrynda*, affinitatem jungere, *berätta*, narrare, *bidraga*, conferre, & vocabula alia fere innumera. Nominavi Civitates Hanſeaticas, quum vero inter illas primas tenerent Hamburgenſis & Lubecenſis, obſervare licet, nuſpiam eſſe, ubi noſtros loquendi idiotiſmos æque agnoſcamus, ac in inferioris Saxoniæ dialecto. Edidit MICHAEL RICHEY, Vir doctrina inclutus, *Idioticon*, quod vocat, *Hamburgenſe*, ubi loquendi modos huic Civitati vicinoque agro peculiares annotavit. Hunc vero illius librum evolvens, perpaucas offendi voces & loquendi modos, quos cum eadem communes non habeamus, ita quidem, ut ſatis pateat, multa eam nobis communicaſſe, & ad ſuos a noſtra penu haud pauca retuliſſe. Eorum, quæ dixi, veritas patebit, ſi conferamus ſcripta, ante adventum Germanorum edita, ut ſunt LEGUM TABULÆ vetuſtæ, *Inſtitutio Regia*, KONUNGA STYRELSEN appellata, ceteraque hanc periodum antevertentia, utpote in quibus antiqua ſermonis puritas adhuc illibata cernitur. Qui in hisce Prolegomenis inſtituti mei rationem reddere tantummodo in animum induxi, non ſingularum Linguarum hiſtoriam & cauſſas tradere, ſatis habeo, monere, illum, quem penitius Linguam noſtram callere juvat, utramque tam AngloSaxonicam quam Alemannicam ſedulo in ſubſidium vocare debere. Fecere idem, qui Germanicæ L. adyta popularibus ſuis reſeravere, quos inter principe loco nomino WACHTERUM, Virum acerrimi judicii & diffuſæ lectionis, cujus *Gloſſarium* qui ſummis non effert laudibus, næ ille rebus verum pretium addere neſcit. Huic jure meritoque addo STADENIUM, PALTHENIUM, ECCARDUM, DIECMANNUM, SCHERZIUM LEIBNITZIUMQUE,

UMQUE, quem ultimum ad hæc ſtudia animum demittere voluiſſe, non magis miror, quam PLATONEM apud Græcos & VARRONEM NIGIDIUMQUE apud Latinos ſeverioribus ſuis ſtudiis ſimiles meditationes interſerere voluiſſe. Prætereo ceteros, quos longo ordine recenſerem, niſi in rem præſentem venire, animus dudum prægeſtiret.

II. LINGUA BELGICA, uti Germanicæ ſoror eſt, ita quod de illa diximus, de hac dictum exiſtimabis. Si quid diſcriminis intercesserit, id ſolummodo erit, quod olim cum Batavis, utpote remotioribus, minus frequentia noſtratium commercia fuerint. Interea tamen animadvertimus, aut immediate aut per intermedios Saxones varia in ſermonem noſtrum irrepſiſſe, quæ hæc Lingua ſibi vindicat. Ita *omtrent*, præterpropter, *maxan*, forte, ferme (quod medii ævi Scriptores uſurpare, in *Gloſſario* obſervatur) *quamsvis*, dicis cauſſa, *maſkopi*, ſocietas, *mangla*, commercari, Teutonica ſunt. Obſervatione vero indignum non exiſtimabit rei Criticæ Sueogothicæ ſtudioſus, tam hæc quam quæ a Saxonibus adoptavimus, ita apud nos Civitatem nacta eſſe, ut pleraque eorum ſtilus elegantior faſtidiat, nec niſi in humili ſermone uſurpet. Interea tamen etſi Teutonicæ Linguæ id non tribuamus, quod in paradoxis ſuis JOHANNES GOROPIUS BECANUS, nihilominus verum eſt, antiqui ſui ſermonis in multis ſervantiores fuiſſe Belgas, quam multos alios, id quod liquido patet ex collatione L. hujus cum Mœſogothica, quam inſtituit LAMBERTUS Ten KATE, edito Schediaſmate, cui titulum fecit *Gemeenſchap tuſſen de Gottiſche Spraeke ende Nederduytſche.* Amſt. 1710. in 4to. Hæc ſua meditamenta dein variis obſervationibus adaucta, duobus ejuſdem formæ voluminibus edidit idem Auctor, quorum titulus eſt: *Anleiding tot de kenniſſe van het verbeſſene Deel der Nederduitſche ſpraeke:* h. e. Introductio ad cognitionem ſublimioris partis Linguæ Belgicæ: qui liber ut in noſtris oris rarius conſpicitur, ita ſerius ad manus meas pervenit. Quo fere ſolo interea duce uti mihi licuit, fuit CORNELIUS KILIANUS DUFLÆUS, cujus *Etymologicon Teutonicæ Linguæ* omni laude dignum eſt, ſed tanquam vocabularium potius, quam Etymologicon.

LINGUA ISLANDICA.

Quum ſeculo IX. Iſlandia primum detecta fuerit, illiusque Coloni maximam partem Norrwegi eſſent, quorum dialectus uti hodieque perparum a noſtra diſtat, ita certum eſt, tum, hoc eſt ante novem vertentia ſecula, diſcrimen illud fuiſſe minus & perexiguum. Quum porro Inſula hæc antiquiori ævo a peregrinis raro viſitata fuerit, atque adeo ſermo illius mutationi minus obnoxius; ſequitur, nos in Lingua Iſlandorum videre, quæ antiquiori illo ævo facies fuerit ſermonis veteris Scandinaviæ. Hoc vero dum dicimus, non quidem affirmamus, nullas omnino Linguam hanc ſubiiſſe vices. Contrarium potius animadvertet, qui cum ſequioris ævi ſcriptis contulerit ARII POLYHISTORIS (floruit ille circa annum 1100.) ita dictas *Schedas*, utpote in quibus varios reperiri archaiſmos, obſervat earundem editor THORDUR THORLACI filius, Superintendens quondam Skalholtenſis. Cum antiquiore Ulphilana hanc dialectum ubi conferimus, deprehendimus, illam non modo quamplurima eorum, quæ CODEX ARGENTEUS habet, ſervaſſe vocabula, ſed etiam eundem plane ſermonis genium eosdemque idiotiſmos utrobique occurrere. Oſtendit hoc eleganter nuper a me laudatus GEORG. HICKESIUS, ſed ita tamen, ut non modicum ſpicilegium aliorum induſtriæ reliquerit. De cetero obſervabit Veterum Linguarum ſtudioſus, Poëtas Linguæ Iſlandicæ loquendi genere peculiari uti, idque ita, ut non tantum mythica quamplurima ornatus gratia carminibus inſerant, & præterea audacioribus, Orientalium tumidum canendi modum referentibus, allegoriis carmina ſua repleant; ſed etiam oppido multa in proſa oratione non adhibenda vocabula, quæque cognationem cum aliis Gothicis dialectis non habeant, uſurpent. Et quum eadem aut eorum ſaltem plurima cum Poëtis AngloSaxonicis *Skaldi* veterum communia habuerint, probabilis eſt conjectura; Poëticam hanc Linguam cum HORSA & HENGISTO in Angliam fuiſſe illatam, vel, quod

Digitized by Google

quod idem eſt, ODINUM, qui *Skaldorum* pater a noſtris ſalutatur, hisce velut terminis artis, ex aliis Dialectis Scythicis depromtis, Gothicam noſtram Linguam ornare & ditare voluiſſe. Eſt autem Lingua hæc Iſlandica, quæ præcipuam facem mihi, origines vocum noſtrarum indaganti, prætulit, ſed in qua enarranda vel ideo brevior ero, quod illius cum Lingua Suiogothica harmoniam ſingulæ hujus *Gloſſarii* paginæ prædicent. Optandum vero foret, ut Lexicon hujus Linguæ uberius perfectiusque haberemus, quam quorum hodie copia eſt. Interea cum fructu uſus ſum OLAVI VERELII *Indice Scytho-Scandico*, Upſaliæ cura OLAVI RUDBECKII in forma maxima anno 1692 edito. Nec contemnendam opem præſtitit *Lexicon Iſlandicum* GUDMUNDI ANDREÆ, quod poſt, auctoris fata edidit JOH. PETRI RESENIUS, ſed quod inter imprimendum adeo male habitum eſt, ut, niſi qui Linguæ hujus aliunde ſatis gnarus eſt, eo uti fere non poſſit. Hisce ſi adjungas *Collectionem* MAGNI OLAVII, quam, neſcio quo conſilio, Runis exaratam OLAUS WORMIUS orbi erudito communicavit *Lexicon Runicum* appellatam, nec non *Indicem* GE. HICKESII ad *Grammaticam Iſlandicam* RUNOLPHI JONÆ, aliosque VERELII, RHENHIELMII & SALANI ad Hiſtorias Iſlandicas, apud nos editas, & tandem J. RUGMANNI *Monoſyllaba Iſlandica*, habebis quicquid fere ad hujus Linguæ explicationem prodiit.

L. GALLICA, HISPANICA ET ITALICA.

Etiamſi noſtri inſtituti in primis ſit, illas recenſere Linguas, in quibus Suethici Sermonis ſcaturigines invenire licet, atque adeo Gallicam cognatasque ceteras, Italicam Hiſpanicamque, tuto præterire poſſemus, utpote quæ, ubi nobiscum commune quidpiam habent, noſtris fontibus ſua arva utique irrigaverunt; quum tamen harum Linguarum conſenſum, ubi res ita tulit, indicaverimus, non abs re fore judicavimus, breviter, quibus cauſſis ille ſit aſſignandus, indicare. Omnium itaque primo Lectorem meum meminiſſe velim, Gallos Celticam eſſe propaginem: quum vero, ubi de Celtarum Lingua egimus, luculenter demonſtraverimus inſignem illam, quæ inter ſermonem ScythoCeltarum & ScythoGothorum animadvertitur, harmoniam; mirum foret, niſi eorum poſteri varia priſtinæ loquelæ ſervaſſent Præterea ex indicio J. CÆSARIS conſtat, Belgas tertiam Galliarum partem tenuiſſe: hos vero Germannice locutos fuiſſe, nemo ambigit. Si porro meminerimus, non ſolum Teutonos, Cimbros Francosque ſuæ ditionis Gallias feciſſe, ſed etiam Oſtrogothos, Vandalos, atque dein Wiſigothos, Suevos & Burgundiones ibi conſediſſe, iſtosque, Viſigothos loquor, in Gallia Narbonenſi ita ſedes fixiſſe, ut regionem hanc *Gothiam* appellaverint, quod nomen, poſt occaſum Gentis Gothicæ diu poſtea retinuit, inveniemus facile, fieri non potuiſſe, quin ſui idiomatis plurima veſtigia ibi impreſſerint. Nec ſilentio præteriri debent recentiores irruptiones Normannorum, qui ductu ROLFONIS ſociorumque Neuſtriam belli jure ſuam fecere, Normanniam inde nuncupatam. Hæc autem, quæ recenſui, quum non ſubito tumultu peracta fuerint, ſed re vera magna Galliarum pars Gothice Germaniceque loquentes per integra ſecula audierit, atque etiam a Gothice loquentibus jura petierit; fieri non potuit, quin ejus Linguæ multa addidicerint, &, ut fieri ſolet, ſuo idiomati admiſcuerint. Immo vero ex veteribus Gallorum Annalibus, teſte QUERCETANO, in *Hiſt. Normannorum*, p. 112. conſtat, in aliquibus ejus regionis civitatibus Linguam Daniſcam (ita aliquando Scandianorum appellabatur) tanquam patriam in ore vulgi fuiſſe. *Quoniam*, inquit vetus ſcriptor, *Rotomagenſis civitas Romana potius quam Daniſca utitur eloquentia, & Bajocenſis frequentius Daniſca Lingua, quam Romana, &c.* In primis vero judico, Viſigothos, quum cis Pyrenæos montes, ut jam modo monui, colerent, varie Linguam & Litteraturam Gallorum immutaſſe. Spatioſior quidem hic campus eſt, quam ut eum paucis emetiri poſſim, ſi vero inſtituti ratio chartæque modus ſineret, probatu facile eſſet, Nationem hanc politiſſimam, quæque jam per Europam univerſam ſuam Linguam diſſeminat, priſcis ſuis colonis haud parum loquelæ ſuæ debere. Qua Lingua uſi fuerint illi, quos nominavi Galliarum dominatores, Wiſigothi,

Digitized by Google

ſigothi, incertum eſſe nequit, poſtquam ad noſtras manus benigniora fata transmiſere Euangelia, ULPHILÆ cura in eandem transfuſa. Hanc vero ubi conſulo, invenio præter alia, mox delibanda, qui factum fuerit, ut Galli, orthographiam, a reliquæ Europæ uſu adeo abhorrentem, aſſumſerint. Si enim quæras, cur apud illos *ai* ſit quod *e* vel *æ* reliquorum, cur *ou* ut *u*, *au* ut ὀμικρὸν efferant; ratio alia, meo quidem judicio, reddi nequit, quam quod hanc ſcribendi methodum a Gothis acceperint, quos eadem plane uſos fuiſſe, evidens eſt, ubi examinamus, qua ratione nomina propria in CODICE ARGENTEO exarata inveniantur: indidem etiam eſſe puto, quod *g* & *j* non raro cum ſibilo Galli Italique pronuntient, ſcilicet idem obſervaſſe Gothos in *j* littera, quæ forma ad G Latinorum quam proxime acceſſit, alibi a me monitum eſt. Quod nominibus articulos, quos vocant, more Græcorum præmittant Galli, quodque flexionibus verborum, adjectis auxiliaribus aliis, ſubveniant, non ex imitatione veteris Latii factum eſt, ſed pro more veterum Francorum, quem ſupra attigi. Dum autem verba auxiliaria nomino, facere non poſſum, quin, quæ heic differuntur, iis exemplo propoſitis, ulterius confirmem. Alterum horum eſt *avoir*, quod a Latino *habere* ortum eſſe, nemo ignorat, ſed an item, *j'ai*, *tu as*, *il a*? Mirum certe foret, ſi ab *habet* non niſi unica litterula ſuperſtes remaneret, dum ceteræ Linguæ Europææ hanc vocem pæne invariatam ſervant. Germ. *ich habe.* Sueth. *jag hafwer.* Angl. *y have.* It. *io habbia,* &c. Unde vero factum ſit, ut Galli usque adeo devii ſint, ſi quæratur, ſcire convenit, apud veteres Weſtrogothos, eorum in loquendo Magiſtros, duo fuiſſe verba ſynonyma, quæ promiſcue uſurpabantur, *haban* & *aigan*, quorum illud Latinorum *habeo*, hoc Græcorum ἔχειν cognatione attingit: utrumque vero in orbe Gothico pro verbo auxiliari adhibitum fuiſſe, ſic, ut ab Iſlandica dialecto exemplum afferam. OL. TRYGGVAS. S. P. I. p. 87. *Godz that, er þeir eiga flutt undan*, res ſuas, quas transportaverant, quod hodie diceremus, *godſet, ſom the hafwa flyttat undan.* Idem etiam in L. Alemannica obtinuit. In *Catecheſi Theotiſca*, ab ECCARDO edita, p. 74. legimus: *Uuanta ir den Chriſtan nom irfangun eigot*, quoniam nomen Chriſtianum accepiſtis. Hoc vero Mœſogothicum *aigan* in CODICE ARGENTEO flectitur, ut ſchema ſequens cum hodierno Gallico collatum oſtendit.

		Mœſogothicum.	Gallicum.
Perſ.	1.	*Aib.*	*ai.*
	2.	*aibs.*	*as.*
	3.	*aib.*	*a.*

Hiſpani haud procul abſunt, quorum eſt *yo he*, *tu has*, *aquel ha*, idque ex eadem, ut ego interpretor, cauſſa. Videmus vero in hoc ſchemate, adſpiratione demta, cetera omnia eadem eſſe. Nec quemquam turbare debet, quod ita centonem efficiamus ex duobus vocabulis diverſis. Accidit quippe idem verbis auxiliaribus ubique fere: exempli loco in hac eadem Lingua adferam, quod de verbo *être* differit HUETIUS. *Ce verbe*, inquit, *prend ſes tems de trois origines differentes, je ſuis de* ſum, *je fus de* fui, *être de* ſtare. Si ad voces ſingulares deſcendere vellemus, ſilvam oppido numeroſam a Gothismo deſcendentium inventuri eſſemus. Interea ſpeciminis loco ex illa farragine, quam exhibet *Gloſſarium* noſtrum, vocem unam alteramve afferemus.

Suo loco oſtendimus, vocabulum illud *baro*, quod uſurpat Gallia, cum Normannis eo adveniſſe, & unde prodierit ex interiori Linguæ noſtræ genio demonſtravimus. Similiter *ſerment*, quod veteres Galli *ſairement* ſcripſere, demta terminatione, pure Gothicum eſſe, monſtravimus, a *ſære*, *ſöre*, quod æque ac illud jusjurandum notat, Iſl. *ſäre*, id: unde Titulus Legum Antiquarum *Ed-ſöres Balkr*, qui agit de violatione jurisjurandi Regii. Quæro autem, uter ſimplicius vocis hujus natales exhibeat, egone an MENAGIUS, qui inde a Latino *ſacramentum* eosdem repetit. Sic quod Galli *bruler* dicunt, L. Iſlandica *bræla* appellat: quod illi *drapper* vocant, in hac *dræpa* ſonat, nempe ferire, percutere, quæ prima & propria vocis ſignificatio eſt, ut in *Gloſſario* noſtro pluribus docetur. In primis vero utiliter Originum Gallicarum Indagatores veſtigia veteris L. Wiſigothorum, in CODICE ARGENTEO reſidua, ſecundum illa, quæ nuper allata ſunt, legerent. Ita illorum *aiſé*, facilis, ego aliunde ortum non arbitror, quam a Mœſog. *azets*, id. Sic Galli arundinem *roſeau* appellant; unde, niſi a Gothico *raus*, id? Quid *agacer* apud Gallos notet, ſciunt omnes, ſed non item Ulphilanam vocem eſ-

ſe

Digitized by Google

ſe *agajan* (per j ſibilans) unde *uſagajan*, quod denotat vexare, ſuggillare, LUC. 18: 5. Sciens centena alia prætereo, nec illis utar exemplis; quæ plurima adferunt tam GE. HICKESIUS in *Appendice*, ſubjuncta *Grammaticæ* ejus *Franco Theotiſcæ*, p. 91. quam JO. GE. WACHTERUS, in *Gloſſario Germanico*, cujus meditamentis non ſine fructu uſum fuiſſe videmus Editorem *Lexici Etymologici Gallici*, quod Pariſiis 1750. in forma maxima prodiit.

Quod de vocum originibus tradimus, id etiam in novis earundem ſignificationibus valere, arbitramur: ita, ut unico exemplo defungamur, a *courir*, currere, Galli *diſcourir*, Itali *diſcorrere* (unde L. B. *diſcurſus* fecerunt) quod ſermocinari, colloquia ſere re notat, ſatis remota a ſuo fonte ſignificatione: unde vero id evenerit, qui ſcire avet, obſervabit, a Gothico *rinnan*, quod in CODICE ARGENTEO currere ſignificat, formatum eſſe *andrinnan*, idque proprio ſenſu diſcurrere notare, metaphorice vero ultro citroque verba jacere vel colloqui. v. MARC. 9: 34. Scilicet nil ſolennius eſt, quam ut illi, qui duas Linguas callent, alterius idiotiſmos in alteram transferant. Nec eſt, quod quis credat, inverſo ordine Gallos hoc loquendi genus Gothis dediſſe: invenitur enim Gothicum hoc in CODICE ARGENTEO, ſcripto antequam Lingua Ruſtica, uti vocabatur, Romana aut hodierna Gallica exiſteret.

Etiamſi fieri nequiverit, quin Hiſpania, quæ diverſis temporibus, Celtas, Pœnos, Romanos, Gothos Mauroſque dominos habuit, pro nativa & primitiva Lingua ſua (haud dubie Cantabrica, apud Vaſcones hodieque ſuperſtite) centonem acceperit, ex modo nominatis Linguis varie conſarcinatum: nihilo minus, ſive quia ſermo Romanorum præ ceteris placuit, ſive quia illi ſtudioſius id egere, ut Latiali Lingua Provincia hæc, ut reliquæ omnes, imbueretur; Hiſpanica hodie ad eandem omnium proxime accedit. Sed verum interea eſt, quod obſervat JOH. MARIANA: *omnino*, inquit, *in Linguam vulgarem, qua hoc tempore utitur Hiſpania, ex multarum Linguarum colluvione conflata, multæ voces ex Gotborum ſermone derivarunt.* Subjungit ibidem Vir doctus catalogum ejusmodi vocum, quas Gothicas eſſe, docet, ut *yelmo*, galea: Sueth. *hielm*, *albergar*, hoſpitio excipere, Sueth. *bärberga*, *robar*, ſpoliare, Sueth. *röfva*, additque nonnullas alias, ſed quas pro noſtris æque non agnoſcimus. Si vero quis utriusque Linguæ, Hiſpanicæ Gothicæque antiquioris, gnarus iſtiusmodi collationem inſtitueret, multo plurimas inventurus haud dubie eſſet, quæ germane Gothica ſint. Sic, ut in rei fidem pauca ſolummodo afferam, Socerum Socrumque ſuis, & huic affinitatis gradui propriis nominibus appellare non didicerunt Galli Italique, Hiſpani vero illum *ſuegro*, hanc *ſuegra* appellant, quod a Gothis exteris utique mutuarunt, quos illorum loco *ſvaibra* & *ſvaibro* uſurpaſſe, CODEX ARGENTEUS docet. AngloSaxones ſocerum *ſveor* & *ſvægr*, ſocrum *ſvægre* nominaverunt, unde apud nos *ſvær* & *ſvära*, apud Germanos & Belgas *ſchwiger*, *ſuiger*, &c. invaluerunt. *Sentar* Hiſpanice eſt ponere. Majores noſtros promiſcue *ſända* & *ſätta* uſurpaſſe, obſervatur in *Gloſſario*. Nuptias Hiſpani *boda* appellant, quam vocem non dubito, quin Gothi reliquerint: eorum certe Lingua *bod* olim convivium notavit, unde *bodsmenn*, convivæ, *bafwa i bodi ſinni*, convivio excipere, quæque alia adfert VERELIUS in *Indice*. Immo non raro *bod* apud Scriptores Iſlandicos ſpeciatim de convivio nuptiali uſurpatum occurrit. STURLÖGERS S. p. 20. *Er loked boden*, an nuptiæ adhuc factæ ſunt? ib. *Mier var ei bodit til bodſins*, ego ad nuptias invitatus non fui. Ad eandem claſſem retulero Hiſpanorum *falleba*, quod unde profectum ſit, nemo divinaverit, niſi qui Gothice novit. Denotat vero vectem, qui foribus intus obditur, ne perrumpi poſſint, quemque Suethice *fällbom* appellamus a *fälla*, demittere, & *bom*, vectis: ut adeo quivis videat, exigua cum apocope Gothicam vocem Hiſpanos retinuiſſe. *Afanna* apud Lexicographos video explicari nimis laborare: quod obſervans mirabar, me vocem apud illos invenire, quæ in *Indice Scandico* VERELIANO æque locum inventura eſſet. *Anna* enim apud noſtrates olim laborare denotavit: *af* vero, quod præfigitur, id quod nimium eſt indicat, ut apud ULPHILAM *afetja*, qui nimium edit, vorax, *afdrugkja*, qui nimium bibit, helluo. *Brear navio* notat navem pice illinere, Galli *bréer* dicunt, Iſlandi *breda*, quæ vox proprie liquefacere denotat, *brædna*, liqueſcere, *brad*, interprete VERELIO, pix, qua naves inducuntur. Eandem vocem Gothi inferiores hodie-

dieque *bræa* efferunt, ut obſervatur in *Dialectologia* noſtra. Addo ex LEGIBUS NORRWAGICIS *Udſ.* B. Cap. 2. *Naar ſkibet er ferdig giord oc bradit:* quando navis parata eſt & picata. SPECULUM REGIUM, p. 28. *Bræd þat* (ſkip.) *vel um hauſtit*, navem pice probe obline tempore autumnali. Hæc, quæ breviter attulimus, ſatis, ut puto, indicaverint, quantam ille meſſem inventurus eſſet, qui eo curam ſuam convertere vellet, ut quid Gothici Linguæ Hiſpanicæ inſit, diſcerneret. Epimetri loco nonnulla ego ſuperioribus adjungam.

Hiſp.	Goth.
Barrennar, terebrare.	*Bora*, id.
Botin, manubiæ. Gall. *butin.*	*Byte*, v. *Gloſſ.*
Brega, rixa.	*Brigd*, id. v. *Gloſſ.*
Brote, fragmentum.	*Bryta*, frangere.
Brunir, polire, lævigare.	*Bryna*, id.
Buey, bos.	*Bu*, Iſl. id.
Bulto, congeries confuſanea.	*Bylte*, id.
Buque de navio, alvus navis.	*Buk*, alvus, venter.
Canto, latus, *eſtar de canto*, obliquum eſſe.	*Kant*, id. *Stå på kant.* id.
Carona, cutis.	*Horun*, id. v. *Gloſſ.*
Corcho, ſuberis cortex.	*Kork*, id.
Coz, calcaneus, calcei ictus.	*Hos.* A. S. calcaneus.
Eslinga, funis nauticus.	*Slinga*, funiculos torquere.
Esquila, nola.	*Skælla.* id.
Eſtaca, ſtipes.	*Stake*, id.
Eſtofar, obturare.	*Stoppa.* id.
Focque, veli genus.	*Focka.* id.
Gannar, lucrari, acquirere. Gall. *gagner.*	*Gena*, id. v. *Dialectologia* noſtra. Ulph. *gageigan*, *geigan*, id.
Giſte, ſpuma cereviſiæ.	*Geſt.* id.
Grimà, horror.	*Grym*, horridus.
Guinnar, nictare.	*Wincka.* id.
Guiſa, modus. Gall. *guiſe.*	*Wis.* id.
Harto, valde.	*Hart* id. & *harda* in Lapidibus Runicis.
Hato, veſtium ſarcina.	*Fat.* Hiſpani *f* in *h* frequentiſſime mutant.
Hechizeria, præſtigiæ.	*Hexeri.* id.
Hopa, tunica talaris.	*Hiup.* Iſl. id.
Huelga, vacatio, oblectatio, *holgar*, lætari, gaudere, *dia de huelga*, dies feriatus.	*Helg*, feriæ, *helgedag*, dies feriatus.
Laſtar un navio, onerare.	*Laſta*, id.
Maſtil, arbor navis.	*Maſt*, id.
Medios, facultates, opes.	*Medel*, id.
Mucho, multus.	*Mycken*, id.
Patarata, nugæ, quiſquiliæ.	*Prat*, nugæ.
Patranna, id.	*Patraſk*, quiſquiliæ.
Pendon, ſignum.	*Bandvjan*, Ulph. dare ſignum, annuere. Iſl. *benda*
Rueca, colus.	*Rock*, id.
Ropa, veſtis, lintea.	*Reaf*, A. S. *raub.* Al. v. WACHTERUS in v.
Sendas, ſinguli.	*Sänder*, id. v. *Gloſſ.*
Tapar, claudere, operire.	*Tæppa*, id.
Zanca, crus oblongum.	*Skanck*, id.

Hæc fuere, quæ mihi aliud agenti inciderunt, idque ita, ut non diffitear, eſſe, in quibus mihi videatur, Hiſpanos nobis gratiam retuliſſe. Ita *zamarra* apud illos veſtis pellitæ nomen eſt, quod nos dedimus veſti inprimis ſacerdotum talari. *Planta* ichnographiam nuncupamus ambo, *Stadsplanta*, ichnographia eſt urbis. Ita quod templorum cellam *Sacriſtia*, quodque Epiſcopum *Biſp* humili loquendi genere appellemus, Hiſpanorum imitationi debemus: quippe qui pro hoc poſteriore *obiſpo* uſurpant: Longius enim abeunt ceteræ Linguæ. Gall. *Evêque.* It. *Veſcovo.* Germ. *Biſchof* Angl. *Biſhop* &c.

Quæ de L. Gallica & Hiſpanica hactenus diſſeruimus, de Lingua Italorum non poteſt non eodem jure valere, utpote qui ſimilia fata eosdemque fere dominos experti ſunt. Primi quidem ſuperioris Italiæ incolæ Pelasgi fuere, h. e. Scythæ, dein vero Celtæ ſeu Galli, tandem poſt exactos Romuli nepotes, Gepidæ, Rugii, Burgundiones, &, qui primi nominandi erant, Longobardi Oſtrogothique Italiam vel magnam ſaltem illius partem tenuere: hos vero omnes Getice locutos eſſe, probare non debet, niſi qui cum omnium rerum ignaris loquitur. Et quum peregrinos hos dominos Italia per integra ſecula habuerit, fieri non potuit, quin vocabula quam plurima iisdem accepta retulerit, ita quidem, ut vir doctiſſimus, EMMANUEL THESAURUS jure judicaverit, Linguam Italicam nihil eſſe niſi *Linguam Romanam Gothice corruptam*, vel, ut ejus verbis utar, *Allora di due popoli ſi fece un popolo, e di*

Digitized by Google

di due linguaggi un linguagio, in cui latineggiando la barbarie e barbaregiando la Latinità, nacque la bella Lingua Italiana. Animadvertet id omnium certiſſime, qui Gothice ſciens OCTAVII FERRARII *Origines Italicas* evolverit, ubi centies deprebendet, quantum illi glaucoma objecerit Septentrionalium Linguarum ignorantia. MENAGIUS hunc defectum ſenſit, utpote qui ſub eo tempore, quo Stockholmiæ, a Regina CHRISTINA invitatus, degit, varia, quæ Linguæ tam Gallicæ quam Italicæ illuſtrandæ inſervirent, annotavit. Ab utriusque vero Linguæ æque ſolide perito multo plura colligi poſſent, uti etiam ſatis amplum vocum Gotho-Italicarum contexuit JOH. PERINGSCHÖLDIUS, in *Notis* ad COCHLÆI Vitam THEODORICI a p. 386. ad 399. cujus obſervationibus uti poterit, qui breviter a me dicta ulterius explicata videre voluerit, atque etiam addere, quæ OLAUS MAGNUS pro epimetro annexuit *Hiſtoriæ Gentium Septentrionalium.*

LINGUA FENNICA ET LAPPONICA.

Coronidis loco ſupereſt, ut de Lingua Fennica, quæque illam proxima cognatione attingit, Lapponica non nihil afferam, quæ licet a Gothica diverſum loquendi genium evidenter præ ſe ferant, longe tamen plurima habent, quæ mutuam neceſſitudinem aperte produnt. Nec fieri aliter facile potuit, ſi, quod magna cum veri ſpecie ſuſpicati ſunt viri in Republica Literaria maximi nominis, LEIBNITZIUS, BENZELIUS aliique, haſce gentes Suiogothiæ Aborigines fuiſſe, noſtrasque regiones ante ODINI adventum tenuiſſe, verum eſt. Id certe tam EDDÆ STURLÆSONIANÆ quam ceterorum Scriptorum Iſlandicorum concordi teſtimonio novimus, Gothicam Linguam illiusque, qua hodie utimur, matricem in borealia regna invexiſſe ODINUM, unde ſua ſponte ſequitur, diverſam fuiſſe illam, quæ ante illius tempora heic viguit. Perquam itaque probabile eſt, ODINI comitatum, poſtquam ſuæ ditioni heic omnia ſubjecerat, veteres colonos migrare juſſiſſe, atque verſus Arcton eousque compuliſſe, donec illis nihil reliqui eſſet, præter inhoſpita illa teſqua, quæ hodie Lapponum vagabundæ nationes tenent. Diſſentire quidem video Virum doctiſſimum, THORMODUM TORFÆUM, in *Serie Reg. Dan.* p. 128. qui Linguam Odinianorum non niſi dialecto a priori illa diſcrepaſſe, autumat, idque ex ea potiſſimum ratione, quod nomina illa veterum Gothorum, qui Septentrionem primum ingreſſi ſunt, manifeſtam originem Gothicam prodere, inter alios oſtenderit H. GROTIUS. Sed aut me omnia fallunt, aut hoc argumentum rem præſentem parum ſtringit. Licet enim ultro concedamus, Gothice locutos fuiſſe magnam Scytharum partem, id quod in antecedentibus etiam pluribus demonſtravimus; inde tamen non ſequitur, hos, quos nominant hiſtoriæ, gentium domitores eosdem fuiſſe, qui in Scandinaviam penetraverint, aut eadem nomina heic in uſu fuiſſe, quæ geſſerant illi. Ego potius & alia via acceſſiſſe primos hos colonos arbitror, & alius, Sarmaticæ nempe vel Hunnicæ originis fuiſſe. Hi enim Hunni, ut in interioribus Ruſſiæ regionibus primarias ſedes habuere; ita probabile eſt, alios eorum, Occidentem verſus transgreſſos, per Fennoniam ad Septentrionalia hæc regna penetraſſe, dum alii diverſa via in Illyrico ſedes quærerent. Non enim arbitror, alia ratione facile explicari poſſe, unde extiterit inſignis illa, quæ inter Linguam Hungaricam & Fennicam obſervatur affinitas, quæque tanta eſt, ut certa fide mihi relatum ſit, in nupero bello, quod in Germania geſſimus, milites quosdam Fennicæ nationis in Hungariam translatos, intra perexiguum tempus cum regionis ejus incolis colloquia miſcere potuiſſe. Obſervavit eandem hanc affinitatem jam ante me Illuſtris LEIBNITZIUS, & ex illo EGENOLPHUS aliique: inprimis vero luculentum vocabulorum Fenno-Hungaricorum catalogum contexuit Dom. JOHAN. WELIN, Aboenſis olim Academiæ decus, & meliori fato dignus. Ille nempe ex MOLNARI *Lex. Hungarico* illa collegit, quæ cum Fennonicis conſona animadvertit, quæque plures paginas complent: quum vero inſtituti ratio non ſinat, ut illa omnia huc tranſcribam, breve hoc ſpecimen afferre, ſatis habebo.

Hugarica.	Fennica.
Ala, infra.	*Alla*, id.

Alh

Alab, inferius.	*Alambi*, id.
Alabaytas, dejectio.	*Alabeitto*, id.
Alavetom, dejicio.	*Alasvetæ*, id.
Alabaytom, dejicere.	*Alasbeitan*, id.
Apa, pater.	*Appi*, ſocer.
Apastom, exſicco.	*Paiſta*, torreo.
Artza, *ortza*, facies.	*Ortza*, frons.
Arva, orphanus.	*Orva*, *orpo*, id.
Bab, faba.	*Papu*, id.
Beres, mercenarius.	*Perbe*, operarii.
Bötke, bulbus.	*Putki*, id.
Czipö, femur.	*Sypi*, ala.
Dügo, obturaculum.	*Tucko*, id.
Ebræn, vigilanter.	*Heræn*, expergiſcor.
Darabos, aſper.	*Terævæ*, id.
Elee, vivo.	*Elæ*, vivere.
Ejeli, nocturnus.	*Eilæn*, heri.
Elsvetem, objicio.	*Edesveta*, id.
Enekes, cantor.	*Ænikes*, voce prædictus.
Eves, eſca.	*Evæs*, viaticum.
Ey, nox.	*Yö*, id.
Eyli, nocturnus.	*Yölinen*, id.
Eyel, nocte.	*Yöl*, id.
Ez, iſte.	*Itze*, ipſe.
Falu, pagus.	*Falo*, id.
Fel, ſupra.	*Pæel*, id.
Fél, dimidium.	*Puoli*, id.
Felec, timeo.	*Pelkæ*, id.
Feligeleven, ſemivivus.	*Puolieleve*, id.
Fertö, lacus.	*Virtæ*, flumen.
Fö, caput.	*Pæ*, id.
Föld, terra.	*Peldo*, ager.

Ex allatis ſatis conſtare arbitror, haſce regiones, Fennicam & Hungaricam, quas tot aliæ gentes, tot Linguæ diſſonæ ſeparant, & poſt tot ſeculorum diſſidium nihilominus in ſermone oppido multa communia habere. In ejusdem Hungariæ cum Mœſia vicinia rationem mihi invenire videor, cur evenerit, ut in L. Fennica tot etiam offendantur vocabula, quæ Mœſogothicis plane germana ſunt. Ab aliis jam notatum eſt, *jah*, quod in CODICE ARGENTEO particula conjunctiva eſt, eodem modo apud Fennones in uſu eſſe, *ju* etiam Mœſogothorum æque ac Fennorum *jo*, jam (Gr. ἔτι) notare. Et hujusmodi congeri poſſent magno numero, ſed ne tædio ſim, more meo perbrevi ſpecimine, ex prima alphabeti littera deſumto, defungar, a quo de ceteris judicium ferri poterit.

Ulphilana.	Fennica.
Aggvus, arctus.	*Ængæn*, arcto.
Abana, palea.	*Acana*, id.
Abjan, cogitare.	*Ajatus*, cogitatio.
Ainoba, unicus.	*Ainoa*, id.
Airuns, legatus.	*Airüet*, legati.
Aitei, mater.	*Æitin*, id.
Alja, niſi.	*Elle*, id.
Ambabti, officium.	*Ammatti*, id.
Anz, trabs.	*Anſas*. id.
Arman, miſereri.	*Armo*, miſericordia.
Arujo, gratis.	*Arvjo*, æſtimatio.
Autbid, vaſtitas, eremus.	*Autio*, id.
Azneis, mercenarius.	*Anſio*, meritum.

Sed ut ad Fennonas, tanquam propiori viciniæ jure noſtros, tedeam, obſervare utique licet, magnum eſſe vocabulorum numerum, quibus utraque, tam Gothica quam Fennica L. utatur: ſed utrius in eadem jus ſit potius, h. e. illine a nobis ſua per commercia, recentiori tempore frequentata, acceperint, an nos verſa vice ab eis noſtra habeamus, nodus in quamplurimis ſolutu ſemper erit difficillimus. Ego ut utrumque accidiſſe concedo, ita non ambigo, magnam horum partem ab eo inde tempore apud nos civitatem retinuiſſe, quo in orbe noſtro Fennones indigenæ erant: & huc mihi facere videtur obſervatio Doctiſſimi Collegii Regii Antiquitatum Aſſeſſoris, ELIÆ BRENNERI, quam diſſertationi ſuæ de *Borea - Fennia* inſeruit MATTHIAS HALLENIUS, ubi docetur, inter σύμφωνα illa quam plurima eſſe, quæ Gothica ſint, idque ita, ut jam dudum apud nos obſoleverint, nec fere niſi in Lingua Iſlandica ampliùs ſuperſint: quod evidenti teſtimonio eſſe docet, non per commercia, quæ ante BIRGERI Ducis tempora infrequentiora eo verſum erant, ſed per cauſſas, in remotiori ævo quærendas, hoc eveniſſe. Ejusmodi eſſe, obſervat laudatus Auctor,

Fennica.	Iſlandica.
Alto, unda maris.	*Alda*, id.
Bauta, lapis ferri mineralis.	*Raud* cfr. Vet. Lat. raudus.
Mæræ, limes.	*Mære*, id. unde *Landamære*.
Leipæ, panis.	*Leif*, id. Ulph. *hlaif*.
Ruma, teter.	*Romur*, id.
Miecka, gladius.	*Mækir*, μάχαιρα.
Kota, tuguriolum.	*Kot*, id.
Kuja, via inter duas ſepes.	*Kui*, id.

Poſſem his quam plurima addere. Sic *bata*.

bæta Fennonice periculum notat, Iſlandice *bætta*, quæ eadem vox ſub familia FOLKUNGICA etiam apud nos in uſu fuit, poſtea vero obſolevit. v. *Gloſſarium* noſtrum T. I. p. 828. *Hecuma* luxum apud Fennos indicat: nos olim vanitatem quamvis *bægoma* appellavimus, unde *bægoma menn* viri vani & nullius numeri appellabantur, cujus vocabuli nulla probabilis apud nos origo tradi poteſt, adeoque pro peregrina merito habetur. *Curcku* guttur apud hos eosdem notat: noſtratis *quarke* eandem ſignificationem fuiſſe, ſuo loco oſtendimus. Sic *adun* Fenn. mos eſt, Iſlandice *ade*, id. *Æly*, *ælyn* Fennonice intelligentia. Iſl. *eljon*, id. *Callas* Fenn. declivem notat, Goth. *baller*. id. *Hian* Fenn. fallo, Vet. Goth. *bia* id. Prætereo ſexcenta alia.

In eandem claſſem merito retulero quam plurima ruris vocabula, illa, inquam, quæ in certa quadam Sueciæ regione in uſu ſunt, alibi vero incognita, quæque adeo a locis, quæ Fennones frequentant, remotiora, ſuſpicionem relinquere nequeunt, illa per commercia trans mare perveniſſe. Horum vero plurima inde a primis gentis noſtræ initiis ſervata antiquiſſimæ loquelæ λείψανα eſſe, indicavimus in *Præf. Dialectologiæ Suecanæ*. Sunt hujus ordinis e. g. *Junge* Upl. culter minor. Fenn. *jungi*. *Paſſi*, aries, Elfdal. Fenn. id. *Harſten* Smol. cos, Fennon. *barſti*. *Pölſa* Skan. farcimen, *pylſy*, Fenn. id. *Pöſa* Weſtg. intumeſcere, *paiſun*, Fenn. id. *Ruſe* Scan. rete piſcatorium. Fenn. *ryſa*, id. *Tad* Gothl. fimus, Fenn. *tade*. *Fil* in ore colonorum noſtrorum florem lactis denotat, in Fennonum *fjli*. Uplandi carnem, quæ prima putredine corripitur, *båmig* appellant, quæ vox ἀπάτωρ eſt: Fennonice vero *bome* ſitum, mucorem notat. Quin immo de ſingulis, quæ attulimus, obſervari meretur, illa affinitate in dialectis Gothicis carere, id quod ea aliunde & a diverſa regione adveniſſe, indicio eſſe videtur. Non enim ut fungi temere & inopinato naſcuntur vocabula.

Cui otium eſſet, villarum, lacuum, fluminum montiumque nomina per Sueciam examinare, inventurus utique fuiſſet varia, quæ aliunde quam ex L. Fennica & Lapponica explicari nequeunt: in promtu ſunt haud pauca, quæ in rei fidem afferri poſſent, ſed quum verear, ne longius hæc a propoſito me avertant, hisce modum facio.

Ille vero, quod ſuæ genti honorificum & nobis totique viciniæ pergratum eſſet, faceret, qui, neceſſariis ſubſidiis inſtructus, Gloſſarium Fennonicum conſcribendum ſuſciperet: ita enim quid nativum nobis ſit, quidquid per adoptionem teneamus, facilius multo diſcernere poſſemus.

SECTIO ALTERA.

Sequitur nunc, ut rationem mutationis Litterarum in L. Suiogothica diſpiamus. Norunt enim omnes, qui Linguas tractarunt, ſingulas fere habere ſuo genio accommodatas litterarum permutationes, quas qui non obſervat, pro alienis ſæpe habet, quæ proximæ cognationis ſunt. Ut autem, quid in noſtra uſu venire ſoleat, liquidius conſtet, ſingulas litteras percenſebo, ita tamen ut in hoc numero vocales de induſtria prætercam, quum illæ in omnibus fere Linguis locum promiſcue permutent. Deinde monere debeo, ubi ex aſſe ſynonyma occurrunt, vel altera comparatarum Latina vox eſt, interpretationem compendii fieri.

B præfigitur.

Blek, pallidus.	Λευκός, albus.
Blid, ant. hilaris.	Lætus.
Bliſwa, ſupereſſe.	Ulph. *Leiſan*, Gr. λείπειν. ant. Sueth. *leſwa*.
Blota, immolare.	*Hlaut*, Iſl. ſanguis ſacrificiorum.
Bråd, citus.	*Radr*, *brads*, Iſl.

B pro F.

Balja, vagina.	Follis.
Bæra.	Ferre.
Beſwer.	Fiber.
Berja.	Ferire.
Berma.	Fermentum.
Blomma. Alem. *Bloma*.	Flos.
Bora.	Forare.
Brak.	Fragor.

Broder.	Frater.
Bruka.	Frui.
Brumma.	Fremere.

B pro P.

Bâck.	Πήγη.
Bâfwa.	Pavere.
Bâll.	Pila.
Beck.	Pix.
Bedja.	Petere.
Bi.	Apis.
Bottn.	Πυθμήν.
Bôna. C. B. *Ffaen,*	Πύανον.
Braf.	Probus.
Bulta.	Pultare, vox Plauti.
Dubbel.	Διπλῶς, duplus.
Drabba, ferire.	*Drâpa*, Iſl. id. Gall. *drapper.*

B pro V.

Binda.	Vieo.
Bjuda.	In-vito.
Klubba.	Clava.

D inſeritur.

Hâdan, hinc.	ab *hâr*, hic.
Thedan, illinc.	a *ther*, illic.
Perſedel, pars, ſpecies.	Gall. parcelle.
Sjuda, coquere.	Ζέω.
Wâder.	Aër.
Wâdur, aries.	*Weer*, Belg.

D omittitur ab initio.

Rädd, timidus.	Angl. *dread*, timere.
Unken, humidus.	*Dunken.* id.

D omittitur in medio.

Fyra, quatuor.	*Fidvor.* Ulph. Ant. Sueth. *fjâaur.*
Jâns, nuper.	Ant. Sueth. *jadans.*
Man, vir.	Ant. *mader.*

D omittitur in fine.

Râ.	Rudis.

D pro B.

Deſman, balſamum.	Germ. *Bieſem.*

D pro G.

Dammaſkor, tibiale.	Gall. Gambaches.

D pro C vel K.

Lâda.	Locus, loculus.

D pro L.

Miöd.	Mel.
Tunga.	Lingua: ant. dingua.

D pro P.

Nid, conſanguineus.	Nepos.
Skâda, ſpectare.	Σκοπέω.

D pro T.

Dör.	Θύρα.
Draga.	Trahere.
Drägg, fæces.	Τρύξ.
Dröfwa, Germ. *trüben.*	Turbare.
Dunder.	Tonitru.
Kedja.	Catena.

F præponitur.

Flia, regelare.	*Ly*, tepidus.
Flock, cœtus.	Λόχος.
Fnas, folliculus nucum &c.	Naucus, nauci.
Fnyſa, rhonchizare.	*Nyſa*, ſternuere.
Frâta.	Rodere.
Frâga.	Rogare.
Fryſa, frigere, φρίττειν.	*Ryſa*, rigere.

F pro B.

Af.	Ab.
Dufwa, columba.	*Dubo*, Ulph.
Folk. populus.	Æol. Βόλχος.
Föda, paſcere.	Βοτεῖν.
Full, plenus.	Βυλλὸς
Gifwa.	*Giban* Ulph. Germ. *geben.*
Hafwa.	*Haban.* Ulph.
Jufwer.	Uber.
Staf.	*Stab.* Germ.
Tafla.	Tabula.
Tufwa.	Tuber, & ita innumera alia.

F pro D.

Glaf.	Gladius.
Lâfva.	Laudare.
Sefwa, ant.	Sedare.

F pro K & cognatis.

Fyra, *fjâdur* Æol. Πίτορα.	Quatuor.
Kraft.	*Krackt*, Belg.
Luft, odor, aër.	*Lukt.*
Stift, diœceſis.	*Stickt.*
Tukta, caſtigare.	*Tyſta.* Iſl.

F pro P.

Fâ, Ulph. *favai.*	Pauci.
Fell.	Pellis.
Fem, quinque.	Πέντε.
Fenar.	Pinnæ.
Fiſk.	Piſcis.
Flat.	Πλατύς.
Flâta.	Plectere.
Flere.	Plures, πλήρεις
Fole.	Pullus.
Fot, pes.	Πῦς.
För.	Pro, præ.

Rifwa.

Rifwa.	Rapio.
Rofwa.	Rapa.

F pro T.

Fly, fugere.	*Thliuban*, Ulph.
Fil, lima.	*Thil*, Iſl.
Fimmerſtång.	Temo.
Hwif.	Vitta.
Miſsfirma, ignominia afficere.	*Misþyrma*, Iſl.

F pro V.

Fat.	Vas.
Fela.	Velare.
Ferniſſa.	Vernis, Gall.
Finna.	In - venire.
Fogde.	Advocatus.
Folk, populus.	Vulgus. Vet. Lat. fulgus.
Fuller, quidem.	*Wäl.* id.
Lyfta.	Levare.
Röfwa, ſpoliare.	*Robb.* Angl. Germ. *rauben.*
Ungefår, præter propter.	*Ungewar*, Germ. ab ant. *waren*, videre.

G præponitur.

Gå.	Eo, ire.
Går.	Heri.
Glad.	Lætus.
Glata, ant. perdere.	*Lata*, id.
Glimma, micare.	*Lioma*, Iſl. *laubmon* Ulph. fulgur.
Gliſa, id.	*Lyſa.*
Gnaga, rodere.	*Naga*, Germ. *nagen.*
Gnægga, hinnire.	*Neigh*, Angl.
Gnugga, fricare.	*Nua.* Iſl.
Gnet, lens.	*Nit.* Angl.
Grima, capiſtrum.	*Rem*, lorum.
Gripa.	Rapere.

G inferitur.

Dag.	Dies.
Igel, hirudo.	*Il.* A. S.
Löga.	Ab - luere.
Någon, aliquis.	*Nein*, Iſl.
Redebogen, paratus.	*Redeboen*, ant.
Skugga, umbra.	Σκία.
Twagen, lotus.	Ant. *twaen*, a *twå*, lavare.
Trogen, fidelis.	*Troen*, ant.
Ugla.	Ulula.
Wäg.	Via.

G additur a fine.

Brygga, pons.	*Bro.*
Bygga, habitare.	*Bo.*
Mygga, culex.	*Müia.*

Sugga, ſcrofa.	*So.*
Trygg, fidelis.	*Tro*, id.

G pro B.

Fårg, color.	*Farbe*, Germ.
Grædda, panem coquere.	*Brædda*, ant.
Korg.	Corbis.
Rugga, loco movere.	*Rubba.*
Stiga, incedere.	Στείβειν.

G pro D.

Blyg, pudibundus.	*Blaudur*, Iſl.
Dæggja, lactare.	*Daddjan*, Ulph.
Fårg, color.	*Fard*, Gall. fucus.
Flagga, ſupparum.	*Fladdra*, motitari.
Gæſt, fermentum.	*Daeſt.* A. S.
Grumlig.	*Drumly.* Angl.
Kagge.	Cadus.
Siga, fundum petere.	Sidere.
Skugga.	*Skadus*, Ulph. *σκιά.*
Trög, tardus.	*Traudur.* Iſl.
Wägg, paries.	*Waddjus*, Ulph.
Wåga.	Audere.

G pro F.

Fragga, ſpuma.	Ant. *frafwa.*
Lofwe, vola.	*Loge.*
Stufwa, hypocauſtum.	*Stuga.*

G pro H.

Gåſt, hoſpes.	Hoſtis. *hoſte*, Gall.
Går.	Heri.
Get, capra.	Hædus.
Gomo, *Gumme*, ant. vir.	Homo.
Göl, vorago.	*Hilur*: Iſl. ἴλη.
Gård.	Hortus.
Hænga, pendere.	*Haban*, Ulph.
Draga.	Trahere.
Tiga.	*Thahan*, Ulph.

G pro K & cognatis.

Galle, fel.	Χολή.
Gina, hiare.	Χαίνειν.
Æga, habere.	Ἔχειν.
Glata, perdere.	Clades.
Lega.	Locare.
Mager.	Macer.
Öga.	Oculus.
Såga.	Secare.
Sucka, gemere.	*Seigh*, Angl.

G pro W.

Bygga, habitare.	*Bawan*, Ulph.
Dagg, ros.	*Daw*, Angl.
Gäll, ſonorus.	*Wäll*, Dalek. *hwellur*, Iſl.

Draga, trahere.	*Draw.* Angl.
Hugga, cædere.	*Hauwen*, Germ.
Lager.	Laurus.

H omittitur ab initio.

Ide, luſtrum ferarum.	*Hide.*
Öra, auris.	*Höra*, audire.

H præponitur.

Höſt, autumnus.	Gall. aouſt.

H pro K & cognatis.

Had, *bædelſe*, ignominia.	Κῦδος.
Hafer, Iſl.	Caper.
Hala, demittere.	Χαλᾶν.
Halm.	Calamus.
Hals.	Collum.
Hals, Iſl. Angl. *hill.*	Collis.
Hampa.	Cannabis.
Hardt, valde.	Κάρτα.
Haſta.	Caſtigo.
Hat, odium.	Χότος.
Hæl.	Calx.
Hætta, Iſl.	Ceſſare.
Hår, crinis.	Κάρα.
Heder, honos.	Κῦδος.
Hela, ant.	Celare.
Herre, dominus.	Κύριος.
Hjerta, cor.	Καρδία, κέαρ.
Hjor, Iſl.	Cardo.
Hjort.	Cervus.
Hlains, Ulph. collis.	Κολωνὸς.
Hlena, ant. *lena*. inclinare.	Κλίνω.
Hlifd, Iſl.	Clypeus.
Hliftus, Ulph. fur.	Κλέπτης.
Hliumans, Ulph. auris.	Κλύω.
Hnit, Iſl. lens.	Κόνις.
Hol, cavus.	Κοῖλος.
Hop.	Copia.
Horn.	Cornu.
Horund, ant.	Corium.
Hra, Iſl. *rå.*	Crudus.
Hrid, Iſl. frigus.	Κρύος.
Hud.	Cutis.
Hummer.	Cammarus.
Hurra.	Currere.
Hwad.	Quid.
Hwem.	Quem.
Hwileiks, Ulph. *Hwilken.*	Qualis.

J præmittitur otioſe.

Jag.	Ego.
Jarl, Comes.	Angl. *Earl.*
Jaxel, Iſl. dens molaris.	*Oxel.*
Jedward. Nom. Propr.	Edwardus.
Jeſ, dubium.	*Eſa*, Iſl. dubitare.
Jern, ferrum.	Æs, æris.
Jens. ant.	Enſis.
Jord, terra.	*Eorth.* A. S.
Jurter. Iſl. herbæ.	*Örter.*
Juwer.	Uber.

J aufertur ab initio.

Ok.	*Juk.* Ulph. jugum.

J præmittitur euphonice.

Ifrån, a.	*Från.*
Ibos, apud.	*Hos.*

J pro G.

Nöje, voluptas.	*Nog*, ſatis.
Höja, exaltare.	*Hög*, altus.

J pro W.

Järtekn, ſignum.	*Wårdtekn.*

K præmittitur.

Klena.	Linere.
Knappt, ægre.	*Nappt.*
Knipa, ſtringere.	*Nypa.*
Knut.	Nodus.
Kraſſa, rapere.	*Raſſa.*
Kring, circum.	*Ring*, circulus.
Krypa.	Repere.

K pro C Latinorum.

Kejſare.	Cæſar.
Kerf.	Acerbus.
Kerfwe.	Acervus.
Kikert.	Cicer.
Läcka.	Lacere, obſol.
Wackla.	Vacillare.

K pro D.

Klæcka.	Ex-cludere.
Klok.	Callidus.
Leka.	Ludere.
Raka.	Radere.
Kunna.	Δύναμαι.
Nakod	Nudus.
Trycka.	Trudere.

K pro G.

Kauſjan, Ulph.	Guſtare.
Kinn.	Genæ.
Klot.	Globus.
Knæ.	Genu.
Knorra, murmurare.	*Gnorren* Belg.
Åker.	Ager.
Folk.	Vulgus.
Öka.	Augere.
Mjölka.	Mulgere.
Täcka.	Tegere.
Torka.	Tergere.
Rynka.	Ruga.

Waka.

Digitized by Google

Waka. Vigilare.
Yrka. Urgere.

K pro H.

Kætte, ant. lectus. Ulph. *betbjo.*
Kid. Hædus.
Korn. Belg. *gort.* Hordeum.
Kræka, vomere. *Hræka.* Iſl.
Krycka, furca ſubalaris. *Hrugga*, Ulph. ſcipio.
Mik. Ulph. Suedi *mig.* Mihi.

K pro S.

Kumbel. Σύμβολον

K pro P.

Hwiſka, in aurem dicere. *Whiſper.* Angl.
Knæcka, frangere. *Knappa.*
Kulle, vertex. Πόλος.
Skicka, mittere. *Skipa.*
Skôfla. Spoliare.
Skôlja, eluere. *Spülen.* Germ.
Skuldra, humerus. Eſpaule. Gall.
Skumm. Spuma.
Waken, arma. *Wapen.*

K pro T.

Flack, planus. *Flat.*
Kittla. Titillare.
Kork, ſuber. Cortex.
Kyſk. Caſtus.
Lake, piſcis genus. Lotus.
Rékna, numerare. *Rathjan*, Ulph.
Sôka. Ζητέω.

K pro W.

Kar. Vas.
Kælla, fons. *Veal.* A. S. *Well.* Angl.
Komma. Venire.

K pro X.

Fræck. Ferox.
Kalk. Calx.
Kalk. Calix.
Sork. Sorex.

L præfigitur.

Låka. Ἀκέομαι.
Lamm. Ἀμνός.
Leſwer. Ἧπαρ.
Lort, ſordes. Ordure, Gall.

L omittitur ab initio.

Utter. Lutra.

L omittitur in medio.

Mycken. Multus.
Swafwel. Sulphur.
Yttre. Ulterior.

L pro N.

Annan. Alter.

Kil. Cuneus.

L pro R.

Glis, rarus. *Gris*, Angerm. id.
Glunka, muſſitare. *Kruncka.* Iſl.
Pelegrim. Peregrinus.
Plommon. Prunum.
Silke. Sericum.

M inſeritur.

Kæmpe, pugil. *Kappe*, Iſl.
Limpa. *Hlaibs*, Ulph.
Stampa. *Stappa*, Iſl.

N inſeritur.

Allabanda, omnigenus. *Allsbattur.* Iſl.
Bånk, ſcamnum. *Beckur*, Iſl.
Blink, nictus. *Blick.*
Klint, clivus. *Klettur*, Iſl.
Knorra, murmurare. *Kurra*, Iſl.
Mantel, pallium. *Mattol*, Iſl.
Rynka. Ruga.

N omittitur in medio.

Ås, trabs. *Ans*, Ulph.
Kota, vertebra. *Knota.*
Tacka, gratias agere. *Thankjan.* Ulph.
Tåt. Denſus.
Tycka, exiſtimare. *Thunkjan.* Ulph.

N præfigitur.

När, quando. *Er*, Ant.
Ni, vos. J.
Njuta. Uti.

N pro L.

Knippel, fuſtis. *Kluppel*, Belg.
Mycken, magnus, multus. *Mikil.* Iſl.

N pro R.

Knagglig, ſcaber. *Kragglig.* Angl. *craggy.*
Sen. Serus.

P omittitur.

Alths, Ulph. vetus. Παλαιός.
Lika. Placere.

P præfigitur.

Plocka. Legere.

P additur a fine.

Swamp, fungus. *Swamm.* Ulph.

P pro B.

Läpp. Labium.

P pro K.

Slapp, laxus. *Slak*
Wapen, arma. *Waken.*

P & S transponuntur.

Sparf, paſſer. Ψάρες.
Spela. Ψάλλειν.

Spotta, ſpuere.	Ψύττειν.
Stoft, pulvis	Σποδός.

R inſeritur.

Karſk, vegetus.	*Kaſkur*, Iſl.
Spræcklot, variegatus.	*Speckled*, Angl.
Språk, ſermo,	*Spæce*, A. S.
Sprund, obturaculum.	*Spund*, Germ.
Spruta.	Sputare.

R pro L.

Plommon.	Prunum.
Sprita, findere.	*Splita.*

R pro S.

Bär, bacca.	*Baſi*, Ulph.
Förlora, perdere.	*Förliſa.*
Hare, lepus.	*Haſe*, Germ.
Kar, vas.	*Kas*, Ulph.
Kora, eligere.	*Keſa*, *kauſjan*. Ulph.
Næra, ſervare.	*Naſjan*, Ulph.
Rör, arundo.	*Raus*. Ulph. roſeau, Gall.
Ur, ex.	*Us*, Ulph.

S præfigitur.

Sal.	Aula. *Alb*, Ulph.
Sed.	Ἔθος.
Sena, nervus.	Ἶνες.
Skalle.	Calva.
Skallog.	Calvus.
Skära, tondere.	Κείρειν.
Skria, vociferari.	Crier. Gall.
Skrida.	Gradi.
Skrumpen, rugoſus.	*Krympa*, contrahi.
Skuffa, trudere.	*Kuffa.*
Slem.	Limus.
Slicka, lingere.	Λείχειν.
Slipprig.	Lubricus.
Sluta.	Cludere.
Slutta, declivem eſſe.	*Luta.*
Smelta, liquefacere.	Μέλδειν.
Smörja, ungere.	Μυρῦν.
Snabel, roſtrum.	*Näbb.*
Snappa, apprehendere.	*Nappa.*
Snö.	Nix.
Sol. Ulph *ſauil.*	Ἥλιος.
Spraka, crepitare.	*Braka.*
Spratt, fraus.	*Pratt.* Angl.
Stämma, curſum ſiſtere.	*Damm*, objecta moles.
Swarfwa, tornare.	*Hwairban*. Ulph. circumagere.

S omittitur ab initio.

Doft, pulviſculus.	*Stoft.*
Grop.	Scrobs.
Grus.	Scrutum.
Lås, ſera.	*Schloſs*, Germ.
Öfwer.	Super.
Tak, tectum.	Στέγη.
Ten.	Stannum.

S inſeritur in medio.

Gäſpa, oſcitare.	*Gapa*, hiare.
Riſpa, rumpere.	*Rifwa.*

SK præfigitur.

Skaft, anſa.	*Haft*, Germ.
Skamper, acer.	*Amper.*
Skrafla.	Rabula.
Skråma.	Rima.
Skramla, ſonitum edere.	*Ramla.*
Skrånglig, præ longitudine vacillans.	*Rank*, id.
Skratta.	Ridere.
Skrefwa, fiſſura.	Crevaſſe. Gall. crepare, Lat.
Skrifwa, ſcribere.	Γράφειν.
Skroflig, ſcaber.	*Reof*, A. S.
Skrymma, multum loci occupare.	*Rum*, locus.
Skrynka, ruga.	*Rynka.*
Skyla, tegere.	*Hela*, ant.

ST præfigitur.

Stappla, titubare.	*Happla.*
Stjäla, furari.	*Hela*, abſcondere.
Storm, procella.	Ὁρμή, impetus.
Sträcka, extendere.	*Räcka.*
Strand, littus.	*Rand*, margo.
Strid, certamen.	*Rid*, Iſl.
Ströfwa, ſpoliare.	*Röfwa.*
Stropp, lorum.	*Rep*, funis.

SP pro B.

Sparre, trabs.	Barre. Gall.
Spriaa, ſpargere.	*Breda.*
Spricka, findi.	*Brikan*, Ulph. rumpere.

ST pro D.

Stoft, pulvis.	*Doft.*
Stock, trabs.	Δοκός.
Stolle, ſtultus.	*Doll*, Germ.
Stöpa, intingere.	*Döpa.*
Stumm, mutus.	*Dumme.*

S pro C.

Bäcken, pelvis.	Bacin, baſſin, Gall.
Baſun.	Buccina.
Fnas, *fnaſk*, res nihili.	Nauci.
Hwaſs.	Acer.
Lyſa.	Lucere.
Penſel.	Penicillus.
Sila.	Colare.
Sinnober.	Κιννάβαρι.

Som,

Som, ut, quoniam.	Come. Gall.
Uns.	Uncia.

S pro D.

Blåſa, bulla.	*Blåddra.*

S pro G.

Fryſa.	Frigere.
Krus, urceus.	*Krug*, Germ.
Läſa.	Legere.
Ryſa.	Rigere.

S pro R.

Höſa.	Haurire.

S pro T.

Gliſa, micare.	*Glittra.*
Gryt, glarea.	*Grus.*
Låſſa, ſimulare.	*Låtas.*

T præponitur.

Twinga, cogere.	Angere.

T pro D.

Äta.	Edere.
Bedja.	*Beten.* Germ. & ſic in plurimis aliis hujus Linguæ.
Dona.	Tonare.
Mått.	Modus.
Sitta.	Sedere.
Swettas.	Sudare.
Tand.	Dens.
Tåma.	Domare.
Tår, lacrima.	Δάκρυ.
Tio.	Decem.
Twå.	Duo.

T pro F.

Huſtru, mater familias.	*Husfru.*
Torg.	Forum.

T pro G.

Ryta.	Rugire.

T pro K.

Bryta, rumpere.	*Brikan.* Ulph.
Flåta.	Πλέκειν.
Nötter.	Nuces.
Trana, grus.	*Kranich*, Germ.
Tända.	Ac-*cendo.*
Twår, obliquus.	*Qwer*, Germ.
Wårta.	Verruca.

T pro L.

Tunga.	Lingua.

T pro P.

Patt, mamma.	*Papp.*

T pro S.

Fatta.	*Faſſ.n*, & ſimiliter in pluribus.
Kota.	Caſa.
Läta, igen, claudere.	*Läſa igen.*
Matk, vermis.	*Maſk.*
Tekn.	Signum.
Tiga, tacere.	Σιγᾶν.
Ut, ex.	*Us*, Ulph.

T pro V.

Lætt.	Levis.
Lættbænd.	Lævus.
Lit, color.	*Lliw.* C. B.

W præmittitur.

Wakta, cuſtodire.	*Akta.*
Wandra, ambulare.	Andare. Ital.
War.	Eram.
Wår.	Ἦρ.
Wara, *bewara*, cuſtodire.	Ὠρεῖν.
Wara, videre.	Ὁρᾶν.
Wåt.	Udus.
Werk.	Ἔργον.
Weſal, ant. miſer.	*Uſel.*
Wika.	Εἴκειν.
Wimpel.	Ampulla.
Winkel.	Ἄγκυλος.
Wirra, *förwirra*, turbare.	*Irra*, fallere.
Wond, ant. malus.	*Ond.*
Wråk, ruptura glaciei.	*Råk.*
Wrede, ira.	*Reide.* Iſl.
Wriſt, pars pedis ſuperior.	*Riſt.*

W omittitur ab initio.

Eller.	Vel.
Ondt, malum, morbus.	*Wund*, Germ. vulnus.
Orm.	Vermis, Ulph. *waurms.*
Ulf, lupus.	*Wolf.* Germ.
Ull, lana.	*Wolle.* Germ.
Undra, mirari.	*Wunderen.* Germ.

W pro B.

Årfwa, hereditatem adire.	*Erben.* Germ.
Gifwa.	*Geben*, Germ. & ſic ſæpe.
Hwal.	Balæna.
Wål.	Belle.
Wålla.	Bullire.
Wega, ant.	Icere.
Wiſundr. Iſl.	Biſons.

W pro F.

Warm.	Formus. ant.
Wåſka.	Fiſcus.
Weita, hoſpitio excipere.	Feudum.

Wel,

Wel, fraus, *Welamadr.* deceptor.	Φῆλος, φηλήτης.
W pro G & GW.	
Waffla, laganum.	Gauffre. Gall.
Wante, manica.	Gant. Gall.
Wårda, cuſtodire.	Garder. Gall.
Warulf, lycanthropus.	Loup-Garou.
Winda, trochlea attollere.	Guinder, Gall.
Wis, ratio.	Guiſe, Gall.
W pro P.	
Swamp, fungus.	*Swamm.* Ulph.
WA, WE, WI. pro O vel U.	
Kwinna, mulier.	*Kona.*
Swälla, tumeſcere.	*Sullen*, tumidus:
Swamp, fungus.	*Soppur.* Iſl.
Swerja, jurare.	*Söre*, Ant. jusjurandum.
Swerker. Nom. pr.	Sorkver.
Swett.	Sudor.
Swirra, circumagi.	*Surra*, id.
Wal, fuſtis.	*Ol*, ant.
Warda, fieri.	*Urd*, Iſl. factus eſt.
Wäxa, creſcere.	*Ox*, Iſl. crevit.

Epimetri loco addam nonnulla tranſpoſitionis exempla.

Åttika.	Acetum.
Bort, procul, peregre.	*Brott.* Ant. Angl. *abroad.*
Branna, urere.	*Bernen.* Al. unde *Bernſten*, electrum.
Briſta, rumpi.	*Berſten*, Germ.
Drilla, perforare.	*Thirlian*, A. S.
Dröfwa.	Turbare.
Famla, palpitare.	*Falma*, Iſl.
Färſk, recens.	*Friſk.*
Fil, lima.	*Llif.* C. B.
Frukta, timere.	*Furchten.* Germ.
Haſpe, peſſulus.	*Hæpſe.* A. S.
Hors, equus.	*Hroſs.* Iſl.
Kors.	Crux.
Læſp.	Blæſus.
Lemm.	Μέλος.
Löf.	Φύλλον.
Lofwe.	Vola.
Mod.	Θυμός.
Naſjan. Ulph.	Sanare.
Njure.	Ren.
Pockor. ant. varioli.	*Koppor.*
Reta, irritare.	*Erta.*
Sniken, avarus.	*Sinkur*, Iſl.
Stappla, titubare.	*Stolperen*, Germ.
Swafwel.	Sulphur.
Tillra, devolvi.	*Trilla.*
Traudur, Iſl.	Tardus.

Explicatio Notarum.

Al.	Alemannice.
Ar.	Armorice.
A. S.	AngloSaxonice.
Angl.	Anglice.
Belg.	Belgice.
Ebr.	Ebraice.
C. A.	Codex Argenteus.
Fenn.	Fennonice.
Germ.	Germanice.
H. Kr.	Heims Kringla, Hiſtoria Sturlæsonii.
Iſl.	Iſlandice.
Lapp.	Lapponice.
Lat.	Latine.
Prec.	Precopice ex Busbequio.
Ulph.	Ulphilas.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS



J. Sillberg delin. et ſculp. 1768

A. Littera inter Suiogothicas hodie prima, ſed olim, ubi Runæ viguerunt, decima, ut videre licet ex Calendariis Runicis ſcriptisque Verelii Wormiique, palæographiam Borealem illuſtrantibus. Et quum in hoc diſſideant majores noſtri non tantum a cognatis ſuis, quibus Ulphilas veritatem Euangelicam prædicavit, ſed etiam a ceteris Europæ gentibus; indicio id forte fuerit, Runas a Scythicis gentibus inventas uſurpatasque, antequam cum ceteris Europæ incolis bellis commerciisque commiſceri, eorumque inſtitutis imbui cœperant.

A, particula inſeparabilis, apud Scriptores medii ævi non infrequenti uſu rei privationem denotans. *Awita* in Lege Biro. c. 14. §. 34. notat amentem, a *wit* ratio: *alag* iniquitatem, vel potius illegalitatem, a *lag*, lex. Kon. Styr. Edit. Scheff. p. 144. *Sva ôde ok forderwar girugr hôfdinge ſit land med allum alagum ok margfaldan orætt:* i. e. ita exhaurit corrumpitque terras ſuas Princeps avarus per iniquitates & multiplices injurias. cfr. Knitl. Saga p. 54. His adde *amægtig*, impotens, a *magt* potentia. Nehem. 4: 2. Sap. 15: 8. cfr. Verelii index p. 12. *amæli*, qui ſine opprobrio eſt, unde nomen Amalorum, familiæ inter Gothos exteros principis, deducit Wachterus, Gloſſ. p. 47. Præteriri eo minus hæc particula a nobis debuit, quum omnibus linguis vetuſtioribus eam communem fuiſſe, videamus. Ignorat nemo Græcorum *α* στερητικὸν, ut ἄφρων, ἀνομία, quæ reſpondent ſuperius allatis *awit*, *alag*. Latini licet *a* illud per *in* fere exprimant, remanet tamen in non paucis, notante Henrico Stephano in Theſauro L. Gr. T. I. p. 2. e. g. *amens*, *avius*. Anglo-Saxones idem retinuiſſe, docent varia compoſita. Ita *agild* iis dicebatur, cujus ob necem pretium *Wirgildi (mansbot,)* non pendebatur. v. Spelmanni Achæologus, p. 22. & Du Fresne Gloſſ. Lat. B. in voce. Ex veterum Alemannorum ſcriptis haud pauca hujusmodi adfert Franc. Junius in *annot.* ad Willeramum, p. 301. e. g. *amaktig* impotens (confr. nuper allatum *amægtig*) *aweig* devium, *awis* inſipiens. Nos circa hanc particulam notamus 1.) Eandem non tantum præfixam nominibus, ſed etiam adjunctam verbis, negationem deſignaviſſe apud veteres Gothos, teſte Gudmundo Andreæ in Annot. ad Eddæ *Voluſpa*, Str. 3. e. g. *vara ſandur*, non erat arena; ubi *a* ultimum in *vara* negationis nota eſt. 2.) Citeriori tempore *a* hoc negativum a nobis in *o* commutatum fuiſſe, ut ſuo loco amplius dicetur, a Danis in *u*; cui, neſcio an ad imitationem Latinorum, *n* adjunxerunt Germani. 3.) Particulam hanc ſeparabilem plenius olim ſcriptam fuiſſe *af*, id quod multa adhuc reſidua veſtigia indicant. Apud Ulphilam *afgrunditha*, *Luc. 8: 31.* æquipollet Gr. ἄβυσσος, ortum a *grund* fundus, & *af*, quod τῷ *α* στερητικῷ in Græca voce reſpondet: nos hodieque *afgrund* dicimus. Sic habemus apud veteres *afſkapad* pro informi, ἀμόρφῳ: Konung. Styrilse. p. 112. *Drukinſkapr gôr manzins ånlite lyt ok afſkapat.* i. e. Ebrietas vultum hominis

turpem ac deformem reddit. *Aſlag* etiam non raro apud Islandos ſcriptum invenio loco ſuperius allati *alag.* v. HEIMS KRINGLA, Tom. I. p.734. *þat er Kong þæthi aſlaga* i.e. quod Regi videbatur iniquum. cfr. T.II. p. 427. Præteriri hoc loco non debet, Græcos ἀπὸ ſimiliter in ſenſu privandi uſurpaſſe, ut ἀπόδειπνος pro ἄδειπνος, incœnatus. v. HESYCHIUS in v. ἀπότιμος pro ἄτιμος, ut alia plurima omittam. Videri hæc nimia poterunt feſtinanti Lectori: ſed meminiſſe debet, etymologiam linguæ alicujus tradentem per ſaltum decurrere non debere, nec eum imperare poſſe, ut ſibi ſine teſte credatur: dein, quod ab exordio operis ſemel dixiſſe juvat, non pigebit, commoda quavis occaſione, Lectori commonſtrare, quo altius ad Linguæ ſuiogothicæ primos fontes adſcendimus, eo majorem eam inter illiusque ſorores, Græcam & Latinam, reperiri affinitatem.

A, particula inſeparabilis ſignificationem adaugens: ut *alik* valde ſimilis, plane par. WESM. L. BYGG. B. c. 65. *Dræper thæt bættra ær, æller ok alikt.* Si pecus interfecerit, quod ſe pretio ſuperat, aut plane par eſt. Gr. ἀλίγκιος. cfr. *Præf. mea ad* ULPHILAM ILLUSTRATUM ERICI SOTBERGII, prope finem. Apud HIBERNOS litteræ *o* eundem uſum eſſe ex VARÆO docet HAQ. SPEGEL in GLOSS. p. 1. Adde RUDBECKII *Atlant.* T. III. p. 491. & quæ nos infra in v. Å ſumus allaturi.

A, particula ſeparabilis in, ſuper denotans, ut: *a þingi*, in foro, WESTG. L. KIRK. c. 13. §. 4. *Góre ut gengerdina, oc a tre óra:* exſolvat contributionem, & ſuper hanc tres oras. Conjungitur eadem cum aliis nominibus, ut *aplójor*, i. e. arationes ſuper terminum alterius. *ayrkior*, invaſio ſuper alterius fines. *aſlattor*, fœniſecia ultra domini terminos, quæ omnia occurrunt WESTG. L. THING. B. c. 10. Dicemus de hac particula plura, ubi ad vocem Å ventum fuerit, quæ hodierna hujus præpoſitionis pronunciatio eſt, jam tantum notantes, videri nobis, etjam hanc particulam *f* radicale abjeciſſe. Leges certe Danicæ antiquiores, *afferie*, *affmeye*, eodem ſenſu ac modo dicta, adhibent, pro tranſitu nempe ſuper alterius terminos. JYDSKE LOW *L.* 2. *c.* 48, 73. cfr OSTERSON WEYLES Gloſſarium Jurid. pag. 22. 23. Affine eſt Græcorum ἐπὶ, in, ſuper.

A, in pluribus Suiogothiæ partibus, Dalekarlia, Weſtrobothnia, Gothlandiaque unitatis nota eſt: ut *a man* vir unus. Uſurpatur apud Weſtrogothos hoc ſenſu fere de genere feminino, apud Anglos ante conſonam, uti *an* ante vocalem, *a man*, *an eye.* v. FRANC. JUNII Etymologicum Anglic. in A. Commune cum iisdem id habemus, quod articulo hoc utamur loco Græcorum ὁ, ἡ, τὸ: ὁ ἀνὴρ, ἡ γυνή. Obſervat EUSTATHIUS ad HOMERI Iλ. Γ. α Græcorum interdum quoque μόνωσιν ſeu unitatem indicare, & hinc credidiſſe multos, *Amazonas* dictas fuiſſe quaſi μονομάζυς, i. e. unimammias, quum ſeipſas una mammarum mutilas redderent, ne in emittendis arcu ſagittis obſtaculo eſſet. cfr. PETRI PETITI *Diſſ.* de *Amazonibus* c. 22. & JOH. GE. WACHTERI Gloſſ. Germ. p. 48. qui tamen *Amazonum* nomen pro Barbaro habens, illud a Sorabicis *mecz* & *zona* derivat, quorum prius gladium, poſterius virginem denotat, ut ſecundum hæc *Amazon* ſit virgo gladiata vel gladio accincta.

A, aquam in genere, & ſtrictiori ſignificatu fluvium apud veteres denotavit, unde *Ar-os* oſtium fluminis & *Óſtra Aros* antiqvum Upſaliæ noſtræ nomen. Utriusque hujus ſignificatus varia exempla occurrent infra in Å. vide interim OL. RUDBECKII *Atlant.* T. 2. p. 52.

A, prima & tertia perſona verbi *ága*, & ſignificatum adeo a ſuo primitivo mutuans, qui eſt habere, poſſidere, jus & obligationem habere, ut in voce *æga* amplius dicetur. HISTORIA OLAVI S. RHYTHM. p. 10. *Hvat han a.* quicquid habet. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 4. *thær a ængin ſak a, utan then gengærd a.* i. e. in hac mulcta nemo partem habet, niſi cujus eſt commeatus. Notabilis eſt heic harmonia Linguarum veterum: Mœſogothica enim habet *aib* in prima pariter tertiaque perſona verbi *aigan:* Joh. 6:47. *Saei galaubeith du mis, aib libain aiveinon.* Qui credit in me, habet vitam æternam. cfr. c. 10: 16. Anglo-Saxones *ab* dixere, teſte TWAITESIO in *Gram. A.S.* Singulare eſt & dialectum ſapiens, quod in LEGE GOTHL. *l* ad finem addatur, ut c. 26. §. 6. *þa al manni til ſegia:* Tum virum monere debet. Ceterum cum gemino *a* non

Digitized by Google

non raro ſcriptum invenitur. L. Birc. *c. 14. §. 38. Böte then ſex öre, ſum fæt aa.* Qui plura de hac voce deſiderat, adire poterit Petr. Joh. Resenii obſervationes ad Jus Aulicum Ant. p. 588. & inprimis G. Stiernhielmii Litteras ad Senatores Regios, inſertas Actis Litterariis Anni 1730. p. 46. Et, ſi placet, Specimen Glossarii noſtri Ulphilani p. 39.

ABBAS, Irritare. *Abbas vid en*, aliquem ad iram concitare. Verbum, ni fallor, recens eſt, & per Germanos huc advectum. Illi certe *affen* eodem ſenſu uſurpant, ab *affe*, ſimia, quod animal, ad iram pronum, irritare, volupe eſſe ſolet juvenculis. Dum vero recens hoc verbum dico, non ignoro, oppido affinia in L. vetere Islandica extare: *ap* quippe illis irriſio eſt, teſte Verelio. v. Wachterus l. c. p. 27.

ABBOT, Abbas. Nomen dignitatis eccleſiaſticæ, ab oriente & Lingua Syriaca ad gentes Europæas proſeminatum. Significat vero ibi patrem, quum hic antiſtes, pro muneris dignitate, reliquorum velut parens ſit. Fr. Junius, qui omnia Græciæ lubenter vindicat, animadverterat Hesychium tradidiſſe, apud Cyprios ἀββὰδ denotare διδάσκαλον, unde mox vocem pro Græcanica habuit, notatus ideo ab Eduardo Lye in Scholiis ad Etymol. Anglic.

Abbedissa dicitur illa, quæ pari dignitate monialibus præeſt. Isl *Abbadis*, Herrauds S. *pag. 34. Ganga firi blotum, oc vera abb dis i hennar ſtad:* i. e. præeſſe ſacrificiis, illiusque loco templi antiſtes fieri. Obſervamus heic, monachum, cujus generis erant fere, qui libros in Islandia ſcribebant, idololatrici fani præſidem titulo a Chriſtianis ritibus mutuato appellare. Sic templa paganorum non raro *moſter* nominant, i. e. monaſterium, & flamines eorum *Blotbiſkopar*.

ABORRE, perca, Gr. πέρκη, πέρκις, Germ. *bars*, *kulbars*. Videtur eſſentia nominis media ſyllaba abſolvi, atque adeo noſtram vocem, Germanicam Latinamque a Græca non niſi aliquantula litterarum cognatarum differentia diſtingui. In quanam vero illarum etymon ſit quærendum, non ſatis promtum eſt, dicere. Vocabuli Græci origo arceſſi ſolet a πέρκος, niger. Suethicum vero dixeris petitum a pinnarum acumine, quo ducunt *borre*, carduus, *barr*, folia pini, & plura id genus in aculeum deſinentia. Littera *a*, quæ præfigitur, forte patriam ejus, aquam puta vel fluvium, notat.

ACH particula exclamationibus inſerviens, & pleriſque linguis communis. Ebr. אהה Gr. ἀΐ, οἴ. Lat. *ah*. Germ. *ach*. Gal. *ah*. Videtur vox eſſe ipſius naturæ ingemiſcere docentis. Quod ad orthographiam hujus particulæ attinet, retinetur in ea Germanicum *ch*, quod alias, ſi unicum conjunctivum *och* exceperis, ab univerſa Lingua Suiogothica exulare juſſimus. Nil quidem impedit, quominus *ack* ſcribere poſſemus: ſed uti oculis aliter aſſuetis vim inferre nolumus, ita in re non magni momenti quidquam innovare, non juvat. Auctor Chronici Rhythmici ſcribit *aa*.

Aa huru ſælla mätte the wara,
Ah quam felices tum eſſent!

ACKTA, curare; attendere. v. *Akta*.

ADEL, Nobilitas, proſapia generoſa. Al. *adal* A. S. *æthelo* Iſl. *adall* v. Gudm. Andreæ. Lex Isl. pag. 4. Germ. *adel*. Quæ de hac dignitate infra dicentur, ſatis, ut ſpero, declarabunt, fruſtraneam illos collocaſſe operam, qui vel ab *Adler*, aquila, ut Helwaderus, Danus, vocem deducunt, quaſi denotet eum, qui ſub ſignis imperatoris militet. v. Acta Hafn. T. 2. p. 264. vel ab ἀθλέω, certo, aut tandem ab ἀέθλιος, certator eam derivatum eunt. Nam licet majores noſtri alios generoſi pectoris motus non fere agnoſcerent, quam qui editis in bello facinoribus declarabantur, nihilominus tamen erat hoc decus potius nobilitatis, quam ipſa nobilitas, uti recte ratiocinatur Wachterus, qui ab *atta*, *ætte*, pater *adel* deducit, quum nobilitas nihil ſit aliud, quam *genus paternum*, vel, ut ait, *patritiatus*. Egregie hoc quidem: ſed videbimus tamen, annon aliquid in vetere linguarum penu inveniri poſſit, quod ad rem propius faciat. Hoc vero antequam depromamus, in anteceſſum nonnulla nobis de claſſibus, in quas diviſi fuere veteres Suio-Gothorum, prælibanda erunt, ut ita facilior via ad vocabuli etymon inveniendum forte muniatur.

Inquiſivi vero in hanc rem diligentius, quaque fieri potuit, cura indagare conatus ſum, aliquine nobiles ſub Ynglingica familia, aut etiam ſub recente Chriſtianiſmo, in orbe hoc hyperboreo fuerint. Veri autem videbatur ſimile, illos non potuiſſe non

 ibi

Digitized by Google

ibi extitiſſe, quum exteri Scriptores haud obſcure indicent, fuiſſe non ſolum perſonas ſingulares, ſua nobilitate claras, ſed & floruiſſe illuſtriſſimas & per orbem inclutas familias Baltharum, Amalorum aliorumque. Utrasque commemorat Jornandes de Reb. Get. *c. 29. Ordinant*, inquit, *ſuper ſe Regem* Alaricum, *cui erat poſt Amalos ſecunda nobilitas*, Baltharum*que ex genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis* Baltha, *id eſt audax nomen inter ſuos receperat.* Confirmare rem eandem gravi teſtimonio videtur Corn. Tacitus de Mor. Germ. c. 25. qui hanc gentem dividi ait in *nobiles*, *ingenuos*, *Libertos* & *ſervos :* & ſupra c. 13. ait: *Inſignis nobilitas & magna Patrum merita Principis dignationem etiam adoleſcentulis adſignant.* Cum hiſce mirifice conſpirant, quæ de Saxonum gente tradit Adamus Bremensis L. I. c. 5. *Quatuor differentiis gens illa conſiſtit, nobilium ſcilicet & liberorum libertorumque atque ſervorum.* Nithardus quidem Lib. 4. non niſi tres ordines recenſet, ſed ita tamen, ut cum ſuperioribus in concordiam facile redigi posſit. *Gens*, inquit, *Saxonum omnis in tribus ordinibus diviſa conſiſtit, ſunt enim inter eos* Edlingi, *ſunt, qui* Frilingi, *ſunt, qui* Lazzi *illorum lingua dicuntur. Latina vero Lingua hoc ſunt nobiles, ingenui & ſerviles.* Opinantur quippe eruditorum plurimi, per *ſerviles* heic intelligi libertos, utpote qui conditionis parum melioris eſſent, quam ſervi, a Nithardo heic præteriti. v. Gerh. Noodt diſſ. de origine Nobilitatis Germanicæ, p. 28.

Videntur hæc, quæ attuli, ſcriptorum loca ſatis indicare, jam inde ab ultima antiquitate nobilium ordinem in ſeptentrione præfulſiſſe: ſed qui tamen accuratiori lance rem penſitant, nos credere jubent, tam Tacitum, quam medii ævi Scriptores Latinum vocabulum Germanorum moribus applicuiſſe, atque adeo, dum eos legimus, non tam, quid hodie nobilitas denotet, quam quid Roma florente indicaverit, cogitandum eſſe. Conſtat vero inter omnes, eos tantum apud Romanos nobiles fuiſſe dictos, quorum majores magiſtratus curules gesſiſſent, ut illi novi homines appellabantur, qui primi ſuæ gentis ad hoc faſtigium evehebantur: adeoque nullam fuiſſe in Latio peculiarem civium claſſem, quæ nobilium nomine inſignita fuerit. Probabile itaque putant multi, virorum præcipuæ dignationis filios, eosque, quorum majores munera aulica honoratiora obierant, nobiles a Latine ſcribentibus dictos fuiſſe: inde tamen non evinci, fuiſſe Taciti aut Adami Bremensis tempore, (Seculo XI.) qui variis privilegiis ornati, ſupraque ceteros eminentes, dignitatem ſuam ad poſteros, nativitatis jure, transmiſerint. Illuſtris Ludwig in Paradox. Juris publici §. 21. ante quatuor ſecula neminem fuiſſe contendit, qui in Germania jura nobilitatis adeptus fuerit. Locum ipſum huic obſervationi mox inſeram.

Quantum quoque mihi ex Patriæ hiſtoriæ monumentis conſtat, nullum aliud nativitas apud priſcos Suiogothos diſcrimen pariebat, quam ſolius ingenuitatis. Et licet quamplurimos ſua virtus, nullos tamen, niſi ſequiori ævo, Principum gratia nobiles reddidit. Erant tum autem liberi, qui *Frælſismæn*, *Frialſer* & *Bönder* audiebant: erant ſervi, *annödugbjon*, *Legubjon*, *Trælar*, eorumque pro ratione, ſexus & officiorum variæ ſpecies, ut *Brytti*, *Foſtre*, *Ambat*, &c. Inter ingenuos in primis celebre erat *Bondonum* nomen, quod illis proprium erat, qui ſingulare quoddam prædium poſſidebant, & ex illo cenſum publico pendebant. Definitionem eorum habemus in Upl. L. *Kong B. c. 10. §. 8. Wari then Bonde, ſum ſkipwiſt och ſpannemal orkar göra*, i.e. Ille *Bondonis* nomen tueatur, qui in claſſem aut exercitum annonam pro rata parte confert. Ab his peculiarem claſſem conſtituebant illi, qui ſupremis in aula Regia muneribus fungebantur, illisque annexa feuda poſſidebant, communi titulo *Tignarmæn* vocati. Præſtabant hi dignitatis gradu *Bondonibus*, ut, præter multa alia, oratio Ragnhildæ apud Sturlæsonium docet. T. II. p. 112. quæ aſpernata connubium cum Haquino Ivari, profeſſa eſt, ſe illuſtriori loco natam, quam ut *Bondoni* deſponderi vellet, nec alium illius thalamum conſcenſurum, quam qui ſit *Tiginman.* Notabile eſt, Torgnyum, Tiundiæ Lagmannum, quantacunque auctoritate

tate

tate polleret, ita ut numeroſam circa ſe aulam haberet (Sturlæs. Tom. I. p. 478.) & ipſe Rex Olavus Skötkonung ipſius opes revereretur, nihilominus tamen non niſi *Bondonum* in numero habitum fuiſſe: quod tamen ſe malle ait (ib. p. 482.) ea conditione, ut quæ vellet, profari libere auderet, quam cum *Tignar naſn* obnoxiam timidamque linguam, inſtar Ragwaldi *Comitis*, quem alloquebatur, habere. Immo, quod dignitas hæc, *Tignarnaſn*, hereditaria non fuerit, vel inde mihi videor perſpicere, quod Einarus Thambaskelfer ab eodem auctore Tom. II. p. 712. vocetur *utigin man*, licet alibi tanquam natalibus illuſtris, *ættſtor*, celebretur, *ib. p. 392.* & revera Patrem habuerit Styrkarum, belli ducem egregium. *ib. p. 251.*

Si a me jam quæratur, quinam illi fuerint, quibus ſuprema hæc dignitas competiit, reſpondeo, videri, primis temporibus alios *tiginmæn* vocatos non fuiſſe, quam *Comites* aut *Jarlos*. Indicant hoc verba Haraldi Regis apud ſæpius laudatum Sturlæsonium, qui ideo negat, ſe hoc axioma Haquino Ivari tribuere poſſe, quod dignitatem *Jarli* in Ormum jam contulerat, hac excuſatione haud uſurus, ſi alii dignitatis gradus eſſent, qui *Tiginman* efficerent. Poſtea vero, ut honorum titulis nihil eſſe ſolet inſtabile magis, ad inferioris ordinis officiales deinde tranſlata hæc dignitas videtur. Certe in Westm. L. *Thing. B. c. 19. Bondonibus* opponuntur officiales, Lænsmanni, equites & armigeri. *Hwat han ær bælder bonde æller thianiſta man, Lænsman, Riddare æller Swen.*

Id vero ex allatis colligere poterimus, ſupremam hanc dignitatem hereditariam non fuiſſe, atque adeo ad nobilitatem proprie dictam referri non poſſe.

Deinde quum ſub familia Folkungica, id ſummo niſu ageretur, ut ſervitus in orbe Suiogothico penitus tolleretur, ſenſim ſenſimque eo perventum eſt, ut diſcrimen illud libertatis, quod a fæce populi primores cives hucusque diſtinxerat, evaneſceret. Quum vero cives originarii novos hos homines, & levia nuper mancipia alto ſupercilio deſpicerent; juſtum reputarunt Principes, ut felicior naſcendi ſors ſuo honore non defraudaretur, & ideo non tantum Equites Auratos & Armigeros crearunt, ſed etiam ordinem ingenuorum multo majori honore dignabantur, quam ceteros ad pileum vocatos, qui *Frælsgifne* appellabantur, quique, licet jure civium uterentur, intra tamen illos longiſſime poſiti erant, ita ut pro graviſſimo convicio, *oquædins ord*, haberetur, ſi quis ingenuum Libertini nomine appellaret. Westg. L. *Rætl. B.* c. 10. §. 1.

Et hæc prima nobilitatis introducendæ ſemina in Suiogothico orbe fuiſſe reor, cui meæ ſententiæ conſona ſunt, quæ de finitima Germania ab eruditis tradita invenio. Ludwig, quem unum heic affero, loco ſupra laudato hæc habet: *Nobilis principio audiit homo liber, peculiaris prædii poſſeſſor, poſtea, ſervitutibus in Germania fere ſublatis, libertati ſolennis declaratio dignitatis & natalium acceſſit, qua olim opus non fuerat. Inde provoco omnes, qui aliter ſentiunt, ut exempla afferant, unde conſtet, ante tria aut quatuor ſecula imperatorem nobilitasſe, das man einen adelbrief ausgefärtiget.* Similia de Danis refert Arrild Hvitfeld in Hiſt. Dan. edit. in fol. p. 147

Diſtinctio itaque hominum in *frælſe* & *ofrælſe*, quæ hucusque ſola invaluerat, non niſi ingenuos a ſervis diſcreverat. Poſtea vero, primo Equites Aurati, & dein qui nomina dabant militiæ, ea conditione, ut exorto bello ſuis equis plena armatura mererent, atque ita prædia ſua a cenſu immunia redderent, ſpeciatim *tjæna frælſt* & *frælſisman* dicebantur: quæ dignitas ita ad poſteros tranſiit, ſi oneri huic per facultates pares eſſent; nam ſecus ſi eſſet, ad claſſem *Bondonum* redibant. v. L. L. *Kong. B.* c. 21. Videtur hoc inſtitutum tempore Birgeri R. recens fuiſſe, quum equeſtres hi nondum certo titulo in Lege Uplandica inſigniti reperiantur, ſed per circumſcriptionem dicantur: *the med örs tiena, Köp. B. c. 9. §. 9.* cfr *Thing B. c. I. §. 2.* nec non, *ſom frælſt tiena. Säram. m. wåda* L. L. c. 7. Vocabulum vero *Adel* nusquam in antiquioribus Edictis Regiis aut Legibus Patriis me reperire memini. In Kong. Styr. *ed.* Scheff. p. 137. nec non in Chronico Rhythmico paſſim quidem nominantur *ædla mæn*, *ædla ok dygdelika*

lika mæn nec non *welborne mån*: ſed neſcio annon ſenſu figurato,aut ex dictis explicando.

Sed ut e diverticulo in viam redeam, ad indagandam originem vocis *Adel* me accingo, quam arceſſendam puto ab *edel* vel *ædel*, quod in variis antiquioribus linguis proſapiam, cognationem ſignificat. Occurrit vox illa apud Otfridum Lib. IV. c. 15. v. 69.

Thar ſihit er thaz edili,
Ioh ſines ſelbes bilidi. i. e.
Ibi videt cognationem ejus,
Et ſuam ipſius imaginem.

Schilterus quidem vertit *thaz edili* per illud nobile, ſed non ſatis apte. Isidorus etiam c. 5. ad finem *chechundemes auh nu dhes edhili endi odhili.* i. e. Demonſtremus nunc etiam genus & patriam ejus. Apud Cambro-Britannos *eddyl* etiam occurrit, de quo ita Boxhornius in Origg. Gall. *Ego exiſtimo ſignificare gentem, populum, cognatos.* Immo nec noſtræ Linguæ vox hæc peregrina eſt:in *catalogis* ſubjunctis Legibus Westrog. invenitur *Öſtgötſkór at ædlum*, *ængſker at ædlum,h.e.* Oſtrogothus proſapia, gente Anglus: Heimskr.T.II.p.276.*Danſkan at eþli*, gente Danum. Alfs S. p. 33.

Nu mun ſeigia
Sonur Hamundar
Huort edli var
Ockart brædra. i. e.

Nunc edicam, Filii Hamundi, quo genere ſati nos fratres. cfr. inſuper Palthenius ad Tatianum p. 412. Hickesii Theſaurus, in Gram. *A. S.* p.136. & Schilterus in Theſ. p.646.

Ædel igitur vel *Ædle* æque ac cognatum *ætt* proſapiam,genus denotat; Hinc autem dum noſtrum *Adel* derivo, ſciendum eſt, alios, quam qui ingenui eſſent, genus & proſapiam non habuiſſe, quum ſervi, qui, etiam ex inſtituto Romanorum, nec caput nec perſonam habebant, non ſibi ſed dominis fecundi eſſent, atque adeo in partum ſuum nihil juris haberent: unde in L. Westg. *Gipt.* c. 2. *a ækki kiæpſir i barnum.* i. e. nihil juris mancipium in liberos habet. cfr. Ostg. L. *h. t. c. 29. ad fin.* Hinc ingenuis in Leg. Gothl. c. 28. §. 6. opponuntur *þæir ſum æi iru i ett:* h. e. qui in familia non ſunt, utpote liberti vel ſervi. Qui libertati ſuæ renunciantes in ſervitutem ſeſe dederant, dicebantur *ganga or ætt ſinni*, exire ex familia ſua. Upl. L. *Ärfd. B.* c. 19. Quibus ſecundum libertatem vindicta dabatur, dicebantur *ættledas* Westg. L. *Thing. B.* c. 1. & ingenuus *ættad* ibid. *Gipt.* B. c. 2. Ratio hæc fuit, cur, qui ingenui erant, hoc eſt *Adelsmæn*, ſequiori ætate, & ubi natalium major ratio per univerſam Europam haberi cœpit, more Romanorum Græcorumque & item Anglorum Scotorumque ſuo nomini patronymicum adderent, ut ita oſtenderent, ſe ſuorum parentum liberos eſſe, hoc eſt *hydalgos*, uti apud Hiſpanos dicuntur nobiles, quod credunt notare *Hyo de algo* h.e. filium de aliquo. v. Becmanni Notitia Dignitatum p. 291. Ita veterum nobiles dicebantur *Olof Nilſon, Ture Perſon*, Olavus Nicolai, Turo Petri, dum ſervi non niſi unico nomine appellabantur, *Arfwed, Ulf.* Sedulo dico, ſequiori ætate hoc factum eſſe; docent enim cippi Runici aliaque vetuſtiora monumenta, etiam viros illuſtriores unico nomine contentos fuiſſe. cfr. Deſignat. Limitum ad finem Leg. Westg. In hiſce, quæ de origine vocis *Adel* commentatus ſum, gloriari poſſum conſenſu viri, etiam in Etymologico ſtudio magni, Got. Gu. Leibnitii, cujus verba in Celticis ejus, quæ inter alia Collectanea edidit Jo. Ge. Eccardus, hæc ſunt p. 117. Eddyl, *gens, cognatio. Itaque hinc Germanis* Edel *eſt gentilis, Geſchlechter, ut Polonis Schlachtiz. Ita tandem videmur nacti derivationem vocis diu quæſitam.* Cfr. Ejusdem notas ad Gloſſ. Chaucicum p. 33. Reſpondet, hoc poſito nominis etymo, noſtrum *Adel* Gallico *Gentilhomme* & Anglico *Gentleman*, oriundis a Lat. Gens, gentilis. Notari meretur, quod nos docuit Nobiliſſimus Ol. v. Dalin in Hiſt. Suiog. Tom. II. p. 28. *Heden*, id eſt gentilem, etiam apud nos eorum imitatione pro nobili ſumtum fuiſſe. Verba ejus apponi merentur. Messenius *i ſit fragment kallar* Folke Filibyter *Paganus, hwilket tycks ſtrida emot den meningen*, *at han warit utlænning: men ſå war dock* Paganus, Gentilis, Heden &c. *et namn, ſom den tiden tillades hvar ock en Adelsman, kommandes öſwerens med det Franſka* Gentilhomme *och det Engelſka* Gentleman. Herr Næskung var Heden, *ſæger* Anna Fikes *doter* By-

Digitized by Google

LOW *i ſit ſlækteregiſter, det ær til ſæjandes, at han var Adelsman.* i. e. MESSENIUS in fragmento (veteri hiſtorico) FOLCONEM FILIBYTERUM appellat Paganum, quod eorum videdetur contrariari opinioni, qui eum extraneum fuiſſe dicunt. Sed obſervandum eſt, Paganum, Gentilem & noſtrate lingua *heden*, nomina fuiſſe, quæ id temporis cuilibet viro nobili addebantur, reſpondentia Gallorum *Gentilhomme* & Anglorum *Gentleman.* Dominus *Næskung*, inquit ANNA FICONIS BYLOW, in Genealogia ſua, erat *Heden*, hoc eſt nobilis. Erudita hæc & pulcra: mihi tamen ſi tria verba addere liceat, fateor, me non animadvertiſſe, paganum pro nobili dixiſſe veteres, ſed id obſervavi, pro extraneo vocem accipi. Ita ex codice Bibliothecæ COTTONIANÆ adfert SPELMANNUS ad vitam ÆLFREDI p. 131, Danum juvenem, qui jam monaſticam vitam amplexatus erat, atque adeo Chriſtianum, dici paganum h. e. alienigenam. Et vocabulo ita ex ſtilo medii ævi intellecto, decidetur per vetus hoc monumentum MESSENIANUM controverſia illa, quam, inter primas, eruditis ſolvendam propoſuit ACADAMIA REGIA LITT. HUMANIORUM, auſpiciis Sereniſſimæ Reginæ noſtræ LUDOVICÆ ULRICÆ erecta, utrum nempe FOLKUNGI indigenæ fuerint, an exotici, de qua vide *Act. Acad.* Part. I. A noſtro *Adel* ortum ducunt

ÅDEL, nobilis. Res ipſa docet, natalium decus hac voce indicari: quum vero honoratiora reip. munera dignitatem adderent, quam nobilitati parem duxere veteres; hinc etiam illa ornantibus titulus *Ædel* additus fuit. clr. SCHVEDER *in diſſert. de Privilegio & Jure Sing. Perſ. Illuſtr.* Sect. 1. c. 1. th. 5. & MICHAËLIS GRASS. *diſſ. de Exceptione nobilitatis* p. 4. ſeq. Fruſtra itaque ſunt, qui in L. noſtra diſcrimen aliquod comminiſcuntur inter *Ædel* & *Edel.* Fecit hoc Auctor diſſertationis in Legem CHARONDÆ ſextam *de militia afflicta reſtituenda*, ſub ANDREA NORCOPENSI heic Upſaliæ habitæ, p. 460. Verba ejus hæc ſunt: *Licet vulgus confundat Adelsman & Edelman, tamen longe ſunt diverſiſſimæ ſignificationis, namque hoc ab* Edli i. e. *indole & naturæ dote, illud ab* ætt *ſtirpe, unde* Adeling, *ſtirpe generoſa natus deſcendit; alterum ad genus, alterum ad virtutem propriam, uti* Odalman *ad poſſeſſionem & liberationem ab oneribus referendum venit.* Recte vero obſervatur *Odal* & *Adel* plane diverſa eſſe, etiamſi ſæpe a peritis imperitisque confundantur. Conferri poterunt, quæ infra de voce *Odal* dicturi ſumus.

ÅDLING, Juvenis nobilis, A. S. *Eadling, Ethling, Edling* L. B. *Adelingus*, qui titulus iis addebatur apud Anglo-Saxones, qui ex regia ſtirpe oriundi, in imperium ſucceſſuri erant, alias Principes juventutis dicti, & recentiori ævo Domicelli, Heriles: apud nos *Juncker*, SPELMANNUS in *Archæologo*, ſub voce Adelingus, ex WILHELMI CONQUESTORIS legibus hæc adfert: *Rex vero Edvardus Edgarum filium eorum ſecum retinuit, & pro ſuo nutrivit: & quia cogitabat, heredem eum facere, nominavit* Adeling, *quem nos (puta Normanni) dicimus Domicellum. Sed nos indiſcrete de pluribus dicimus, quia Baronum filios vocamus Domicellos; Angli vero nullum niſi natos Regum. Quod ſi expreſſius volumus dicere, in quadam regione Saxoniæ* Ling *imago dicitur;* Adela *Anglice, nobilis Latine; quod ſimul conjunctum, ſonat nobilis imago*, Eadling. Quod hic de ſignificatu terminationis *ling* adfertur, reſpicit haud dubie Cambricum *llun* imago. Conferri ulterius poterunt, quæ infra in *Ing* habemus. Apud Longobardos *Adelinga* quamcunque nobilium proſapiam denotaſſe, teſtatur GOTFRIDUS WITERBIENSIS, *Chronici Part. 17. ſub an. Dom. 776. Omnes*, inquit, *Reges illi fuerunt Adelingi, i. e. de nobiliori proſapia, quæ apud illos* (Longobardos) *dicitur Adelinga.* Adde de Saxonibus locum NITHARDI, nuper allegatum, & SPELMANNI *Archæol.* l. c.

ADLA, nobilitare, ſeu actus ille, quo Rex Suionum, quem de ſe & publica re bene meritum judicat, in nobilium ordinem transfert. Solenne eſt, ut tempore inprimis coronationis Regiæ hic favor contingat, approbante forma noſtri Regiminis, idque ſine dubio ex illa occaſione, quod priſcis temporibus ſub hac ſolennitate Equites fere crearentur, ut id in coronatione BIRGERI M. factum teſtatur ERICUS OLAVI *Hiſt. Svec. L. 3.* in CHRISTOPHORI BAVARI CHRON. RHYTHM. *p 361:* in CAROLI VIII. *ib. 395.* in JOHANNIS II. *ib. p. 590.* in GUSTAVI I. GIRS *Hiſt. Guſt. p. 31.* in ERICI XIV. PUFEND. *in ejus vita.*

ADEL, præcipuus, præſtans: hic ſignificatus a priori haud dubie originem ducit, & ut, qui natalium ſorte illuſtres erant, ſupra ceteros eminuere, ita quod in ſuo genere præcipuum eſt, apud antiquos *adel* ſibi ſæpe præfixum habet, idque tam in noſtra quam cognatis linguis. Adferam nonnulla, ut de ceteris conſtet.

SUE-

Digitized by Google

SUETHICA.

ADALFYLKING, acies primaria: Galli corps d' armée dicunt; cui opponitur *arm*, cornu. OLOFS S. c. 201. ADALHÆR, idem, cui opponitur in CHRON. RHYTHM. p. 47. *Förwärd*.

ADALJORD, terra primaria, frugifera, cui opponitur *myr* & *ſkog* i. e. paludes & ſilvæ. GOTHL. *L. c.* 25. §. 5. *þa en þaun mytas aþal jord oc ſkogar oc myr*. i. e. Si contigua fuerint hinc terra arabilis, inde palus & ſilva.

ADALKONA, in *Gipt. B. L. L. c.* 2. dicitur uxor primaria, legitima, cui opponitur *frilla* & *amma*, concubina. Hinc *Adalkonubarn* & *Adalborin*, infantes ex legitima conjuge, ibid. ita dicti reſpectu infantum ex impare conjugio ſusceptorum, *Frillubarn*, *þybarn* &c. *Adaldytrar* filiæ legitimæ dicuntur in JURE GOTHL. Notari meretur, ævo barbaro Latine ſcribentes eodem ſenſu dixiſſe filios *nobiles*. HELMOLDUS in CHRON. SCLAV p. m. 115. *Kanuto erat filius nobilis* i. e. Legitimus.

ADALMUR, murus totam arcem cingens, præcipuus, & interior, cui alterum præſtruendum jubet auctor KONUNGA STYR. p. 210.

ADALPORT, porta arcium præcipua vel decumana. l. c. p. 209.

ADALQVARN, vulgo *Odalqvarn*. In Legibus Patriæ ita dicuntur illa molendina primaria, quæ perenni aqua circumaguntur, diſtincta a *fotqwarnar*, quorum uſus non eſt, niſi vere & autumno. *Stat.* STENONIS STURE *de anno 1485*. apud HADORPHIUM ad calcem LEGG. BIRC. p. 62. *Fotheqwarner, ſom bögde æro gamle odalqwerne til bindbre oc meen.* i. e. Molendina ſecundaria, quæ in fraudem primariorum condita ſunt.

ADELRUNA, v. infra in *Alruna*.

ADALTRÄD appellatur ipſa arbor reſpectu ramorum. Dixit quondam OLAVUS CRASSUS, matrem ſuam allocutus, *Sialdan werda kuiſtir bettri en adaltried.* Raro rami meliores ſunt ſua arbore. v RHENHIELM ad THORST. WIK. S. p 47.

ADALWEG, via regia: in Jure Jutlandico opponitur *forthe*, callis L. 1. c. 56.

ADALWERKNAD appellatur in K. B. *St. L. c.* 17. & WESM. L. *b. t. c.* 24. quælibet opera gravior & majoris molis: e. g. arare, metere. *Sigher Biſkops Lænsman bonda hafwa gjort adhalwärknat å helgom dag.* Si miniſter Epiſcopi quempiam arguerit operoſiorem laborem die feſto ſuſcepiſſe. LOCCENIUS, Legum harum interpres, vertit, *opus feciſſe in ſuo vel alterius prædio allodiali*: ſed minus appoſite: non enim gravius peccatur die Sabbathi in terra allodiali, quam alia quavis.

ADALWILDT dicuntur feræ primariæ, ut cervi, damæ & id genus. DANSKE MAGAZ. H. 45. p. 286. Poſſet hic catalogus longe pluribus augeri (cfr ACTA HAFN. *T. II. p. 267*) ego vero his ſuperſedeo, confiſus, pauca hæc ſufficere explicandis ſimilibus vocabulis, quæ apud exteros ſcriptores occurrunt, ut ſunt

ALEMANNICA.

ADELERBE, apud OTFRIDUM L. I. c. 17. v. 57. ubi de paradiſo loquens ait:

Nu ligit uns unbitherbi
Thaz unſer adalerbi.

Quod vertente WACHTERO ſonat: *hereditatem noſtram legitimam, ſive paradiſum nunc jacere nobis vervacti inſtar inutilem, nullosque fructus ferentem*: recte quidem, ſi pro legitima ſubſtitueris primaria vel frugifera. *Adalerbe* enim heic plane reſpondet noſtro *Adaljord*, quod nuper habuimus: & ita antitheſis luculentior eſt inter *unbitherbi* & *adalerbi*. Quod vero *Erbe* pro terra uſurpetur, obſervabitur infra ad vocem *arf*.

ADALERBO, heres primarius, ut ſunt filii legitimi, reſpectu eorum, qui ex concubina naſcebantur, quibusque non niſi exigua bonorum paternorum portio ceſſit. Occurrit eodem ſenſu apud eundem OTFRIDUM *L. IV. c. 6. 15.*

ADELSCHALK, ſervus nobilis e comitatu Principis. *Decretum* TASSILONIS, *Ducis Bavarici Part.* I. §. 7. *Servi Principis, qui dicuntur Adelſkalcbe, ſuum habeant Weregeldum, juxta morem, quem habuerunt ſub parentibus, & ceteri minores Weregeldi juxta legem ſuam.* Videmus heic, *Adelſkalchos* opponi *ceteris minoribus*. Quod *ſkalk* ſervum notet, ſciunt omnes.

Refero ad hanc claſſem noſtrum *ædel*, dum in ſuo genere præcipuum notat. Ut *ædelſten*, lapis pretioſus. Germ. *edelgeſtein*.

ADEL, apud Oſtrogothos inque aliis Sueciæ partibus uſurpatur pro urina pecudum. *Koadel*, lotium vaccarum. In lingua veteri Britannica *addail* notat fæces, teſte GOT. G. LEIBNITIO in Celticis p. 84. Et quid aliud Suethica vox dicit, quam ſedimentum & fæces corporis ejectas?

ADLA vel *ala*, mejere; apud Dalekarlos de bobus dicitur, ut *ſtalla* de equis.

Å, nota perpetuitatis, quæ varie ſcripta reperitur *æ*, *ææ*, *e* & *ee*. CHRON. RHYTHM. p. 122. *Nu och æ*, nunc & ſemper. HAMMARS TRIDJUNGS RÆTT apud HADORPHIUM ad calcem LEG. BIRC. p. 24.

Gud ſænde them till himmerijkes ööd
Som ee ær lijf, och aldrig dödh.

i. e.

Digitized by Google

i. e.
Miſit eos Deus ad cœleſtes domos,
Ubi ſemper eſt vita & nunquam mors.

Interdum duplicatum hoc *æ* reperitur, mediante copula. HEIMS KR. T. II. p. 384. *ok mun oſs þat æ ok æ uppi*, i. e. manebitque hoc in æternum. Relatio de invent. GOTHL. p. 48. *þa ir þet e oc e*, hoc eſt in omne ævum. Agnoſcit quilibet Græcum *ἀεὶ*, quod in omnes fere Gothicæ L. dialectos ſeſe diffudit. ULPHILAS habet *aiv* ſemper, *ni aiv*, nunquam, *du aiva*, *in aiva*, *und aiv*, in æternum. Anglo-Saxones *a* & *aa*. v. FR. JUNIUS ad WILLERAMUM p. 233. & HICKESII Gram. Franco Theot. p. 76. Alemanni *io* & *ieo*, Cambro-Britanni *eu*, obſervante LEIBNITIO in Celticis p. 118. a quo multum non abludunt Islandi, qui *ei* eodem ſignificatu uſurpant, ut monſtrat vox *eilifd*, æternitas, quaſi vita ſempiterna. SYR. 43. *Fra eilifd til eilifdar*; i. e. ab æterno in æternum, cui adjunge Anglo-Saxonicum *Eælife*, quod habet ſymbolum eorum Apoſtolicum. v. SCHILTERI Gloſſ. p. 278. De origine noſtri *Æ*, utpote voculæ adeo brevis & ſimplicis, & adeo quoque vetuſtæ, nemo credo laborabit; STIERNHIELMIUS tamen in Gloſſ. ULPH. ſub voce *ajukduth* p. 8. eam ſibi viſus eſt inveniſſe in antiquo *a* eſſe, de quo illum conſuli malim l. c. & in v. *haban*, quam quæ ingenioſa adfert, huc transſcribere. Illud addam, cum *æ* compoſita nos habere

ÆGRÆN, ſemper viridis. VOLUSPA, Stroph. 78. *Aſk ſtændur ægræn yfer urdar brunne*, i. e. fraxinus ſtat ſemper viridis ſuper neceſſitatis fonte. Angli pro noſtro *æ* antiquitus *ey*, literis magis quam ſono mutatis, hodieque *ay* dicunt: ita herbæ genus, *ἀείζωον* Græce appellatum, Latine ſempervivum, ſua lingua *ayegreen* i. e. ſemper viride appellant.

ÆWÆRDELIG, h. e. ſemper durans: quod vide in *ewærdelig*.

Æ, nota univerſalitatis. STURLÖG. S. p. 50. *Urarhornet war ſwa fagurt, ſom æ gull ſæi*, cornu bubulum adeo pulcrum erat, quaſi totum ex auro foret. *Ætid*, omni tempore. SYRAC. c. 40. *þar ær ætid abyggia*, ibi omni tempore eſt ſolicitudo. *Ælius*, omnimode clarus. v. SPEGELS Gloſſ. p. 3. Sic promiſcue veteres dixere *alltmedan*, & *æmedan*, contracte *æmæn*. KONG. STYR. p. 82. v. ABRAHAMSONS not. ad Jus civil. p. 38. Et hinc infra docebimus, *Eriksgata*, qui eſt ſolennis Regum Suiogothicorum recens electorum per regni provincias circuitus, dici pro *æriksgata*, vel iter per totum regnum. Videatur interea diſſertatio de Initiatione Regum Suiogothicorum, quam perillustris Comes, Dom. CAROLUS JOHANNES GYLLENBORG anno 1752, tum undecennis, mecum heic Upſaliæ defendit, p. 8.

Æ, aſſeverationi vel comparationi inſervit in ſcriptis medii ævi, ut Germ. *je*, & noſtrum *ju*. KONG. STYR. p. 17. *æ thes flere rada, thes mere ærv the ſkilde.* Quo plures imperaverint, eo major eſt diſſenſio. Et hoc fere ſenſu conjungitur cum prænominibus, *æbo*, *æmedan*, hodie *ebo*, *emedan* v. in E.

ÆCKTA, legitimus, unde *æcktenſkap* & cognata plura. vide in *Ekta*.

ÆFLA, v. *afwel*.

ÆFJA, cœnum, lutum. Aut nomen videtur ſortitum; unde ſui initium, ab aqua nempe, quæ *a* Suecis, Anglo-S. *ea*, dicitur, aut potius unde derivatum ſit, non conſtat.

ÆFWE, vel *æfe*, vitæ curriculum. HEIMS KR. T. II. p. 387. *Er þar nu lokit æfi hans*: finita eſt ibi vita ejus. ibid. T. I. p. 30. *Lykur ſwa hans æfi*. i. e. finitur ita ævum ejus: hinc in EIGILS S. *æfilok*, vitæ finis. Nemo non obſervat harmoniam Linguæ Gothicæ Latialisque, quæ heic ſola terminatione differunt. Quod etiam Græcorum *αἰὼν* pro vita ponatur, auctoritate HOMERI & SOPHOCLIS probat TURNEBUS in Adverſariis L. XX. c. 21. quem adi.

2. Mores, conſuetudo. Hiſt. ALEX. M.

Huru hans æfe hafwa warit,
Qui illius fuerint mores.

Alias apud eundem Poëtam ſæpius ſcribitur *ee*.

Sva ær mins Herra Alexanders ee.
Hic eſt mos Domini mei Alexandri.

Et mox

Han ville Cleophilis ſee,
Henne Pallats oc henne ee.
Voluit Cleophilin videre,
Ejus palarium ejusque mores.

Ex hac voce Latino Barbari *eva* fecere, quod eſt conſuetudo, unde ſecundum *evam* Saxonum, eſt pro more Saxonum. v. Du

FRESNE in v. WACHTERUS in Gloſſ. p. 340. licet minus commode *ee* & *eva* ab *äel* & *æ*, ſemper, derivet, recte tamen obſervat, veterum leges non fuiſſe niſi populi conſenſu receptas conſuetudines, & hinc factum eſſe, ut *eva* etiam pro lege aliquando ſumatur. Tu omnia refer ad *æſe* Gothicum.

ÅFWEN, ſimiliter v. *Efwen.*

ÅFWENTYR, caſus, ut plurimum inſolitus aut periculi plenus. Germ. *abenteur* & *ebenteur*. Non crediderim, magis ſolicitam operam ſeptem olim Græciæ civitates navaſſe, ut Homeri natales ad ſe pertraherent, quam noſtros Philologos, ut ſuæ quisque linguæ originem hujus vocis vindicarent. Lector meus, poſtquam ſingula excuſſerit, inventurus eſt, accidiſſe idem illis, quod judicibus ſolet, a quorum ſimplicioribus ſæpe vel ideo felicius incorruptiusque jus petitur, quod per artis ſuæ exercitium non adſuevere, nodos ſibi aliisque nectere. Qui, inquam, parum acutum hucusque viderunt, credidere ſimpliciter, *æfwentyr* eſſe Gallorum *avanture*. Viderunt conſpirare ſignificatum, ſupereſſe apud illos radicem *avenir*, accidere, eamque a Latio petitam, ubi *evenire* idem eſt. Sed quum hoc triviale eſſet, & tale, quod etiam ab artis imperitis dici poſſet, audendum aliquid duxere Philologi. Qui omnium primus alii cuidam linguæ eandem tribuere auſus fuerit, KILIANUS, ni fallor, erat, quippe qui Belgicæ ſuæ linguæ patrocinaturus, contendit, *æfwentyr* nihil aliud eſſe, quam Teutonicum *avent ure*, hoc eſt, *horam veſpertinam, auſpicium veſpertinum*, forte quia tum ſpectra hominibus negotia faceſſenda meditantur. Tam infelix conatus non deterruit STILERUM, quin in ſuo Sprachſchatz videre vellet, annon Germanicum penu ditius eſſet: & quoties ungues non arroſit, antequam inveniret, *abenteur*, aliunde non provenire, quam ab *ape*, ſimia & *dören*, quod apud Saxones notat audere? Hoc itaque ſtante, *abenteur* erit facinus, quod ne ſimia quidem auſa fuerit: &, ne de etymo dubites, confidenter addit STILERUS, tale quid moliri omnes eos, qui Gallicas voci noſtræ origines venantur. Prætereo STEINBACHIUM, qui, quod quæritur, ſibi inveniſſe viſus eſt in Germanicis vocibus *abend* & *heuer* vel *geheur*, unde *ungeheur*, ut adeo denotet caſum fortuitum, qui fit noctu vel veſpera. Nec nos Sueci noſtræ cauſſæ penitus defuimus: PETRUS SALANUS in notis ad Hiſt. EIGILLI, poſtquam OL. RUDBECKII, Senioris, derivationem ab *ef*, dubium & *töra*, audere honoris cauſſa nominaſſet, ipſe docet *æfintyr* (uti apud antiquos fere ſcribitur v. HERRAUDS S. c. 1.) oriri ab *æfi*, ævum, ætas, & *tyr* vel *þyrd*, imago: ubi tamen notandum, *þyrd* in loco, quem citat, non imaginem, ſed gloriam ſignificare. Miror ego, cur SALANUS noſter non maluerit, in ſubſidium vocare Isl. *tyr* quod laudem, honorem notat; ut ita *æfintyr* absque ullis ambagibus eſſet idem, quod *æfi ſaga*, biographia: quo ſolo ſenſu vox hæc in veteri lingua occurrit. Alterum illud *tyr*, quod ſuo loco præteriit VERELIUS, habet in *ordstyr*, encomium. p. 193. cfr. HEIMS KR. T. II. p. 3. *Svyar haſa littla tyrar for farit til Norregi*: Sueci parum laudis habent ab expeditione Norvegica. Viderer fortaſſis, ſatis attuliſſe conjecturarum, niſi piaculum reputari poſſet, WACHTERUM inauditum dimittere. Ille vero, ut paulo operoſior interdum eſſe ſolet, ita tres diverſæ originis voces effingit, pro totidem ſignificationibus, quas *abenteur* habere, invenit, illasque a trinis diverſis fontibus oriundas. 1. eſt, qua indicat molimen vel facinus audax. 2. qua hiſtoricam narrationem 3. qua periculum, caſum. Ultimum Gallico *avanture* bona fide acceptum refert, medium deducit ab *æſe*, vel Alem. *ewe*, quod ætatem, vitam ſignificare, vidimus. De primo laborat, ita tamen, ut non dubitet, affirmare, *abenteur* ortum ducere a Gothico *aba* vir & *dürren* audere, atque adeo vi compoſiti eſſe auſum virilem. Sed, quod pace viri perſpicaciſſimi dixero, deſidero heic ἀκρίβειαν WACHTERIANAM. *Aba* enim nuspiam in Gothica L. virum notat. Habemus quidem apud ULPHILAM in caſibus obliquis *abin*, Luc. 1: 34. & *aban*, c. 2: 36. ſed pro conjuge non pro viro, quibus neſcio an cognatum ſit Fennonum *awio*, conjux. Secundum hoc, *abenteur* eſſet auſum conjugale, atque adeo non quale Herculis duodecim labores, ſed quale potius Ulyſſis, formoſam Penelopen inter procorum turbam ſolam & viduas noctes agentem relinquentis. *Abo* autem, quod apud VERELIUM invenit, multo minus ipſum juvat: id enim non

Digitized by Google

non niſi incolam notat, compoſitum ab *a*, in & *bo*, colere, habitare. Agnoſcamus itaque peregrinam vocem, forte cum Monachis, qui contexendis fabuloſis hiſtoriis longa ſua otia fallere amaverunt, huc inductam, & obiter notemus, *æwentyr* absque *ſ* ſcribendo, propius ad vocis etymon alludi.

Hinc habemus *till æſwentyrs* forte, Gall. *par avanture*, nec non *æſwentyra*, periclitari.

ÆGA, habere, poſſidere. Vox hæc manifeſtam prodit cognationem cum Græco ἔχειν, ut illius ſynonymum *haſwa* cum Latino *habere*. Videri hinc poſſet, ſatius eſſe, *ega* quam *æga* pingi, in primis quum Islandi *eiga* ſcribant, & affinia *egen*, *egendom* hanc orthographiam juvent; ſed ſequor tamen hic, ut alias libenter, communiorem uſum, præſertim, quum videam, huc trahere antiquiſſimum gentium Gothicarum uſum. Mœſogothi *aigan* dicunt, Anglo-Saxones *agan*, & majores noſtri *aga*, v. *Bygn. B. L. L.* c. 25. §. 3. Denotat autem vox hæc

1. Poſſidere, habere, ut *Widerb. B.* HELS. L. c. 14. §. 1. *Den ſom ægher land, ægher ſtrandh*, qui terram poſſidet, poſſidet etiam littus.

ÆGOR dicuntur ſpeciali notione, ſolum, quod prædio adjacet, ſilvæ, paſcua, prata &c. HELS. L. *Ærfd. B. Sva ſkiptis i hema aghum*: ita dividuntur bona prædio propiora. Hisce opponuntur *umeghnir*, quæ longius a prædio diſtant. *ib. Thing. B. c. 9.* Utraque generali vocabulo dicuntur *tilågor*, ut in CHRON. RHYTHM. min. p. 38.

Bryttia, querna och landboa
Och andra många goda tilagha.
Politores, molendina & colonos,
Et multa alia bona ſoli.

2. Senſu morali comprehendit tam jus quam obligationem, h. e. tam quod alii mihi debent, quam quod ego illis. Prioris ſignificationis exempla in pandectis noſtris quavis fere pagina occurrunt: ut *Kong. B.* L. L. c. 4. *Konungen ægher i ryke ſino aff Gudi högſte dom haſwa öfwer alla werldzlika domare.* i. e. Rex jus habet divinitus conceſſum ſupremum judicium exercendi ſuper omnes ſeculares judices.

3. Poſterioris exemplum habemus in Conſtit. MAGNI SMEK ad calcem LEGG. BIRC. *p. 21. Warþer nakor man i kronune þiæniſt fangen, þa æger Konunger han löſæ.* i. e. Si quis ſtipendia faciens in captivitatem abductus fuerit, Rex eum redimendum habet. ib. p. 9. *Recker ej ſidhan aath, tha ſkal mins Herres æmbetzman antwardha thom, ſom gieldhit eghir, i hender thöm, ſom gieldith ſkal upbæra*: ſi ſolvendo nomini non ſuffecerint facultates, tum Officialis domini mei tradet eum, qui debet, ei, cui debetur. Hinc in nonnullis inferioris Sueciæ partibus adhuc dicitur: *jag æger honom ſå mycket*, tantum illi debeo. Angli *to owe* eodem ſenſu uſurpant, quam vocem a noſtra diverſam non eſſe, jam ante me obſervarunt eruditi (v. JUNII Etymol. in v. *own*) & manifeſtius erit, ſi meminerimus, Anglos majorum ſuorum *g* cum *w* ſæpe permutare; ut dum a *boga* arcus, *laga* lex, fecerunt *bow*, *law*, & ſic in centenis aliis.

4. Honeſto loquendi genere, amores venereos notat: ut WESTG. L. *Rættl.* B. c. 10. *Jak ſa at tu atti modir tina*: vidi te inceſtum committentem cum matre tua. Latini eodem ſenſu ſuum *habere* uſurpant. TERENTIUS AD. I. 1. *Quis heri habuit Chryſidem.* TIBULLUS *L. 1.* El. 2.

Ferreus ille quidem, qui, te cum poſſit habere,
Maluerit prædas ſtultus & arma ſequi.

Sic etiam Græci ἔχειν uſurpant; ut dum DIOGENES LAERTIUS ARISTIPPUM dicentem inducit: ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι; Laida habeo, non habeor. v. EMENESSIUS ad VIRG. Ecl. c. 1. v. 31. nec non STIERNHIELMIUS in indice ad LEGG. WESTG. in voce *æga*.

AEGG, acies. Conjungi ſæpe ſolet cum *odd* vel *udd*. OLOFS S. c. 66. *eida land oddi oc eggiu*, vaſtare regionem acie & cuſpide. Scilicet *udd* eſt, quo punctim, *ægg* quo cæſim feritur. Vocem antiquiſſimam merito dicit WACHTERUS, utpote quæ in omnibus fere Linguis Europæis agnoſcitur. Gr. ἀκή, unde ἀκάζω, acuo. Lat. *acies*, una cum numeroſa familia, *acus*, *acuo*, *aculeus*, *acer*, *acidus*, *occa*, *ico*, &c. Cambrice *awch*, apud LEIBNITIUM in Celticis. A. S. *ecge*, Ang. *edge*. Gall. *aiguiſer*, acuere. Ital. *aguzzare*. id.

ÆGGA, A. S. *eggian* Isl. *egga*. Gall. ant. *ecber*, incitare, acuere: Sueth. *uppægga*, id. & *barmægga*, ad iram incitare. KON. STYR. p. 147.

AGG, ſimultas, v. ſuo loco.

In illa, quam offendimus, dialectorum varietate *ægg* & derivata cum *æ* ſcribimus, quum antiquiores *a* habe-

ant, & ita commode diſtinguatur ab *egg* ovum.

AELA, procella, tempeſtas. CHRON. RHYTHM. p. 31.

Både innan lugn oc i æla,
Mari tranquillo & tempeſtuoſo.

Conſpirat *ἀέλλα*, procella. Celtis *auel* ſeu *avel* idem eſt, docente PEZRONIO in tract. de Orig. & L. Celtarum p. 332. Isl. *allda* fluctum notat apud GUDMUNDUM ANDREÆ, & *jel* vel *el*, hodie *il*, tempeſtatem ſubito ortam. HEIMS KR. T. I. p. 353. *þa gerti illviþri oc el ſwa mikil*, tum orta eſt procella & tempeſtas tanta. Ab hoc *el* mare Biarmicum *Eliwogar* dictum fuiſſe, obſervat BIÖRNERUS in Tr. Etymol. p. 80. 81.

AELAS, jocari, inſtar infantum ludere, *ælas vid en*, aliquem ludificari: v. SPEGELS Gloſſ. p. 3. hinc *æle* irriſio. CHRON. RHYTHM. p. 515.

Han bade them hällit för æle,
Ok ſannelika giordt them til træle.
Illos deriſui habuiſſet,
Et in ſervitutem omnino redegiſſet.

Isl. *hiala* eſt infantum more loqui, unde *jolla* & *jollra* habemus.

ÆLF, genius, dæmonium apud veteres Suiogothos, quibus varios naturæ effectus tribuerunt. In Mythologia EDDICA, ubi *alfar*, & in ſingulari *alfr* legimus, duplicis generis eſſe dicuntur, *Svartalfar* & *Liosalfar* h.e. genii nigri & candidi. Anglo-Saxones, quibus *ælfen* & *elfen* audiunt, varias eorum claſſes enumerant, ut in Gloſſ. ÆLFRICI *muntælfen*, oreades, *wuduælfen*, dryades, *ſæelfen*, naiades. Germani *alp* dicunt, quam vocem alii ab *helfen* juvare, alii a Gr. ὄλβιος, felix deducunt; GUDMUNDUS vero ANDREÆ in Lex. Isl. p. 9. aut ab *half* quaſi ſemihomo, vel ab עלף, latuit. Cum hominibus eos ſæpe commercia habuiſſe, & interdum genus miſcuiſſe, arbitrabantur veteres, quippe qui ſua venuſtate homines faſcinatos capiebant: unde de formoſa dicebatur: *fridr ſem alfkona*, pulcritudine *Alfam* referens: Stata, quæ illis fiebant, ſacrificia, *alfablot* nuncupabantur. Ab iisdem ſuperſunt indita nomina

ÆLFDANS, ita vocantur circuli, qui in pratis cernuntur lætiori ridere virore. Credit vulgus, hic ſaltaſſe *Alfos* v. OLAI MAGNI Hiſt. Lib. 3. c. 10.

ÆLFBLÆST, i.e. afflatus *Alforum*: eſt ſpecies tumoris in corpore ſubito orti. Nomen indicat, quæ antiquorum de eo opinio fuerit.

ÆLJES, vel *æljeſt*, alias. Gr. ἄλλως. A. S. *ellis*. Al. *alles*, ut apud TATIANUM c. 56. 8. *Inti nioman ſentit niuuan uuin in altin belgin, alles brihit.* Nemo mittit novum vinum in vetuſtos utres, alias rumpuntur. Ang. *elſe*, Dan. *ellers*. In antiquis patriæ monumentis diverſimode ſcribitur, ut *æller, ælligher, ælligbæs*. v. Conſt. MAGNI R. apud HADORPHIUM, poſt LEGES BIRCENS. p. 5. §. 12, 13, 15. ceterum communiſſime *æljeſt*, quod quam ſororiam ſimilitudinem cum Latino *alias* habeat, quivis, vel me non monente, facile animadvertit. Sed utra lingua alteri commodarit, quæris: reſpondeo, ex communi fonte utrumque dimanaſſe: Gothi certe in vetuſtioribus dialectis *el* habent pro alio. v. omnino WACHTERUS p. 360.

2. Notat præterea, de cetero, ant. *æller*. Confirm. LEG. UPL. ad fin. *Æller viljum wir ok biudhum ſtarklika* i. e. de cetero vel præterea volumus, & firmiter jubemus: ita & nos, *æljes vill jag bedja tig*, de cetero rogatum te volo.

ÆLSKA, amare, Dan. *elſke:* vox ſeptentrioni noſtro, quantum ſcio, propria, dum reliquæ *frijon* habent, *minnon, lieben* &c. quorum hoc Germanorum, illud Alemannorum, iſtud Mœſogothorum eſt. Non dubito, quin ortum ducat ab *eld*, quod olim *æld* pronunciabatur. A. S. *æled.* Solenne quippe eſt verba ignem denotantia ad amorem transferre, ut VIRG. Ecl. II. v. 1.

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin. Et Metam. Lib. VII.
Quid in hoſpite regia virgo Ureris?

Taceo millena talia.

ÆLSKOG, amor. Ultima vocis pars orta ab *hog* animus, ut *farhoga* timiditas, *ræddhoga*, idem.

ÆLSKELIG, amabilis. Isl. id. OL. TRYGG. S. p. 10.

ÆLTA, pellere, trudere, ab *aſl* vis, robur: adeoque in genere notat motum corporis robore peractum, qualis eſt eorum, qui nolentes renitentesque loco movent. WESTG. L. *Ærfd.* B. c. 9. §. 6. *ælter brodher ſyſter fran boslott.* Si frater ſororem a ſua portione abegerit. Hiſt. ALEX. M.

Kyldena alla ſkött bortælte.
Frigus omnes cito abegit.

Hinc

Digitized by Google

Hinc *Fyriſællta* dicebatur pugna illa, qua ad *Fyriswall*, Upſaliæ vicinum, Dani cæſi in fugam conjiciebantur. Knitl. S. p. 4.

2. Notat molimina vel graviorem laborem, ut *ælta ler*, ſubigere argillam, quod fit vel tudibus, vel calcatione boum. Hinc *æltebo*, *æltekar* vas, quod argillam ſubigendam recipit. Neſcio, an huc referre debeam *ælta* nomen, quod frequens eſt in ore vulgi pro febricula infantum: videri certe poſſet ita dicta a motu, quo corpus tunc concutitur.

3. Singularis eſt uſus hujus vocis in Legibus Weſtrogothicis, ubi bis occurrit *Bygg. B.* c. 9. §. 6. & *Forn. B.* c. 5. §. 1. & utrobique de pecore in alieno agro capto, de quo regula extat, ***akernam ſkal ælta fra manni, ok eigh taka***, quam Carolus Lundius in emendatione verſionis Loccenianæ ita interpretatur: ***jumentum interceptam, data pecunia vel prece recuperari, non vero vi recipi debet.*** Sermonis ſeries hunc certe ſenſum requirit, quum hic actus opponatur violentiæ apertæ, *rana* & *taka*. conf. Dal. L. *p. 30. §. 8.*

ÆLTA, deſiderare, enixe cupere, *ælta efter något*. Apud Scotos *etle* eſt deſtinare, cupere, atque adeo ejusdem proſapiæ, ac Isl. *ætla*, id. Cum noſtro confer ἐλδομαι, deſidero.

ÆMBAR, amphora, ſitula. Chron. Rhythm. Had. p. 523.

Hade jag min kiſta med paper full
Och hade jak tu åmbar full med bläck
Och manga penner i en ſtoran ſäck
Jak kunde thet ej ſkrifwa for tik.

Si ſcrinia mea papyro plena haberem,
Si atramenti duæ amphoræ forent,
Et multis pennis ſaccus plenus;
Omnia tamen tibi perſcribere non poſſem.

Sic pro ſeculi ſimplicitate Poëta noſter id dicit, quod Virgilius olim:

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas, &c.

Niſi jam inde ab infantia noſtram admirationem pignerati eſſent ſcriptores Romani, quærere liceret, utrum horum ad naturam rei proprius accedat? Sed ut ad noſtrum *æmbar* redeam, occurrit etiam in dialectis cognatis, A. S. *amber*, *ambra*, unde Barbara Latinitas procudit *ambra*. Francis *embre* dicitur, a quo ſequiori ætate, & vulgi Germanici arbitrio, ortum eſt *eymer*. Cuncta matrem agnoſcunt Græcam vocem ἀμφορεὺς, unde Lat. *amphora*.

ÆMBETE, munus, officium. Vox antiquiſſima, & per omnes Scythicæ originis Linguas diffuſa. Apud Ulphilam Luc. I: 23. *dagos andbahteis* eſt dies officii. A. S. *embeht*, *embiht*, Al. *ambahti*, Isl. *embete*. Germani duas ſyllabas in unam contrahentes *ambt* dicunt. Qui porro officium aliquod obiit, apud Alemannos dicebatur *ambath*, apud nos *ambot* vel *ambat*, quod tamen nomen in Legibus patriis ad ſervas reſtrictum eſſe, creditur. v. Stiernhök de Jure Sueon. vet. p. 207. unde *ambatar ſonur*, ſervæ filius. Verum quod olim nomen hoc utrique ſexui commune fuerit, docet non tantum Codex Argenteus, in quo *andbahts* pro ſervo comparet, Marc. 9:35. atque Leges patriæ, v. Westg. L. *Ærfd. B.* c. 7. (cfr. Landnama S. p. 10. & Er. Aurivillii collat. Juris Just. cum Sueth. Ex. II. p. 80.) ſed Latinorum etiam Scriptorum auctoritas, qui levi mutatione *ambactum* tanquam Gallicum vocabulum afferunt. J. Cæsarem & Festum loquor; illum in hiſtoria belli Gallici L. VI. c. 14. qui, *ut quisque*, inquit, *eſt genere copiisque ampliſſimus, ita plurimos circa ſe* ambactos *clientesque habet:* hunc p. m. 73. *Ambactus apud Ennium L. Gallica ſervus dicitur.* Retuli jam in Specimine III. Gloſſ. Ulphil. p. 64. quot in Goropium Becanum ſcommata conjecerit Josephus Scaliger, quod dicere ille auſus fuerat, vocem originis Latinæ non eſſe, ab ambigendo ortam, ſed Gothicam, & quantopere hoc aliorum inſuetas veritati aures offenderit: cfr. Lev. Torrentii præf. ad inedita Goropii. Si a me quæratur, quæ hujus vocabuli ſit compoſitio, qui natales, video equidem Stiernhielmium in Gloſſ. Ulphil. illud referre ad *am* vel *an* & *hjuda* præcipere: ſed ita dominis quam ſervis hoc nomen convenientius foret. Alter Ulphilæ editor, Junius, vocis etymon ponit *bak* tergum, quum ſervorum, inprimis honoratiorum, ſit, a tergo dominum ſequi. Wachterus eundem ſenſum, ſed alia via invenit, vocem ortam putans ab *am* vel *amb*, circum, & *achten* ſequi. Sed obſervari debet, dum etymon quæritur, vocem in ſuo fonte reſpiciendam, non prout in peregrino ore diſtor-

diſtorta ſonat. Apud Ulphilam vero eſt *andbahts*, quod, ut ab *achten* derivari minime poteſt, ita manifeſtam compoſitionem præfert ab *and* & *bath*; Hoc vero *bath* quid vocabuli ſit, ſi porro quæratur, tergiverſabor ego certe, donec adeo fuerimus felices, ut in deperdita Ulphilæ folia incidamus. Eousque enim vanus erit eorum labor, qui rationem reddere voluerint ejus linguæ, cujus tam parum reſiduum habemus. Notari de cetero meretur, noſtrum *æmbete* in Lege Salica Latine *ambaſciam* dici. Tit. I. 3. *Si in dominica* ambaſcia *fuerit occupatus, manniri non poteſt.* Qui talem *ambaſciam* obiit, deinde *ambaſciator* apellatus fuit, & noſtro ævo, non tanta ſoni, quanta ſignificatus immutatione, *Ambaſſadeur*, quod nomen gerit, qui Principis ſui munia ad aulam peregrinam obit. Adeo inſtabiles ſunt inprimis titulorum vices! videmus quippe ſervilia olim munia nomina ſua retinuiſſe, licet ad primas dignitates evecta, & contra. Certum id eſt de Cancellariis, Mareſchalkis, Seneſchalkis, Stabulariis & multis aliis, quibus & adjunge ſequens

Æmbetsman, quod nomen, licet omnium primo ſervum indicaverit, poſtea tamen etiam honoratioribus muniis additum fuit. In Edicto Magni Erici R de anno 1344 apud Hadorphium ad Leg. Birc. p. 16. *Åmbetsman* titulus erat Proregis, qui ſub abſentia Magni in Norwegia regnum cum tribus Senatoribus moderaturus erat. *Waar Åmbetsman ſkal war aarliken ingiæld uppbæra, litin ok myckin, han ok þri af wart Raaþ i Lagſagbu hwarie, meþan wi af landit fara, ſkulu warn dom haſwa*, i. e. Proregi noſtro annui reditus noſtri, maximi minimi, tradentur. Ille, donec a regno abſentes fuerimus, cum tribus Senatoribus noſtro nomine jus petentibus dabit. Videmus ex §. antecedente illi proficiſcenti XLV. equos adſignatos fuiſſe, dum ceteris ſenatoribus non niſi XII. Sic in edicto Christophori de anno 1441. ib. p. 47 *Æmbitmæn* diſtinguuntur a Senatoribus, illisque anteponunur. Prohibetur ibi etiam quibuscunque portio gladii, *utan han wari waar ambitsman æller waart Raad*, niſi fuerit Prorex aut Senator noſter. Poſtea nomen hoc commune fuit officialibus quibuscunque regiis & provinciarum curatoribus.

Recentiſſimis temporibus. quum *æmbete* uſurpari cœpit, pro collegiis opificum, ut *ſkomakare æmbete*, collegium ſutorum, *æmbetsman* denotat membrum illius, quique ruri iſtiusmodi opificia exercet. v. Abrahamssons notas ad Leg. Civ. p. 172.

ÆMNE, materia, vel id, unde aliud fieri poteſt, ab Isl. *efni* id. *brödæmne* dicitur maſſa, a qua panes fiunt. In Jure Aulico Norvegico Princeps juventutis audit *Kongsefni* p. 43. conſ. Chron. Rhyt. p. 379. *Hertugsefni*, futurus dux, *kuanarefni*, apud Verel. ſponſa, futura uxor: hinc *ett godt æmne*, *ett ſtort æmne* de eo dicitur, cui magnum omen ineſt. Isl. *efnilegur*, id.

2. Notat formulam, utpote ſecundum quam aliquid dicitur aut ſcribitur: ita in laudato Jure Aulico p. 43. dicitur de Rege initiando: *han ſkal tala edur tala lata meþ þeſſu efni:* loquetur, aut pro ſe alium loqui jubebit, in hanc formulam.

3. Facultates, tanquam, deſtinatorum materia & nervus agendi. Edict. Magni Lad. de anno 1285. apud Hadorph. ad Leg. Birc. p. 5. §. 15. *Löſe ſik ſwa, ſum þæs ær æmni, ær fangin ær*, ita ſe redimet, ut tulerint ejus facultates, qui captivus tenetur. cfr. St. L. *Kirk.* B. c. 5. *Biſkuper a ſkuda æmpni thera*, Epiſcopus expendet facultates eorum: hoc eſt, quemadmodum ſacerdotem nutrire valeant. Hinc *æfter råd och æmne*, pro facultatibus. *en wæl æmnad man* aliquando dicitur, cui ſatis eſt facultatum. v. Tegels Hiſtoria Gust. I. P. II. p. 69.

Æmna, duo denotat, 1. deſtinare, animo rem quampiam perficiendam concipere; ut *han æmnar till att bygga*, ædificium exſtruere, cogitat, Heims Kr. Tom. I p. 445. *efnaþi han til Kaupſtaþar*, emporium erigere, ſtatuebat. 2 Cogitata perficere: Poſterior ſignificatio tantum apud Islandos ſupereſt. v. Verel. in *efna*.

ÆN, particula, quæ ubi cum alia voce coaleſcit; ut *ænnu*, etiamnum, *ændock*, quamvis, æquipollet Alemannico *i* in *inoh*, etiamnum, *itoh* quamvis. v. Schilteri Gloſſ. p. 477. nec non recentiorum *an* in *annoch*, &c. Diſcreta vero dum ponitur, varios ſignificatus habet, ut mox afferendis exemplis docebitur.

ÆN, reſpondet Latinorum adhuc, ſive nota temporis ſive comparationis fuerit. e.g. *æn ſtår ſtenen i grönan dal*, adhuc lapis ſtat in valle virente, ut eſt in cantico veteri, de quo vide peculiarem Diſſert. heic Upſaliæ habitam.

2. Nec minus frequenter comparationi inſervit, ut *flere æn en*, plures uno, *lättare æn fiæder*, pluma levior. Anti-

Digitized by Google

Antiquiores ſæpe hujus loco *þen* ponunt. Leg. Birc. c. 9. §. 6. *ær pantin warri þen han utſætte*, ſi pignus deterius factum eſt, quam ubi id tradidit. Græci ἤ hoc ſenſu uſurpant, cui nos *n* forte addidimus.

ÆN, particula conditionalis, literarum elementis & ſono referens Græcorum ἐάν, ſi. Occurrit ſæpiſſime hoc ſenſu in legibus antiquis. Westg. L. *Rættl. B.* c. 71. *æn fæ flögher*, ſi pecus tranſilierit: ib. *æn flögher or gærdhi*, ſi ex arvo ſe proripuerit. Obſolevit ille hujus particulæ uſus noſtro tempore, niſi ubi aliis interdum ſynonymis adjungitur; ut *ændock, ænſkönt, öm æn, faſt æn, æn om*, quod ultimum locum fere habet in interrogationibus: *æn om jag gör thet*, quid ſi hoc fecero? L. Mœſogothica *an* eodem ſenſu uſurpat: ut Joh. 9: 36. *an hwas is ſan*, quis eſt Domine? & Luc. 3: 10. *an hua taujaima*, quid ergo faciemus? in quo poſteriori loco editiones Junii & Stiernhielmii perperam habere *than* obſervatur in Ulphila Illustrato p. 83.

ÆN, particula conjunctiva jam deſita, ſed in ſcriptis medii ævi codicibusque Legum ubique occurrens. Isl. *end*, A.S. *and*. Al. *enti, inti, indi*, Germ. *und*. Convenit Lat. *et*, cui Gothi *n* more eorum inſeruere, ultima litera ſenſim extrita.

ÆNDA, usque, adverbium loci & temporis, quod tot ſubiit mutationes, inter ora hominum volando, ut vix agnoſci poſſit. Ebr. עד, *ad* ſonat, Isl. *aþur* ut Heims Kr. T. I. p. 90. *Riþer Haralþur Kon. a þa leiþ aþur til, þer huarir verda varir vid aþra*, pergit Haraldus in eam partem, usque dum alter in alterius conſpectum venit. Anglo-Saxones *oth* habent, Mœſogothi *n*, ut ſæpe, inſerto, *und*, ut *und himin*, Luc. 10: 15. & item *unte*, v. Junii Gloſſ. Ulphil. Alemanni *unt, unz, unze* dixere, Isl. *uns* & *unſt*. v. Verel. p. 298. Latini, *n* eliſo, *us* primum, dein *usque*. Belgæ hodieque *unt*, *unte* & *bent*, v. Mylii Archæol. p. 176. Angli *until*, cui affine eſt noſtrum *in till, in till thes*, ut Luc. 1: 45. *In till then dagen, tå thetta ſker*, usque ad eum diem, quo hoc fiet. Videmus hinc evidenter, vocem rectius ſcribi per *e*, quum in tota familia ejus nullum *a* vel *æ* ſit, & deinde, eam diverſam eſſe a mox ſequente *ænde* finis, licet hæc particula nihil aliud proprie ſignificet, quam finem rei aut durationis, uti quoque apud Latinos *finis* ad ſimilem ſignificatum adhibetur. Cic. de Nat. Deorum Lib. II. *Quid dicam, quantus amor beſtiarum ſit, in educandis cuſtodiendisve iis, quæ procreaverunt, usque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere.* cfr. II. Verr. 6.

2. Notat continuationem actus, ut in illis: *ænda med, ænda utföre, ændalongs*, ita dicimus: *fara ændalongs ſtranden*, littus legere, A. S. *andlong, andlang ſæ*, juxta mare. Eigils S. p. 32. *Bolabiorn klauf ſkioldin allan ad endi longu*, Bolabiorn fidit ſcutum a ſummo ad imum.

ÆNDE, finis. Ulph. *andei*, Isl. *ende*, A. S. *end, endi*, Al. *enti*, Angl. *end*, Germ. *ende*. Circa originem vocis duas inveni conjecturas, alteram Stiernhielmii in Gloſſ. Ulph. ab ἀνύττειν perficere, alteram Wachteri ab *anen*, quod apud Alemannos privare notat, quum finis ſit, qui res exiſtentia privat. Ego, quod ſemel dixiſſe velim, inutilem fere operam eos ponere credidero, qui generationes vocum Scythogothicarum, non compoſitarum, indagare volunt. Quam parum enim hujus linguæ ſupereſt, quamque adeo facilis lapſus! Quod vero ad ſignificationem vocis noſtræ attinet, obſervari debet, illam non tantum finem, ſed etiam rei initium indicare: ita dicimus: *Læſa en bok igenom från en ænda till then andra*, librum perlegere ab initio ad finem. Et idem vocis uſus eſt apud Alemannos. Tatian. c. 45: 5. *Sie fultan ſiu unz an enti*, impleverunt eas, (hydrias) usque ad ſummum. Sic c. 203, 2. *fon oban entigi ubaral giuueban*, deſuper per totum contexta. Otfr. Lib. II. c. 8, 72. *unz in obanentig*, usque ad ſummum. *Obanentig* ergo eſt, quod dicimus *öfre ændan*, de quo obiter noto, vitioſe id exaratum comparere apud Keronem, Pſ. 18: 7. *obanahtigemo* pro *obanentigemo*. cfr. Palthenius ad Tat. p. 336.

2. Immo vero, non ſolum rei initium & extremum, ſed etiam quod inter illa medium eſt, notat, ubi de regionibus ſermo eſt; uti *landsændar*, quod proprie de terminis & limitibus dicitur, deinde ipſi regioni applicatur: e. g. *Han kom i Galilæa landsændar*, venit in regionem Galilææ. Litt.

Senat.

Senat. Reg. de anno 1440. apud Hadorph. ad Calc. L. Birc. p. 65. *oc biudhom Guldſmederna i then landsænda*, præcipimus aurifabris ejus regionis. Conſenſum Linguæ Alemannicæ v. apud Palthen. ad Tatian. p. 347. & Schilt. p. 265. Affine videtur eſſe *att*, *ætt*, quod infra occurrit.

3. Notat ſcopum, *till hvad ænda gör tu thet*, in quem finem id facis? hinc *ændemål*, ſcopus.

Ænda, finire, A. S. *endian*, Al. *enton*, G. *enden*: uſurpatur de quavis conſummatione operis. Hiſt. Alex. M.

Fore mina mödo jak hafwer ændt,
Pro labore, quem exegi, exhauſi.

Vita Ansgarii p. 108. *at han thær nokot kunde ånda*, ut ibi quid perficere poſſet. cfr. p. 75.

2. Speciatim in foro uſurpabatur olim eodem ſenſu, quo Lat. Barbari dixere, finire, finare, finem facere. h. e. paciſci, tranſigere; v. du Fresne. Huc refer *ænde*, pactio, *göra en vænlig ænde*, amice tranſigere. cfr. Cant. Eccl. N:o 202. v. 2. *Nær allt öfwer tingat war till ænde*, quum inita pactio eſſet. Chron. Rhythm. p. 201. *Höra hwäd the kunde ånda*, audire, quid tranſigere poſſent.

3. Apud Uplandos *ænda* dicitur, quod cito finiri poteſt. *Thet ænder ſå litet*, parum proficio, finem non video. Hinc *ændelig man*. Prov. 22: 29, qui cito opus ſuum perficit: quo eodem vocabulo in ſua lingua ibi utitur Lutherus, *endelich*.

Ændalykt, v. infra in *anda*.

Ændteligen, tandem, diverſum ab *enteligen*, omnino, quod vide ſuo loco. Eſt etiam *ændtelig* adjectivum, ut *ændteligt ſlut*: finis ultimus.

Åndra, mutare, quaſi dixeris, alium reddere, *åndra ſitt beſlut*, conſilium mutare: alias *förändra*.

ÆNG, proprie notat planitiem ad littus maris, actam: v. Westg. L. *Bygg. B.* c. 10. §. 2. Isl. *angur* id. Deinde, quum ea fere herbifera eſſe ſoleat, ſpecialius transfertur ad indicandum pratum. Al. *angar*, arva, in Gloſſ. Pez. Germ. *anger*. Hiſt. Alex. M.

Jak ſaa a enom vidom anger,
Vidi in ingenti planitie.

Ad iſtiusmodi planities quum porro confluere ſoleret populus, commercia ſua inter ſe exercens; inde communi nomine dicta fuere *kaupangr*, *kaupvanger*, dein *kaupungr* & tandem *köping*. Eſt ab iſtiusmodi ſinubus vel paſcuis campis, quod *Angermannia*, & bene multa alia loca, *Löfånger*, *Selånger* &c. Verelio judice, nomen ſuum habent, & apud exteros *Engern*, (v. Wachterus in v. *anger*.) forſitan & ipſa Anglia, cujus tam primitivæ quam recentioris ſitus talis utique erat, ut hinc multo veriſimilius nomen ſuum arceſſat, quam vel a Lat. *angulus*, vel ab *angeln*, hamo piſcari. Prætereo Norvegorum *Staffanger*, *Hardanger* & plura alia, quæ recenſet Petrus Claudii in Deſc. Norvegiæ, id tamen haud præteriturus, falſam eſſe Gerh. Schoningii conjecturam, qui in Tentamine Geogr. Veteris p. 111. ex hac locorum terminatione concludit, Norvegos fuiſſe primos Angermanniæ habitatores, idque exinde, quod vox illa *anger* illis, non vero Suecis in uſu fuerit. Vix enim ulla Sueciæ ſuperioris pars eſt, quæ non quædam loca habeat in hanc terminationem exeuntia. Apud Isidorum *angræ* ſunt intervalla arborum & convalles. In Gloſſis Philoxeni *angræ* explicantur ἄγκεα, αὐλῶνες, v. Vossii Etymol. in voce *antræ*. Has peregrinas voces noſtram neceſſitudine tangere, credere videtur modo laudatus Wachterus. Id adjungere debeo, Anglo-Saxones, *w* præfixo, *wang* appellaſſe campum quemlibet, a quo non abludit Scanenſium *wång*, id. Lucem ulteriorem huic vocabulo addent illa, quæ infra in v. *Ing* ſumus allaturi.

Ængd, proprie planitiem notat, deinde regionem in genere: Vox jam in vulgari ſermone fere obſoleta, in ſacro tamen codice Suecano non raro occurrens.

ÆNGEL, angelus. Ulph. *aggilus*, Germ. *engel*. Gall. *ange*. Angl. *angel*, & ſic in ceteris, a Gr. ἄγγελος, quod ab ἀγγέλλω, mitto.

ÆNGSLAN, v. infra in *ånger*.

ÆNNE, frons. Al. apud Rhab. Maurum de partibus corporis humani, *endi*, alias *andi*, *andin*, *andine* (v. Schilt. Gloſſ. in v.) & *eindi*, ut in Rhyth. de S. Annone, v. 371. de *Cyclopibus*:

An dem eindo hatten ſie ein ouge,
In fronte habebant unum oculum.

Ubi, quod obiter moneo, interpres incommode vertit *in fine*. Credidi, ortum eſſe noſtrum ab *and* contra, quum ſit illa pars, quæ aliis obvertitur, & qua contra tuemur, idque inprimis ex parallelismo Linguarum cognatarum, quæ vultum a videndo omnes fere appellant, ut docent Su. *anſigte* A. S. *anſyn*, Al. *anaſicht*: Sueth. *anlete* A. S. *andvlita*. Ulph. *andawleiz*. Isl. *anliti*, *widurliti* a *vider*, contra & *lita* adſpicere. Fuerint tamen fortasſis, qui Wachtero lubentius acceſſerint,

rint, qui *ænne* ad *ænde* finem refert, cum frons ſit extremum corporis. Nos vero Sueci hæc duo ſedulo diſtinguimus, idque non orthographia tantum, ſed etiam genere grammatico: *ænne* enim neutrum eſt, *ænde* vero maſculinum.

ÆNNESPAN, ornatus frontis apud Ebræos: vox in S. Codice frequens.

ÆNNELÅF, laus adulatoria, quæ coram alicui datur. KON. STYR. p. 145. vox proba & digna, quæ in civitatem revocetur, niſi cum re ipſa perpetuæ oblivioni mandari poſſit.

Huc etiam non dubito, quin referri debeat noſtrum loquendi genus, *falla, kaſta öfwer ænda*, i.e. præcipitem ruere vel dare. Dicitur hoc nempe eadem ratione, ac Latinorum *præceps*, a notabili illo graviter cadentium poſitu, quo caput corpore inferius eſt. Conſpirant *hufwudſtupa, falla omkull*, a *kull* vel *kulle*, vertex capitis, quæ eadem vox & dicendi ratio obſervatur in Gallico *culbuter*, ut recte, & MENAGIO melius, docet WACHTERUS, in v. *Kobold*. Angli uſurpant *topſy turvy*, quod, SKINNERO auctore, dicitur, ubi caput aut apex eſt, ubi pedes vel baſis eſſe deberet: quaſi dicas, *tops in turves*, vertices ſeu capita in ceſpite, capita humi ſtrata. conf. LYE ad JUNII Etymol. Apud ULPHILAM, MATTH. 8: 32. occurrit, tam JUNIO, quam STIERNHIELMIO omiſſum *anddriuſon*, quod ejusdem valoris adverbium eſt. *Jah ſai, run gavaurhtedun ſis alla ſo hairda anddriuſon in marein:* & ecce, curſum fecit omnis grex præceps, vel præcipitanter, in mare. Componitur vero *anddriuſon* ab *and* & *driuſan*, quod cadere notat: ex analogia porro, tam etymologica, quam phraſeologica ceterarum Linguarum, conjicere liceat, *and* ex *andeis* eſſe, & hoc in L. Mœſogothica ſignificationem verticis, perinde ac, quod alias occurrit, finis habuiſſe. Si, quæ hucusque attuli, vera ſunt, patet utique, rectius & magis analogice ſcribi *öfwer ænne*, quam *öfwer ænda*.

ÆNSKÖNT, quamvis v. *Skönt*.

ÆPA, *öpa*, clamare, vociferari. VEREL. p. 26. Vocula hæc, etiamſi hodie in ſeptentrione obſoleverit, notatu tamen dignior eſt, quam ut a me omitti debeat, idque tam ob harmoniam plerarumque Linguarum vetuſtiorum, quam ob ſurculos ejus, apud nos hic illic reſiduos. Ut prius demonſtrem, a Lingua Gr. initium faciam, ubi *ἠπύω* idem ſonat. HESIOD. *Κύκνοι ἀερσιπόται μεγάλ᾽ ἤπυον*. i. e. cygni aërii multum clamabant. Apud HESYCHIUM etiam occurrit *ἰβύω*, quod ſynonymum eſt, & unde *ἶβυς*, avis genus *κρακτικὸν*, nomen habuit. v. H. STEPHANI Theſ. in App. p. 1072. Cambro-Britannis *uban* vel *ubain*, id. v. BOXHORNII Orig. Gall. in v. Al. *wapan* & *wafan*. v. SCHILTERI Gloſſ. p. 825. & MYLII Archæol. Teuto in collectaneis LEIBNITIANIS p. 182. Ulph. *vopjan*, MARC. 1: 3. *ſtibna vopjandins in authidai*, vox clamantis in deſerto. Deinde, cum clamores ſæpe ejulantium eſſe ſoleant, ab Angloſaxonibus *vepan*, *veopan* & *voepan* plorandi ſignificatu uſurpata inveniuntur.

OP, clamor. WESM. L. *Kon. B.* c. 4. de violatione virginum: *ær thet ſwa nær by æller wæg, at höra ma op ok akallan:* ſi adeo prope fuerint urbem aut viam, ut exaudiri poſſit vociferatio opem implorantis. GOTHL. L. c. 36. §. 5. *En biun ir huergi ſo ner, et han op hans hoyrir, en hun þryſuar hafr ypt:* ſi alter adeo prope non fuerit, ut clamorem ejus audiat, ubi ter inclamaverit. Celtis quoque *op* clamorem notare, teſtatur PEZRONIUS de Orig. & Lingua Celtica p. 356. Ὀπὶς apud HESYCHIUM explicatur *φωνὴ*, cfr. *ὄψ*, *ὀπὸς*, vox.

HEROP eſt clamor, quem edit exercitus pugnam initurus, unde apud STURLÆSONIUM frequenter occurrit *öpa herop*. Nos vero de illa voce infra prolixe agemus in v. *Hær*.

ÆPLE, pomum. Cambr. *apal*. A. S. *apl*, *æpl*, *affal*, Hib. *aval* PROCOP. in Taur. Cherſoneſo, *apel*. Primitiva vocis ſignificatio mihi viſa quærenda in L. Celtica, ubi *eppilew* notat prolificare, *eppiled*, ſobolem, propaginem, noſtra Lingua *afl*; ut adeo generali appellatione denotet feturam arborum. Ita ſumi videtur in WESTG. L. *Thiuw. B. c. 21. Stiæl maþer æpli or trægardi annars, ärter, böner, rowor, kaal ellar lökæ:* ſi quis poma furatus fuerit, ex horto alterius, piſa, fabas, rapas, braſſicam aut allium. Ubi videmus olera particulatim recenſeri, ſed arboreos fructus uno nomine generico comprehendi. In Jure GOTHL. c. 59. *ſkafl* dicitur eadem latitudine, v. infra ſuo loco. WACHTERUS noſtrum *äple* a forma dictum putat: *bol* quippe rotundum veteri L. Alemannica notat. Vide quæ erudite diſſerit p. 66. Ceterum fuerint fortaſſis, qui *apel* derivandum cenſuerint ab *ἄπιος* pirus, arbor & fructus: quum ſpecies adeo cognatæ facile inter ſe permiſce-

miſceri poſſint. Judicium eſto penes eruditum Lectorem.

ÅPELGÅRD, hortus, hodie *trægård*, CHRONIC. Ep. Lincop. de JOHANNE, qui ſub GUSTAVO I. poſt circumciſas nimias luxuriantesque cleri opes, eccleſiæ præfuit, ita canit:

Han bade litet områda (forte warda)
Fran kyrkan war tagbit all ræntа och gar-
Och efter han bade intet annet göre, (da,
Utan apelgarder ſtikte och rödje,
Åker och humlegarder rætt förſan
Bekymrade han ſig om rætt ſom en man.

Senſus eſt Epiſcopum, ſede ejus Epiſcopali omnibus copiis privata, otioſum tempus ſuum impendiſſe inſtituendis pomariis, & colendis agris, idque eum ſtrenue feciſſe.

APAL, pomus.

RIKSÅPLE, globus, Regibus ſub coronationis actu præferri ſolitus, apud Perſas antiquos ſolis, apud Orientales vero orbis terrarum imago, cujus imperium deſignat. Huic vero, quum pietas Imperatorum Byzantinorum crucem imponeret, quæ forma ſua petiolum referret, modeſtius videbatur, emblema hoc μῆλον vel pomum appellare. Anglo-Saxones peculiari nomine *tufa* dixere, ut annotatum video ad SPELMANNI vitam ÆLFREDI p. 158. *cfr.* CHRISTOPHORI J. BRRHMERI Diſſ. de Regalibus Regni Suiogoth. Upſal 1733. habita p. 58. ſeq. ubi obſervat, in lapidibus noſtris Runicis formam iſtiusmodi globi crucigeri apparere. Uplandia, ut provincia Sueciæ princeps, pro inſigni iſtiusmodi pomum cruce notatum habet.

ÆR, ſum, prima & tertia perſona verbi defectivi *wara*. Mœſogothi *im* dixere, Isl. *em*, vel *er*, A. S. *eom*, Angl. *am*, Al. *bim*, *pim*. Nos itaque hyperborei ſoli ſumus, qui radicem conſervamus ipſi Latio deperditam, ſed cujus tempus imperfectum reſiduum eſt, *eram*, *eras*. Philologiæ veteris ſtudioſus non ſine voluptate videre poterit, in hoc verbo confuſas & inter ſe mixtas Linguas, Græcam, Latinam & Gothicam. Nam ut Græci ἐγὼ ἐιμὶ dicunt, ita Islandi perexigua mutatione, *eg em*. Imperfectum Latini purius, quam nos ipſi conſervarunt: dialectus quippe Gothica *w* præpoſuit, *war*, ut id Linguis ſeptentrionalibus ſolenne eſt. Accidit idem infinitivo, quem Mœſogothi *wiſan* habent, Alem. *weſen*, Lat. *eſſe*, Græci in futuro ἔσεσθαι. Conjunctivus Islandicus eſt *ſie*, idem ac Lat. *ſim*, in plur. *ſieum*, *ſieud*, *ſien*, quod, quam prope referat Latinorum *ſimus*, *ſitis*, *ſint*, nemo non videt. v. RUNOLPHI JONÆ Gram. Isl. p. m. 64.

ÆR, æs, metallum. Ulph. *aiz*, Al. *ar*, unde *aren*, æreus, Germ. hodie *eren*. A. S. *aren*. Inde habemus *erpænning*, nummus æreus. Ind. Ep. Scar. ad finem LEG. WESTG. p. 95. *tha gek erpænninger i alt Götlandi*, tum ærei nummi vulgares erant in omni Gothia. Hiſt. ALEX. M.

Tag ett kar allt giort af eer,

Sume vas, totum factum ex ære. Quum materia hæc nummis cudendis fuerit communiſſima, hinc *eire*, *öre*, pro quolibet nummo, & dein pro certa ejus ſpecie uſurpare occœpimus: eodem modo ac gentiles noſtri in Mœſia habitantes ſuum *aiz*. v. MARC. 6: 8. cfr. MATTH. 27: 3, 9. In oculos incurrit harmonia Latinæ vocis *æs*, *æris*. Utra vero antiquior, voxne Suecorum, an Latinorum? Credidero ego certe, eos, qui cuprum habuere, cum merce vocem dediſſe. Latium novimus hoc metallo caruiſſe: Cyprios vero Græcosque aliter appellaſſe.

ÆRG, ærugo. Suethica vox contracta eſt ab *ærrig*, quam compoſitam credo ab *ær*, ære & *rid*, Isl. vitio illo, quod metallis adhæreſcit, & quale eſt id, de quo ſermo inſtituitur, ut primo dictum videatur *ær-rid*. *Rid* vero dicitur a colore rubro, *röd*, quem præferunt vitiata metalla. Diſcere hinc poterunt Philologi, quid ſibi velit terminatio vocum *ferrugo*, *ærugo*.

ÆR, qui, quæ, quod, particula relativa ejusdem latitudinis, ac hodiernum *ſom*, in ſcriptis tam Islandicis, quam patriis medii ævi, crebro uſurpata, ubi *þen* aut aliud inde derivatum præcedit. e. g. Litt. MAGNI LADUL. ad calcem L. BIRC. p. 1. *þem ær bo i Wærmælænde*, illis, qui Wermelandiam colunt. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 3. *at han them thagar budh ſænde, ær han budh ſik*: quod illico nuntium miſerit, quum nuntium accepit. Germani *er* habent, pronomen demonſtrativum tertiæ perſonæ. Ulphilanum *is* nos deducit ad Lat. *is*, Gr. ὅς, obſervante WACHTERO.

ÆRA, honor, A. S. *are*, Al. *era*, *hera*, Germ. *ehre*. Quantum ex ſcriptis ſeptentrionalium invenire potui, vox hæc antiquis parum nota fuit, utpote qui ejus loco, *mætnad*, *wirdning*, *rom*, *tir*, &c. adhibuere; ita tamen, ut tempore conſcripti libri elegantiſſimi, KONUNGA och HÖFDINGA STYRILSEN, jam uſurpata proſtet: ut docet p. 197. *Hwa innan ſtrid gör froma gærninga, han ſkal hawa pris ok æro, fram alla ſattr:* i. e. qui in bello fortia facta edit, habere

bere debet gloriam & decus, ſupra omnes alios locatus. Germani, quibus familiarior erat, natales ejus referunt ad *her*, quod altum notat, Isl. *har*, quam etymologiam vel ideo probavero, quod ſeſe analogia tueatur verborum *loſwa* & *hedra*, quæ ſimilem ortum habent ab eminentia & altitudine, ut ſuo loco ſumus dicturi. Procul non abludit derivatio JUNII in notis ad WILLERAMUM p. 56. a Cambr. Brit. *ar*, ſuper, vel Græco *ἀείρω*, tollo, meoque judicio, multo melior eſt HEUMANNIANA illa, ab *ære* Lat. prout pretium notat. v. Opuſcula ejus, p. 424. WACHTERUS, quum *eren*, honorare ſimul, & arare denotet (nobis *ærja*) credit, terræ cultum ad ceteras res translatum, perinde ut Latini colere agrum & colere DEum, amicos dicunt. Addere poſſem, in aliquibus patriæ locis, inprimis apud Gothlandos, uſu eſſe receptum, *dyrka jorden*, in ſenſu exercendi terram. Confer TATIANI *accarbigengero*, agricola, quod infra in v. *begå* occurret. Lector ex propoſitis, quod libitum fuerit, eligat, aut etiam amplius, me auctore, inquirat.

2. Notat honeſtatem: ita vir honeſtus dicitur *full af æra*, & contra: *han har ingen æra hos ſig*. CHRON. RHYTH. m. p. 273.

Erik haſwer huaſke tro æller æra,
Erik nihil fidei honeſtatisve habet.

ÅRA, honorare, A.S. *arian*, Al. *eren*. Credit WACHTERUS, pro matre nominis, modo adducti, verbum hoc *æra*, eſſe habendum. Parum quidem refert, ſed malim illud tamen pro etymo habere, perinde ac a *lof*, *loſva*, ab *heder*, *hedra* orta videmus.

ÅRLIG, pro gemino ſenſu vocis primitivæ, geminum ſenſum habet: denotat nempe & honeſtum & honoratum. Prioris ſignificatus exempla ubique in ſermone quotidiano occurrunt, ut dum dicimus: *En ærlig man*, vir probus, *ett ærligt ſinne*, ingenium honeſtum. Poſterior obſolevit nunc quidem, ſed occurrit non infrequens in ſcriptis, tempora GUSTAVI I. antecedentibus. Luc. 14:8. *Om nogon kommer ſom buden ær, och ær ærligare, æn tu:* ſi quis acceſſerit, te eminentior, dignior: ita KON. STYR. p. 201. *ærlikare ær, med dygd ok mandom ſtrida ok dǿa, æn liwa med ſkam ok ſkada*. i. e. honeſtius eſt, fortiter pugnantem occumbere, quam vivere cum damno & dedecore. Hiſt. ALEX. M. *Ena ærlika Konungz krono*, i. e. honorabilem & decoram coronam regiam. Ita in CHR. RHYTH. min. p. 15. nominatur en *ærlig Sal*, i. e. ſplendidum conclave. Et hinc eſt, quod equites nobilesque, quorum erat, externo ſplendore ordinis ſui dignitatem tueri, peculiari titulo vocabantur *ærlik herre*; ut dum in Chronico MARGAR. p. 4. dicitur: *Ingeborg haſſde en ærlikan herra til husbonde:* Ingeburgis equiti ſplendido nupta erat.

ÅREWÖRDIG, venerabilis: titulus ſacerdotali ordini peculiaris. A.S. *arwurth*. Aſſumentum illud, quod ad MATTH. 20: 28. habent codices nonnulli Anglo-Sax. præfert: *Læs the arwurthre ver æfter the cume*: ne quis te honorabilior vir accedat poſt te. v. MARESCHALLUS ad JUNII ULPH. p. 495. Vi compoſitionis notat ſua honeſtate venerabilem. Ejusdem dialecti eſt *areweordian*, honorare, *arevurtha*, id. v. BENSON. Vocab.

ÅRBAR, honeſtus. De terminatione *bar*, v. WACHTERUS *Proleg. Sect.* VI. Apud Germanos titulum *erbar*, ut apud nos *ærlig*, fuiſſe ordini nobilium, ceterisque in eminentiori dignitate conſtitutis proprium, obſervatum legere licet apud eundem doctiſſimum auctorem. Huc quoque referri debent *æregirig*, ambitioſus, *ærelôs*, infamis, *ereſkændare*, calumniator, & plurima alia, quæ apud Lexicographos coacervantur.

ÆRA, metere, meſſem colligere. Vox obſoleta, ſed quæ tam in aliis dialectis, quam etiam apud nos in ſua propagine ſuperſtes eſt; quod antequam afferendis exemplis oſtendam, monere juvat, Latinorum *arare* apud claſſicos auctores, nonnunquam eundem ſignificatum habere, ut dum CICERO Act. Verrina III. c. 47. ait: *quod ſi fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex jugero ararent:* i. e. perciperent. Crebrius hoc ſenſu ponitur exarare, ut l. c. Act. V. c. 38. *oratorumne liberos? quorum parentes tantum labore ſuo frumenti exarabant, ut toti Italiæ ſuppeditare poſſent*. Ceterum pertinet huc WACHTERO judice

ÅR, annonæ proventus annuus, de quo ſuo loco.

ÅRING, meſſis, ut dum apud Uplandos noſtros dicitur: *wi hafwe haft god æring*, largam annonam habuimus. v. SPEGELS Gloſſ. p. 6, 25.

ARFERD, Isl. fertilitas.

HALLÆRI, infelix annona. *Oaran*. id. VER.

AERON, apud Cambros, meſſis æſtiva.

ARN, Al. meſſis, *arnen* metere, *arnzit*, tempus meſſis. v. SCHILTERI Gloſſ. p. 60. JUNIUS ad Willer. p. 23.

ARANSCARTI, frugum læſio, in Legg. Bojoar. v. VEREL. Index Scyth. p. 224.

ÆRENDE, negotium, v. infra in *ara*.

ÆRIA, arare. *Forar ærja*, ſulcos ducere. SUDERM. L. *Byg. B. c. 3.* Ut agricul-

turæ ſtudium generi humano fere coævum fuit, ita mirum obvenire non debet, ſi nominis ratio inter plurimas gentes conſpiret. Gr. *ἀροῦν*, Lat. *arare*. Upph. *arian*, Isl. *eria*: *eg er* vel *yr*, aro, *eriade*, *yrde*, aravi. A. S. *erian*, *erigan*, Al. *erren*, Angl. *ear*, Germ. *eren*. In legibus patriæ nonnunquam pro *æria*, *ærra* ſcriptum reperire licet: ut Upl. L. *Widerb. B.* c. 12. §. 1. A terra hæc omnia ſine dubio orta ſunt, quæ Ebraice ארץ, æræz, apud Gr. *ἔρα*, audiit, & in Celtica L. *ar*. v. Pezron. in Ant. Celt. p. 332.

Ärder, aratrum minus, Isl. *ardr*. Suderm. L. *Byg. B.* c. 2. *Stiæl man ardher*, ſi quis aratrum furatus fuerit. Hiſt. Alexand. M.

Liſwa badöe wid arder och plog,
Victitant ſuo aratro.

Quum *der* Lingua veteri Celtica, & *dera* Alem. lignum notet, uti pluribus docet Wachterus p. 274; ſuſpicari ſubiit, eandem voculam conſtituere poſteriorem hujus noſtræ partem, pari ratione ac idem inſtrumentum apud nos *trædesſtock*, & apud Cambros *arwidd*, ab *ar*, & *wydd* vel *gwydd*, lignum, audit, ſive quia ante frequentiorem ferri uſum ligno duriore tellurem ſubigebant, ſive quod pars pro toto dicitur. *Arduruxe*, Isl. bos arator.

Ær, labor ruſticus. Ol. Tryggv. S. p. 101. *var bondin farin til ærs*: ruſticus abierat ad labores ſuos.

ÆRILL, focus, vel potius area furni, quæ olim fortax dicebatur, teſte Catone. c. 38. Gr. *θαῤῥὸς*, qui, Hesychio teſte, erat *λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ*. Dicitur autem *ærill*, contracte pro *arin bella*, auctore Gudmundo Andreæ in Lex. Isl. p. 14. idque ab *ar*, ignis, unde *arn*, focus, de quo infra, & *bell*, petra vel ſaxum, cui ignis imponitur. Eodem Gudmundo auctore novimus, ſpeciatim *arin bella* dictum fuiſſe ſaxum, ſuper quo immolabatur, quodque Islandi pro foribus villæ ſolenniter poſuere. Quum tam vox ipſa, quam ritus ultimam præ ſeſe ferat antiquitatem; videor mihi heic deprehendere veram originem vocis Latinæ *ara*, quæ cum nihil aliud eſſet, quam focus, qui in honorem Deorum colluceret, aliunde aptius, quam ab igne, nomen ſortiri nequiit. Hinc certe eſt, quod aræ & foci promiſcue ponantur, quodque extructi rogi apud Poëtas *aræ* appellentur, ut dum Virgilius, Æneid. L. VI, 177,

- - - *aramque ſepulcri*,
Congerere arboribus, cæloque educere certant.

Et Silius Italicus, ad illius imitationem, L. XV. 388.

- - - - *alta ſepulcri*
Protinus extruitur, cæloque educitur ara.

Verbo: locus quilibet, ubi ignis ponebatur, *ara* apud Latinos dicebatur: unde Festus acerram vocat *aram*, quæ ante mortuos poni ſolebat. Notabile eſt, quod referunt Macrobius & antiquorum ſcriptorum alii, *aras* nempe etiam *aſas* dictas fuiſſe, *r* cum *s* alternante: at nec illa variatio noſtræ linguæ peregrina fuit: habebimus enim mox *æſia*, ejusdem ſignificatus. Ea, quæ dicta ſunt, confirmari fortaſſis inde poterunt, quod videamus, vocabula *aram* ſignificantia, apud veteres Alemannos in *ar* fere exire: ut *bloſtar*, *ghelſtar* v. Schilt. Gloſſ. p. 123.

ÆRNA, firmiter ſibi proponere, deſtinare: dicitur alias *æmna*, de quo ſuperius: *ærna ſig bort*, abitum meditari, *ærna, att góra något*, aliquid faciendum meditari. Suſpicarer, per negligentiorem pronuntiationem, hoc ab illo factum fuiſſe, niſi ſupereſſent derivata, ut A. S. *eorneſt*, ſtudioſus, ſerius. Germ. *ernſt*, vehemens & ſerium agendi ſtudium, quæ derivat Lye ab A. S. *eorn*, cupidus, diligens, ſtudioſus. De aliis vocis *ærna* ſignificatibus v. infra in *ara*.

ÆRR, cicatrix, Isl. *ær* vel *ór*. Gudm. Andreæ Lex. Isl. p. 15. Heims Kr. T. II. p. 353. *Greri ór hwitt a hwarmi huoro tueggia*, i. e. enata eſt alba cicatrix in utroque ſupercilio. In Leg. Gothl. ſcribitur *er*, c. 19. §. 11. *Ma er eþa likvan ſia yſir twerra gatu*; ſi cicatrix conſpici queat per transverſam plateam. Cui prope accedit Anglorum Boreal. *ar*. v. Lye in add. ad Junii Etymologicon. Veteres Alem. *arbe* dixere. v. Heumanni Opuſc. p. 454. Eſton. id. Finn. *arpi*. Germ. *n* præmiſſo, *narbe*. Noſtrum *ærr*, quod ut ſimplicius, ita & vetuſtius videtur, derivat Loccenius ab *ærra*, quod nuper in voce *ærja* attulimus, quum cicatrices quaſi ſulci ſint, in humano corpore ducti.

Ærrad, vulneratus, ut in Leg. Upl. L. *Manb. B.* c. 8. *ærrat lik ok undat*, i. e. cadaver cicatricibus oppletum.

ÆS, monas, Gall. *as*, Ang. *ace*, It. *aſſo*, Germ. *eſs*. Vox hæc, uſurpata in re luſoria

Digitized by Google

ſoria, reſpondet veterum *canis*, quod dicebatur, ubi talus unicam notam præferebat. Origo hujus, JUNIO judice, referenda ad Gr. *εἷς*: addo illius verba ex Etymol. Anglicano ſub v. *Ace*: *Quemadmodum luſoribus minimus aleæ jactus* AES *dicitur*, *ita quoque argentariis in ponderum ratione, momentum vel granum, ob quandam ſimilitudinem*, æs *nuncupatur. Nihil enim aliud eſt momentum vel granum in re monetaria, quam genus aliquod minutiſſimi ſubtiliſſimique ponderis, quo pretium auri argentive curatius expendunt aurifices.* Omnino vide SALMASIUM, de modo Uſurarum, p. 261. nec non notas ejusdem ad Auguſtæ Hiſtoræ Script. p. 472.

ÆSIA, uſtrina, SYR. 39: 29. *Smeden arbetar ſig trött öfwer æſſjon.* Al. *eſſa*, Germ. *eſſe*. WACHTERUS obſervat, in Lingua Cambrica *odyn* hoc eodem ſenſu accipi, unde conjicit, Celticam haud dubie vocem eſſe, eamque oriundam ab Alemannico *eiten*, urere: immo ex eodem & antiquiſſimo fonte Græcos forte habere ſuum *ἑςία*, focus, fornax, Anglo-Saxones *ade*, rogus, alios alia. Cfr. *ἐσχαρα*, focus.

ÆSKA, petere, Es. 7: 11. *Åſka tig ett tekn*, poſce ſignum aliquod, Al. *eiscon*, *eisgon*. OTFR. L. I. c. 9: 9.

Tho gieisgotun thie maga,
Precabantur cognati.

A. S. *acſian*, Germ. *heiſchen*, Belg. *eiſchen*, Angl. *aſke*, Eſton. *iſken*, v. MOLLERI Deſcript. Liv. p. 261. In Legibus patriæ antiquioribus ſcribitur *æſta*. UPL. L. *Arfd. B.* c. 3. *nu æſtir man lind*, ſi quis deſideret audientiam. A Græco *ἀξιόω* omnia hæc haud dubie profluxere, quod Anglo-Saxones ita retinuerunt, ut nil, niſi ſolam terminationem, immutaverint. Nos literas alio ordine poſuimus, & noſtro exemplo dialecti reliquæ. Mœſogothi *haitan* hoc ſenſu uſurpant, unde imperfectum *haihait* Luc. 5: 3. quod propius accedit ad *αἰτέω*, id.

2. Interrogare. Alemannicam & Anglo-Sax. vocem eodem ſenſu uſurpari, afferendis exemplis oſtendit WACHTERUS.

3. Optare, ALFS S. p. 39.

Hun er ad ollu,
Som eg æſkia mun.
Illa eſt in omnibus,
Qualem ego optem.

ÆTA, veſci, Gr. *ἔδειν*, *ἔθειν*, *ἐσθίειν*, Lat. *edere*, Ulph. *itan*, atque etiam *etan*, ut docent derivata. A. S. *etan*, Al. *ezzan*, Angl. *eat*, Germ. *eſſen*, KONG. STYR. p. 3. *Hwar ther girnas æpte krasmæti, han vil thes liwa, at han mage æta, ok ey til thes, at han mage liwa.* i. e. qui delicias ſectatur, ideo vivere vult, ut edat, non ideo edit, ut vivat. Ex hac radice multa pullularunt derivata, quorum tamen non niſi pauca nominabimus.

Åt, apud Uplandos dicuntur generali vobabulo crabrones, muſcæ, aliaque id genus, quæ pecora inter pabulandum circumſident & exſugunt. Eleganti metaphora idem nomen datur hoſpitibus, aliisque inertibus familiæ membris, quæ rem domeſticam abliguriunt.

ÆTIA, dicitur apud HELSINGOS de pecoribus, poſt detonſa prata, pabulatum immiſſis: *wi ha redan begynt ætja*, jam in prata pecora immiſimus. In L. L. *Byg. B.* c. 9. *ætjoböter*, mulcta ob damnum, quod dedere pecora in alieno fundo.

ÆTA, Dalekarlis notat præſepe, quod ideo ſolum affero, quia harmoniam oſtendit L. Mœſog. & noſtræ; ibi enim LUC. 2: 7. occurrit *uzeta*, ab *uz*, ex, & *etan*, edere. Ex ſimili ratione Græcorum *φάτνην* a *φαγεῖν*, *κάπην* a *κάπτειν*, manducare, derivandum voluerunt Critici. Angl. *manger*, Gall. *mangeoire*. Ital. *mangiatoia* eandem rationem habent. v. JUNII Gloſſ. Ulph. p. 380.

OFÆTA, voracitas, gulæ ſtudium. KON. STYR. p. 84. *Hwilkin konungr ælla höfdinge ſik göme ey för ofæta ok ofdrikkio.* Quicunque Rex aut Princeps non cavet a nimio cibo & potu. A. S. *oferæt*. Al. *ubarazalii*. v. MYLII Archæol. Teuto. p. 171. Hinc eſt Ulphilanum illud *afetja*, MATT. 11: 19, quod Interp. Iſl. vertit *ofaatsmadr*. Affine eſt *afætuger*, vorax, KON. STYR. p. 109. *owætuga ſlukare*. cfr. p. 110. Interpres utrobique reddit impudentem, quaſi *owettig*, quod tamen hoc ſeculo dicebatur *owitan*, in caſu quarto.

ATTA, manducatio, *köttattu*, HELS. L. *K. B.* c. 13. eſt carnis eſus

ÆTLA, indicat varios mentis humanæ motus, ut dum deſtinata ſibi proponit, judicat, ſperat, &c. Iſl. id. THORSTENWIK. S. p. 10. *þat ætla eg ad ockur duge, ad Vikingur ſon ockur komefram*: id ſpero, vel animo concipio, nobis utile futurum, ſi filius noſter prodierit. *Ætla til*, deſtinare, apud VERELIUM. In LEGE SCANICA, edit. HAD. p. 16. §. 21. *Ætla wider frænda ſine, hwat hwar therræ ſkal bote med hanum*, conſultare cum cognatis ſuis, quid quisque mulctæ nomine expendere debeat. Græcum *ἐθέλω* literis ſonoque ab hoc parum differt, nec ſenſu longius diſtat, quum utrumque deſiderium voluntatis ad quidpiam tendens denotet.

ÆTT, familia. In Lege GOTHL. ſcribitur

Digitized by Google

bitur *ett*, unde *etar*, conſanguinei. (cfr. Gr. ἔτης, amicus.) Wachterus, in *ætte*, putat, noſtram vocem ortam eſſe a deperdita ſeptentrionis radice *ætta*, quæ generare notaverit. Nec virum ſagaciſſimum adeo animi falſum fuiſſe, calculus Stiernhielmii confirmare videtur, qui in Indice ſubjuncto Legg. Westg. p. 100. ab *æga*, *åtte* vel *atte*, in quantum notat liberis operam dare, *atta*, pater, *ætt*, familia, cum pluribus inde derivandis, deducit. Promittit ibi vir hic doctiſſimus, ſe de hac voce pluribus acturum, in Gloſſario Ulphilano, ubi p. 17. ad appendicem eidem ſubjungendam nos remittit: ſed quum illa nusquam ſit, operam illius & fenerandam huic voci lucem deſideramus. Id interea nos notamus, per omnes fere linguas vocem *atta*, pro parente utriusque ſexus ſumtam, proſeminatam deprehendi. Græcorum liberi ſuos patres voce ἄττα alloquebantur, unde Diana apud Callimachum:

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄττα, φυλάσσειν.

Da mihi, pater, virginitatem perennem conſervare.

Latinos *atta cuilibet ſeni dixiſſe, pro reverentia, quaſi patris nomine eum appellantes*, auctor eſt Festus: docentque Etymologi, *atavum* dici, quaſi *attam avi*. In L. Mœſogothica *atta* pater eſt, teſte orationis dominicæ prima voce. Adde Cambr. *aita*, Friſ. *haite, hayte*, Hung. *attya*, & quæ plura alia Slavonicæ originis adfert Wachterus. Cum aliqua ſoni immutatione matribus quoque additur, ut Ulph. *aithei*. Matth. 10: 35. Fen. *aiti*, Lapp. *aitea*. vid. Stiernhielmius in Gloſſ. Ulph. p. 7. Lingua Islandica *edda* vocatur avia vel proavia, teſte Gudm. Andreæ, Lex Isl. p. 57. Græce ἔθνος eſt gens univerſa. Jam, ut ad *ætt* redeamus, nihil ſimplicius videtur, quam ut a generantibus generatio nomen ſortiatur.

Ættarbot, mulcta, quæ ab agnatis cognatisque pendebatur, elapſo homicida, quæque accepta dividebatur per totam occiſi familiam. v. Stiernhök. de Jure Sueonum vetuſto. p. 352. Antiquitatem moris hujus teſtatur Tacitus, de Moribus Germ. *Luitur*, inquit, *homicidium certo armentorum aut pecorum numero, recipitque ſatisfactionem tota domus*. Merito his adjungo, quæ ex antiquo Chronico Pomeranico de Rugianis adfert Palthenius in *not.* ad Tat. p. 311. *Wer einen erwurgt, der hat etzliche ochſen zur buſſe gegeben, und ſolche ſöhne hat nicht der negſte blut, ſondern die ganze hitzche oder Freundſchaft genommen*; &c. i.e. qui aliquem occidit, mulctæ nomine aliquot boves ſolvit, quos non proximi conſanguinei, ſed univerſa familia accipit. De Anglo-Saxonibus v. Spelmanni vita Ælfr. p. 68. Docent Leges antiquæ patriæ noſtræ, hac mulcta non ſoluta, heredes vindicta privata jus ſuum legitime exſequi potuiſſe.

Ættling, cognatus. St. L. *Eds.* c. 19.

Ættartræ, arbor conſanguinitatis. Westg. L. *Arfd.* c. 1.

Ættstud, id.

Ættskuspiæli, Östg. L. *Kirk. B.* c. 15: eſt inceſtus, quaſi violatio conſanguinitatis. *Åttſka* alias juventutem notat. v. Verel. & Spegel.

Ættleda, manumittere, de ſervis dicitur, quos quaſi in ſuam familiam recipiebant vel adoptabant Domini. Formulam a vindice, hac occaſione, uſurpatam, ex Jure Islandico adfert Verelius, Ind. p 28. qui ſimul obſervat, ideo eos alterius familiæ adſcriptos fuiſſe, ut, ſi in libertatem vindicati cædem commiſiſſent, eſſent, qui *ættarbot* perſolverent.

Ættlægg, prolapia. Östg. L. *Eds B.* c. 18. ab *ætt* & *lægg*, de quo infra, ſuo loco.

Å, præpoſitio notans in ſuper, trans: *ut å vatn och land*, terra marique, *å andra ſidan*, ab altera parte. Particula hæc, ut varie partim truncata, partim alias immutata fuit, ita in illius antiquam faciem inquiſituri, obſervamus, veteres loco *å* noſtri *a* fere dixiſſe, ut id ſæpe huic vocali accidere, ab initio hujus Gloſſarii, obſervatum eſt: e.c. *abyrd* illatio fraudulenta rei furtivæ in alterius ædes, *amæle*, accuſatio &c. Vetuſtiori ævo, pro hoc *å* vel *a*, *af* ſcripſere, ut 1. Pet. 2: 13. citante Konung. Styr. p. 159. *Warin lydne allom förmannom* af *Guds mægna*: obediatis omni magiſtratui, propter Deum. In Conſtit. Magni Regis, ad calc. L. Birc.. p. 10. af *Konungſens mægna*, regis nomine. Hiſt. Alex. M.

Med ſtiertin ſlogo ſig af ſin kroppo.

Cauda verberabant ſuper corpora ſua. Sic in Jure Jutico L. 2. c. 73. *afærje* dicitur, quod nobis eſt *aplöja*: Westg. L. *Thing.* B. c. 10. quum quis arando alterius limites transgreditur. Geminum huic noſtro eſt Germ. *auf*, quod ortum recte docent Philologi ab A. S. *ofer*. Ulph. *ufar*. Joh. 11: 38. *jah ſtaina ufar lagida vas ufaro*: & lapis ſuperpoſitus erat. Gr. ὑπὲρ. Videmus hinc pro varia vocis *ofer* immuta-

Digitized by Google

mutatione factum eſſe, primum Isl. *yfer*, Suet. ant. *iſi*, *iwi*, & poſtea *óf-wer*, deinde *of*, *af*, *å*. Qua occaſione præteriri non debet diverſa ſignificatio, quam in lingua noſtra *af* habet, dum ab ἀπὸ ortum ducit, dumque ab ὑπὲρ: illud quippe reſpondet Germanico *ab*, hoc illorum *auf*. Exemplo eſſe poterunt voces *afall* & *af-fall*, quæ in Legg. antiquis, de cæde involuntaria, occurrunt. v. Upl. L. *Manh. B.* c. 6. Prius eſt, quum quis de malo navis in alterum incidit, eumque neci dat, poſterius quum ipſe decidens in fata concedit: hoc decidere eſt, illud incidere.

Jam, ut uſus hujus præpoſitionis ſub ulterius examen vocemus, notat

1. *In, ſuper*, ἐπὶ, ὑπὲρ, Germ. *auf*, id quod allata exempla commonſtrant; quibus nihil addo, niſi quod hæc præpoſitio pronominibus relativis ſæpe ſuffigatur, ut *herå*, *therå* &c. ſuper hoc, ſuper illo.

2. *Trans*, Gr. ὑπὲρ, Ulph. *ufar*. Joh. 18: 1. *Uſiddja mith ſiponjam ſeinaim ufar rinnon tho keidron*, egreſſus eſt Jeſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron. Ebr. עֵבֶר. Et huc pertinent antea allata *aplöyor*, *ayrkiur*, *aſlattur*, Westg. L. *Thing. B.* c. 10. quæ proprie ejusmodi notant actus, quibus alter ſuæ terræ limites tranſit, & in alienos involat. In vetere Jure Alemannico pro noſtro *å*, plenius *uber* uſurpatur, ut *ubereren*, *uber-zeyn*. v. Jus Bojoariorum apud Heumannum in Opuſc. p. 72.

3. Ponitur adverbialiter pro *inſuper*, ut Westg. L. *Kirk. B.* c. 4. *Göre ut gengærdina*, *ok a thre öre*, i. e. ſolvat commeatum, & inſuper vel præterea pendat tres oras. Occurrit ter, hoc ſignificatu, in eodem capite.

Coronidis loco addam, frequenter huic particulæ otioſe præfigi *upp*, unde *upp-å*, quo modo diviſim in pandectis noſtris ſæpe legitur, ortum eſt. Factum eſt inde, ut uſus, extritis primis literis, *på* fecerit; quod jam jus civitatis obtinuit, ut *påſyſta påſtå*, & quæ ſunt alia. In Lege Scanica pro *uppå*, ſcribitur *ofna*.

Å, amnis, videtur primitiva ſua ſignificatione aquam quamcunque denotaſſe, & hinc Åland dici inſulam maris Balthici, tanquam terram maritimam. Confirmant hoc dialecti antiquiores: nam ut taceam Gr. ἄα, quod apud Hesychium eſt σύςημα ὑδάτων, Anglo-Saxones hoc elementum dixere *ea*, & in plurali *ea*, Alemanni *aba*, Mœſogothi *aqha*, Lat. *aqua*, Hiſp. *agua*, Gall. *eau*. Quod autem tradit Wachterus, Suecis *a* ſimplex, aquam, & geminatum *aa*, flumen notare, id illi tanquam peregrino facile condonamus. Geminatio vero illa non niſi ſyllabam producit, quæ productio deinde *a* ſimplex in *å* convertit, ut id ſæpius factum videmus.

Deinde ſpecialius *å* pro flumine uſurpatur, quod idem accidit dialectis reliquis, ut videre licet apud Wachterum in v. *acha*. Notabile eſt, quod tradit Servius, veteres, haud dubie Græcos, *Acheloum* (qui alias fluvius erat Phrygiæ proprius) *omnem aquam appellaſſe, propter antiquitatem fluvii.* Fuiſſet accuratior, ſi dxiſſet ob antiquitatem vocabuli. Flumina quippe omnia ejusdem ætatis ſunt, & mundo coæva: nominum vero oppido diverſa ætas. Videmus vero hinc facile, Latinorum *aqua* nil eſſe, niſi Scythicum *a* vel *aa*, & Mœſog. *aqha*, ut adeo fruſtra ſint, qui aliunde derivationem venantur. Inter eos nemo Varrone inſulſior eſt, qui aquam dici putavit, tanquam *a qua juvemur.* Alii ingenioſiora afferunt, ſed non ideo veriora. Adſtipulamur itaque merito Stiernhielmio, cujus verba in Gloſſ. Ulphil. p. 6. hæc ſunt, allata quoque a Wachtero p. 10. *Patet fons, unde derivatur vox aqua, nimirum a linguæ noſtræ monoſyllabo puriſſimo* a, *i. e. aqua*, aa, *aqua fluens*, *inde* aha, Gr. ἄχα, *ac tandem ex* aqha *Latinis factum* aqua. *In cujus etymo oppido ſudant*, *qui origines venantur*, *ut videre eſt apud* Vossium *in Etymol. ubi vere divinat*, *fontem vocis* aquæ, *nec in Latio nec in Græcia exiſtere.* Jul. Scaliger *rivum*, *fontem eſſe putavit.* *Qui apud nos etiam hodie perennat in* aa i. e. *amnis: an ab* aan, *nominativo demonſtrativo, factum ſit* amnis, *cogitari poteſt?* Spelmannus in Archæologo in v. *Eia*, docet, apud Anglo-Sax. *eage*, aquam notaſſe & deinde inſulam, quod idem noſtro *ö* accidiſſe, arbitror: *Öland* enim olim erat terra maritima, deinde omiſſo *land*, *ö* pro regione circumflua ſumi cœpit.

ÅBÆKE, dicitur de homine longo & obeſo,

Digitized by Google

eſo, tanquam inerti terræ pondere, nec non de quavis re modum excedente. SPEGEL in Gloſſ. refert ad Isl. *bækn*, quod apud GUDMUNDUM ANDREÆ Lex Isl. p. 23. notat grandem molem, onus prægrave. Præmittitur *o*, pro *of*, particula intenſiva.

ÅBRODD, herbæ genus, ut PLINIUS ait, L. 21: 10. odoris jucunde gravis. Græca vox eſt *ἀβρότανον*.

ÅDER, vena, hinc *åderlåta*, *öpna ådren*, *ſlå åder*, venam aperire, percutere. Isl. *ædr*, A.S. *ædre*. Apud antiquos, qui partes corporis ſui haud adeo ſolicite rimabantur, vox hæc pro vena & arteria promiſcue uſurpabatur. Nunc prior nomen ſuum retinet, poſteriore *pulsåder* appellata. Apud Islandos *ydur* & *idjur*, ad viſcera denotanda adhibetur, v. VEREL. p. 132. 303. quam vocem ab hac non eſſe diverſam, arbitror, quum *æ* & *y* crebras inter ſe vices agant: ut *ær*, *yr*, furens, *æſaſt*, cum impetu ferri, unde *yſter*. Pondus huic conjecturæ addit, quod video a WACHTERO obſervatum, Alam. *ader*, etiam pro viſceribus poni. Ab *idur* formatur *idor*, pœnitentia, Ulph. *idreiga*, haud infrequente in aliis linguis, animi motus & manſuetudinis ab iliis denominatione.

2. Metaphorice ponitur pro ductibus exiguis diverſi coloris in ligno, metallis, &c. item pro vena fontium, per quam aqua ſcaturit: utrumque ad exemplum aliarum linguarum.

ÅFWAN, ſpatium actus longioris in agro, ubi verſum faciunt equi aut boves aratores, & ubi eos paululum ſtrigare ſinit agricola. Truncata haud dubie vox eſt, ab *afanga*, Islandorum, quam habet GUDMUNDUS ANDREÆ, qui in notis ad VOLUSPA p. 32. radicem ejus affert *æ*, ſeu *æia* i. e. quietem concedere jumentis, ſinere ut interquieſcant: ut in Codice Jur. Isl. *Riet er mönnum ad æia eykum ſynnum, þar ſum ej beſur ſleigid verid:* i. e. fas eſt, ut jumenta ibi ſtrigent, ubi fœnum ſecari non ſolet. Ex hoc *æia* nuperus auctor Actorum Scanenſium, *Ældre och nyare Skånſke handlingar*, Anni 1755. P. I. p. 8. deducit hujus provinciæ nomen, *Skanæ*, *Skandeya*, ut denotet locum capiendæ quieti gratum amœnumque. Si hoc eſſet, certe credere oporteret, aliquantillam provinciæ portionem primum hoc nominis ſibi inditum habuiſſe, & illud deinde ad totam ſe diffudiſſe provinciam. Nec hoc exemplo careret.

ÅKA, curru vehere, currum agere, ut L. L. *Byg. B.* c. 13. *nu kan man korn ſit torſwa in aka:* fieri poteſt, ut colonus opus habeat, frumentum ſuum currui domum aſportandum imponere. Isl. *aka* in imperf. *ek.* VOLUSPA Str. 50.

Hrymur ekur auſtan,
Hrymerus vehitur ex oriente.

Conſonum eſt Græcum *ὀχέω*, id. *ὄχος*, *ὄχημα*, currus. Non procul quidem abit Lat. *ago*, in phraſibus, currum, equos agere, inprimis ubi meminimus, veteres *ago*, *aco* & *aceto*, pro *agito* dixiſſe, uti FESTUS auctor eſt; ſed quousque tamen illud cum hæc noſtra voce neceſſitudinem quandam habeat, Lectoris judicium eſto:

ÅKARE, vector, qui pro mercede res aliorum de loco in locum transfert.

ÅKELASS, vehes, quantum curru vehi poteſt. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 8. quod ab *åka* ortum credo, non ab *åker*, ager.

ÆCKA vel *ecka*, vectura: vox in Scania frequens. *Långecka* eſt, quod in Receſſu Calmar. anni 1474. §. 12 appellatur *afflændis förils*, quod vehitur extra territorium.

AKU, id.

ÅKETHOR, vel *Auka Thor* eſt THORI tonitruantis cognomen apud veteres Gentiles: qui, dum tonuit, dicebant, THORUM currum ſuum agere, unde *Thor åker*, quod hodierno ſermone eſt idem, ac tonat, alias *Gogubben åker*; *åſkan åker bort*, tonitru ceſſat, quaſi currum alio agit. Nec Latinis hujusmodi dicendi genus inſolens fuit. Notum eſt illud HORATII L. I. Od. 12.

Tu gravi curru quaties olympum.

ÅKER, arvum, terra arabilis, Ulph. *akrs*, A. S. *æcer*, Camb. *atcor*, Arm. *acre*, Al. *akar*, *achra*, Germ. *acker*. Affinia ſunt *ἀγρὸς* & Lat. *ager*. Niſi obſtare videretur auctoritas Helladis Latiique, quæ eodem jure ac ſeptentrio noſter hanc vocem ſuam faciunt, dicerem, præeunte STIERNHIELMIO, ut arva ab arando, ita Ulphilanum *akrs*, & dein reliqua, a ſuperiori radice *åka* proficiſci, & proprie denotare terram, quæ bobus jumentisve exercetur. Ego vero nihil definio, imprimis cum fuerint forte, qui, quicquid attuli dialectorum, ex oriente profectum contendant. אכר certe apud Ebræos agricolam notavit, quæ eadem vox in Syriaca & Arabica dialecto agnoſcitur.

2. Seges, Ulph. *akran*, JOH. 12: 24. *manag akran*, multum frumenti. Uſurpatum

Digitized by Google

patum hoc ſenſu video in ſcriptis Islandicis. Heims Kr. T. 1. p. 761. *Siþan reiþ konguriinn til þar akurin hafþi ſtaþit*: poſtea Rex eo abivit, ubi ſeges ſteterat: & in hoc capite ſæpius eodem ſignificatu.

Åkerman, agricola, A. S. *acerman*, Al. *achar man*.

Åkermark, terra arabilis.

Åkerredskap, ſupellex ruſtica.

Åkerhöna, perdicis genus.

Åkernam, O-Goth. L. *Byg. B.* c. 17. jumenti in agro captura.

Åkermal, Upl. L. *Wid. B.* c. 14. portio agri diviſi.

Åkerfast æng, Hels. L. *Manb. B.* c. 6. pratum agro contiguum.

ÅL, anguilla, A. S. *æl*, Al. *al*, Belg. *ael*, Germ. *ahl*. Circa originem vocis mire diſſentiunt critici; ſunt qui a limo, Gr. ἰλὺς, ubi verſari amat, piſcem nomen accepiſſe putent, ut Fr. Junius in Etym. Schefferus in Upſalia ant. p. 7. ab *al*, quod aquam vel fluvium ſignificare ait, illud repetit: non male, niſi quod ita omnes piſces id ſibi æque vindicare queant. Illi vero numero vincunt, qui a pinguedine nomen hoc arceſſunt, ſed ita tamen, ut nec hi per omnia conſpirent. Alii quippe ad A. S. *ele* oleum reſpiciunt, alii ad *ala* nutrire v. Junius l. c. & Wachterus in v. Omnium vero ſimpliciſſime Gudmundus Andreæ in Lex. Isl. *ål* dictum putat ab *hal*, lubricus. Notum quippe eſt omnibus, anguillis nihil eſſe magis lubricum, adeo ut in proverbium ideo abierit: *Cauda tenes anguillam.* Confer Plauti illud in Pſeudolo: *anguilla eſt, elabitur,* cui adde verſum Poëtæ

Anguillæ ſimilis vita eſt: ſic lubrica fertur.

Wachterus heic nimium ſubtilis eſſe videtur, dum ex duabus literis totidem voces integrantes format, ita ut *a* nota privationis ſit, & *l* portio reſidua vocis *laich*, ſemen genitale piſcium, idque ex ea ratione, quod Plinius de anguillis commemoret, illis genus nec maſculinum nec femininum eſſe, utpote quæ nec animal nec ovum ex ſeſe generent. Sed ſi vel auctoritate Plinii, veterumque de hoc piſce opinione, niti oporteret, vix tamen crediderim, id, quod vult Wachterus, ex illius verbis erui poſſe. Quum in foro alieno diu verſari non libeat, ipſummet Plinium ſuorum verborum interpretem eſſe, jubebo: ita vero ille Libr. 9. c. 51. *Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, & ea ſtrigmenta* (laich) *viviſcunt, nec alia eſt earum procreatio.*

2. Stria nigra, quæ dorſum quorundam equorum a juba ad caudam tranſit: ratio denominationis ſumitur a ſimilitudine hujus piſcis.

3. *Al*, *ol* vel *ól*, notat lorum coriaceum. Gudmundus Andr. Lex Isl. p. 189. & Verelius Ind. Scyth. Scand. p. 8. 2. Maccab. 7: *med ſuipum och olum*, flagellis & ſcuticis. In Suecia inferiori *rumpöl* vocatur poſtica vel lorum, quo ephippium caudæ equinæ annectitur. A. S. *oltwonge* corrigia, *ól* Dan. v. Gram. Specim. uſus Ling. Anglo-S. p. 207. Ratio, quæ me ad credendum inducit, hujus vocis hic mentionem fieri debere, eſt, quod videam, ſcuticas apud ſcriptores medii ævi anguillas dici. Isidorus in Gloſſario. *Anguilla eſt, qua coërcentur in ſcholis pueri, quæ vulgo ſcutica dicitur.* Nominis rationem invenire licet apud Plinium L. 9, c. 23. *Anguillis craſſius tergus, eoque verberari ſoliti prætextati.* v. Harduinus ad l. c. In Upl. L. c. 17. §. 8. occurrit: *under yxa ólum*, quod Lundius vertit ſub loro ſecuri annexo. Sed infra in voce *val* monſtrabimus, ibi aliam vocis ſignificationem eſſe.

ÅLDER, generatio, Isl. *alder*, id. Hinc formulæ ſolennes ad circumſcribendam æternitatem, *um aldur och æve.* i. e. per generationes & ſecula. Ulph. *aldins allda* i. e. generationes generationum. In Upl. L. *Arfd. B.* c. 12. *fianger alder* eſt proles ex eodem toro, quæ *Kyrk. B.* c. 17. dicitur *fianga alſter*, quaſi lecti genitura. Voluspa Str. 21. *alda barnum*, filii vel genus hominum. Manifeſta vocis origo eſt ab *ala* generare, creſcere, quod infra occurrit.

2. Ponitur pro ipſa vita. A. S. *aldor*, *aldre*, id. hinc *aldorbana*, homicida. v. Benson Vocab. Isl. *aldertila* dicitur mors in Havamal, ab *alder*, vita & *tile*, finis, Gr. τέλος v. Gudm. And. p. 236. & infra in *alldrig*.

3. Quum generatio ſit vitæ initium, illaque per tacita temporum incrementa progrediatur, hinc *aldir* pro ætate ſumi cœpit. A. S. *ylde*, Al. *alter*, Germ. id. Isl. *alder*. Luc. 2: 52. *og Jeſu okſt i alldur og wiſka*, & Jeſus crevit ætate & ſapientia. *Mogandi aldur*. L. L. *Jord. B.* c. 16.

Digitized by Google

4. Ætas matura, *til alders komin* dicuntur liberi, qui ad uſum rationis pervenere. Upl. L. *Arfd. B.* c. 1. §. 7.

5. Sæpiſſime ponitur pro ſenecta: idque cum ceteris dialectis, noſtra Lingua commune habet. A.S. *ylde*, Al. *eldi*, Germ. *alte*. *Allebruten*, Ostg. L. *Räfſt. B.* c. 13. decrepitus. *Swa allebruten, at han ſe til ånxis för*: ſenio adeo perditus, ut nulli rei habilis ſit. *Ållas* ſeneſcere. Kon. Styr. p. 116. quæque plura infra adducentur. Præfert heic quoque Lingua Lat. non obſcuram cum Gothiſmo affinitatem. Novimus enim, a Criticis obſervatum eſſe, *altum* non raro pro antiquo poni, ut apud Horat. Serm. 2: 5. 62.

ab alto
Demiſſum genus Ænea.

cfr. Servius ad Virgilii Æneid. 6: 9. 10: 875.

Åldrig, ſenex. *Åldras* ſeneſcere, Al. *alten*.

Ålderdom, A.S. *alderdom*, Al. *altduam*. v. Palthenius ad Tat. p. 298.

Åldersstigen, ætate provectus. Credo, vocem compoſitam eſſe ad imitationem Latinorum: *ſtiga* enim eſt adſcendere, provehi.

Ålderman, decanus collegiorum opificum, ab ætate ita dictus, A.S. *alderman*.

Ældre, ſenior: fit ab *äldre*, ut ſenior a ſenex, niſi malis id referre ad *alt*, vetus, in aliis dialectis conſervatum, A.S. *aldor*, *yldor*, ſenior. Al. *altero*, id.

ALLDUR, vertex montis, in Ling. Islandica. v. Verelius p. 9. Adferre volui hoc vocabulum vel ideo, ut aliquantulam ſymbolam adderem illis, quæ a Celeb. Bayero in actis Erudit. Lipſ. anni 1731. tradita legi. Obſervat vero ille, in L. Mungalica *alin* montem notare, eandemque vocem *Alanis* ſuum olim nomen dediſſe, arbitratur. Immo vero fieri facile potuit, ut hic populus, utpote gens Scythica, & ratione tam originis, quam etiam viciniæ Gothis exteris nobiſque adeo non peregrina, ejusdem proſapiæ vocem habeat: ſed ſi tamen a noſtro penu gentis etymon arceſſere libeat, aptius certe haud facile invenietur vetuſto hoc, quod attuli. Occaſionem conjecturæ Bayerianæ dedit Ammianus Marcellinus, qui L. XXXI. c. 2. hæc habet: *In immenſum extenſas Scythiæ ſolitudines Alani inhabitant, ex montium appellatione cognominati.* Sed ſi tamen ego hunc auctorem recte aſſequor, longe aliud eum docere voluiſſe dixero: ſcilicet non a monte nominatos eſſe *Alanos*, ſed inde cognominatos. Collineant nempe meo judicio hæc verba ad *Roxalanos*, ſpeciem Alanorum, qui primam ſyllabam cognominis inſtar habuere, a ῥὼξ, quod Suidæ eſt εἶδος πέτρας, genus petræ. Et ita omnia facili nexu cohærent. Confirmantur hæc eo, quod Græcæ L. peritis ſcribens reticeat, quomodo mons, a quo Alani cognominabantur diceretur, quod factum non fuiſſet, ſi peregrinum eſſet, & Romanis ignotum, de quo loquebatur. Sed hæc obiter.

ÅLLON, fructus, Ant. *aldin*. Proprio primoque ſignificatu videtur denotare quicquid tuendæ vitæ inſervire poteſt, ab *ala*, nutrire, de quo ſuo loco.

2. Specialius ponitur pro fructu arborum. Eſt hinc quod hortus dicatur *aldingard*, quod vocabulum de ipſo paradiſo uſurpatur ab interprete Islando. Gen. 2: 8. *en Gud Drottin plantade eirn aldingard i Eden*: Dominus Deus plantavit hortum in Eden.

3. Notat glandes, ut fructum arboreum apud veteres, ſi minus unicum, attamen præcipuum. Obſervarunt jam dudum Cajus aliique Juris Romani interpretes, in XII. Romanorum tabulis, glandes quoque pro quovis fructu uſurpari: vide Turnebi Adverſaria. L. 11. c. 13. quod idem de Græco βάλανος & ἀκρόδρυα docent Lexicographi. Scilicet novimus, antiquiſſimos mortalium βαλανηφάγυς fuiſſe, & ante repertas fruges fetu hoc arbuteo victitaſſe. Virg. Georg. I. 148.

quum jam glandes atque arbuta ſacræ
Deficerent ſilvæ, & victum Dodona negaret.

Claudianus de raptu Proserp.

Unde datæ populo fruges, & glande relicta &c.

Conf. Plinius Hiſt. Nat. cum alibi, tum inprimis L. 16. c. 5. ſeq. Hinc habemus in Legibus patriis *aldinbær trie*, arbor glandifera, & uno vocabulo *alda*, ut Upl. L. *Widerb.* c. 14. §. 8. ſeq. *Nu löpir man ek ok aldu*: ſi quis decorticet quercum aut aliam arborem glandiferam: ubi Loccenius *aldu*, alnum male (uti alias ſemper, ubi vox illa occurrit. v. L. L. *Byg. B.* c. 40.) interpretatur, Lundius vero pro ſynonymo prioris habet.

Digitized by Google

habet. Favet vero meæ interpretationi auctoritas Legis provinc. quæ *Byg. B.* c. 18. habet. *Ek eller bok*, quercus aut fagus, & inprimis explicatio termini, quæ in eiſdem legibus l. c. § 12. occurrit. *Thet ma ek ok alldu kalla, alldin bær* i.e. hoc vocari poteſt quercus & arbor fructifera, quæ glandes fert. Hinc *aldinmæn* Upl. L. *Widerb. B.* c. 8. domini ſilvarum glandiferarum, *aldinſtæmma*, eorum conſilium, ib. Dum fagum *allda* vocari legis, B. L., memineris haud dubie, eandem arborem ἀπὸ τȣ̃ φάγειν, edere, appellatam cenſeri apud Græcos Romanosque.

Dividuntur, ut vidimus, glandes noſtræ in *ekållon* & *bokållon*, hoc eſt, fageas & quernas. Ab *ekållon* Germani glandes *eicheln* vocant, qua etymologia nihil cogitari poteſt ſimplicius. Homero idem fructus ἄκυλος audit, quam vocem ego in claſſem eorum retulero, quas Plato in Cratylo Græcos a Barbaris accepiſſe, ſuſpicatur. v. Spec. Gloſſ. Ulph. p. 27. Lat. Barb. *agla* id. apud Isidorum. v. Schilt. Gloſſar. p. 17.

Habent & Germani aliud vocabulum, quod ut ſenſu idem eſt, ita nec auribus diſſonum accidit, *æckern*, A. S. *acern*, *acorn* Isl. *akern*, ut Vols. S. *akernin brunnin* i. e. toſtæ glandes. Credit Wachterus, hæcce a modo explicato *eichel* non niſi diverſa pronunciatione differre, atque adeo ab *ek* vel *ak*, perinde ac illud proficiſci. Sed neſcio, an hac in parte ab eo ſtandum ſit. Ego certe ſatius eſſe, dixero, *akern* & *eikern* referre ad Ulphilanum *akran*, fructus, quod apud Ulphilam de quovis fructu, ventris, terræ, arborisque uſurpatur. v. Luc. 1: 42. Marc. 4: 28. 7: 17. Græci glandes, ut nuper monui, ἀκρόδρυα vocant, id eſt, facem præferente L. Gothica, fructus querneos vel arboreos: δρῦς enim pro quavis arbore apud Græcos poni ſolet. v. Henr. Stephanus, T. I. p. 1054.

ÅM, vas vinarium, cadus. Isl. *amr* Hiſt. Beli, *þriar amr wyns* i. e. tres vini cados. Lat. B. *ama* vel *hama*, unde diminut. *amula*, Angl. *aume*, Fenn. *aami*, ab *amphora* abſciſſo.

ÅNGA, vapor, ſpiritus tenuis: Quum in plurimis linguis ventus pro anima & viciſſim ponatur, ut dum apud Horatium Od. 4, 12, 2. legimus,

Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Et Virg. Æn. 8. 403.

Quantum ignes animæque valent.

Immo etiam pro tenui vapore & ſpiritu in aëra ſeſe diffundente, e.gr. Lucretius, L. 5: 238.

Aurarumque leves animæ calidique vapores.

Hinc non dubito, *ånga* ab ἄω ſpiro proveniſſe, perinde ac Ulphilanum *ahma* & Gr. ἄνεμος. Lingua Fennica *hengi* notat ſpiritum, halitum. Alii credunt *ånga* primario ſignificatu indicare vaporem ſuffocantem, atque adeo referendum ad ſubſequens *ånga*, Gr. ἄγχω.

ÅNGA, premere, arctare. Germ. *angen*, v. Wachterus p. 58. unde *bröſtånga*, vel *ænga*, ut habet Spegel in Gloſſ. p. 8. quæ Gr. ἀγχόνη, Lat. *angina* dicitur ab angendo, cujus radicem ſolæ Scythicæ dialecti ſervant. Cambris quippe *ing* eſt anguſtus. Mœſog. *aggvu*, Al. *engi*, Germ. *eng*, Belg. *eng*. Græcorum ἄγχω, quod frequentius ſuffocare notat, non raro & origini ſuæ convenientius de qualibet preſſione uſurpatur, ut ἄγχειν τὴν δεξιὰν, dextram premere. Referendum huc etiam putant multi Perſicum ἀγγαρεύειν, angariari, quum *Angari* obvios quosque urgerent premerentque. Ejusdem familiæ quoque eſt Angl. *angnail*, alias *agnail*, i. e. reduviæ. Sueci ſimili compoſitionis ratione *nageltrång* dicunt, quia tum unguis carnem arctat, premit.

Ångest, anxietas, Camb. *ynged*, Al. *anguſti*, Gall. *angoiſe*, Ang. *anguish*. Ab angendo vel conſtringendo dicitur, perinde ac a *trycka* eſt *betryck*. Rem explicat Ovidius Tr ſt. 5: 1.

Strangulat incluſus dolor, atque exæſtuat intus,
Cogitur & vires multiplicare ſuas.

Ångslig, anxius, uſurpatur proprie de eo, qui animi æger eſt, deinde pro moleſto, qui anxium reddit: ut *ett ængsligt hus*, ædes parum lætæ, quæ animum ægritudine afficiunt. *En ængſlig mænniſka*, homo moleſtus, inde

Ångsla, urere, anxium reddere, *ængslas*, animo angi.

Ångra, a priori *ængslas* ita fere uſu quotidiano differt, ut illud animi ægritudinem quamcunque, hoc ob præterita facinora mœſtitiam denotet. Isl. *angra* dolore afficere. Syr. 22. *han angrar ſin fódur*, contriſtat parentem ſuum. Volsunga S. 76. *hwad angrar dig*, quid eſt, quod te male habet. Chron. Rhyth. min. p. 88.

Och angra thet han var ſå arm,
Et ægre tulit, quod adeo pauper eſſet
Ibid. p. 236.
Ty angrades henna död margfallelika,
Ideo mors ejus mire plangebatur.
Et quum triſtitia ſæpe per iram ſe diffundat, hinc *to anger* apud Anglos notat irritare. Apud HESYCHIUM occurrit ἀγγρίζεσθαι pro ἐρεθίζειν, irritare, & apud SUIDAM & PHAVORINUM ἄγγεα pro ὀδύνη, dolore, cfr. Edit. HESYCHII ALBERTINA in v. MERICUS CASAUBONUS de Ling. Anglo-S. Anglicum *anger* & *angry*, iratus, derivat ab ἄγριος ferox. Sed quæ breviter diſſeruimus, oſtenderint ſatis, ingratos hos animi motus, doloris, iræ, pœnitentiæ ex communi fonte promanaſſe. *Ånger* etiam pœnitentiam in contractibus, ſtylo Juridico & vulgari, notat. *Ångerköp*, antiquis *idrakaup*, eſt quum quem pœnitet emtionis, eamque reſcindit.

ÅR, meſſis, annona. Epilogus Leg. SUDERMAN.
Gudh han giwi oſs fridh oc ar,
Ok lif forutan ændæ.
Deus det nobis pacem & annonæ ubertatem,
Vitamque ſine fine.
Addo proverbium Islandicum:
Ar er gumma gaman,
Meſſis eſt hominum gaudium.
v. GUDM. ANDR. Lex Isl. p. 14. cfr. WORMII Lit. Runica p. 97, 100. qui tamen, quod obiter dixero, *gumma* male interpretatur bona, delicias: heic enim, ut ſæpe alias, viros notat. HERW. S. c. 11. *þa mundi ar apter komma*, tum annona felix reditura erat. Originem ſuam hæc vox ducit ab *æra*, metere. Hoc autem dum dico, ad inſequentium illuſtrationem addere debeo, veteres Suiogothos, ut annum in duas partes vel *miſſæri* dividebant, ita, utramlibet eorum nominando, annorum numerum iniviſſe. Sic tres hiemes ponebant, pro tribus annis: v. UPL. L. *Viderb. B.* c. 22. & *tre ar* pro totidem meſſibus, ut eodem ſenſu alibi invenimus *tre ſædhi*, tres ſementes, *thre halmæ*, tres culmos: prius habet *Byg. B.* L. L. c. 32. poſterius Leges SCANENS. Lib. 4: c. 13. 2. Ruſtici hodierni *græs*, gramen, in temporis dimenſione uſurpant etiam: ut, quum de animantibus & imprimis equis dicitur: *wara, gå i andra græſet.* v. DAN. HERWEGHR diſſ. de uſu Antiquitatum in illuſtranda Lingva Suiogothica p. 18. Utuntur eodem loquendi genere Latini. Exemplo ſit illud CLAUDIANI de IV. Conſ. HONORII v. 372.
Necdum decimas emenſus ariſtas,
Aggrederis metuenda viris.
Cfr. VIRG. Ecl. 1. 70.
Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.
Ubi ariſtas pro meſſe, meſſesque pro anno, poſt SERVIUM fere accipiunt interpretes. Habemus hinc compoſita
ÅRSÆLL, cui felix obtingit annona. Cognomen erat ERICI, Suionum Regis & patris OLAVI SKOTTKONUNG.
ÅRFÅRD, annonæ fertilitas.
ÅRGIÅSKA, id. v. VERELII Ind.
ÅRBOT, ſubſidium annonæ, ibid.

2. Extenditur ſignificatio vocis ad omnem proventum annuum. Chron. OLAVI Norv. R. p. 34.
Folkit loſwade halla troo,
Æn Gud gaf aar aa land och ſioo.
Populus fidem ſuam ſpondebat,
Beante Deo terræ marisque proventum.
i. e. meſſem & piſcaturam. HEIMS KR. T. I. p. 137. *þa var ar mikit bæþi a ſio oc lanþi*, tum felix annona fuit terra marique. Oppoſitum illi eſt *oår*, difficultas annonæ, KONG. STYR. p. 181. *Ta Gud plaga land ok almoge med oaran*, quando Deus regionem civesque difficili annona punit. cfr. CHRON. RHYTH. p. 394.

3. Ex ratione, quam modo dedi, annum ipſum notat. Ulph. *jer*, Isl. *aar*, A. S. *ger*, *gear*, Al. *jar*, Belg. *jaar*, Angl. *year*. Præfixum hisce dialectis *j* permovit WACHTERUM, ut in Gloſſario ſuo p. 777. *jer* & reliqua a noſtro plane aliena judicet, illaque, præeunte JUNIO, ad Græcum γυρεῖν, circumagi, referat, quum in ſe ſua per veſtigia volvatur annus. Verum enim vero, quum in omnibus fere dialectis Gothicis *j* ſæpe per prostheſin præmittatur, ut ſunt Ulph. *jup* pro *up*, furſum, *jugg*, adoleſcens, in *juggalaud*, pro *ung*, *juk*, jugum, Suet. *ok*, Germ. *ie*, ſemper, Goth. *e*, *Jarl* Sueth. ab *Earl*, Angl. Comes, & ſic in innumeris; (cfr. ipſummet in prolegg.) non video, quid opus ſit, diverſitatem hanc fingendo exteras origines ſectari. Quod idem de iis dixero, qui *år* ab ἔαρ, ver, derivant, niſi forte credere liceat, ἔαρ nil aliud eſſe, quam arationis tempus ab ἀρόω, ε, ut ſæpe fit, præmiſſo. Gothi exteri videntur, hanc vocem latius diſſeminaſſe, quum in Gallia Narbonenſi, quæ a ſede Gothorum aliquando Gothia dicebatur, *era* pro anno uſurpatum

Digitized by Google

patum fuerit, Spelmanno teſte, in Archæol. p. 198. & Hiſpani hodieque dicant *de era en era* h. e. Suethice *år från år*, quotannis.

Årlig, annuus.

Årstid, tempus anni, hora. *Thet ær ej godt, att ſegla thenna årstiden:* hac tempeſtate navigatio incommoda eſt. Alias *artid* in L. vetere notat ſacrum anniverſarium. v. infra in *tid.*

Årsmot dicebatur miſſa, quæ poſt annum vertentem ab obitu cujuſpiam celebrabatur. Scilicet juſta funebria ſolvebantur tempore Catholiciſmi ipſo exſequiarum die, deinde die ſeptimo, hinc die triceſimo, quæ *trætiugund*, & *månadsmot* dicebantur, & tandem, ſi ita placuit heredibus, poſt annum vertentem. Solennes epulæ, quæ hæc ſacra excipiebant, dicebantur *utfärdsöl*, *månadsmotsöl* & *årsmotsöl*. *Artd. B.* St. L. c. 19: §. 2. Et quum hac occaſione hereditatem inter ſe dividerent cognati, appellabatur etiam hæc ſolennitas *ærfwisöl*, v. *Gipt. B.* St. L. c. 7: §. 5.

ÅRA, remus, Isl. *ār*, Fenn. *airo*, A. S. *ar*. Adi Junii Etym. Angl. in *oar*, remus, quod per literarum metatheſin factum putat ab A. S. *rovan*, remigare. Spegel parum ab erudito hoc viro differt, dum ſtatuit, *åra* dici ab arando: utrumque nempe ſimul verum eſſe poterit: ita ut fons communis ab *aro* vel *ἀρόω* petatur. Scilicet inter ſe ſæpe permiſceri novimus remigandi & arandi nomina. Unde apud Poëtas Latinos invenimus: arare æquor, aquas, ſulcare æquor remige, ſcindere æquor, ſecare, & quæ ſunt aliæ phraſes ex re ruſtica commodatæ.

Årblad, palmula. A. S. *arblæd.*

ÅRDER, v. ærja.

ÅS, tignum, trabs, Isl. *as*, apud Ulphilam *anza*, ex quo noſtrum effictum eſſe, non dubito. Luc. 6: 41. *anza in theinamma augin ni gaumeis:* trabem in proprio oculo non animadvertis. Nec quemquam movere debet extritum a nobis *n*, quum id ad idiotiſmos noſtræ linguæ pertineat. Ita ex vetere *ganſa*, & Germ. hodierno *gans*, habemus *gås* &c.

2. Jugum montis, comparatione ſumta a domo faſtigata, & utrinque declivi. *Rådſt. B.* St. L. c. 12. §. 2. *I åsönne, ſom Stockholms mark år:* in jugo montis, quod ad pomœria urbis pertinet.

ÅSKA, tonitru, vox ſeptentrioni noſtro peculiaris, & de cujus origine oppido pauca inveni. Communiſſima opinio eſt, ab אש *eſch*, ignis, *åſka* factum eſſe. Sed obſtat tamen huic etymologiæ, quod vox illa non fulmen, ſed ipſum nubium fragorem denotet, quæ eadem difficultas premit conjecturam Rudbeckianam, a me allatam in Catalogo Regum Suiogothicorum P. 5. p. 141. dum in Theſauro Linguarum Mſcto, *åſka* derivat ab Arabico [illegible], ſplenduit. Ol. Verelius in indice p. 17, Deorum nomen *As* finali *k* interdum augeri docet, unde *aſk*, & hodie *åſk* in *åſkeld*, fulmen, *åſkeſlag*, ictus fulminis, factum ſit. Sed quantum quidem ego ſcripta veterum pervolvere potui, nuſpiam *åſk* illud inveni, atque adeo donec aliud a Verelio & Gudmundo Andreæ mihi monſtretur, hoc pro figmento habeo. Indicavi vero, loco citato, mihi ad fontem hujus vocis inveniendam facem prætuliſſe Leges Weſtrogothicas. *Rætl. B.* c. 2. §. 8. ubi, dum de periculo commodati præſtando agitur, diſtinctio fit inter *wangömslo*, negligentem cuſtodiam, & *ofæſle*, hoc eſt merum infortunium, cujusmodi plures caſus recenſentur, quorum agmen ducit *aſikkiæ eldhar*. Neſcius vero, quid hæc ſibi vellent, conſului Loccenium, Lundium, Stiernhielmiumque, ſed animadvertebam probe, illos nihilo plus ſapere; nam quod Stiernhielmius vertit ignem ſine culpa, ab *a* privativo & *ſak*, culpa, falſum eſt, quum ne quidem fortuitum incendium leges noſtræ antiquæ impune abire ſinant. In mentem itaque venit, ſuſpicari, *aſikkiæ ældhar* eſſe id, quod nos *åſkeeld* dicimus. Argumentum legis favebat, ut quod maxime, quum nihil minus caveri poſſit, quam fulminum ictus, quos etiam tanquam cauſſam ſonticam aliæ leges excipere ſolent. v. Wernher in Obſerv. Pract. v. *ausgenommen*, qui ex veteribus Alemannicis legibus affert textum, qui illos caſus explicat, quos tanquam vi ſua majores præſtandos non habet locatarius: ſunt vero *hagel*, *vind*, *heir und flugfeur* i. e. grando, ventus, exercitus & fulmen. Inſuper mihi videbar quoque, veram & genuinam inveniſſe noſtræ vocis originem. *Aſikkia* ſcilicet haud dubie ortum ducit ab *As*, communi Deorum nomine, de quo infra, & *ecka* transvectio, quum crediderit olim vulgus fatuum, Thorum, dum tonat, curru ſuo quatere Olympum: unde apud Gothlandos hodie-

que tonitru vocatur *Thorsåkan*, & in aliquot Jutiæ partibus, *det doneker* dicitur, ubi tonat, a *thoren, thorn*, contracte *don*, v. Act. Hafn. T. 1. p. 74.

ÅSNA, aſinus, Ulph. *aſilus*, Isl. *esne*, A. S. *aſſa*, *eoſul*, Al. *eſil*, Cambr. *aſyn*, Gall. *aſne*, Germ. *eſel*, Belg. id. Plurimi Philologorum animal hoc a ſua pigritia nomen adeptum putant, & quidem ab Ebr. עצל, piger fuit. Cur autem ego inprimis hanc derivationem improbem, ratio præcipua eſt, quod arbitrer, terminationes *el*, *il*, *ilus* diminutionis cauſſa additas eſſe, adeoque, ut ab *aſinus* oritur *aſellus*, ita vel ab hoc eodem, vel alio ejus cognato primitivo, pullulaſſe *aſilus*, *eſil*, *eſel*. Quæ nominum variatio nec Mœſo-Gothis inſolens eſt, quippe qui a *mavi* puella, fecerunt *mavilo*, parva puella, a *barn* infans, *barnilo* infantulus: prætereo alia. Ego potius in etymo quærendo ad primam & radicalem nominis formam reſpiciendum arbitror, quæ eſt *aſinus*, & eliſo *s*, *ὄνος*, atque adeo radicem circumſpiciendam, quæ illi quadret. Submiſi meam conjecturam eruditorum judicio in ſpecimine tertio Gloſſarii Ulphilani p. 73. ſub voce *aſneis*, cui quum in præſenti nil habeam, quod addam, inde paucula huc transſcribam. *Aſneis*, "ſervus mercenarius. Ad illuſtrationem "vocis obſervo tantum, Isl. *asnaſt*, no"tare ſerviliter laboro, & Anglo-Sax. "*æsne* ſervum dici. cfr. Runolphi Jo"næ Grammat. Isl. in indice. Præteri"ri forte hac occaſione non debet, ſer"vum apud Græcos *ἄζον* appellaum "fuiſſe. Athenæus Lib. VI. p. m. 267. "*καλοῦνται οἱ δοῦλοι, ὡς μὲν Κλείταρχος* "*φησὶν, ἐν ταῖς γλώσσαις ἄζοι καὶ θερά*"*ποντες καὶ ἀκόλουθοι* cfr. Eustath. in "Iliad. Π. ad finem & Iliad. Π, 1024. Sunt "quidem, qui *ἄοζοι* vel *ἄοξοι* ibi legen"dum volunt, ſed patrocinatur alteri "ſcripturæ vox Ulphilana. Adde, quæ "habet Spanhemius ad Callimachi "fragm. p. 299. Quum aſinus animal ſit "ſervile, & ad laborandum velut na"tum factumque; videri poſſet, radi"cem ejus vocis ab allatis *asnaſt* & "*æsna* non fuiſſe alienam.

2. Notat ſtupidum, bardum, ut in Linguis fere omnibus.

ÅSTAD, de loco. Luc. 12: 26. *Tå går han åſtad*, tum abit. Scripta noſtra antiquiora, nec non Islandica, ſemper habent *af ſtad*, de loco, *fara af ſtad* in iter ſe conjicere. *Kirk. B.* St. L. c. 2. §. 4. Jemtlands *Stadga* in Ol. S. p. 143.

2. Reſpondet Latinorum loco, dum dicunt primo loco. Conſt. Magni R. ad finem Leg. Birc. p. 19. *Wi hafwom ſtadgat förſt af ſtaþ.* i. e. ſanximus primo loco, ut &c.

Åstadkomma, effectui dare, vel alicui rei perficiendæ parem eſſe. *Så mycket kan jag ej åſtadkomma:* illud mearum non eſt virium: proprie tantum molis ciere nequeo.

ÅSTUNDA, deſiderare. v. *ſtund*, deſiderium.

ÅSYN, conſpectus, Isl. *áſión*, vultus, facies, Al. *anaſiuni* & *anaſune* ſignificat & actum videndi & vultum, viſus ſedem. Willer. Cant. p. m. 72. *An minero anſiune*, coram facie mea, in conſpectu meo. v. Schilt. Gloſſ. p. 44.

2. Notat indicium rei perpetratæ. v. Dal L. *Eds B.* §. 4. cfr. Verelius in v.

3. Inſpectio judicialis, ut Westg. L. *Bygg. B.* c. 10. § 3.

Åsyna witne, teſtis ocularis.

ÅT, ad, præpoſitio, cujus uſus communiſſimus in circumſcribendo dativo: ut *gifwa åt en*, *ſæga åt en*, dare, dicere alicui. Manifeſta eſt affinitas hujus particulæ cum *ad* Latinorum, quæ idem officium ſæpe obit: uti æque dicitur, allatum ad nos, ac nobis, mittere ad aliquem & alicui. Alem. *az* habent, Isl. *ad*, Ulph. *at*.

2. Notat motum ad locum: *fara åt ſtaden*, & hoc ſenſu vocibus non raro adſtruitur, ut *fara norråt*, *ſöderåt*, niſi id referendum putaveris, ad Isl. *att*, plaga, finis. e. g. Sorlas S. p. 22. *i weſtur att weraldarinna*, in plaga orbis occidentali 1. Macc. 5: 9. *Judas og hans brædur reiſtu i ſudur att*, Judas & fratres ejus proficiſcebantur verſus meridiem. v. infra in voce.

3. Ad modum Latinorum apud notat. Ut Upl. L. *Kirk.* B. c. 8. §. 2. *Bondin han atligger*, pater familias, apud quem decubat. Sic Al. *az*. Isid. contra Jud. c. 3, 6. *az zeſuuin halp min*, apud vel ad dextrum latus meum. Mœſogothi *at* eodem ſenſu uſurparunt, ut Joh. 8: 38. *thaei gaſaqh at attin:* quæ vidi apud Patrem.

4. Notat verſus, ut *åt natten*, verſus noctem, *åt wintern*, verſus hiemem, *ſmal åt ændan*, ad extremum tenuis, *åt höger*, dextrorſum. Huc forte referri poteſt, quod dicimus *åt åre* i. e. anno proximo. *Bygg. B.* L. L. *åt hwarje manadha mothe*, in ſingulos menſes. 5. Parti-

Digitized by Google

5. Participii loco ponitur e. g. *at ſaklöſa*, nulla exiſtente culpa. *Bygg. B.* L. L. c. 13. *at trangløſa* nulla exigente neceſſitate.

6. Adjungitur ſuperlativis : *åt minſtone*, ad minimum, *at meſto* ad ſummum. A.S. ita *æt* uſurpant, *æt nextum*, proxime, *æt ſiderſtan*, tandem Al. *az*, ut *az eriſt*, inprimis, *az jungiſt* noviſſime. v. Schilt. Gloſſ. p. 69. cfr. infra in *allenaſt*. Græci ὅτι hoc loco adhibent: ὅτι μάλιϛα quam maxime, ὅτι πλεῖϛοι quam plurimi.

7. Otioſe conſtruitur cum adverbiis temporum, ut *efteråt* poſtea, *ſentåt* ſero. Confeſſ. Auguſt. Art. 3. *Nu begynna the ſentåt jämmerliga klaga*, jam incipiunt, miſere conqueri. *Förråt*, quod jam minus analogice dicimus *förut*: nec non *mellanåt*, interdum, ſubinde.

8. Dicit operam alicui impenſam, *ſkrifwa åt en*, ſcribendo alicui adeſſe, alicujus nomine ſcribere, *arbeta åt en*, alicui operam navare.

9. Uſurpatur in variis linguæ idiotiſmis. *Thet ær ej åt*, non eſt ad rem, vel operæ pretium. *Gå åt*, conſumi, ſed *hwad går åt honom*, quid eum male habet? *bæra åt*, quadrare. *Hæſten ſtår åt*, equus currui junctus eſt ad ſiniſtram, cui opponitur *ſtå ifrån*: unde *åt ſida*, *från ſida*. Saxones eodem modo uſurpant *van ſich*, i.e. dextrorſum, *nach ſich*, ſiniſtrorſum. *Sitta*, *maka åt ſig*: locum alteri prope ſe facere.

ÅTBÆRD, geſtus, A. S. *gebære*, Al. *gebære* & *berden* v. Schilt. Gloſſ. p. 84. Isl. *atburdur*. Ortum dicit Wachterus a *bare*, *gebaren* oſtendere. Sed dubitat nemo, æque *åtbærd* eſſe a *bæra*, ac geſtus a gerendo, *comportement*, Gall. a *porter*, *carryage*, Angl. a *carry* portare. Ita dicimus *han bar ſig underligt åt*, ſingulares geſtus habuit.

ÅTEL, cadaver, ab *åta*, Al. *as*, *az*, ab *eſſen*, & *awaſel*, cadaver pecoris ab altero occiſi, proprie quod animantibus carnivoris eſui relictum eſt.

ÅTER, reſpondet Latinorum *re* in compoſitione, idque pro duplici hujus particulæ ſenſu, dum vel retro vel iterum notat : quæ duo in pluribus linguis communibus utuntur appellationibus, quum qui ſua per veſtigia redit, actum iteret. Quod vero ad primam ſignificationem attinet, eſt utique ejusdem familiæ, ac Gr. ἄυθις, ut ἄυθις ἵκωμαι pro ἐπανέλθω apud Homerum, Odyſſ. ξ. i.e. redeo. Ulph. *aftar*, Uplandi dicunt: *gå åter å bak*, repedare, inverſis veſtigiis recedere. Hinc *återgangs wittne*, i.e. teſtes reprobati, *återwænda* ceſſare.

Återhåll, munimentum, ab arcendis vel retinend s incurſibus. Chron. Rhyth. p. 42. alias pro moderatione accipitur.

Åtra ſig, proprie referre gradum, deinde conſilium mutare. Isl. *aptra* Job. 7: it. *adraſt*, Wilk. S. p. 147. *Ef nu vil han adraſt. oc þorir eigi ad beriaſt.* Si jam referat gradum, nec auſit, dimicare.

2. Frequens eſt pro *iterum* Gr. ἄυθις, Ulph. *aftra*, A. S. *eft*, Al. *auur*, Germ. *oft*, v. Wachterus p. 1163. Isl. *endur*. Hinc *åter igen*, quod pleonaſtice dicitur pro rurſus. *Få ſitt åter* recipere ſuum.

3. Eſt particula adverſativa, reſpondens Græco ἀτὰρ & ἀυτὰρ, ſed, verum. *Jag åter tror thet*, ego vero, contra hoc credo. Germ. *aber* hoc ſenſu dicunt, Al. *auur* v. Schilt. l. c.

4. Dicitur ſæpe de reſiduo. Hinc *återſtod* reſiduum, quod reſtat, remanet. Hels. L. *Kirk. B.* c. 7. *af them twem lutum ater æro*, a duabus partibus, quæ reſiduæ ſunt.

5. Apud majores noſtros *åter* vel *atter*, & *aptur* apud Islandos, ponebatur, ut hodie *igen*, in ſignificatione claudendi. Wesm. L. *Byg. B.* c. 34. *Til thæs grind ganger hwarte up eller atter*, usque dum porta ſepis nec aperiri nec claudi poſſit. Chron. Rhyth. p. 253. *aterſænka Stækit*, fretum Stækenſe injectis ſaxis occludere, *återlycka porten*, claudere portam.

6. Tandem nec ille vocis uſus prætereundus, quo *åter* viciſſim, vicem pro vice ſignificat. Germ. *wider*, quod haud dubie eſt ejusdem radicis, ac noſtrum *åter*, literis ejusdem organi inter ſe permutatis, & *w* præmiſſo. Wachterus *wider* ab *iterum* deducit, nec ego refragor: quis enim ſtatim non animadvertit, ἀτὰρ, *åter*, *iterum*, *wider* eſſe ejusdem proſapiæ vocabula.

Återgifwa, Upl. L. *Gipt. B.* c. 4. eſt donum ſponſo a nova nupta datum, reſpondens illius *morgongofwo*, vel dono matutinali. Germ. *widergabe*, redhoſtimentum. Wachter. p. 1893.

ÅTHÅFWA, geſtus. 1. Sam. 25:33. Isl. *athaufn*, Rolf. Krak. S. p. 33. *Helga ſpyr kongur at athaufnun Godmundar kongs*, Helge quærit a Rege, qui ſint mores

mores Gudmundi Regis. *Hauſn* Isl. eſt amictus, unde *yfirhofn* palla, veſtis ſuperior, ut adeo proprie cultum & amictum denotare videatur: *haſwa ſig* idem eſt, ac ſe gerere, *man ſär ſe hurù han hàr ſig*, viſuri ſumus, ut ſe geſturus ſit. cfr. Angl. *behaviour*.

2. Ponitur pro quovis agendi modo Kon. Styr. p. 130. *Thet ær heder ok æra och vis athæwe konungom ok höfdingom, leta och ſa ſinom barnom goda ok witra tyktomeſtara i thera upfödo*: honorificum eſt, decens & ſapienter actum a Regibus principibusque, ut liberis ſuis quærant bonos prudentesque morum præfectos ad eorum educationem.

ÅTRÅ, deſiderium, ab *å* & *trå* deſiderare, unde *trægen* ſolicitus, *tragta* deſiderare, & forte Ulph. *faihu traihna* deſiderium divitiarum, quo nomine mammonam vertit interpres Gothus. Luc. 16: 9, 11. v. infra *trå*.

ÅTSKILJA, ſeparare, ab *åter*, quatenus claudendo aut obicem ponendo, alterum ab altero diſterminatur, & *ſkilja* ſeparare.

Åtskiljeliga, ſeparatim, diviſim: hoc ſenſu occurrit Ezech. 46: 18. alias notat diverſimode

ÅTTA, octo, Gr. ὀκτὼ. Gothicæ dialecti fere omnes *o* in *a* mutant, ut Ulph. *ahtau*, A.S. *eahta*, Al. *aht*, Isl. *atta*, Belg. & Germ. *acht*, Cambro-Britanni paullo longius recedunt, *wyth* dicentes.

Åtting, pars totius octava: ita uſurpatur de menſura frumenti, halecum &c.

2. Attingsland menſura erat quantitatis prædiorum, in Gothiæ provinciis inprimis uſitata, qua *attung* in ſe continuit 12. *tolftungar*, quod idem fere fuit, ac in ſuperiori Suecia *markland* v. Stiernhök de jure Sueon. vet. p. 262. Alio ſenſu ſumitur *attunda lot attungs*, in Leg. Westg. *Kirk. B.* c. 2. §. 1. *Jord. B.* c. 9. §. 4. 5. & *Bygg. B.* c. 5: 5. 4. nempe pro portione octava paſcui communis totius villæ. In Jure Upl. *Kong. B.* c. 10. Hundari dividitur in *Fiardhungar* & *attungar* i. e. quartas & octavas partes. De diviſione ponderum, menſurarum nummorumque in partes octavas v. Stiernhök l. c. p. 147.

ÅTTE, imperfectum verbi *æga*. S. Olofs S. p. 3.

Han åtte ſielfwer nittan ſyni,
Ipſe habuit novemdecim filios.

v. ſupra in *æga*.

AF, a, ex, Conſentiunt linguæ veteres. Gr. ἀπὸ, Lat. *ab*: immo commemorat Priscianus, Lib. 1: c. 13. vetus Latium pro *ab af* dixiſſe, ut in Lege duodecim Tabularum. *Sei Pater filiom ter venum duit, af patre liber eſtod.* Ulph. *af*, Al. *ab*, *abe*, Germ. *af*, Isl. id. Quod ad ſignificationem adtinet, eſt hæc eadem, quæ apud cognatæ originis gentes. Söderm. L. *Manh. B.* c. 34. *opta koma af ondum ordhum gierninga onda.* Sæpe ex contentionibus malæ actiones exſurgunt.

2. Eſt negationis nota, ut antea obſervavimus in v. *a*, e. g. *afgrund* abyſſus, *aflaga ed*, Westg. L. *Kirk. B.* c. 17. jusjurandum legi contrarium, vel legitimo tempore non præſtitum. *Af-Gud* non-Deus, vel idolum. Sic quoque apud Græcos ἀπὸ non raro privativum eſt, uti dum ἀπὸ καιρȣ̃ dicebant pro ἀκαίρως, intempeſtive v. Henr. Steph. Theſ. L. Gr. in v.

3. Denotat rei fractionem, *käppen ær af*, baculus fractus eſt: ita *köra af ſimmerſtången*, temonem inter agitandum currum rumpere.

4. De, Kon. Styr. *af theſſum fiurum howod dygdom ſkrifwar en wis man*: de his quatuor virtutibus cardinalibus ſcribit vir ſapiens. Chron. Rhytm. Min. p. 114.

Jag hörde i ſkriftena af Judas.
Audii in Sc. Sript. de Juda.

5. Nota temporis. L. L *Bygg. B.* c. 15. §. 4 *af Pinghis dagha till Martins mæſſo.* i. e. a die pentecoſtes ad diem S. Martini.

AFAT, deficiens. Kon. Styr. p. 71. *Mannin haſwer kunniſt, at göra thet honom ær afat.* Homo habet ſcientiam, ut poſſit facere id, cujus indigus eſt. Occurrit hæc vox ſæpius in ſcriptis medii ævi, ſed diverſimode exarata, ut *ofäåt*. Chr. Rhytm. min. p. 43. *awat* ib. 101. In Hiſtoria Alex. M. *af haat*.

Ther war glædi morgon af haat.
Ibi gaudium multis defuit

Et infra *ofaad*:

Sorg war honom tha ey oſaad
Luctus tum nemini defuit.

Affwata, deficere. Westg L. *Arfd. B.* c. 2. §. 1. Radix eſt fatas, deficere.

AFAT, depaſtio, quum jumenta ſegetes aut prata depaſcuntur. Skan. L. L. 9. §. 3. Hujus vocis a priori penitus diverſa origo eſt: hoc quippe refer ad *af* & *æta*.

AFBIDA, exſpectare: *afbida ens ankomſt*, exſpectare alicujus adventum, vel donec venerit, Angl. *abide*, A. S. *bidan*, Germ. vet. *beiten*. v. ſimplex *bida*.

AFBRECK, diminutio, *góra fienden afbreck*, hoſti cladem inferre. In præfatione conſtitutionis nauticæ FRIDERICI II. DAN. R. de anno 1561. dicitur *maanedens vext och afbræck*, lunæ auctus & diminutio. Radix Isl. eſt *afbregda*, lædere, diminuere. TROJOM. S. *þar ſem þer hafþu afbrygdit firr*, quia priores læſerant. VEREL. Ind. p. 3.

AFDANCKA, exauctorare, Germ. *abdanken*: dicitur tantum de militibus, quibus miſſio datur, idque uſu recentiore & a Germanis mutuato: noſtri ejus loco *förloſwa* dixere. Ego factum illud credo a Lat. *abdiço*, etiamſi WACHTERUS a *dancken*, gratias agere, deducendum exiſtimet.

AFFALLA, deſciſco: idque tam politice, quum quis a data Principi fide recedit, quam theologice, ubi a Deo avertitur. Hinc in S. Codice *affælling* pro transfuga proque hæretico, vel idololatra ponitur, a *falla* cadere.

2. Ut *falla* leniori dicendi genere, ponitur pro obitu, uti videmus in *fall*, *falla undan*, *frånfælle*; ita *affalla* idem quandoque notat. Conſtit. MAGNI REG. ad L.L. Birc. p. 38. *Ware thet ſwa, att noghor affiolde*: ſi ita acciderit, ut quis diem ſuum obeat.

AFFÆRDA, ablegare, mittere: a *fara*, proficiſci, unde *færdas* idem. Germ. *ſich fertigen* eſt feſtinare, ut ſolent itineri ſe accingentes. v. 2. SAM. 19: 17.

AFFOLSTER, partus. v. infra in *ala*.

AFGÆRDA BY, villa novitia, proprie quæ ſuis ſepibus a reliquo villæ corpore, *Hógaby* & *Odalby* dicto, ſeparata eſt, vel, ut definitione utamur Legis civilis CHRISTOPHORIANÆ, *Bygg. B.* c. 40. villa novitia eſt, quæ ſeparatim a veteri colitur. Apellatur vero *afgårda*, a *gård*, ſepes. v. WESTG. L. B. B. c. 5. & L.L. h. t. c. 40. Occurrit quoque *bolmstomt*. WESTG. L. l. c. pro villa ejusmodi ſeparata, ſed minori.

AFGÅNG, *hafwa afgång* dicitur merx, quæ facile emtores invenit: Germ. *abgang*: a *gå*, quia diu in eodem loco non manet.

AFGELD, terminus in Legibus patriæ uſitatiſſimus, notans cenſum, qui pro fundis alienis penditur. 2. REG. 8: 6. A *gelda* pendere, quod vide.

AFGRUND, abyſſus: ab *af*, particula negativa & *grund* fundus. Ulph. *afgrunditha*. LUC. 8: 31. A. S. *ongrund*, Al. *apcrunt*, Germ. *abgrund*.

AFGUD, idolum, quaſi non-Deus, de quo ſupra in *af*. A. S. *afgod*, Germ. *abgott*.

AFGUDERI, idololatria: Isl. fere *blotan* dici ſolet.

AFHÅNDA, alicui aliquid abripere, auferre. *K. B.* L. L. c. 4. §. 3. *Ey ſkal han naghraledhis någhot godz af naghom tagha eller afhænda*. Manifeſta vocis compoſitio eſt ab *af*, ex, & *hand*, manus. Facit vero diverſus hujus particulæ uſus, quem ſupra in *a* monſtravimus, ut *afhænda* plane contrarium quoque ſenſum habeat, denotetque ἐγχειρίζειν, ſeu in manus alicui dare. Ut 1. MACCAB. 12. *Vier hòfum bodit þem, at afhænda ydur þetta brief*, juſſimus, ut haſce literas vobis traderent. cfr. ACT. 9: ult. ANS Saga, p. 17. *at afhænda gullrhingur dottur þina*, tradere annulum aureum filiæ tuæ. In L. UPL. *Manh. B.* c. 44. *abænda* adhibetur de re furtiva apud furem deprehenſa: *æn thæt ær half mark ællæ mera, ſum abænt war med hanum*, ſi dimidia marca, aut eo plus fuerit, quod apud eum deprehenſum fuerit.

AFHÅLLA, diſtinere, abſtinere, ab *af* & *hålla*, de quo ſuo loco: ita dicimus *afhålla ſig från wiſs mat*, abſtinere a quopiam cibo. Quando vero diviſim dicimus *hålla af*, plane diverſum ſignificat, nempe amare. *Hålla af ſig*, ſemet amare.

AFHÅLLEN, adj. Pro vario verbi ſignificatu notat 1. ſeparatum. 2. dilectum, JOH 4: 44. Peculiarem ſignificatum hujus vocis, qui occurrit PHIL. 1: 20, ubi celebratum, magnificum notat, obſervat SPEGEL, ſed is interpreti magis, quam linguæ erit adſcribendus.

AFKOMMANDE, proſapia. Gen. 17. v. 12. Dicitur etiam *afkomma*, *han lefwer i ſin afkomma*, vivit in progenie ſua. UPL. L. *Arfd. B.* c. 11. §. 3. *Liwer annærs ſydſkins afkomæ*, ſi ex alterutro genitus ſuperſit.

AFKOMST, reditus: utrumque a *komma* venire. Galli ſimili compoſitionis ratione dicunt *revenu*: conf. Lat. *reditus*.

AFL, vis, robur. CHRON. RHYTHM. min. p. 23.

Hon hugde, at Hertugen hade ingen afwel.

Cogitabat, Principi nihil eſſe virium. HERW. S. c. 12. Str. 27. conjunguntur *afl oc elion*, quorum utrumque vires, ſed hoc animi illud corporis denotat.

Digitized by Google

A. S. *ellen*, id. v. Hickesii Gram. Angloſax. p. 128. *elianleiſi*, imbecillitas Heims Kr. T. 1. p. 485. *Aſl* vero hoc affine eſt veteri Cædmonis vocabulo *abal*, quod, Junio teſte in voce *able*, denotavit vires, vim, impetum. cfr. Wachter. in *elend*.

Aflmikil, Isl. viribus pollens, prævalidus.

Aflmunur, Isl. differentia virium.

Aflogr, Isl. fortis.

Åflas, Isl. *efla*, laborare, vires ſuas impendere, exercere, *efla blot*, Herw.S. ſacrificium inſtruere, *ban æflas*, laborioſus eſt,

2. Notat poſſe, valere. Gothl. L. c. 28. §. 6. *ſelin þaim, ſem liauta aghu, en þair efla: efla ai þair.* i. e. vendat illis, qui partem habent in prædio, ſi illi facultates habuerint; ſin vero illi non valuerint &c. Ol. Saga c. 89. *Ei efldu Weſtrgautar þeſſ*, non potis erant Weſtrogothi, hoc facere.

3. Habitare, commorari. v. Heims Kr. Tom. I. p. 418. *Eirkur Jarl efldi a Lauþum*, Ericus Jarl Laudomi commoratus eſt. Plura adfero in Catalogo Regum Suiog. notis Criticis illuſtrato. Part. 3. p. 84.

AFLA, concipere, *afla barn*. Sunt qui compoſitam vocem hanc credunt ab *af* & *ala* parturire, gignere: ſed præſtiterit forte, derivatum dicere ab *aſl*, quum in productione ſui ſimilis natura ſupremam vim ſuam exercere credatur, unde etiam Jacobus Gen. 49: 3. Ruben, filium ſuum natu maximum, appellat *primitias roboris ſui*, quæ allata verba mihi ſuggerunt, quod in Lingua Ebræa חול, parturire, & חיל robur, voces ſint ejusdem familiæ. Sumitur vero hoc *afla* proprie de generatione ſobolis. *Gipt. B.* L. L. c. 2. Hinc *afling* fetus. Upl. L. *Arfd. B.* c. 13. *Varder kona bærtakin med afling bonda ſins*, ſi uxor in captivitatem abducta fuerit, cum fetu mariti ſui, h. e. gravida.

2. Ut Latinorum parere de rerum quarumvis acquiſitione dicitur, ita & *afla fæ* eſt facultates acquirere: unde *aflan*, res partæ, *afling* idem. Kon. Styr. p. 6. *aflinge gods*, bona acquiſita, quibus opponuntur *arf*, *byrd*, *fædernesjord* &c. bona hereditaria: *aſl* vel *afwel*, quod ſpeciatim ponitur pro fetura quavis animalium. *Egen afwel*, proprium pecus, *afwelsgård*, villa. Matth. 22: 5.

AFLAT, remiſſio, unde *aflatsbref*, literæ indulgentiarum. Ulph. *afleta* & *aflata*, id. Luc. 1: 77. *in afleta fravaurhte ize*, in remiſſionem peccatorum eorum. Al. *ablaz*, Belg. *aflaat*.

AFLESTER dicitur corium animantis a feris occiſi, quod monſtrare in rei fidem debuit paſtor, niſi damnum ab eo præſtandum eſſet. Germani veteres *awazel* dixere, v. Schilteri Gloſſ. p. 9. Circa originem noſtræ vocis hærent Critici, nec ego exploratius quid afferre poſſum. Interea probabilis mihi videtur conjectura, *afleſter*, vel forte rectius *affleſter*, derivari a *fletta*, frequentativo vocis *flå*, deglubere, quod ſuo loco quære.

AFRAD, cenſus vel certa penſio frumenti &c. ex villis & prædiis domino fundi a colono ſolvenda. Voluspa Str. 23.

Hvort ſkylldi æſer afrad giallda.

Num Dii deberent pendere cenſum. Adde Östg. L. *B. B.* c. 9. Oritur ab *af* & *rada* numerare. Ulph. *rathjan*, Germ. *abraten* pendere, ut adeo Loccenio non ſuffragemur, qui hanc vocem derivat vel a *råd*, facultas, vel ab *aura* i. e. *öre*, nummus, ne dum illis, qui *afrad* dici putant quaſi *agrarium*. Latino Barbaris audit *averet*: vide Literas Stephani Archiepiſcopi apud Oernhielmium, in Hiſt. Eccleſ. 4. 7. 12. *Huic loco & pactioni additus eſt trium marcarum cenſus perpetuo poſſidendus, qui vulgo* averet *vocatur*. cfr. L. B. *avera*, *averagium*, apud Du Fresne & Spelmannum, quæ ſunt opera & vecturæ fundi dominis præſtandæ. A noſtro *afrad* oriundum eſt *afradsdag*, dies penſioni annuæ præſtitutus, qui ſecundum leges noſtras eſt dies S. Thomæ, olim vero triplex erat: v. Wesm. L. *Jord. B.* c. 24.

2. In jure Gothlandico c. 28. *afrad* vocatur penſio illa, quam emtor fundi alicujus venditoris neceſſariis ſolvere debuit in reparationem illius damni, quod eo feciſſe putabantur, quod extra familiam fundus gentilitius vendebatur. Sancitur nempe in eadem lege, ne quis jus haberet, niſi ſumma urgente neceſſitate, prædia ſua divendendi, &, ſi id eſſet, ut proximis gentilibus offerrentur. Si vero præ inopia illi id redimere, non valerent, in alienam tranſivit poteſtatem, ſed hac lege, ut *afrad* penderetur.

3. In Oſtrogothicis Legibus invenitur *afrad* pro paſcuo, quod in arvo eſt poſt demeſſas fruges. *Byg. B.* c. 21. Sic in pandectis noſtris *afradsgærde* illud coloni arvum dicitur, quod hoc anno ſegetes tulit,

Digitized by Google

tulit, quaſi dicas, illud jam cenſum pependiſſe cultori ſuo.

AFRAPA LASS dicitur in L. HELS. *Kȍp. B.* c. 7. quando quis debilem & membris captum, qui ſecundum leges noſtras cujusvis hoſpitalitatem expectandam habuit, apud alterum, qui, quo juvare poſſit, non poſſidet, deponit: a *rapa* titubare, vel ægre incedere poſſe. VEREL. & *laſs* vehes, quia ab uno ad alterum curru vehitur.

AFRÅTTA notat inſtruere, cum in genere, tum in ſpecie de equis & canibus. Uſitatius *inrætta.* v. *rætta.*

2. Notat ultimo ſupplicio ſontem afficere. Germ. *hinrichten*, a *rætt*, judicium. Græci ſimiliter ſumta de ſontibus ſupplicia a juſtitia denominare voluerunt, unde δίκας διδόναι eſt ſupplicium dare, nec non δικόω, pœna afficio, quod vocabulum inprimis Siculis fuiſſe familiare, obſervat CICERO, *Verr.* VII. ἐδικαίωσαν, inquit, *hoc eſt, ut Siculi loquuntur, ſupplicio affecti ac necati ſunt.* Ipſi Romani haud abſimili loquendi formula utebantur, dum, qui ultimo ſupplicio afficiebant, dicebantur *lege agere.* v. LIV. Hiſt. Rom. L. 26. c. 15. & 16.

AFRÅTTS PLATS, Locus ſupplicii.

AFSÅGA, renuntiare. *Affæga ſig ſin rætt* juri ſuo renuntiare. *Affæga landbo*, UPL. L. *Jord. B.* c. 13. renuntiare colono, hodie dicimus *uppſæga.* Eodem ſenſu uſurpatur in formula exorciſmi: *affægs tu djáfwulen*: abrenuntias diabolo? *affagd fiende*, ille, cujus amicitiæ plane renunciatum eſt. Omnia a *ſæga*, licet WACHTERUS poſteriores dicendi modos referat ad *ſak*, lis, & *ſaka*, litem conteſtari.

AFSIDES, ſeorſum. v. *Sida* latus. SPEGEL in Gloſſ. hinc derivat L. B. *abſida*, quod notat locum templi ſeparatum, ubi Epiſcopi ſua ſubſellia habebant, item atrium extra eccleſiam, ut habet Gloſſarium vetus apud SPELMANNUM: alias refertur ad ἄψις, fornix, arcus v. eund.

AFSKED, abitus. Ulph. *affkaidan ſik*, diſcedere. Luc. 9: 33. a ſimplici *ſkaidan* ſeparare, Germ. *abſchied.* Quum porro abeuntes illis valedicere ſoleant, quos relinquunt; hinc *taga affked* hoc ſenſu, atque etiam pro venia abeundi a loco vel a munere ſumitur: ita milites dicuntur *få affked*, qui miſſionem accipiunt.

Tandem id Latio, vel ſeneſcenti potius ſermoni Latiali debemus, quod *affked* pro decreto ſumatur. Uti enim illi *receſſum* appellavere conventionem, quæ ſub finem comitiorum fere fiebat, ita vocabulo *abſchied* eandem vim dedere Germani, & nos eorum exemplo.

AFSKEDA & *fôraſſkeda*, pro vario vocis ſuperioris ſignificatu notat, miſſionem dare & paciſci. Utriusque ſignificatus exempla in regni ſtatutis crebro occurrunt.

AFSKEDES, devius. KON. STYR. p. 3. *afſkedes ganga ok forwarda*, in devia abire, & perire.

AFSTÅ, deſiſtere, Gr. ἀφίστασθαι, ut ἀφίστασθαι τῆς ἀρχῆς, abire magiſtratu. Apud ULPHILAM *afſtaſſais bokos*, libellus repudii, Gr. ἀποστάσιον.

2. Cedere alicui, *afſtå något åt en annan.*

AFTON, veſpera, Isl. *aptan*, Al. *aband*, A. S. *æfen, æfern*, B. *avond*, Germ. *abend.* Accidit in hac voce, quod in pauciſſimis aliis, ut Suethica lingua duriores conſonas habeat, quam illius cognatæ: hoc vero mihi indicio eſſe videtur, nos faciem vocis origini ſuæ propiorem ſervaſſe, quum aliunde mutuata fere vel contrahi ſoleant vel molliri. Videmus certe WACHTERI derivationem *abend*, ab inuſitato *aben*, deſinere, noſtri ſermonis vocabulo parum aptari poſſe. Melius itaque mihi calculos ponere videntur, qui *afton* & *aptan* a re ruſtica deſumtum credunt, quaſi *aftagan*, quia tum demuntur juga bobus. Fuit hæc opinio OL. RUDBECKII Jun., cui ſubjungo, quod Græci veſperam βέλυσιν appellarint v. CIC. Ep. ad ATT. 15: 28. & ibi GRÆVIUM. Scilicet, ut canit VIRGILIUS Georg. L. 2.

Tum tempus equis ſpumantia ſolvere colla.

Sed ſimplicius tamen exiſtimari poteſt, ſi *aptan* derivetur a particula Isl. *aptan*, poſt, quæ in ſcriptis veterum non infrequens eſt, & opponitur τῷ *framan*, ante. v. GUDM. ANDR. Lex Isl. p. 13. HEIMS KR. T. II. p. 39. *þeir er aptann ſiglo voro*, qui poſt vela erant. OLOF TRYGGV. S. p. 238. *Skipit renner at Kongs ſkipina aftan ad lyptingenni.* Navis curſum dirigit, ut veniat pone ad puppim. Secundum id *aptan* & *aptandags* denotat poſteriorem partem diei. cfr. Ulph. *aftana* poſt. Anglo-Saxones ex eadem ratione veſperam *æfern* dixere, ab *æftan*, poſt. Isl. *efre*, poſterior, *efri aldur*, ætas poſterior, *ofvanverdur dags*, finis diei, *ofvanverdur nætur*, finis noctis, vel ſuprema pars no-

Digitized by Google

ctis, cui oppoſitum eſt *onverdar* vel *andverdur natur*, initium noctis, ab *and*, adverſus. Etymologia hæc evidentior erit, ſi cogitaverimus, veſperam apud veteres ultimam fuiſſe diei partem, *quum*, TACITO teſte, *apud illos nox diem duxerit*, de Mor. Germ. c. 18. cfr. [CÆSAR *de B. G. Lib. 6. c. 18.* Mœſogothi veſperam per circumlocutionem expreſſere. MARC. 1:32. *at andanahtja vaurthanamma* quod, immutato aliquantulum verborum ordine, idem eſſe ac *ondverdar natur*, monuimus in Spec. Gloſſ. Ulph. P. 3. p. 61.

AFTONSONG, proprie cantio veſpertina. Uſurpatur jam pro ultimo actu cultus ſabbatici.

AFTONWARD, cœna. v. infra in *vard.*

2. Notat diem, feſtum aliquod præcedentem, ſcriptoribus medii ævii vigilia dictum: *Julafton*, vigilia nativitatis Chriſti. Scilicet omnia feſta a veſpera incipiebant, & veſpera finiebantur. v. ALTHAUS Calend. med. ævi p. 2. Hinc ut diſtingui poſſent hæ duæ veſperæ, prior fere *afton* & poſterior *quæll* dici ſolet, ut *Pingſtafton* vigilia pentecoſtes, *Pingſtquællen* veſpera ipſius feſti. v. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 17. §. 1.

AFUND, inimicitia, ab *af* quatenus privativum eſt, & *unna* diligere. Alemannice dum *abanſt* dicitur, duæ hæ voces, utpote ex communi radice ortæ, nihil differunt niſi levi literarum homogenearum variatione. Scilicet pro ratione compoſitionis notant quamvis animi iniquitatem, ut dum in HELS. L. *Kon. B.* c. 4. opponuntur, quæ fiunt *af bradhum ſkilnad*, quæque proveniunt *af længri awund*, i. e. quæ a ſubita animi impotentia, quæque a longinqua ſimultate. cfr. ÖSTG. L. *Eds. B. c. 3. §. 3*

2. Speciatim ponitur pro invidia, unde *afundſjuk*, invidus. *Afunna*, invidere, pro actu ſumitur, *afunnas* pro ſtatu: ita dicimus *afunna en annan ſin lycka* alterius fortuna dolere, *afundas öfwer en annan*, alteri invidere. Quod ad orthographiam attinet, dubio caret, ab etymo recedere eos, qui *afwund* ſcribunt, quum *w* heic non magis locum inveniat, quam in *afyttra*, *afalſtra*.

AFWÄNJA, deſuefacere, inprimis dicitur de infantibus, qui ablactantur. Angl. *wean a child*, Germ. *entwehnen.*

AFWIG, inverſus, Isl. *öfugr*, Al. *auuek*, ut in illo NOTKERI. Ps. 77: 8. *auuekiu ſlahta*, prava generatio. (Sv. *afwigt ſlægte*,) alias *abuh*, *ababe*, *abob* perverſus. Nos dicimus *afwiga kläder* ubi, quod intus eſſe debuit veſtium, extrorſum vertitur. Auſtriaci ſimiliter *in abigen* v. HEUMANNI Opuſc. p. 423.

2. Metaphorice *afwig* dicitur, qui incommodus & minus favens eſt. *Ett afwigt ſinne*, ingenium moroſum, ſpeciatim *afwig ſköld* notat rebellem, vel ad verbum, qui clypeum illis obvertit, qui ſui eſſe deberent. Hiſt. ALEX. M. *afwogan ſkiol*, Dan. *afwind ſköld*. *Ganga afug or ætt ſinni* in Leg. UPL. *Arfd. B.* c. 19. dicitur, qui, dum alii rectius a ſtatu ſervitutis in libertatem contendunt, retrogradiens quaſi, in ſtatum ſervitutis ſe dimittit. Originem vocabulo *afwog* dedit particula *af*, *of* & *ofur*, Al. *ab*, quæ privative poſita indicat defectum in re aut ordine rei. Conf. GUDMUNDUS ANDREÆ in notis ad *Runa Capituli*, & quæ nos infra adferemus in *of*: unde eſt, quod quicquid ſuo ordine non peragitur, *afwigt* dicatur. TEGELS Hiſt. GUSTAVI I. Part. 1. p. 107. *Styrmannen gaf ſig åter afwig i ſjon:* Naucleras retrogradus ſe præcipitavit in mare. Isl. *ofurmenne*, homo perverſus, *ofuryrde*, mala verba. Aſſentiri itaque non poſſum, cui alias tam lubenter aſſurgo, H. GRAMIO, qui in ſpecimine uſus L. Angl. S. in ACTIS DANICIS Part. V. p. 132. *afwog* hoc, vel potius Danicum *awed*, ab A. S. *aved*, inſanus deducit. Meminiſſe quippe debemus, terminationem *ed*, *ek* & *ig* in Linguis hiſce Septentrionalibus paragogicam eſſe, & ad vocis eſſentiam non pertinere, id quod illarum collatio abunde docet,

AFWITTRA, vide mox ſequens *afyttra.*

AFYTTRA, ſeparare, a ſe removere vel alieni juris facere: ita de mercibus dicitur, *hafa något att afyttra:* aliquid, quod alieni juris facere, vel quod aliis relinquere velimus, habere. Ortum eſt ab *ut*, foras, cujusmodi verba a præpoſitionibus oriunda haud pauca Lingua noſtra habet, ut a *fram*, *framja*, a *för*, *fordra*, ab *om*, *ömſa* &c. Germani ſimiliter ab *aus* fecere *auſſern*, quod noſtro huic plane geminum eſt.

2. Termino forenſi, *afyttra* de parente liberos ſuos e poteſtate dimittente, iisque, ubi poſt fata prioris conjugis alteras nuptias initurus eſt, ratam bonorum ſuorum partem concedente. Qui

Digitized by Google

Qui ita hereditatem ſuam (*urgiaf* in Lege OSTROG. *Arfd.B.* c. 16. dictam) adierant, apud veteres *utarfwar* dicebantur. SKANEL. Lib. 1:21. *Dör bonde oc ær utarfwæ til:* ſi moriatur maritus, & relinquat heredes e familia dimiſſos. cfr. Statut. WALDEMARI Regis de portatione ferri igniti ad finem earundem legum p. m. 68. ubi quid hoc termino indicetur, hiſce traditur. *Utarfwingæ kalles en togh ath the ære hans börn, forty the eræ uthſkifftæ för, och ey ſathæ i fleth och ſæligh mz hanom.* *Utarfwingar* dicuntur, quamvis ſint liberi, qui antea hereditatem creverant, nec in domo paterna communes cum patre lares habuere. Jam facile liquet, *aſyttra* idem eſſe, ac *göra utarfwa*, vel conceſſa legitima portione hereditatis, familiaris rei ſuæ exſortem facere. Hodie tam in Codice Legum noſtrarum, quam alias ubique ſcribitur *aſwittra:* ſed id vitio irrepſit, meliusque & origini ſuæ conformius *aſyttra* diceretur. Antequam hæc, quam dedi, vocis etymologia mihi in mentem venit, credidi cum noſtro vocabulo aliquid affinitatis forte habuiſſe Alemannicum *withem*, dos vel munus ſponſalitium, *wette* ſponſalia: ſed non opus eſſe judicabis *B. L.* eo confugere, ubi propiora adſunt.

AGA, timor. CHRON. RHYTHM. p. 277.

For Marſken hade han mycken aga
Mareſchallum multum timuit.

Gr. ἄγη apud HESYCHIUM vertitur θάμβος, ἔκπληξις. Ulph. *agis*, Luc. 1:12. unde *ogan* timere, *usagidai* territi, *inagida*, comminatus fuit, *unagein*, ſine timore A.S. *ege*, *oga*. v. JUN. Gloſſ. Ulph. p. 271. Al. *ege*, *egiſo*, *ekiſo* SCHILT. Gloſſ. p. 255. C. B. *ofn*, Isl. *ugg*, *ogn* & *agi*. HEIMS KR. T. II. p. 111. *Settuſt þa nider þeſſi ufriþur ok agi*, ceſſavit ita hæc inimicitia & formido. 1. SAM. 23. *vier erum med ugg oc otta*, ſumus cum timore & formidine.

2. Notat diſciplinam, Al. *egi*. v. *Reg. Benedict.* apud SCHILT. p. 21. Hinc *hålla i aga*, aliquem ſub diſciplina arctiore tenere. Huc pertinere credo locum in CHRON. RHYTH. min. p. 15.

Goder koſter och ædla ſid
Millan aghi och ſtarker frid.
Lautæ epulæ & mores honeſti
Sub diſciplina & firma pace.

AGA, caſtigare.

AGELÖS, qui ſine timore vel caſtigatione eſt *Hwa ſom agelös lefwer ok lagha, han hederlös dör.* Qui ſine caſtigatione & lege vivit, is ſine honore moritur. Proverbium eſt, quod invenitur in *proleg.* ad L. HELS.

AGÆTR, vel *agjátur* bonus, præſtans; Isl. id. VEREL. & GUDM. ANDREÆ. MAGNUS SMEK in literis anno 1332. datis, in DANSKE MAGAZ. Tom. 1. p. 331. *Verdulegr berra, agiætur aminningar, Hakon Konongr, Modar Fader war.* i.e. Spectabilis Dominus, bonæ memoriæ, Haquinus Rex, avus noſter. Oppido manifeſta harmonia vocis hujus Gothicæ eſt cum Græcorum ἀγαθὸς, idque per omnes gradus: nam ubi illi βέλτερον, βέλτιϛον dicunt, nos eliſo *l bættre*, *bæſt* uſurpamus.

2. Notat celebem, Gr. ἀγητὸς, quod ab HESYCHIO explicatur ἔνδοξος λαμπρὸς. Hinc *agiæti* virtus, celebritas. ROLF. KRAKES S. p. 43. *Mikla meiri agiæti*, multo major præſtantia. *Agiæt ſlåkte*, proſapia incluta.

AGAS, luctari. OSTG. L. *Eds. B.* c. 1. §. 4. *Nu æn the agas wider i gards lidhi*, ſi rixentur vel pugnent in atrio. HELS. L. *Manh. B.* c. 6. §. 1. *Ægbas widher bonde ok ſtafkarl:* ſi pugna orta fuerit inter patrem familias & mendicum. Sunt hæc præſentia origine penitus diverſa a ſuperioribus *aga* & *agi:* orta quippe ab *æga*, Isl. *eiga*, *eiga vid*, pugnare. ORMS S. apud VERELIUM, Ind. p. 56. *var þar vid illan um at eiga, þar Odin ſloz i lid med Ringi Kongi*, iniqua ibi certaminis conditio fuit, ubi ODINUS in partes tranſiit RINGONIS R. Hinc *vidureign*, certamen.

AGG, ſimultas. Scribitur etiam *back* in antiquioribus monumentis, ut in CHRON. RHYTHM. min.

Drottningen bar ok wider them back
Regina etiam illis infenſa erat.

Videtur denotare quamvis animi exulcerationem, ſive ex dolore ſive ira natam. A. S. *æce* dolor, *ece* id. Angl. *ache*, Gr. ἄχος dolor. Videmus iræ dolorisque nomina ſæpe confuſa, ut ex illis patebit, quæ notantur ad voces *ångra* & *harm.*

AGN, palea, acus. Ulph. *ahana*, Al. *agana*, v. JUNII Gloſſ. Ulph. alias *aehnian* in SCHILT. Gloſſ. p. 13. Fen. *åkana*, Lat. *achne*, Gr. ἄχνα vel ἄχνη. Omnia a cuſpide vel acie nomen ſortita, docet WACHTERUS loco ſupra in *ægg* citato. Habet aliud quoque nomen, quod paleam notat, Lingua noſtra antiqua, *aakarn.* v. HICKESII Index ad RUNOLPHI

Digitized by Google

Jonæ Grammat. Isl. p. m. 97. illudque oppido commodum, haud dubie quippe ortum ab *a* privat. & *akran* fructus, cum aceri nihil frugis inſit. Græci ἄχυρον dicunt, ſimillima voce, & quam ab ἐχυρὸς firmus, deducere Stephano aliisque liceat.

Agnabakr, nomen opprobrii, illi olim inditum, qui fruges ex agro alieno clanculum furabatur, quas dum dorſo imponebat, veſtigia furti paleæ relinquebant: ab *agn* & *bak*, dorſum. Verelius mavult, vocem derivare ab *agn* & *banka* tundere, triturare: ſed utcunque viro erudito lubens accederem, non tamen admodum mihi hic ſatisfacit. Non enim triturando paleas ſed ſegetes quærimus. Scriptum quidem invenitur *anbanka* in Westo L. *Thiuw. B.* c. 1. §. 3. Sed neſcio an hæc lectio genuina ſit habenda, tot teſtibus pro altera pugnantibus Dani *aſſnebag* hujusmodi furem nominant v. Ostersons Lex. Jur. Quum hi nebulones noctu fere facinus ſuum committant, per jocum idem nomen veſpertilionibus inditum eſt.

AGN, eſca ad capiendos piſces hamis impoſita. Gautr. S. *Eg ſkal haſa þig at agn*, ego te pro eſca exponam. *Egna* Isl. irrito, pellicio.

2. Notat minutiſſimum piſcis genus, quod pro eſca uſurpari ſolet. Succurrit hac occaſione, quod obſervat Cæl. Rhodiginus. Var. Lect. L. 14. c. 21. ἄχνη nempe apud Græcos poni pro re quavis minutiſſima.

AGRIP, varia in ſcriptis vetuſtioribus notat, ut 1.) initium. Hiſt. Herraudi c. 1. *uphaf eda agrip*, principium. 2.) Brevem ſummam & complexum: *Stutt agrip*, ſumma brevis, quod ex Runolpho Jonæ adfert Verelius. 3.) In jure Dalico notat res furi abreptas. 4.) Documentum commiſſi furti captum a reo, e. g. inſtrumentum, veſtem. v. Verelius in Ind. p. 7. Origo vocis manifeſta eſt a *gripa*, prehendere, unde etiam ortum ducit, quod in lege Longobardica occurrit, *anagriph*, notans turbationem patriæ poteſtatis per anticipatam Venerem.

AKTA, cogitare. Eſt hæc prima & præcipua vocis ſignificatio, quæ quoque reſidua cernitur in Ulph. *ahjan* Matth. 10: 34. *ni ahjaith*, *thatei quemjau* &c. nolite cogitare, quod venerim, Al. *ahon*, *ahton*. v. Schilterus p. 7. Germ. *achten*. Wachterus, cui tantum debet ſtudium etymologicum, heic nimium ſuo indulgere videtur ingenio, dum a novitio Belgarum *achter*, primam vocis ſignificationem deducit ſequi, ſectari. Novitium vero dum Belgarum vocabulum dico, ad *ch* illud, quod in medio eſt, reſpicio, & quocum aliarum dialectorum *f* & *p*, permutare, illis ſolenne eſt. Novimus enim, antiquiores omnes pro illo *achter aftan*, *aftaro*, *avur*, &c. dixiſſe, ſolosque eſſe Belgas, qui a communiore illa pronuntiatione recedant. Accidit vero hoc criticis noſtris non raro, ut pro etymis antiquiſſimarum vocum novas nonnunquam & muſteas nobis offerant: quod tamen ſedulo vitabit, qui verum amat. Et ſane etiamſi hodierna *akta* & *achter* non diſſimilia ſint, quis non videt, ab *aftan*, *aftar*, *after*, Ulph. *ahjan* ea non poſſe arceſſi? Me manifeſta vocis ἡγέομαι, cogito, ſimilitudo permovet, ut aliis originibus quærendis ſuperſedeam. cfr. tamen Ebr. הגה, meditor, & quæ infra dicturi ſumus ad v. *hug*. Quod vero ad ſignificationem attinet, denotat, ut diximus, proprie cogitare: *Han aktade, att göra thet*, cogitavit, id facere.

2. Æſtimare: etiam id ex uſu Græcorum, e. g. περὶ πλείονος, περὶ οὐδενὸς ἡγεῖσθαι i. e. pluris, parvi ducere, Sueth. *högt*, *ringa akta*, Al. *ahton*, A. S. *ehtian*. v. Jun. Gloſſ. Ulph. in v. *ahjan*, Gloſſ. Boxh. *luzzil hahtondes*, parvi pendens. Habemus inde *högaktning*, veneratio.

3. Curare, animum attendere, *akta befallning*, animum attendere ad mandata. Hinc *aktſam*, curioſus, *aktning*, cura.

4. Cavere, hoc eſt animum attendere ad pericula, *akta ſig*, cavere ſibi.

5. Sperare, Kon. Styr. p. 207. *Hwan wægen the akta ſik mera hialp*: unde præſentius auxilium ſperare poſſint.

Akt, pro diverſa radicis acceptione varios ſignificatus habet: 1. attentionem, *gifwa akt uppå*, attentionem adhibere, *göra något i then akt och mening*, ea intentione: 2. Senſum, ut Kon. Styr. p. 131. *Thera akt eller ord*, earum (literarum) ſignificationem aut verba. Scilicet ſenſus nihil aliud eſt, quam imago cogitationum ſcribentis. 3 Curam, *hafwa akt om något*, curare aliquid. 4 Cautionem, *taga ſig i akt*, ſibi cavere.

AL, alnus, A. S. *alr*, *ælr*, Al. *elira*, Angl. *alder*, *aldertree*, Gall. *aulne*, Germ. *eller*, Belg. *elsboom*. Quum alnus ſit amica fretis, ut ait Statius, Theb. Lib. 6. & Silio Italico aliisque fluminea dicatur,

catur, probabilis conjectura eſt, hanc arborem ab aqua vel flumine nomen ſortitam eſſe. Vidimus autem antea, *a* Gothis aquam denotaſſe, & in aliis dialectis *al*. v. SCHEFFERI Upſalia p. 6. Inter arbores in paganiſmo ſacras alnum fuiſſe, docet edictum EDGARI Regis Angloſaxonum, ſubjunctum BEDÆ Hiſtoriæ (v. modo laudatum SCHEFFERUM pag. 34.) ſecus ac apud Romanos, qui eam infelicem & religione damnatam habuere. v. PLIN. Hiſt. Nat. Lib. 16. c. 26.

ALA, accendere. LEV. 6: 12. *Eldurin ſkal brænna a altarena, og aldre ſlokna. Præſturin ſkal hwern morgun ala elden a þui*: ignis accenſus ſuper altari nunquam extinguetur: Sacerdos quolibet mane ſuſcitabit ignem ſuper eo. A. S. *ælan*. Diximus in ſpecim. Ulph. ſecundo, p. 25. non tantum A. S. *æled*, ignis, & Sueth. *eld*, ſed forte etiam Lat. *altare*, *oleum*, Gr. *ἔλαιον* id. & *ἀλέα*, calor, communi huic matri originem ſuam adſcribere, pro eorum cum igne jugi commercio. Immo Lat. *oleo* nihil aliud, quam noſtrum *ala* olim denotaſſe, reſiduum adoleſco prodit, ut in illo VIRGILII:

Adoleſcunt ignibus aræ.

Nec quemquam turbare debet vocalis *a* in *o* commutatio: nam præterquam quod ea nihil frequentius ſit, obſervare licet, noſtrum *ala* in imperfecto *ol* habere, ut exempla mox adferenda monſtrabunt.

2. Gignere & procreare: per ſolennem illam inque omnibus linguis uſitatam metaphoram, qua vitæ primordia accenſo igni aſſimilantur. Unde etiam ignem veteres Latini a gignendo nomen accepiſſe, credidere, cujus etymi rationem videre licet apud VOSSIUM in Etymol. & VARRONEM de L. L. 8: 10. ubi in hanc rem varia. Uſurpatur autem *ala* de utroque ſexu, mare & femina, inprimis vero de hac poſteriore. HERW. S. c. 6. *Swawa ol barn*: Swawa genuit liberos. Hinc *alder*, ſuboles, de quo ſupra.

3. Educare. Syr. 6. *Kæra barn, lat þu viskona ala þig up fra barnæſkia*: dilecte infans, ſine, ut prudentia te educet inde ab infantia. GOTL. L. c. 2. §. 1. *Barn hvert ſkal ala ſum ſyt verþr a landi oru, ok ecki utkaſta*, infans quilibet, qui natus fuerit in noſtra regione, educandus tolletur, nec exponetur. cfr. *adoleſco*, *indoles*, *ſuboles* &c. nec non Gr. *ἀλδέω*, *ἀλδαίνω* augeo, incrementum do.

4. *Alere*, ſaginare, cum quæ accurate aluntur, pingueſcant, unde etiam Lat. *altilis* pro pingui ſumitur PROV. 15. *Bettre er riettur af kale med kiærleika, helldur en alen uxe med hatre*: præſtat jus olerum cum caritate, quam bos ſaginatus cum inimicitia. ULPH. *alidan ſtiur ufsneitbitb*, ſaginatum viculum mactate. Neſcio cur FR. JUNIUS ad Gr. *ἀλοᾶν*, triturare, confugerit, quum domi adeo propinqua habeamus etymologiæ ſubſidia.

ALSTER, fetus, *ſianga alſter* fetus ejusdem tori. UPL. L. *Kirk. B.* c. 17. *alſtra* generare.

ALFOSTER, nutritius. Occurrit vox illa in Lege CHRISTOPHORIANA civili. *Köp. B* c. 4. ubi de fetura emtæ equæ aut vaccæ ſermo eſt, quæ ut emtori cedat, jubet Legislator, hac addita ratione. *Ty at ångin ma annars alfoſter warda*. Quod LOCCENIUS interpretatur: nemo enim ſibi vindicare poteſt, quod alteri naſcendo acquiritur. In loco parallelo Leges Provinc. h. t. c. 5. verba eadem occurrunt, niſi quod pro *alfoſter affolſtre* legitur: Verba, LOCCENIO interprete, ita ſonant. Nemo tenetur id curare, quod alteri naſcendo acquiritur. Ego vero vitium heic in codices noſtros irrepſiſſe arbitror, proque *warda*, *wara* eſſe legendum. Tam meæ conjecturæ rationem, quam totam hujus legis emphaſin dabit Lex Oſtrogothica *Byg. B.* c. 45. ubi hæc verba extant. *Thy at ångin må annars kalfs foſtre wara*: nemo enim ad id obligatur, ut vituli alieni nutritius ſit: *Alfoſter* itaque vel rectius *alfoſtre* loco citato vertendum eſt nutritius feturæ, ab *al*, fetura, & *foſtre*, nutritius.

ELNAST, augeri, *elnadiſt ſotten*, morbus augebatur. HEIMS. KR. Tom. I. p. 339.

ALF, latus, v. *balf*.

ALF, terra glareoſa. Primo videtur ſaxum vel petram ſignificaſſe: unde *alwarden* dictum fuiſſe docet v. DALIN naturale illud jugum, quo circumvallatur Oelandia. in Hiſt. Suiog. p. 75. *Alp* Gallis montem olim dictum fuiſſe, notatur apud ISIDORUM. NOTKERUS Ps. 103: 18. *In dien lochen dero alpon*: in cavernis montium. WACHTERUS credit *Alp* & *Fiæll* Isl. ſola literarum metatheſi differre.

ALL, omnis. C. B. *oll*. Hibern. *oll*, *uile*, Ulph. *all*, *alls*, A. S. *al*, *æl*, *eal*, Al. *al*, Isl. *all*. DOMAR. REGL. §. XVI. *Thet ær icke allt ſant, ſom ſanning ær likt*: non omne verum eſt, quod veri ſimile.

2. Notat totum: quæ ſignificatio, ſi minus communis eſt altera, attamen non minus proba atque antiqua. *Kon. B.* L. L. c. 2. *Öfwer alt Suerike*

rike ſkal ey Konunger vara, uthan en: per univerſam Succiam Rex non erit, niſi unus. Gr. ὅλος, Græci Barbari ὅλλος dicunt, teſte Meursio.

3. Adjectivis additum ſignificationem adauget, ut apud Ulph. Luc. 15:14. *allatharba*, plane egenus. Al. *alazioro*, perdecorus, *alafeſti* perfirmus. Schilt. Gloſſ. p. 18. Isl. *alltil*, valde parvus, *allvæn* peramœnus, *allmikil* plurimus. Nos hodie dicimus *allt förmycket* plane nimium. *Allena*, plane ſolus. Al. *alain* Rhythm. de Exped. Caroli M. Hiſp. p. 14.

Und beleibet er alters alaine
Et reſtat omnino ſolus.

Angl. *alon*. Germ. *allein*.

4. Perfectionem rei deſignat: ut *allköp*. Upl. L. *Jord. B.* c. 9. §. 2. plenaria venditio, quæ opponitur oppignorationi: *allwapnadur*. Ol. S. c. 22. perfecte armatus.

5. Nonnunquam otioſe & euphoniæ cauſſa præmittitur: e. g. *allſå* pro *ſå*. Gotl. L. c. 22. §. 2. *allſo, ſum widerwari*, æque ac ſi adfuiſſet, *allt therföre*, propterea, *allaredan*, jam. v. in *redan*.

6. Notat finem rei: ut *ſommaren ær ſnart all:* pæne præteriit æſtas. *Häſten blef all*: equus moriebatur: ita vulgo loquuntur Uplandi, qui mortis nomen tanquam κακέμφατον libenter vitant.

Alls, particula inſeparabilis, ſignificationem adaugens: *alls intet*, plane nihil, Ant. *alls enkte*, Isl. *alseingi*. Heims Kr. T. 1. p. 412. *Han eigir allseingi*. Galli ſimiliter dicunt *point du tout*. Dum commemorat Chronicon Rhythmicum p. 35. Ericum Waldemari R. fratrem a Regina Conjuge per opprobrium appellatum fuiſſe *atzenkte*, plane nihil, monuiſſe juvat, hoc convicii genus id temporis de homine nihili uſitatum fuiſſe. Ita legimus apud Dudonem, de geſtis Norrmannorum, p. 96. *Duris & obſcœnis verbis me turpiter laceſſiſti, cum me effeminatum armisque frigidum, quin etiam* nihilum *appellaſti*. Ex eadem ratione Galliæ regibus nonnullis Carolingicæ ſtirpis cognomen addebatur *nihil fecit*. Ex Aimonio locum huc facientem citat Du Fresne, in v. *nihil p. m. 1185*. Augusto Carolo *rebus humanis exemto, filius ejus* Hludovicus *ſucceſſit, qui* nihil feciſſe *nomen ſortitus eſt*. Galli ſua Lingua *faineans* dixere.

Allaudæ, populus univerſus. Westg. L. *Kon. B.* c. 2. *En Biſkup ſkal takæ, tha ſkal Konongh allaudæ atſpyria, hwarn the wiliæ hawæ:* quando Epiſcopus erit deligendus, Rex quæret ab univerſo populo, quem velint habere. *Laud* antique populus: unde apud Ulphilam *juggalaud* Luc. 7:14. Juvenis. C. B. *Liwed*, gens, turba. Boxh. A. S. *leode*, Isl. *lydur*, Al. *liut*.

Alldeles, ex omni parte. Isl. dicunt *alleyþis*, ut Heims Kr. T. 1. p. 276. *han ſkal aleyþis kriſtna alt Norreg, eþa deya at auþrum koſtum:* ad Chriſtianiſmum convertet univerſam Norrwegiam, aut etiam huic conſilio immorietur. Nos hodieque *alleleds* eodem ſenſu uſurpamus, ortum a *led* via, ut prius illud a *del* pars, quod etiam diviſe exprimitur *till alla delar*.

Alldrig, vel rectius *aldrig* nunquam, ab *alder*, quatenus vitam & ætatem hominis notat. Pro ratione autem accedentis articuli adhibetur ad ſignificandam vel continuam durationem vel ejus finem, ſemper aut nunquam. Prius indicaturi majores noſtri, *um alder* dixere, ut Hels. L. *Köp. B.* c. 3. *Hemul ſkal um alder vara.* Præſtatio debet ſemper durare. A. S. *to aldre* id. Al. *zi altere*, ut apud Otfridum L. 3. c. 15. 90. quem locum perperam reddidere Schilterus & Scherzius cfr. Lib. 1. c. 23. 119. & L. 2. c. 4. 24. Quum vero negatio adjicitur, nunquam ſignificat, ut hoc *aldrig*, quod contractum eſt ab *alder eig*, ut plene ſcribitur in Kon. Styr. p. 21. *The liwa aldre eig utan miſſämio ok ſtrid:* nunquam ſine diſſentione & certamine vivunt. Alias ſcribitur *aldrei* ib. p. 61. & ſæpius *aldher*, ut in Jure Aulico Magni Reg. ad fin. *Leg. Birc.* p. 9. §. 13. *kome aldher for mins Herras ögon:* nunquam veniat ante oculos Domini mei. Alemanni dialecto tantum a nobis diſcrepant: crebro enim apud illos reperitur. *Nio in altere, ni io in altere.* Tatianus c. 13. 9. *Got nioman ni giſah in altere*, Deum nemo vidit unquam. Apud Keronem eſt *neou aldre*, in Gloſſ. Boxhornii *nedin aldre*. cfr. Palthenius ad Tatianum p. 303. Schilterus in Gloſſ. p. 35. & 489. Obſecundamus pronuntiationi, dum huic voci locum heic concedimus, quem juſtius inveniſſet ſupra ad v. *ålder*.

2. Adjunctum adverbiis quantitatis ſignificationem auget, *om jag hade alldrig ſå litet*, ſi vel tantillum haberem. Angli eodem modo *never ſo little*, Belgæ *nooyt ſoo weynig*. Ita dicere moris eſt, *om jag wæntar alldrig ſå længe*, quantumque moratus fuero.

3. Fortiter negat, uti dum dicimus, *aldrig en*, ne unus quidem. Hiſt. Alex. M.

Som aldre ſidan engin fick.
Quem nemo poſtea accepit.

Allenast, modo, ſi. Antique *all ſom enaſt*, ut in Dialogo Laur. Petri de Miſſa ſæpe, & *atenaſt*, Kon. Styr. p. 65. *Um tu wilt rættwis wara, ta ſkalt tu ey alenaſt ængom ſkada göra, utan tu ſkalt ok værna ok förbiudha, at ængom androm ſkada göri:* ſi vis eſſe juſtus, non ſolum

ſolum ipſe nocebis nemini, ſed &, ne quisquam aliis nocere poſſit, prohibebis. At nempe heic præponitur, ut ſuperlativis ſæpe ſolet, v. ſupra in *ât.* Ceterum uſurpatur quoque hoc ſenſu *at eins.* Bibl. Isl. Matth. 9: 21. *Et eg matte at eins ſnerta huns klædnad:* ſi poſſem tantum tangere ejus veſtimenta. Gotl. L. c. 22. § 9. *þi at eins at bann beldr vili baſa vereldi, ban lif bans:* niſi maluerit mulctam habere, quam vitam ejus. Wesm. L. *Krill. B.* c. 13. *ot ens arwirge wil*, ſi voluerit heres. Alemanni non diſſimili modo *ze einer* dixere. Willeramus in Paraph. Cant. Edit. Meurlæ p. 69. *Thu ne biſt niech ze einer geneda ſcona an then præcipuis membris, ſunder job* &c.: non ſolum pulcra eſt qua præcipua membra, ſed etiam &c. Eſt quoque interdum, ubi *at* illud omittitur, ejusque loco *thy enaſt* ponitur. Upl. L. *Arfd. B.* c. 1. § 7. *Skils thy emiſt thera fæſtning at Biſkoper vil:* rumpuntur tum tantum ſponſalia, ſi Epiſcopus conſenſerit. In Dal. L. p. 23. *alt at eno* notat nihilominus: *alt at eno giori up,* & nihilominus reficiat.

Allmänne, univerſitas, omnis populus. Birgeri Reg. prol. *Lagh ſkulu vara ſkipad ok ſætt allmænni til ſtyrsl:* leges conditæ eſſe debent ad directionem univerſorum. *Allmænhet* id. *i allmænhet, allmænneligen* in univerſum, *allmæn* communis.

Allmänning, paſcua aut ſilvæ communes vel territorii, vel parœciæ: priores dicuntur *hærads allmänning*, poſteriores *ſokne allmænning.* In legibus Würtenbergicis *die allwand* dicuntur. v. Leibnitzii Etym. p. 36. Ortam vocem eſſe ab *all* & *man,* homo, primo intuitu quivis facile videt: etiamſi non plane ineptus foret, qui mediam vocis ſyllabam a *men* communis derivandam putaverit. Apud Cantianos certe paſcua hæc communia *menys* dici, quaſi *gemenis*; ab A.S. *gemæne* communitas (cfr. noſtrum *menlig*, gemenſam) obſervat Somnerus in notis ad Gloſſarium Lipsianum, ad finem Tract. Mer. Casauboni de *quatuor Linguis*, in v. *gemeini.* Credidero tamen, prius etymon ad verum propius accedere. *Allmænnings öre*, Westg. L. *Kirk. B.* c. 4. eſt tributum, per univerſam diœceſin Epiſcopo per capita pendendum. *Allmænnings föda* Kon. Styr. p. 200. victus ſimplex & vulgaris. *Allmannings quinna*, proſtibulum. Verelii Ind.

Allmoge, populus: uſurpabatur olim de univerſo ordine civium, jam ad ſolos ruſticos reſtrictum: a *mogur* vel *mugur* multitudo, plebs. Ulph. *managein,* a *manag* multus. Isl. *mengi*, multitudo. cfr. Wilde Hiſt. pragm. p. 280. qui tamen a *mogur* potentia, robur, poſteriorem vocis partem arceſſit, ut ſignificet omnipotentiam quandam, vel, ſi mavis, omnium potentiam, valorem atque robur commune civitatis. Sed norunt, qui Islandica monumenta triverunt, etiam ſimplex *mugur* pro multitudine poni, & *bonda mugur*, Olof. S. c. 74. pro turba bondonum, absque connexione alius ideæ, quam frequentiæ.

Allshæriar ting, conſilium univerſale omnium Suiogothorum. v. in *hær.*

Allskôns, omnigenus. Ant. *alskonar, allskyns.* Sturlögers S. p. 3. *Allskynar iþrottar*, omnis generis exercitia, a *kôn* genus. v. Dikman, Om Runſtenar p. 77. & infra in v. *kôn.*

Allestädes, ubique. Ant. *alla ſtad*, a *ſtad* locus.

Allstädes, ſemper. Occurrit hoc ſenſu Malach. 2: 7. & alias nonnunquam in S. Codice, obſervante Swedbergio in Grammatica Suecana p. 121. qui inter hanc & præcedentem particulam id discriminis orthographici tenendum monet, ut *alleſtæder* ſit ubique & *allſtædes* ſemper. Huic obſervationi etſi parum fundamenti inſit, quum utrumque idem præfixum habeat; etſi quoque poſterius jam fere obſoleverit, non tamen refragabor, ſi Viri Reverendiſſimi conſilium in Bibliorum editionibus ſequamur, ut ita ſtatim pateſcere queat, uter ſenſus locum obtineat. Oritur hoc autem ab eodem fonte, quo *ſtædſe, ſtädig, ſtændig*, nempe a *ſtâ*, ſtare. Veteres Alemanni hoc ſenſu uſurpant *allizana.* v. Schilt. Gloſſ. p. 19. & item *de ſtete.* Notkerus Ps. 18: 10.

Allstinges, omnino, prorſus. Hiſt. Alex. M. *allztingis rede*, plane paratus; Germ. *allerdings.* Scribitur alias, *alleingis, allængis, allungis.* v. Dikmans Antiquit. Eccleſ. p. 223. & Birgeri Reg. Confirm. Legum Upland.

Allswäldig, omnipotens vel valde potens. Isl. *allvaldr.* Epitheton Regum in ſcriptis imprimis Poeticis. Hels. L. *Manh. B.* c. 24. *Hwn ſum awugan ſkiold förer gen alwaldoghum Konunghi*, qui inſurgit contra Regem potentiſſimum. Al. *alwalt*, Germ. *allwaltiger*: a *wåld* potentia: *allsmægtig* id. *allwis* omniſcius.

Allthenstund, quoniam: Vox novitia, & facta ad imitationem non antiquiſſimæ Germanicæ *all dieweil*, quam, utpote a *weile*, ſpatium temporis, ortam, noſtrates *ſtund* verterunt. Eſt etiam, ubi pro *ſtund*, eodem ſignificatu *tid*, ponitur. v. Stiernm. Act. Publ. Tom. 1. p. 201. *al then tid hon ſå oredeligen handlat hafwer*, quandoquidem tam fraudulenter egit. Neſcio, an hocce linguæ noſtræ teſtimonio a ſua ſententia ſe dimoveri pateretur Wachterus, qui Germanicum *dieweil* non a *weile*, ſpatium temporis, ſed a *will*, cauſſa, deducendum jubet. Gloſſ. p. 1850. Addemus heic aliam

particulam, ſimiliter nova compoſitione formatam, *i alla ſtund*, quæ, præterquam quod perpetuitatem temporis notat, ut in Cantico N. 18. *Jag will i alla ſtund*, volo omni tempore, etiam ſtatim ſignificat, forte ad imitationem Gallorum *tout a l' heure*, Belg. *anſtonds*. CHRON. RHYTH. p. 41.

Tha red Waldemar Konung til i alla ſtund,
Tum rex Valdemarus illico occurrit.

ALLTID, ſemper, omni tempore, a *tid* tempus.

ALM, ulmus, A. S. *ulmtreov*, Al. *ulm*, Gall. *oulme*, *orme*, Belg. *olm*, Germ. *elm*, Isl. *almur*. Et quum ex hac arbore, utpote dura, arcus ſuos fabricarent veteres, poëtice *almur* eo ſenſu ponitur, v. VEREL.

ALMOSA, eleemoſyna. Isl. *olmuſa*, A. S. *ælmeſſe*, Belg. *almoeſe*, Al. *almes*, unde *almes ſbrip*, pera mendicantium: a Gr. ἐλεημοσύνη. Ponitur interdum pro quovis bono Deoque grato opere. Præf. ad L. L. HELS. *ſwa ſom thet ár almoſæ, at hialpæ godhom mannom til bedher ok rætt, ſwa ær ok thet, at neſſæ illgærninx mannom ok wrangwiſom*: ut bonum opus eſt, bonorum famam & jura tueri, ita non minus eſt, nefarios & maleficos punire. cfr. CHRON. RHYTHM. min. p. 39. *Theſſe almuſa och flere ſlike*: hæc bona opera & plura ejusmodi. Sermo eſt de monaſteriorum ædificatione.

ALN, proprie notat cubitum & dein cubiti longitudinem, ſeu ulnam. Camb. *elin*, Ulph. *alleina*, MATTH. 6:27. A. S. *eln*, Al. *elin*, Isl. *aln*, Belg. *elle*, Ang. *ell*, Gall. *aulne*, It. *alna*, Lat. *ulna*, Gr. ὠλένη, quæ ultima ceterarum haud dubie mater eſt. Ab hoc *aln* vel *eln* oriuntur A. S. *elboga*, curvatura brachii, Ang. *elbow*, Belg. *elnbogen*, Dan. *allbue*, in Legg. BIRC. *almboge*. c. 16. §. 11. Isl. *olnuboga*. v. HEIMS KR. T. I. p. 339. TORST. WIK. S. p. m. 135. EIGILS S. p. 32.

ALRUNA, mulier fatidica. JORNANDES in libello de rebus Geticis c. 24. commemorat FILIMERUM, Regem Gothorum, mulieres illas magas ita appellaſſe, quas tanquam ſuſpectas regno expulit. Earum deinde nomen in aliorum recentiorum ſcripta tranſiit, ſed ita tamen, ut pro diverſa ſcriptura vocis apud JORNANDEM, alio atque alio modo, efferantur, nunc *Aliorumna*, *Alirunia*, *Haliruna*, nunc *Helirunia* vocatæ. Quæ vero magarum ſpecies hæc fuerit, noſſe non poterimus, quum præter ipſum nomen, apud JORNANDEM nihil extet. Interim tamen in reddenda vocis ratione operam ſuam collocare voluerunt eruditi, acciditque hic, quod fere ſolet, ut, dum veram & unam rerum ſcientiam amiſimus, ne ignorantiam noſtram profiteri cogamur, ejus loco innumeras conjecturas recipiamus. KEYSLERUS, in Diſſertatione de Mulieribus fatidicis, ſex diverſas de origine vocabuli opiniones adfert, quarum prima eſt STIERNHIELMII, in præf. ad Ev. Gothica, ab *al* & *runa* h. e. omniſcia. 2. WORMII, qui *adelruna* vertit feminam nobilem, quales hæ forte magæ fuerint. 3. Aliorum ab *Hel* infernus, mors, & *runa* ſcientia, ut ſit necromantia. 4. COLERI, mulierem hanc *altruna* ab *alt* & *runa* appellatam credentis i. e. vetulam ſagam. 5. SAUBERTI *orruna* h. e. in aurem ſuſurrans. 6. SCHEDII ab על, excelſus & רנן cecinit; cui ſeptimam ipſe addidit, *alrunam* nempe nomen accepiſſe ab *hali*, ſanctus & *runa*, vates. Hiſce coronidis loco accedat WACHTERUS, qui *alruna* deducit ab *ala* generare & *runa* myſterium. Ratio eſt, quod opinetur, earum ſcientiam conſtitiſſe in promovenda fecunditate & juvanda venere. Germani mandragoram, cujus ſingularis in artibus magicis uſus eſſe, creditur, & ex cujus radice icunculas formant, de quibus multa inficetæ plebi perſuadent, *alraunen* vocant. Pictam ejusmodi figuram exhibet modo laudatus KEYSLERUS ad finem Diſſert. cit.

ALTAR, altare, Al. *eltere*, Gall. *autel*, Ang. *altar*, Belg. *altaer*. Etiamſi dubitet nemo, quin hæc omnia originem ſuam referant ad Latinum *altare*; nihilominus, ut Latium pleraque ſacrorum nomina ab Etruſcis deſumſit, & illi porro a Phrygibus & Scythis; ita, ſi idem huic vocabulo accidit, ſatis evidens adeſt illius geneſis ab *æld*, ignis, & *ar* vel *arn*, focus, de quibus mox infra. cfr. quæ nuper diximus in v. *ærill*.

ALTARISBYRD erat voluntaria oblatio eduliorum, ſacerdoti facta a muliere, poſt partum in eccleſiam recepta. v. Statut. BIRG. R. de anno 1297 ad fin. LEGG. BIRC. a *bæra* ferre.

ALTARLEGA, oblatio ſuper altari facta, a *lægga*, ponere. Lat. Barb. *altalagium* v. DU FRESNE in v. & SPELMANNUM Archæol. p. 28. WESTG. L. *Kirk. B. ðrtog føre ſiælameſſa ock altarelæge*. i. e. triens una cum altalagio pro miſſa emortuali.

Digitized by Google

ALUN, alumen, Ang. *alume*, *allom*; Gal. *alun*, Belg. *aluyn*. Plinius. in Hiſt. Nat. Lib. 35:16. alumen appellat ſalſuginem terræ, adeoque docet, a ſale, Gr. ἅλς, unde ἅλμη, ſalſugo, vocis etymon petendum.

ALLWAR, ſententia ſeria. Isl. *alvara*, Rut. 1. *en ſem Naëmi ſa*, *at þat war hennar alwara*, *at fylgia henne*: & ut Naëmi vidit, firmiter eam ſibi propoſuiſſe, ſe ſequi. Wachterus in voce *alber*, veſtigia Stileri ſecutus, noſtrum *allwar* prognatum credit a vetuſto *alp*, mons, quum monticolæ fere ſeveriores eſſe ſoleant. Sed quovis pignore certavero, aliunde illud non eſſe arceſſendum, quam a formula Alemannica *in ala uuar*, quæ apud Otfridum crebro occurrit, ut Lib. I. c. 1. 174. *Las ih ioh in ala uuar*,

Legi id revera.

Et infra c. 18, 76.

Thaz ſagen ih in ala uuar,

Id dico ſerio, revera.

Nos pariter dicimus: *Thet ær alwar*.

2. Opponitur joco, ut Olof. S. p. 28. *Thet war them allwar och ingen gamman*: ſeria res erat, nec ludus. cfr. Kon. Styr. p. 59. Hinc *allwarſam*, ſerius. Isl. *alvarlegr* id. *allwarſamhet*, gravitas.

AMBLODE, hebes, ignavus. Occurrit in Chron. Rhythm. p. 131.

Rætt ſom han wore en amblode,
Then ſig intet gott förſtode.
Quaſi eſſet ignavus,
Qui nihil boni intelligeret.

Voci hanc ſignificationem tribuo, facem præferente tam verborum ſerie, nullum fere alium ſenſum admittente, quam conſenſu veterum linguarum. Isl. *blaudur*, pavidus, *oblaudur*, impavidus, *bleide*, puſillanimitas. Al. *bloden*, pavere. *Am* illud, quod præfigitur, ſi vitio caret, inſolens eſt.

AMBUD vel *anbud*, & *anbod*. inſtrumentum, ſupellex. Hiſt. Alex. M.

Ængin andhud minna ælle mer,
Nulla ſupellex minor majorve.

Cfr. Westg. L. *Rættl. B.* c. 3. Gotl. L. c. 25: §. 8. Comprehenditur hoc nomine, quicquid mobile in poteſtate patris familias eſt, ut materia ædificandi, vehicula, portæ agrorum. v. Östg. L. *Byg. B.* c. 23. In Lege Jutica dicitur L. 2. c. 94. *Til beredde klæder oc gort ambod eller boſkaff* &c. ad veſtes confectas & paratam ſupellectilem. Honeſta circumlocutione membrum hominis genitale in Lege Scanica L. 5. c. 10. appellatur *mans ambud i brokum*, & in L. Jutica L. 3 c. 25. *andbod der i brogen henger* h. e. inſtrumentum viri in femoralibus: alias ſimili dicendi genere appellatur *byxnatol* & *mantol*, a *tol* inſtrumentum, uti infra monebitur. Verelius hoc *anbud* derivandum monet ab *anna*, opus ruſticum facere, & *bua* præparare, ſtruere, unde *ambua* præparare ea, quæ inſerviunt operi ruſtico.

AMIA, uxor ſecundaria. Al. *ameigi* id. Factum forte a Lat. *amica*, Gall. *amie*. Hels. L. *Manh. B.* c. 7. *kallær man Konu mans ſkökio*, *böte tokka böter*: *Amiæ take tridhiunginum minnæ*: ſi quis uxorem cujuſpiam meretricem appellet, pœnam læſi honoris pendat: ſi concubina fuerit, non niſi tertiam partem accipiat. Sic auctor vetus apud Verelium dicit, Salomonem habuiſſe *tryhundrad amior*, ter centum concubinas. Obſervamus ex loco modo allato Legis Helsingicæ, ſingulari legis defenſione munitas fuiſſe concubinas, utpote quæ diu in patria noſtra toleratæ fuere, nec ulla infamia notatæ.

Amiubarn, infantes ex concubina nati. Leg. Birc. c. 23. §. 6. ubi ſancitur, quantam hereditatis portionem illi nanciſcerentur.

AMMA, nutrix. Vox videtur eſſe antiquiſſima, ab Ebr. אם, mater, אמן, nutrivit. Apud Hesychium ἀμμὰ eſt mater & nutrix. Matris vero ſignificationem altera antiquiorem eſſe, jure judicat Wachterus p. 51. rationem addens, "quia antiquiſſimis temporibus, *ſua quemque mater uberibus alebat*, quod "de Germanis memoriæ prodidit Tacitus cap. 20. Poſtquam vero infantes ancillis & nutricibus delegari cœperunt, nomen matris una ad nutricem tranſiit. Hinc apud Hesychium "ἀμμὰ exponitur mater & nutrix. Poſtremo omnibus communicari cœpit, "qui officium matris quocunque modo "faciunt. Inde Latino-Barbaris *amma*, "mater ſpiritualis, apud Cangium, & "Germanis obſtetrix, *heb-amme*, quaſi "mater levans, ab *heben*, levare.

AMPER, acer. Isl. *apur*, v. Runolphi Jonæ Gram. Isl. In Ind. Gudmundi Andr. Lex. Isl. p. 13, Wilkin. S. p. 62. *allra manna amprastur vid at eiga*: acerrimus in congreſſu. *Apur kylde*, acris hiems. Gudm. Andr. l. c. Uſurpatur hodie

Digitized by Google

hodie fere de ſapore acri. A. S. *afor*, *afre*, amarus. In vocabulario TEUTONISTÆ occurrit *tamper*, ſcharff, herbe, & *tamperheit*, ſcharffe, acrimonia. v. Idiot. Hamburgenſe RICHEYI p. 446. Dicitur & alia prostheſi hodie *ſkamper*: Eſt ſcilicet hæc vocabulorum ſors, ut demendo, addendo homines ita ea deforment, ut parum priſtinæ ſpeciei ſæpe retineant. Sic heic *ſkamper*, *tamper*, *amper*, *apur*, una eademque vox eſt, a qua forte non aliena eſt Lat. *aſper*.

AN, ſuffixum, motum de loco ſignificans, perinde ac Gr. ἐν vel θεν in ἐκεῖθεν, οὐρανόθεν. Obſervamus hoc in variis vocibus: exempli loco ſunto:

HÅDAN, hinc. Isl. *hiedan* & *hiedan af*. cfr. Luc. 5: 10.

THÅDAN, illinc.

OFWAN, deorſum. Isl. *ofan*. Hinc *ofanfara*, deſcendere Num. 16. *Fara lifande ofan i helwite*, deſcendere in infernum. MARC 9: 9. *Their geingu ofan af fiallenu*, deſcenderunt de monte.

NEDAN, *nedan ifrå*, ſurſum.

FIÄRRAN, de longinquo.

NORDAN, SUNNAN, ÖSTAN, WESTAN, a borea, a meridie &c. HEIMS KR. T. I. p. 550. *Þa er þeir foro weſtur eþur weſtan*: quando iter faciebant ab occidente, aut occidentem verſus. Ita TATIANUS Cap. 47: 7. *manage oſtana inti uueſtana queme nt*: multi ab oriente & occidente veniunt.

REDAN, ab aliquo tempore, a *rid*, temporis intervallum.

SEDAN, exinde. v. infra ſuo loco.

UTAN, inde. HEIMS KR. T. II p. 340 *Foro utan landweg*: inde profecti ſunt terreſtri itinere.

UNDAN, ante. Jos. 3. *gangid undan folkine*, ire ante populum.

AN, particula, illaque inſeparabilis, niſi ubi per tmeſin divellitur: ut *taga an* pro *antaga*, *gå an* pro *angå*. Novitia vero hæc noſtræ domi eſt, & inter Germaniſmos vel Angloſaxoniſmos numeranda. Reſpondet vero Græco ἀνὰ, Latinorum *in*, *ad*, A. S. *on*, pluribusque, quæ recenſita videri poſſunt apud WACHTERUM Prol. Sect. V.

AN, ſine. TROJOM. S. *an duol*, ſine mora. HEIMS KR. T. 2. p. 275. *alldrey ma ek þin an vera*: nunquam ſine te eſſe potero. Gr. ἄνευ. Ulph. *inuh*, Al. *ane*, *ana*, *an*. Rhythmus de expeditione CAROLI M. Hiſpanica, *an groſſen ſchaden*, ſine magno damno. Germ. *ohne*. Ab *an* orta habemus Islandica

ÅN, defectus. GUDM. ANDR. p. 11.

ANIG, Alem. carens. WILLER. in Cant. c. 7: 2. Cfr. Lat. *inanis*, ut in illo OVIDII:

Sanguinis atque animi pectus inane fuit.

Et apud CICERONEM, *inaniſſimus prudentiæ*.

ANEN, Germ. carere.

Præpoſito *w* fit

WAN, Al. defectus, unde *uuan uuiſan*, carere. ULPH. MARC 10: 21. *ainis thus wan iſt*: unius rei indigus es. A. S. *vanhafa*, inops, & innumera alia, quæ vide in *wan*.

AN, tempus præſens verbi *unna*, bene cupere, amare, gratificari. CHRON. RHYTHM. p. 73.

Med frygd och glædi, ſom jag eder an,
Cum lætitia & gaudio, ut vobis bene cupio.

Hiſt. ALEX. M.

Han an henne ey theſs wærr,
Non eo minus eam amavit.

In literis Archiep. Lundenſis, ERICI WALKENDORFF, inſertis DANSKE MAGAZIN. P. 2. p. 27. pro *an*, *andt* ſcriptum reperitur: *hun andt Ethers Nadæ vell*, i. e. enixe amat Gratiam Veſtram. Apud ULPHILAM eſt *anſt*, gratia, cum derivatis, quæ vide in *aſt* & *unna*. Angloſaxones *an* eodem ſenſu modoque uſurpant, ut invenio apud SOMNERUM, *æreſt, that ic an minum hlaforde*: primum, quod ipſe donavi Domino meo. Conf. HICKESII Diſſert. Epiſtol. p. 3. & alias ſæpe.

ANA, & in plurium numero *anor*, dicuntur in re Heraldica majores nobilitate illuſtres: ut *haſiva ſina ſexton anor*: ſedecim gentiles nobiles numerare poſſe. Ex indicio doctiſſimi WACHTERI novi, Alemannis *ano*, avum, & *ana*, aviam dici, unde *altirano*, majores. OTFRID. L. I. c. 2. v. 53.

Uuanta ira anon uuarun thanana,
Gotes drut Thegana.
Nam majores ejus erant
Dei fideles miniſtri.

Quibus adde Germanis uſurpatum *anherr*, avus.

ANA, animo præſagire, ominari. *Thet anar mig*, mens mihi præſagit. Germ. *anen*, *anden*, quorum originem WACHTERUS refert ad Sueth. *ande* ſpiritus, neſcio, quam appoſite. Ego hac voce proprie rerum abſentium deſiderium notari arbitror, quo ſenſu occurrit in L. Islandica. KNYTL. S. p. 122. *margum war ant heim*, multi deſiderio reditus tenebantur: & ita haud dubie ad ſuperius allatum *an*, ſine, ſpectabit. Præfixo *w* deinde prodiere *wan*, *wån*, ſpes, & *wana*, ſperare, ut SYR. 2: *giör þina wegu rietta, og vona til hans*: rectas fac vias tuas, & ſpera in illo. Germa-

Digitized by Google

Germani, ſolito ſuo ſibilo initium vocis auctius reddentes, *ſchwanen* fecere, *mich ſchwanet nichts gutes*: nil boni mens mihi præſagit. Ceterum prætereundum non eſt, in L. Alemannica *anden* eſſe annunciare. Symbolum veteris Eccleſ. Alem. *Ich geloub daſs derſelbe Gottis ſun geandot wart von dem heiligen engil:* credo eundem Dei filium annuntiatum fuiſſe a ſancto angelo: noſtrum vero *ana* nil aliud eſt, quam ventura prænuntiare.

Aning, præſagium, Ang. *inkling*. Cambri *antun* appellant inſomnia, quæ futurorum prænuntia credidit antiquitas. v. Leibnitzii Celtica in v.

AND, contra. Gr. *ἀντι*, Al. *andi*, Sueth. ant. *and* vel *anda*, ut ex compoſitis pateſcit. Habemus hinc

Andstreims, contra torrentem.

Andsyls, contra ſolis curſum, cui opponitur *rættſyls*.

Andwægis, e regione. Hiſt. Alex M.
The hafdo ecki utan ett ôga,
Sat andwægis a ſitt ænnæ.
Non habebant niſi unum oculum,
Quod e regione in fronte poſitum erat.
Andwægi vel *ondwægi* etiam dicebatur locus honoratiſſimus ad menſam, qui erat e regione introitus. v. Verel. ad Hiſt. Gautr. c. 19.

Andmark, adverſitas, damnum: proprie quod e regione oppoſitum eſt: ab *and*, contra & *mark* finis, ſcopus. Westg. L. K. B. c. 10. §. 7. *Watn ſkal eigh wända af fornu fari adhrum manni til andmarka:* aqua non debet averti a priſtino alveo in aliorum virorum fraudem. Isl. *andmark*, id. Heims Kr. Tom. I. p. 470. *tôldo a hvartveggia ſina anmarka*, enarrabat quisque ſuas adverſitates.

Longe plura vide in Indice Verelii.

AND, anas, A. S. *ened*, Al. *enti*, Germ. *ente*, Lat. B. *aneta*. Veroſimile putat Wachterus, a Latino vocabulo citeriora hæc efformata, illud vero a Gr. *νῆσσα*, *νᾶσσα*, *a* vel euphoniæ cauſſa præmiſſo, vel articulo *ἡ* in ſocietatem nominis aſſumto; quod non raro fieri Junius in notis ad Willeramum, & in Gloſſario Gothico commonſtrat. Volucri vero huic a *νέω*, *nato*, Græci nomen dedere, quum nulla magis undis gaudeat.

Ancka, eſt forte diminutivum prioris: ita tamen hodie differunt, ut hoc de domeſticis uſurpetur anatibus, illud de feris. In ſcriptis veterum Alemannorum *auca*, *auke*, pro anſere poſitum inveni, neſcio majorine vocabulorum, an volucrum ipſarum affinitate.

Anddrake, maſculus anatum. Germani *enterich* dicunt, ut *genſerich* & *teuberich*, pro maſculo anſerum & columbarum, quod a *reich*, dominus, potens, arceſſit Wachterus. In antiquiori lingua *trak*, *trek*, *drak*, virum notavit, quæ recentiore ætate in *dræng* commutata fuiſſe, oſtendimus in notis Crit. ad Catal. Reg. Suiog. P. IV. p. 113. ſeq. Eodem dicendi genere utimur in

Anckebonde, id. a *bonde*, maritus, unde *duſbonde*, maſculus columbarum: immo & alicubi taurus initor appellatur *kobonde*.

ANDAKT, devotio. Ut cum Chriſtianiſmo myſtæ peregrini varia vocabula eccleſiaſtica induxere, ita, quin Germanicæ nationis converſores hoc civitate noſtra donarint, dubitari non debet. Proprie notat animum intentum, ab *andencken*, meditari, Al. *andahtung*, attentio, v. Wachterus. Videntur tamen majores noſtri, vocem Germanicam retuliſſe ad *akt*, attentio, unde tanquam Gothicam ejus verſionem Laurentius Petri, in Dialogo de Miſſa, uſurpavit *åtwaktan*: p. 86. *Fullfôlja ſå otalig mång ord med fôrſtåndit och åtwacktan*: ſubſequi innumera hæc verba judicio & attentione.

ANDE, ſpiritus. Varie hanc vocem efferunt dialecti Gothicæ, ita tamen, ut haud obſcure ſingulæ veſtigia ortus ſui a Græco *ἄω*, *ἄημι*, ſpiro, præ ſe ferant. Mœſogothica dialectus *ahma* habet, ab *ἄημα*, ſpiritus. Alemannorum *atem*, propius accedit ad *ἀτμὸς*, *ἀτμὶς*, vapor, halitus. A. S. *æthm*, Su. *em*, Isl. *eimur*. Majores noſtri, per abbreviationem, inde *at* fecere, quod in cippis Runicis creberrime occurrit. *Gud hialbi at hans*: Deus propitius ſit animæ ejus. v. Dikman, om Runſtenar p. 31. & Ant. Eccleſ. p. 7. Interpoſito deinde *n*, quod ſæpiſſime fieri alias monſtrabimus, *and* evaſit. Isl. *ônd*, A. S. *ond*, Angl. vet. *onde*, Scot. *aynd*, *end*. v. Jun. Etym. in v.

2. Halitus. Ponimus hunc ſignificatum poſteriori loco, etſi ſua natura haud dubie priorem. Obſervamus enim in plerisque linguis, quæ voce peculiari, qua partem hominis immaterialem deſignarent, caruerint, a vento vel halitu metaphoram ſumtam fuiſſe: quod idem heic accidit. *Draga andan*, ſpiritum ducere, *elak ande*, anima fœtida. Et quum porro vita ſit, donec halitus; non raro, & id etiam exemplo aliarum linguarum, *ande* pro vita vitali ponitur.

Andas, reſpirare, *andas tungt*, gravem anhelitum ducere.

2 Tam uſu hodierno, quam frequenti ſcriptorum Islandicorum Cipporumque Runicorum, notat mori: alias *uppgifwa*

giſwa andan. Apud Tatianum, c. 212: 5. *Pilatus wuntrota, oba her ju entuti*: Pilatus mirabatur, ſi jam obiiſſet. In capitular. Francicis, citante Schiltero, *ther geendido* notat defunctum. Vox una videtur eademque eſſe, &, niſi fallor, a noſtro *anda* orta. Lector peritus judicabit, annon *ændalykt*, quod pro quovis alio, & inprimis vitæ fine, apud nos uſurpamus, originem ab hoc *anda* ducat, ut proprie ſit *andalykt*; alias enim manifeſtus pleonaſmus foret, quum *ænda* & *lykt* ſint ſynonyma. Isl. *andlat* mortem appellant, unde fortaſſis noſtram vocem finxit uſus.

Andfådd, cui ſpiritus præcluſus eſt, ut ſolet aſthmaticis, a *fattas*, *afat*, quod ſupra habuimus. *Andtruten*, id. a *tryta*, deficere.

ANDEL, portio, a *del*, quod vide.

ANDRA, Isl. ire, vagari, Gudm. Andr. p. 12. Al. *anden*, L. B. Belg. & Ital. *andare.* Obſolevit quidem vox illa in noſtra patria, ſed quum tamen in ſua progenie ſuperſtes ſit, a nobis præteriri non debuit. Wachterus heic in cenſum venire jubet anomalon illud L. Mœſogothicæ *iddja*, ivit, Marc. 6: 56. unde *iddjedun*, iverunt, Luc. 2: 3. quod Angloſaxones dicunt *eod*, & Islandi *od*. Herw. S. p. 90. *þar ſum meſt elldar brunnu, od han igegnum*, ubi ignes maxime ardebant, ibi tranſiit. Referri hæc ſolent ad *gaggan*, *gå*, poſt deperditam propriam radicem, quam Sclavonica L. conſervare dicitur *idu*, vado, (cfr. Gr. εἶμι, eo, unde imperfectum dual. ἴτον, ἴτην) & item Islandica *vada*, ire. Olof Tryggv. S. p. 11. *Han vedur at Hakons*, it ad Haconem: a *vada* enim regulari flexione fit imperfectum *od*, ut a *vaxa* creſcere, *ox*, a *verda* fieri, *urd* vel *ord*. Ab hoc *vada*, *od*, facta ſunt ejusdem ſignificatus *vandra* & *andra*, idque ex gemino Gothiſmo: altero, quo *m* & *n* vocibus in medio ſæpiſſime inſeruntur, ut alias uberius ſumus monſtraturi, altero, quo *w* vel apponunt vel auferunt: ut *wurm*, *orm*, vermis: *wolff*, *ulf*, lupus: *wiſan*, *weſen*, eſſe.

Andra, vel *öndra*, Isl. dicitur ſolea lignea, cujus ope nives tranſeunt Fennones, aliæque gentes Arctoæ, ut obſervat Stephanius in notis ad Dæmisaga 21. Vi vocis eſt inſtrumentum eundi.

Andurstang, lignum, quod trahæ ſuffigitur. Westg. L. *Forn. B.* c. 4. *Bræſter axſul mans ellar andurſtang*: ſi axis, vel pertica trahæ ſuffixa rumpatur. Loccenius imperite vertit: axis, vel alia pertica, perinde ac ſi duæ voces eſſent *andur* & *ſtang*, & prius alium notaret.

ANHÆFWA, incipere, Germ. *anheben.* Tegels Hiſt. Gust. I. P. II. p. 292. *Blekingsboerne voro the förnæmſte, at anhæfwa upror*: Blekingi principes erant, qui ſeditionem inciperent. Ulph. *andhafjan* eſt reſpondere. Isl. *hæfa* incipere. Sturlögers S. p. I. *og höfſt þar tunga ſu, er ſidan dreifdiſt um oll land*: incepit ibi lingua, quæ diſperſa eſt per omnes regiones.

ANFALL, impetus, incurſio, a *falla* cum impetu ruere, unde *anfalla*, aggredi.

ANGELÆGEN, neceſſarius, a Germ. *angelegen*, de qua confer indigenas. Veteres Sueci ejus loco dixere *ſkylld*, ut *ſkylld ærende*, negotia neceſſaria, quæ magni momenti ſunt.

ANGENÆM, acceptus, gratus: vox antiqua, ſed quæ diu noſtra non fuit. Ulph. habet *andanem* Luc. 4: 19. ad quam vocem prope accedit Isl. *hiartnæm*, id. proprie cordi gratus. Bibl. Isl. Prov. 2. *Ef ad viſkan er þier hiartnæm*: ſi ſapientia tibi grata fuerit. Videtur vero hoc *angenæm* verſio eſſe vocis Latinæ *acceptus*, ab Ulph. *niman*, Suet. *nema*, capere.

ANKAR, ancora, Gr. ἄγκυρα, Cambr. *angor*, A. S. *ancre*, Al. *anchor*, Germ. *anker*, Gal. *ancre*, Isl. *akker*, *akkeri*, *akkiær*. L. Birc. c. 18. *Hittir maþer akkiær manz, hawi arwuþis lön*: ſi quis ancoram deperditam inveniat, mercedem pro labore nanciſcatur. Eigils S. p. 32. *Stocklauſt akkier lå æ þillfarani*: ancora absque ligno, cui ora annectitur, ſuper tabulato jacuit. Hic enim ſenſus eſt, quem male intellexit Salanus, inde armorum genus fingens. v. Notas ejus p. 134. Crediderо, a Græco fonte omnia dimanaſſe; etiamſi ut inventum, ita & nomen Scythicum eſſe, credat Wachterus. Junius hoc, & ſequens *ankel*, ab ἄγκη, ὄγκινος, quod angulum, uncum notat, derivat, quum navem, ut canit Virgilius,

Unco alliget ancora morſu.

ANKARE, menſura liquidorum continens 15. cantharos Suethicos. Factum a Lat. *amphora* ſatis ingenioſe conjicit Car. Fr. Liungberg, in Libello, dicto Swenſka Språkets redighet p. 65.

ANKEL, talus calcanei, vel commiſſura cruris pedisque, malleolus. Gotl. L. c. 23, 5. *Taer þu um ankul*: ſi malleolum pedis contrectes. Isl. *ǫckul.*

Sor-

Sorlas. S. p. 18. *Sverþit tok af fotinn i aklalid:* gladius pedem demeſſuit in commiſſura tali. A.S. *ancleow*, Al. *enchil*, Belg. *enchel*, *ankel*. Cambro-Britannicum eſt *angell*, brachium, armus, crus. Ital. *ancalone* vel *angolo*. v. Spegels Gloſſ. Gr. *ἀγκὼν*, brachii commiſſura, *ἀγκύλη*, curvatura genuum & cubitorum. Mira eſt horum omnium harmonia & tanto incertior ſcaturigo: ſi quis tamen originem domeſticam amet, nulla aptior dari poterit Wachteriana, qui omnia hæc derivat a Teut. *anken*, immittere, inſerere.

ANKOST, ſupellex quævis ruſtica: vox Uplandis noſtris perfamiliaris, nec alias in Libris Legum infrequens. Hels. L. *Köp. B.* c. 4. *Leghir man hæſt af manni æller andræ ankoſter.* i. e. ſi quis a quopiam conduxerit equum, aut aliam partem rei familiaris. Explicatur id ita in Upl. L. *Köp. B.* c. 6. *Leghir madher hæſt af manni, ſkiut, uxa, ællę hwat thingi thet wara kan:* ſi quis ab altero conduxerit equum, equam, bovem, aut quodcunque fuerit rei familiaris. Hinc dividitur *ankoſt* in *quicka* & *döda*, animatum & inanimatum. Upl. L. *Widerb. B.* c. 29. §. 3. Uſurpatur & ſimplex *koſt* eodem ſenſu, ut ex titulis Legum modo allatarum apparet, & ſuo loco ulterius oſtenſuri ſumus. *An* probabile videtur, ortum eſſe ab *anna*, quod nuper explicuimus, quodque antea in voce ejusdem valoris *anbod* attigimus. Addemus jam tantum, in veteri Angloſaxonum lingua, *an* eodem ſignificatu rei ruſticæ partibus præfigi. *Antimber*, materia, Al. *timber* v. Junii Gloſſ. Ulph. p. 333. *angeloma*, quæ alias *geloma* dicebantur, nec non *andweork*, inſtrumenta ruſtica. Somnerus in v.

ANLANGA, deſiderare, Gustavi I. Forma Regim. in Weſtrog. de an. 1540. Edit. Stiernm. Tom. 1. p. 169. *Hwar wårt Ridderſkap om någon hjelp krafde eller anlangede bliſwa:* ſi ab ordine equeſtri aliquod auxilium deſideratum fuerit. A. S. *længian*, deſiderare, Al. *langen*. Notkerus Psalm. 5: 2. *Chit diu, dia des erbes langet*, dicit illa, quæ hereditatem deſiderat. Angl. *long*. Apud nos medio ævo *långa* dicebatur a *lång*, quod, de tempore uſurpatum, diuturnitatem deſignat: novimus quippe omnem, quantumvis breviuſculam, moram cupientibus longam videri. Simili modo Galli dicunt, *il me tarde de le voir*, deſidero, eum videre.

ANLETE, vultus. Ant. *anlitte*. *Sår. B.* L. L. c. 3. *Hugger annar annan i ſitt anlitte:* ſi alter alterum in facie vulneraverit: alias *alit*, Isl. *andlite*, Ulph. *wlits* & *andawleiz*. Luc. 17: 16. *draus ana andawleizn*, & cecidit ſuper faciem. A. S. *andwlite*, Al. *anluzze*, *anlutte* & *annuz*. Linguæ veteres nominis radicem retinent, Ulph. *wlitan* videre, A. S. *wlitan* circumſpicere, Isl. *lita* videre. Marc. 9: 8. *Thier litu kringum ſier*, circumſpiciebant. Eigils S. p. 53. *Hver ſum i þat liter*, quicunque in hoc (ſpeculum) inſpicit. A Mœſogothico *wlits* parum diſtat Islandicum *fles* facies. Gudm. Andr. Lex. p. 73. & hodiernum *flint*, quod pro vultu vel fronte vulgo uſurpatur. Alemanni hinc haud dubie *uulitig* fecerunt, quod notat pulcrum, formoſum, A. S. *vlitig* id. Interpres vetus Bibl. apud Hickesium in Gram. Franc. p. 103. *Euero uuibo uulitigoſt*, omnium mulierum ſpecioſiſſima. Altera compoſiti pars eſt *and* contra, cum facies primum ſit, quod obtutui ſeſe offerat. In Specimine Gloſſarii Ulph. P. III. p. 62. profeſſi ſumus, aliunde quam ex hiſce Gothicis melius inveſtigari non poſſe originem Latinæ vocis *vultus*, quæ quin eadem ſit ac Ulphilana *wlits*, dubitare non poterit, qui obſervaverit, easdem utrobique litteras radicales eſſe eundemque ſignificatum. Fatebitur quoque quilibet, partium ſtudio non abductus, longe commodius vultum a *videndo* derivari, quam vel a *volvendo*, vel a *voluntate*, ut vulgus ſolet criticorum, dum ignorantiam ſimpliciter profiteri, pudet. Obſervavimus inſuper citato loco, ſolenne id eſſe pluribus linguis, ut a videndo vultum appellent, & exempli loco attulimus Mœſog. *andwairthi*, Angloſax. *anſyn*, noſtrum *anſigte*.

ANLITA, implorare, *anlita om hielp*, alicujus opem implorare. Isl. *leita*, Ant. *leta* orare, quod vide ſuo loco.

ANMODA, implorare, Germ. *anmuten*, *zumuten*, Belg. *anmoedigen*, a *mod* animus: vocabulum recens.

ANNA, laborare, opus ruſticum facere. Vocis hujus in Lingua veteri varias propagines habemus, quarum nonnullas jam habuimus in *anbud*, *ankoſt*, plures mox allaturi. Hinc videlicet oriuntur.

Annast,

Digitized by Google

Annast, curare, munus quoddam obire. Num. 8. *annaſt ämbetit*, officium obire. 1 Macc. 4. *Gud ær ſa, ſem annaſt Iſrael*, Deus eſt, qui curat Iſraelem. Hrolf Krak. S, *ſa madur, ſem haukana atte ad annaſt*, ille qui accipitres curandos habuit. cfr. Heims Kr. T. 1. p. 540.

Ann, vel *and* dicitur præcipua pars operis ruſtici, quæ fœniceſium eſt, & in primis meſſis. Sueth. *höannh* och *ſædesand*. In *Kirk. B.* L. L. c. 14 §. 8. *annærk* & *varværk* opponuntur: prius eſt meſſis, poſterius ſementis verna, quæ licite dicuntur peragi quovis die feſto, poſt finita ſacra, excepto ſolo die Dominico. Alemanni *arnet*, *rnot* meſſem vocant, unde Germ. *ernde*, id. Crediderο, haſce voces noſtramque ejuſdem eſſe familiæ, ſed judicet B. L. utra lingua puritatis ſuæ ſervantior fuerit, & utrum Germani addiderint, an nos demſerimus: mihi, liberam ſentiendi poteſtatem cuivis relinquenti, veroſimile tamen videtur, nos facilioris pronuntiationis ergo caninam literam omiſiſſe. Pondus huic conjecturæ addent, quæ de altera vocabuli *anna* ſignificatione afferam.

Anbyrgd, meſſis. Sudenn. L. *B. B.* c. 8.

Andtid, tempus meſſis: hodie uſurpatur de fœniceſio & meſſe. Unde tempus, quod inter opera hæc ruſtica intercedit, vocatur *emellan andtiderne*.

Andbod, inſtrumentum ruſticum, v. ſupra in *anbod*.

Anfrid vocatur in *Thing. B* Upl. L. c. 14. tempus illud, quo a judiciis & litium intentatione liberi erant cives. Incepit illud feſto S. Olavi cumque feſto Michaelis exiit.

Anhärf, raſtrum, quo collegitur fœnum. ib.

Ankost, ſupellex ruſtica. v. ſuo loco.

Hödsunnudag, Westg. L. *Jord. B* c. 4. dicitur tempus fœniſecii, ab *hö* fœnum & *anna*. Loccenius vertit, die principalis judicii inquiſitorii, ſed unde hoc ſumſerit, neſcio. Nonnunquam ſuſpicari ſubiit, pro *hödſunnudag*, legendum *Hvitſunnudag*, i. e. Dominica invocavit, Germ. *weiſſeſontag*. v. Haltaus Calend. med. ævi, p. 62: hoc certe tempus renaturæ aptius: tum enim colono nuntius mitti debuit, quum nondum terræ culturam occeperat.

2. Quum ſub labore verno ruri, præ omni alio tempore celeritate opus ſit, *anna* in ſignificatione feſtinandi ſumi cœpit, Iſl. *anna ſier* id. Gudm. Andr. Lex. *annur* feſtinatio, *ekki ligger annur a*, non opus eſt feſtinatione. Heims Kr. T. I. p. 340. *mik ær ant at ſigia*, feſtino dicere. Germ. *enden*, feſtinare. v. Wachterus in v.

Ant, celeritas, *ændt* id. Chron. Rhythm. p. 85. *Jag ſkal thærdſwer med ændt*: celeriter tranſibo. cfr. ib. p. 64. *Konung Byrger fikk weta ſull ant*. Rex Birgerus cito reſcivit.

Ofannogr, deſes, veternoſus, ab *at* vel *afwer*, quod in compoſitis negationem involvere, ad particulam *öfwer*, probaturi ſumus, & *annoz*, induſtrius. Occurrit vocabulum illud in Kon. Styr. p. 135. *Hwar ſom lewær ſaſængr, han warder tunger ok oluſtugr, ok ofannogr til al likamlik ſkipelſe*. Quicunque otioſus eſt, evadit triſtis & difficilis, & inhabilis ad cuncta negotia.

3. Mereri, uſurpatur quum quis ſua opera aliquid promeruit, aut, quod ſuum eſt, præſtitit. Dicitur etiam *inna*, unde *int*, promeritus. Occurrit eo ſenſu hoc vocabulum non raro in Legibus patriis, ſed ita tamen, ut interpretum operam oculosque fere eluſerit. L. Birc. c. 19. §. 5. *þa ær al ſkiplegha annæd*, tum omne naulum ut promeritum debetur. Et ita hæc verba accipienda eſſe, indubio teſtimonio confirmat locus parallelus *Skip. B.* St. L. c. 15, ubi extat, *Tha ær all ſkiplega fortjænt*. Upl. L. *Jord. B.* c. 5. &c. 13. §. 3. *ær gipt oannat*, ſi conductionis plenum fructum non perceperit colonus. L. L. *Jord.* c. 20. *æ ther til gipt ær uth inth*: quod in L. Upl. c. 13. h. t. eſt *Thertil gipta ſtæmnæ ær uti*: donec uſurpatum fuerit prædium, quamdiu convenerat. Et ita facilius intellexerimus Leges Westg. *Gipt. B.* c. 2. §. 3. *alt thet ſum giffz at bindradax glæf, ock lyſæs a giſſtar qvældi, thet ær ſult ſang iordar, æn winfærd komber a bindrædagh eller fyr, ock eigh annat, for æn the komæ undir ena bleo* i. e. omne, quod dono datur (novæ nuptæ) poſtridie nuptiarum, & annuntiatur ipſo nuptiarum die, eſt legitimus acquirendi titulus, ſi mediatore præſente factum fuerit poſtridie nuptiarum aut prius: ſed non promeritum, vel juſtæ vices redditæ, antequam in eundem thalamum pervenerint. Loccenius *annat* ab *annan*, alter, profectum eſſe, putavit, non refragante Lundio, ſed oppido adverſante verborum ſerie. Occurrit idem eodem capite §. 1. *tha ær tilgæwær allær intir*, tum arrha ſponſalitiorum promerita eſt, i. e. quando ſponſa ſtipulata manu conjugium proco ſpopondit, tum omne id præſtitit, quod pro hac arrha præſtandum erat, ſecus ac de dono poſtridie nuptiarum accipiendo ſancitur. Alemanni hoc ſenſu *arnen* uſur-

Digitized by Google

uſurpant, quod Schilterus explicat, *fructus laboris percipere*, *mereri*, *acquirere*; unde *arnunc*, meritum. A. S. *earnian*, mereri.

Anne, merces, apud Ulph. Luc. 3: 14. *valdaith annom izwaraim*, contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Junius hic vocem Latinam *annona* civitate Gothica donatam credit. Stiernhielmius non adeo abnuit, ſed ita tamen, ut *niman*, accipere, pro radice habere malit. Sed monuimus jam in Specimine III. Gloſſ. Ulphilani p. 67. excidiſſe hoc viro doctiſſimo, non cogitanti, terminationem plur. num. eſſe *nom*, atque adeo radicem non ingredi. Simpliciſſimum ego credidi, ſi Ulphilanum *anne* ab hoc *anna* noſtro derivemus, ut mercedem a merendo dici, novimus. Videat dein Lector, utrum natales Latini *annona*, pro ſtipendio ſumti, a Gothica, an a domeſtica lingua illuſtrare malit.

Ansio, Fenn. meritum.

ANNAMA, accipere, Ulph. *andniman*. Joh. 12:48. Germ. *annehmen*. Scribitur frequentius *anamma*, quod tamen ratione penitus caret, eſt enim compoſitum ab *an* & *nema* capere.

Annamelig, Rom. 15: 16. acceptus; hodie uſitatius eſt *angenæm*, etiamſi plane peregrinum.

ANNAN, alius, alter, in plur. & ſtatu definito *andre*, *en annan*, alius, *the andre*, alii, *then andre*, alter, Ulph. *anthar*, A. S. *other*, Al. *ander*, *andre*. Isl. *annar*, *adre*. Casaubonus & Junius hæc omnia referunt ad Gr. ἕτερος, Dor. ἅτερος, cui ſi Gothico more *n* inſeratur, parum diſcriminis ſupererit. Et hoc lubentius amplector, quam Wachterianam originem ab *and* contra, quia nempe alter primo opponitur, aut ab *æn*, *an*, adhuc, & *en* unus, (*an*, *æn* pro *en* ſæpe apud antiquos legitur) quum nempe unus uni additus alterum efficiat. Confer Anglicum *an other*, quaſi alius unus. Significat vero *annan* & *andre*.

1. Alterum, *ælſker hwarannan*, amate inter vos, aut *hwar then andra*. Qua occaſione notari velim, genio linguæ repugnare, ſi hic dicatur *hwar andra*: *then* enim eſt, quod definitum efficit, abſque quo foret, quisque amet alios.

2. Alterutrum, pro quo hodie *entera* uſurpamus: Upl. L. *Manh. B.* c. 30. *miſte hand ſina adra*: perdat alterutram manum. Hels. L. *Kirk. B.* c. 15. *walder annan thera*, ſi in cauſſa fuerit alteruter eorum: hodie *en thera*.

3. Secundum, *ut annan dag Jul*: altero feſti Juliorum die, *andra dagen*, poſtero die. *Hin andra dags gæf*, & contracte *hindradagsgjæf* eſt donum, quod ſponſæ poſtridie nuptiarum datur.

4. Alium, *han och ingen annan*, quæ formula eſt proclamationis in Coronatione Regum Suiog. Ille & nullus alius, i. e. nullus conrex: olim, *Sa ſkal Kong vera eirn.* v. Nordſka Hirdſkrå ex edit. Dolm. c. 2. p. 16.

Annars, alias.

Annorstädes, alibi. v. in *ſtad*.

Annorlunda, aliter: a *lund*, ingenium, ratio. v. infra in *Lund*.

ANNÖDIG, ſervus, unde *annödug hjon* ſervilis conditionis homo, *annödug ſtad*, ſtatus ſervilis, isque infimæ conditionis: recenſentur quippe tanquam diverſi gradus in Legibus patriis *annöduger*, *træl* & *foſtre*. v. Ostg. L. *Wad. B.* c. 3. cfr. Olof Tryggv. S. c. 5. p. 17. Differentia vero hæc in eo conſtitiſſe, exiſtimatur, quod *annödiger* dictus fuerit bello captus, & in mancipiorum numero ab hoſte habitus, *thræl* vero verna ſeu domi natus. Skåne L. Lib. 6. c. 8. *cumbær frælsboran man innan annödughan dom*, *med thy at han wardår hærtakin oc ſidån ſaldår*. Si ingennus in ſervitutem redactus fuerit, ita ut bello captus, & dein venum datus fuerit. De origine vocis ambigitur inter etymologos. Loccenius in Synopſi Juris, Diſſ. 2. §. 8. ſervum *annödig* appellari ait ab *anna* vel *ann*, quod nuper explicuimus, quum illius præcipua opera uterentur Domini meſſis tempore, vel quia varia utenſilia meſſi inſervitura fabricare, poſſet. Ankers in Actis Hafn. P. VI. p. 63. *anödig* idem eſſe cenſet, ac *onödig* vel *unyttig* inutilis: cum qua tamen conjectura ægre conciliari poteſt, quod inter præcipuas facultates & cimelia, *gerſimar*, hi ſervi numerentur. Östg. L. *Gipt. B.* c. 18. *Guld ok ſilver*, *jord ok annodugh hion ok djursborn*, *thet kallas giarſimar*: i. e. aurum, argentum, prædium, ſervi & urorum cornua appellantur *gjarſimar*, cimelia. Aliis *anaudig* dici putatur, quaſi inops, ab *an*, ſine, & *aud*, *od*, poſſeſſio, ex eadem ratione, qua in Germania homines proprii *arme lüte* vocabantur. v. Schilteri Gloſſ. in v. *arm*. cfr. *audig*, dives, Al. *odegun*, divites. Ceterum quum *anaud* Islandis miſe-

Digitized by Google

miſeriam quamlibet denotet, & dein miſeriarum illud compendium, ſervitutem, ego aliunde etymon vocis petendum, non arbitror. Exod. c. 2. *Iſraels born andwarpadu undir þeirra annaud:* Iſraelitæ ingemiſcebant ſub ſua miſeria vel ſervitute. Thorst. Wik. S. p. 103. *ward þat til endarlauſnar anaud mina:* ceſſit hoc ad liberationem miſeriæ meæ. *Annaudig* ita proprie notat hominem miſerabilem; a quo prope abeſt derivatio Stiernhökii, de Jure Sueonum Vet. p. 206. a *nödig* invitus, quum utrumque a *nöd*, *naud* neceſſitas dimanet. Confirmantur hæc, quæ diſſerui, eo, quod *annödig* interdum ſcriptum ſit *nödig*, ut fidem facit Lex Scanica non uno loco.

Annaudoxdomr, ſtatus ſervilis. Ostg. L. *Arfd. B.* c. 17.

ANSA, curare. Isl. id v. Gautr. S. p. 117, *anſa boſkapen*, curare pecus, quod dicitur de ancillis, neceſſaria pecori ſubminiſtrantibus. Credo, heic litterarum metatheſin eſſe, & ab *annaſt*, *anſa* tractu temporis factum eſſe v. ſupra in *anna*.

Ans, cura: *en trægård fordrar ſtændig ans:* hortus jugem curam requirit.

ANSWAR, proprie notat reſponſum a *ſwara*. Chron. Rhyth. p. 87.

The wille höra hans anſwar.

Volebant accipere reſponſum ejus.

2. Notat obligationem præſtandi periculum rei commiſſæ. *Wara i anſwar*, periculum rei præſtandum habere, *anſvarig*, qui obligationem ejusmodi init.

ANTASTA, attrectare, a ſimplici *taſta*, id. Germ. *taſten*, Gall. *taſter*, *taſtonner*, It. *taſtare*. Non certe a tangere, quod volunt Menagius aliique, ſed a *taſſe*, Germ. *taſſe*, *tatſche*, quod, bene monente Wachtero, olim manum ſignificavit, (cfr. Celticum *adaf* apud Leibnitium in Celticis p. 84.) nunc vero tantum uſurpatur de branca animalium, urſorum, luporum & id genus. Ut verba ſenſuum varie permutantur, ita Anglice *taſte* de guſtu hodie uſurpatur: olim vero nihil a ceteris Britanni diſcrepabant. v. Junii Etymol.

2. Notat aggredi, ſolenni ſignificatus αὐξήσει. Olavi Petri Chron. in vita Albrechti: *The låto utropa, at alle the, ther wille löpa til ſiös, och taſta uppa Dannemark, Norrige och Sverige:* promulgarunt, omnes qui Suecos, Norrvegos, Danosque aggredi vellent, &c. *Tilltaſta* id. unde *tilltaſtning* apud Ericum Tegel, in Hiſt. Gustavi I. P. I. p. 107. Apud Isl. *taſta* notat fervide agere, unde *töſtugr*, procax. Gudmund. Andr. Lex. Isl. p. 236.

ANTINGEN, particula relativa, τὸ *eller* ſemper præcedens, & aut denotans. Scribitur non uno modo apud veteres ut *annattwiggia*, *annat twæggia*, *antyggia*, *annæggiæ* (v. Reg. Magn. Conſt. de anno 1284 apud Hadorph. ad Leg. Birc. p. 6.) *enthic*, *enthicbæthæ*, ib. p. 35. in Conſtit. Marg. Reginæ, & *enthid*, *inthæ* in Conſt. Erici R. ad calcem Legg. Scanicarum p. 57. Senſum & ſimul originem vocis recte explicat Bureus ad finem Kon. Styrilse, nihil nempe aliud id eſſe, quam celeriter pronuntiatum *annat twiggia*, ſive *annat af twiggiom:* i. e. alterum ex duobus, ut dicunt Germani, *eins von beyden* & *entweder*, de quo Wachterus p. 1840. Gall. *un de deux*. Gr. δυοῖν θάτερον. Ut noſtrum *antiggia* vel *antingen* proprie notat alterutrum, ita in Ostg. L. *Kriſt. B.* c. 29. *bædhetiggia* ſimillima compoſitionis ratione utrumque dicitur, velut ambo duorum.

ANTVARDA, tradere. v. *warda.*

ANTYDA, annuntiare. v. *tyda* nuntiare.

APA, vel *apinia*, ſimia. C. B. *æp*, *eppa*, A. S. *apa*, Al. *ape*, Germ. *affe*. Beſtiam hanc imitatricem a Germ. *aben*, imitari, nomen ſortitam eſſe, arbitratur Wachterus: alii ab אף, naſus, ut Latine a ſimis naribus. Ab his animalibus Africam ab Europæis appellatam fuiſſe, quaſi ſimiarum regionem, idem laudatiſſimus auctor docet, inprimis quum perhibeant Auctores veteres, interiora Africæ, præ aliis orbis partibus, iisdem abundare.

Apa, ludificari. Syr. 13. *Han kan apa tig, och ler til tig:* te ludos facit, atque irridet. Isl. *ap*, irriſio.

2. Imitari, Germ. *æffen*, *apa efter en.*

3. Cum admiratione intueri. Chron. Rhythm. min. p. 58.

Tha the hade han længe apat.

Quum diu in eo oculos defixiſſent.

AR, initium, principium. Voluspa, Str. 3.

Ar war allda, þa ecki var,

Principium erat ævi, quum nihil eſſet. Hinc Isl. *ardeigis*, initio diei, vel mane, quod idem notat ſimplex *ar*, Ulph. *air*, mane. *Air uhtvon*, Marc. 1: 35. initio diluculi. Gr. ἦρ, tempus matutinum, tanquam initium diei, uti eadem vox, mutatis tantum, pro arbitrio Grammatico-

maticorum veterum notis diacriticis, *ŕg* ver notat, ævi anni initium.

Arla, *ærla*, mane. Ang. *early*: inde *arla regn* in S. Bibliis, cui opponitur *ſerla regn*: pluvia prior & poſterior.

Arils tid. Vox in veterum ſcriptis crebro occurrens, (v L. Scan. p. 39. & de qua conferri poterit erudita Gramii obſervatio P. III Act. Hafn. p. 327. ubi exploſis aliorum, maximam partem ineptis, conjecturis, ſuam tandem depromit, compoſitam nempe illam eſſe ab *ur*, particula præpoſitiva & αὐξητικῇ, quæ alias *ur*, *or*, *er*, pro diverſitate dialectorum efferri ſolet: e. g. *erlauben*, *uralt*, quam poſteriorem vocem illam ipſam eſſe credit, de qua quæritur. Confirmat hanc conjecturam, quod in monumentis Danicis non ſolum *arilit*, ſed etiam *areld* ſcribatur, quod propius accedit ad *alt* antiquus, & etiam *elde* antiquitas; unde extremum vocis partem Vir laudatus derivat. Ego antequam hæc legi, arbitratus ſui, *areld* vel *arild* notare initium ſeculi, ut adeo in Eddico *Ar alda* re vera conſpiciatur vetus pronuntiatio τῦ *areld*. Coronidis loco addere, juvat, in ea opinione verſari eruditorum multos, Latino-Barbarum *æra* ab *ar* ortum ducere, atque ſua vi notare initium computationis: Id certe inter omnes conſtat, in Hiſpania primum, & poſt Gothicam dominationem, hunc terminum uſurpari cœptum fuiſſe. v. Wildii Förbered. p. 93. & Dalins Hiſt. T. 1. p. 239.

ARA, mittere, Al. *eren*. v. Wacht. in Gloſſ. p. 387. Vox hodie deſita, ſed de cujus ſignificatione teſtantur non tantum dialecti cognatæ, ſed etiam ex hoc fonte promanantes rivuli. Nam, ut omittam Ulph. *airu*, nuntium, legatio, *airuns* nuntii, habemus domi

Ara, nuntius. Hels. L. *Kon. B.* c. 10. *Konungs ara*, i. e. qui medio ævo apud exteros vocabatur Miſſus Regius, cujusque fuit, vectigalia regionum colligere.

Armadur, id. Verelius tam in notis ad Oddonis Monachi Hiſt. Olavi Tryg. quam in Ind. Scyt. eum appellat præfectum annonæ, ab *år* annona. Non incommode quidem, ſed facit tamen parallelismus prioris vocabuli, ut huic communes cum illo natales lubenter dederim. Officii deſcriptionem habemus apud Sturlonidem, T. 1. p. 574. *Armen er bu vardveita, oc veitslor ſkulu gera mot Konung oc lydi hans*: Armanni ſunt, qui curam prædii cujusdam regii gerunt, & commeatum adverſus eum & comitatum ejus mittere debent. Scilicet ut Reges veterum in variis Regni ſui partibus villas habebant, quæ ipſos comitatumque eorum, dum ibi verſarentur, tueri & nutrire debebant, *Upſala ödher* dictas, ita, ubi per easdem regiones tantummodo tranſierunt, *armanni* erat, curam agere, ut neceſſaria vitæ viæque ſubſidia eo mitterentur. Erat hoc munus inter aulica honoratius, unde etiam *metord*, i. e. titulus eminentior ibi a Snorrone appellatur. In legibus Longobardicis crebra mentio fit *Arimannorum*, qui tamen cujus ordinis fuerint liquido non cognoſcimus. Fuiſſe tamen videntur humilioris conditionis, quam noſtri, ut nihil officiorum titulis inconſtantius eſſe ſolet. v. de Arimannis Spelmannum, Wachterum, Gramium aliosque. De Anglosaxonum *Ar-þegn*, quod miniſtrum honoratiorem denotat, v. eundem Spelmannum in Archæologo.

Ärende, miſſio. A. S. *ærend*, a quo *ærendian*, annuntiare, *ærend-raca*, nuntius (Isl. *ærendreki*) Al. *arunti*, *arende*, unde Euangelium Notkero Ps. 32: 5. dicitur *kuotarende* i. e. bona miſſio. Nos dicimus *ſkicka ærende*, miſſionem aliquo ablegare.

2. Negotium. *Jag har intet ærende dit*: nil mihi illuc negotii eſt. *Sæga ſitt ærende*, cauſſam ſuam enarrare, & nonnunquam per craſin *ænde*. Chron. Rhythm: p. 355

Hwar tiit, ſom han hade ænde:
Quisque ubi negotium habuit.

Wachterus huc etiam refert *arende*, merces conductionis: *arendator* conductor; Ego vero id alio pertinere arbitror, nempe ad *ræntа*, cenſus, Gall. *rente*.

Arna, negotium ſuum expedire. Wilk. S. p. 94. *Þickiſt nu wel arnat hafa*. Sibi videbatur, negotio ſuo probe defunctus eſſe. cfr. p. 163.

2. Procurare, mereri. A. S. *ærnian*, *ærenian*, Benson. Al. *arnon*, Angl. *earne*. Cod. ant Precum: *Thy bidher jak tik, at thu arna mik ſannan angiſt oc idrugha*: ideo rogo te, ut mihi procures verum dolorem & pœnitentiam. Scribitur alias *ærna*, ut ib. *ærna mik thes helga andas nad*. Procures mihi Spiritus ſancti gratiam Junius in Etymol. inque notis ad Willeramum p. 51. confert Gr. ἄρνυμαι, capio, recipio, unde μισθὸν ἄρνυσθαι, μισθαρνεῖν, mercedem accipere

ARBORST, arcus. Gen. 21: 16. *arborſtſkott*, teli jactus, quoad telum longisſime conjici poteſt. Compoſitum videtur ab *arf* telum & *berſa* jaculari. Dicitur alias *armborſt*, quod tamen pro vitio pronuntiationis habeo, ut adeo conjectura Wachteri opus non ſit, qui *armborſt* putat dici, quaſi brachium fractum, cujus figuram arcus referat, ab *arm* brachium & *breſten* rumpi. Spegel non ineleganter Anglicum

arbaliſt (arcubaliſta) per ora imperiti vulgi tamdiu transiiſſe putat, donec *arborſt* inde provenerit.

ARDAR BOLKUR eſt titulus legum Weſtrogothicarum, qui negotium faceſſivit interpretibus. VERELIUS eum ab *ærr*, cicatrice, dictum docet, adeoque illum eſſe, qui de vulnerum æſtimatione agat, merito a LUNDIO reprehenſus, qui longe graviora eſſe crimina, de quibus heic agitur, obſervat, & præterea alium eſſe titulum, qui de vulneribus ex inſtituto agat, ſcilicet *Saramala Bolkær*. Ille itaque meliora allaturus, longo circuitu ab *ardur* aratro hunc titulum deducit; nominisque rationem in eo quærit, quod graviora hæc crimina omnium bonorum atque ipſius aratri amiſſione mulctanda eſſent. Sed hæc nimium longe mihi videntur arceſſita. Ego me falli, non credidero, ſi dicam, *ardar* contractum eſſe ab *arædar*: *aræde* autem vel *aræd* in Legibus vetuſtis Danorum ſupereſt, denotans *urbotamål*, vel ejusmodi facinus, quod, ut ſumme malitioſum, ita niſi rei morte piari nequiit. v. JUDSKE LOW L. 3. c. 22. & OSTERSONS Lex. Jurid. in *arad* & *rådsråd*. Ceterum *rada a* in L. Isl. notat impetum in aliquem facere, interficere, *aræda*, inſultus. v. infra in *råda*.

ARF, terra, Lat. *arvum*. Camb. Brit. *ar*, terra, *erw*, jugerum, unde *urſa*, Isl. terram vertere, Gr. *ἔρα*. Fuit haud dubie, ſi quæpiam res alia, magna omnium mater, de qua & colenda & nominanda inprimis ſoliciti fuere antiquiſſimi mortalium, unde quoque videmus, nec multum inter ſe circa hanc vocem diſſidere Linguas nobis familiariores, nec ab Ebræo ארץ ulterius diſcrepare, quam quod ultimam literam, utpote nimis ſtridulam, vel lenierint vel ſuſtulerint plane.

2. Bona ſoli, fundus una cum ædificiis, & quicquid terræ adhæret. Hoc modo uſurpatur L. BIRC. c. 1. §. 1. *Hwilikin ſum arf æller ærfwir vil ſælja*, quicunque fundum aut fundos vendere vult. cfr. §. 3. *hwilkin ærf þ æller ærft goz vil ut til pant ſættja*: quicunque ædes ſuas pignori opponere vult. Ubi obſervandum eſt, tres illas voces *æller ærft goz* additamentum eſſe imperiti gloſſatoris, atque adeo expungendum. Eodem ſenſu occurrit *erue* in Lege GOTHL. Germ. L. 3. c. 8. *weſſeld we mit anderen erue umme erue*: ſi quis bona ſoli vel ædes contra alterius ædes permutaverit. Quod vero hic & in L. BIRCENSI *arf*, *arft*, *erue* dicitur, id in tabulis Gothlandorum Suethicis c. 24. dicitur *aign*. Et hoc eodem ſenſu occurrit Al. *erbe* apud OTFRIDUM L. 1. c. 22. 107.

Ja limphit mir th' ib uuerbe
In mines Fater erbe.
Immo oportet, ut ego negotier
In mei patris proprio.

cfr. L. II. c. 2. 43. *In eigan iob in erbi* i. e. in proprio. Et hic ſignificatus occurrit, quando dicimus *arf och egen åker*, pro terra propria & cenſui non obnoxia, nec non in formula Legum noſtrarum, *taki arf och orf* v. UPL. L. *Arfd. B.* c. 10. quod eſt, omnium rerum heres ſit. *Arf* hic nempe bona immobilia deſignat & *urf* mobilia. cfr. A. S. *yrf*, *yrfe* pecus, inſtrumentum, & quæ habet RAMZELIUS, in Diſſert. de Uſu L. Suiogoth. in illuſtranda antiqua Gent. Suiog. ſimplicitate, p. 38.

3. Labor: quum terra ſit id, cui operam ſuam præcipue impenderint majores noſtri, labor primum ruſticus & dein quivis alius *arf*, *erf* dici incepit. Quod *erbe* Alemannorum hoc in ſenſu etiam occurrat, non quidem docent Lexicographi, ſed videor tamen mihi alicubi obſervaſſe. OTFRIDUS Lib. I. c. 5. 129.

Ih bin. quad ſiu, Gotes thiu,
Zi erbe geboraniu.
Sum, inquit illa, Dei ſerva,
Ad laborem nata.

SCHILT. vertit *domi nata*, quod mihi tamen non placet. Apud Islandos hæc vocis ſignificatio uſitatior eſt, ubi *erf* & *erfid* laborem notat. KNITL. S. p. 138. *Ervitt mun mer þat veita, at ganga i mot yckr badum*: laborioſum id mihi erit, adverſus vos duos pugnare: *erfida* laborare, de quo mox. Hinc *arfwid* laborioſus, quod jam nomen proprium eſt, in patria noſtra non infrequens. Huc forte retuleris veteris Latii *erus*, pro quo recentiores *ervus* & dein *ſervus* dixiſſe, Feſtus auctor eſt, quodque proprie *ἐργάτην*, laboratorem notat. cfr. Isl. *erla*, ſerviliter laborare, *eril*, labor gravis, apud GUDMUND. ANDR. p. 62.

ARBETA, laborare. Ulph. *arbaidjan*, Al. *arbeiten*, Isl. *erfida*, Sueth. Ant. *arfwoda*, *ærfwoda*. Poſthabitis ceterorum conjecturis, quarum nonnullæ ſatis inſipidæ ſunt, credidero, compoſitam eſſe vocem ab *arf* vel *erf*, labor & *idja*, operor, exerceo. GUDM. ANDR. p. 131. unde *idog*, laborioſus, *idka*, exercere, *idn*, induſtria. Niſi

Digitized by Google

Niſi quis malit *ida* pro terminatione verbali vocis *erfid* habere.

2. Notat conflictari cum morte aut gravi qualibet ærumna. Alemannicæ L. conſenſum monſtrat WACHTERUS in v.

ARBETE, labor: alias *arfwode*, Isl. *erfide:* unde *arfwodis lön*, merces, pro quo multi ſine veterum conſenſu ſimplex *arfwode* uſurpant. *Få nogot i arfwode*, rectius *i arfwodes lön.*

4. Acquiſitio, tanquam id, quod labore acquiritur. A.S. *yrf*, *yrfe*, bona, res, pecus. *Ærfwa* etiam procurare, acquirere notat. CHRON. RHYTHM. p. 83.

Thet thera fader hade them ærft.
Quod pater eorum illis acquiſiverat.

p. 185.

Som tolkit mord epter ſik ærfwer,
Quale ſimilis cædes poſt ſe relinquit, cauſſatur.

Eſt hoc ſenſu, quod de ſegete ruri dicitur. *Sæden ærfwer ſig*, ſeges ſeſe dilatat, vires acquirit. Hodie, præpoſito *w*, *wærfwa* dicimus, *förwærfwa*.

5. Bona ab aliis nobis acquiſita, ſeu hereditas. Ulph. *arbi*, A. S. *yrf*, Al. *erbe*, *erve*, Isl. *arf.* Animadvertimus hinc, cur veteres *taka arf* dixerint, & Mœſog. *arbi niman.* v. Luc. 20: 14. Scilicet proprie nil aliud denotat hoc, quam bona defunctorum accipere, ut adeo *fædernes arf*, *mödernes arf* primigenia vi deſignent bona paterna, materna, quibus idea hereditatis ſupervenit. Codices legum multas hereditatis ſpecies enumerant, quæ tamen hic locum non inveniunt. Inter ceteras notamus,

BRÖSTARF, hereditas ad liberos nepoteſque perveniens.

BAKARF, hereditas tranſiens ad lineam adſcendentem, parentes avosque.

JAMNADA ARF, collateralium hereditas.

KULDAR ARF, quum una ſtirpe emortua, altera ſuccedit.

OFFINNIS ARF, hereditas plurium infelici caſu ſimul interemtorum.

SIDOARF, quum ad cognatos vel agnatos abit. Appellationis ratio deſumta eſt a corpore humano, ubi *bröſt*, pectus, id quod anterius eſt, *bak*, tergum, quod retro: & *ſida*, latus, indicat collaterales.

SKAPARF, idem quod *bröſtarf:* dicitur infra, in v. *ſkap*, cujus ſit originis

SKÖTARF, quum liberi legitimati hereditatem adeunt.

SKYLDARF, hereditas conſanguineorum.

WIGARF, HELS. L. *Arfd. B.* c. 15. Dicitur jus illud, quod proximus occiſi heres habebat ad vindicandam ejus mortem, vel *wergilldum*, ut dicebatur, accipiendum.

ARFÖL, ſilicernium, convivium funebre, poſt annum vertentem, atque ubi cernebatur hereditas, celebratum. v. ſupra *årsmot*, in *år*. Appellatur *erfis gerd* in Lege Gothl. c. 24. §. 5. Alias *arfwisöl*, & *arföl.* In veteri L. Celtica *arwyl* notat exſequias, v. BOXHORNII Origg. Gall. Ab hoc *arf* vel *arföl* alienum non putat WORMIUS in Monum. Dan. c. 6. Starvam vel ſtravam JORNANDIS, dum de funere ATTILÆ hæc commemorat: "Poſtquam talibus lamentis "eſt defletus, *ſtravam* ſuper tumulum ejus "ingenti commiſſatione celebrant." Ita vero ſuper his commentatur vir doctiſſimus: "Per *ſtravam* hoſtium intelligunt exuvias, idque auctoritate "PLAC. LACTANTII, ad Lib XII. Thebaid "STATII, ubi hæc habet: Exuviis hoſtium "exſtruebatur regibus mortuis pyra, quem "ritum ſepulturæ hodie quoque Barbari "ſervare dicuntur, quem *Strabas* dicunt "lingua ſua. Sed ut, quod mihi videtur, "libere dicam, tumulos Regum ac Ducum quandoque exuviis hoſtium exornatos fuiſſe, facile crediderim; ſed his "pyras ſtructas fuiſſe, non æque largior. "JORNANDES namque dicit, *ſtravas* ingenti "comiſſatione celebratas, quod exuviis haud competit; ſed conviviis potius & epulis funebribus, in honorem "defuncti inſtitutis. LACTANTIUS vero manifeſte ſtatis per *ſtrabam* rogum aut pyram intelligit, qua demortui cremabatur cadaver, quæque ex hoſtium manubiis conſtabat. Aliud autem eſt, rogum ex hoſtium exuviis conficere, in "quo illæ cremantur & pereunt: aliud, eas "ſupra tumulum ornamenti loco collocare, ut ibi maneant, & de victoriis "teſtentur. *Strava* igitur aut tropæum, "aut convivia magnifica, in honorem "defuncti celebrata, denotabit.

"Stravæ affine fuit illud, quod noſtrates olim *arfwöl* vocabant, convivium "nempe ſolemne, quod Reges & Magnates in parentis defuncti celebrabant honorem, cum in regno & bonis dabatur "ſucceſſio. Fas enim fuit nulli, parenti "demortuo ſuccedere, niſi prius tali convivio & ritibus ſolemnibus magnates & "amicos exciperet. Ubi & hoc potiſſimum obſervabatur, quod in defuncti "honorem, præeunte hærede, vaſti crateres exhauriendi eſſent, & ſucceſſor "ipſe ad memorabile quid & eximium "præſtandum ſe adſtringeret.

"Hujus præclarum exemplum cernere "licet in geſtis HAQUINI Comitis, Hiſtor. "Norv. vernaculo ſermone a nobis editæ "p. 131. ubi SVENO TUISKEG, alias SVENOTTO dictus, Daniæ rex, ab obitu parentis HARALDI Regnum occupaturus, non "ſolum

Digitized by Google

"ſolum regni proceribus, ſed & Julinerſibus piratis ad ſolemne hoc *arfwell* "invitatis, priusquam gubernaculis regni "manum admoveret, conſcenſo ſolio "paterno, primo magnis hauſtibus poculum memoriæ patris dicatum convivis "propinat, deinde votum addit, ſe intra "triennium Angliam invaſurum, Regemque Adelradum interfecturum aut expulſurum. Quem inſequentes Julinenſes, poſt hauſtum cratera, ea vovent, "quæ ſine vitæ ſummo diſcrimine præſtare demum non potuerunt." De quibus fuſius differentem vide ipſam hiſtoriam.

Ärfwa, hereditatem adire, Germ. *erben.*

ARF telum. C. B. *arf.* A. S. *arev*, *areve.* Ang. *arrow.* Hels. L. *Kon. B.* c. 10. *Warder arf af ſtrængi luſtin:* ſi telum nervo excutitur. *Buga med trim tylſtum arwa* i. e. arcus cum 36. telis. Lundius in addit. ad Verelii Indicem docet, quum arma præcipuæ fuerint veterum opes, hereditatem inde nomen accepiſſe, a qua conjectura nec alienum fuiſſe Leibnitium, docent excerpta Mejeriana p. 289. Quicquid ejus ſit, antiquiſſimum eſſe vocabulum, ſuſpicari licet, quum lingua Celtica idem habuerit, ut demonſtrant ejus filiæ, Cambrica & Aremorica. v. Boxhornii Origg. Gall. Radicem ejus ponit Lundius l. c. Sueth. *yra*, vibrare, vi agitare. Si conjecturas quispiam amet, meæ non ſuccenſebit, qui ex hac voce nomen Armeniorum arceſſendum, in animum induco, quaſi *arfmen* h. e. teligerorum. Faciunt pro hac ſententia vocabuli *arf* antiquitas, & Armenicæ gentis cum Scythis vicinia & linguæ neceſſitudo; quod vero inprimis me ad hoc credendum inducit, eſt, quod video, regionem hanc in nummis Augusti aliorumque Imperatorum deſignari vel arcu, vel pharetra ſagittis plena. v. Oiselii Comment. ad Nummos ſel. p. 89. qui etiam adducit verba Hieronymi in Epiſtola ad Lætam: *Depoſuit pharetras Armenius*, nec non Claudiani:

Qua dirigat arte ſagittas Armenius.

2. Notat tendiculas, quæ in ſylva feris animantibus ponuntur. Hels. L. *Widerb. B.* c. 6. *Legger arf i ſkogi annars*: Si quis ejusmodi inſidias ponat in ſilua alterius: vocatur *ſiælfſkut. Manh. B.* c. 3.

ARG, ignavus. Gr. ἀεγὸς pro ἀεεγός. A. S. *earg*, Isl. *argur*, & per metatheſin *ragur.* Ut apud antiquos præcipua belli-cæ gloriæ laus erat, ita & qui partes ſuas militiæ ſegniter obibat, κατ' ἐξοχὴν ignavus appellabatur. Gretla c. 13. *þræll ei þegar hefnir; enn argur alldre.* i. e. mancipium nonniſi ſero ulciſcitur, ſed *argur* (ignavus) nunquam. Hinc *argaſt* dicitur, cujus conſeneſcit animi robur. Heims Kr. T. 1. p. 667. *Sva ergiſt hvor, ſem elldiſt*, ita quisque ignavior fere fit, ut ætate provectior. Hinc etiam convicio ſolenni *argur* apellabatur ignavus, idque non domi tantum, ſed etiam apud exteros gentiles noſtros, Longobardos puta, in quorum legibus exſtat. *Si quis alium* argam *per furorem clamaverit*, &c. Paulus Diaconus Lib. 6. c. 24. *Memento*, *Dux* Fredulphe, *quod me inertem & inutilem dixeris*, *& vulgari verbo* arga *vocaveris.* Adjungo his ex noſtratibus Jus aulicum Margaretæ. §. 18. *Feller knabe eller ſkytte bald*, *vard eller wako*, *ware man thes argbar.* Si quis officialium aut jaculatorum ſtationem aut vigiliam deſeruerit, vir eo deterior audiat. Conf. Stat. Caroli VIII. de anno 1448. c. 6. apud Hadorph. ad *Leg. Birc.* p. 50. nec non Scherzius ad Rhythm. de Exped. Caroli M. Hiſp. p. 63. Spelmannni Archæol. p. 40. qui in tabulis Longobardicis occurrens *argam* explicat per maritum, uxoris adulterio infamem, cucurbitam. Junii Etym. in v. *erke.* Vossius de vitiis ſermonis L. 3. c. 1. & Du Fresne Gloſſ. in v. *arga.* Verel. Ind. in v.

Oarg, intrepidus; vocantur in ſcriptis Islandicis leones, urſi, lupi & id genus feræ beſtiæ *oarga diur*, quaſi intrepidæ, feræ animantes.

2. Denotat quolibet animi vitio infectum, & inprimis iratum. Conſpirat Gr. ὀργη. Islandi *j* ſæpe præfigunt, unde *jargr*, ira, fervida contentio, *jarga*, contendere. Gudm. Andr. Lex. Isl. p. 129. Cfr Latinum *jurgare*, quod dictum alias putatur a jure & agere, ipſo Cicerone auctore, cujus verba ſervat Nonius L. 5: 34.

Argsinnad, iracundus.

Arga, lædere. Litt. Margaretæ ad Status Regni apud Hadorphium in Collectione Act. Publ. p. 52. *Æbwa them therower trængher ælla argbar*: quicunque eos eapropter infeſtaverit aut læſerit. cfr. Tigels Hiſt. Gust. I. P. 1. p. 122. 123. unde *ſtå efter ens argeſta*, alicujus damnum vel læſionem quærere, male velle.

ARIST

Digitized by Google

ARIST BOGA, arcus major. Dictum puto quaſi *aroſt* vel *oroſtboga*, ab *oroſt*, prælium, & *boga*, arcus. Dum OL. RUDBECKIUS Atlant. T. I. p. 407. vocem aſſerit radici *aur* ſagitta, adeo a nobis non diſſentit, quum infra ſimus dicturi, ab eadem *oroſt* etiam ortum ducere.

ARK, ciſta. Al. *arca*. Ulph. *arka*. JOH. 12: 6. A. S. *earc*, *erc*, Al. *ark*, Angl. *ark* WESTG. L. *Tjuf. B. Æn hittir i lùktu eller læſta kari, ark ellar kiſtu.* Si inveniatur in vaſe operto vel clauſo, arca aut ciſta. *Arf. B.* c. 7. *Modur ſkal rada arkar lyklom.* Mater jus habebit portandi claves arcarum. Quum iſtiusmodi ciſtæ in eo uſus ſit, ut rem familiarem includat, ab εἴργειν, includere, vel ab arcendo arcas dictas credunt etymologi. In L. Ebr. occurrit ארגז , ciſta, quam vocem pro Philiſtæa habet BOCHARTUS. Hieroz. T. I. L. II. c. 36. Hodie *ark* non niſi in ſtilo ſacro uſurpari ſolet, ubi de arca Noæ vel fœderis ſermo eſt.

2. Loculus, in quo conduntur mortuorum corpora. CHRON. RHYTHM. min. p. 78.

The togo han op a the mark,
Hans kiſta och hans ark.
Effodiebant e terra
Ipſum ejusque loculum.

Videtur antiquiſſimus eſſe hujus vocis ſignificatus, utpote cujus veſtigia deprehendimus in Ulphilano *aurahja*, ſepulcrum, quod occurrit MARC. 5:2. ſeq. Nec orcus in veteri Latio aliud denotavit, unde monumentum ſepulcrale NÆVIO vocatur orcivus theſaurus. Notum etiam eſt, arcam apud eosdem Latinos pro theca ſepulcrali uſurpari. Cfr. Lexicographos.

ARK, philyra, ſcheda integra papyri. Occurrit vox eadem apud Islandos. v. GUDM. ANDR. Lex. Isl. p. 116.

ARM, brachium, Ulph. *arms*, A. S. *earm*, Al. *arm*, & ſimiliter ceteræ dialecti. Apud veteres Latinos *armus* idem omnino denotavit: auctor enim eſt FESTUS, majores illius humeros cum brachiis *armos* vocaſſe, & indidem etiam *arma* nomen ſortita fuiſſe, quippe quæ ab armis dependeant. Iidem, dum torques *armillas* nominant, RUDBECKIUS Atl. T. I. p. 831. poſteriorem vocis partem Gothicæ ſtirpis eſſe, autumat, a *mælja*, torques, vel, ſi mavis, ab *hælla* circulus, vinculum, quaſi *armhælla*. v. infra in *hælla*.

2. Manica: vox hæc dum partem veſtimenti notat, in plurali *ærmar* habet, dum brachium hominis, *armar*, Germ. *ermel*. Veſtis genus erat, quod a defectu harum manicarum *armilauſam* Latini recentiores vocabant (v. VOSSIUS de Vitiis Sermonis p. 373.) & Græci, SUIDA teſte, ἀρμιλαύσιον vel ἀρμελαύσιον. cfr DU FRESNE in *v.* Eſt ejusmodi veſtimentum, de quo loquitur KNITL. S. p. 114. *ſilki trojo ermalauſa*, i. e. tunicam ſericam ſine manicis, ab *arm* manica, & *laus*, *lós*, nota defectus. v. infra in *lós*. Patet hinc, quam ridiculum ſit, quod TURNEBUS in Adverſariis, L. XXI. c. 26. apud CATULLUM Ep. 54. pro *ſemilauta crura* legendum putat *armilauſa curta*, addens, indicio ISIDORI conſtare, ita appellatum fuiſſe certum veſtis genus. Sed quivis, vel me non monente, animadvertit, recentius eſſe hoc vocabulum, quam ut eo uti potuerit Catullus. Quem modo nominavi, ISIDORUS *armilauſam* dictam putat quaſi *armiclauſam*, quum, alias aperta, in armis tantum clauſa eſſet: ſed hoc aſſignamus imperitiæ Linguæ Gothicæ.

3. Quicquid in diverſas partes diffunditur, hoc nomen habet, uti cornua exercitus apud ſcriptores Islandos *armar* vocantur, nec non pars utraque retis, brachia fluminis in diverſa abeuntis, &c.

ÅRMKLÅDE, ſtrophium. Nomen ipſum indicat, veteres non peris aut ſacculis condita geſſiſſe ſudaria ſua, ſed circum brachia ligata. Habemus veteres imagines, quæ rem oculis oſtendunt. Retinent idem nomen velamina, quæ collo circumdant feminæ.

ARMKAPA, toga muliebris manuleata. *Gipt. St. L.* c. 7.

ARM, pauper. Isl. & Al. *arm*, Germ. id. unde Ulph. *arman*, miſereri. Vide, ſi placet, quæ infra in voce *barm* allaturi ſumus. WACHTERUS natales vocis petit a Gr. ἔρημος: cfr. Ebr. ערם, nudus.

ARMOD, paupertas. Al. *ermde*, A. S. *yrmth*, *yrmthe*, Germ. *armut*, Isl. *armæda*, ut JOB. 20. *Allshattad armæda mun yfir han koma* i. e omnis generis ærumna ipſi ſuperveniet. Dubitatur, utrum *od* ſit mera terminatio, quo nos ducere videntur Alemannica & Saxonica, cfr. *betelode*, mendicitas, apud NOTKERUM. Ps. 106:10. an vero ſatius ſit, credere, Islandos vocem integriorem ſervaſſe, dum ceteræ cognatæ plus ſibi licentiæ, eam contrahendo, ſumſere. *Mæda* certe notat ærumnam, *mædiliga*, difficulter: inde *armmæda* erit ærumna, paupertas, vel annonæ difficultas, ut præcipua egeſtatis cauſſa, ab *ar*, annona, & eodem *mæda*.

ARN, focus, locus, ubi ignis accenditur.

Digitized by Google

tur. Isl. *arin.* Östg. L. *Bygg. B.* c. 3. *Bor a ſialwer med eldhe ok arne:* ſi ipſe ibi habitaverit cum igne & foco. ib. Egn. Sal. c. 5. *Nu æn ſalin far af, ok hin far a, ſum köpt hawir, meb eldhe ok arne:* ſi venditor ædes dereliquerit, & emtor eas inhabitare occeperit cum igne & foco. Credidi, hæc primum legens, alludi ad morem, cujus mentionem injicit Arngrimus Jonæ in Crymogæa, quod nempe villam quampiam ſuam facturi, omnium primo circumlato igne limites luſtraverint: ſed fieri etiam poteſt, ut proverbiali hoc dicendi genere nil denotetur aliud, quam ignis in foco vulgari accenſio. Anglo-Saxonice *erne* dicitur locus in genere, & ſpeciatim ubi ignis ponitur, unde *bæces ern*, furnus, piſtorium. Benson. *libtes ern*, laterna, idem. Obſervo, hinc fortaſſis ortam eſſe terminationem Latinorum vocabulorum *lucerna*, *laterna*, quod ultimum ineptiunt ſane, qui a latendo derivant, reluctante & ſenſu & quantitate vocis proſodica. Utrumque vero oriri potuit a Gothico fonte. *Liubath*, quippe apud Ulph. notat lucem. Al. *liobt*, (unde *liubten* lucere,) A. S. *leobt*: *arn* vero & *ern*, eſt locus, ubi lux vel ignis ponitur, ut adeo laterna ſit *leobt-ern*, quod apud Otfridum dicitur *leobtfaz*. Supra ad voces *ærill* & *æsja* nonnulla de voce Latiali *ara* diximus, quodque primigenia ſua ſignificatione denotet focum, Sueth. *arn*: hoc loco addere lubet, Isl. *arin* nonnunquam pro *ara* aut loco, ubi ignis ſacer accendebatur, poſitum inveniri. Hinc eſt, quod in veteri Jure Norrwegico ignis trifariam dividatur, in *arins elldur*, ignem ſacrum altarium, *hybila elldur*, ignem culinarium ſeu vulgarem & *vita elldur*, ſeu ignem ſpecularum. v. Wormii Lex. Run. p. 8.

Ærins Hus, hypocauſtum *B. B.* L. L. c. 36. §. 2.

ARP vel arpe, illuvies, ſordes. Adfert hanc vocem Spegel in Gloſſario tanquam Oſtrogothis familiarem, nec nos illam deſiderari hoc loco voluimus. Fallor, aut prope accedit ad Gr. ῥυπή, id.

ARS, podex, A. S. *ears*, Al. *ars*. Germ. *arſch*, a Gr. ἔρα, cauda. In veteri latio *arda* vel *erda* alvi excrementa denotaſſe, oportet, ut indicant terminationes vocabulorum, *bucerda*, *homerda*, *mucerda*. v. Prima Scaligeriana p. 80. In Hiſt. Hrolf Krakes p. 109. per metatheſin dicitur *raſs*.

ART, indoles. Sap. 8: 19. *ett barn af god art*, infans bonæ indolis. Uſurpatur de rebus tam animatis, quam inanimis, in bonam malamque partem. Hinc *jordart*, terræ genus vel indoles. *elak art*, malum ingenium, Chron. Rhythm. p. 447.

Han ej ombytte ſin Danſka ardt
Non mutavit ingenium Danicum.

Deduxeris forte ab ἀρετή, quod tamen bonam indolem tantum ſignificat: ſed longius a ſuis fontibus rivuli ſæpe discedunt, ut norunt, qui artis etymologicæ penitus non ſunt rudes.

Artig, elegans, bonæ indolis. Mejerus in Collectaneis Etymologicis *artig*, vel potius *ardig*, refert ad *erd*, *ard*, terræ proventus. Suet. *ăr*: ut adeo primus ſignificatus foret frugifer, & *unartig* ſterilis.

Arta sig, indolem prodere, bene vel male ſuccedere. *Thet artar ſig ei.* Non proſpere cedit. Ἀρετάω idem fere Græcis nonnunquam ſignificat: v. Scholiaſten Homeri ad Odys. T. v. 114., ubi ἀρετῶσι explicat εὐδαιμονοῦσι.

AS, Deus, in plur. *aſar*, *æſir*: Ita apud majores noſtros appellabantur tam Dii in genere, quam inprimis Odinus ille, quem a patria ſua Aſanum vel Aſiaticum appellare, moris eſt; Formula jurandi ethnica erat: *ſo hielpi mier hin helge As, Freyr oc Niordur*: ita me juvet ſanctus As, Freyer & Niord. v. Gudm. Andr. ad Voluspa p. 29. Nunc obſolevit vox illa, poſtquam introducta Chriſtiana ſacra memoriam profanorum numinum obliteravit, eorumque loco *Drottin* & *Gud* introduxere. Interea *As*, *Aſir* in Theologia gentilium vetuſtiori longe lateque uſurpata inveniuntur. Jam dudum quippe obſervarunt eruditi, Etruſcos, qui communes ſuperſtitionis antiquæ magiſtri erant, quique a Phrygibus oriundi, a Scythis admodum non fuere peregrini, hoc titulo Deos ſuos appellaſſe. Conſtat id indicio Suetonii, in vita Augusti, c. 97. ubi narrat, quum fulminis ictu prima nominis CÆSAR litera ſtatuæ cujusdam excuſſa eſſet, conſultos augures id ita interpretatos fuiſſe, ut ſignificaret, Augustum brevi in Deos relatum iri, quum *æſar* lingua Etruſca Deus (vel rectius Dii) vocaretur. De Tyrrhenis ſimile quid prodit Hesychius: αἰσοί, θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν: Æſi, Dii apud Tyrrhenos. De cetero in Hel-

in Hellade *αἶσα* fatum denotavit, forte a ſenſu divinitatis, quum eo nihil divinius veteres crederent.

2. Asar appellabantur illi Odini comites, qui ſacrorum antiſtites & ſimul conſiliorum participes erant, alias *Diar* et *Drottar* nuncupati, quæ ambo nomina divinitatis ideam ſibi conjunctam habebant. Non dubito, quin ejusmodi *Aſar* ſint, de quibus Strabo loquitur, *Geogr. L.* 7. ubi ipſi de Zamolxi ſermo eſt: Τοῦτο δὲ το ἔθος διέτεινεν ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς, ἀεὶ τινὸς εὑρισκομένου τοιούτου τὸ ἦθος, ὃς τῷ μὲν βασιλεῖ σύμβουλος ὑπῆρξεν, παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὠνομάζετο Θεός: is mos ad noſtram usque duravit memoriam, ſemper aliquo reperto, qui ita eſſet animatus, ut Regi a conſiliis eſſet: is a Getis *Deus* vocatur. Eodem libro etiam commemorat, Dacis montem fuiſſe, cui Cogæono nomen fuerit, in quo, qui ſacerdos erat, pro Deo colebatur. In L. Mœſog. *Gudja* flaminem etiam notat. Isl. *gode*. Gudm. Andr. Lex. Isl. p. 94. Arngrimi Jonæ Crymog. p. 72. *Blotgode*; Heims Kr. T. I. p. 9. qui quoque obſervat, hisce ſacerdotibus, tanquam divinitatis conſortibus, ſacrificia & libationes factas eſſe. In Gloſſario Isidori *Caudos* dicitur ſacerdos, quod dum vidi, in mentem venit, nihil hoc aliud eſſe, quam Gothicam ſacerdotis appellationem *Gode*, quæ paullo durius pronuntiata, vocem Isidori efficit, ut adeo emendatione Grævii pro *Caudos* caſtos reponentis, opus non ſit.

Asamal, lingua Aſarum. Ita vocatur Scythicus ſermo, qui cum Odino ejusque comitatu in transmarinas Germaniæ regiones & item Borealem hanc plagam introductus fuit, dum antea Finnicus aut Lapponicus orbis borealis aboriginibus patrius eſſet. v. Leibnitii Literas ad Sparfwenfeldium in Collect. Monument. Bringii, Tom. II. Aperte hanc Idiomatis mutationem indicant Scriptores antiqui, ut Rimbegla apud Wildium, in Förbered. p. 270. *Tungan kom meþ þeim (þyrkir oc Aſiamen) nordur bingat, ok gek ſu tunga um Saxland, Dannmork oc Suiþiod, Norreg ok nokrum bluta Englandz:* venit cum iis (Turcis & Aſanis) Lingua huc in ſeptentrionem, & ſeſe diffudit per Saxoniam, Daniam, Sueciam, Norrwegiam & aliquam partem Angliæ. Magnus Olavi apud Wormium, in Append. ad Litter. Run. p. 191. per *Aſamal* ſpeciatim, & forte non male, intelligit Linguam Poëticam, quæ, a vulgari oppido diverſa, multa vocabula habuit, quæ in proſa oratione non uſurpabantur, *Skaldſkaparmal* alias in Edda Islandica dicta. Id certe conſtat, cum Odino & ejus aſſeclis Poëſin antiquam in Boreales has partes primum introductam fuiſſe, ipſosque hisce delinimentis incolarum animos ſibi conciliaſſe. Heims Kr. T. I. p. 7. Immo nec id minus conſtat, in Poëſi veteri innumera eſſe vocabula, quæ ab uſu communi penitus abhorreant, quæque vix intelligat, qui Muſarum ſacris non ſit initiatus, unde quoque noſtro tempore tantum negotii interpretibus faceſſunt. Quod vero ab ingenio Poëtarum ficta non fuerint, indicio eſſe poterit, quod haud exigua pars eorundem in Carminibus Angloſaxonum recurrant, ut patebit noſtra conferenti cum collectaneis Hickesianis, ad finem Grammat. Angloſaxonicæ inſertis. Et ita facilius forte intellexerimus, quid ſignificet, ubi in Edda dicitur, noctem e. g. ab hominibus dici *nott*; & apud Deos, h. e. Aſos, *grima*: verba ejus ſunt, *kollut er grima med guþum*, nox dicitur *grima* apud Deos i. e. Lingua Aſana. Homerus geminæ ejusmodi linguæ hominum Deorumque aliquoties mentionem injicit, & ex hac vocabula nonnulla adfert, quæ accuratius examen merentur. Mihi aliquando in mentem venit, ſuſpicari, illa fortaſſis a Theologia Scythica deſumta fuiſſe, a qua opinione nec alienum eſſe Wachterum vidi. Quid de eadem ſentiat Langemacherus, peculiari Diſſertatione, cui titulum fecit de Lingua Deorum, erudito orbi indicavit. Extat illa inter Obſervationes ejus Philol. p. 250 Nonnulla, huc forte facientia, nos infra dabimus in voc. *bauta ſtenar*, *gorr* & *ward*.

Asgard, nomen Metropoleos & patriæ Aſarum cum Odino huc adventantium. *Saurlas þatt* in Hiſt. Olavi Tryggvas. Edit. Skalholt. P. 2. p. 49. *Fyrer auſtan Vanakviſl, Aſia Land eda Aſia heimur, en þat folk var kalla Æſer, er þar bygþo, enn höfutborgina kolluþu þeir Asgard. Oþin var þer nemndur Kungur yſer. Var þat blotſtad mikill. Niord oc Frey ſetti Odinn blotgoda.* i. e. Ad partem orientalem Danai in terra Aſarum: populus vero iſte vocabatur *Æſer* vel *Aſi*, qui ibi incolebant, & metropolis eorum *Asgard*. Odinus illius Rex conſtitutus erat. Magnum ibi fanum erat, cujus antiſtites Odinus eſſe juſſit Niordum & Frejum. Quænam illa fuerit, & ubi ſita, inter eruditos diſceptatur. Exſtat de eadem erudita epiſtola Sparfwenfeldii ad Carolum Lundium, ſubjuncta notis hujus ad Leges Westrogothicas p. 147. ubi eam collocat in confiniis regni Turkeſtanici, ubi hodieque urbs ſupereſſe traditur *Chasgardia*, a Perſis & Turcomannis *Aderkend* vel *Adirkerdt* i. e. urbs ignea dicta. Qui vero de Aſanis hisce eruditam diſſertationem Actis Lit. Sueciæ anni 1736. inſeruit, hujus Academiæ diuturnum decus, D. Olavus Celsius in alia abit, docetque, eos a Strabone ἀσβουργιανοὺς nuncupatos

Digitized by Google

cupatos, ſua lingua ſe *Aſas*, *Acias*, *Aſes*, *Anſes* & *As* appellaſſe, ſedesque habuiſſe ad Caucaſum montem & mare Caſpium. Eorum reliquiæ, jam Tauliſtanicam regionem incolentes, ſeſe *Oſſos* hodieque nuncupant, teſte Bajero in Actis Petropolit. Tom. 9. p. 387. cfr. Dalins Hiſtor. Sviog. T. 1. p. 21. Quod Lingua eorum noſtratem oppido referat, jam dudum obſervavit Busbequius in Epiſtolis ſuis & Josaphat Barbaro in *Viagio alla Tana*. Conf. Inventio Gothl. §. 14.

AS, cadaver. Proprie cibum notat, quum fere pro eſca feris animantibus objici ſoleat. A. S. *æs*, Al. *as*. Rhythmus de S. Annone, v. 693.

Ci as den bellendin

Ad eſcam (canibus) latrantibus.

Eſt eadem vis & appellationis ratio ſynonomi *åtel*, ab *æta*. Apud Dalekarlos remanet fere prima vocis ſignificatio, dum *aſn* panem appellant ex farina & arborum corticibus præparatum: cui forte ex indicio Wachteri addendum, apud Armenos *haz* panem notare, & *as* apud Turcas quodlibet cibi genus. Convenit cum Gothica voce duplicique ejus ſignificatione Lat. *eſca*.

ASK, fraxinus: A. S. *æſc*, Germ. *aſche*. Arbor eſt, cujus in Mythologia veteri crebra mentio fit. v. Voluspa Str. 39. ubi fraxinus nominatur, *yggdraſil* dicta, a cujus deciduo humore terra univerſa irroretur. Primus etiam homo *aſk* appellatus fuit, a quo dein univerſum genus noſtrum *man-aſk mænniſka* appellatum fuiſſe, nonnulli eruditorum putant. v. Dalin Hiſt. Su. P. I. p. 185. In Lingua Angloſaxonica *æſc* etiam pro viro quocunque ponitur: unde inter Dei epitheta eſt *æſcatir*, hominum Dominus, *æſcavin* hominum amicus. v. Hickesii Gram. A. S. p. 102. Difficile vero dictu eſt, utrum homo ab arbore, an arbor ab homine nomen acceperit: Id ſuccurrit, etiam Hesiodum genus hominum æneæ ætatis commemorare e fraxinis factum, & proinde durum & ad Martia opera propendens. Alii veſtigia primævæ linguæ & verioris hiſtoriæ ſub nomine *aſk* latere putant, ita ut id aliunde ortum exiſtimari non debeat, quam ab appellativo אִישׁ, vir, ut *embla*, quæ prima viventium mater in Edda Islandica perhibetur, ab אֵם, mater, dici potuit. Wachterus arboris duritiem nomine deſignari putat, quum ἰσχὺς Græcis robur denotet. Transfertur dein vox hæc ad varia inſtrumenta & ſupellectilia e fraxino fabricata, uti arborem hanc *obedientiſſimam quocunque in opere eſſe*, ait Plinius Hiſt. Nat. L. 16. c. 43.: ita ea notatur.

2. Haſta, Upl. L. *Manh. B.* c. 12. §. 6. *taka med aſkaænde ok yxaſkapte*, ut attingere poſſit cuſpide haſtæ aut ſcapo ſecuris. Loccenius Lundiusque baculum vertunt: ſed video in Lege Westm. h. t. c. 26. *aſkeodd* dici; *odd* vero non niſi de cuſpide enſium armorumque uſurpari ſolet. Juvat parallelismus Linguæ Græcæ, in qua μελία fraxinum pariter & haſtam denotat. cfr. Becmanni Orig. Ling. Lat. p. 679.

3. Pyxis, Sax. *aſcher*. v. Idiot. Hamburg. p. 405. Præfixo *n* dicitur etiam apud eosdem *naſch*: ib. p. 172.

4. Navis, A. S. *æſc*. Lex Salica, Tit. 24. *Si quis aſcum de intro clavem furaverit*. Ab hac voce Ascomanni dicti fuere piratæ illi, de quibus Adamus Bremensis, Hiſt. Eccl. c. 73, nonnulla memoriæ prodit, quorumque expeditionem bellicam peculiari diſſertatione illuſtratam dedit Algothus Scarin, Prof. Aboenſis. Nominis rationem diverſa via quærunt eruditi. Verelius a forma pyxidum ovali & longa, Du Fresne a Gr. ἀσκὸς, uter, Spelmannus ab A. S. *eſcian* exſcindere, forte quia ex cavatis grandioribus lignis prima navigiola conſtructa erant, Eccardus & Wachterus ab *haſcen*, capere, quod eſt latrocinantium, ut noſtro quoque ævo *Capare* dici ſolent a capiendo. Forte ſimpliciſſimum eſt, credere, a materia navem eſſe appellatam, ut apud Poëtas Latinos abies & pinus pro ipſis navigiis poſita inveniuntur.

ASKA, cinis. Ulph. *azgo*, A. S. *axa*, Al. *aſca*, Belg. *aſche*, Germ. id. Angl. *aſhes*. Gr. ἄζα, pulvis, quod pro etymo habet Junius, ut alii Ebræum אֵשׁ, ignis. *Sitta hemma i aſku*, ad cineres ſedere, proverbiale dicendi genus eſt in Leg. Westg. *Arfd. B.* 1. 8. denotans, domi reſidem eſſe, quod non leviſſimi opprobrii loco habebatur. Dicebantur hi alias, *liggia ſom kattur i breiſe*, inſtar felis in cubili recubare, *liggia vid arnen*, ad focum torpeſcere, & uno nomine *aſkefis*, qui cineribus oppedit, cui titulo quid originem dederit, tradit Verelius, in notis ad Hiſtoriam Gautrici, p. 70.

ASP,

Digitized by Google

ASP, populus arbor. A. S. *æſpe* & *æps*, Angl. *aſp*, Germ. *eſpe*. Ut Latine tremula dici ſolet, Gall. *tremble*, quia folia ejus ad leviſſimum venti afflatum trepidant; ita *aſp* ab ἀσπάιρω, palpito, nomen accepiſſe, conjicit SKINNERUS.

ASP, piſcis, ex genere Cyprinorum. Si etiam hic a palpitando nomen accepit, non is tantum, ſed univerſum piſcium genus idem promereri poſſet.

AST, amor, contracte pro *anſt*, quod in Alemannicis ſcriptis occurrit, ab *unna*, amare, in præt. *an*. Hinc apud KERONEM *abanſt*, invidia, Suet. *afund*. Ex hoc fonte orta habemus:

ASTARHITA, amor venereus, JUDIT. 12.

ASTVIN, amaſius. Galli *favorit* dicunt: vox digna, quæ in crebriorem uſum revocetur.

ASTRIL, Cupido: contracte pro *aſtareld*, ignis amoris.

ASTARGYDIA, Dea amoris, ſive Venus: eadem haud dubie, quam BEDA appellat *Eoſtra*, et a qua Paſcha menſemque Paſchalem *eaſter* et *eaſter monath* nomen accepiſſe, tradit, pari modo ac a Venere ſeu Aphrodite Aprilis dictus fuiſſe cenſetur apud Romanos. Utut nomen hujus Deæ non adeo celebre ſit, illud tamen ab oblivione vindicat Germ. *Oſtern*, Paſcha, quod quantumvis paganicum, antiquitas tamen retinere voluit. Alia de eodem tradita videbis apud WACHTERUM in *Oſtern*, & JUNIUM in *Eaſter*.

ATT, particula ſeparabilis, reſpondens Latinorum *ut*. Scribitur in libris Isl. *ad*, in LEG. GOTL. *et*. *Jag will att tu gör thet*, volo ut id facias. Alias adjungitur infinitivis, ut Angl. *to*: *Jag hoppas, att få*: ſpero fore, ut accipiam.

ATT, regio. ROLF. KR. S. *Heyra þeir ludragang i alla hattar*, audiunt tubarum ſonitum ex omni parte. Hinc *Sudur att*, meridionalis plaga, *Nordur att*, boreas. Affine hoc credo ſuperius allato *ænde*, regio: nihil enim ſolennius eſt, quam ut conſona prior ex geminis in *n* permutetur, ut *mantel*, *mattul*, pallium, *bænck*, *bæckur*, ſcamnum, *hatt*, *handa*, genus.

ATMELE, periodus, tempus recurrens. GOTL. L. c. 13. §. 10. *Sen atmeli ir utgangit*: Poſtquam exiit periodus vel tempus annuum: Tantum enim intervallum heic intelligi, mox ſequentia verba & §. 12. ſatis indicant. Oritur vox hæc ab *et* vel *ed*, recurſum rei denotante, (ut infra oſtendetur in v. *idisla*, egregieque obſervat PALTHENIUS ad locum TATIANI mox afferendum, p. 322.) & *mel*, quod apud ULPHILAM deſignat tempus. MARC. 12: 2. *Jah inſandida du thaim vaurſtvjam at mel ſkalk*, & miſit ad operarios ſtato tempore ſervum. Eſt itaque hoc *atmele*, idem quod apud TATIANUM, c. 12. v. 1. *itmalen tag*.

Inti fuorum ſine eldiron gijaro
In Jeruſalem in itmaleno tage oſtrono.
Et ibant parentes ejus in annos ſingulos
Hieroſolymam die anniverſario Paſchatis.

SCHILTERUS conferri jubet Goth. *it*, vir, ut ſit feſtum univerſitatis: ſed accidit viro huic ſolertiſſimo, in Etymologicis interdum non eſſe feliciſſimo. Apud SOMNERUM in Lexico A. S. *edmelu* explicatur *orgia*, ſacrificia. Nobis vero certum eſt, nil aliud hoc vocabulo ſignificari, quam, quod modo obſervavimus, ſtatis temporibus recurrens feſtum vel periodum.

Ut vero hæ admodum diverſæ durationis eſſe poſſunt, ita tempus fluxus maris & refluxus, id eſt ſpatium 12 horarum, apud Saxones inferiores *ettmahl* audit, ut docet Idioticon Hamburgenſe, p. 55. Apud Danos, absque reſpectu maris reflui, ſpatium totidem horarum ita appellatur.

AWI, vox exclamantis, ſortemque ſuam aliorumve miſerantis. CHRON. RHYTHM. p. 20.

Han ſade awi! then ſorg jag alldrig förwinner.
Dixit ah! dolorem hunc nunquam depoſuero.

Gr. οὐαί, Lat. *væ*, nos alias *we*, quod ubi adieris, plura huc factura inveneris. JOH. GRAM. in Specimine uſus L. Anglo-Sax. in Danica, inſerto Actis HAFN. Part. 5. p. 131. hoc *awi* ortum credit ab A. S. *ædvita*, exprobrare, ſed neſcio, an multis id perſvadeat; nos contra cenſemus, nil aliud heic eſſe, quam *ah* & *we* coaleſcentia.

AWITA, amens, alias *afwita*: a *wit*, mens, ratio & *a* privativo. v. ſupra p. 1.

AWITA, exprobrare. Vita ANSCHARII p. 129. *Stundom awet han oc ſtraffade ſik ſiälfvan.* Interdum ſe ipſum vituperabat & incuſavit. Ulph. *idveitjan*. MATTH. 11: 20. Alem. *eduuit*. v. infra in *förwita*.

AX, ſpica. Scribitur *aqx* in UPL. L. *Widerb. B.* c. 12. §. 3. Ulph. *abs*, Fen. *ähkas*,

Digitized by Google

kas, A.S. *æchir*, Al. *æhir*. WACHTERUS in Gloſſario p. 24. radicem ponit *ec*, *eg*, acies: ſuccurrunt mihi verba SENECÆ, Ep. 72. *Nihil eſt acutius ariſta.*

AXEL, humerus, A.S. *ehſle*, *eaxle*, Al. *ahſal*, C.B. *asgel*, ala. Videmus ita, vocem eſſe oppido antiquam: Latini *axillam* eodem ſenſu dicunt, quod tanquam diminutivum ortum eſſe creditur ab *ala*, ut a *mala maxilla.* Quod ſi ita fuerit, conjicere licebit, vocem ab avibus ad homines traductam fuiſſe. Ebr. אציל ſono quidem prope accedit, ſed caſu id potius, quam originis quadam neceſſitudine.

AXELBYRD, quantum humeris portare quiſpiam valet.

AXEL, axis, Gr. ἄξων, A.S. *eax*, Al. *ahſa*, Angl. *axeltree*, Germ. *axe*, Ital. *aſſe*, Hiſp. *exe de carro.* Græcam vocem, quæ forte harum antiquiſſima eſt, derivant ab ἄγειν impellere, quia, rotam ſecum rapit.

AXULDIGER, dicitur in LEG. WESTM. *Byg. B.* c. 46. de arbore, quæ ejus eſt magnitudinis, ut inde axem currui formare poſſimus.

AXEL, Nomen viri proprium, quod qui olim gerebant, Latine Abſolon vocabantur, id quod exemplo TOTTIORUM, AXELSÖNER dictorum, eleganter probat OTTO SPERLING, in notis ad Teſtam. ABSOLONIS Archi-Ep. p. 22. quos inter OLAVUS AXELSON, in Literis CHRISTOPHORI R. de anno 1443. Latine exaratis, diſerte vocatur OLAVUS ABSALONIS. v. HWITFELD Hiſt. Dan. T. I. p. m. 831. Neſcio vero, utrum vocem Ebræam pronuntiatione noſtri transformaverint eadem ratione, ac ex GEORGIUS, ÖRJAN, ex ÆGIDIUS, ILIAN, ex JOHANNE, HANS & id genus alia fecere, ſive nomen priſcum Gothicum cum Ebræo permutare, eruditum putarunt: Id ſaltem ſæpiſſime factum fuiſſe, modo laudatus SPERLINGIUS docet. *Minima*, inquit, *quæque alluſio nominis occaſionem Clericis quondam dedit Latina ſubſtituendi; ſic enim ex* Kield *fecerunt* Kilianum; *ex* Orm, Homerum, *ita ut neminem hoc admirari velim*, *ex* Axel *factum eſſe* Abſolonem. Sed ſi Gothica vox eſt, ſignificationem quæris: illam vero dat SPERLINGIUS l. c. p. 26. AXEL nempe contractum eſſe ex *allſæll*, omnimode beatus, magnificus, ut in *axeltorg*, forum ingens, *axewald*, ſilua ingens: Verum enim vero etymologia hæc, neſcio, an ſatis ſit probabilis, quum *l* nunquam in *x*, quod ſciam, transeat, ut alia reticeam, quæ eandem premunt.

B. Litera in alphabeto Runico poteſtatem habens cum ceteris linguis communem, niſi quod recentiori ævo puncto notata Latinum *p* expreſſit.

BABE, Smol. puerulus. SPEGELS Gloſſ. p. 28. Cymr. *baban*, Angl. *babe*, *babie*, Belg. *babaerd*, It. *bambino*, Germ. *bub*, Lat. *pupus.*

BAB, Isl. ſermo inconditus, & qualis eſſe ſolent infantum tertiata verba: *babilur*, nugæ, gerræ: *ad babiliaſt*, nugari. Gall. *babil*, Angl. *babbling*, Belg. *babel*, unde *babeler*, blatero. HESYCHIUS in v. βαβυλώνιος docet, Atticos hoc nomine appellaſſe omnes inſuavi & inconcinno ſermone utentes, & apud eundem βαβάξ eſt garrulus, ineptus. Latinum *bambalio* eandem ſignificationem habuiſſe, colligitur ex illis, quæ CICERO, Phil. III. de quodam, cui cognominis loco id fuit, differit. *Tuæ conjugis*, inquit, *Bambalio quidam pater*, *homo nullo numero. Nihil illo contemtius*, *qui propter hæſitantiam Linguæ ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit.* Cadens Latinitas *babigerum* dixit fatuum, teſte ISIDORO, & *babæcalus* in fragm. PETRONII eodem ſenſu occurrit. A ſignificatione infantiæ originem quoque ducunt Gallicum *babiole*, crepundia, Ital. *babole*, & Lat. B. *baubella.* v. JUNII Etymol.

BACKE, collis, Gr. πάγος, unde Areopagus, mons Martis, qui erat locus judicii apud Athenienſes. Germanicam vocem ex radice *biegen* inflectere, curvare deducit WACHTERUS.

2. Margo, *ĺbacke*, quia reſpectu alvei collis ſpeciem præfert.

3 Terra quæcunque: *Slå i backen*, humi affligere. *Grafbacke* in legibus patriis dicitur locus ſepulturæ, inde haud dubie, quod in mortuorum honorem ingentem terræ aggerem ibi congeſſere, ubi cineres eorum depoſiti erant.

BADA, calefacere. Hanc enim primariam vocis eſſe ſignificationem, commonſtrant tam alia affinia, infra ad vocem *baka* afferenda, quam frequentativum *badda*, quod mox explicabimus.

2. Lavare aqua calida, quemadmodum, ubi in frigidam deſcendimus,

mus, *lôga* dicitur, A. S. *bæthan*, Al. *badan*, Germ. *baden*. Ingenioſe, & qua ſolet eruditione, WACHTERUS originem vocis refert ad Phrygium *βέδυ*, aqua, quod nobis ex ORPHEO & DIDYMO GRAMMATICO conſervavit CLEMENS ALEX. Strom. Lib. 5. LEIBNITIUS Celticam originem ſubminiſtrat, eamque non minus ingenioſam: *bait* nempe in hac lingua vadum notat, unde *bada* erit, in loco, ubi minus profunda eſt aqua, ſeſe abluere. Sed obſtat utrique opinioni, quod idea vocis principalis a calore, non ab humore, ſit deſumenda; unde ego Gr. *βῶ*, caleo hujus matrem habere malim, inprimis, quum ultima ſyllaba in *bada*, *baka*, *baſa*, non ſit pro radicali habenda. v. infra in *baka*.

BAD, balneum. A S. *bæth*, Al. *bad*, *pad*, Angl. *bath*.

BADSTUFWA, balneum. WESTG. L. *Ard. B. Dræpir i lôgu ellar badſlugu:* ſi quis alterum occiderit, dum ſe aqua vel calida vel frigida proluit. Referebatur inter turpiſſima facta, *nidingsverk*, ſi quis alteri lavanti furtivam vim inferret.

BADDA, frequentativum, calefacere. *Badda vidjor* dicuntur agricolæ, dum leni igne ramos flexiliores reddunt, quibus ſepium fulcra vinciunt. *Solen baddar*, ſol urit. Angl. *to baſk in the ſun*, apricari.

BADD, æſtus. Uſurpatur fere de ſolis æſtu: A duobus hiſce origine diverſum puto, quod ſequitur *baada*, etiamſi non ignorem, Latine dici, virgis urere, flagris adurere.

BADDA, vulgari ſermone notat percutere, ferire. *Badda på en*, aliquem verberare. *Badd*, ictus. CHRON. RHYTHM. min. p. 128.

Jak tror, the ſtodo ther ett badd.
Credo, eos ibi egregie vapulaſſe.

Vox eadem Cambris in uſu eſt, *baeddu*. v. BOXHORN. Orig. Gall. Lat. *battuo* vel *batuo*. A. S. *beatan* id. unde *beadu*, *beaduv*, prælium, ſtrages, Angl. *beate*, Gall. *batre*, ferire. Haud itaque fallitur LOFSCHERUS, dum in Literatore Celta conjicit, *bad* apud Gallos idem fuiſſe, ac verberare. VOSSIUS in Etymol. cuncta refert ad Gr. *πατάσσω*, ferio.

BAGAL, baculus. Camb. Britannice *bagl* notat jaculum & fuſtem. v. PEZRONII Antiquités de Gaulois, p. 377. & BOXHORNII Lexicon Britannicum in v. Confer infra *wagel*, id.

2. Pedum Epiſcopale. HEIMS KR. T. I. p. 567. *Biſcup hafdi mitur a hofdi ok bagal i hendi:* Epiſcopus mitram habuit in capite & pedum in manu. Hiſt. OLAVI TRYGGVAS. edit. Skalholt. p. 325. in oratione SIGURDI Sigtunæ habita. *Biſkuplegur bagall merker andlegt ſâdkorn gudlegra orda:* pedum Epiſcopale notat ſemen ſpirituale divini verbi. Vocabatur alias *cambuta*, de quo v. PITHOEUS ad Leg. Salicam Tit. 36. edit. SCHILT. p. 73.

BAGGE, aries, in feminino *bægga*, ovis junior, bidens. *Βήκη* HESYCHIO capram ſignificat; ſed ex GALENO & HIPPOCRATE probat HENRICUS STEPHANUS, primigenia ſignificatione illa voce ovem denotari, id quod ſonus *βῆ* indicare exiſtimatur. v. MERICUS CASAUBONUS de L. Angloſax. p. 241.

BAGGE, mantica: Dal. *bôg*. HEIMS KR. T. I. p. 949. *þa toko Skrælingar ofan bagga ſina, ok leiſtu:* tum Skrælingi demittebant manticas ſuas, easque aperuerunt. Gall. ant. *bague*, unde *bague ſauve*, de quo conſule MENAG. in Orig. L. GALL. & *bagage*, impedimenta. Angl. *bagge*, crumena. Quod ad vocis originem adtinet, putat JUNIUS *bagge*, *bagg*, extrito *l*, factum eſſe a *balg*, Ulph. pera, unde *matibalg*, id. Luc. 9: 3. Lat. *bulga*, quam vocem NONIUS obſervat, origine Gallicam eſſe, & notare ſacculum ſcorteum. Græci Barb. *βαλγίον*, L B. *bulgia*. MALMESBUR. L. 1. de Geſtis Pont. *Bulgias & manticas coram efferri, & expilari juſſit.* v. SPELMANNUS in Archæol. & JUNIUS in Gloſſ. Ulph. p. 80.

BAGGE, juvenis, unde *wallbagge*, puer, qui gregem cuſtodit, *Norrbagge*, vir vel juvenis Norrwegus. Quum tamen huic nomini uſus aliquid ignominiæ affricuerit, ab illo, dum in Norrwegia verſabatur, ſuos abſtinere juſſit BIRGERUS JARL. v. TORMODUS TORFÆUS, Hiſt. Norrw. P. 4. L. 4. p. 274. cfr DALINS Hiſt. Sviog. T. 2. p. 236. Cognatum eſt Dan. *paag*, Suec. *poike*, Gall. *page*: omnia forte oriunda a *παῖς*, puer. v. STIERNHIELMII Literas inſertas diſſ. KEDERI de nummo ODINI, ubi demonſtrare conatur, omnes has Boreales gentes, a florida juventutis ætate nomina ſibi adſciviſſe: Norrwegos *Baggar*, Suecos *Suenar*, Gothos *Gutar* dictos.

BAJ, particula exclamandi, contemtum & averſionem notans. Cambr. *bai*, vitium, culpa, *baw*, ſtercus, cœnum.

BAK, tergum, A. S. *bac*, *bæc*, Al. *back*, Brit. *back*. v. JUNII Etymol. Conſenſum L. Mœſogothicæ prodit *ibukai* & *ibuka*-

ibukana, retro. Wachterus huc quoque refert Alemannicum *apohbeit*, perverſio, ſed vide, quæ a nobis ſupra allata ſunt ad vocem *afwig*, p. 20. Uſurpatur etiam de illa cultri parte, quæ aciei oppoſita eſt, quaſi dorſum cultri diceres.

2. Poſt, adverbii ſcilicet & præpoſitionis naturam illi induentes, ea pone eſſe dicimus, quæ a dorſo ſunt. Ita opponitur τῷ *fram*, quæ duo conjunguntur in *bakfram* i.e. præpoſtere. *Weta hwarken bak eller fram*, loquendi genus eſt de rudi & impolito. Probabile vero eſt, hanc formulam a lithurgicis ad uſum vulgarem fuiſſe traductam. In hanc conjecturam me induxerunt verba Udalrici in Conſuet. Cluniac. L. "3. c. 2. Quilibet novitius eſt inſtruen-"dus, ut ſciat regulariter caput inclina-"re, ſcilicet non dorſo arcuato, ut qui-"busdam negligentibus eſt familiare; "ſed ita ut dorſum ſit ſubmiſſius quam "lumbi, & caput ſubmiſſius quam dor-"ſum, quam inclinationem nos per u-"ſum *ante* & *retro* appellamus, quia in-"cipit contra orientem, & finit contra "occidentem. Locum adfert Du Fres-"ne in v. inclinatio.

Bakhåll, inſidiæ.

Baklänges, retro. Al. *backward*, Ant. *återåbak*.

Bakstam, puppis.

Bakbord, pars navis ſiniſterior.

Bakdanta, abſenti detrahere v. *Dant*.

Baktala, id. Alemanni ſimiliter dicunt *bintarsprechan*, Notk. Ps. 49: 20. & *bintarchoſon*, ib. Ps. 100: 5. dicimus etiam *tala på ens bak*.

Bakslug, ſubdolus, qui aſtutiam ſuam occultam, & a tergo habet quaſi abditam, dum ſimplicitatem præ ſe fert.

Bakwåde, fortuitum vulnus aut homicidium a tergo alteri advenienti illatum. Upl. L. *Manh. B.* c. 3.

Bakkänta, quum quis bona alterius, ad ſuum dominium redeuntia, una cum reditu & fructu, quem inter poſſidendum collegerat, reſtituere cogitur: vox horrenda ſuperiori ſeculo, & nimium cognita illis, qui agros publicos tenuerant.

Tillbaka, retro. Sorab. *wopaki*.

BAKA, pinſere, A. S. *bæcan*, Al. *pachan*, Germ. *bachen*. Natales hujus vocis a Phrygia repetit Wachterus, ubi panem *bek* appellatum fuiſſe, Herodoto teſte, novimus. Commendat hanc conjecturam, quod conſtat, non ſolum panificium & agriculturam Phrygium eſſe inventum, ſed etiam a Scythica lingua eorum parum diſcrepaſſe. Sed utcunque hoc ſit, cohibeo tamen meum calculum, &, ſi qua neceſſitudo inter hæc duo erit ſtatuenda, *bek* a *baka*, quam verſa vice, deducere maluero, idque non tam quia pinſendi idea pane prior eſt, quam quia pro certo habeo, *baka* primitiva ſignificatione non tam pinſendi, quam in genere torrendi, calefaciendi vim habere. Heims Kr. T. II. p. 450. *Kongur bakade ſier vit elld:* Rex ſeſe calefaciebat ad focum. ib. p. 122. *Baud han ambatt ſinni, at hon ſkylldi baka oc ellda ofn:* mandabat ancillæ ſuæ, ut furnum calefaceret. Eodem ſenſu Saxones dicunt *ſich bakern*, ſe calefacere. Idiot. Hamb. p. 8. Simpliciſſime recurrimus ad βῶ, calere, unde *bajas* Italiæ appellatas fuiſſe, critici docent, & unde quoque non exiguus numerus vocum Gothicarum, caloris ideam præ ſe ferentium extat: *bada*, aqua calida ſe abluere, *badda*, torrere, *baſa* id. *bæhen*, Germ. fovere, *baſk* Angl. calefacere, *to baſk in the ſun* apricari, *bædd*, lectus. cfr. βαγαρὸν, quod Hesychius docet Laconibus notare χλιαρὸν, tepidum.

Bakare, vulgo *bagare*, piſtor.

Bakugn, furnus.

Bakning, actus pinſendi, & quantum panis ſimul pinſitur.

BAKN, tendicula feris capiendis poſita. Sudm. L. *B. B.* c. 19. *Gör bakn eller ſætter ſtatu.* Si tendiculas poſuerit aut decipulas. Islandice *bakn* notat molem gravem, machinam onuſtam, docente Gudmundo Andreæ, unde conjicere licet, *bakn* ejusmodi denotare decipulas, quæ in ſubeuntem feram graviora pondera demittit.

BALDAKIN, panni pretioſi & auro argentoque intertexti genus. Chron. Rhythm. min. p. 15.

Bröllops klæde mangt ett par
Af Baldakin och zindaal.
Veſtium multa paria
De panno pretioſo.

ib. p. 44.

Och war theras bröllopsklædi
Af baldakin och blyant.
Erantque nuptiales eorum veſtes
Ex panno pretioſo.

Comemoratur etiam alia ſpecies hujus minus pretioſa, quæ *halfbaldakin* dicebatur, quaſi ſemibaldachinum, ib. p. 68. Medii ævi ſcriptoribus Latinis dicitur *Baldicum*, *Baldekinum*, *Baldechinum*. Matth. Pariſienſis, in Henr. III. *Rex veſte deaurata, facta de pretioſiſſimo* baldeki-

Digitized by Google

baldekino, & *coronula aurea*, *quæ vulgo garlanda dicitur*, *redimitus*, Angl. *bawdekin*, Al. *baldakin*. Communis eſt opinio, hoc nomine intelligi veſtem Babyloniam, quum urbs illa hodie Baldach, docente Du Fresne vel potius Bagdad dicatur. Wachterus, quum *Baldakin* non raro pro umbraculo vel aulæo, quod ſuper capita ſedentium extenditur, ponatur, vocem mere Germanicam eſſe, credit, a *pali*, ſericum & *dach*, tegumentum, tectum. Ingenioſa hæc ſunt, & veris quam ſimillima, ſed ſuſpicor tamen, vocem eſſe peregrinam.

BALJA, vagina: materia & forma ſimul nomen dediſſe potuit: *bælg* enim pellem notat, & quia vagina tam pellis inſtar enſem tegit, quam a pellibus conficitur, utrumque cauſſa appellationis eſſe potuit.

BALJA, cupa, obba. Sax. *ballje*, id. v. Idiot. Hamb. Angl. *pail*, *a milkpail*, vas cui lac infunditur, quod affine eſt Græco πέλλα, mulctra, πύελος, labrum, vel quodvis vas ligneum.

BALK, trabs, cujus diminutivum eſt *bjälke*, tigillum, Al. *balco*. Tatianus c. 39, 6. *Senu balco eſt in thinemo ougen:* ecce trabs eſt in oculo tuo. Germ. *balke*. Origo vocis incerta, ut inter innumera vetuſtiſſima non poſſunt non plurima philologorum indaginem eludere. Wachteri quidem conjectura nos ducit ad Gr. πελεκᾶν, dolare, ſed hæc idea nimium forte videbitur generalis. Id certum mihi videtur, ex hoc noſtro Italos ſuum *balcone* ſumſiſſe, hoc eſt ſubſtructionem ante feneſtras, trabibus ſuffultam.

2. Sepimentum ex lignis transverſariis factum, ut *båsbalk*, quod præſepia dividit: *balka af ett rum*, hypocauſtum quoddam ligneo vel cratitio pariete diffindere.

3. Titulus legum Suethicarum, ubi *balk* in plura capita, *flockar* dicta, diſpeſcitur. Appellationis rationem quærunt alii in materia, cui vulgo leges noſtræ inſcriptæ erant; tabellis nempe ligneis, quibus olim utebantur, quum membranæ rarior copia eſſet: quod idem de Romanis refert Dionys. Halicarnass. Ant. L. II. c. 12. ut alios ſilentio prætermittam: Notum eſt illud Horatii:

Oppida moliri, leges incidere ligno.

Alii a ſeparatione titulos nuncupatos arbitrantur: quum illi tanquam intergerini parietes materias inter ſe dividant. Quum vero in codice Westrog. *bolkur* non *balk* ſcribatur, Jac. Wilde in Hiſtoria Legg. Sueth. p. 54. a trabe eos nomen accepiſſe negat, vocisque fontem quærendum credit in Islandico *baulkur* vel *bolker*, acervus, ſtrues: quum heic in unum plurima congeſta reperiantur. Mihi ſemper ſimpliciſſimum viſum eſt, opinari, quum, ut ſupra monuimus, tabulis ligneis (*flakar*, *flukr* dictis, ut ſuo loco docebimus) leges noſtræ mandarentur, & hæ tabulæ complicatæ, vel altera alteri impoſita figuram trabis referrent, nomen hinc formatum fuiſſe, perinde ac apud Romanos *caudex* plurium tabularum contextum ſignificabat. Notabilis locus eſt Senecæ, de Brevit. vitæ c. 13. *Quis Romanis primus perſuaſit, navem conſcendere? Claudius is fuit:* caudex *ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus* caudex *apud antiquos vocabatur: unde publicæ tabulæ* codices *dicuntur.*

BALK, porca, vel interſtitium inter duas liras. C. B. *balc*, A. S. id. Isl. *baulkur*, Angl. *balke*. Gudmundus Andreæ obſervat, in Lex. Isl. p. 23., hac voce in ipſius lingua notari non porcam modo, ſed quamlibet eminentiam minorem. Occurrit quoque hoc ſenſu in Legibus Patriis, ubi *balk* dicitur terra, quæ, ne aqua alterius foſſæ effluat, impedit. Hels. L. *Wid. B.* c. 4. *Fæller man diki i akrum æller ængium, bôte tre mark fôre hwan balk:* ſi quis foſſam non continuaverit, pro qualibet remora pendat tres marcas.

BALLAST, ſaburra, quicquid navi, ne vacillet, injicitur rerum gravium & inutilium. De ultima vocis parte inter omnes convenit, quod ſit *laſt* onus, de priore non item: Junius a *ball*, faſce mercatorum, & poſtea in Etymol. Angl. a *bat* ſcapha derivat, quaſi *bat-laſt* i. e. ſcaphæ vel navis onus. Wachterus vero a *bal*, malus. Dani *baglaſt* dicunt, forte ceteris rectius, quum pondera hæc fere in poſteriorem navis partim conjiciantur.

BALSAM, ſuccus arboris odoriferæ, balſamum. Gr. βάλσαμον, Ebr. בעל שמן, baal ſchemen.

BAMBA erat tympani genus, quo utebantur ludiones, genus hominum apud antiquos hinc contemtum, inde amatum. Westg. L. *Bard. B.* c. 7. *Lekare ſom med fidlu far och bambu:* hiſtrio

hiſtrio, qui vagatur cum eithara & tympano. Credere convenit, multa cum voluptate hos hiſtriones audiviſſe veteres, quum tot adverſus eos edicta proſtent, immo quum nec ipſa ſacrorum ſolennia arte horum tympanotribarum carere potuerint. SAXO GRAMMATICUS, L. VI. de STARKATERO refert, quod ſacrificiis Upſalienſium adeſſe noluerit, quum *faſtidiret mollia nolarum crepitacula.* Hiſt. ALEX. M.

Ther woro bambo och piposkall.

In deſcriptione nuptiarum BIRGERI Regis dicitur in CHRON. RHYTHM. min. p. 44.

Man borde Pipara, bombara, och trumpare.

Audiebantur tibicines, tympaniſtæ & tubicines.

Concinunt Gr. *βόμβος* & Lat. *bombus*, quo ſonus raucus nec valde acutus ſignificatur, ut apud PERSIUM, Sat. I. 99.

Torva Mimalloneis implentur cornua bombis.

BAN, via trita, plana. Germ. *ban.* Conjicit WACHTERUS, per aphæreſin ab Al. *eban*, æquus, *ban* factum eſſe. JUNIUS vero in annot. ad WILLERAMUM more ſuo græciſſat, & *βαίνω*, gradior, pro radice habet. Mihi ſuſpicio orta, *ban* dici a *bana*, percutere, ex eadem ratione, qua Galli *chemin battu* dicunt a *battre*, percutere.

BANA, viam munire, ut ſolent, qui primi altiores nives transeunt, & ita ceteris viam expeditiorem reddunt.

WÅDJOBAN, 1. COR. 9: :24. curriculum, aut proprie, ubi pignore depoſito curritur. v. *wad*, pignus.

RÅNNAREBAN, id. a *rænna*, currere.

BANA, pulſare, percutere. Radix obſoleta, cujus tamen ſuboles hodieque pleno viget uſu, hinc enim habemus

BANKA, frequentativum ejusdem ſignificatus eodem modo formatum ut a *ſtöna*, ſuſpirare, *ſtånka*, a *ſena*, tardare, *ſinka*, ab *öma*, miſereri, *ömka* & plurima alia.

BANGA, id. VEREL. Ang. *bang*, id. Cymr. *ysbong.* ictus: v. infra in *bång.*

BÅNGEL, ſtipes, baculus. Belg. *bengel*, unde *bengeln*, fuſtibus cædere. Apud nos convicii loco uſurpatum, hominem ſtupidum deſignat, eadem metaphora, qua Latini eum ſtipitem, caudicem, varrum, vacerram dixere. v. WACHTERUS in v. *flegel*, & TURNEB. Adv. Lib. 9. c. 2.

BANSTA, apud ULPH. horreum, ubi triturantur frumenta. MATTH. 6: 26.

BANE, vulnus. Ulph. *banjos*, vulnera. LUC. 10, 30. *banjos analagjandans*, vulnera imponentes, unde *banjoſulls*, ulceribus plenus. Isl. *ban* & *ben.* SYR. 23. *Lyka ſem ſa þræll, ſem opt verdur ſtrycktur, er ecki utan beniar:* ut ſervus, qui ſæpe vapulat, non eſt ſine vibicibus. ib. c. 28. *Suipan giorir benjar*, flagellum facit vulnera. Memoriæ prodit HWITFELDIUS, in Chron. Dan. p. m. 185. WALDEMARI II. reginam *Berengaram* ob morum crudelitatem dictam fuiſſe *Bengerd*, i. e. vulnerum factricem. Oritur forte a ſuperiore *bana*, percutere.

2. Vulnus lethale, unde *banamadr*, qui vulnus mortiferum alteri infligit.

3. Mors, Gr. *φόνος*, Angl. *bane:* unde *ratsbane*, arſenicum, quaſi mors murium. Isl. *bane*, lethum *bradur bane*, mors præpropera. VEREL.

BANE, percuſſor, cædis auctor. A.S. *bana.* Varia hinc derivata habemus, *baldsbane*, WESTG. L. *Mandr. B.* c. 3. eſt qui alteri occidenti opem fert, & occidendum tenet, *radsbane*, qui occidendi conſilium dat. In Legibus HENRICI R. Angloſax. pari modo diſtinguuntur *dedbana* & *redbana*, quæ duo recte DU FRESNE orta dicit, hoc a *red* conſilium, illud a *dæd* facinus, immerito notatus a SCHILTERO, qui *banna* crimen quodvis notare putat. *Fadbirs bani*, parricida. WESTG. L. ad fin. *Nu æro the fiughur Domaren ma bindrå: ett ær kiærlek, annat ær hat: thridie ær gawor: fiærdhæ ær råzl. Moot the fiurum a Domarin ſtandæ, ok hawæ ingin inrikiz man ſwa kiæran, at han göre thet eigh utan alt binder, ån tho at han wari hans fadbirs bani.* i. e. ex verſione LOCCENII: Quatuor ſunt quæ judici obſtaculo eſſe poſſunt: unum eſt amor, alterum odium, tertium munera, quartum terror. Contra hæc quatuor judex inconcuſſus ſtabit, nec ullum indigenarum tam charum habebit, ut absque omni impedimento hoc non integre faciat, etiamſi reus patris ejus homicida eſſet. Singulare eſt, quod ſi ſervus ingenuum occideret, illius *bane*, interfector, non audiret, vel quod ſuarum actionum hic auctor non eſſet, vel ne mortuus ignominia hac afficeretur, quod a ſervo eſſet ei injecta manus. v. WESTG. L. *Mand. B.* c. 14. *Thræl dræper man ættadhen, han ma eigh heta thes bani.*

BÅND, vulnus. WESTG. L. *Mandr. B.* c. 6. & 13. *ma ſe blodh ok bænd*, apparet ſangvis et vulnus. Hinc in eadem lege, *Mandr. B.* c. 3. *baldsbænd* et *radbænd* ponuntur pro ipſa actione homicidio opem ferentis.

BANORD, cædes. WESTG. L. *Mandr. B.* c. 1. it. 11, 12. ab *yrka* operari, in præt. *orte*,

Digitized by Google

orte, vel ab *ord* verbum, ut Verelius aliique credidere, & tum notat accuſationem perpetratæ cædis.

BANER, vexillum, ſignum militare præcipuum. C. B. *bannier*, *pannier*. Fuit hoc vexillum idem apud nos, ac quod in imperio Romano *Labarum* appellabatur, ſeu præcipuum totius exercitus ſignum militare, & eapropter etiam *Riksbaner* & *Hofwudbaner* dictum. Diſtinguebatur ita ab aliis minoribus ſignis, qualia in exercitu Caroli VIII. apud Auctorem Chronici Rhythmici commemorantur cum *Skyttabaneret*, ſignum ſagittariorum, cui pictæ inerant imagines Erici & Olavi Regum, tum *Rænnabaneret*, imagine præfulgens S. Georgii. Erat hoc ultimum minus, & cuilibet cohorti proprium. Germ. *Rennepaner*, de quo Schilterus in Inſt. Jur. Publ. P. II. p. 33. adfert edictum Sigismundi Imperatoris, ex occaſione expeditionis Huſſiticæ datum: *auch ſoll ein jeglich Heer ſeine Rennepaner beſtällen:* quælibet cohors ſuum ſibi habebit ſignum. v. Jo. Christoph. Weinlands Comment. de vexillo imperii primario, p. 14. Vexillum vero hoc imperii non tantum diverſo emblemate a ceteris dignoſcebatur, ut in modo commemorata acie Carolina præ ſe tulit imaginem Deiparæ radiatæ, S. Maria i *Solargiſtan*, ſed etiam magnitudine, utpote quod currui impoſitum a jugalibus, nonnunquam etiam a bobus trahebatur, non ut cetera humeris portabatur. v. Rhythm. de Exped. Caroli M. Hiſp. p. 104. & Du Fresne in *Carrochium*. Erat vero, uti monui, in quolibet exercitu tantummodo unicum ejusmodi Labarum, niſi ubi vel debellato hoſte ereptoque ejus ſigno, tropæi loco belli duces illud una cum ſuo ſibi præferendum juſſere, uti id uſu veniſſe exemplo Haraldi Regis, poſt ſuperatum Haconem Jarl, docet Sturlæsonius, T. I. p. 147. *Kongur let bera fyrir ſier bædi mærkin:* Rex utrumque vexillum ſibi præferri juſſit: vel ubi plurium Regum aut Principum exercitus arma ſua conſociaverant. Hujus rei documentum habemus in acie Margaretæ R. adverſus Albrechtum R. ducentis, quæ tria vexilla trium regnorum Sueciæ Daniæ & Norwegiæ præferebat, & adhuc plura Albrechtus, utpote qui copiis diverſorum peregrinorum Principum ſuffultus in aciem prodiit. Verba Chron. Rhythm. min. p. 157. in hanc ſententiam ſunt.

The Swenſke kommo förſt å then bana
Med ſå mången ærligen fana
Af theſſe try rike baner,
Æn hade the Tyſke månge fler
Af Hertuga, Greſwa och Banerherra.

Sueci primi in aciem prodiere
Cum non uno vexillo decente
Ex hiſce tribus regnis:
Germani vero adhuc plura habuere
Ducum, comitum & vexilliferorum.

Facere non poſſum, quin hoc loco commemorem, familiam apud nos eſſe vicinosque Danos, quæ latiſſime per orbem incluta, nomen Baner gerit. Illa autem vel ideo hic ſilentio non prætereunda, quod vulgo perhibeatur, illam ad initium usq; Seculi XI. originem ſuam referre. Wormium hac in re fere auctorem ſequuntur Hiſtorici noſtri, qui non ſolum in cippo quodam Runico Banerium quendam ſibi viſus eſt inveniſſe, (Monum. Dan. p. 314.) ſed etiam apud Saxonem Grammaticum omnium prima hujus gentis incunabula illiusque hiſtoriam. Ita vero ille: "Danorum Anglorumque
"exercitibus acerrima pugna conſertis,
"Tymo genere Sialandicus, cum ho-
"ſtili impetu ſociæ partis aquilas ad-
"modum inclinatas videret, levemque,
"& quem ſors obtulerat, ramulum haſta
"ſuſtulit, eoque vexilli loco uſus, at-
"que in eum vociferatus modum, quo
"Canuti milites mutuæ adhortationis
"gratia acclamare conſueverant, adver-
"ſas in fugam turmas felix anteſigna-
"nus avertit. Itaque non tam ſigni,
"quam animi virtute ſalutarem ſuis a-
"quiliferum geſſit, nutantemque Da-
"norum fortunam ad victoriam usque,
"ne laberetur, erexit. Nec ſolum for-
"titudinem ipſe pleniſſimam præbuit,
"ſed etiam ex ſociorum animis pene
"profugam revocavit. Cujus facti de-
"cus poſtmodum cognomine uſurpa-
"vit, inſuperque virtutis titulo, hono-
"re primipili a Rege donari meruit.
"Nec puduit Danorum partes ſplendi-
"diſſimo aquilifero defectas, plebeji ho-
"minis ductum, ut obſcurum ſpecie, ita
"præclarum eventu recreatis animis
"ſalutis præmium conſectari. Subjungit hiſce Wormius: "Cognomen autem
"illud, quod Tymo iſte tam generoſo
"animo virtute ſua promeruit, *Banne-*
"*rorum* fuit, quo etiamnum apud nos
"ejus gaudent poſteri. Contigit vero hoc

Digitized by Google

hoc ſub Rege CANUTO MAGNO circa annum Chriſti 1020. Sed unde novit vel vir hic doctiſſimus, vel notarum in SAXONEM auctor, STEPH. STEPHANIUS (p. 209.). TYMONEM a *baner* nomen accepiſſe, non a *mærki*, quod vetuſtiori tempore pro vexillo uſitatius fuit? aut quid fiet, ſi alter quidam WORMIUS a ſtrenuo hoc viro ſanguinem duxiſſe afferat familiam GRENIORUM, non minus aliquando in ſeptentrione inclutam, aut LEMIORUM quum *gren* hodieque & *lim* in L. vetere ramum ſignificet, atque adeo cognomen huic viro comodum præbere potuerit: ſed revera meras heic nugas agunt, qui ejusmodi afferunt, jam enim antea obſervavimus ad v. *adel*, nulla nomina tum temporis gentilitia ad poſteros transmiſſa fuiſſe.

Sed redeamus ad vocem *baner*, quam ortam credit, poſt BOXHORNIUM in Lexico Britannico, WACHTERUS a C. B. *bann*, excelſus: Alii a *band*, faſcia, quæ perticæ affixa exſtabat: quam etymologiam id confirmare videtur, quod Longobardi vexillum *band* dixerint, Gr. Barb. *βάνδον*. Mihi omnium ſimpliciſſima videtur etymologia deducta ab Ulph. *bandvo*, ſignum, unde *bandvjan*, ſignificare. Sic quippe noſtri majores vexillum *mærke* dixere, & Latini ſignum. Adſtipulatur huic conjecturæ LYE ad JUNII Etymol. in v. *banner*.

BANERHERRE, vocatur in citato Chronici Rhythmici loco, qui proprium vexillum habuit, ut Reges atque Duces. Eſt hinc, quod in ſigillis veterum Duces ſemper vexilligeri pingantur, quippe quibus conceſſum erat, quocunque iter faciebant, Rege abſente, vexillum prælatum habere, & hujus quoque juris ſymbolum vexillum accepere in ſua creatione. v. DOLMERI notas ad Jus Aulicum Norw. p. 80. Germanis vocabantur *Bannerherren*. L. B. *Banneretti* v. SPELMAN. in hac voce. Non autem conſtans hujus vocis ſignificatio erat: apud Anglos enim *Banneretti* Baronibus inferiores fuere: ita ut, quum Baro eſſe nequiret, qui non haberet ultra 13. feodales milites, *Banerettus* 10 tantum in aciem educeret.

BANERSMAN, vexillifer. HIST. S. OL. p. 78.

Med gladt bierta the gingo fram
Sancte Olof war Banersman.
Hilari animo procedebant
Sanctus Olavus erat eorum ſignifer.

BAND, vinculum v. infra in *binda*.

BANNA, prohibere. Isl. id. JOB. 11. *Hver will banna bonom þat:* quis prohibebit eum inde. HEIMS KR. T. II. p. 274. *Ec bannadi þier þat:* Prohibui id. cfr. GEN. 3. Apud OTFRIDUM *irbannen* eodem ſenſu occurrit. L. 5. c. 21, 12.

Nu man uuizzinot then man,
Ther armen ſelidono irban.
Cum jam cruciatur ille homo,
Qui miſerum domicilio prohibet.

cfr. SCHERZIUS ad L. 2. c. 5, 19. Oritur hinc

BANN vel *Ban* prohibitio, ut apud STURLÆSONIUM: *Haraldur hafþi mikit bann alagt, at ræna innan lands:* HARALDUS ſevera prohibitione juſſerat, ne quis intra regni limites prædaretur. v. VERELII Index. WACHTERUS in v. L. B. *Bannus*. DUDO de Geſtis Normannorum L. 2. apud DU FRESNE. *In terra ſuæ ditionis* bannum, i. e. *interdictum miſit, quod eſt prohibitio, ut nullus* &c.

2. Prohibitio a ſacris, ſeu excommunicatio, cujus minor gradus erat *förbud*, ut ſuo loco dicemus. Novimus enim excommunicationem in eo conſtitiſſe, ut arcerentur rei a communione eccleſiæ, &, ſi templum intrarent, omnia ſtatim ſacra conticeſcerent. Ab hoc *bann* orta habemus *banlyſa*, excommunicare, *banſatt*, excommunicatus, *bansmål*, cauſſa excommunicationis. Nimium ingenio ſuo indulget WACHTERUS, qui a *bann*, quod, neſcio ubi gentium, Principem ſignificare ait, præſens *ban* deducit, tanquam actum regium vel principalem.

3. Prohibitio a territorio, exilium. Occurrit hoc ſenſu ſæpiſſime in ſcriptis Germanorum veterum recentiorumque. L. B. *bannus*.

4. Aſylum, quo ſe olim contulit homicida, utpote quod per legem nec intrare potuit vindex, nec migrare reus. Occurrit hoc ſenſu in Jure Gothlandico, ejusque cap. 13. ubi *band* ſcribitur, quod tamen ſi, metaphora a vinculo vel fune menſurario deſumta, ad radicem *binda* referendum exiſtimaveris, multum refragari, non potero.

5. Publicatio ſolennis, quales eſſe ſolent actus recenſiti, unde conjungi ſolent cum actu *lyſa*, ut *banlyſa*, excommunicare, vel proprie publicare excommunicationem factam adverſus quempiam. Ita proclamatio, quæ fit ante nuptias, dicitur *Kyrkans-ban*, Angl. *Banes of matrimony*, Lat Barb. *bannus nuptialis*, A. S. *bannan*, proclamare. Italis *banditore* eſt præco, notante JUNIO in Etymol. Angl.

BAN-

Bannas, diris devovere, exſecrari: dicitur de illis, qui nefandis imprecationibus inter loquendum utuntur. *Bannas och ſwærja*, Ang. *banne and curſe*, Belg. *bannen en vloecbten*, Isl. *bannas oc blota* Verel. Loquendi ſormula haud dubie profluens a diris, quæ ex cathedra in ejus caput congerebantur, qui eccleſiæ gremio ejiciebatur.

2. Increpare, *bannas på en:* in aliquem invehi: *banna någen.* id. unde *bannor*, vox pluralis numeri tantum, increpatio.

Fôrbanna, diris devovere: *fôrbanna ſig på rägot*, cum diris & exſecrationibus rem aliquam adſeverare.

BANNOMANNA nomen eſt, quo partem aliquam Scythiæ vel, ut alii volunt, Sueciæ noſtræ poſt Timæum, veterem ſcriptorem, inſignitam ait Plinius Hiſt. Nat. L. IV. c. 13. *Inſulæ*, inquit, *complures ſine nominibus ab eo traduntur. Ex quibus ante Scytham, quæ appellatur* Bannomanna, *abeſſe a Scythia diei curſu, in quam veris temperie fluctibus electrum ejiciatur.* Non autem vacat hic, Rudbeckii veſtigia legere, qui in Atl. T. 1. p. 456. ſeq. ingenium ſuum exercet in inveſtiganda inſula hac deperdita, atq; adeo donec certius conſtiterit, quo jure eam noſtram faciamus, originem & ſignificatum vocis adeo ſtudioſe rimari, operæ pretium non ducimus. Rudbeckius *ban* regionem interpretatur, & *man* vel virum vel *Mannum*, Germanorum numen, adeoque compoſitum ſignificare ait Manni regionem. Mihi ſi conjiciendi neceſſitas impoſita eſſet, & Wachteri philologemata, nuper ad vocem *bann* allata indubia eſſent, dicerem *Bannomanna* vel *Bannomannô* notare principum virorum inſulam. Scilicet multus eſt hic vir eruditus in demonſtrando, *Ban* olim Principem ſignificaſſe. Apud veteres Italiæ accolas hoc certe vocabulum viguiſſe docet Heſychius. Βάνναϛ, inquit, βασιλεὺς παρὰ Ἰταλιώταις: plura & noſtro idiomati propiora teſtimonia vide apud modo laudatum auctorem, ſed quæ tamen examine indigere, animadvertes.

BARBAR, barbarus, Gr. βάρβαρος, & ſic majori minorive mutatione Europæi omnes. Etiamſi nihil notius ſit, quam quid hac voce intelligatur, nihilo minus, quis ejus valor primigenius ſit, non poteſt non difficillime ſtatui, quum ne quidem, cujus nationis vox ſit, ſatis conſtet. Id interea dubio caret, Græcos, qui primi hoc vocabulo ſuam erga alias gentes ſuperbiam teſtati ſunt, illud accepiſſe non tam ἐπὶ ἔθνες, quam ἐπὶ φωνῆς, hoc eſt non tam morum feritatem, quam linguæ ingratiorem ſonum eo notare voluiſſe. v. Salmasii Exerc. Plin. p. 798. Quum vero, quando apud Platonem aliosque veteres ſcriptores barbari citantur, Scythæ fere intelligantur, fieri facillime poteſt, ut vox ipſa Scythicæ ſit originis, licet poſt tantas linguarum mutationes, noſtri non ſit opis, in veros ejus fontes jam tandem inquirere. Algotus Scarin, Prof. Aboenſis, in diſſ. de Athaulpho, Weſtrogothorum Rege, p. 7. *Barbar* aliud non eſſe credit quam *bardbar*, hoc eſt bellicoſus, a *bærja*, pugnare, cum terminatione uſitata *bar*, rei qualitatem deſignante, eodem modo, quo a *ſtrid*, pugna, fit *ſtridbar*, a *man*, vir, *manbar*, virilis. Ingenioſa ſunt hæc, ut Viri hujus eruditi omnia, & digna quæ ulterius examinentur. Ego certe meum calculum lubens ſtatim adderem, niſi quod dixi, de linguæ ſono non de morum duritia vox hæc omnium primo acciperetur: ut dum Ovidius de Ponti incolis canit:

Barbarus bic ego ſum, quia non intelligor ulli.

Barbari, barbaries, & terra barbara.

Barbarisk, 1. Cor. 14: 11. barbarus.

BAR, nudus, *bart ſwerd*, nudus gladius, A. S. *bær*, Germ. *bar*, Ang. *bare.* Hinc *bârfotad*, nudipes, (Sax. *barſt*) *barbufdad*, nudo capite incedens. Al. *irbaridos* vel *ribaridos*, denudaſti, in Gloſſ. Lipſ. *uppenbara*, Germ. *offenbaren*, manifeſtare.

2. Quum nuda etiam omnium oculis pateant, *bar* pro claro & manifeſto ponitur. Hinc in Legibus noſtris *bar och åtakin* eſt in ipſo facinore deprehenſus. A. S. *æbere morth*, cædes manifeſta, *aberian*, manifeſtare.

Bara, illuſtrare. Statut. Magni R. in collect. Haddorf. ad Leg. Birc p 19. *þem at bæra, ſom myrk wara:* illas, quæ obſcuræ erant, illuſtrare.

BARBERARE, tonſor, & etiam Chirurgus, quippe quorum eſſe ſolet, barbas tondere. C. B. *barbwr*, Gall. & B. *barbier*, It. *barbero*, Ang. *barber:* a Lat. *barba.*

BARD, ſecuris bellica. Heimskr. T. 1. p. 359. *bard eirn micinn*, magna ſecuris, Al. *bart.* Notk. Ps. 73: 6. *Mit*

parton unde *mit ſticchele*, ſecuribus & aſciis: a *bærja*, cædere. Alam. *barten*.

HELLEBÅRD & *billebård* bipennis, quod vide ſuo loco.

BARDISAN, haſta lató ferro. Gal. *pertuiſane*. It. *partigiana*. Torſit hæc vox ingenia Gallorum Italorumque, ſed revera illa nihil ſimplicius fieri poteſt: nam novimus, arma, quæ hoc nomen gerunt, latas eſſe in modum ſecurium. *Iſau* vero ab antiquo *iſar*, *iſarn*, ferrum notat, ut adeo nomine indicetur ferrea ſecuris, vel etiam, ſi a *bærja* origo immediate petatur, ferrum bellicum.

BARFRID, turris lignea, in arcium oppugnatione adhiberi ſolita, ut hoc tegmine tuti vel hoſtium muros conſcendere poſſent, vel etiam inde tela conjicere. Apud hiſtoricos exteros varie effertur: Alemannis *balfrid*, *barefrid*, *berfrid*: Latine ſcribentibus *berefridum*, *belfragium* &c. Gall. *befrois*. GUIL. BRITTO L. VII. Philippidos v. 654. illa ita deſcribit:

Parte alia turres, quibus eſt Belfragia nomen,
Roboribus crudis compactæ atque arbore multa
Intactis dolabra ruditer quibus aſcia ſolos
Abciderat ramos, ſic educuntur, ut usque
Aera ſub medium longo volumine tendant,
Ut doleat murus illis depreſſior eſſe.

Apud ſcriptores noſtros machina hæc bellica non raro commemoratur, atque deſcribitur, ut pluribus tabulatis conſtans, ſcilicet ut ita non ſolum tutius eo altitudinis evadere liceret, ubi ſupra hoſtes eminerent, ſed etiam ut ex murorum foraminibus (*wigskårdar*) pugnantes infeſtare poſſent. Talis erat turris arci Ringſtadaholmenſi ab ENGELBRECHTO admota, referente CHRONICO RHYTHMICO p. 185.

Uppå then flotta ett bårfrid ſlickt
Thet war wæl fem ruma högt.

Super rate illa erat turris affabre facta,
Quæ vel quinque tabulata habuit.

Videre licet formam iſtiusmodi turris in LIPSII Poliorceticis.

2. Turris ſaxea aut lateritia, muro impoſita, qua tecti milites in oppugnantes ſaxa & quodvis armorum genus conjicere potuerunt. De iſtiusmodi turribus loquitur auctor Inſtitutionis Reg. p. 208. *Tæs flere barfridi tæn mur hawer iwi allom portom, bornom ok wikom, tæs faſtare ær tæt hus, till alla wærn ok ſikrlek*: quo plures turres murus habet in portis omnibus, angulis & ſinubus, hoc arx munitior & tutior eſt.

Quod ad vocis originem attinet, frigidior videtur conjectura SCHILTERI, illam a *bal*, malus & *fried*, pax, derivantis, & inſuper differentiam ſtatuentis inter *balfrid* & *berfrid*, quaſi illud falſam pacem, hoc veram ſignificaret. Ut nos paucis defungamur, obſervamus, apud veteres *frid*, *fried*, quod pacem vel ſecuritatem proprie notat, etiam pro turri tanquam ſecuritatis loco uſurpari: teſte WACHTERO p. 490. & SCHILTERO ipſomet p. 329. Prius vero ſi a *bæra* deduxeris, erit turris portatilis, ſin vero a *bærja* pugnare, vox hæc una duo maxime diſſociata conjungit, pugnam pacemque.

BARK, cortex. Isl. *borkur*, Angl. *bark*, Belg. *berk*, *bark*. SKINNERUS haud incongrue, corticem, ut arboris involucrum, a *berga*, tegere, nomen accepiſſe, putat.

BARKA, decorticare: a *bork*.

2 *Barka budar* notat pelles aut coria glabra reddere, quod ope corticis a coriariis fieri, novimus. Ab his diverſum eſt *barka*, quod in nonnullis Sueciæ partibus notat fugere, cito currere. Ebr. ברח id.

BARK, ſcapha. A. S. *barca*, It. & Hiſp. id. Gall. *barque*, Gr. B. *βάλκη*. Latino Barbaris *barca* dicitur navigiolum, cujus deſcriptionem vide apud ISIDORUM L. 19. c. 1. Angl. *bork* & *bargue*, inter quæ duo tamen differentiam ponit SPELMANNUS in Archæologo, quem vide. Nomen id ſeptentrioni peregrinum fuiſſe, concludi poſſe videtur ex verbis STURLÆSONII T. II. p. 237. *K. Sigurdr let taka twa ſkipbata, er barker ero kalladir*: R. SIGURDUS capienda juſſit duo navigiola, quæ *barkas* vocant. Ceterum *bar* Isl. fluctus eſt, unde in EDDA naves dicuntur *barubeſtar*, undarum equi, & in Lege Scanica p.m. 25. *utan watzbaræ oc utan landz* i. e. trans fluctus maris & trans regionem. Credi poſſet, ab hoc *bar* & *ók*, inſtrumentum itineris, (unde *óka*, *eikia*, ſcapha, promanare creditur) *bark* factum eſſe.

BARM, ſinus, gremium. Ulph. *barm*. Luc. 16: 22. *warth briggan in barma Abrahamis*, portatus erat in ſinum Abra-

Digitized by Google

Abrahæ A. S. *bearm*, Al. *barm*. Otfr. Lib. I, 13. 19.

In ira barm ſi ſazta
Barno bezziſta.
In gremio ſuo ponebat
Filium optimum.

Angl. vet. *bearme*, unde *barmcloth*, ventrale, Germ. *barm*. Ut litera *b* euphoniæ cauſſa, aut quia ita olim libuit, Gothicis vocibus ſæpe præfixum cernitur, e. g. a λείπειν, *blifva*, ſupereſſe, a λευκὸς, *blek*, pallidus, a *bråd*, *radr* citus &c. ita fere creditum eſt, *arm* primam & originariam vocis formam fuiſſe, unde *arman*, miſereri, retinuerint Mœſogothi, pro quo aliæ dialecti *barma* dixere, ut mox ſumus audituri. Immo etiam ſuſpicari ſubiit, apud Latinos *armum* aliquando pro ſinu uſurpatum fuiſſe, quum apud Festum legatur fragmentum legis Laurentum, qua jubetur, *ne quis pomum ex alieno horto in armum auferat:* ubi *armus* non poteſt aliud notare, quam ſinum veſtis. Explicat quidem ita Festus hæc verba, velut ſi *armus* notaret id, quod humeris onus ſit, ſed haud ſatis congrue. Nec aliunde factum arbitror, quod, eodem Festo auctore, in ſacris *armata* diceretur illa virgo, cui lacinia togæ in humerum erat rejecta, Sueth. dicimus *uppſkörtad*.

Barma, miſereri. Chron. Rhythm. p. 165.

Gud barme then omildhe hempd
Deus miſereatur immitis vindictæ.

Vita Ansgarii p. 93. *Tha togh thæn hælghe hyrdhen til at ömka ſik ok barma:* tum ſanctus ille paſtor cœpit lamentari & miſereri. Metaphora deſumta eſt exinde, quod quæ nobis in deliciis ſunt, in ſinu ſæpe foveantur: quemadmodum *inſinuari* apud Latinos dicitur, qui interiori alicujus affectui ſeſe commendat. Ulph. habet *arman:* Marc. 10: 48. *armai mik*, miſerere mei, *armai uggkis*, miſerere noſtri. Fennonice *armo*, gratia, miſericordia, *armias*, benignus, *armas* carus, *armahdan*, miſereor. Lucem Gothica hæc addiderint loco illi notiſſimo Augustini, in Epiſt. 178, quæ diſputationem continet inter Pascentium & Augustinum de uſu vocis ὁμοούσιος. Tum vero hic ita: *Si licet, dicere non ſolum barbaris lingua ſua, ſed etiam Romanis* (quippe qui tum ab Oſtrogothis ſubacti victorum linguam addidicerant) Si hora armen, *quod interpretatur: Domine miſerere, cur non liceret in conciliis Patrum, in ipſa terra Græcorum, unde ubique deſtinata eſt fides, lingua propria* ὁμοούσιον *confiteri.* Illuſtre hoc eſt fragmentum L. Oſtrogothicæ, quæ haud dubie eadem fuit, ac Mœſogothica, uti uberius oſtendimus in Diſſ. de Lingua Codicis Argentei. Circa veram autem illius lectionem ſudant Critici. Ultima quidem pars ejus dubio caret, ſi modo, quod Junius bene obſervat, adtendatur, pro *armen armai* eſſe legendum. Antecedentia *ſi hora* amanuenſium incuria deturpata eſſe, convenit quidem inter omnes; ſed quæ illis medela afferri debeat, non item. Junius non audet hic Hesychium ſuum in partes vocare, etiamſi inveniatur ibi, apud Laconas Σιὲ pro Deo uſurpatum fuiſſe, ſed putat, *Sibora* vel *Sigora* Dei nomen eſſe, a *Sigor*, Sueth. *ſeger*, victoria. Wachterus addita vocula *Fan* ſenſum eſſe explendum cenſet: *Fan Sibora armai:* Domine victoriarum miſerere. Stephanius in notis ad Saxonem Grammaticum p. 209. a *ſi bora armen* facit *ſig förbarme*, vocem *Herre* a librario omiſſam credens. Alii *Sir*, quod in Lingua Gallica, Anglica & Islandica Dominum notat, in *Sibora* converſum fuiſſe, autumant. Sed omittimus has & id genus alias conjecturas, quum veriori lectioni facem præferat codex antiquus Rigaltii, quem citant nuperi editores Gloſſarii Cangiani in v. *ſi hora armen*. Is quippe habet *Fhrota armes*, quod Patres hi Benedictini poſitum arbitrantur pro *Drott*, *Trot*. Sed obſervare juvat, quamvis *Drott*, *drihten*, *druhtin*, *drottin* communiſſima per ſeptentrionem domini appellatio fuerint; Gothos tamen exteros hac voce caruiſſe, ſaltem in Codice Argenteo eam nunquam comparere. Ego Rigaltiani codicis lectionem, non niſi unica ferme literula immutata, ſervari poſſe credidi, pro *fhrota froja*, vel ad Gothicum pronuntiandi modum *frauja* poſito: Ita enim illi Dominum compellabant Matth. 27: 63. *Frauja gamund dum thatei jains airziands quath:* domine meminimus, quod iſte deceptor dicebat: inde *Fraujinon* dominari. v. infra in *Fru*. Cur autem Augustinus hæc verba in primis exempli loco afferre voluerit, ratio eſſe potuit, vel quod ab hiſce verbis pſallendi initium fere fecerit eccleſia, ſive, quod forte prætulero, quia in more poſitum erat Gothis pugnam inituris, hiſce verbis bellicum clamorem ordiri, prout ſingulæ nationes ſuam ſibi peculiarem teſſeram in acie habebant. v. Du Fresne in *Mons gaudii*. Commemorat id de acie Erlingi Skackii Sturlæsonius Hiſt. T. II. p. 419. *þa ſungu þeir kirial allir hat, oc bordo wæpnum allir a Skioldu ſinu:* tum inclamabant omnes *kyrie eleeſon*, & arma concutiebant contra clypeos. v. Dan. G. Morhof de Lingua & Poëſi Germanica p. 346.

Barmhertig, miſericors. Ulph. *armabairtei*, miſericordia, Germ. *barmherzig*. Antecedentia ſatis evincunt, falſam eſſe, quam tradit Goldastus, vocis originem a *barm*, parvus, cujus indicium ſe habere putat in Salica voce *barmbracco*, canis parvus, quum revera ſit canis in ſinu portari ſolitus. Palthenius in notis ad Tatianum p. 327. ad primam usque originem adſcendit, putans *barmhertighet* eſſe velut ſinucordiam, a *barm*, ſinu. Alii tandem *b* pro *w* irrepſiſſe putantes, *barmherzig* poſitum docent pro *warmhertzig*. perinde ac *kallſinnig* dicitur homo frigidus, quique alteri minus cupit.

Fôrbarma, miſereri. Al. *irbarmen*, Germ. *erbarmen*, Belg. *ontfermen*.

BARN, infans. Precopenſ. *baar*, Ulph. *barn*, A.S. *bearn*, Al. *barn*, *parn*. Radix eſt *bæra* gignere, unde Isl. *obiria* improlis (apud Ulph. *unbarnahs*, apud Tatianum *unberend*) *byr* vel *bur* filius, A. S. *byr* id. v. Hickesii Gram. A. S. p. 118. Palthenius, qui per *barn* tantum maſculini ſexus liberos olim intellectos putat, vocis originem petit a *bar*, vir, v. Not. ad Tat. p. 288. Goldastus vero ab Al. *bar*, liber. cfr. Gr. *βὰρ*, quod Hesychius interpretatur *μικρὸν*, Ebr. בר filius.

Barndom, infantia. Ulph. *barniſkia*, Isl. *barnæſkia*.

Barnamoder, puerpera.

Barnamoderska, obſtetrix, quaſi quæ pertinet ad puerperam. Saxones dicunt *babmôhme*, quod Richey plenius olim pronuntiatum putat *baden ohme*, a cura lavandi recens natos: forte rectius a *barnemôhme*. Isl. dicitur *liosmoder*, a *lios*, lux.

Barnfot, ſportula illa, quæ noſtra memoria adhuc mittebatur die baptiſmi ab infantis parentibus ad teſtes baptiſmi, alioſque amicos. Zieglerus in Idiotico ſuo obſervat apud Ditmarſos miſſiles hos cibos *keesfot* appellari, quod Richey, *keyes fot* i. e. *kindes foot* interpretatur, ut inferior Germania *keyeren* pro *kinderen* dicere ſolet. *Fot* vero eſt a *fôda* parere, unde A. S. *foda*, Angl. *feed*, nutrimentum. Ulph. *fodan* nutrire, v. infra in *fôda*.

Barnsång, lectus puerperii, & deinde ipſe actus pariendi. *Ligga i barnſång*, poſt partum decumbere. *Hon har haft ſå många barnſångar*, toties peperit. *Barnſångs huſtru*, puerpera.

Barnslig, puerilis.

BARR, folia pini, abietis, taxi, & id genus arborum. Cognata *borre*, carduus, *borſt*, ſeta, quæque alia ad vocem *aborre* attuli, aculeatum quid proprie hac voce ſignificari, oſtendere videntur.

Barrskog, dicitur ſilua pinis & abietibus conſtans, ut opponatur ſiluæ conſtanti ex betulis aliiſque arboribus, latiora folia habentibus, *Lôfſkog*.

BARS, navigii genus. Chron. Rhythm. min. p. 202.

Och miſte ena barſa i the rid,
Perdidit navem in eo conflictu.

A. S. *barth* in Gloſſ. Ælfrici. Confer cognata in *bark*. Neſcio an huc faciat Gr. *βάρις*, quod apud Hesychium navem ſignificat. v. notas Alberti, nec non Vossii Etymol. in *baris*.

BARSK, guſtu acerbus. Germ. *barſch*, Belg. *bars*, *barſk*. Wachterus *warſch* aliquando ſonuiſſe hanc vocem, & ab *ἄωρος*, immaturus, derivatam eſſe, putat, neſcio an etiam perſuadeat.

2. Auſterus, ferus. Galli transpoſitis literis eodem vocabulo uti creduntur, *brusque*, It. *bruſco*. Anglicum *briſk* alacrem vegetum notat, quod Mer. Casaubonus contractum arbitratur a *be friſk*.

BASA, cædere, ferire. Goth. ant. *bata*. v. Sperg. Gloſſ. Lat. ant. *batuo*, Al. *batten*, Angl. *baſte*, Gall. *batre*, unde *baterie*, propugnaculum, Arm. *bazzata*, Gallice *baton*, fuſtis, Anglice *batte*, A. S. *bat*, *batt*. Hib. *bat*, *bata*, id. C. B. *baſtwn*. Hesychius *βατηρίαν* exponit *ῥάβδον καὶ βακτηρίαν*, fuſtem. Ex hac eadem radice Wachterus in præfatione Gloſſarii §. 12. explicandum docet, Scythicum illud vocabulum *αἰορπατὰ*, quod Herodotus ab oblivione vindicavit: Ita vero laudatiſſimus ille Hiſtoriæ pater: *Scythæ Amazonas vocant αἰορπατὰ, quod poteſt transferri ἀνδροκτόνοι, id eſt viricidæ,* æor *enim virum dicunt*, pata *autem occidere*. Oſtendit ibidem doctiſſimus Wachterus, utrumque vocabulum in Gothicis dialectis ſupereſſe. *Wair* enim apud Ulph. virum notat, & *bata* in modo allatis cædere.

BASA, citato gradu ire, currere: Neſcio, an affine ſit Gr. *βαίνω*, *βήσω*, Æol. *βάσω*.

BASSE, aper. Hiſt. Alex. M.

The hoggo them med tanna hwaſſa,
Allt wær æn nakre wille baſſa:
Cædebant eos acutis dentibus
Pejus quam ulli feri apri.

ibidem:

Starkare æn willebaſſe:
Fortius quam feri apri.

Videtur hoc nomen commune fuiſſe feroci-

ferocioribus in animantium genere. *Beſſe* apud **Verelium** Islandice notat *urſum*. *Baez* vet. Germ. id. Apud Thracas *baſſarus* vulpem deſignavit, auctore **Suida**. v. **Vossii** Etymol. in v *baſſarides*.

2. Vir potens, idque eadem ratione ac apud nos *Biörn*, A. S. *Beorn* dicebantur viri eximii & illuſtriores. Scilicet, ut obſervat **Thwaitesius** ad **Junii** Etymol. in *v. Bern*, honorificum apud priſcos habebatur, ferarum nominibus appellari: unde forte eſt, quod olim Sicambri Regem ſuum *Baſan* appellarint, ut ex **Trithemio** adfert **Schilterus** in Gloſſ. p. 71. An cum hoc neceſſitudinem habeat Græcum *βασιλεὺς*, non facile dixero.

BASSLARE, gladii genus, ex eorum numero, quorum uſus vulgo prohibetur in **St. L.** *Rådſt. B.* c. 34. *Swærd, Stekametz, Rytinga, Baſſlara.* In vetere Teutoniſta vocatur *Baſeler*, atque hoc modo deſcribitur. Pugio, *eyn ſteek wapen van yſern off ſtale dat lanck ind ſcharp is, off eyn cleyn twysnydick Swert, off meſſe, dat men op de Syde hengt* i. e. Pugio, armorum genus, quo punctim feritur, ex ferro aut acie factum, longum & acutum, aut brevis ancepsque gladius, aut culter, qui lateri accingitur. **Chaucero**, Poetæ Scoto, pugio dicitur *baſelard*, & alias *baſillard*. v. **Junii** Etymol. & **Spelmanni** Archæol. in *Bizachius*.

BAST, cortex tiliæ. Isl. Belg. & Germ. idem. Apud **Verelium** de hac voce hæc paucula legimus: *baſt oc band Skånel.* c. 5. *aliterationes.* **Wachterus** dum hæc **Verelii** verba citat, ſubjungit: *Quid ſint* aliterationes, *me fugit: apochas vel obligationes eſſe conjicio.* Non miror, eruditiſſimo Viro aquam hæſiſſe, explicaturo vocem non tantum novitiam, ſed etiam a typographo vitiatam. Proinde, ne cui alii eadem verba ſcrupulum injiciant, paucis quid hoc rei ſit, indicabo. In legibus patriis invenire licet, non in gnomis tantum, ſed millenis in locis aliis iſtiusmodi vocabula per paronomaſias ſpeciem congeſta, quæ aliquot literas easdem præferant, & inprimis initiales. Ut **Upl. L.** *Ārfd. B. c. II. §. 6.*

Saman ær Brödra Bo Bæſt,

Fratrum conjunctæ opes meliores.

Ita qui conſanguinitate aut affinitate proximus eſt, per periphraſin dicitur ib. §. 8.

Nidium Næſter ok Kynium Kunnaſter.

Iſtiusmodi Literarum recurſum **Verelius** novo, ſed non incommodo vocabulo, in Indice ſuo hic illic *alliterationem* vocat. Dignum vero hunc literarum luſum eſſe, arbitror, ad quem animus curioſorum adtendatur, in primis, quum ſcire oporteat, veterum ſeptentrionalium rem metricam, magnam partem in iſtiusmodi alliteratione, ut **Vereliano** illo verbo utar, conſtitiſſe, quæ *Hændingar* ab antiquis artis metricæ magiſtris appellabantur. Exemplo ſit **Voluspæ** Strophe 4.

Sol Skein Sunnan a Salarſteina,
þa war Grund Græn Gronum lauke.

Si per vires & otium liceat aliquando, **Sturlæsonii Skaldam**, cujus aut autographum aut ex ipſo transſcriptum exemplum in Bibliotheca Regia Upſalienſi habemus, in publicum edere, conſtabit luculentius elegans & artificioſa metrorum Gothicorum ratio. Interea quum, quas habemus, leges patriæ non niſi explicationes ſint, aut excerpta antiquiorum aliarum: v. **Birg.** Reg. Præf. ad Leg. Upl. in mentem venit, ſuſpicari, magnam Legum noſtrarum vetuſtiorum partem olim forte metris ligatam fuiſſe, ut id juvandæ memoriæ cauſſa apud gentes antiquiſſimas quasque uſu fuiſſe receptum, novimus. Immo hic illic in pandectis noſtris extant adhuc integri rhythmi, ut **Upl. L.** *Kirk B.* c. 7.

Nu kan man ſå,
Och minne æn hundrade ok ſwa få:
Fieri poteſt, ut ferat quis,
Et tamen minus centuplo percipiat.

Hels. L. *Kun. B.* c. 2.

Ther ær bött,
Med littlu (alias *med ængo) bött:*
Qui tantum minatur,
Parum (nihil) mulctæ pendit.

Sed non auſim, hic diutius commorari. Dicemus nonnulla huc pertinentia infra in v. *hænding*. Nunc autem ut in viam redeamus, addimus, *baſt* eſſe a *binda*, quod in perfecto *batt* habet. Si **Gudmundum Andreæ** in Lex. Isl. p. 28. auctorem ſequeremur, diceremus, *baſt* eſſe a *βαστάζω*, porto.

2. Notat rem quamvis levem: ut tiliæ cortex arefactus quam minime eſt gravis. Hiſt. **Alex.** M.

Thet

Thet kan nu bielpa ej ett baſt:
Illud jam ne quidem hilum juvabit.

Basta, ligare. Chron. Rhythm. m. p. 261.

Han låter them ſtrax binda och baſta
Statim eos vinciendos jubet.
Uſurpatur hoc vocabulum proprie & ſæpiſſime de maleficis, quum injectis vinculis conſtringuntur.

BASUN, lituus. Belg. *bazuin*, Germ. *poſaun*, Isl. *bæſun*, quod a *baſſo*, tono muſico infimo, non inepte derivat Gudm. Andr. Lex. Isl. p. 24. alii a Lat. *buccina*.

BAUTA-STENAR dicuntur lapides illi ſepulcrales; qui ex inſtituto Odini in honorem & memoriam virorum celebrium erigebantur. Heims Kr. T. I. p. 155. *Hauſer bautaſteinar ſtanda bia haugi Eigils*: ingentes cippi poſiti ſunt ad Tumulum Eigilli. Ponebantur ſæpe bini, alter ad caput mortui, alter ad ejus pedes. v. ib. p. 123. & inprimis p. 10. Unde ortum ducat vox illa, explicat Verelius, nempe a *baud* ſangvis, quod in pluribus linguis neceſſitudinis ſignificationem includit. Huic derivationi occaſionem dedere verba Havamal, Str. 61. *Sonur er betre, þot ſie ſyd offalen: eptir gengin guma ſialldan bautaſteinar ſtanda brauta a, nema reiſi nidur ad nid*: præſtat habere filium, tametſi ſero natum, vel patri poſthumum. Raro monumenta in defunctorum memoriam in publico conſpiciuntur, niſi conſanguineis a ſanguine junctis erecta. Ceterum ſuccurrit, inter illa vocabula, quæ in Deorum lingua alia eſſe, quam in Lingua mortalium, tradit Homerus, etiam *βατιείαν* eſſe, quod apud Deos *σῆμα* ait appellari i. e. monumentum ſepulcrale. Apud Rei Agrimens. ſcriptores lapides terminales dicuntur *botones & bodones*: quæ vox ſi noſtro affinis fuerit, proprie lapidem erectum ſignificaverit.

BAXNAS, obſtupefieri, forte idem, quod Gall. *ebahir*, id. unde *ebahiſſement* ſtupor.

BÆCK, rivus. A. S. *becc*, Germ. *bach*, a Gr. *πήγη* fons. Festus in voce *pagus* docet, *παγαὶ* Dorice aquas in genere dici.

Bæcka Slem, uligo fontium, fæx, quæ fontium fundo adhærere ſolet. Job. 21: 23.

BÆCKEN, pelvis. Al. *bekin*. Otfr. L. IV. c. 11, 27. Gr. B. *βάκινον*, L. B. *bachinon* & Isidoro *baccarium*, Germ. *becken*, Gall. *bacin*, hodie *baſſin* Ital. *bacino*.

Sångbæcken, batillus cubicularius.

BÆDD, lectus. Ulph. *bad*, id. A. S. *bed*, Al. *bet*. Derivant multi a *bæhen*, fovere, Wachterus a *beiten*, manere, v. ſupra in *bada*.

2. Notat ſupellectilem lecti, unde *dunbædd*, ſtragula plumea & *bædda*, lectum ſternere. A. S. *beddian*, Al. *betten*. Rhythm. de S. Annone.

Her gebettidi iri ſelbi ſcono,
Ipſe ei ſternebat lectum nitide.

BÆDEL, numella, furca, quæ collo facinoroſorum circumdatur. Wesm. L. *Manh. B.* c. 82. *Slag bædel um bals, före ſwa til things*: furcam collo circumjiciat, & ita ad judicium trahat. Isl. *beixl*, quod a *beiga*: a quo eodem fonte alias dicitur *bogaſtreingr*, *bogalimur*. v. Runacap. Str. 12. cfr. Ulph, *gabuganaim*: Marc. 5: 4. Hoc vero *bædel* ortum eſt a *binda*, & forte rectius ſcribitur *bændel* in Dala L. *Tjuf B. §. 6.* cfr. *bindzeel*, in Chron. Rhythm. p. 148.

Hwar bade en bindzeel om ſin bals,
Quilibet numellam circa collum habeat.

BÆFWA, trepidare. A. S. *bifjan*, Isl. *bifaſt*, Al. *bibun*, Belg. *beben*. Haud dubia cognatione adtingit Latinum *paveo*: *p* enim & *b* alternant, ut alibi monetur.

BÆFWER v. *Befwer*.

BÆLG, uter. Ulph. *balg*, pera, *balgeis*, utres. A. S. *bælige*, *bælge*, Al. *belg*, C. B. *bolgan*, *bwlgan*. Festus annotat, jam ſuo ævo Gallos *bulgas* vocaſſe ſaccos ſcorteos. Ab hac Gothica voce ortum ducit proverbiale genus dicendi *i bælg binda*. Westg. L. *Bygg. B. c.* 5. *§.* 2. quod eſt, viam alicui perinde intercipere, ac ſi ſacco eſſet incluſus. Poſui principe loco hanc ſignificationem, quia communior, non quia prima: Omnibus enim forte communis eſt idea corii, quæ in L. Islandica non minus reperitur, quam in Germanica, ubi pellis lupina vocatur *wolffsbalg* &c. Herauds S. p. 39. *flou af henni belg*, corium ei extrahebant, deglubebant.

2. Follis, A. S. *bylig*, Germ. *blasbalg*, Angl. *bellowes*: Habemus inde *ſmedsbælg*, follis fabri ferrarii, *orgelbæljor*, folles organorum muſicorum.

3. Uterus, vel ſtomachus. C. B. *bol*, *boly*, Ang. *belly*, Belg. *balg*, Lat. *bulga*. Fragmentum Lucilii quæ vox jam

Digitized by Google

jam Lucilii ævo in uſu fuit: cujus ſupereſt verſus: *Ita ut quisque noſtrum e bulga eſt matris in lucem editus.* Ab hoc vocis *bælg* ſignificatu derivatur *bælgmord*, abortus procuratio, proprie necatio infantis in utero. Dala L. p. 5. §. 24. Æoles pro δέλφυς, βέλφυς dixiſſe, docet Salmasius Exerc. Plin. p. 80. hoc vero, demta terminatione, ad noſtrum prope accedit.

4. Vagina leguminum. A. S. apud Somnerum *bælg*, unde *beanbælgas*, ſiliquæ fabarum. Nos hodieque ſiliquas piſorum dicimus *ertbælgar*.

Bælghund, convitii genus. Credo rectius dici *bellbund*, a Germ. *bellen*, latrare: convitiatorem enim proprie deſignat, hoc eſt eum, qui alios allatrat.

BÆLLA, poſſe, valere. Vox Dalekarlis non infrequens, qui dicunt *eg bæll intet*, h. e. non valeo. Interdum ad voluntatem refertur, ut idem ſit ac, non volo. Utrovis ſignificatu affinia ſunt Latinorum *volo, valeo* & item *polleo: v* quippe *b* & *p* literæ ſunt ejusdem organi.

Bælle, potentia Hiſt. Alex. M.
Hus och borg, magt och bælle:
Caſtella & munimenta, vires & potentiam.

Cod. precum ant. *Thu öffergaff konungslika rikedoma oc verldena bælle:* dereliquiſti regias opes & mundanam potentiam.

Högbælle, majeſtas, quaſi potentia eminens: vox digna, quæ in civitatem denuo recipiatur. Chron. Rhythm. brevius in vita S. Erici:

En gullkrona jag ſkulle högtidelig bære,
Och merkis ther ſtort konungs högbælle,
Makt oc wærdughet oc myket wælle.
Coronam auream ſolenniter portarem,
Qua ſignificatur magna Regia Majeſtas,
Potentia dignitas & multæ opes.

Laurentius Petri in Dial. de Miſſa, p. 53. *Chriſtus undfaller thenna verldenes æra och högbælle:* Chriſtus recuſat hujus mundi gloriam & majeſtatem.

Ofbælle, tyrannis. Bibl. Isl. 1. Macc. 1.

Båld, potens. A. S. *bald*, *beald*. Al. *bald*, *paldo*. Isl. *balldr*, Ang. *bold*. *En konung båld*, rex potens, ut in Hymno eccleſiaſtico N. 122. v. 1. canimus. In Chronico Rhythm. min. p. 36. *wald* ſcribitur:
Han war en ſtarker bælde wald.
Erat heros fortis & audax.

Neſcio, an huc aliquo modo faciat, quod Æschylo & ejus Scholiaſtæ βάλην regem denotat, quodque Plutarchus in Libro de fluminibus βαλήναιον explicet βασιλικόν. Vide quæ habet Rudbeckius, Atl. T. III. p. 735.

2. Ferox, viribus fretus. De Ragwaldo Knaphöfde in Catalogo Reg. Sviog. dicitur, quod fuerit *baldur ok buxſtor* i. e. audax & magnanimus. Nec exteris hæc vocis ſignificatio ignota erat, utpote qui, teſte Jornande, *Balthum* audacem dixere. Locum ex hujus Scriptoris c. 29. ſupra in voce *adel* attulimus. A. S. *belde*, audacia, Alam. *beldi*, id. Germ. *balden*, audere. Ingenio ſuo mire indulget Casaubonus, qui *bold*, *baltha* derivat a *parabolanus*.

BÆLT, mare Balthicum: ita dicitur mare, quod Sueciam, Gothiam, Daniam & illis objecta littora alluit, alias *auſturveg* (a *veg* mare) & *öſterſjön*, *eyſtra ſalt*, & apud Aimoinum *oſtarſalt* nominatum. Communiter a *bælte*, baltheus, nominis origo quæritur, in primis quum conſtet, veteres poëtas, ut docet Verelius, in notis ad cap. 1. Herw. S. mare vocaſſe cingulum terræ, *bælte*, *linda*, *gyrdel* & proverbii loco uſurpatum fuiſſe: *laugur er landa bælte:* mare terræ baltheus eſt. Et hoc ſi accipiatur, nomen *bælt* appellativum potius, quam huic noſtro ab initio proprium fuiſſe, exiſtimari debet. A nobis etiam veteres in Gallia Norrmanni id acceperunt forte, quod altum maris (*le large de la mer*) *balte* appellarint. Teſtem appello Jus vetus Normannicum, cujus particulam exhibet Schilterus in Gloſſ. p. 802. *Et doit len ſavoir, que ce qui eſt treuve en large de la mer, que len appelle balt, doit etre a celui qui le treuue:* ſcire oportet, id quod invenitur in alto, quod nos appellamus *balte*, eſſe ejus, qui invenit. H. Grotius, in Præf. ad ſcriptores Gothicos, docet, *belt* Friſiis notare irruptionem aquarum. Verba ejus hæc ſunt p. 4. "Græci veteres "terrarum eandem (Scandinaviam puta) dixere Baltiam. Ita enim ſcripſere "Xenophon Lampsacenus & Metrodorus, Plinio memorati. Pytheas "enim corrupte Baſiliam extulerat. "Dixere ita terram haud dubie a mare "interiori, quod Balticum Adamus Bremensis ante ſex ferme ſæcula dixit, "eumque ſecuti Helmoldus, Saxo, alii. "Manetque etiam in uſu populari id "nomen in parte, quæ Fioniam Zelan- "diamque interfluit. Eſt autem id no- "men non proprium, ſed commune. "Nam maris irruptionem eo ſignificari, norunt Friſii." Fruſtra adeo eſt Goldastus, qui in Præf. ad Tom. III. Conſt. mare hoc dictum putat a Balthis, Dynaſtis illis Gothicis Jornandi commemoratis. q. d. *ſee der gewaltigen*, ad-

ferens ſimul Athalarici edictum de ſua electione. "Recipite, inquit, "proſperum vobis ſemper nomen A"malorum, regiam proſapiam, Bal"thicum germen, infantiam purpu"ratam, per quos, Deo juvante, pa"rentes noſtri decenter evecti ſunt. Non enim conſtat, Balthicam hanc familiam huc curſum unquam flexiſſe, nedum ut mari huic nomen ex ſe dederit. Ab hiſce omnibus diſcedit Strahlenberg in Deſcr. Ruſſiæ Boreal. p. 326. qui Balthicum mare dictum putat, quaſi *Gualticum*: Ruſſos vero docet, mare Caſpium appellare *Gualinski* i. e. magnum, potens, inſigne. Obſervarunt vero eruditi, veteres locis hiſce ſeptentrionalibus nomina Scythica lubenter addidiſſe, unde etiam ipſum hoc mare aliquando Scythicum audit. Sic noſtros montes Riphæos vocant, Dacas appellant Danos, Boruſſos Livonoſque Græcos, Norrwegiam Noricum, & ſic in aliis.

BÆLTE, cingulum, Isl. *belt*, A. S. id. Dan. *belte*, It. *balteo*, Hiſp. id. Gall. *baudrier*. Latini dum balteum nominant, unam eandemque vocem habere utramque gentem, vel primo intuitu ſtatim apparet: utri vero eandem potiore jure ſibi vindicent, dicere haud proclive eſt, & forſan tutius inceſſerimus, ſi a communi ſtipite utramque oriundam, ſtatuamus. Ceterum id obſervare, operæ pretium eſt, Varronem ipſum balteum pro peregrina voce habuiſſe, & a Tuſcis profectam. Uti vero alias probatum dabimus, pleraque armorum Romanorum nomina Scythicæ eſſe proſapiæ, ita idem etjam de hoc fortaſſis ſtatui poterit, nomenque illi a *båld*, *bælle*, inditum, quum virilitatis ſymbolum fuerit: unde etiam Amazones noſtræ Smolandicæ, ob navatam olim ſtrenuam adverſus Danos operam, liberatamque a præſenti periculo patriam, id honoris & brabei accepiſſe, commemorantur, ut balteo cinctæ incederent, quod privilegium deinde Regia Caroli XI. gratia ipſis confirmatum fuiſſe, tradunt Acta publica. v. Fr. Peringsköldii Præf. ad *Sagubrott om Browalla ſlag*. Alias quippe viris proprium hoc geſtamen erat, ita ut maribus *linda* & *bælte*; feminis vero *gyrdil* cinctui eſſet, ut docent verba Legis Gothl. c. 20. §. 8. *Hwart ſum belſt ſei linda gyrt eþa gyrþlu* i. e. ſive balteum ſive cingulum geſſerint h. e. ſive mares ſive feminæ fuerint. *Spænna bælte* morem notat veterem vitæ prodigorum, qui decertaturi uno eodemque balteo ſeſe induebant, cultros aut breviores gladios in mutua vulnera exſerturi, & ita prohibituri, ne alteruter vivus ſe ſubducere poſſet.

BÆNDA, flectere, curvare, Isl. *benda*. A. S. *bendan*, Angl. *bend*, Gall. *bander*: proprie dicitur de arcu *benda bogan*, tendere arcum. 2. Chron. 18: 22. Deinde quicquid arctat, dicitur *bænda*, ut *klædningen bænder mig*: veſtis me urit: alias præpoſito s *ſpænna* dicimus.

Bændig flexilis.

Obændig, qui flecti nequit, durus, contumax.

BÆNGEL, fuſtis. Germ. *bengel*, a *banga* ferire, percutere.

2. Homo nauci: uti Latini hominem inſulſum ſtipitem, vacerram, caudicem dixere. cfr. *flegel*, *lurk*.

Stockbångel, dicitur Lictoris ſervus. v. *Orſaker till Kon.* Erichs *aflættande* p. 306. edit. Stiernm. in Act. publ. Tom. I. *War med ſtockebænglar bud efter N. N.* Lictores miſſi erant adducturi N. N.

BÆNK, ſcamnum. Isl. *beck*, A. S. *benc*, Al. *panc*, Angl. *bench*, Gall. *banc*, It. *banco*, Gr. B. *πάγκος*, L. B. *bancus*. Wachterus hac voce quamvis eminentiam indicari putat, indeque eſſe, quod ſyrtes & in unum congeſtos arenæ tumulos *ſandbankar* appellemus. Alii ab *abaco* deducunt, quam derivationem neſcio cur adeo ſuggillet Eccardus in Not. ad Leg. Sal. p. 79. ſatius putans, *bænk* derivare a *bock*, caper, cujus figuram refert. v. Junii Etymol. in *shelf*.

Bånkeköp dicitur, quum conjuges inter ſe avita bona emunt venduntve.

Bånkegofwa, donum nuptiale. Ol. Tryggw. S. p. 159.

Bånketing, judicium privatum, illegitimum. Stiernm. Act. publ. T. I. p. 145.

Brudbånk, ſedes honoratior, quam occupat ſponſa cum ſponſo.

BÅR, bacca: A. S. *beria*, unde *vinberian*, uvæ, Al. *peri*, Isl. *ber*, Germ. id. Ulph. *r* in *s* commutato, habet *basja*, unde Matth. 7: 16. *weinabasja*, uvæ. Belgæ *wijnbeſie* acinos appellant. Nomen hoc in genere fructum denotare, egregie monet Wachterus, atque adeo ortum a *bæra*, proferre, gignere. Confirmatur hæc vocabuli genealogia eo, quod frumenti quodvis genus ab A. Saxonibus *bere* appelletur, unde *bereſtor*, *bereern*, area, ubi

teritur

Digitized by Google

teritur frumentum, *berehlaf*, panis hordeaceus. Ulph. *barizeinans hlaibans*, hordeacei panes. v. infra in *Brôd*. Oriuntur hinc varia compoſita *winbær*, *krusbær*, *åkerbær*, & plura, quorum fecundus eſt ſeptentrio noſter.

BÆRA, portare, ferre. Vocem ultimæ antiquitatis eſſe prodit communis ejus per omnes linguas uſus, Gr. *Φέρειν*, Lat. ferre, Ulph. *bairan*, A. S. *bæran*, Al. *beran*, *peran*. Angl. *bear*, Sax. *bæren*, Isl. *bera*, quibus addere liceat Perſicum *borden*. v. WACHTERUS in v.

2. Ferre fructum, *bæra frukt*, id. Hinc *B. B.* L. L. c. 18. §. 4. *bærande træ*, arbor frugifera, Al. *berend baum*, cui opponuntur apud ULPHILAM Luc. 3:9. *bagme unbairandane*, arbores infrugiferæ. *Bærande mark* eſt terra fertilis, *bördig* id.

3. Parere, gignere. De utroque parente uſurpatur apud veteres Alemannos, quod ex TATIANO probat WACHTERUS, quodq; idem de antiqua L. Gothica facili opera demonſtrari poſſet. Sufficiat, unicum adduxiſſe locum, ubi *bæra* de puerpera occurrit. Chron. Rhythm. p. 141.

Hertig Henriks dotter K. Eric bar:

HENRICI Ducis filia ERICUM R. peperit. Nunc apud nos adeo reſtricta eſt vocis ſignificatio, ut non niſi de animantibus & ſpeciatim de vaccis uſurpetur, quum de equabus *föla*, de ovibus *lamma*, de canibus *hwalpa*, de felibus *kiſsla*, de reliquis *yngla* dicatur: hinc *nyburen ko*, vacca, quæ nuper enixa eſt. *Börd* eſt partus *efterbörd*, ſecundinæ, *wælboren*, generoſus, *bördig*, natus, ut *bördig af Danmark*, nativitate Danus, & innumera alia: vide infra in *börd*. Ulph. *bairan*, parere. Luc. 1:57. unde *baura*, natus. Luc. 7:28. nec non *berusjos*, parentes. v. JUN. Gloſſar.

4. Efferre: atque adeo primum ultimumque vitæ humanæ actum deſignat. *Han ær buden, att bæra*, invitatus eſt ad efferendum funus. Hinc *bår*, feretrum, A. S. *bær*, Al. *para*, Angl. *beer*, Gall. *biere*. HERODOTUS L. 2: c. 26. docet, Ægyptios *barin* appellaſſe cymbam, qua mortui efferuntur. *Bærare* dicuntur, qui mortuos efferunt, Angl. *bearers*.

5. Ferre, ducere, de via uſurpatum, *wægen bær tit*, eo fert via. *Jag ær lika nögd, hwart thet bær*: parum moror, quo fata duxerint.

6. Accidere. *Thet bar ſå till*, tulit ita occaſio. Belgæ dicunt *gebeuren*. HEIMS KR. T. 2. p. 278. *Sagdi han þa ſinum ſelagum, huad fyrir han haf þi borit*: narravit ſociis ſuis, quid illi acciderit. NORRSKA HIRDSKRÅ p. 290. *En ſo illa kan bieras*: ſi adeo infeliciter ceciderit. Sic TATIANUS c. 224. 2. *ſi ſprahun ſon then allen thiu thar giburitun*: locuti ſunt de omnibus, quæ acciderant.

7. Inſectari. *Bæra på en med ſkælsord*, aliquem maledictis inceſſere: dicimus quoque *bæra hænder på en*: verberare aliquem.

8. Se gerere. *Han bær ſig væl, illa åt*: Bene, male ſe gerit. Hinc *åtbærd*, geſtus, de quo antea.

BÆRJA, ferire, pugnare. Isl. *beria*, ferire, & *berjaſt* pugnare. CHRON. RHYTHM. p. 253.

Ther war ej godt mote bærja:

Difficile erat, adverſum pugnare.

KON. STYRILS. p. 185. *bætre ær bærjaſt, æn tula bade blygd ok ſkada*: præſtat dimicare, quam cum infamia damnum tolerare. *Bæriaſt a ſkioldu*. OL. S. c. 112. eſt concuſſis ſcutis diſſenſum profiteri: hoc quippe indicio veteres Septentrionales animi ſenſa prodidiſſe, commemorat C. TACITUS. In literis BRYNOLPHI Epiſc. Scarenſ. ad fin. LEG. WESTG. ſcribitur *biargha*: *Hwar ſum biarghis um Paſca dag*, qui verbera dederit die paſchatos. L. B. *bordiare* notat decurrere, vel, ut non antiquiore verbo dicitur, torniare, pugnam imaginariam ciere, ut ſolebant in haſtiludiis. In aliis cognatis dialectis hanc vocem non memini me invenire, niſi huc referre volueris Lat. *ferio*, uti certe referri debet: Vix enim aliæ ſunt literæ, quæ crebrius vices alternent, quam *b* & *f*, ut alibi monſtravimus. cfr. etiam WACHTERUS in v. *barten*.

2. Triturare. JUDIC. 6: *bærja hweite af halme*: triticum culmo excutere. GOTL. L. c. 3. §. 2. *Et tiunt ai ſei berþ*, quod fruges decimis deſtinatæ non ſint trituratæ. Angli Boreales *to berry*. J. RAYS Collection. p. 6.

BARDAGA, prælium, Isl. *bardagi*. *Betri er bardaga vinar, en blida uvinar*, meliores ſunt amicorum contentiones, quam inimicorum blanditiæ. *Bardagamadur*, præliator. *Dag* eſt terminatio, cujus plura exempla dabimus in v. *dag*.

BARATTA id. ab *æga*, *atte*, quod inter alia notat contendere, ut ſupra docuimus. *Fuſir til baratto*, promtus ad certa-

certamina. Verel. Itali Gothicam vocem nondum dedidicere, utpote qui *baratta* pro pugna uſurpant. Apud Anglos *baratter* notat vitilitigatorem, & *baret* in quibusdam Britanniæ partibus contentionem. v. Jun. Etymol.

BÆRNING, merx. Chron. Rhythm. p. 178.

Hwar köpman efter ſin berning fara,
Quisque mercatorum merces ſuas petitum it.

Varie vox hæc ſcribitur in veterum monumentis, *væring* in Leg. Birc. c. 6. *varning* apud Islandos. Heims Kr. T. 1. p. 343. *Skrælingia baru ſin varning brott:* Skrælingi merces ſuas abſtulerunt. Radix vocis eſt *veria* mercari, unde *veria varu ſinni*, mercem ſuam divendere: *veria badir or einum ſiod*, ſi ambo ex una crumena mercaturam exerceant. Verel. in Ind.

2. *Bärning* & *Bärgning* uſurpatur pro nutrimento, a *berga*, paſci, Chron. Rhythm. p. 449. & alibi ſæpius.

BÆSING, collis. Westg. L. *Bard. B.* c. 7. *Flytia up a bæſing*, in collem deducat.

BÆTTRE, melior, melius. Comparativus ab inuſitato *bas* vel *bat*, bonus, auctore Wachtero in Gloſſ. p. 158. Ulph. *batizo*, Isl. *bettri*, A. S. *betere*, Al. *bezir*, *pezir*, Germ. *beſſer*, Angl. *better*. Singulare eſt fatum hujus comparativi, quod in enumeratis dialectis poſitivum ſuum, ut vocant Grammatici, amiſerit, quodque idem, quaſi ex compoſito, acciderit Linguæ Latinæ nec non Græcæ, quæ per omnes gradus Scythico ſermoni conſentanea eſt: quid enim magis harmonicum eſſe poterit, quam Suet. *god*, *bættre*, *bæſt*, & Gr. ἀγαθὸς, βέλτερος, βέλτιςος, ſi λ medium tantum omittatur. Perſæ, quod docent ejus Linguæ periti, *bibter* dicunt, cui fuerint, qui Latinum *potior* addendum voluerint.

2. Plus, ut dum dicimus *upp bættre*, altius, *bit bættre*, propius huc, Isl. *hingad betur*, quod extat 1. Sam. 20. Iidem Islandi dicunt: *Tuſen en ſem betur* i. e. mille & quinque amplius vel 1005. Sic Goliatus deſcribitur, quod fuerit *Sex alna haar og þuerrar hendur betur:* ſex ulnas altus & ſpithamam amplius. Chron. Rhythm. p. 428.

Biſkop Sigge hade 100. och än båder.
Siggo Ep. centum milites habebat, & plures.

3. Carius, ut quod ob pretium ſuum melius. Leg. Birc. *atergiſwa allt þet arfſit var bættre en lanit:* reddere quantum prædium commodato carius eſt, vel interpretium agri.

Bættra, meliorem reddere, emendare. A. S. *beterian*, Germ. *beſſern*. *Bættra ſig*, ſeſe emendare. *Bættras* quoque uſurpatur de valetudine. *Han börjar att bættras*, incipit, ei melius eſſe. *Bættring*, emendatio.

2. Ut emendare in Legibus Salicis, Wiſigothicis aliisque notat mulctam pendere, ita *bættra* in noſtris pandectis hoc ſenſu ſæpe occurrit: Lex Goth. Germ. p. 10. *ſo betere men eme XL. mark*, mulctam ei pendat XL. marcarum. v. infra in *böta*.

Bæst optimus. Ulph. *batiſta*, A. S. *beteſt*, *beſt*, Al. *bezziſto*, Belg. *beſt*, Angl. id.

BÅDE, ambo, vox antiquiſſima, aut potius voces: revera enim duæ heic adſunt, quas uſus & loquentium auctoritas in unam contraxit. Nos eas ſeparatim conſideremus. Prima itaque eſt *bå* vel *bo* numerum binarium denotans. Occurrit ſimplex hoc in Lingua Mœſogothica *bai*, Luc. 6: 39. *Bai in dalga driuſon*, ambo in foveam cadunt, & item *ba*, Luc. 1: 6. *Veſun garaitha ba:* erant juſti ambo. Accepta huic radici Latinitas refert *bis*, *bini* & inde oriunda, fortaſſis etiam poſteriorem partem vocis *ambo*: Cujus ulteriori explicationi ſi unam alteramve lineolam impendero, quod graviſſime de me judicari poterit, id erit, quod ubique occaſionem quæram ex Gothica Linguam Romanam illuſtrandi. Sed qui id arguunt, non meminere, fidem me non facturum, atque adeo veritati defuturum, niſi crebriora exempla afferam. Notum eſt iis, qui in Latio penitus hoſpites non ſunt, inter ambo & uterque id eſſe diſcriminis, quod illud denotet duorum conjunctam operam hoc diviſam. Ita dum ambo ædificant ædes, laborem impenſasque conferunt in unas extruendas, dum uterque, quisque ſuas ſibi erigit. Videor itaque mihi videre, ambo eſſe compoſitum ab illo *bo*, quod jam cognoſcimus, & *am*, particula in noſtra L. inſeparabili, reſpondente Latino *con*, atque æqualitatem, vel etiam, ut ita dicam, identitatem ſignificante: e. g. *æmchriſten*, A. S. *emmechriſten*, hodie *jæmchriſten* i. e. conchriſtianus, ſi ficto vocabulo uti liceat. Cfr. ὁμῶ, ſimul & ἅμα, ſimulac. *Ambo* itaque absque ullis anfractibus ad ductum Linguæ Gothicæ notat duos ſimul ſumtos. Græci

bo

Digitized by Google

bo illud durius pronunciant *ἄμφω*, ſed voce tamen non diverſa, id quod parallelifmus ceterarum Linguarum condocet. Quod jam ad ultimam ſyllabam noſtri *både* attinet, non quidem adeo refragabor illis, qui eam pro nuda terminatione habuerint; ſed quod me tamen, ut in alia abirem, permovit, fuit, quod reperiam in L. Mœſogothica *ba tho*, Luc. 5:7. *gafullidedun ba tho ſkipa*, impleverunt ambas naviculas: hic autem duo eſſe vocabula, docuit me caſus eorundem obliquus *bajothum*, ambobus, MATTH. 9: 11.: ubi ſi tantum unica vox eſſet, diceremus, eam contra linguæ Gothicæ genium ad finem non ſolum, ſed etiam in medio flecti. Si jam hisce veſtigiis ulterius inſiſtamus, reperiemus in L. Angloſax. *butu*, *butwu*, *batwo*: quæ manifeſte monſtrant, poſteriorem vocabuli partem eſſe *twå*, duo. Poſſumus autem, in hac voce tanquam in ſpeculo fata perſpicere ceterarum, & quam diverſimode in eas vim ſuam tempus exerceat. Ab Angloſaxonico enim *batwa* Alemanni *bedu, beidu* fecerunt, Angli brevitatis ſtudioſiores poſterioris vocis non niſi primam literulam retinuerunt *both*, interea tamen *both* & *bedu* una eademque vox ſunt. Obverti huic etymologiæ poterit, quod ita duæ voces ſynonymicæ conjungantur; ſed hoc non raro fieri, alibi obſervabimus, immo hodieque in eadem voce uſu venit; nihil quippe frequentius in ore noſtratium eſt, quam *både twå* OSTG. L. *Kon. B.* c. 19. *Både tweggia*, Isl. *bade twiggia*: Itali *ambe due* hodieque uſurpant.

BÅDE, ſimul, æque. *Han kan både læſa och ſkrifwa*: legere ſimul ac ſcribere novit. Ita Alem. *bethiu ubila endi guoda*, tam bona, quam mala. Angl. *both good and bad*. v. HICKESII Gram. Theot. p. 80.

BÆGGE eſt genetivus plur. vocis *både*, perinde ac *twægge* & *trægge*, de quibus v. in *twå* & *tre*. Anglo-Saxones *begen* etiam in caſu recto uſurpant. Luc 6: 39. *bu ne feallath begen on þæne pytt*: ne ambo decidant in puteum. Nos ſi noſtri idiomatis genium ſequi velimus, dicemus *bægge bröderna*, fratris utriusque, & *både bröderna*, ambo fratres.

BÅK, ſtrues in ſummis montibus congeſta, cui ad adventum hoſtium ignis olim ſubdebatur, ut admonita vicinia arma caperet. A. S. *beacn* proprie ſignum notat, unde *beacnian*, annuere, *herebeacn*, pharus, v. Gloſſarium ÆLFRICI p. 69. Dani *bakn* dicunt, ut me docet DANSKE MAGAZIN, P. 58. p. 320. Alio nomine apud nos dicitur *wete*, *kaſe*. Hodie *båk* & *fyrbåk* audit ſubſtructio illa, quæ noctu ſuo lumine navigantium curſum dirigit, pharus.

In Lege Weſtmannica *bakn* notat inſidiarum genus feris poſitum. *B. B.* c. 19. *Giör bakn eller ſæter ſlatu*, quod in HELS. L. *Wid. B.* c. 8. dicitur *baſa*, ubi tamen alii codices habent *bod*.

BÅL, rogus. *I båle brenna*, ſupplicii genus eſt in Legibus noſtris occurrens, quo noxii ultricibus flammis comburendi dedebantur. A. S. *beel*, *bæl*, id. Scotis *bele* eſt ſignum igne datum e nave prætoria. Alemanni *puol* acervum vocant, unde NOTKERUS Ps. 59:9. acervum teſtimonii vertit *puol urchundis*: & hinc acervus ille lignorum, cui ignis ſubjiciendus, *bål* vocari facile potuit. Habemus etiam in L. Islandica, etiamſi a Lexicographis omiſſum *bæla*, urere, WILK. S. Mſcr. c. 14. *Kommer han i Wilkina land, oc brænner och bæler*. Venit in terram Wilkinorum, ibique omnia urit, pro quo Hiſtoria STURLÖGI habet *brænna oc bræla* p. 55, 74. quod quam proxime accedit ad Gall. *bruler*.

BÅL, ingens, inſane magnus: vox ut ut in ſcriptis veterum non facile invenienda, vulgo tamen uſitata viget, inprimis circa metropolin. Ceterum extant voces hinc haud dubie oriundæ, *bålyxa* vel *bolyxa*, ſecuris major. SUDERM. L. *B. B.* c. 17. cfr. *polyxa* in CHRON. RHYTHM. p. 422. ubi notat ſecurem bellicam. Germ. *polleſche* v. Gloſſar. Chaucicum in Collect. Etymol. LEIBNITII p. 49. *bolverkr*, qui grandes labores ſuſcipit, *bolgeting* veſpa major. Quæ heic recenſui, derivata ſuadere videntur, ut radix ipſa *bol* potius quam *bål* ſcribatur.

BÅLA, mugire. Isl. *baula* & *belja*. JOB. 6. *Nauted beliar ecki; nar þat hefur ſit fodur*: bos non mugit, ubi pabulum habet. A. S. *bellan*, Ang. *bellow* & *bawle*, Germ. *bolken*, Lat. *balare*.

BÅLL, pila luſoria, Gr. *πάλλα* apud HESYCHIUM, qui etiam *παλίζεσθαι* explicat *σφαιρίζειν*, ludere pila. C. B. *pel*, Belg. *ball*, Gall. *bale*, Ital. *balla*, Isl. *bollur*, unde *bollur jardarinnar*, globus terræ, Germ. *erdball*. FESTUS obſervat, *pollire* idem eſſe, ac pila ludere: *polæ* autem aut *polulæ* erant pilæ genus

Digitized by Google

nus ex aluta molli tomento farcta, quo datatim in foro ludebant. v. Becmanni Orig. L. Lat. p. 877. Wachterus *båll* a *πολεῖν*, vertere derivat, Gudm. Andreæ ab Isl. *bella*, cum crepitu collidi.

BÅNG, ſonitus, tumultus. *Buller och bång*, ſonitus & tumultus, proprie talis, qui pulſando cietur, ab Isl. *banga* vel *banka*, pulſare, Germ. *bocken*. Hinc Ostg. L. *Arfd. B.* c. 8. §. 1. *aſla barn i bruti ok bangi*, dicitur de violenter compreſſis, quum concipiunt ſub lucta & certamine.

Bångstyrig, contumax, ut eſſe ſolent animalia jugi impatientia. Islandi dicunt *baldſtirrugr*, a *bald*, vis & *ſtyr* ferox, item prælium, ut notet eum, qui vi obluctatur. Saxones habent *ballſtürrig*, quod Auctor Idiotici Hamburgenſis p. 8. deducit a *bald*, cito & *ſtörrig*, contumax, Grammius vero a *balgen*, duello congredi, unde *balgere*, pugnator.

BÅR, omne inſtrumentum portandi, geſtatorium, unde *roſsbår*, lectica: *jordbår*, inſtrumentum vimineum vel ligneum, quo terra portatur.

2. Feretrum, quo mortui efferuntur, de quo ſupra in voce *bæra*, unde ambo oriuntur.

BE, particula inſeparabilis, tam verbis quam nominibus præponi ſolita. Ulph. *bi*, A. S. *be*, Al. *bi*, *pi*. Significat fere ad, in, con, ut *betæncka*, conſiderare, *bewilja*, concedere.

2. Ex, a: *betaga*, eximere.

Sunt fere peregrina & per Germanos huc advecta illa vocabula, quæ hanc præpoſitionem præferunt, ſed ita tamen ut in ſcriptis medii ævi non penitus inuſitata ſint; ita apud Islandos occurrit *bitala*, & *betwinga* in Hiſt. Alexandri M. exarata tempore Magni Smek: prætereo alia.

BECK, pix. Ant. *pick*. Hiſt. Alex. Magni & Chron. Rhythm. Had. p. 450. Gr. *πίσσα*, *πίττα*, Lat. *pix*. Camb. *pyg*, Arm. *pec*, A. S. *pic*, Al. *peh*, Isl. *bik*, Belg. *pek*, *pik*, Angl. *pitch*, Gall. *poix*.

BEDJA, petere. Ant. *bidia*. Ostg. L. *Gipt. B. Then bidhær, ſum thorf, ok hin giver, ſum hawer:* ille petit, qui opus habet, & alter dat, qui habet. Ulph. *bidjan*. A. S. *biddan*, Angl. vet. *bidden*. v. Junii Etymol. Al. *pittan*, Germ. *bitten*: a Lat. *peto*, Gr. *πείθω*, perſuadeo, peto.

Bedas, verbum reciprocum, pro *bedja ſig*. Luc. 11: 11. *bedes brbd*; petit panem. Speciatim 2. Marc. 1: 14. *bedas till en* notat procari:

Bidlare, qui circumit, eleemoſynam pauperibus colligens. It. *pitocco*, mendicus, Germ. *bettler*. Ulph. *bidagva*, Suet. ant. *biddare*. Kon. Styr. p. 88. *En biddare bad han ſik nokot giwa:* mendicus ab eo petiit munus.

BEDRAGA, decipere, Germ. *betriegen*, Belg. *betrecken*, Al. *bitrauc*, fefellit, in Gloſſ. Boxhornii. Otfr. Lib. I. c. 22, 34.

So uurtun ſiu bidroginu
Ita illi decipiebantur.

Angl. *betray*: quod ortum videtur a Gallico *trahir*, prodere, unde *traitre* proditor, It. *traditore*. Wachterus vero radicem ponit, Al. *trug*, dolus, quæ duæ opiniones facili opera forte conciliari poterunt, quum vel a trahendo *trug* fieri potuerit, vel etiam veteres exprimere voluerint Latinum ſeduco, quod cadente Latinitate pro decipere uſitatum eſſe, novimus, quo eodem ſenſu etiam *trabere* ſeculis barbaris adhibitum videmus. Lex Salica Tit. 14. *Si puer Regis vel litus ingenuam feminam traxerit.* Marculfus L. II. form. 16. *Si ſervus ingenuam trahit.* Videatur Eccardus ad l. c. Legis Salicæ. Salmasius in Præfatione Libri de homon. hyles Iatrices obſervat, *drog* Perſis etiam fraudem, impoſturam notare. Adde, quæ ad v. *draga* infra ſumus allaturi.

Bedrågeri, dolus, ant. *bedreeg*. v. Acta publica Hadorphii, ſubjuncta Chron. Rhythm. p. 127.

BEDRÖFWA, dolore afficere: proprie notat animum perturbare, a ſimplici ſed jam inuſitato *dröfwa*, turbare. Kon. Styr. p. 111. *Ofdryckia dröfwe manzens ſkiæl ok hans hjerna:* ebrietas turbat rationem & cerebrum hominis. ib. p. 192. *Dröfwe hans gods ælla konungsligan rætt:* turbet opes ejus aut jus regale. Ulph. *draiban* & *drobjan*, turbare, unde *indrobnoda ahmin*, turbatus eſt ſpiritu. A. S. *drefan*, Al. *truoben*. Apud Keronem *kitruabat*, perturbat. v. Palthenius ad Tatianum p. 282. & Schilterus in v. *trego*, dolor, ubi ex Somnero obſervat, *throwjan* A. S. notare pati. Agnoſcimus in omnibus Lat. *turbare* & Græc. *θορυβεῖν*.

BEDYRA, aſſeverare, ſancte affirmare. Germ. *beteuren* a *teur*, Suet. *dyr*, ſanctus, quod vide.

BEDRIFWA, perducere. *Han har bedrif-*

Digitized by Google

driſwit ſaken ther hæn, eo rem perduxit. v. ſimplex *driſwa*.

2. Committere *bedriſwa hor*, committere adulterium. Isl. *drygia* dicunt, ut *drygia vilja ſina*, voluntatem ſuam explere, *drygia hor*, adulterium committere: videtur hoc itaque a priore origine diverſum eſſe.

BEFALLA, commendare. Germ. *befehlen*. In Lingva vet. Gothica & Islandica habemus ſimplex *fela*, *fala*, id. LANDNAM. S. p. 10. *þorkel mane let bera ſig i ſolargeiſla i helſot ſinne, ok fal ſig a hendur þem Gude, er ſolena hafde ſkapat:* Thorkellus Mane moribundus in apricum ferri voluit, ei Deo ſe commendans, qui ſolem creaverit. OL. TRYGGW. S. p. 110. *og han fal ſik a hendi allwalldanda Gudi:* commendavit ſe omnipotenti Deo. HEIMS KR. T. 1. p. 779. *vil ec fela a hendur þier alt mitt raþ*: tibi commendabo omne conſilium meum. In Lingua Mœſogothica habemus *anafilhan* MARC. 12, 1. *anafalh ina vaurstvjam*, & tradidit eam (vineam) agricolis. Exſtat etiam ſimplex *filhan* in Codice Argenteo, ſed ſenſu paululum a primitivo deflectente: hoc enim, uti etiam *gafilhan*, *usfilhan*, notant terræ commendare vel ſepelire: unde factum eſſe, eleganter obſervat Reverendiſſimus BENZELIUS ad editionem ULPHILÆ recentiſſimam, p. 262. ut ſequioribus Latinis commendare idem ſit, ac ſepelire; inque rei fidem adducit duo loca ex ADAMO BREMENSI, Hiſt. Eccl. Alter eſt L. 1. c. 31. ubi de ANSCHARIO dicitur, *eodem die, quo commendatus eſt*. Alter c. 46. citati libri, *in baſilica* S. MICHAELIS *commendatus eſt*. cfr. JUNIUS in Gloſſ. Ulph. p. 161. & LYE ad l. c. Alemanni ſenſu tam proprio, quam metaphorico *biuilan*, *biſelan*, *piſelahan* uſurpant, ut TATIANUS c. 208. v. 6. *Fater in thine hanton biuila ih minan geiſt:* Pater in tuas manus committo ſpiritum meum. Pro actu ſepeliendi occurrit etiam apud NOTKERUM, Ps. 7: 16. *Sie indeta die gruoba, dar ſie Chriſtum biſellen uuolta*, quem locum SCHILTERUS in Gloſſario p. 95. vertit, aperuit foveam, in quam Chriſtum detrudere voluit. Sed monſtrant ante allata, de ſepultura vocem heic intelligendam eſſe. Hæc, quæ adduximus, ſatis probant, ad originem propius nos acceſſuros, ſi *befala*, non *befalla* ſcribamus, uti quoque id in ſcriptis medii ævi ſemper fere factum, videre licet.

2. Jubere, Isl. *biſala*. 1. MACC. 9. *Eg beſ optſinnes ydur truliga biſalat:* ego ſæpe vobis in mandatis bona fide dedi. Quæ ſignificatio jam, extrita fere priore, obtinet: unde *befallning* juſſus, mandatum, *befallningsman* officiarius publicus, per quem imperans jubet & agenda præcipit, aut cui provinciam commendavit. Nunc ad viliora munera translatus eſt hic titulus, ita ut actor privatus, vel prædii alicujus curator hoc nomine compelletur. *Anbefalla*, commendare, jubere.

BEFARA, timere, a ſimplici *fara*, id. quod vide.

BEFATTA, ſeſe rei alicui immiſcere. *Thenna ſaken befattar jag mig ej med:* hanc rem meam non facio, illi me non immiſceo: a *fatta* accipere. Vocem vero, niſi in recentioribus ſcriptis, me videre, non memini.

BEFÆNGD, obſeſſus, dicitur de Dæmoniacis, a *få*, *fånga*, comprehendere, Alem. *biſangan*. id. TAT. c. 22. v. 2. *mit uuizziudemo biſangane* i. e. tormentis comprehenſus, idem c. 29: 8. *forhta beſieng inan*, timor occupaverat vel circumdederat eum, ut verſu ſuperiore dicitur, *biſiengun ſiſco ginubtſama menigi*, concluſerunt piſcium copioſam multitudinem.

BEFÆSTA, ſtabilire, item communire, a *faſt* firmus.

BEFOGAD, perſona, ut dicitur, competens, vel qui jus habet. Verbum inter nova numerandum. *Finna ſig befogad*, ſuarum partium credere, v. in *fog*.

BEFORDRA, promovere, provehere. Germ. *befordern*. v. in *fordra*.

BEFRYNDA, affinitatem jungere: a *frænde*, affinis, Germ. *freund*, amicus, it. neceſſarius. v. WACHTERUS in voce. *Befrynda ſig med nâgon*, affinitate cum aliquo jungi.

2. Uſurpatur de matrimonio, tanquam neceſſitudine contracta inter maritum & feminam. *Befrynda en huſtru*, GEN. 34: 9. uxorem ducere. LUTH. *ſich befreunden*.

BEFWER, caſtor, Isl. *bior* & *bifr*, Al. *pipar*, Germ. *biber*, Angl. *beaver*, Gall. *bievre*, *biſre*, It. *bivaro* & Lat. *fiber*, qui unde dicatur poſt VARRONEM docent Etymologi noſtri. L. B. *veber*. SCHOLIASTES JUVENALIS ad Sat. 12.

bebrum

lebrum appellat. v. Voſſii Etymol. in v. *Caſtor.*

• Bæfwergæll, teſticuli caſtoris, quos pro medicamino uſurpant Galeni filii. Germ. *bibergeil*, quod a *geil*, teſticulus, oriri docet Wachterus, p. 544. C. B. *ceill.* & Græc. κολεὸς, id. v. infra in *gåll.*

BEGABBA, irridere, Iſl. *gabba*, irridere, illudere. Gudm. Andr. *gabb*, illuſio. A. S. *gabban*, deridere, unde Angl. *gabber*, nugari, jocari. Gall. *gaber.* It. *gabbare.* Apud Isidorum *gabarus* explicatur inſulſus, barbarus. Armorice *goap*, irriſio, *goapat*, irridere. v. infra in *gabba.*

BEGARE, poculum, Iſl. *bikar*, Germ. *becker*, Belg. *beker*, It. *bicchiere*, Gr. inf. βεικάριον, L. B. *biccarium*, *becarium*, *baccharium.* Qui ſtudium Etymologicum aliquo in numero habent, hac voce vel potius diverſiſſimis de ea opinionibus, tam parum offendi debent, quam aliis diſciplinis fraudi non eſt, id habere, quod audacibus ingeniis campum aperuerit. Ceterum ſive id caſu accidit, ſive pocula tanquam lætitiæ datores præcipuæ curæ fuere Criticis, ſolito plures de hac voce conjecturas invenio, & undecunque petitas. Nonnulli primas deferunt Ebræo בקבוק, *bakbuk*, urceus. Alii commodius arbitrantur Gr. βῖκος, quod apud Athenæum notat poculum, unde diminutivum βικίον & βικίδιον, alii porro Lat. *bacar*, quod apud Festum eſt vas vinarium, unde *bacrio*, hoc eſt *trulla*, vel *vas*, ut ait, *longioris manubrii.* Quum cornua animalium ſolenniora fuerint propinandi inſtrumenta, a βῆκα, cornua, *bekare* facile fieri potuiſſe, conjicit Oct. Ferrarius, ne quid de iis dicam, qui ipſum Bacchum, ut vini, ita & nominis hujus auctorem fuiſſe ſtatuunt. Alii denique, non absque injuria eam dicam majoribus noſtris vicinisque, certe non omnium maxime abſtemiis, impingi credentes, quod aliunde diſcere, neceſſum habuerint, quid nominis id haberet, quod diurna nocturnaque manu tenerent; jure poſtliminii hanc vocem ſeptentrioni aſſeruere, ſed id non una ratione. Wachterus optionem relinquit, utrum *becker* a *bauk* venter deducere malis, quum crater ſit vas alveatum, (cfr. Iſl. *baukr*, id. Gudm. Andr. Lex. Iſl. p. 25.) an vero a *back*, linter, ut ſolent ſcyphorum navigiorumque nomina varie confundi. e. g. ſcapha, ſcyphus; cymba, cymbium, cui forte addideris *batiola* apud Nonium & Plautum, vas potorium, collatum cum *båt*, navigiolum. cfr. Macrobii Saturn. L. 5. c. 21. Otto Sperling in not. ad Teſt. Absol. p. 132. nos credere jubet, *begare* ortum eſſe a *back*, vas majus, apud Saxones & Belgas, & hoc a *beck*, rivus, quum vaſa inventa ſint non in uſum lætitiæ, quod ait Horatius, ſed ad hauriendam aquam. Ego hoc poculi genus nobis ſaltem Suiogothis peregrinum eſſe, utique credo, quum in antiquis legibus & patriæ hiſtoriis *bollar* & *djurshorn* in re convivali, non *bikare* nominentur, atque adeo meum non ſit, inter tot diſſentientes arbitrum agere. Extat tamen *bikare* alio ſenſu in L. L. *Bygg. B.* c. 39. §. 3. ubi de examine apum agitur. *Gånger man med bland eller bikare i annars ſkoge*, quod Loccenius interpretatur: ſi quis ponat vaſculum aqua & melle mixtis repletum in aliena ſilua ad ineſcandas apes. Verelius in Ind. *bikar* vertit alveus apum, a *bi*, apes, & *kar*, vas. Ego vero inſtrumentum æreum vel aheneum eo intelligi puto, quod pulſant, qui apum examina inſectantur: phraſes enim *fara*, *gånga med bikare* neutrum priorum ſignificationum admittere videntur. Occurrit in citato loco legis Christoph. participium *bikadr*, quod nihil aliud eſſe arbitror, quam ejusmodi vaſculorum pulſu in alveare compulſum examen.

BEGÆRA, deſiderare. Belg. *begeren*, Germ. *begeren.* Ab Al. *geron*, *keron* id. Iſl. *girnaſt*: v. infra in *gerna.* Scriberetur haud dubie *begera*, ſi vellet uſus.

2. Petere, quum deſideria noſtra in preces ſeſe fere effundant. Derivata utroque trahunt: nam *begær* eſt deſiderium, *begærlig* deſiderabilis, *begirig*, cupidus & *begæran*, preces. Ab hac radice ſuſpicor, *beghardos* vel *begardos* dictos fuiſſe illos ſeculi XIV. hæreticos, qui cibaria mendicantes obambulabant. Angl. *begge*, mendicare. Hiſpani mendicum hodieque *piccareo* dicunt, & *piccarear*, mendicare, voce haud dubie a Gothis in eorum regione relicta. Apud nos mendicare honeſtiore vocabulo *begæra* etiamnum appellatur.

BEGÅ, verbum derivativum a *gå ire*, pro cujus vario ſignificatu etiam

Digitized by Google

etiam vario ſignificatu occurrit, ut:

1. Inire fœdus, paciſci. *Oſs emellan ær ſå begått*, inter nos ita convenit.

2. Valere. *Han begår ſig væl*, res ſuas bene agit.

3. Committere. *Begå dråp*, committere cædem.

4. Exſequias ſolennes ire. *Hiſt.* Alex. M.

Han lot ſin fader wæl begånga,
Patri honeſtas ivit exſequias.

Chron. Rhythm. *min. p. 236.*

Marſkin lot henne ther begå
Med munka ok præſta, han mæſt kunde ſå.
Mareſchallus ejus funus duxit
Cum comitatu quam plurium monachorum & ſacerdotum.

Nomen hocce a frequente comitatu hominum, hymnos cantantium & cereos præferentium, originem habere nemo non videt; atque indidem eſſe, quod *gånges eptir man* in Jure Gothl. *c. 1: 20.* efferri ſignificet, quum ſub Papatu hujusmodi proceſſiones magnam divini cultus partem conſtituere, crederentur; cfr. Isl. *leizla*, id. a *leida*, comitari vel a *leid*, tumulus. Asmunds S. *p. 22.* Hinc *begångelſe*, exſequiæ, pompa funebris a ſuperiori *begå*, comitari. Dicebantur ita quoque ſacra anniverſaria, quæ ſupra tumulum alicujus defuncti fiebant. *v.* Dikmams *Ant. Eccl. p. 209.* & Grams *Spec. uſus L. Angloſax. p. 176.*

5. Notat colere. A. S. *began*, id. unde *bigenga*, cultor, & apud Tatianum, *c. 167:* 1. *accarbigengiro*, agricola. Hinc eſt, quod hodie dicamus, *begå en högtid*, celebrare feſtum. *Begå Herrans nattvard*, ſacram ſynaxin frequentare, ex cultu illo externo, qui hujus ſacramenti ſymbolis in Papatu exhibebatur.

BEGIFWA, concedere, deſiſtere, a *gifwa*. *Han begaf ſig ifrån ſin talan.* Poſtulato ſuo ceſſit. *Hiſt.* Alex. M. Rhythm. *Nu begifwer jak alla mina tröſt.* Jam omni ſpe decidi.

2. Aliquo concedere *Begifwa ſig på reſan:* iter ſuſcipere.

3. Imperſonaliter poſitum notat accidere. *Thet begaf ſig.* Uſurpatur ſimplex *gifwa* non diſſimili ſignificatione in *Skånel.* p. m. 64. *Man with ey för, hwr lythæ wil gifwes:* ſciri in anteceſſum non poteſt, quid vulneribus accidat, vel quem eventum ſint habitura. Sic Isl. *gifaſt* idem non raro eſt, ac accidere. Olavi Trygov. Hiſt. Ed. Skalh. Part. 2. p. 304. *At þui gafſt, ſem hun ſagdi:* accidit, uti dicebat.

BEGRAFWA, ſepelire: a ſimplici *grafwa*, fodere, quod vide.

2. Inſculpere. *Hiſt.* Alex. M.

Thet ſingurgullit hiolt i ſik en ædla ſten,
Dyrlika begrafwen mycket ren.
Annulus diſtinctus fuit gemma
Mira arte inſculpta, & oppido pura.

Conf. Gall. *graver*, id.

BEGRUNDA, conſiderare. Kong Waldemars *Förſkrifning på Skåne* de anno 1341. p. 21. *Epther thet wi begrundat hafwe then troſkap och manſkap*, quoniam conſideravimus fidem illam & virtutem, quam &c. a *grund*, ſententia, quod ſuo loco quærendum.

BEGYNNA, incipere. Ulph. *duginnan* & *ufginnan* Luc. *III: 23.* ſi Mareschallum audimus ad *b. l.* ſed vide tamen notas Erici Benzelii & *cfr.* Ulph. Illustratum ad *b. l.* A. S. *beginnan*, *aginnan*, *ogynnan*. Al. *beginnen* & *anageng*, initium. Angl. *begin*. Germ. *beginnen*. Oſtendit Wachterus *Gloſs. p. 590.* *gynnan* Anglo-Saxonibus notaſſe incipere. Al. id. unde *gonda* apud Tatianum. c. 155: 2. *gonda tuuahhan fuozzi*, incepit lavare pedes: quæ facta putat a ſimpliciori Islandico *inna*, incipere. Ceterum Junius non improbabili conjectura *gynna* & *begynna* refert ad A. S. *ganga*, *gan*, ire, ut ſit mera verſio vocis Lat. ingredi, prout incipere notat, perinde ac in eodem Latio initium ab ineundo dicitur. Nos *ingång* habemus eadem metaphora, ab *ingå*, incipere. Alemanni pro *g* interdum *k* ponunt, *pikinnet*, incipit, *anakin*, initium. Inter cogitandum, quam abſona ſint, quæ veteres Grammatici Latini de vocula *inchoo* afferunt, quamque infelici conamine illam a chaos derivent, ſuſpicari ſubiit, eam forte Gothicam eſſe, inprimis quum Scaurus aliique veterum aperte præ ſe ferant, illam videri, peregrini quid habere. *Inchoo* certe & *ingå* non niſi exiguo labiorum motu differunt.

Begynnelse, initium.

BEHAGA, placere. Sax. *Högen*, delectare (*v.* Stadenius in Voc. Bibl. *p. 313.* & Idiot. Hamb. *p. 96.*) quod forte originem ducit ab Isl. *hagur*, pulcer, commodus. v. *Index* Salani ad *Hiſtoriam* Egilli. *þat hagar mier:* id mihi placet. Gudm. Andreæ. *p. 104.* *Lex. Isl.* *hag*, gratia. *Hiſt.* Alex. M.

Hag war them gawom ænſte fals:
Gratia non deerat his donis.

Behag, quod alicui placet. *Thet war ej bonom till behag:* id ei non placuit.

Behagelig, qui placuit, placitus.

BEHÆNDIG, dexter, agilis. Ab *hand* manus, dexteritatis ſolito inſtrumento. Dicitur etiam *handig*. Isl. *hentig*. Sturlögers S. *Hentig hud ad ſpenna:* pulcra cutis tractatu. Aliud eſt *behend*, cito. Germ. *behend*, cito: in Cantico *240: 3. gör thet behend*, fac id cito. v. Wachterus in *benden*.

BEHÅLLA, retinere. Germ. *behalten*, a ſimpl. *hålla*, tenere, cuſtodire, ſervare. v. Upl. L. *Ærfd. B. c. 24.*

Behåll, cuſtodia & ſpeciatim aſylum, vel quivis locus, ab aliorum inſultu tutus: *Håld*, id. unde eſt, quod dicimus: *thet ar i godt behåll*, in ſalvo res eſt. L. L. B. *B. c. 6. kommi felogher til ſvars och fra i ſit behåld:* ſalvus in jus veniat, & inde redeat in locum tutum, vel ad ſuos lares.

BEHJERTA, conſiderare: proprie ſumitur de iſtiusmodi animi motu, qui alterius miſeriis commovetur. *Behjerta ens tillſtånd*, alicujus infelicitate commoveri. Sed *behjertad* eſt aminoſus: utrumque a *hjerta*, cor.

BEHOF, uſus, commoditas, unde *behöfva*, opus habere, *husbehof*, id, quo pro noſtra familia opus eſt. A. S. *behofian*, egere, *behoflic*, neceſſarius, Angl. *behoof:* uſus, commoditas. Radicem vocis Wachterus ponit Lat. opus, ſed quo plane non indigemus. Habemus enim ſimplex *hof*, modum, *hæfa*, convenire, *hæfur*, commodus, de quibus ſingulis ſuis locis agitur. Quod vero egregie convenit, neceſſarium appellamus.

BEJAKA, affirmare. Germ. *bejahen:* a *jaka*, & hoc a *ja*, particula affirmativa.

BEKAJA, irretire, impedire. Gen. 22: *13*. Proprie dici videtur de illis, quæ cancellis aut caveis incluſa ſunt. C. B. *cau*, claudere, *cai*, obturare. Latinum quoque *cajare* olim notavit cohibere, coërcere, a *cajis*, id eſt cancellis, quod Gloſſæ veteres habent. Belgis cavea dicitur *vogelkooi*, ovile *ſchapskooi*. Et inde nos *koja*, tuguriolum, *kya*, locus clauſus, ubi noctu ſtabulantur pecora. Germ. *koie*. id. Sueth. *kajuta*, cubile nauticum. v. infra in *qwia*.

2. Affligi, in anguſtiis poſitum eſſe: *wara illa bekajad*, aliqua re angi.

Bekajelse, rete, laqueus. Rom. II. 9.

BEKÆNNA, ſcire, cognoſcere: unde *bekant*, notus: a *kænna*.

2. Confiteri, idque a ſimili vocis *kænna* ſignificatu, qui ſuo loco occurret: Hinc *bekænd*, confeſſus: *vara ſitt namn bekænd*, nomen ſuum profiteri, *bekænnelſe*, confeſſio.

BEKLAGA, accuſare. Marc. *3: 2.* hodie *anklaga*, a *klaga*, quod vide. *Beklaga ſig* eſt conqueri.

BEKOMMA: duo ſignificat, perinde ac Germanorum *bekommen*, unde id in noſtram civitatem recepimus. Scilicet. 1. evenire, cedere. *Thet bekom honom illa*, hoc ei male ceſſit. cfr. *bequæm*, commodus. In Hist. Rhythm. Olavi S. *p. 3.* occurrit ſimplex *kom* hoc ſenſu.

Gudbrande thet illa kom:
Gudbrando hoc male ceſſit.

2. Invenire: utrumque per Latiniſmum, & ad imitationem vocum a venio derivatarum effictum eſſe, docet Wachterus.

BEKRÆCKTA, ſuæ ditioni ſubjicere. Chron. Rhythm. Had. p. 14.

Til thes K. Albrecht alt Sverike bekräckte.
Usque dum Albertus R. omnem Sveciam ſibi ſubderet.

Occurrit hoc ſenſu ſæpe in ſcriptis medii ævi: nunc uſitatius eſt *inkræckta ſig*, invadere in rem alterius. Vocem peregrinam eſſe, video, ſed unde domo ſit, anceps hæreo, utrum a Belg. *Kracht*, robur, ut ſit vi capere, an aliunde.

BEKYMMER, ſolicitudo, Germ. *kummer*. ant. *komber, kymmer*. *Hiſt.* Alex. M.

Eweerdelika pino ok komber ſtort.
Aeternam pœnam & moleſtiam gravem.

Angl. *comber*. Galli veteres *combre* cumulum appellabant, & Latium recentius *cumbrum*, quod ſpeciatim concædem arborum, qua impeditur via atque occluditur, denotat. Hinc Gallis *encombrer*, implicare. It. *ingombrare*. Germanicam vocem Becmannus in *orig. L. Latinæ p. 518.* compoſitam credit a *kaum*, vix & *ber*, fero, quum ærumnæ ægre tollantur. Sed niſi feliciori opera alias in L. Latinæ origines inquiſiviſſet vir doctiſſimus, labor illius exiguo in numero ſane futurus fuiſſet. Wachterus nos ducit ad Al. *kumen*, queri. Belg. *kuymen*, id. quod Gothlandi *kauma* dicunt, unde *kaum* apud eoſdem ærumna. C. B. *cymmwy* id. Boxhornius in *Lex. Britan.* Sed oſtendere videtur harmonia linguarum plurium

um *b* ad eſſentiam vocis pertinere. *v.* MENAGIUM in *Orig.* ſub v. *encombrer*, & JUNIUM fuſe de hujus vocabuli natalibus agentem in *Etymol. Angl.* ſub voce *comber*.

BELA, procari. Iſl. *beila*. Dan. *beile*. Contractum a *biddla*, unde pronutiationis juvandæ cauſſa primum *bela* dein *beila* factum, eodem modo ac a *fiddla* provenit *fela*, inſtrumentum muſicum. Immo non raro *bidla* integre ſcriptum reperitur. SAGUBROTT a PERINGSCHIÖLDIO editum, *p. 1. That var ſidi fyrre kongadætra, at lata koma thria bidla edur fleiri, en taka ei than fyrſte:* Mos erat filiarum Regiarum, ut ſinerent tres pluresque procos obſequia ſua deferre, nec primum accipere. Auctor *diſſ.* de GOTHUNGIA, LONDINI GOTHORUM *habitæ p. 23.* credere videtur, ab hac radice Germanicum *beylager* originem ducere, neſcio an ſequaces habiturus.

BELACKA, calumniari. v. in *lack*.

BELANGA, attinere, unde habemus *belangande, anbelangande*, quod attinet. Germ. *belangen* & *anlangen*, quod a *langen*, tangere, docente WACHTERO. Angli eodem ſenſu *belong* uſurpant.

BELÆGGA, circumdare. EBR. *5: 2. Belagd med ſvaghet*, circumdatus infirmitatibus. Speciatim vero uſurpatur de urbium obſidionibus, & quum corona cinguntur arces. *v.* LUC. *19: 43.* & KON. STYR. *p. 211.* a *lægga* ponere.

2. Onerare, ut dum dicitur *belægga med ſtraff, med böter*, pœnam vel mulctam irrogare. Germ. *belegen*.

BELÆGRA, obſidere. Germ. *belagern*. Angl. *beleaguer*. 2. Stuprare, comprimere. GEN. 34: 2. quem eundem ſignificatum ſimplex *lægra* habet, ut ſuo loco dicemus, nec non *beligga*. 2. SAM. 20: 3.

BELÆTE, effigies. Habet L. Sviog. varias voces, quibus ſimulacrum vel hominis effigem exprimere ſolet, ut *mynd*, *manlika*, *belæte* & *bild*, quæ omnia ſynonyma ſunt, & ultima duo vox una plane eademque, ut adeo una fidelia utrumque dealbare poſſim parietem. Fata vero horum vocabulorum, & qua ratione in diverſa abierint, facile videre licet, ſi linguas veteres in ſubſidium vocaverimus. Angloſaxonum eſt *bilith*. Al. *pilad*, *bilid*, *bileth*, in quæ duo plane contrarium jus uſus ſibi vindicavit, alteri ſyllabam auferendo, addendo alteri. Scilicet a *bilid* nos *bild* fecimus, & a *bileth*, *belæte*. Originem utrique communem ponit WACHTERUS *læta*. Germ. *laſſen*, ſimilare. Forte commodius, & antiquis dialectis conformius referetur ad *lita* videre, vel potius *lete*, facies, quod ſupereſt in *anlete* id. ULPH. *ludja* MATTH. *6: 17.* & item *wlits*. v. ſupra in *anlete*. Eleganti itaque compoſitione erit *belæte* facies adſcititia. MESSENIUS in *Scondiæ illuſtratæ* primo limine inde a BELO vocis etymon arceſſit, credens *belæte* eſſe quaſi BELS *ätt*, hoc eſt BELI progenies, quæ conjectura, quantumcunque audax &, fere dixero, inepta ſit, incidit tamen MYLIO, ita ſcilicet, ut ſimulacra hoc nomine ideo appellata crediderit, quod NINUS BELO primam ſtatuam poſuit. Qui alia non magis probabilia commenta videre cupit, adeat WACHTERUM. *l. c.*

BELÅTEN, contentus. *Han kan wara belåten ther med:* ea re contentus eſſe poteſt. Lucem huic voci non antiquiſſimæ addere poterunt, quæ adfert WACHTERUS in radice *laſſen*, Saxon. *laten*, laxare animum a curis, unde *förlåta ſig på en.* A. S. *liſſe*, *lyſſe*, remiſſio.

BELEFWA, paciſci. ACT. *15: 22.* Vox Germanizans a *belieben* placere. Lat. B. placitum eodem modo pro conventione aut pacto ſumſere.

BELEFWAD, bene moratus, qui cum aliis vivere novit. SYR. *32: 3.* Sax. *belevet*. IDIOT. HAMB. *p. 12.* Belg. *beleeft*, a *lefwa*, vivere.

BEMANNA, confirmare. *Hiſt.* OLAVI *S. p. 36.*

The bundo wænſkap, bemannade ſik: Societatem junxerunt, & ſeſe confirmarunt.

a *man* vir: quaſi aminos viriles ſumere.

2. vi armisque occupare. Acta Publica HADORPHII, annexa CHRON. RHYTHMICO, p. 151. *Epther then tima, ther Swerikes mån uppa Gotland landsgang, giort hafde, thet at bemanna, och winna.* Poſtquam Sueci in Gothlandiam exſcenſionem fecere, illam occupaturi, & Sueciæ ſubjecturi.

BEN, crus. A. S. *ban*. Al. *bein*, *bain*, *pein*. Iſl. *bein* Belg. *been*. Angl. *bone*. Convenit fere inter Etymologos, aliunde vocabulum hoc ortum non eſſe, quam a Gr. *βαίνω* gradior, quum crura ſint gradiendi inſtrumenta.

2. Os notat, idque forte ex ea ratione, quod crura nil aliud ſunt, quam compages oſſea: Uſurpatur de

oſſibus

oſſibus tam quadrupedium quam piſcium. Unde

Bena, Oſſibus liberare: *bena fiſk.*

Afbena, in Codice Uplandico notat retibus impeditos piſces capere, vel retia inhærentibus piſcibus evacuare. *Kirk. B. c.* 13. *Tå ma man mærda uptaka ok næt afbena.* Tum licet naſſas tollere, & retia piſcibus evacuare.

Benmogen, dicitur equus jumentumve quodvis, præ laſſitudine aut macie caducum, ut pedibus inſiſtere nequeat. Olim forte melius dicebatur *benmoder*, a *mod*, laſſus.

Benrangel, ſceleton, a *rangla*, agitari, huc, illuc ferri. Metaphorice ita dicitur homo exſuccus, & qui præter oſſa cutemque nihil corporis habet.

BENÆGEN, favens. Germ. *geneigt*. Uſurpabatur olim ſimplex *någen*, inclinatus, *någenhet*, inclinatio. Pet. Jonæ Gothus om *Tålamod, p. 41. Gud hafwer implantat ſådanna någenheter i hjertat,* Deus iſtiusmodi inclinationes cordi indidit.

BEPLIGTELSE, votum, obligatio. Numer. *30: 9.* a *pligta*, fidejubere, quod vide. Hodie *förpligtelſe* uſitatius eſt.

BEQWÆM, commodus, conveniens. Al. *biquuam*, id. Vocis originem Stadenius & Wachterus repetunt ab Alemannico *queman*, venire, unde habemus *qwæmd*, adventus. Hiſt. Alexandri M.

Swa plågar wara höſtins qwåmd:
Talis eſſe ſolet autumni adventus.

Ut ita derivationis ratio pariter ac ſignificatio adaptata cenſeatur Latino *conveniens*. Alii, quum apud Anglosax. occurrat *cweman*, placere, *cwemend*, placens, *cwemnyſſe*, gratia, ea origine uti malunt. Et huic conjecturæ robur addere videtur, quod in ſcriptis medii ævi ſimplex *quæmlik*, conveniens, non raro occurrat. cfr. Acta Haun. *P. V. p. 206.*

Beqwæma sig, ſeſe accommodare.

Beqæmlig, commodus.

BERAFLIG, præſtans, alacer: vox ruri quam in oppidis notior, ſed quæ tamen ultimæ antiquitatis eſſe, videtur, & ideo heic non omittenda. Dalekarli *beravi* dicunt. Iſl. *birafin*, quod tamen unde ſit, neſcio. Gudmundus quidem Andreæ in *Lex. Iſl. p. 28.* illud natum putat a *bifrann*, quod tamen niſi vitioſum fuerit, mihi non minus ignotum eſt. Saxones, ut me docet Idioticon Hamburgense *p. 213. berylich* pro utili uſurpant vel commodo.

BERAMMA, deſtinare, præfigere, condicere diem. Germ. *beramen*. v. ſimplex *rama*.

BERÆTTA, vel rectius *beretta*, narrare: Germ. *berichten* A. S. *reccan*, narrare. Ulph. *rodjan*, loqui, cui affine eſt *razda*, quod in eadem lingua loquelam notat. Iſl. *rodd*. cfr. Gr. *ῥέω* loquor, *ῥῆσις* verbum.

BERÆTTA, ſacram cœnam alicui miniſtrare: *berætta med Herrans nattward.* Saxones eodem ſenſu *berichten* uſurpant. v. Idiot. Hamb. *p. 13. He hett ſick berichten laten:* ſacram ſynaxin accepit. Dansk Magaz. P. *53. p. 144. Blef han til döden beretted*: morti vicinus S. Synaxin accepit. Uſurpatur nempe vulgo de ſacro viatico moribundis porrecto. Vetere Gothico vocabulo *rede*, *redſkap* dicitur viæ adminiculum vel vehiculum: unde metaphorice in legibus antiquis dicitur: *gifwa ſjukom redſkap*, quod eſt ægrotis itineris ſubſidium præbere, quum hoc ſacramentum inſtar commeatus ſit in alteram vitam tranſituris. v. infra in *redſkap*.

BERÅD, propoſitum, *wara på beråd:* conſilium aliquod agitare. Sax. in *berow nehmen:* ſecum perpendere: *in berade nehmen*, id. v. Idiot Hamb. *p. 13.* A *råd*, conſilium.

BEREDA, præparare: Germ. *bereiten* Luc. *I: 76. Bereda hans wægar*, parare vias ejus. Ab Iſl. *radaſt*, parari, *rad*, paratus. Angl. *readie*, id. Belg. *reed*, *gereed*: v. infra in *rad*, citus.

2. Solvere. *Litt.* Magni Ladul. ſubjunctæ *Lægib. Birc. p. 12. Hwat ſom eig beredhis fyr æn giæſtir af gardhe ridher:* quodcunque ſolutum non fuerit, antequam hoſpes e diverſorio proficiſcatur. Chron. Rhyth. *in præf.*

Thet reff ær gangit them til leda
Thera egen nacka månde thet bereda.
Rapina hæc illis dolori fuit.
Propria cervice illam redimere cogebantur.

Simplex *reda*, quod inter alia idem eſt ac numerare, debitum ſolvendi ſignificatum etiam habet. Lex. Scan. *Lib. 17: 8. Wil ey ſidæn redæ*, ſi poſtea debitum expendere noluerit. v. infra in *reda*.

Beredd, paratus.

Bereddwillig, qui promtam voluntatem habet.

BERG, mons. Ulph. *bairg*, ut docet derivatum *bairghein* Luc. *I: 39*, montanus. Al. *berg*, *perg*. A. S. *beorg*, tumulus,

Digitized by Google

lus, collis. Isl. *biarg*. Vocem Phrygiam eſſe exinde conjicit Wachterus, quod Trojani arcem ſuam, a ſitu haud dubie montano, Pergama vocaverint; quo facit, quod teſtetur Suidas, *Græcos olim* Pergama *vocaſſe πάντα τὰ ὑψηλά, omnia excelſa*. Ad Phrygiam hanc vocem propius tamen, ni fallor accedit alia Ulphilæ, qua montem appellat, *fergun* nempe aut *fairgun, fairgunja*. Matth. *8: 1. Dalath than utgaggandin imma af fairgunja*, deſcendente eo de monte. Quum vox hæc adeo ſit antiqua, fruſtra fortaſſis in ejus natales inquiritur: Interea tamen, ne quid intentati relinquerent Philologi noſtri, Wachterus *berg* dictum putat a *bæra*, elevare, Stiernhjelmius vero & Leibnitius a *berga* abſcondere, quum montes receptacula unica fuerint priſcorum mortalium, ubi ſe primum conderent, & dein viribus ſuis confiſi ſe defenderent, unde *borg*, arx, caſtellum. Ex eadem ratione *fiall* mons nomen accepit a *fela, fjala*, abſcondere, & Angl. *hill* ab *hæla*, tegere.

BERGA, ant. *byria, byrgia, biarga*, condere, quocunque id modo & intuitu fiat. Ulph. *bairgan, gabairgan*. A. S. *beorgan, byrigan*. Al. *bergan, perkan, poragen*. Isl. *berga, biarga*. Germ. *bergen*. Et ita ſpeciatim notat.

1. Segetem horreis condere. Sudm. *L. B. B. c. 1. Bönder vilia ſæd ſinæ byriæ*. Coloni ſegetem ſuam horreis inferre volunt. Hinc c. 25. ib. Auguſtus vocatur *byrgdha manad*: & capite ſequente *byrgd*, meſſis, metaphorice vero quodvis opus ruſticum. *Byrgſel.* idem. Upl. L. *Vid. B. c. 9.* Wachterus lucem huic ſignificatui commodat ex loco Taciti *cap. 16. de Mor. Germ. Solent & ſubterraneos ſpecus aperire, eosque multo inſuper fimo* (in formam monticuli vel tumuli) *onerant, ſuffugium hiemi & receptaculum frugibus*. Sed ita *berga ſæd* non tam foret ſegetes in horreum inferre, quam potius trituratas apothecis condere. Aliis forte in mentem venerit *byrgia* a *bur, byr*, ædes, domicilium, ortum trahere, & adeo ab hoc *berga*, ſi minus ſignificatu, at ortu tamen diverſum eſſe.

2. Opus ruſticum quodvis facere. Westg. *L. Kyrk. B. c. 19: 6. Hwilkin ſum biarger ſtoran werknadh a hælgudaga:* quicunque opus ruſticum majus obit die feſto. Conf. Suderm. L. h. l. c. 22. Hinc *byrgſl*, opera ruſtica. Westm. L. Manh. B. c. 74. *Hawe Länsman ok Bonde wald, hwat the wilja hældre taka byrgſl hans æller hud ok öron:* in arbitro erit Præfecti Regii, aut patris familias, mulctæ nomine accipire vel operam furis vel cutem & naſum.

3. A. periculo tueri, ſervare, tegere. Ulph. *Matth. 9: 17. bajo thum gabairgada*: ambo conſervantur: A. S. *beorgan*, defendere, *geborgen*, tutus. Heims Kr. *T. I, p. 568. Ma hworki biarga ſier nie auþrum:* nec ſemet nec alios tueri valet. Hinc in Kon. Styr. *p. 209.* munimentum *bargaſtadur* vocatur, inque Legibus Ripuariis *bainberga*, ocreæ, quæ pedes tuentur. Iſl. *neſbiorg*, pars illa galeæ, quæ naſum tegit, & *fingerborg*, digitorum munimen ex metallo factum, quo utuntur netrices. Vide plura apud Wachterum.

4. Stomacho condere, hoc eſt comedere, bibere. Olof Tryggw. S. *p. 145. Ef nokur maþur bergir þui, þa man han ſkiott deja:* ſi quiſpiam illud comederit, illico morietur. Act. *23. At berga einſkis*, nihil aſſumere, cibo abſtinere. Hinc *berga ſig* dicitur de illis, qui cibum capiunt, ut dum de jumentis uſurpatur: *hæſten vill ej berga ſig*: equus pabulum aſſumere, renuit. Hinc intelligimus phraſin: *berga ſig med æra*, Syr. *41: 18.* alimoniam ſuam honeſte acquirere. Ita dicimus *han bergar ſig wæl*: habet, quo ſe *tueatur:* Latini nempe ſimili loquendi modo hanc vocem uſurpant, ut docent Lexicographi. Hinc *bergning* dicitur victus, alimonia & ratio ſeſe ſuſtentandi. Eccles. *9: 11*, 41. Iſl. *biarg*. id. Ol. Tryggv. S. P. 2. p. 233. *vinna ſer til beargar*, labore victum acquirere. *Matberga ſig* in Lege Birc. c. 14. §. 20. notat comedere, & *wbyrgher*, in Dal. L. p. 29. decrepitum, qui amplius vitam tueri nequit.

5. Temperare: *Jag kan ej berga mig för att le*, riſui temperare nequeo, vel cavere non poſſum, ne rideam. Alemannis *percan* etiam cavere notat: vide Mylii *Archæol. Teuto.* in *v. borgo* & Schertzius ad Otfr. *L. II. c. VI: 10.*

6. Capere, recipere. *Jag kan ej berga ſå mycket*, tantum penes me condere nequeo. *Hærberge* inde eſt diverſorium, quippe quod tecto recipit adventantem turbam. L. B. *hereberga*, de quibus ſuo loco.

7. Occidere, ubi de ſole mentio eſt. *Cant. Eccles. N. 126. Then ſanna ſolen upran, ſom alldrig bergas kan:* verus ſol exoriebatur, qui nunquam ad occaſum tendet. Ratio phraſeos omnium ſimpliciſſima deſumitur a ſignificatu condendi, quum ſol occidens ab hominum oculis ſe ſubducat & abſcondat, quomodo & apud VIRGILIUM *Ecl. IX. condere ſoles*, eſt finire, claudere dies. Ceterum venit in mentem, fieri quoque potuiſſe, ut a *berg*, mons, ſignificatio hæc profluxerit, quum veteres coſmologi crediderint, ſolem, veſperaſcente cœlo, poſt excelſum montem ſe conditum abire, cujusmodi ſyſtema æri inciſum ſiſtit FABRICIUS in *Bibliotheca Græca, L. 3. p. 612.* Hinc forte fuit, quod majores noſtri, motus ſolares expreſſuri, dicere conſueverint, ſidus hoc vel ſiluam ſubiiſſe vel montes. *Solen går under widet, bakom berget*: ut Græci Romanique Phœbum aquis oceani, ubi a nobis recedit, ſe proluere, fabulabantur.

BERMA, fæx. A. S. *beorm* Angl. *barme*. Belg. *barm*. Germ. *berm*. Hib. *borra*. Videntur multi ſibi heic videre apocopen vocis Lat. *fermentum*. WACHTERUS vero radicem ejus ponit *bæren*, levare, ut Gall. *levain* a cognata hac voce Latina.

BERNSTEN, ſuccinum. Tranſpoſitis paululum literis *brenſten* olim dictum fuiſſe hunc lapidem, probabilis eſt conjectura. Hodie nomen illud adhæret ſulphuri, quod pariter ignem concipit. WACHTERUS, quem heic conſulere non poenitebit, apud Heluetios ſuccinum *aidſtein* dici obſervat, idque ſimili compoſitionis ratione, nempe ab *eiten*, urere. De ſuccino ita TACITUS, de *Mor. Germ. c. 48. Si naturam ſuccini admoto igne tentes; in modum tædæ accenditur, alitque flammam pingvem & olentem: mox ut in picem reſinamque lenteſcat.*

BERO, ceſſare, quieſcere. *Jag will therwid låta bero*, illa re acquieſcam. *Cant. Eccl. N. 108. Rætt handla och i Gud bero*, juſte agere & in Deo acquieſcere.

BERÖM, laus. Al. *ruam*. Germ. *rum*. Iſl. *romur* denotat murmur, ſonitum, qualis erat ſcuta percutientium aut alias admurmurantium: *ordromur*, applauſus verbis factus. v. infra in *rumor*. STADENIUS de *vocibus Biblicis*, Germanicum *rum* deducit a noſtro *rum*, ſpatium, ſed non ſatis felici conamine.

BERÖMA, laudare: Dicebatur etiam aliquando *förryma*. v. CHRON. *Rhyth. p. 350. Förra förrymadis altyd the, at en war manligare än Marſchens tre.* Ante gloriabantur, unum ſuorum meliorem eſſe tribus militibus Mareſchalli. Non video, cur cum geminato *m* ſcribi debeat, niſi quod uſus id temere approbarit.

BERSA, venari. Iſl. *birſa*. Germ. *birſen*, *bærſchen*. L. B. *birſare*. KON. B. L. L. *c. 34. Hvar ſom berſar i kongsparkom*: quicunque venatus fuerit in locis venationi Regiæ deſtinatis. WACHTERUS, qui animadvertit, Francorum Reges ſuos habuiſſe *Berſarios*, id eſt venatores, putat domeſtico eos vocabulo uſos fuiſſe, atque adeo *berſa* a *percer*, transfigere, ortum. Si Gothicum fuerit vocabulum, aliunde eſſe non poterit, quam a *beria*, ferire. CAROLUS LUNDIUS in Præf. ad Leges *Weſtrogothicas* ab hoc *berſa* orta putat Italica *berſaglio*, ſcopus, nec non *imberciare*, ſcopum ferire.

BERSERK, pugil, ex eorum genere, qui in hiſtoriis Iſlandicis commemorantur, præter ſingulare corporis robur, quod habuere, tanto furore perciti fuiſſe, ut in obuia quæque ruerent, per ignes flammasque tranſirent, arbores radicitus evellerent, ingenti cum clamore concurrerent, & quæ id genus alia. v. Hiſt. OLAVI TRYGGV. Edit. Skalh. Part. 2. p. 42. Iidem vero poſtquam rabies hæc præteriit, ceteris mortalium narrantur debiliores fuiſſe. De nominis origine diſceptatur inter Criticos: Alii, monente SPEGELIO, eos nomen accepiſſe putant a *berſe*, lupus, & *yrkia*, exercere, quum hi pugiles vel occurrentes lupos non reformidarent. Alii a *ber*, nudus & *ſerk*, lorica, derivant, quum ſcuta & alia corporis munimenta ſpernerent, inque brachiis ſuis omnem ſpem ponerent. DALIN in *Hiſt. Sviog. Tom. I. p. 260. berſerker* credit ortum a *berias*, pugnare, & *yrkia* quod habuimus. Sic certe *berdsyrkur* erit pugnam ciens, commoda compoſitione, ſi modo *berd* vel *bard* pro pugna acceptum auctoritate vetuſtatis niteretur. NEOGARD in *Gautuna Minnung* ſive *monumentis Gothlandicis* manuſcriptis *ſerkr* illuſtrat ex dialecto hujus inſulæ, quæ juvenem *ſorkr* appelat; ſolenne vero eſt, ab juvenelis ætatis robore ſtrenuos quosvis compellare. Si hoc adoptas *Berſerkr*, nil aliud erit, quam juvenis bellator.

BERSERKS GANGUR, Pugilum rabioſus inſultus.

BERYCK-

Digitized by Google

BERYKTA, famoſum reddere, a *rykte* fama, quod vide: Uſurpatur hodie non niſi in malam partem: ante aliquot vero ſecula de quolibet rumore, etiam ſecundo, adhibebatur. v. GEN. *6: 4.* LUC. *2: 17.*

BESA, dicitur de animantibus, ubi a crabronibus inceſſuntur, huc illuc cum impetu latis. Gall. *bezer*, Belgis *byſe* vel *byſen*, turbatus. Sorab. *bizu*. Exinde orta habemus *tomtebeſar*, lemures, qui putabantur genii benefici eſſe domum circumeuntes, viſuri, ſi quid in ordinem eſſet redigendum, aut emendandum; nec non *Beſekræmare* vel *Biſſekræmare*, inſtitores, qui merces ſuas per regiones circumferebant. Prohibentur ejusmodi propolæ in Edictis GUSTAVI I. ſæpius. cfr. OSTERSONS *Lex juris in v.*

BESÆTTA, præſidio munire, *beſætta en fæſtning*. Hinc *beſættning*, præſidium.

2. Obſidione cingere. Gall. *aſſieger*.

3. Obſideri a Diabolo, de dæmoniacis uſurpatum: hinc *beſatt*, obſeſſus.

BESINNA, conſiderare: a *ſinne*, ſenſus, cogitatio. *Beſinna ſig* vero notat tam animo volvere, quam etiam ſententiam mutare.

BESK, vel *Betſk*, amarus. Isl. *beiſkur*, idem quod *bitter*, & ex communi radice ortum, nempe a *bita*, mordere, ut ſolent amara linguam quaſi morſicare.

BESKÆLLARE, equus admiſſarius. Germ. *beſchæler*. Vocem derivat WACHTERUS a *ſchale*, concha venerea: ego a *ſkala* vel *ſkyla*, tegere, uti *betæcka* verecundiore loquendi genere utimur, dum de equabus, quæ ineuntur, ſermo eſt. Gall. *couvrir*. Ab hoc *ſkala*, jam deſito vocabulo, Islandi nomen retinent *ſkala*, quod tuguriolum notat, quo ſe a cœli injuriis tegunt homines. De cetero Angloſaxonica lingva *ſcælan* ſalire notat, quod huc non incommode referri poſſet, quo modo alias *beſpringa* eodem ſignificatu uſurpamus & Latini ſalire. v. infra in hac voce.

BESKÆRA, impertiri, deſtinare. *Jag får, thet mig ær beſkært*: accipiam, quod mihi deſtinatum eſt. Al. *piſceran*, *giſkeran*. Germ. *beſcheren*. A. S. *ſciran* & *ſcirian* notat ordinare, deſtinare, impertiri, unde hodiernum Anglorum *ſhare*, partiri, dividere, *ſhare* portio: In Legibus noſtris antiquis *ſkiær* portionem ſignificat. UPL. L. *Manh. B. c. 38. At the æru hans ſkiær ok hemul*, quod ipſius ſint portio & poſſeſſio. *Skera* in iisdem tabulis ſæpe notat dividere, veluti *Ærfd. B. c. 11.* ubi *ſkera* & *ſkipta* tanquam ſynonoma ponuntur. v. VERELII *Ind. p. 225.* Non itaque erat, cur dubitarent viri eruditiſſimi, ECCARDUS & STADENIUS de hac vocis ſignificatione, quam ſibi perſpectiorem ſi hic habuiſſet, Alemannicum *ſkioro*, lucidus, vocis etymon non poſuiſſet: vide eum de *Vocibus Biblicis, p. 119.*

BESKÆRA, privare. *Beſkæra en tillfælle*: occaſionem alicui adimere. Hæc duo ut penitus contrariæ ſunt ſignificationis, ita voluit uſus, ut diverſimode flecterentur: ſcilicet prius ſecundæ conjugationis eſt & alterum tertiæ: Illud in imperfecto habet *beſkærde* & in participio *beſkærd*, hoc in iisdem temporibus *beſkar* & *beſkuren*. Ceterum quantumlibet diverſa via, ab eodem tamen fonte ambo hæc olim provenere, ita ut illud dicatur de parte conceſſa, hoc de eadem adempta: neutrum antiquitatis ſuffragio caret. Nam etiam Alemannis *ſceran*, *piſceran* privare notavit, ut auctor eſt JUNIUS in *Gloſs.* ULPHIL. *p. 95.* cui adſtipulantur Gloſſæ antiquæ variæ. V. STADENIUS loco nuper citato.

BESKED, ratio: *góra beſked för ſig*: rationem ſui muneris reddere. Germ. *beſcheid*, ab A. S. *ſcad*, *geſcead*, ratio: *geſcead agyldan*, rationem reddere. Quando in compotationibus *góra beſked* dicitur de eo, qui oblata pocula accipit & haurit, peregrinum dicendi genus exiſtimat WACHTERUS, factumque ad imitationem Gallici *faire raiſon* & Italici *far ragione*.

2. Dimiſſio, ab eodem *ſcheiden*. Hinc *Præſtbeſked*, teſtimonium, quod a parœcia diſcedentibus ſacerdotes dare ſolent.

BESKEDELIG, qui actionum ſuarum rationem reddere novit. L. B. *diſcretus*. Gall. *diſcret*, a diſcernendo, quod Germani *ſcheiden* dicunt. cfr. Isl. *ſkil* ratio, a *ſkilia*, diſcernere. 2. Statutus. Vita ANSCHARII p. 129. *En beſkedbelikin tima af daghin*, certa diei hora.

BESKEDD, diviſus. Hinc *beſkedd del.* PROV. 30: 9. portio diviſa, deſtinata.

2. Pactus in *Hymno Eccleſ. N.* 202. v. 7. *Dagspenningen, ſom var beſkedd*; merces, quæ pacta fuit.

BESKERMA, tueri, defendere. Germ. *beſchirmen*. Al. *biſcirman*, a *ſkerm*, tegmen, quod vide.

BESKÖNA, ornare, ſpecioſam cauſſam prætex-

Digitized by Google

prætexere. GEN. 34: 14. Germ. *beſchönen:* a *ſkön* pulcer, ſpecioſus, quod vide.

BESLAGEN, aſtutus, callidus. *Han har ett beſlaget hufwud*, callidum caput habet. Germ. *verſchlagen:* ab Isl. *ſlægur*, id. unde *ſlægd*, dolus, aſtutia, hodie *ſlug*, *ſlughet*.

BESLÅ, criminis alicujus deprehendere. LUC. 23: 2. *Thenne hafwe wi beſlaget ther med:* Hunc convicimus. Manifeſtum quidem eſt, a *ſlå*, ferire, *beſlå* ortum eſſe: ſed quæ derivationis ratio ſit, non mihi æque proclive eſt, dicere: utrum forum Romanum imitari voluerint Juriſperiti noſtrates, in quo frequenter uſurpabatur, *actione aliquem pulſare;* an vero inde phraſis orta, quod certis in criminibus læſo integrum erat, in flagitio ipſo deprehenſum alterum aliquot ictibus pulſare, ut nos docet WESTG. L. *Forn. B. c. 3. kan han ok ſa at ſla bonom nokon dynt, wari ok ſaklöſt:* Si quis aliquem (quercus cortice denudantem) verbere aliquo pulcre permulcere poſſit, ejus nulla mulcta eſto.

2. Ferro vel alio quocunque metallo munire. *Beſlå en hæſt*, ſoleas ferreas equo ſuppingere: hinc *beſlag*, munimen, quo commiſſuræ vel extremitates firmantur.

BESMAN, ſtatera, inſtrumentum ponderandi, quod ISIDORUS a forma nodi extremi *campanam* vocat, ita illud deſcribens: *Hæc duas lances non habet, ſed virga eſt ſignata libris & unciis, & vago pondere menſurata.* Apud veteres varie ſcribitur, *biſmari* apud Islandos, *biſmare* in WESTG. L. *Thing. B. c. 16. biſman* in ST. L. *Kon. B. c. 25.* Nec magis conſtans eſt etymologiæ ratio: GUDMUNDUS ANDREÆ *beſmar* derivat a Lat. *bes*, aſſis parte, *in Lex. Iſl. p. 30.* OL. RUDBECKIUS in *Atlant. T. I. p. 739.* majori probabilitate *beſmar* dictum fuiſſe credit pro *byſmark*, i. e. marca civitatis, quum in cujuslibet civitatis curia menſuræ eſſent, ad quarum modulum privatorum exigerentur ſtateræ. Menſura itaque hæc minor *byſmark* dicebatur, uti major *pundare*. v. ST. L. *l. c.* Mihi tamen ad veritatem propius accedere videtur conjectura SPEGELII, qui ab Italico *peſo a mano*, i. e. libra manualis hoc inſtrumentum appellatum cenſet. Novimus quippe quam plurimas mercatorum formulas ab Italis ad nos pariter ac alias gentes veniſſe, dum VENETIÆ commune Europæ emporium erant, e. g. *conto*, *nuovo conto*, *ditto &c.*

BESÖKA, viſitare, a *ſöka*, quærere. Germ. *beſuchen*. Belg. *beſoeken*. *Beſöka med Herrans nattward*, quando ægroto cœna Dominica a ſacerdote offertur.

2. Orare. Occurrit hoc ſenſu haud raro in ſcriptis tempore reformatæ religionis editis. TEGELS *Hiſt.* GUSTAVI *I. P. 2. p. 301. Ændock hos föreſkrefne Wardbergs borgare ofta waret beſökt och begærat:* quamvis a civibus Wardbergenſibus ſæpe poſtulatum fuerit. v. STIERNMANS *Act. Publ. T. I. p. 265.* A. S. *ſecan*, orare. Angl. *beſeech*. Immo apud ULPHILAM *ſokjan* non modo quærere, ſed etiam petere notat. MARC. 11: 24. *Allata thishvab thei bidjandans ſokeith:* omnia quæcumque orantes petieritis. *cfr.* LUC. 1: 63. Habemus apud nos hujus ſignificationis veſtigia in phraſi *ſöka ett æmbete*, munus aliquod petere, *anſökan*, petitio.

BESÖRJA, procurare, ſuſtentare. NEHEM. 9: 21. a *ſorg*, quod vide.

BESPRINGA, inire, de equabus uſurpatum. Belg. *beſpringen een merrie.* a *ſpringa*, ſalire, ob impetum admiſſariorum in venerem ruentium. Sic etiam Latini *ſalire* uſurpant. VARRO *de Re Ruſtica L. 2. c. 7. Quum equus, matrem ut ſaliret, adduci non poſſet.* OVIDIUS *de Arte Am. L. 2. v. 485. Læta ſalitur ovis.* Angloſaxones a *ſtællan*, ſalire, *ſtallion* fecere, unde Gallicum *etalon*, admiſſarius. Adde his, quæ nuper diſſerui ad vocem *beſkællare.*

BESSA, cadere. Vox a Scanis ab interitu vindicata, qui dicunt: *Jag har buſſet*, cecidi. Eſt forte, ab hac voce quod dicimus *bus i backen.* Affine eſt Gr. πεσοῦμαι, a πίπτω.

BEST, beſtia. Angl. *beaſt*. Gall. *bête*. It. *beſtia*. Belg. *beeſt:* vocabulum Latio debitum.

BESTALLA, circumſidere. CHRON. RHYTHM. *p.* 262.

Jak ok mina wænner alla
Willja tik nu i afton beſtalla,
Ego & amici mei omnes
Hac veſpera te obſidione claudemus.

cfr. Hymnus Eccl. N. 251. v. 9. WACHTERUS in *Gloſſario, p. 1580.* notat in ſua lingua *ſtall* notare ſtationem vel caſtra ſtativa. Al. *Heriſtelli* L. B. *Heriſtallum.* Apud OTFR. L. *IV. c. XXIII: 26.* occurrit *biſtellet*, quod a SCHERTZIO vertitur circumdat.

BESTALLNING, obſidio. EZECH. 4: 2.

BESTÆL-

BESTÆLLA, ordinare, diſponere. Germ. *beſtellen*, a *ſtælle*, locus, atque adeo proprie notat, rem quamlibet ſuo in loco ponere. *Beſtæll om titt hus*, ordina domum tuam. Es. *38: 1.*

2. Aliquid faciendum locare. *Beſtælla något arbete*, de opificio quodam perficiendo cum aliquo paciſci.

3. Finem imponere. *Thet är beſtællt*, jam abſolutum eſt.

4. Honeſta circumlocutione notat alvum exonerare.

Bestællning, munus, provincia.

BESTÆMPLA, machinari. Act. *14: 19.* v. ſimplex *ſtæmpla* ſuo loco.

BESTÅ, conſiſtere. *Theri beſtår ſvårheten*, in eo rei difficultas conſiſtit, a *ſtå*, ſtare, pro cujus variis acceptionibus etiam hoc derivatum non uno modo uſurpatum invenitur: notat quippe

2. Subſiſtere, cum aliquo congredi. Chron. Rhythm. *m. in p. 85.*

The drogo thera tygh opps,
Och wille bondommæn beſtå.
Induebant arma ſua,
Adverſus ruſticos pugnaturi.

Alemannis *beſtan* idem eſt. v. *Rhythm. de Exped.* Caroli M. *Hiſp. p. 9.*

Das dauchte ein kindes ſpil
Das ſi Charlen ſcholten beſtan.
Luſus ipſis videbatur,
Adverſus Carolum pugnare.

Vide Schilteri *Gloſs. Aleman.* in *v.*

3. Subſiſtere, deſinere. *Jag will thermed låta beſtå*, omittam eam rem.

4. Conſtare. *Thet kan ej beſtå*, id non conſtabit, unde nata ſunt *beſtånd*, duratio, firmitas, *beſtændig*, firmus. Active ſumta voce dicimus *beſtå ſina ord*, auctoritatem non defugere: profiteri, ſe aliquid dixiſſe, & fidem facere velle, affirmare: Germ. *geſtehen.*

5. Concedere. *Beſtå en fri reſa*, itineris expenſas alicui ſubminiſtrare. *Thet beſtås ej*, id non licet.

6. Curam agere, præeſſe. Deut. *1: 9.* Alias *Föreſtå.*

BESTÖRT, attonitus. Germ. *beſtürzt.* Gall. *etourdi.* It. *ſtordito.* Proprie notat ita animo perculſum, ut immobilis & ſenſibus velut captus conſiſtat. Wachterus *beſtürtz* ortum eſſe arbitratur a Celtico *twrdd*, ſtrepitus, ut Latinum *attonitus* a *tonando* & Gr. *ἐμβροντητος* a *βροντή*, tonitru, quod tamen mihi ingenioſius quam vero ſimilius videtur. Stadenius a *ſtören*, turbare derivat, uti nos *forſtörd*, quandoque eum dicimus, qui animi alienatus eſt. Sed uti *ſtirdr* lingua Islandica rigidum, immobilem notat, ita hoc noſtrum inde deducendum, ego arbitror. Kettil Hægns S. *p. 1.* *Eg giorſt gammal og ſtirdur*, ego conſeneſco, & immobilis evado.

BESTRIDA, defungi, obire. Saxones, a quibus nos forte eam vocem accepimus, *beſtryden* dicunt, quam vocis ſignificationem Richey in *Idiotico Hamb. p. 294.* deducit a *ſtryden*, prout greſſum facere notat, Suet. *ſkrida;* quo auctore *beſtrida* plane exprimet Lat. *obire.* E. g. *He bett ſo veel to dohn, dab he et nicht all beſtryden kan:* Tot negotiis obruitur, ut ſingula obire vel quaſi pererrare nequeat. Nos certe ſimili metaphora dicimus: *han har mycket att ufwerſara.* cfr. Angl. *beſtride*, transgredi, defendere. v. Johnsons Dictionary in v.

BESTYRA, dirigere, præeſſe, curare. *Beſtyra om riket*, regno præeſſe.

2. Acquirere. *Litt.* Erici XIV. *d. 5. Apr. 1565. Då J ſådane ruſtningar eder beſtyra låten:* quum ejusmodi armaturam vobis faciendam locatis.

BESYNNERLIG, ſingularis; v. in *Sönder.*

BETA, paſco: de animantibus ſolummodo uſurpatum. Angli *baite* habent, ſed ampliori ſignificatu, & etiam ubi de hominum nutrimento ſermo eſt. *To baite in an inne*, eſt cibum ſumere in diverſorio. Gall. *repaitre:* quod nos deducit ad Lat. *paſcor*, & Gr. *βόσκω*, id. Cambrorum *bwyd*, cibus, eſca ejusdem familiæ vocabulum eſſe, videtur.

Betesmark, paſcuum.

Bete, paſcuum: *godt bete*, læta paſcua.

2. Eſca vel cibus, quo piſcatores hamum induunt. Angl. *baite.*

BETA, jungere equos currui. *Beta för hæſtarna.* Isl. *beita.* Friþiof Fræknes *S. p. 37. Heſtinum, ſem firir wagnen war beittur:* equum, qui currui junctus erat. *Bita* antique notat ligare, unde ſuſpicor, *beta* factum eſſe.

BETA, incitare, inſtigare, exempli cauſſa, canes in urſos luposque. Isl. *beita.* A. S. *betan.* Angl. *baite*, unde *bullbaiting*, *bearbaiting* tauri vel urſi cum canibus commiſſio, & *abett*, inſtigare. Occurrit hoc vocabulum cum alias ſæpe; tum in L. Westg. *Byg. B. c. 13. §. 4. Then a biorn, ær betir*, ille urſum habeat, quicunque primus in eum canes incitat. *Hiſt.* Alex. M.

Digitized by Google

Ængom diur williom wi beta. Nullas feras inſectabimur.

Metaphorice quandoque ad homines refertur: ut Volsunga *S. p. 89. Mun han ſona ſina beita?* num filios ſuos in nos incitat vel inſtigat? Conf. Ol. Tryggv. Hiſt. Edit. Skalt. Part. I. p. 31.

2. Vibrare, de enſe qui in aëre circumlatus, quaſi ad cædem incitatur. Volsunga *S. p. 56. Vel kunne han ſverde at beita, og ſpiote at ſkiota, og ſkapte at warpa, og ſkyllda at ballda, boga at ſpenna edur heſta at rida:* Novit ille gladium vibrare, pilum emittere, haſtile ejaculari, ſcutum tenere, arcum tendere, aut equo inſilire.

BETA, fermento macerare: *beta hudar*, coria præparare fermentando. Germ. *beizen*. In Codice Argenteo *beiſts* occurrit, fermentum notans. Marc. *8: 15.* id quod ab hoc alienum non videtur. Wachterus aliam etymologiæ rationem init, ſed quæ mea forte melior non fuerit.

Betna, aceſcere, quod de cereviſia aliisque quibusvis eſculentis uſurpatur apud Norrlandos noſtros.

BETA, verberare. Angl. *beate*. A. S. *beatan*. C. B. *baeddu*. Gall. *battre*. Wesm. L. *Manh. B. c. 2. Tu bete man i hel med hôke ok hunde thinom.* Occidiſti virum ope accipitrum & canum tuorum. Hinc adhuc habemus *minnesbeta*. Iſl. *aminning*, quod eſt, Verelio interprete, rei alicujus in memoriam revocatio verberibus facta: dicimus ſcilicet: *jag gaf honom en minnesbeta*, ictum illi dedi, qui eum memorem reddet.

BETAGA, corripi, *betagas af fruktan*, metu corripi. Angl. *betake*. v. Johnsons Dictionary.

2. Adimere. *Betaga en tillfälle*, occaſionem alicui adimere. Germani eodem modo dicunt *benehmen*. Radicem vocis v. infra *in taga*.

BETALA, ſolvere debitum: Iſl. *bitala*. Belg. *betaalen*. Germ. *zalen, bezalen*. Gr. τελεῖν: a qua ultima voce ſi reliqua deſcendere, in animum induxeris, ulteriori indagine opus non fuerit. Ceterum Gothicam vocem a *tal*, numerus, oriundam eſſe, plusquam probabile eſt, ut etiam Romæ numerare pro ſolvere ſæpe poſitum fuit, obſervante Wachtero. Id unicum ſcrupulum movet, quod in legibus antiquis, ubi toties huic vocabulo locus erat, *betala* nunquam, quod ſciam, inveniatur, ſed ejus loco *gialda*, *luka* &c. Immo nec Germanis diu in uſu fuit. Sed occurrit huic dubio Wachterus, docens, revera antiquum & Celticum eſſe *tal*, *taljad*, quod ſolutionem, penſionem apud Cambros notare, obſervat Boxhornius in *Lexico Britannico*. De noſtro *tal* non nihil dicturi ſumus ſuo loco.

BETARFWA, indigere. A. S. *bethearfan*. Germ. *bedarfen:* a *tarf* opus, indigentia.

BETÆMA, ſuo arbitrio agere. Matth. *19: 14. Låter betæma barnen*, ſinite agere infantes. Ordin. *Eccles.* Anni *1571.* Christus *gaff ſiigh icke tidh til at döpa, utan læt Lærjungarna betæmma med döpelſen.* Christo per otium non licuit baptizare, ſed ſivit, ut Apoſtoli baptismum peragerent. Rec. *Strengneſ. de Anno 1529. p. 104. Edit.* Stiernm. *Hans Nodhe ſuarade, att hann om dett ærannde huarken haffuer giordt eller forbudett, wthan lather dem dermed betemja:* Reſpondet Rex, ſe in hoc negotio nihil nec juſſiſſe nec vetuiſſe, ſed id eorum arbitrio permiſiſſe. Laur. Petri Poſtilla Dom. I. poſt feſt. Nativ. *Ty år tryggaſt, låta honom betemma hær med, ſom både unnar oſs godt, och wet, hwad wårt båſta kråfwer:* Ideoque ſatius eſt, res noſtras illi permittere, qui nobis & bene cupit, & optime proſpicere valet. Germani ſimili modo ſenſuque *bezämen* olim dixere, ut patet ex Bibliis Lutheri. *2. Sam. 16: 11. Laſſt ihn bezæmen*, ſinite eum agere. Suet. *Læt honom betæma.* Plura adfert Stadenius *in Explicatione vocum Biblicarum. p. 130. ſeq.* Hæc pleniori copia afferre volui, quum jam in deſuetudinem hæc vocis ſignificatio abierit. Originem Spegelius refert ad *tæma*, decere, nos ad Iſl. *ſemia*, regere, moderari. v. Verel. Index *p. 218.*

BETÆMA, decere. Esdr. *4: 3. Thet betæmer ſig icke*, non decet, non convenit. v. infra in *tæma*.

BETÆNKA, conſiderare, cogitare. Ulph. *bithagkjan*. Luc. *5: 22. Hua bithangkeith in hairtan izvaramma:* Quid cogitatis in cordibus veſtris. A. S. *bethencan*. Fr. & Al. *pidenchan*. Germ. *bedencken*.

2. Conſilium mutare: *Jag har betænkt mig:* animum mutavi. Eſt, opinor, ellipticum dicendi genus, plenius dicendum: *Jag har betænkt mig annorledes.*

BETE,

Digitized by Google

BETE, declarare. *Bete gunſt*, benevolentiam declarare. Germ. *erzeigen.* v. infra in *te.*

BETRAKTA, conſiderare. Germ. *betrachten.* Apud OTFR. *L. II. c. I: 4. gidrahton* notat percipere. *Man ni mag gidrahton*, homo non poteſt concipere vel percipere. conf. ſimplex *drahton.* Lib.I.c.I: 85. Suethicum *trakta*, quod deſiderare notat, ab hoc plane alienum eſſe videtur: de illius origine ſuo loco diſſeremus, hoc a Lat. *tractare* factum, atque a Germanis adoptatum opinatur WACHTERUS.

BETRÆDA, deprehendere. Dicitur de iis, qui alicujus facinoris convincuntur, aut in ipſo flagitio inveniuntur. Ego puto, ab initio uſurpatum fuiſſe de iis, qui a delatoribus & ſycophantis proditi, facinoris deprehendebantur. Huic conjecturæ occaſionem dat Angl. *betray*, prodere, quod a tradendo depravatum docet JUNIUS in *Etymol. Angl.* It. *traditore*, proditor. Gall. *traitre.*

BETREFFA, pertinere: *Hwad mig betreffar*, quod ad me pertinet. Germani ſimiliter dicunt: *was mich betrifft:* Al. *treffen* & *drephan*, id. OTFR. *L. II: c.* VIII. 34.

Uuas drifit ſulch zi uns zuein?
Quid hoc pertinet ad nos duos?

Proprie vero hoc *drephan* notat ire, tendere, atque adeo idem fere dicendi eſt genus, ac quo alias utimur, *angå en*, a *gå*, ire v. SCHILTERI *Gloſſar. p. 238.*

BETRÖSTA SIG, audere. ROM. *2: 19.* a *tröſt* audax, fidens, quod vide.

BETYDA, portendere, ſignificare. Iſl. *þida.* VOLSUNGA S. *p. 93. Mun þat þida nockud:* hoc aliquid ſignificat. Al. *diuten.* Germ. *bedeuten.* HELWIGIUS *deuten* ab ipſo Literarum in Ægypto inventore, THEUT, qui aliis gentibus MERCURIUS dicebatur, deducit, STADENIUS a *deut* vel *þiod*, populus, a quo deinde ſermo, ut communis hominum interpres Angloſaxonice appellatur *getheode* & Alemannicie *githiuti.* Ego vocabulum hoc nativa vi de futurorum ſignificatione uſurpatum fuiſſe autumo, atque adeo alienum non eſſe ad Ulphilano *gateihan*, ſignificare. Iſl. *tia*, id. cujus frequentativum eſt *tida* vel *tyda.*

2. Ut Latinorum ſignificare, non tantum de futurorum præſagio, ſed etiam de ſenſu verborum adhibetur, ita eundem ſenſum vox Gothica aſſumſit.

3. Valere, vim & robur habere. Hinc *betydande ſkæl*, valida argumenta. Angli ſuum *ſignify* & Galli *ſignifier* eodem ſenſu uſurpant. cfr. Iſl. *tia*, intereſſe, decere. WILK. S. *Ecki tyr ad harma dauda men*, nihil refert, mortuos plorare.

BETYGA, teſtari, conteſtari. Germ. *bezeugen.* Veteres Suiogothi quemadmodum etiam Iſlandi teſtem *tyg* dixere, ut ſuo loco docebitur. Germ. *zeuge*, quod a *zeigen*, oſtendere, Gr. δείκνυν derivat MARTINIUS, non abnuente WACHTERO. Ego hoc & antecedens vocabulum eadem ſtirpe prognata arbitror, nempe a Mœſogothico *gateihan*, quod inter alia notat recitare, reſpondere. MARC. *6: 30.* LUC. *2: 26.* Quid enim aliud faciunt teſtes, quam quod interrogati reſpondeant, & audita fide jurata recitent. *Teihan* vero & *tyga* quam ſimillima eſſe, cuivis evidens eſt, inprimis obſervanti, has literas *g* & *h.* in Gothica Lingua tam peregrina quam domeſtica inter ſe crebro permutari.

BEWARA, tueri, a ſimplici *wara.* A. S. *weran.* Germ. *weren.* v. infra in *wara.*

BEWARA, rei alicujus curam agere. Scribur etiam *bewala*, *bewera*, *bewerra* & *bewæla.* CHRON. RHYTHM. *p. 238.*

Matthias ſkulle ej i Landet fara,
Eller med lænet ſik bewara.
MATTHIAS regno exeſſe deberet,
Nec provinciæ negotiis ſeſe immiſcere.

Hiſtoria ALEX. M.

Hwad wiljom wi oſs hærmed bewara?
Cur nos rem hanc noſtram facimus?

Ordin. CHRISTOPHORI R. ad calcem *L. Bircens. p. 49. Bewara ſig med hæreds ſkyllder* i. e. vectigalia territorii attingere. Cfr. TEGELS *Hiſt.* GUSTAVI *I. P. I. p. 223.* Credidero, hanc vocem ſub periodo Regum Germanicorum in patriam invectam fuiſſe; video enim, eam in ſcriptis Saxonicis non infrequentem eſſe. LEX GOTHL. *Germ. p. 2. Die zöllen dat rechte bewaren:* illi negotia forenſia obibunt. *Litteræ* ALBERTI R. *in Actis Haun. P. IV. p. 235. Sich bewerren mit dem lande*, Provinciæ curam ſuſcipere. Occurrit ſimplex in *Hiſt.* ALEX. M.

Om jag ma nakat theri walla.
Si quæ meæ ibi partes fuerint.

Si certius conſtaret, utra vocis facies verior & integrior eſſet, *bewara* an *bewala*, confidentius de ejus ortu diſſe-

 rerem;

Digitized by Google

rerem: nunc tantum dico, neutri patrocinium veterum Linguarum deesſe. Si enim *l* retinendum juſſeris, habemus A. S. *wealdan*, regere, gubernare. Al. *bevaldan*, id. *v.* SCHILT. *in v. bevailde.* Germ. *walten.* Si vero *r* tuearis, præſens vocabulum diverſum non erit a ſuperiori: ſed alterum malo.

BEWÅGEN, propenſus. Germ. *gewogen*, a quo nos præſens vocabulum mutuati ſumus. Reperitur tamen ſimplex apud nos in ſcriptis medii ævi. *Hiſtoria* OLAVI S. *p. 29:*

The woro ther alle fægne
Och Olave wæl wagne.
Omnes lætabantur,
Et Olavo propenſi erant.

Germanis *wegen* notaſſe ad aliquid faciendum permovere, obſervat WACHTERUS, unde *bewegen*, id. Nos *beweka* dicimus, *beweka till något*, ad quidpiam permovere, *g* littera cum *k* permutata. Nullam tamen ei dicam ſcripſero, qui *beweka* a *wek*, mollis, derivaverit, quum precibus & perſuaſionibus molliantur quaſi duriores aliorum animi.

BEWENDA, conſtituere. Vox Germanizans, & cujus adeo natales illius gentis Philologis indagandos relinquimus. WACHTERUS, qui omnium inſtar eſt, in *Gloſſario* ſuo eam non prætерit, ſed ita explicat, ut haud obſcure prodat, neſcire ſe, cujus ordinis ſit. Interim nos dicimus: I ſå *bewenda ſaker:* rebus ita conſtitutis, in tali rerum poſitu. *Låta bewenda med nogot*, modum alicui rei ponere. *Med honom ær intet bewendt*, ille nihili eſt: ut in *Hymno Eccleſ. N. 129: 9. med wår magt war intet bewendt*, noſtræ nil valuere vires.

BEWISA, declarare, monſtrare. *Bewiſa godhet*, bonitate aliquem amplecti. 2. Probare. *Bewiſa ſin talan*, a ſe dicta probare. v. ſimplex *wiſa*.

BI, particula inſeparabilis, niſi ubi per tmeſin a ſua voce disjungitur, notans ad, apud. Gr. ἐπὶ. ULPH. *bi.* Al. *id.* Belg. *by.* Angl. id. Germ. *bey*. Habemus eam in variis vocibus, ſed illis fere civitate nuperius donatis: ut *biſtånd*, *biſall*, *&c.* Uſus alias *bi* in *wi* commutavit, quod auctum litera *d* hodie uſurpamus in *wid*.

BI, apis. A. S. *beo.* Angl. *bee.* Belg. *bye* Germ. *bien.* Creditur fere a Latina voce per aphæreſin enata eſſe, quæ enumeravi, omnia. WACHTERUS autem, quum hæc amimalia ſingulari induſtria ſuas ſibi conſtruant cellas, nomen illis inditum credit ab A. S. *byan*, habitare. Iſlandi ea *byſluga* appellant: Latine dixeris muſcas fabras. In Legibus patriis aliisque monumentis alio nomine apes vocantur *kopp*, unde *koppoſund*. WESTG. L. *Forn. B. c. 13.* inventio apum alterius profugarum, & in *Literis* BRYNOLPHI *Ep. ib. kopitinda*, decimæ ex apibus. v. infra ſuo loco.

BIKONUNG, rex apum, alias *wiſe*. Angloſaxones *beomodor* dixere, hoc eſt mater apum. Unde videre licet, jam barbaro ævo conſtitiſſe, feminam eſſe grandiuſculam illam apem, circa quam reliquæ glomerantur.

BISWÆRM, examen apum: v. infra in *ſwærm*

BISTOCK, alveare apum.

BIANAC, benedictio. Eſt hæc vox inter ἅπαξ λεγόμενα: non enim memini, me illam alibi offendere, quam apud STURLESONIUM, *T. I. p. 2.* ubi de ODINO hæc habet: *þal var hattur hanns, ef hann ſende menn ſina til oroſto, eþur aþrar ſendefarar, at hann lagþe aþur höndur i höfut þeim, oc gaf þeim* bianac; Viris, in militiam, aut alia negotia expediunda, abituris, impoſitione manuum benedicere ſolebat. Attuli hæc tum quia veſtigia præferunt ritus Chriſtiani, quo hoc eodem ritu benedictionem conferre, veteri eccleſiæ apoſtolicæ ſolenne fuit, tum ut Philologis materiem præbeam ſua excutiendi ſcrinia, ſi forte invenire liceat, unde domo ſit hoc *bianac*. Crediderо fere, vocem eſſe Aſiaticam & terminum Eccеſiaſticum Odinianum.

Hæc ita ſcripſeram, quum forte perlegens ſpecimen illud Lexici Hibernico Anglici, quod extat in Collectione Epiſtolarum (*Collection of Lettres, in which the uſefulnes of the Celtik is inſtanced*, &c.) Edinburgi impreſſa 1739. in 8. inveni, vocem hanc Hibernicam eſſe; ibi enim p. 7. occurit *Benedictio*, Hib. *beanacd*. Sed jam, ut inquiramus, reſtat, utrum dicere oporteat, ex vetere Scythiciſmo hanc vocem Hibernis ſuperſtitem eſſe, an vero per commercium cum hujus inſulæ incolis vox illa apud Iſlandos civitate donata fuerit.

BJÆBBA, latrare: proprie dicitur de catellis, aut aliis canibus obſcurius latrantibus. Gr. βαΰζειν, Lat. *baubari*.

BJÆLE, planta pedis. *Fotabjæle*. Vox in S. Codice Es. *1: 6.* & alibi occurrens, ſed quæ communi uſui ſeſe jam ſub-

ſubduxit. Credidi aliquando, quum pedis ſolum alias appelletur *fotblad*, a *blad* factum eſſe *bjæle*, ut a *ſtad ſtälle*. vel etiam a Lat. pelma, planta pedis Gr. *πέλμα*, ſolum: ſed jam non dubito, *bjæle* ejusdem eſſe familiæ, ac Germ. *ball*, quod docente WACHTERO, notat non tantum globum, *ſed quicquid globo ſimile eſt, ut monticulos in manibus, pedibus, natibus.* Quod itaque Germani *fuſſballen*, id Germaizantes Bibliorum interpretes *fotbjælor* nominarunt. Immo Weſtrogothi hoc ſenſu hodieque dicunt *fotball*, & Angli *ball of the foot*. v. SPELMANNI Gloſſ. in v. expeditare.

BJÆLKE, trabs minor, diminutivum a *balk* atque adeo ejusdem originis. Inter illa vero etyma, quæ offendimus, ſpecioſſimum duxi, quod adfert WACHTERUS *balk* a *πελεκεῖν*, dolare, ſecuri ferire, derivans. Sciendum enim eſt, inter *ſtock* & *balk* vel *bjælke* id unum intereſſe, quod ille vel integer atque rotundus ſit, vel in binis lateribus dedolatus, *bjælke* vero in quaternis.

BJÆLLRA, nola, Iſl. *bialla*. Angl. *bell*. Quum pelves pro tintinabulis non Corybantes ſolum in Bacchi ſacris, ſed alii etiam alias pulſarent, a Latina hac voce cetera formata credit SPELMANNUS. WACHTERUS autem, quum a pulſando fere campanæ nomina ſortita fuiſſe, deprehendantur, a *βάλλειν*, ferire, huic nomen eveniſſe, putat. Sed quum Græca vox de jactu potius, quam de impulſu uſurpetur, neſcio, an hac conjectura uti velim. Multo certe commodior mihi videtur etymologia GUDMUNDI ANDREÆ ab Iſl. *bell, ball*, *ad-bella*, cum ſonitu pelli, quod, ſi quidpiam aliud, campanæ mirifice convenit. *v. Lexic. Iſl. p. 26. & 28.* Apud nos vox hæc uſurpatur tantummodo de iſtiusmodi globulis æneis, qui appenſi, inprimis equorum jugis, inſerviunt partim pompæ, partim admonendis viatoribus, ut de via decedant. Non ignotum etiam exteris hunc fuiſſe morem, docet NICETAS in *Manuele Lib. 6. n. 4.* Καὶ τὰς ἵππους ἠσχημένους εἶχον ἄλλοις τε κόσμοις λαμπροτάτοις, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπαυχενίοις ἀγλαίσμασιν ἐκ τριχῶν συγκειμένοις ἱππείων, ἐς ἱκανὸν καθιεμένων, καὶ περιηρτημένους ἐχούσων ἠχητικοὺς κώδωνας. i. e. Etiam equos habebant ornamentis ſplendidiſſimis inſtructos, præcipue e collo ex pilis dependentibus, qui ad juſtam altitudinem demiſſi ſonoris circumpoſiti erant tintinnabulis. Ex ARNOLDO LUBECENSI *Lib. 2. c. 16.* ſequentia etiam affert DU FRESNE in *tintinnabula: ſedens in equo phalerato, cujus operimento filia Principis inſeruerat tintinabula plurima tum pro oſtentatione, tum equi alterius fugatione.* De nolis in veſtitu vide intra in *ſkælla*.

BIDA, manere, morari. ULPH. *beidan*, expectare. Al. *beiten*. A. S. *bidan, anbidjan*. Belg. *beyden*. Angl. *abide*. Germ. *beiden, beiten*. v. STADENII *Expl. v. Biblic. p. 787.* & PALTHENII *Not. ad* TATIANUM *p. 291.* Ex hac voce ECCARDUS ſatis probabili conjectura *Gepidarum* nomen deducit, utpote quos tanquam *cunctatores* per opprobrium ita dictos, memoriæ prodit JORNANDES *de Rebus Get. c. 17.*

BJESSE, vir validus, robuſtus. *En ſtarker bjeſſe*, vir prævalidus. Islandi *bjaſſe* pugilem dicunt, quod vocabulum forte id eſt, ad quod SERVIUS *ad Lib. 8.* ÆNEID. alludit, dum *gæſa* explicaturus dicit, ea notare *haſtas viriles, nam etiam viros fortes Galli Gæſos vocant.* Nullæ vero literæ ſæpius inter ſe permutantur, quam *g* & *b*, præſertim ab initio. Ceterum meminerit Lector, *beſſe* urſum notare, quod animal, quum ob vires in ſeptentrione ſpectabile eſſet, non tantum varia nomina propria inde deſumta videmus, ſed etiam, Poëtice inprimis, ipſos reges ab iisdem cognominatos fuiſſe. v. OL. RUDBECKII *Alt. Tom. I. p. 447. ſeq.*

BIFALLA, aſſentiri, a Germ. *beifallen*, quod porro a *fallen*, ortum eſſe, quivis facile animadvertit: ſed qua ratione a cadendi notione ad aſſenſum perveniatur, dicere, ipſi WACHTERO pronum non fuit. Ego arbitror *bifalla* ab initio ſignificaſſe ſubſidio venire, quod ut concordiæ & aſſenſus non fallax in bello indicium eſt, ita vox hæc uſurpari cœpit de quavis ſocia voluntate. GUST. I. *Forma Reg. in Weſt G. de anno 1540. edit.* STIERNM. *p. 169. Skole då hwar och een med theres ruſtningar, heſter och harſk - - bifalla och tildraga:* tum unus quisque cum ſuo apparatu, equis & armis ſubvenient, & auxilium præſtabiunt. *Falla* vero quemlibet motum militarem exprimit, ut docent derivata *anfalla*, aggredi, *affalla*, deſciſcere, *öfwerfalla*, irruere.

BIKT, confeſſio, unde *biktfader*, ſacerdos,

dos, cui peccata confitemur, confeſſionarius. Germ. *beicht*. Belg. *bicht*. Eſt hoc vocabulum inter Eccleſiaſtica illa, quæ una cum Chriſtianiſmo huc advecta ſunt: Veteres Alemanni, qui illud jure ſibi aſſerunt, *bigicht* dixere a *bigichen*, *begechen*, *begehen*, tot enim modis ſcriptum invenitur, quod a *jehen* vel *jahan* affirmare. Sueth. *jaka*. Qui enim interroganti affirmat, confeſſionem vel fidei vel admiſſorum facinorum edit. In formula confeſſionis, quam ipſi CAROLO M. tribuit LAMBECIUS, *Tom. II. Bibliothecæ Vindobonenſis* ſingulæ carminis partes ita incipiunt: *Ih gihu gode almahtigan*, confiteor Deo omnipotenti. v. PALTHENIUS ad TAT. *p. 293*.

BIL vel BILE, interſtitium loci aut temporis. GAUTR. S. *c. 26. Var bili mikit i milli ſkipana.* Erat interſtitium magnum inter naves. *1.* SAM. *23. i þau bili kom þar ſendimadr til Saul:* ſub hoc venit nuntius ad Saulem. Germ. *weile*, *b* in *w* mutato, quod Moeſogothi aſſpiratione adaugent, *hveila*. JOH. *7: 33. Nauh leitil hveila mith izvis im:* adhuc modicum tempus vobiscum ſum. A. S. *while*, id.

BILA, retrocedere, ſubtrahere ſe. *Han ſkylldi eigi bila hannum i ſlikri naudſyn.* Non illi ſe ſubtraheret in ejusmodi neceſſitate. Plura habebis apud VERELIUM. Videor mihi eandem vocem inveniſſe in Scriptis Alemannicis, licet parum intellectam ab interpretibus. Exemplo ſint verba OTFRIDI *L. 4. c. 16: 60.*

Odo er horta gabun
Fon the iz giſahun,
Uuiolih er ſih farota,
In themo berge ſih gibilota.

Quæ ita interpretatur SCHILTERUS:

Porro audiverat (JUDAS) nuper
Ab his, qui id viderant,
Quam facile ſe mutaverit,
In monte (Tabor) ſe transfiguraverit.

Ego vero hæc, ut multa alia hujus auctoris, plane in alienum ſenſum detorta exiſtimo: Tu vero, ſi quid ego his verbis indicari arbitrer, ſcire vis, hanc veriorem verſionem habe:

Forte audiverat (JUDAS) nuper
Ab his, qui viderant,
Quomodo Chriſtus ſe ſubduxerit,
Et in montem ſe receperit.

Alluditur nempe ad id, quod JOH. *6: 15.* narratur, quemadmodum nempe CHRISTUS, turbam vitaturus, ſeſe in montem contulerit, non vero, ut credunt interpretes, ad transfigurationem Salvatoris. De voce *faran* & *infaran* v. Lexicographos, & conf. apud eundem auctorem *Lib. I. c. 1: 153.* Addo huic loco alterum NOTKERI *Pſ. 16: 11. Altſo die tuont, die ubeles tenchent, die danne ne helent.* i. e. ita etiam faciunt, qui malum cogitant, & inde non recedunt.

BILTOG, relegatus, ſeu ad certum tempus extra certum ſpatium proſcriptus. Ita vocem hanc interpretatur VERELIUS in *Indice*, origini vocis conformiter, ut adeo eadem differentia ſit inter *biltogr* & *utlægher*, quæ in Jure Romano fuit inter *relegatum* & *exſulem*, quod poſterius iis conveniebat, quibus aqua & igni penitus & in perpetuum interdicebatur. v. OVIDII *Triſt. Lib. II.* Et licet loca illa, quæ ex *Ærfd. B.* L. L. *c. 8. & Eds. B. c. 27.* adfert VERELIUS hanc differentiam non ſatis evidenter declarent, contingere tamen huic voci id potuit, quod plurimis ſolet, ut nempe in ſenſu vel arctiore vel latiore interdum, quam pro nativa ſignificatione, ſumantur. v. LUNDII *Auct.* ad VERELII *Indicem p. 3.*

BIL vel BILA, ſecuris, proprie uſurpatur de fabrilibus inſtrumentis majoribus, qualibus utuntur fabri lignarii ad lævigandas trabes. Camb. *bwial*, ſecuris. Belg. *byl*. Lithuan. *bila*. Quum teſte SOMNERO Angloſaxones chalybem *bill* appellaverint, veroſimile videtur, inde chalybea quælibet inſtrumenta genericum nomen accepiſſe, & hinc factum eſſe, ut apud eosdem Angloſaxonas *bille* & Angl. *bill* falcem notaverit, *twybill* bipennem. C. B. *ebill*, terebram, *bilan*, jaculum, pilum. Sueth. *bill*, vomerem, *isbill*, dolabram ferream, qua perforatur glacies. Iſl. *billda*, ſagittam. v. GUDM. ANDR. *Lex. p. 29.* qui conferendum jubet Gr. βέλος, id. *billdr*, inſtrumentum chirurgicum, quo vena aperitur. Quinimmo non multum abludit Græcorum πέλεκυς, ſecuris, dolabra. Infra ad v. *jern* obſervabimus, Bilbilin, Martialis patriam, ab hac eadem voce nomen accepiſſe, videri. WACHTERUS horum omnium communem originem ſibi viſus eſt inveniſſe in Iſl. *bula*, quod eſt truncos diffindere, detruncare, teſte VERELIO.

BILA, ſecuri dedolare.

BILL, vomer. v. infra ſuo loco.

BILÆGER, nuptiæ. Germ. *beylager*, proprie concubitum notat, a *ligga*, cubare. Hodie in L. tam Germanica, quam noſtrate non uſurpatur niſi de nuptiis perſonarum illuſtrium.

BILD, imago v. ſupra iu *Belæte*.

BILL, vomer. Diximus ſupra in voce *bil*, proprie hoc vocabulo indicari inſtrumen-

ſtrumentum ferreum, vel chalybeum, inde vero illud ad ſpecialiorem uſum tranſlatum fuiſſe. Jam addemus, in Legibus antiquis promiſcue *bill* & *bild* ſcribi. In rei fidem ſubnectemus locum Legis Dalicæ, p. 24. qui ſingulare exemplum affert homicidii involuntarii. *Margt åru illtz ôki oc varder bani manz bani, la hildir a wægg.flog upp bani oc a bild nidir, bildir oc i quid kalli dôd hafdi then karl af: tha dômis fram bani oc a threa marker:* h. e. multis rebus damna fieri & augeri poſſunt, adeo ut & gallus homicida fieri poſſit: ad parietem pependit vomer, ſubvolavit gallus, vomeremque in ventrem ſenis decuſſit, illatoque vulnere ſenex deceſſit: mulctam lex ſtatuit trium marcarum & necem homicidæ, h. e. galli. In Lege Sudermannica B.B.c.11. & 14.*mellan bild och byrghder* denotat illud tempus quod intercedit inter arationem vernam & meſſem. Obſervat Gudmundus Andreæ poëtice telum apud Islandos *billda* dici, haud dubie quia ſagitta verſus cuſpidem omnino vomeris figuram habet.

BILLIG, æquus. De vocis origine duæ mihi occurrerunt opiniones, quarum utraque adeo mihi ſpecioſa viſa eſt, ut cui ſit accedendum, dubius hæream. Prior eſt Wachteri a *bill* lex, quam vocem licet nuſpiam in ſcriptis hodie ſuperſtitibus inveniat, ſatis certis tamen indiciis illius veſtigia ſibi viſus eſt reperiſſe in *unbill*, illegalitas, & *weichbill*, jus civitatis. Ita ſcilicet *billig* idem plane erit ac *laglig*, hoc eſt legi conformis. Quum vero hæc, quæ attuli, adeo evidentia non ſint, ut omnino extra dubium ponant id, quod commemoravi, primitivum *bill*; alteram derivationem prætermittendam non duxi a *lik*, æquus. Certe, qui Sueci ſumus, novimus, *likt* in noſtrate Lingua hanc ſignificationem habere. Ita dicimus. *Tycker tu, att thet ther ær likt*: anne id æquum putas? *Góra thet likt och rætt ær:* id quod æquum & juſtum eſt, facere. *Dialogus* Laurentii Petri *de Miſſa p. 67. Tu kan icke med lika begæra af mig:* cum æquitate a me poſtulare nequis. *p. 70. Tu ſkal icke med lika górat*: ſine iniquitate id non facies. *Tu begær ſå olikt*: iniqua petis. Hinc *liklig*, æquus. Belg. *gelyk*, his poſitis *bi-lik* vi vocum notabit id, quod ad æquum accedit, quod æquo ſimile eſt. Chron. Rhythm. *min. p. 233.* *Ho ej wil ſwara til lika eller rætta.* Qui lites tranſigere non vult ex æquo & bono aut ſecundum legem.

BILLTAS, altercari, rixari. Iſl. *bilta*, eſt volutare, *biltaſt*, prolabi, inverti, qui motus ſunt odinarii in arena congredientium, Gall. *bisbil*, lis, contentio.

BINDA, ligare. A. S. *bindan* Al. *bintan*. Iſl. *binda*. Angl. *binde*. Germ. *binden*. *Binda nåt*, retia contexere. Vita Anscharii p. 129. Antiquitatem horum omnium teſtatur, præter conſenſum veterum dialectorum Scythicarum, Æolicum *βίω*, quod eodem ſenſu uſurpatum fuiſſe, docet Vossius in *Etymologico*, indeque formatum eſſe Latinum *vieo*, & dein *vimen*, *vincio*, & quæ plura ſunt alia. Ulph. *vithan*, conjungere. Marc. *10: 9. (v.* Stiernhielmii *Gloſſ. p. 146.)* In eadem lingua Moeſogothica derivatum occurrit *bandi*, faſcia, Marc. *7: 35.* & apud Perſas *bend*, id. In vetere lingua Suiogothica *binda* & *bita* promiſcue uſurpabantur, quemadmodum in medio vocum *n* ante conſonam ſæpenumero additur & aufertur. Westg. L. *Rættl. B. c. 2. Han ſkal taka widhequiſt, bitæ haſt a: i. e.* ille ſalicis frondem capiet, & vimine conſtringet. Confer Upl. L. *Jord. B. c. 4. §. 4.* Islandicum *binda* in præterito etiam, eodem *n* omiſſo, *batt* habet. Heimskr. *T. 2. p. 351. þa batt hann hanns ſar oll*: tum obligavit omnia vulnera ejus.

2. In ſenſu forenſi notat allegare, *ut binda lof*, L. L. *B. B. c. 18. §. 8. & c. 25. §. 1.* allegare datam veniam, *binda torgkôp*, allegare emptionem in foro factam. Credidi aliquando, confuſos a juris interpretibus fuiſſe terminos alligandi & allegandi, aut tanquam ejuſdem radicis ſurculos communi nomine comprehenſos fuiſſe.

3. Legaliter probare. *v. Jord. B.* L. L. *c. 13. Binde faſta a rættan ægbånda:* probet per firmatores, veri poſſeſſoris emtionem recte factam eſſe. Ita Latini dicunt alligare criminis. *Lagbinda, id.* Upl. L. *Thing. B. c. 7. §. 9.* alias *ſakbinda*. Ad hanc claſſem pertinent phraſes *binda faſta a*, emtionis factæ convincere. Upl. L. *Jord. B. c. 4. 4. Binda fang a*, acquiſitionis titulum probare. *ib. c. 6.*

4. Judicata exſequi. Upl. L. *Thing. B. c. 8. bitær mæt a bol bonda:* æſtimabitur fundus domicilii, i. e. tergiver-

verſante debitore, æſtimatio inſtituetur ipſius fundi.

5. Jungere, ſenſu morali. Hinc *barnom bundin* dicuntur illi conjuges, quorum matrimonium pignoribus eſt auctum. SUDERM. L. *Jord. B. c. 18.*

BAND, ligamentum, faſcia. ULPH. *bandi.* Gall. *bande.* Ital. *bende.* Perſ. *bend.*

BINDEL, vitta. It. *bindello.*

BUNDIN, merges. HELS. L. *Mdnb. B. c. 32.* A. S. *byndel.* Angl. *bundel.* Iſl. *bindine.* GUDM. ANDR.

BINGE, cumulus, acervus frugum. *Lit.* GUST. I. *de Anno 1549. Beſlitendes ſig at hafwe ſkóne miól och maltbing.* Id operam dantes, ut pulcros habeant farinæ & farris acervos. Isl. *bingur.* In gloſſis Alemannicis invenitur *piga* & *pigo*, acervus, unde in jam florente Germania *beige*, acervus, *holtzbeige*, acervus, ſtrues lignorum. Apud Islandos occurrit *bunke* eodem ſenſu, a quo non multum abludit Græcorum *βȣνος*, tumulus. WACHTERUS vero omnia deducit a *πήγνυμι*, ſtatuo, congero.

BJÓRK, betula. A. S. *byrc*, *birce*, *beorce.* Ang. *birch-tree.* Germ. *birche.* Communis opinio eſt, betulam a cortice nomen accepiſſe, ſive quia candente ſuo colore arbor conſpicua, ſive quia multiplici corticis uſu inſignis eſt. WACHTERUS *birche* transpoſitis literis quaſi *briche* dici putat, a *brechen*, lucere. Cfr. Isl. *biartr* lucidus, candens.

BJÓRN, urſus. A. S. *bera.* Al. *bero.* Iſl. *biarn*, *beorn.* Angl. *bear.* Belg. *beer.* Germ. *bær.* Ant. Goth. id. CHRON. RHYTHM. *min. p. 44.*

Ett gylt leon med twa hwita bæra.
Leo inauratus & duo urſi albi.

Videmus, ſolos eſſe ſeptentrionis noſtri incolas, qui *n* finale retineant: ſi vero quæratur, utrum nos illud ex ingenio addiderimus, an vero alii demſerint, aqua mihi hæret, nec res ipſa magni eſt momenti. Obſervare, forte non abs re fuerit, quod de origine Helvetiorum urbis, BERNÆ, narrari docet WACHTERUS, eam nempe nomen accepiſſe ab urſa, quæ ſylvam cædenti ex improviſo occurrerit. Si quid huic hiſtoriæ veri inſit, prodiderit certe *n* noſtrum uſu veterum non deſtitui, in primis ſi addantur compoſita a *bern* & *beorn*, ut BERNHARD &c. Sed ita tamen etymo vocis inveniendo nihilo propiores ſumus. A *βειρὸς*, hirſutus derivat JUNIUS: alii a *Φὴρ*, fera, nomine generico pro ſpecifico poſito. Ego rei incertæ arbitrium aliis lubenter relinquo.

2. Nomen eſt Poeticum, quo principem vel regem diſignabant Skaldi noſtri. In poeſi Anglosaxonica vim eandem habuit, *beorn. Scilicet*, ut ait THWAITESIUS in *additis* ad JUNII *Etymologicon*, *honorificum habebatur a feris animantibus nomina ſua accipere.* Unde etiam videmus, quamplurimis civium noſtrorum idem proprium fuiſſe. Immo commemorat SAXO GRAMMATICUS ab initio *Lib. 6.* ſeptem fratres, quorum ſingulorum nomina vocula *biórn* terminabantur, ut *Gerbiórn*, *Gunbiórn*, *Armbiórn.* Alemannis vero, qui pro *biórn bero* dixere, haud dubie id acceptum referimus, quod hiſtorici noſtri aliique Latine ſcribentes, non *Biorno* ſed *Bero* eos appellaverint, qui hoc nominis geſſerunt.

BIRKE, BJÓRKE, civitas. ULPH. *baurg.* Al. *burg.* A. S. *burg*, *burh*, *byrig.* Perhibet quidem HADORPHIUS, in *præf.* ad *Jus Bircenſe*, *biark* in vetere Lingua Gothica denotare mercaturam, quæ derivatio adoptata videtur a WILDIO in *Hiſtoria Leg. Sueth. p. 41.* Sed quum eam vocem nuſpiam apud noſtrates, nec aliquid ſimile in aliis linguis inveniam, crediderim potius, noſtrum *bjórke*, *birke* nil aliud eſſe, quam illud *byirg burg*, quod modo attuli, quodque alias *borg* appellari ſolet, atque adeo noſtrum *biorkerætt* idem eſſe, quod AngloSaxonum *Burh-right*, jus civitatis: quo etiam facit, quod, dum aliæ omnes leges *lag* appellantur, ut *Óſtgóta Lag*, *Weſtgóta Lag*, hæ una tabulæ titulum *Rætt* præferant. Hoc vero eo mihi videtur veroſimilius, quo certius eſt, illam legem Bircenſem, quam hodie impreſſam legimus, a BIRGERO JARL eſſe conſtitutam, ut Stockholmenſi civitati, nuper, a ſe exſtructæ, pro norma eſſet: *v. ibi c. 33.* Atque hinc eſt, quod non pauci Antiquariorum noſtrorum *Biórkó* pro nomine appellativo potius, quam proprio habeant, illamque BIRCAM, ubi ANSGARIUS verbum Dei prædicavit, aliam non fuiſſe quam Sigtunenſem civitatem, in animum inducant: etiamſi modo laudatus HADORPHIUS aliique hanc civitatem, in inſula, quæ adhuc nomen *Bibrkó* retinet, quærant, in qua hodieque veſtigia dirutæ urbis perſpicue cernuntur. Sed hæc alterius fori ſunt, nunc tantum addam, ea, quæ dicta ſunt, haud parum illuſtrari verbis ſcholæ

Digitized by Google

Sturlesonii, Tom. 2. p. 260. ubi *Biarkeyar riettir*, alio nomine *byar manna lag* dictæ, opponuntur *Lands lögum*, hoc eſt juri provinciali. Ut adeo hinc appareat, *biark* vel *biarkei* & *by* unum idemque notare. Apud Danos Waldemarus R. legem condidit à Christiano IV. reviſam & emendatam, quæ *Birckerætt* appellatur, quæque nihil aliud eſt, quam jus quoddam privilegiatum certo territorio à Daniæ Principibus conceſſum, vel ut ibidem definitur §. I. *En ſærdelis höy- oc fribed, enten fordum oc aff Arildt til Birch inſuorit oc hæffdit, eller oc aff forige höiloflige Kongers ſynderlig leen gaffue oc benaading, nogle Danmarkis Rigis underſaatter, Biſkoper Prælater Herrer oc gode mend arffueligen at haffue, fült oc tilhört, oc endnu atfølge oc tilhöre.* i. e. Singularis & eximia Libertas, aut inde a remotiſſima memoria Lege Bircenſi conſtituta, aut peculiari Regum Danicorum conceſſione & gratia, certis Daniæ civibus, Epiſcopis, Prælatis, Equitibus & viris nobilibus hereditario jure poſſidenda conceſſa, uti etiam hodieque poſſidetur. Nomen autem illud profluxit haud dubie ab arce aut civitate, cui ſubfuit illud territorium, quod ejusmodi ſingulari jure ornatum fuit.

Birkarlar, Mercatores Bothniæ occidentales, quorum crebra mentio fit in *Diplomatibus* Regiis Gustavi I. & Johannis III. allatis a Stiernmanno, *Tom. I. Oeconomic.* Docet Hadorphius in *præf. ad Leges Bircenſes*, eos a *Biark* mercatura nomen accepiſſe: ſed veriorem appellationis rationem tradit Schefferus in *Lapponia p.* 47. fuiſſe nempe globum hominum, qui ex Tavaſtiæ pagis *Birkarla* & *Ringo* oriundus, duce Matthia Kurk ad inter. ora ſinus Bothnici penetraverit, totamque Lapponiam ſibi vectigalem reddiderit.

BISÆTTA ſeponere notat, ſi naturalem verbi ſignificationem conſulamus. Obſoleſcente vero illa, locum occupavere duæ aliæ, altera eccleſiaſtica civilis altera. Prior eſt, qua notat, funus absque exſequiali pompa tumulo vel loco ad id deſtinato extra templum inferre. Poſteriori notat in ſequeſtro deponere, uſurpaturque tam de hominibus publicæ cuſtodiæ datis, quam de facultatibus in litis eventum depoſitis. v. St. L. *Rådſt. B. c. 18.* Scribi quidem hoc ſenſu ſolet *byſætta*, quaſi a *by* eſſet, ſed id mihi minus placet. Eſt enim a *bi* apud, atque reſpondet Latino *ſeponere*, quod in Legibus Wiſigothicis notat oppignerare, & *ſepoſitio* oppignerationem; illa enim, quæ ſequeſtrantur, pignori velut opponuntur, donec judex ſententiam pronunciet.

BISKOP, Epiſcopus, Επίσκοπος. Titulus honoris in Eccleſiaſticis ſummi, quique ab humilibus auſpiciis eo excrevit, ut ipſi Majeſtati Regiæ olim gravis imminuerit. Non enim tantum diœceſibus ſuis præfuere hi Pontifices, ſed etiam in civilibus negotiis, ſecus ac Leges publicæ ferebant (*v. Thing. B. L. L. c. 10.*) primas tenuere, utpote qui Senatores Regiique ſæpe Principes erant, inque ſummis judiciis, per regnum habitis, petentibus jus dabant. v. Telgæ Stadga *de Anno 1491.* in *Collect.* Hadorphi. *ad Leg. Bircenſ. p. 69. §. 12.* quod idem apud Anglos usque ad tempora Wilhelmi Conqvestoris obtinuiſſe, commemorat Hickesius in *Differt. Epiſt. p. 4.* In Legibus Weſtrogothicis ſancitur, Epiſcopum alium eligi non potuiſſe, quam qui fuerit *bondaſon*, hoc eſt, cujus Pater nullum munus aulicum obiret. Cautum id erat tam de Epiſcopis, quam de Lagmannis, idque eum forte in finem, ne Regibus obnoxii eſſent, qui officii jure populi tutores eſſe deberent. *Swa ægher Biſkoper wara fore godhom ſjælom, ſom fadher fore Barnom ſinom:* Ita Epiſcopus eſſe debet adverſus probas mentes, ut Pater erga filios: verba ſunt *Legis Eccleſ.* Christophorianæ *c. 4: 2.*

Biskopa, ſacro chriſmate inungere. Heimskr. *Tom. 1. p. 763. Voro þeir þa ſkirþer af kennimönnum, oc voro Biſkupadar.* Baptizati tum fuere a ſacerdotibus, & ab Epiſcopis confirmati. Angloſaxonas eodem termino eccleſiaſtico uſos fuiſſe, invenio. *v.* Hickesii *Gram. A. S. p.* 45. in marg. *þat ænig man tolange unbiſkopad ne wyrthe*: ne quis juſto diutius, absque confirmatione ſit. Lat. B. *Epiſcopare* dixerunt, ſed alio ſenſu, illis enim notabat Epiſcopum creare. v. Vossius de *Vitiis ſerm. p.* 708. & Du Fresne *in v.*

Biskops Staf, pedum Epiſcopale. *Staf oc ſtol*, ſæpe ponitur pro terris ſedi Epiſcopali annexis: v. *in Catalogo Epiſcoporum Scarenſium ad calcem Leg. Weſtrog. Tha waru ſiu bo til ſtafs oc ſtols:* tum ſeptem fuere villæ ſedi Epiſcopali annexæ.

BISLAG apud Scanos dicitur protegium, quod imminet gradibus ad ædium introitum ducentibus, quodque a pluvia defendit utrinque ſedentes.

Saxones *byſlag* dicunt, ut mihi auctor eſt Richey, in *Idiot. Hamburgenſi. p.* 257. & Auguſtani *biſtal* apud Schilterum, *Gloſſ. p. 115.* Præfixa particula docet, indicari appendicem ædium: radix eſſe videtur *ſlâ*, pangere.

BISLINGGARD. Vox hæc occurrit in Hels. L. *Manh. B. c. 6*: 2. notatque aliquam partem villæ ruſticæ, ſed incertum quamnam. Credidero, quum terminatio indicet locum conſeptum, & contextus doceat, extra villæ limites illum fuiſſe, eo indicari paſcuum, vel ſeptum locum, ubi paſcuntur pecora, a *beta*, paſcere.

BISTÅ, opitulari. Belg. *byſtaen.* Scotis vet. *byſtonde.* Verbum fictum ad imitationem Gall. *aſſiſter.* Angl. *aſſiſt.*

Biſtånd, auxilium.

BISTER, tempeſtuoſus, *ett biſtert wæder*, ſæva tempeſtas. Angl. *boyſterous*, quod ab Alemannico *bizzen*, fremere, derivat Junius in *Etymol.* cfr. Germ. *buſten*, flare, ſufflare apud Wachterum, nec non Al. *biſa*, turbo. Iſl. *bytur*, id. *v.* Verel. Ind. *p.* 47. Germ. *beiſſwind* apud Wachterum, Gall. *vent de biſe*, quod pro aquilonari poni ſolet, ut acutiſſimo. Diceres, hæc, quæ attuli, nos recta ducere ad radicem *bita*, mordere: perinde ac indidem oriuntur *bitter* & *betſk*, atque non inſolens eſt, dicere: *ett bittert wæder*, *bitter kóld*, ventus acris, gelu urens.

2. Ferus, atrox. *En biſter uppſyn*, atrox aſpectus, torva facies. Belg. *biiſter.* Pol. *byſtry.* v. plura apud Bernhardum in *Etym. Britannico.* Peringschöld in notis ad Cochlæi *vitam* Theodorici, Gothicam hanc vocem ſui ſemina in Italia Galliaque reliquiſſe, credit, ubi *bizarro*, *bizarre* torvum appellant.

Förbistra, turbare. v. ſuo loco.

BITA, allegare, actionem inſtituere. v. ſupra in *binda.*

BITA, mordere. A. S. *bitan*, Al. *pizzan* Iſl. *bita.* Germ. *beiſſen.* Angl. *bite.* Belg. *byten.* In lingua Aremorica *bwytta* eſt comedere, cui affine eſt illud noſtratium: *han har hwarken att bita eller ſupa*: nec quod edat, nec quod ſorbeat, hadet. Hinc Junius, qui Græcorum fontium raro obliviſcitur, affert βιοτὸς, victus. Sed videtur tamen mordendi ſignificatio huic voci eſſe congenita, id quod derivata commonſtrant. Wachterus vidit id, adeoque *bita* ſurculum eſſe vocis *picken* autumavit: ſed qui norimus, hoc illo antiquius eſſe?

Bete, dentes equorum molaribus proximi. Olim latius patuit uſus hujus vocabuli, unde de 'aminantibus in genere uſurpatur in Kon. Styrils. *Hwaſſa klor oc bite*, acres ungulas & dentes: necnon de hominibus, ſi recte intelligo verba Legis Dalicæ p. 12: 10. *warder bondin dræpin i gardi wti, bittis äi biti ălla bain*: Si quis in area ædium interfectus fuerit, ita ut nec dens nec os inveniatur: i. e. ſi nihil ejus inveniatur.

Betsel, frenum Al. *beiz.* Angl. *bit.* A. S. *bitol.* Iſl. *bittel, beitſl.* Uplandi *betol* appellant lignum illud, quod ori equino inditur, cuique lora annectuntur, quod a *bita*, mordere & *ol*, baculus derivandum, aliquando cenſui.

Bet, id. *v.* Ps. 39: 9. Lye in *additamentis* ad Junii *Gloſſ.* hoc & prius cenſet profectum eſſe a *bætan*, frenare, Sueth. *betſla.* Sed quis non videt inverſum in his derivandi ordinem.

Bit, buccella: Uſus voluit, ut de re quavis minuta uſurpetur. *Liten bit længre*, paulo longior: *ingen bit bættre*, ne hilo quidem melior. Angl. *never a wit* dicunt ab Ulph. *vaihts*, quod vide in *vætta.* Hinc forte concludi poterit, rectius dici *liten wit.*

BITE, trabs quicunque, tam qui tecto ſubſternitur, quam qui in navi pro malo erigitur. Östg. L. *Eds. B. c. 33. §. 2. warder man a ſkipum dræpin innan bords ok bita*, ſi quis in navi interfectus fuerit inter latus navis & malum. Occurrit idem in Lege Gotl. *c. 36. Skip þet ſum þretan iru rangr i oc þrir bitar* i. e. navis, ubi tredecim ſunt tranſtra & tres mali. Hadorphius heic inſulſe vertit *tre betſkeder*, i. e. tres ſtationes. Isl. *bete, beite.* v. Gudm. Andr. *Lex. Isl. p. 30.* Verelius in *Ind. p. 35.* Ol. Tryggv. *S. edit. Skalh. P. 2. p. 297. Greip þorſtein um beiti aſin oc bardi med:* Thorſtanus malum navis arripuit, eoque pro armis uſus eſt.

BITTER, amarus. Ulph. *baitrs*, quod agnoſcimus in *baitraba* Matth. *26: 75.* A. S. *biter.* Al. *bittar*, *pittar.* Belg. & Germ. *bitter.* Uti, quæ amara ſunt, linguam morſicare ſolent, ſic a *bita* mordere hoc vocabulum finxit antiquitas. *Hiſt.* Alex. M. huc alludere videtur.

Pipar ær bitter, och bitar faſt

Piper eſt amarum, & valde mordet. Hinc *bitur* in lingua Isl. uſurpatur de re quavis acuta, ut Syr. *21. biturt ſwerd*, gladius acutus. Knytl. S. *p. 34. Hior bitran*, id.

2. Gravis, moleſtus, ut *then bittra döden*, mors acerba, *bitter owænſkap* inimicitia gravis.

BITTIDA, mature, propere. In CHRON. RHYTHM. *p. 313. bityde* ſcribitur, & id ad vocis etymon propius rectiusque.

Ty the wille ſik ej giſwa bityde
Seſe enim tempeſtive dedere noluerunt.

Factum eſt a Germanico *beyzeiten*, vel, ſi mavis, ab A. S. *to tide:* utcunque fuerit,ſemper *t* unicum ſufficiet.

BJUDA, invitare: Hanc quippe primam & principalem vocabuli hujus ſignificationem eſſe, in animum induco, ut adeo perparum diſtet ab obſoleta Latii radice *vito,* (unde *invito,*) inprimis ſi veterem verbi noſtri formam *bida, byda,* & Angl. *bid* reſpiciamus. Miror,hoc in mentem non veniſſe Doctiſſimo WACHTERO, qui ex pluribus verbi hujus ſignificationibus totidem diverſa verba effingit, & illius, quæ jam ſub manu eſt, radicem ponit Ulphilanum *bjud* menſa. Ferri hoc poſſet, ſi de invitatione convivali tantum uſurparetur : jam vero quum multo latius ſe diffundat, in alia omnia abeundum,cenſeo. Nec quemquam turbare debet literarum affinium *v b* & *d t* permutatio, utpote ſine qua unius linguæ plures dialecti non exiſterent.

BOD, invitatio. Hinc *gæſtabod* convivium : Iſl. *Julabod*, invitatio Julenſis. *wara i bodi*, cœnæ intereſſe: *bodsmæn*, convivæ.

2. Offerre, *bjuda en penningar*, pecunias alicui offerre, quod nihil aliud eſt, quam ad pecunias accipiendas invitare. Huc refer in legibus noſtris *bjuda ed*, offerre juramentum, *bjuda uppjord*, cognatis venditoris coram tribunali terram offerre, vel emtionem publicare: unde *budsjord.* WESTG. L. *Kirk. B. c. 26.* terra cognatis offerenda. A. S. *biddan.* Al. *biuten.* Belg. *bieden.* Germ. *bieten.*

3. Licitari: *bjuda på något*,quaſi ad certam pecuniæ ſummam pro merce accipiendam invitare.

4. Imperare. ULPH. *bjudan*, unde *anabjudan.* MARC. *I:* 27. A. S. *beodan.* WACHTERUS radicem Mœſogothicam ſibi viſus eſt inveniſſe in *faurabathia*, Princeps,qui ceteris imperat. MATTH. *9: 34.* Differt hæc ſignificatio a priori, ſed non niſi gradu, quid enim agit juſſu ſuo imperans, quam quod cives ad obediendum invitet.

BUD, mandatum. *Tio Guds bud*, decem præcepta. OMBUD, OMBUDSMAN, v. ſuo loco.

5. Periclitari. *Jag will bjuda till, att góra thet*, ejus rei periculam faciam. Credo, ellipticum eſſe loquendi genus, & plenius dictum olim fuiſſe, *jag will bjuda mig till*, hoc eſt, memet offeram huic rei præſtandæ: increvit inde ſignificatio, ita ut pro conatu efficace uſurpari inceperit.

6. Quemadmodum ea, quæ placent & delectant, invitare dicuntur, uti dum CICERO ait, *gloria invitari magna ingenia*, & OVID. *invitant omnia culpam*, ita in contrariam partem *bjuda emot* uſurpatur de cibis, qui vomitum cauſſantur, aut quos aſſumere, ſtomachus renuit. Dicitur deinde, de quavis adverſitate: *Thet bjuder alleſtædes emot*, omnia votis meis adverſantur. Hinc *motbuden*, adverſans.

BJUDA, accidere. Iſl. *byda.* HEIMS KR. *Tom. 2. p. 277. Vel beſur ſa maþur, er eigi byþur ſlikt illt.* Felix ille vir, cui ſimilis adverſitas non accidit.

BUD, caſus fortuitus. Occurrit hoc ſenſu in lege Uplandica aliquoties. *Widerb. B. c. 25. Ængu budbi fylgiæ*, non probabunt caſum fortuitum. cfr. *c.* 23: 10. Extat eodem ſenſu *tillbud*, *Manb. B.* 7: 2. & hodieque dicimus: *Thet war ett farligt tillbod*, caſus erat periculi plenus.

BJUGG, hordeum. Isl. *bygg.* JOH. *6: 9. Fim byggbraud ok tua fiſka,* quinque panes hordeaceos & duo piſces: Ubi Anglo-Saxonica verſio habet *berene hlafas* & ULPHILANA *blaibans barizeinans.* Septentrioni peculiare eſt hoc *bygg* vel *bjugg*, ſive id pronuntiationis vitio a modo allatis ortum fuerit, ſive, quod opinatur OL. RUDBECKIUS, in *Theſauro Lingg. manuſcr.* ab Angl. *bigg*, grandis, quum grana hordei ceteris frumentis ſint ſpiſſiora.

BJUR, fiber. Alias dicitur *beſwer*,quod ſuo loco habuimus, & harmonia aliarum linguarum Europæarum illuſtravimus. In monumentis antiquis animal hoc *biwr* ſcriptum invenitur, quod pro diverſa pronuntiandi ratione *biſr* & *bjur* efferri potuit, unde diverſa adeo prodiit ejuſdem vocabuli forma.

BIWISTA, adeſſe. *Biwiſta gudstjänſten*, ſacris adeſſe. Antiqui *biwiſtas* pro eo dixere, ut auctor vitæ ANGARII p. 93. *Gå i Kyrkan,och biwiſtas Gudstjänſtens öfningar*, in templum ire, & exercitationibus ſacris intereſſe. Videtur id etiam magis analogum eſſe, quum ſimplex *wiſtas* etiam in forma paſſiva ſemper fere uſurpetur.

BLACK, cippus. v. infra in *Block.*

BLACK, *fuſcus*. A. S. *blac*, *blæc*. Isl. *blaukur*. Angl. *black*. Derivare video hos a *πέλλος*, niger, illos a *βλαγὶς*, macula, alios a *βλὰξ*, piſce marino, nigrum vomente madorem. Mihi in mentem venit, hoc *black* nihil aliud eſſe, quam diminutionem τῦ *blå*, quod nigrum denotare, mox ſumus viſuri. Scilicet dum colorem in alium divertentem dicere volumus, *ack* vel *ackt* a fine adjungere ſolemus: ut *rödacktig.grönacktig* i. e. ſubrufus, ſubviridis, quemadmodum Galli uſurpant *atre* in *rougeatre*, *verdatre*. Certe *black* apud nos notat nigricans, vel quod a nigro multum trahit. Semilatine in Teſtamento Abſolonis, A. Epiſcopi Lundenſis nominatur equus *blaccatus*. v. notas Ot. Sperlingii p. 125.

Blæck, atramentum. A. S. *blæc*. Germ. *black*, unde *blackborn*, atramentarium, vas ubi ponitur atramentum, ab *born*, cornu, quum cornua hæc ab initio fuerint, ut hodie non raro. Angli ſimiliter dicunt *inkborn*, quod fruſtra ſolicitat Junius, tanquam verius eſſet *inkern*, hoc eſt atramenti domicilium, ſed dubium hoc noſtra lingva præcidit.

Blackmanna Land, Mauritania, ita dicta a colore fuſco incolarum. Heims Kr. *T.* 2. *p.* 396. *Kongur for berſerd a blaukumanna land*, Rex expeditionem ſuſcepit in Mauritaniam. In *Diſſertatione* Londini Scanorum habita ſub præſidio Sv. Bring, Viri celeberrimi, *de* Blekingia *p.* 3. *Blaukumanni* ibi ſedes habuiſſe traduntur, ubi jam *Blekingia* eſt: in cujus rei fidem adducuntur verba Saxonis Grammatici, *Lib.* 7. *p.* 127. Alfum *Daniæ R. ſuo portu ſolventem*, *primum Blackmannos profligaſſe*, *& hinc ad Finnos curſum direxiſſe*. Sed Saxo l. c. non narrat unde Blackmanni illi venerint, ſed tantum claſſem eorum Danicæ obviam factam.

BLAD, folium arboris aut plantæ A. S. *blæd*. *bled*. Al. *plat*. Notkerus *Pſ. I:* 3. *Uuocher job pleter*, fructus & folia. Germ. *blat*. Tranſpoſitum & conciſum credit Junius, & poſt eum Wachterus a Gr. *πέταλον*. Alii ortum putant a *πλατὺς*, latus, quod pæne prætulerim, quum tot rebus aliis hoc nomen commune ſit, quæ a latitudine nuncupari commode poſſunt. Ita adhibetur ad denotandum

2. Folium papyri, ſive ob eam quam dixi, rationem, ſive quia, Auctore Plinio, *Hiſt. Nat. L.* 13. *c.* 11. in foliis palmarum ſcriptitarunt primi mortalium.

3. Laminas breviores, ut ſunt cultrorum, & item cavitates cochlearium. *knifsblad*, *ſkedblad*: nec non palmulas, *årblad*. Angl. *blade of a ſword or knife*, quod Casaubonus derivat ab *ὄβελος*, lamina enſis. Dixi, *blad* non niſi de brevioribus laminis apud Svionas uſurpari, ubi enim de enſium longiorum laminis ſermo eſt, *klinga* audit.

4. Scapulam, *ſkulderblad*. Angl. *ſhoulderblade*. Græci quoque ſcapulas dicunt *ὠμοπλάτας*.

5. Pecuniæ genus eſt in *Catalogo Epiſcoporum Scarenſium*, *Pæninga bla*. Suſpicor, ita, abſciſſo fine, dici pro *blaffert*, quod vetuſtum erat, nec hodie deſitum nummorum genus in Germania, tres cruciatos valens, quodque Septentrioni olim non fuiſſe ignotum, teſtatur Gudmundus Andreæ, *Lex. Iſl. p.* 31. Niſi forte *pæninga bla* reſpondeat Germanico *blechpfening*, hoc eſt nummo bracteato: ut enim hoc a *blech*, lamina, ita illud a folio non diſparis formæ.

Blæddra, evolvere librum. Gall. *feuilleter*.

BLADDRA, vel *blæddra*. veſica vento inflata, aut ad ejus ſimilitudinem bulla. *Hiſt.* Alex. M.

Jak will bærmed ena blædro tee.
Significabo his bullam.

A. S. *blædr*. Al. *blaſa*, *blatra*. Angl. *bladder*, *bliſter*. Iſl. *bladdra*. Belg. *blader*, *blaſe*. Recte monet Junius, quemadmodum a Gr. *φυσάω*, flatu diſtendo, eſt *φῦσα* vel *φύσσα*, veſica, ita ab A. S. *blæd*, flatus, ortum eſt *blædr*, & a *blåſa*, flare ejuſdem ſoni nomen, quod veſicam notat. Hodie inter *blæddra* & *blåſa* id fere diſcriminis obſervatur, quod *blæddra* de puſtulis, *blåſa* vero de majore tumore, bulla aut veſica dicatur.

2. Per imitationem Latiniſmi in ſcriptis noſtratium medii ævi notat bullam, ubi impreſſum ſigillum ſervatur, & a quo nomen Aurea Imp. Rom. Germ. Bulla ſortita eſt. Citata hiſtoria Alex. M. habet.

Alexander ſick blædra ok ſwa breeff.
Alexander bullam accepit & literas.
& mox.
Han ſkar ſunder blædro ok band.
Diſſcidit bullam & vincula.

BLADDRA, garrire. Syr. 21: 27. Latini *blaterare* dicunt. Germ. *plauderen*, *pladdern*. Quum garrulus in L. Celtica dicatur *fladr*, divinare liceat, Scythica hæc & Celto-Scythica aliena non eſſe a Gr. *φλυαρεῖν*, inepta loqui. Angli locu-

locutulejum *blabb* vocant. Belg. *blaberer.*

BLANK, nitidus, coruſcus, quam ſignificationem voci ineſſe, cognata multa commonſtrant, ut *blænka*, *bleka*, coruſcare, *blika*, id. Germ. *blicken.* Germani, quibus nos forte hanc vocem acceptam referimus, *blank* quoque eodem ſenſu uſurpant, ſive illi id acceperint, ut vult WACHTERUS, a *fulgore*, quod tamen ſi eſt, fatebitur utique ipſe, illud non parum ſui coloris amiſiſſe, ſive a λευκὸς, albus, ut opinantur alii, & meo judicio ſimplicius. Geminæ enim, quæ tum animadvertuntur, variationes tot exemplis firmantur, ut Etymologo non poſſint non familiariſſimæ eſſe. Prius eſt, quod *b* præponitur, id quod innumeris aliis vocibus accidere, in ſequentibus ſumus viſuri. e. g. *bliſwa*, linquere, a λείπειν, *bråd*, citus, ab, Iſl. *radr* vel *bradr*, *bramur* Iſl. a ramus. Alterum eſt quod *n* ante conſonam in medio vocis inſeritur, quod etiam adeo frequenter fit, ut inter Gothiſmos præcipuos referri debeat. Hinc habemus *blæncka*, coruſcare. Germ. *blincken.*

2. Albus. CHRON. RHYTHM. *p. 58.*
Vin både rödt ok blankt
Vinum tam rubrum quam album.
Utuntur eadem voce Angli, Galli, Germani & Belgæ. Itali *bianco* dicunt. Scilicet in plurimis linguis alba & coruſca communi nomine gaudent. Obſervarunt jam dudum eruditi, λευκὸς, quod proprie album notat, etiam de coruſcis uſurpatum inveniri. Sic Poetæ dicunt λευκὸν ὕδωρ, candida aqua, λευκὸν ἔαρ apud CALLIMACHUM, *Hymn.* in CEREREM, quod SCHOLIASTES exponit λαμπρὸν, lucidum. De Latinorum candere teſtatius eſt, quam ut id monere debeam. Dicere pæne oblitus eram, MENAGIUM hanc vocem derivare ab *albianus*, & id hac ſerie: *Albianus*, *albianicus*, *bianicus*, *bianco*, *blanicus*, *blancus*, *blanc*: ſed ita ex quovis quidvis fingere licebit.

3. Pallidus. Ita Uplandi, ubi aqua limpida non eſt, ſed terrenis particulis turbida, dicunt: *wattnet ær blankt.* In *Gloſſ.* PEZ. equus pallidus vocatur *planchaz.* In univerſa lingua noſtra nihil titulis officiorum & colorum nominibus inconſtantius inveni.

BLAND, mixtura, turba. KON. STYR. *p. 9. Manner ær ſamwiſtelikt diur af ſin naturlik ſkipelſe, thet æ lyſte liwa ok wara med flerom i bland ok ſamwaru.* Homo eſt animal ſociale natura ſua, quippe qui amet, vivere in conſortio cum aliis. *cfr. p. 8.* Speciatim *bland* dicebatur mel aqua permixtum, quod ad inescandas apes ponebatur. OSTG. *L. Bygg. B. c. 35: 1. Fara med bland okþikari:* i.e. ejusmodi eſcam apibus ponere. Quod ad criſin hujus vocabuli attinet, novi tantum, antiquum illud eſſe, utpote quod in L. Vetere Angloſax. jam comparet, ut ſtatim ſumus viſuri. An quid affinitatis habeat cum Gr. παλύνειν, quod inter alia miſcere notat, videant eruditi.

IBLAND, vel *bland*, inter, præpoſ. *Man finner ej en ibland hundrade*, non unicum inter centenos invenies. Eſt revera nomen, adeo ut *i* hoc loco non euphonicum ſit, ſed præpoſitio in notans: *ibland*, in tubra, *ibland andra*, in mixtura aliorum.

IBLAND, interdum, adv. *Ibland hænder*, interdum accidit.

BLANDA, miſcere. A.S. *blendan.* Angl. *blend.* Iſl. *blanda.* Hinc *blandſæd*, farrago, *blænning*, id. Iſl. *manblandin*, affabilis, communis, blandus, *ſidblænde*, morum harmonia, vel quorum mores inter ſe facile ſociantur. Voces pulcræ, & quæ dignæ eſſent renovato civitatis jure.

BLÆS, ſignum album in fronte equi. Dicitur ita, ubi latius eſt, & ad oculos nareſque ſe diffundit, *ſtjerna* vero, ubi rotundum eſt, vel ſaltem arctius. Germ. *blæſſe.* REITZIUS in *Belga Græciſſante* ortum credit a βαλιὸς. Certe Armorici iſtiusmodi maculam *baill* apellant, ut me docet DU FRESNE in v. Fariſea. Lucem hoc addere poterit PROCOPIO, qui *Lib. I. Belli Gothici* c. 18. deſcripturus equum BELISARII *toto corpore nigrum ſed frontem tantum albo diſtinctam habentem.* "Ουτον, inquit, ἕλληνες μὲν φαλιὸν, βάρβαροι δὲ βάλαν καλοῦσι, Hunc Græci φαλιὸν vocant, ſed Barbari βάλαν. LEIBNITIUS in *annot. ad* JOH. OTTII *Franco Galliam* credit, *blæſſe* in genere ſignum notare, atque hinc ortum ducere Gallicum *bleſſer*, quod proprie ſignandi notionem habere, ait, ut nos dicimus: *giſwa en ett mærke*, Angl. *bleſs*, ſigno crucis notare, immo *blaſon*, quo vocabulo notatur ſignum illud, quod cuique familiæ eſt peculiare, ut docent Heraldici.

BLÆSOT, equus albo in fronte diſtinctus. HEIMS KR. *Tom. 2. Harald Sigurdar ſon ſat a ſuortum beſti bleſottum.* HARALDUS SIGURDI F. inſidebat equo nigro, albo in fronte notato.

BLÅ, niger. Hanc enim primam vérioremque ſignificationem vocis fuiſſe, mihi

mihi videor videre. Celtis certe *blow* nigrum notavit, docente Leibnitio *in Celticis p. 96.* Et ut corvi nigror in proverbium abiit, ita inter poëticas ejus in Edda appellationes, eſt etiam *blæingur*, ex obſervatione Gudmundi Andreæ, *Lex. Iſl. p. 31.* Atque indidem eſt, quod tenebras nimium ſpiſas deſignaturi vulgo dicamus *blå mórkret.* cfr. Gr. πέλος vel πέλλος, niger.

Blåman, Æthiops, *Blåland*, Æthiopia. *I.* Macc. 6. *Sa blamadr*, Æthiops ille. Celtice *Blowmon*, id. Quumque color ille inſolitus animos forte olim perculerit, *blåmen* dicebantur pugiles aliis terribiles. Et hoc ſenſu inter alia hominum monſtra Scythiæ Magnæ ejusmodi *Blåmen* aſſignat Sturlesonius in Heims Kr. *T. I. p.* 2. *þar ero riſar, oc þar ero Dwergar, þar ero blamen.* Ibi ſunt gigantes, ipi Pygmæi, ibi etiam pugiles nigri coloris. Lucem hæc addere poterunt verbis Hymni Eccles. *N.* 224. 8. *Ty måſte the Blåmæn falla*, hinc cecidere pugiles illi. Vide quæ ſupra de *Blaukumæn* nuper attulimus, qui erant Mauri vel fuſci coloris homines, ut hi penitus nigri.

2. Lividus, glaucus, cæſius. A. S. *bleo.* Al. *plauu.* Iſl. *blar.* Belg. *blauw.* Angl. *blew, blue.* Gall. *bleu.* Sclav. *plavu.* Polon *plawy.* Græcis πολιὸς vel πελὸς, fuſcus, ſubniger. L. L. *Sar. B. c. 10. Synes blått eller blodugt*, ſi lividum aut cruentum apparuerit. Heims Kr. *Tom. I. p. 424. Skiolda dregnir rauþum ſteini eþur blam:* Scuta picta rubro colore aut cæſio. Hinc *blånad*, livor.

Blaskurin Skin, Hels. L. *Kon. B. c.* 7. id eſt pelles ferarum non præparatæ, quum intus lividæ tum fere ſint.

Blådragning, nominatur inter ſuperbiæ inſtrumenta, quibus ad finem Legum Gothl. modus ponitur p. 46. *Blådragning ier all aftakin.* Ut quid hoc ſit, intelligatur, ſciatur, *draga* eſſe aulæis inducere, & *dragning*, tapetes. V. Frederici II. Dan. R. *mandatum* de ſumtu nuptiarum. *Om bryllups kaaſte. Vi ville ſaa forordnit haffue, at, effter denne dag den dragning ſkal were affſkaffit, oc her effter enten udi ſal eller kammer, icke at ſkulle dragis met Flamſk eller met ſilcke thöy, uden allene at der maa dragis met flamſk om wæggene, hwor mand ſkal ſidde, ſaa böyt ſom en Engelſke klædisbred, ſaa oc at offuer ſkiffuerne opslaes Tapet, oc om ſenge hengis ſperlagen, oc aldelis intet ydermere dragis enten udi Sal eller udi kammer, undentagit Brudekammerit, hwilcket ſkal vere huer fryt for at lade drage effter ſin behage.* h. e. ita conſtitutum volumus, ut poſt hunc diem (ſumtuoſioribus) tapetibus abſtineatur, nec tota hypocauſta Flandricis aut Sericis aulæis inducantur, ſed ut hujus modi Flandrica prætexantur parietibus, ubi ſedetur, idque ad latiudinem panni Anglici, ut ſuper menſas ſuſpendatur aulæum vel umbella, & lecti cingantur aulæis, ſed ne extra hæc ulla ſint aulæa, neque in hypocauſtis majoribus, neque minoribus, excepto tamen dormitorio nuptiali, quod cuilibet pro arbitrio ornare, fas eſto. Sic in *receſſu* Christiani IV. *Dan. R. de anno* 1615. *§.* 27. *Skal oc aldelis ingen dragning ſkee enten udi Salen, Brudhuſſit, eller udi nogit kammer, uden allenliſte offuer bordene, oc bag brud, oc ellers ſkal ingen dragning ſkee.* Nulla aulæa parietibus inducantur in hypocauſtis majoribus minoribusve, umbracula tantum ſuper menſas ſuſpendantur, & poſt tergum Sponſi Sponſæque. Eundem in modum Saxones uſurpant *betræcken* & *betræckſel. V.* Idiot. Hamb. *p.* 313. Jam ut ad noſtrum *blådragning* redeamus, præfixum *blå* indicare videtur, colorem glaucum adamaſſe Gothlandos in iſtiusmodi aulæis.

Blåkulla, ſcopulus in mari, Ölandiam Smolandiamque interfluente, ſitus, qui, quum multorum naufragio & interitu infamis ſit, credidit ſimplex antiquitas, Dæmonas loci incolas eſſe, eosque has clades mortalibus inferre. Nomen vero habet a cæruleo colore, quo ſe eminus conſpiciendum navigantibus præbet. Genuit hæc fabula alteram, eſſe nempe hunc locum, quo tendunt ſagæ, die Jovis Hebdomadis Magnæ ad feſtum infernale abeuntes. Trogillus Arnchiel *in Cimbriſchen Altert. p.* 55. *Deam fuiſſe* dicit, *quæ a Septentrionalibus culta fuerit nomine* Blakylla, quod falſum eſſe ſcio, nec certius eſſe, quod idem Auctor perhibet, illam fuiſſe Niordi conjugem. Germani ſuum *Blocksberg* habent, de quo ſimilia fabulatur inficetum vulgus. Quum *kulle* & *berg* ſynonyma ſint, & quod utrobique reſiduum eſt, adeo parum in utraque lingua differat, credi poſſet, aut hic aut illic fabulæ fontem eſſe quærendum, certe operam ludere eos, qui a *Bructeris* vel a *broch*, palude, etymon quærunt. *v.* Wachterus *in v.* & adde Wastovium in Præf. ad Vitas Sanct. Wormii Mon. Dan. p. 18. Rudbeckii Atl. Tom. I. p. 724.

Blå dunst, glaucoma. *Slå blå dunſt för ens ögon:* Glaucoma ob oculos objicere. Germani ſimiliter dicunt *blawer dunſt.* Arbitratur Wachterus, *blaw* heic falſum denotare, ſed nullo addicente alterius linguæ indicio aut vetuſtatis monumeto. Ego me non falli, credidero, ſi dixero, hanc vocem quempiam periclitari voluiſſe, Germanice redditurum Græcum glaucoma, a glaucus ortum

BLÅ.

Digitized by Google

BLÅ, ingens, grandis. Exempla affert Gudmundus Andreæ *Lex. Isl. p. 31. blagryte*, cautes, ſaxa ſolida. *blaber*, plane denudatus, *blanaudugur*, admodum coactus, *blåſatækur* maxime egenus; *blabeimſkur*, plane ſtolidus. Vocem hanc tanto digniorem, quæ obſervetur, judicavi, quanto plures noſtri ſermonis loquendi modos illuſtrat. Ita quippe intelligimus, unde habeant Uplandi, quod dicunt: *han gjorde thet i blå galenſkapen*: fecit id per miram & magnam dementiam, cur item Ericus XI. nomen acceperit *Blåfot*, ſcilicet a majori pedum modo, ut alius ex eadem ratione haud dubie dictus eſt *Blåtand* ab ingenti & prominulo dente. Hodie transpoſitis literis *bål* uſurpamus, ut *bålſtor*, decumanus. *bålful*, teterrimus, quod tamen alterius originis forte fuerit, ut ſuo loco jam annotavimus. Nec ſcio, an huc quidquam faciat, quod videamus, Græcos βο & βȣ eodem ſenſu uſurpare, ut in βȣλιμία, magna fames, βοώπις, ingentes oculos habens, &c.

BLÅNOR proprie denotat feſtucas, quæ inter tundendum calamos lini decidunt, alias *ſkæfwor* dictas. Etymon vocis ſeſe offert Al. *bluan, pluan*, ferire. Otfr. *L. IV. c. XXII, 64. Si bluun imo thie orun*, percutiebant ei aures. Germ. *blewen*, quibus adde Ulph. *bligguan* & Gr. φλάω id. quæque plura habet Wachterus *in v.*

2. Stupa, tanquam lini retrimentum. Contracte *blår* dicimus, unde *blångarn*, filum ſtupeum, ſolox. Per pronuntiationis licentiam fere *blaggarn* dicimus, quod etiam uſurpatur pro ipſa tela ex craſſiori iſtiusmodi filo lineo confecta.

BLÅSA, veſica. v. ſupra in *bladdra*.

BLÅSA, flare. A. S. *blawan*. Angl. *blow*. Al. *blaſan*. Quod Britanni veteres recentioresque minus quam ceteræ gentes de ſuo addiderint, paralleliſmus docet Linguæ Latinæ. Revera enim *blow* & *flo* unius ejusdemque commatis ſunt, pro illa affinitate & crebra viciſſitudine, quæ eſt inter litteras *b* & *f*. Res hæc, per ſe ſatis probabilis, evidentior redditur eo, quod *f* illud integrum remaneat in *flåſa*, quæ alia eſt ejusdem vocabuli pronuntiatio, licet hoc reſtrictum ſit ad actum reſpirandi vel anhelitum ducendi ſignificandum. Terminatio vero *ſa* frequentativæ notionis indicium eſt, ut in *ruſa* a ruo, *kyſſa* a κύω.

Blåst, ventus, tempeſtas.

Blåsbælg, follis. A. S. *blæsbelg*. Benson.

2. Spirare, reſpirare. Heimskr. *Tom. 2. p. 271. þa let* Magnus *blaſa beſtum um rhid:* tum Magnus reſpirandi ſpatium conceſſit equis.

3. Inſpirare. *Blåſa uti nogon elaka råd*, alicui mala ſubdere conſilia. Hinc *öronblåſare*, delator, quiue mala conſilia clanculum auribus inſuſurrat.

BLECK, bractea, lamina. Al. *pleb*, a Gr. πλὰξ, πλάκες, id: hoc enim malim, quam cum Martinio derivare a πλέκω vel plico Latinorum.

Bleckslagare, Sax. *Blickenſlæger*: faber, qui ex bracteolis ferreis, ſtanno inductis, varia ſupellectilia conficit.

BLECKA, notam vel inciſuram arboribus terminalibus incidere. Upl. L. *Widerb. B. c. 20. Barkar ok blikar*: ſi decorticet & ſigna terminalia in circumſtantibus arboribus incidat. Germani ejusmodi *taliaturam*, ut loquebantur veteres agrimenſores vel *theclaturam*, uti appellant leges Longobardicæ, *lache* appellabant, unde *lachebaume*, arbores terminales. Lat. Barb. *lachus*. De origine vocis ſuæ varia adfert Wachterus, ſed quæ ad rem eſſe non videntur. Dicere oblitus eram, mihi videri, vocem hanc AngloSaxonibus non fuiſſe incognitam: Illi quippe picem fluidam, quæ nempe ex iſtiusmodi inciſione deſtillat, vocant *blæctern*.

BLEK, pallidus. Isl. *bleikr*. A. S. *blac*, *blæc*. Al. *pleich*. Belg. *bleeck blyik*, Angl. *bleak*. Germ. *bleich*. Affert Wachterus varias conjecturas de vocis hujus etymo, ſed vix ſuis auctoribus dignas. Addo illis Junianam a βληχρὸς, debilis, quum hi fere pallidi eſſe ſoleant, vel a βλὰξ, ſocors, ignavus. Wachterus ſi minus verius, at ingenioſius tamen derivat a λευκὸς, albus. Ita optio tibi B. L. datur, originem vocis a nigrone velis deducere, an ab albo. v. quæ ſupra diximus in v. *Black*, quod ab hoc non niſi gradu forte differt, quæ enim pallent, reſpectu candidorum nigricant.

Fisbleikur, in L. Isl. notat præ timore pallidum. *v.* Verelius *in v.* a *fis*, folium aridum, quisquiliæ, quarum color in pavidi faciem tranſit. Vocem hanc præteriiſſem, niſi in Idiot. Hamburgensi p. 17. inveniſſem, apud Saxonas *bleekfyſt* eodem ſignificatu uſurpari. Vocum componentium ordinem illi tranſpoſuerunt.

Blekna,

Blerna, palleſcere.

BLEKA, inſolare, ſoli exponere, ut albeſcat linteum. A. S. *ablican*, *blæcan*. Angl. *bleache*. Belg. *bleycken*. Quum videam apud Bernhardum in *Etymologico Britannico*, vocem hanc in omnibus dialectis Sclavonicis occurrere, in animum induxi, Scythicam illam eſſe, & a priori plane diſcretam. Ita Poloni *blech* vocant inſolationem, *blechartz*, eum qui inſolat, fullonem. Conf. Bohemorum *balchar* & *belic*, &c. Extat hic Bernhardi *Commentariolus* ad finem *Grammaticæ AngloSax. & Iſl.* Hickesianæ, *editionis in 4to*. Ceterum alii omnes ortum vocis referunt ad Gr. λευκὸς, albus.

Bleke, locus, ubi inſolantur lintea.

BLEKE, fallacia, deceptio: proprie quod adulterini bonis mercibus admiſcetur. Upl. L. *Kóp. B. c. 2. Kiöper man ſalt bleku blandat.* Si quis ſal emerit, cui fraudulenti quid immiſtum fuerit: ab Isl. *bleckia*, quod aliquando decipere notat. Ol. Tryggv. *Hiſt. Edit. Skalh.* Part. 1. p. 229. *þuiat ek ſkal þik ei bleckea:* non enim tibi imponam. Non eſt, quod hic in conſilium voces Loccenii Lexicon Juris, utpote quod multa immiſcendo, nihil extricat.

BLEMA, puſtula. Belg. *bleyne*. Dan. *blæne & blegne*, quod originem prodit ab A. S. *blegene*, id. Radicem communem ponit Junius ejusdem linguæ AngloSaxonicæ *blawan*, inflare. v. ſupra in v. *bladdra*. Gramius vero in *Actis Haun. P. V. p. 133. blegene* proprie anthracem notaſſe, putat, atque adeo derivandum a *blæcan*, nigreſcere: pro quavis vero puſtula acceptum (collatis A. S. *blæco*, vitiligo & *blæchta*, id) referendum eſſe ad *blacian*, pallere. Ad hanc radicem, ut id obiter moneam, pertinere puto illud *blecthruſtfil*, quod eſt apud Schilterum *p. 120:* Sunt nempe ibi duo vocabula, quæ coaluerunt *blæc*, vitiligo & *thrutsfill*, quod in Codice Argenteo notat lepram, a *thrutin*. Isl. tumens & *fill*, cutis.

2. Tumor, vibex. Wesm. L. *Kriſt. B. c. 24. Nu bærjas mæn om hælghan dagh til blama äller fullſåre.* Si quis die feſto alterum percuſſerit ad tumorem vel etiam gravius vulnus: niſi hic pro *blama blana* ſit legendum, a *blå*, lividus.

BLESSA, benedicere, Angl. *bleſs*. A. S. *bletſian*. Norrska Hirdskrå *p. m. 114. Eptir þat er matur er bleſſader*, poſtquam cibus precibus eſt ſacratus. Civitate donatum fuit hoc vocabulum auctoritate Converſorum Anglorum, qui non exiguo numero in Septentrionem venere, & quibus accepta referimus plurima alia vocabula eccleſiaſtica, cujusmodi ſunt *Messbake*, *ſkrift*, quæque plura alia recenſet *Max. Rev. D.* Doct. Jacobus Serenius in *Præf. Lex. Angl. edit. prioris*. Quod ad vocis hujus originem attinet, quærit eam Junius in A. S. *bliſſian* & *blithſian*, exſultare. Quæ Leibnitii ſententia fuerit, obiter tradidimus in v. *blæs*. Si Reverendiſſimum Spegelium audimus, canæ vetuſtatis vocabulum hoc fuerit, utpote a quo Getarum illud numen Γεβελεΐζιν, cujus mentionem Herodotus in Melpomene facit, nomen ipſi videtur, accipere potuiſſe. Laudo virorum eruditorum induſtriam, qui ſuarum eſſe partium voluerunt, Scythica ejusmodi apud Herodotum occurrentia vocabula, qualia ſunt *arimaſpu*, unoculus, *æorpata*, viricida, illuſtrare: ſed quam facilis lapſus eſt in lingua deperdita? & quam incerta fides codicum, per manus deſcriptorum, Scythice neſcientium, idque bis fere mille annis tranſeuntium? Quoniam tamen in hac arena ſumus, addere oportet, Stjernhielmio, & ante eum Johanni & Olavo Magni Γεβελεΐζιν viſum fuiſſe explicandum quaſi *geblitzen* i. e. Jovem tonantem; aliis id derivantibus a *gifwa liſa*, ſolatium dare.

Blæscent, benedictio. *Litteræ* Brynolphi *ad fin.* I fg. Westg. *p.* 92. Bryniulwer *&c. ſænder allum them mannum ar thetta bref ſe, Guds quædiu ock fadurlika blæſcent.* Brynolphus omnibus has literas viſuris mittit Dei ſalutationem & paternam benedictionem.

Blaza, id. *S* Olofs. *S. p.* 73. *The kyrkian war bygd med blazar alla.* Templum exſtructum erat cum omnibus conſecrationibus.

BLICKA, coruſcare, dicitur proprie de fulmine. Alias *bleka*. A. S. *blican*, coruſcaae. Germ. *blecken*. v. Wachterus in v. Notkerus habet *blig*, fulgur, *bliccha*, fulgura, *blichſiur*, ignis fulgurans.

Blixt, fulgur. Germ. *blitz*: quæ duo diverſa originis eſſe, fruſtra credit Wachterus. Veteres Alemanni dixerunt *blebezzung*. Tatian. cap. 67: 4.

Blixtra, fulgurare. Germ. *blitzen*. Al. *pleichazzan*.

Cgonblick, v. *Blinck*.

BLID,

Digitized by Google

BLID, hilaris. Chron. Rhythm. *p. 201.*

The boſwade faſt,och gjorde ſik blida.
Admodum luxuriabant & lætabantur.

ib. p. 14.

Tå war kon. Waldemar
Blider, nær han the tidende hörde.
Tum Rex Waldemarus
Lætus erat hoc nuntio.

Heims Kr. *Tom. 2. p. 282. Swa blidur katur oc gladur*, adeo lætus hilariſque. A. S. *blithe*. Al. *blid*. Belg. *blyde*. Non dubito, quin cognatum ſit Latino *lætus*, cui more Gothico *b* præfigitur. Diceres, Suionas, torvam illam & bello deditam gentem, mutuata opus habuiſſe voce, dum ſolutos in lætitiam ſenſus exprimere voluerunt: certe duplici via Latinum *lætus* in Gothiſmum tranſiit, dum hinc præfixa altera Alphabeti litera *blid* fecimus, inde alia proſtheſi *glad*, ut ſuo obſervabitur loco. Habemus ex hac radice varios in variis dialectis ſurculos.

Blide, Al. lætitia. Leibn. *Coll. Etym. p.* 96.

Bliden, gaudere, apud Otfridum.

Blithcheortt, A. S. lætus corde. *Blithcheortnyſſe*, lætitia. v. Palthenius *ad* Tat. *p.* 283.

Unblithe, A. S. contriſtatus. *v.* Mareschal. ad Ulph. *p.* 547.

Blissian, blithsian, gaudere. *v.* Junii *Etymol. in Blithe.* Ulphilas habet *plinſian*, ſaltare, forte ex eadem hac radice, quum tripudia non niſi lætantium eſſe ſoleant.

Blidskapr, Iſl. lætitia. Verel. *blidmæle*, affabilitas.

Allblid, plane lætus. Herw. S.

2. Quum vultus lætus animi benignioris indicium eſſe ſoleat, accipitur *blid* pro miti, comi. Chron. Rhyth. *min. p.* 14.

The ſingo god och blid anſwar.
Mitia reſponſa tulere.

Ut prior ſignificatus reſpondet Latino *lætus*, ita hic propius accedit ad eorum *blandus*: *n* inſerto, ut in utraque lingua centies: e. g. *tango, tago, pango, pago.* Immo vero nonnunquam *b* illud adſcititium omittitur, unde in Lingua A. S. *lithelege*, mitis, *lithenesſe*, lenitas. Isl. *litillatur*, id. in *Cat. Epiſc. Scarenſ. lætlater.* Metaphorico ſenſu dicitur etiam de tempeſtate, *blid wæderlek*, mitis tempeſtas: unde *bliſka* in uſu eſt, quum ſolvitur hiems grata vice veris.

Unblid, immitis apud Otfridum. Suet. *oblid.*

Blidka, Suet. placare: *förblidka*, id. Ebr. 8: 12. A. S. *lithegan.*

3. Liberalis. Ut Latine benignus & malignus idem interdum ſignificant, ac liberalis & parcus; ita facilis in noſtra quoque lingua ab animi comitate ad liberalitatem, certiſſimum ejus indicium, tranſitus fuit. Hinc *mildlek*, liberalitas, in Kon. Styrilse. *p. 88. Rættr mildlekr ær, tå man giwer thet giwande ær, ok halder thet kwart, ſom ej ær giwande.* Ea vera liberalitas eſt, ſi detur, quod dandum eſt, & retineatur, quod non eſt dandum. Et hoc eodem ſenſu occurrit apud Otfridum. ad Salom. Episc. *v. 57.*

Petrus der richo
Lono iu es blidlicho.
Petrus ille dives
Retribuebat id largiter.

4. Miſericors. Occurrit hoc ſignificatu *bleiths* in Codice Argenteo, *gableithiands unſis*, miſertus noſtri. Marc. *9: 22.* In Lingua Cambrica *blith* commodum notat, Auctore Boxhornio, ut adeo omnia enumerata commonſtrent, hac voce quoslibet motus animi humaniores indicatos fuiſſe.

BLIDA, catapulta, ſeu inſtrumentum bellicum, quo in hoſtium munimenta ingentia ſaxa, ignes aliaque tela torquebantur. Kon. Styr. *p. 288. Ær wärnande, at hær ſe ængin annor hög ſwa nær, at thær ma eld ælla ſtenkaſt af blidom rædas:* cavendum, ne ſit alius locus editus, ex quo in hunc ignes lapideſve per baliſtas poſſint conjici. Chron. Rhythm. *min. p. 130.*

The hade ſtarka blider uprætt.
Fortes baliſtas erexerant.

Cambri hoc inſtrumentum *blif* appellarunt: A. S. *lithera.* L. B. *blida. v.* Du Fresne *in v.* Olaus Magnus *blida* dictum putat a *blid*, per antiphraſin, quaſi quod minime come & humanum ſit. Sed ejusmodi derivationes ultimæ ſunt, quas arripuerit Criticus ſanior. Vossius cenſet, a Latino baliſta factum eſſe *blida*, ut ſolet uſus in peregrina vocabula haud parum juris ſibi ſumere. Gudmundus Andreæ derivat a πλήσσω, ferio. Vide de hoc inſtrumento bellico agentem Loccenium, *Ant. Suiog. L. 3. c. 2.*

BLIFWA, manere: unde *bliſwa qwar*, remanere, *bliſwa öſwer*, ſuperſtes eſſe. A. S. *belafan.* Al. *biliban, piliban.* Belg. *blywen.* Germ. *bleiben.* Ortum credit

dit Wachterus, nec improbabili conjectura, a *leſwa*, linquere. Iſl. *liſa*. Gr. λείπειν, Ulph. *liſnan*, unde *aliſnan*, reſtare, remanere. *B* hic iterum præfigitur, nulla ſignificationis variatione.

2. Fieri: *Han bliſwer olycklig*, infelix erit. *Ther bliſwer intet af*, nihil erit.

3. Mori. Germ. *bleiben*. Significationem hanc in vetere Germania obtinuiſſe, pluribus docet Schilterus. Uſurpatur de occiſis in bello: ſignificatur nempe, eos remanſiſſe in acie, nec reduces factos.

4. *Bliſwa af med*, re aliqua liberari: quod etiam veteres conjunctim *afbliſwa* dixere. v. L. Petri *Poſtilla*, p. 49.

BLIGA, vel *Blia*, intentis oculis adſpicere. Chron. Rhyth. *in præf.*

Han ſå bögt, ok bligade brett.
In altum ſuſpexit, & torvum tuebatur.

Quum tot alia exempla habuerimus verborum, quibus *b* ſuum Gothiſmus præfixit, minus inſolens videbitur, ſi ſuſpicemur, *blia* a λάω, video, factum eſſe. *G* inter duas vocales crebro inſeritur, ut *frugor*, matronæ, pro *fruor*, *ſtiga*, hara, pro *ſtia*. A *bliga* Germani frequentativum habent *blicken*, videre, unde *erblicken, anblicken*, non vero a *blicken*, coruſcare, quod tamen nos credere jubet Wachterus.

BLIND, cæcus. Ulph. *blinds*. Iſl. *blindr* A. S. *blind*. Al. *blinter*. Germ. *blind*. Angl. *blind*. Crediderim ego, Philologum, ſimulac oſtenderit conſenſum antiquiſſimarum dialectorum Gothicarum, ulterius etymon poſci non debere: quam cito enim falli poteris, ubi vocis Scythicæ fontem in recentioribus ejus rivulis quæris? Nihilo minus Mericus Casaubonus *in Tr. de Ling. A. S. p.* 242. *blind* derivat a βλάνος, quod Hesychius explicat τυφλώδης, cæcutiens. Alii a τυφλὸς, cæcus, deducunt, neſcio qua metatheſi: Junius ab A. S. *blinnan* vel *bilinnan*, ceſſare, deficere. Notari forſan meretur, *bliga*, *blira*, *blinka*, *blunda*, omnia hæc, inquam, de oculis & aliquo eorum vitio adhiberi.

2. Obſervavi, id uſurpari pro eo, quod ſpeciem habet, ſed rei vera natura deſtituitur: ut *blindfönſter, blinddör*, porta vel feneſtra picta, imaginaria, *blindnæſſla*. Angl. *deadnettle*, Germ. *taube neſſel*. urtica non urens, *blindt allarm*, tumultus Panicus, *blind ſyn*, portentum vel viſio nullius ominis, in *S. Olofs. S. p.* 64.

En blind ſyn Eder ſyntes tha.
Caſſa viſio vobis tum apparuit.

v. Stadenius *Expl. Voc. Bibl. p.* 137. Tandem etiam *blind* pro obſcuro ponitur, ut cæca nox Latine, cæcæ tenebræ. Heims Kr. *Tom.* 2. *þat er aungvum blint*, nemini ignotum eſt. *cfr. Tom. I. p.* 456.

Blindbock, collabismus. Germ. *blinde kuhe*. Unde ab hirco nomen acceperit, dicam, ubi Alemanni docuerint, unde illi a vacca ſuum luſum denominaverint. Wormius eum excogitatum eſſe ait in memoriam Julii Cæsaris ludificati, dum imperium Septentrionis affectabat. Verelius in *not. ad* Herw. S. *p.* 58. Oſtrogothos ludi hoc genus in Italiam introduxiſſe putat, ubi *gioco de la cieca* appellatur. Pastor Fido. 2: 5.

Blindwis, cæco impetu, timere.

BLINKA, nictare. Germ. *blincken* eſt oculos vibrare. Sap. 11: 19. docente Wachtero. Stadenius in *explicatione voc. Bibl.* Lutheri *p.* 95. radicem ponit Gothicum *blya*, ſplendere. Ego potius frequentativum arbitror vocis *bliga*, quid enim aliud facit, qui nictitat, quam quod crebro oculos claudat, & crebro ad videndum aperiat. v. infra ad v. *klanka*.

Ögonblick, ictus oculi: plenius diceretur, *ögonblink*. Germ. *augenblick*. Belg. *oogenblick*.

BLIRA, alias *plira*, oculis ſemiclauſis videre. Angl. *bleareyed*, lippus. Diceres, *plira* per metatheſin a *lippire* factum eſſe.

BLOCK, truncus arboris. Iſl. Germ. Angl. Belg. id. Gall. *blocq*. unde *bloquer*, cingere urbem operibus, quæ olim fiebant ex grandioribus truncis congeſtis, vel ut alii a *beluccan*, quod apud Angloſaxonas eſt claudere. Sed malo prius, nam *bleuccan* eſt operculo claudere, non circumdare. Hinc etiam *blockhus*, Angl. *blockhouſe*, propugnaculum ex ſimili materia factum.

2. Cippus, cui alligantur captivi, ne aufugiant, alias *ſtock*. Chron. Rhythm. *p.* 119. de Birgeri R. fratribus.

Hwarthera ſatt i ſin ſtock
En ſtor wældug breder block.
Quiſque in ſuo cippo ſedebat,
Qui erat ingens immaniſque truncus.

Hinc *blocka*. *l. c. p.* 179. captivum trunco alligare. Hodie *black* dicitur boja vel moles ferrea aut lignea, qua adſtringuntur pedes infelicium.

3. Ubi

3. Ubi nominibus præfigitur, denotat id,quod prægrande eſt: ut *blockſtor*, inſane magnus, *blockarbete*, labor dnrus, *blockbugg*, SUDERM. L. *Manb. B. c. 8.* verbera graviora.

BLOD, ſanguis. Ulph. *bloth*. Precop. *plut*. A.S. *blod*. Al. *bluot*, *pluot* Germ. *blut*. Belg. *bloed*. Angl. *blood*. Omitto alia, quæ facili opera congeri poſſent: hæc pauca ſatis commonſtrant, inde a Scythia dimanaſſe hoc vocabulum, ſive id quaſi *flod* a fluendo dicatur, ut WACHTERO poſt JUNIUM placuit, ſive a *βλύειν*, ſcaturire, cui adde *βλύδιον*, quod SUIDAS exponit *ὑγρὸν*, humidum, & HESYCHIUS *ζέον*, fervens, ut obſervat JUNIUS, in *Monoſyll. Teut.* Miror, neminem Philologorum nos remiſiſſe ad *βρότος*, quod apud HESYCHIUM explicatur *αἷμα*, noſtroque perquam ſimile eſt.

BLODIG, cruentus.

BLODRÅS, ſanguis in corpore coagulatus. *Blodriſa*, id. GRETLA *c.* 64. unde in CODICE ANT. PRECUM *blodruſader och rödh gjordhr af ſinom egnom blodhe*, lividus & rubefactus ſuo ipſius ſanguine. Germ. *blutrunſt*, *blutruns*, unde *blutrunſig*, lividus, a *rinna*, quum ſanguis extra vaſa ſua tum defluat.

BLODLÆTE, vulnus ſangninolentum. UPL. L. *Manb. B. c.* 21: 23. Alias profluvium ſanguinis, a *lita*, emittere.

BLODWITE, id. a *wite*, teſtimonium, ubi effuſus cruor vulnus arguit. *Lat. B. blodwita*, in *Leg.* HENRICI *Angl. Reg.*

BLODGÅNG, ſanguinis profluvium. MATTH. 9: 20.

BLÓDA, ſanguinem emittere.

BLODIGEL, hirudo, ſenſu tam proprio quam metaphorico illo, quo Latine Cicero dixit: *hirudines ærarii.*

BLOMMA, flos. ULPH. *bloma*. MATTH. 6: 28. *blomans haithios*, flores agri. Isl. *bloma* A. S. *bloſan*, *bloſm*, *bloſma*. Al. *ploma*, *bluom*. Belg. *bloem*, *blom*, Germ. *blume*. Quum apud gentes plerasque Gothicæ ſtirpis recenſita vocabula uſurpentur de floribus arborum, nomen derivandum putavit JUNIUS a *φλύειν*, refertum eſſe, fructu abundare. *Gloſſ.* ULPH. *p. 96.* WACHTERUS a *blaſen*, flare, ob ordorem, quem ſpirant. Ego a Lat. *flos* factum eſſe arbitror *bloſan* & *bloſm* Angloſaxonum, quæ deinde varie adornarunt aliæ dialecti.

2. Uſurpatur pro flore vel præcipua cujusvis rei parte. *Æggblomma*, vitellus ovi. In *hiſtoria* ASMUNDI, p. 24. *fararbloma* dicitur elegans peregrinationis apparatus. *Aron bad han fara til ſkipa med ſier, ad ſia ſin fararbloma.* Aron rogavit, ut ſecum ad naves pergeret viſurus expeditionis ſuæ ſpecioſum apparatum.

BLOMSTER, id. Uſus id vocis reſtrinxit ad ſolos flores plantarum, etſi olim promiſcue adhibitum fuerit. KON. STYR. *p.* 117. *Omögelikt ær, at nakon ma wenta goda frukt af thy træ, aldrei kom blomſtr a*: Nemo ab illa arbore, in qua nulli extitere flores, bonum fructum exſpectet.

BLOMMA, florere. A.S. *blosman*. Angl. *bloſſom*. Germ. *bluen*.

BLOMSTBA, id. ſed hoc fere ſenſu metaphorico accipitur, illud proprio. *Trædet blommar*, arbor flores protrudit, *blomſtrande ungdom*, juventus florida.

BLOSS, fax, Ant. *bluſs*. STATUTA *de reditibus Cleri in Oëlandia*, *in* ACTIS LIT. SVEC. *anni 1723. p. 481. pro cereis dictis* blus, *quatuor ſolidi wadmaler.* A. S. *blaſe*, *bliſa*, *blyſa*, *blyſige*: unde *blaſere* & *blysgere* incendiarius, hoc eſt, *ſum warder tagbin med blåſande munne oc brinnande brande*, ut habet *L. L. Högm. B. c. 11.* CHRON. RHYTHM. *min.*

Tolf bloſs man för konungen förde.

Duodecim faces præferebantur Regi. Ex occaſione horum verborum obſervari meretur, ſolennem fuiſſe ritum Regibus olim Suiogothicis ignem & faculas præferendi. Communis is eis fuit cum Orientis Principibus, de quibus Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores paſſim. Qui hos ad manus non habuerit, adire poterit HERODIANUM in COMMODO & ANTONNIO, nec non eundem in *tumultuaria* NIGRI *inauguratione*, quæque de MAXIMINO habet. CORIPPUS de JUSTINI in Circum adventu canit:

Prænuntius ante
Signa dedit curſor, poſita de more lucerna.

cfr. DU FRESNE in v. *Lampadarius*, & BECMANNI *Synt. Dignit. Illuſtr. p. 770.* THOLOZANUS *de Rep p. 565.* De daduchis veterum, *Kertiſwenner* vocatis, *v.* NORRSKA HIRDSKRÅ *c. 48.* Ceterum non prætereundum eſt, veriſimile videri, *bloſs* affine eſſe Gr. φλὸξ, flamma.

BLOTA, cultum divinum peragere, ſacrificare. HISTORIA *de Gothlandiæ invent. p. 48. A hayden Guþ blotaþu þair ſynum oc dydrum*, Idolo immolabant filios filiasque. Et ſic in ſcriptis Islandicis ubivis. ROLF KR. *S. p. 115. Ecki er þeſs gietid, ad Hrolfur k. edur kappar hans hafe nokurn tima blotad God, heldur truad a matt ſinn og megn.*

Non narratur, Rolfonem unquam Diis litaſſe illiusve ſatellites, ſed potius dextram ipſis Deum fuiſſe brachiorumque robur. Ulph. *blotan*. Marc. 7: 17. *Svare mik blotand*, in vanum me colunt. A. S. *blotan*, id. Non fallunt Critici noſtri, ubi ajunt, vocabulo hoc proprie indicari paganorum ſacra, & quæ effuſo ſanguine peragebantur, quum illi fuerint ritus cæcæ antiquitatis, ut alium cultum fere ignoraverint, & præterea nominis ratio idem ſuadeat. Sed in eo tamen falluntur Wachterus, Schilterus, Stiernhielmius, Stadenius, & quotquot vidi, quod arbitrentur, *blota* hoc a *blod* originem ducere. Obſervare potuiſſent viri hi eruditi, quotiescunque apud Ulphilam ſanguis nominatur, ſemper *bloth* ſcribi per ᚦ, dum blota *t* habet, quæ duo elementa, licet in noſtro ore confuſim pronuntientur, adeo tamen apud antiquos diſcreta fuere, ut raro alterum alterius locum occupet; immo quando ᚦ illud mutationem ſubit, ſæpe cum *d* permutetur, cum *t* vero longe rarius. *v.* Biörneri *Cogit. Crit. Philol. de Orthogr. Ling. Sviogoth.* Obſervat eandem differentiam lingua Islandica, quæ *bloþ*, ſanguis, & *blota*, ſacrificare habet, a quibus non diſcedunt AngloSaxones, ut vel primo intuitu Lexica Somneri & Bensonii oſtendent. Alio itaque oculos convertere, fas eſt, ſi etymon vel etiam cognationes noſtræ vocis indagare libuerit. Mihi, quum tot exempla jam docuerint, quam lubenter Gothi *b* ſuis vocibus præmittant, in mentem venit, noſtrum *blota* referendum eſſe ad *blut* vel *blaut*, quo termino, ex diſciplina ſacrificulorum Aſanorum, vocabatur ſanguis victimarum inter immolandum effuſus. Notabilis in hanc rem eſt locus Sturlesonii, in *vita* Haquini, *p. 141.* *þa var þat callat blaut, oc blautbollar þat er bloþ þat ſtoþui oc blaut-tynar.* h. e. ille (qui diffluebat ſanguis) peculiari nomine *blaut* dicebatur, vaſa vero, quibus recipiebatur curor, *blautbollar* & *blauttijnar* dicta ſunt. Confirmatur non parum hæc conjectura eo, quod video, easdem capides, quibus ſanguinem victimarum excipiebant, quasque hoc loco *blautbollar* Sturlesonius nuncupat, alio loco *bloþbollar* ab eo appellari. Hæc verba Olavi Tryggvasonii *l. c. p. 362.* idem ſcriptor inducit. ***Betra væri Sviom, heima at ſleycia um bloþbolla ſina, enn ganga a orminn undir vapn þeirra, er her a ero,*** rectius facturos Suionas, ſi domi manſiſſent, & capides ſacrificiorum lambendo tempus triviſſent, quam ſi virorum fortiſſimorum in navi bellica, Dracone longo dicta, virtutem experirentur. Quum a Philologis obſervatum videam, a Scythis per Etruſcos omnem Romanorum ſacrorum diſciplinam in Italiam translatam fuiſſe, in animum induxi, ab hoc *blut* vel *lut* ortum ducere vocabulum in ſacris Latii uſitatiſſimum *lutare*, quod recentiores Romani *litare* dixere. *v.* Salmasii *Exerc.* Plin. *T. I. p. 11.* Nam quod Varro opinatur, lutare dictum eſſe a ſolvendo, (λύειν) id ceteris ejus conjecturis melius non eſt. Re vera autem *lutare* & *blota* ſynonoma erant, & ab eadem, ut ego opinor, radice profecta. Pæne oblitus eram afferre, quod apud Homerum & Sophoclem λύθρον ſæpe ſanguinem denotet.

2. Incantare. Landnama S. *p. 3.* *Floke feck at blote miklo, oc blotade rafna þria, þa er hanom ſkildo leid vijſa, þuiad þa hoſ þu haſſiglingarmen eingen leiþurſtein i þan tima:* Floka inſtituit ſacra ſolennia, & incantationibus ſuis præparavit tres corvos, qui ſibi iter monſtrarent: nam eo tempore nondum pyxide nautica utebantur, qui in mari navigabant.

3. Diris devovere. *In Jure Aulico Norrwegico* prohibetur *blot og bolvan og allſkyns fulyrdo*, exſecrationes & omnis generis inauſpicata verba. Belgæ dicunt *bannen en vloecben.* Germani, qui natales hujus vocis ſuique *flucben* ignorant, id forte a *blotan*, per variationem literarum ejusdem organi formaſſe, videri poſſunt.

4. Deum verum colere. Luc. 2: 37. *Blotands ſan nahtam jah dagam:* colens Dominum nocte ac die. Scilicet a ſuis ſordibus purificatis ſacris, ipſum etiam vocabulum puriorem habitum induit. Habemus ex hac radice.

Moeſogothicum.

Gothsblostreis, Dei cultor. Joh. 9: 31.

Alemannica.

Bloustar, ſacrificium, quæ vox, quum *blota* in L. Alemannica alias non occurrat, a Moeſogothis aut Italiæ victoribus videtur mutuata.

Ploostar, cerimonia, apud Rab. Maurum. Diecmannus *in Specim. Gloſſ. p. 63. ſeq.* credit, *ſtar* non nudam eſſe terminationem, ſed alteram vocis compoſitæ partem

tem, a *ſtar* oriundam, quod a *ſtan* vel *ſten*, ſtare; ut non tam ſacrificium denotet, quam locum, ubi ſacrificia ponuntur, altare puta. Quæ noſtra ſit opinio, diximus in v. *arn*.

Anglo-Saxonica.

Blotmonad, November, ita dictus ob crebra tum celebrata ſacrificia. *v.* Junii *Gloſſ.* Ulph.

Blotend, immolans.

Iſlandica.

Blotman, idololatra.

Blothus, fanum.

Alfablot, ſacrificium in honorem Alforum conſtitutum.

Blotbiskop, ſummus Pontifex. Ol. Trygg. S. *c.* 50. *p.* 179. Dignitas eccleſiæ Chriſtianæ, non ſine ſolœciſmo paganicis ſacris adaptata.

BLOTT, nudus. Belg. *blott.* Germ. *bloſs.* Wachterus docet, Alemannorum *biloſen* eſſe privare, ſpoliare. L. B. *blutare.* Vide Wachterum in v. Ego enim alienam in meſſem falcem mittere nolo.

Blotta, nudare. Germ *blöſſen.*

Blott, adv. modo, modo ſi. Germ *bloſs* eodem ſignificatu occurrit. Simili ſenſu *bara* in ſermone quotidiano uſurpamus, a *bar* nudus.

BLÓD, BLÓDIG, dicitur de animo, qui facile percellitur ad timorem, miſericordiam vel etiam reverentiam. *Ett blódigt ſinne*, animus mollis. Kon. Styr. p. 205. *Blóde mån ok qwinſke ſtyggias, at the ſea manna blod.* Molles & effeminati horrent ad conſpectum ſanguinis humani, Germ. *blöd.* ab Isl. *blaudur*, timidus. Gr. πλήττω, ἐκπλήττω eſt percello. v. in *Amblode.*

BLÓJA, linteum, quo corpus infantis involvitur, quodque faſciis dein adſtringitur. In L. Isl. *blæa*, *blea*, *blóa* eſt ſtragula vel lodix. Et hoc ſenſu occurrit etiam in legibus antiquis. Ostg. L. *Eds. B'. c. 26. Nu warder man i horſiang dræpin, här til witne hulſtær ok blæa. Tha ſkal fiætra med horkonunne, ok til thingx fóra*, Si quis, in adulterio deprehenſus, fuerit occiſus, tum maritus pro teſtimonio afferet culcitam & lodicem: dein occiſum adulterum cum adultera colligatum ad tribunal deferet. Erat hoc crudele ſupplicii genus, quo thorum maritalem ab injuria vindicare voluit antiquitas, ſed de qua remiſſum videmus in aliarum provinciarum legibus. v. Westg. L. *Mandr. B. c. 6.* ita tamen, ut adulter pro mariti arbitrio noxæ dari potuerit. In Lege Helsingica *Ærfd. B. c. 6.* par jus feminæ eſt.

BLÓT, humidus, unde dicimus: *blóta wægar*, viæ humidæ, *åkren år blót*, ager uvidus eſt. Isl. *blautur*, unde *bleita*, cœnum, lutum apud Gudm. Andr. *p.* 32. Non abſonum judicabitur, ſi, poſtquam tot exempla alia probarunt, quam lubenter veteres Gothi *b* ſuum vocibus præmiſerint, dixero, *blót* & *lutum* unam agnoſcere originem.

2. De oculis uſurpatur humidis, quales fere ſunt luſcioſorum. Germani dicunt *blöd geſicht*, nos *blótógd.*

3. Mollis, quum, quæ aqua perluuntur, molleſcant fere: *blót ſæng*, mollis lectus. Ab hac ſignificatione non multum divertit illa, qua de ferro flexili, & quod ad obvia quævis aciem ſubmittit, uſurpatur. Ita dicimus *blót ågg*, acies mollis. Gr. ἀμβλυτος, obtuſus cæcutiens, ab ἀμβλύνω Angl. *blunt*, obtuſus, hebes, Germ. *blöd.* In L. Aremorica *blot*, *blod*, etiam pro molli in uſu eſt, ut docet D. Louis Le Pelletier in *Dictionario L. Britannicæ*, *p.* 69.

Blöta, mollire.

Blötfisk, piſcis genus, quod eſui præparandum lixivio maceratur. Docet Wachterus, hanc vocem eſſe referendam ad *blewen*, percutere, verberare, quum tudibus antea molliri ſoleant hi piſces. Ceterum ego affine eſſe putavi Angl. *bloat*, tumeſcere, ex ratione, quam ſibi explicari noluerint, qui hoc edulii genus norunt.

BLY, plumbum: a qua Latina voce Cambri & Aremorici poſteriorem ſyllabam demeſſuerunt, *plwm* dicentes, Alemanni *plun*. Quaſi adhuc juſto longior vox eſſet, nos *bly* inde fecimus. Germani *bley*, quod tamen ab eodem *blewen*, tundere derivandum putat Stadenius, *de vocibus Biblicis p.* 138.

BLYANT, *bliant* vel *bliat*, veſtis pretioſæ genus apud veteres. Chron. Rhythm. *min. p.* 44.

Och war thera bröllops klædhi
Af baldakin ock blyant.
Thermed löſte lekare ſin pant.
Veſtes eorum nuptiales
Erant de Baldachino & ſerico,
Quibus acceptis ludiones res ſuas pignori
Alibi oppoſitas redimere potuere, hoc eſt diteſcebant.

Scilicet moris erat, ut huic hominum generi ſponſa veſtes nuptiales daret, pro navata ad oblectandos hoſpites induſtria,

duſtria, quem ritum edicto ſolenni abrogavit MAGNUS ERICI, TELGÆ *1345. ſ. 15. will bruþen ſin klæþe gywæ, þa ſkal hen them til kirkiu ellar kloſter giwæ, oc ey lekarum*, ſi ſponſa veſtes ſuas dono dare voluerit, Eccleſiæ aut pauperibus dato, non vero Ludionibus. Apud Alemannos dicebatur *plyat*. RHYTHM. *de Exped.* CAROLI M. *Hiſp. p. 25.*

Noch gab im Carl drate
Ein herleichen Plyat.
Das was ein alſo reiche wat,
Swer in kauffen ſcholde,
Der mueſt im wegen mit golde.
Adhuc Carolus ipſi dabat ſtatim
Magnificum ſericum.
Quod erat pannus adeo pretioſus,
Ut qui eum emere vellet,
Contra aurum appenſurus eſſet.

Ubi SCHERZIUS fruſtra reponit *cyclad*: Vocem enim genuinam eſſe, conſenſus non tantum L. Suionicæ, ſed etiam Cambro Britannicæ apud BOXHORNIUM ſatis ſuperque commonſtrat, ut adeo eadem locupletari poſſit THESAURUS SCHILTERIANUS: ſed quale fuerit hoc panni Serici genus, tacentibus veterum monumentis, ægre quis definiverit. Id ſaltem conſtat, pretioſum fuiſſe & multo auro grave. Nec minus difficile eſt dictu, cujus originis ſit: poterit certe fieri, ut rutilans & ſplendidum nomen habeat a Gothico *blya*, ſplendere, quod ſupra in *v. blinka* attulimus: aut ſi transmarinum credere oportet, a *bleo*, quo nomine Anglo-Saxones colorem appellarunt.

BLYG, pudibundus, ſibi diffidens, meticuloſus. Al. *pluag, plug*. Hoc ſenſu occurrit apud OTFR. *Lib. II. c. IV: 75.* de diabolo Chriſtum in eremo tentante.

Tho er ſi ubiles ſo bald,
Thaz imo io zi ſcaden uuard,
Thoh, uuan ih, bluogo er ruarti
Thio mihilun guati.
Licet ille ſit ad malum adeo audax,
Quod ipſi ſæpe in malum ceſſit,
Attamen, credo, pudibundus laceſſivit
Illam magnam bonitatem.

Et ita ad veritatem ceteris propius acceſſit SCHERZIUS, qui tamen hæſitans heic incedit. *v.* SCHILT. *Gloſs. p. 122.* & HEUMANNI *Opuſcula, p. 437.* Ad originem vocis noſtræ quod attinet, credidero, eandem nihil differre a ſuperius allato *blöd*. Isl. *blaudur*, timidus; unde *bleide*, timiditas, item pudor. OLAVI TRYGGWAS. *Hiſt. p. 64. Er þat ongum manni bleidi, at han ætli hof ſiri ſier:* id nemini pudori eſſe debet, quod penſitet, quid ejus valeant vires. Literæ *d* & *g* ſæpe permutantur.

BLYGAS, timere. OLOFS S. *p. 33.*
Han blygdes ey, at konungen thet ſå.
Non timebat, quod Rex id videret. Ceterum hodie notat pudore impediri, vel etiam poſt perpetratum facinus pudore ſuffundi.

BLYGD, pudor, opprobrium.

BLYGSAMHET, modeſtia.

BLYGHET, diffidentia ſui. Al. *plucheit*. apud NOTKERUM, PSAL. 24: 14.

OBLYG, confidens, imperterritus CHRON. RHYTHM. *Raske baladhe oc oblyge*, Pugiles alacres & impavidi.

BO vel *boa* ant. *bua*, præparare, inſtruere. Inter varias, quas antiquiſſimæ huic voci loquendi tyrannus, uſus, adjunxit ſignificationes, hæc mihi prima videtur, quæque ſuo ambitu reliquas comprehendat. Isl. *bua*, unde *tilbua* præparare. UPL. L. *Kirk. B. c.* 2. *Sedhan præſtens bus æro wæl boin*, poſtquam Sacerdotis ædes rite præparatæ ſunt, fartæ tectæque. KON. STYR. *p. 132. Ty likar* ARISTOTELES *barnaſkiæl ok næme vid taflo ſlæta, then ſkipat ok bodd ær til ſkrifwas a.* Proinde ARISTOTDLES infantum animam & intellectum comparat tabulæ nudæ, præparatæ ad quamvis ſcripturam recipiendam. NORRSKA HIRDSKR. *p. 37. Er þat hofudraad, at hwer bue ſyrir ſier ſialfri um ſina lifdaga*, id maximi momenti eſt, ut quivis rationes ſuas rite putet, dum adhuc in vivis eſt. OL. TRYGG. *S. Part. 2. p. 213. Beſt er um heilt at bua*: optimum eſt, rem adhuc ſartam curare.

REDEBOEN, rite præparatus: a *reda*, quod vide.

FARBOEN, itineri accinctus. L. PETRI *Poſtilla*, in die Purif. MAR. p. 54.

BUNINGUR. Isl. præparatio. GUDM. ANDR. 2. Tapetes, aulæa, quibus inducuntur parietes. OLAVI TRYGGV. *Hiſt. Ed. Skalb. p.* 80. *þyri drottning let ofan taga, hollar buningen:* THYRA Regina demendos juſſit tapetes, quibus tecti erant parietes. v. infra c. 78. Ut adeo hic ædium ornatus, non adeo novus ſit, ut credunt nonnulli. cfr. CHRON. RHYTHM. HAD. *p.* 119. *ſeq.*

2. Reparare, quæ vitioſa ſunt. UPL. L. *Kirk. B. c.* 2. *Boa ok bætra*, ut ſynonyma ponuntur. ib. *boa laka a huſum*, ſarcire rimas ædificii. Gr. βύειν eſt obſtruere rimas ſtuppa. *v.* JUNII *Gloſs.*

Digitized by Google

Gloſs. Ulph. *p. 83.* Eadem ſignificatione frequentativum hujus vocis uſurpatur Marc. *1: 19. bygga næt*, reparare retia, *bygga wægar*, munire vel reparare vias publicas. *Bonad*, reparatio, Upl. L. *Kirk. B. c. 1. Thorwa huſin mykin bonadh widr*, ſi ædes multa reparatione indigeant.

3. Amicire. *Wæl bodd*, bene amictus, bene adverſus frigus præparatus. Hinc *bonad*, amictus, *huſwudbonad*, tegmen capitis. Stiernhjelmius, in *Indice ad* Leges Westgoth. ingenioſe hinc derivat *bonnet*, quo nomine Galli pileum appellant. Angl. *bonet*. Hiſp. *bonete*. Hibern. *boneid*. Non enim placet, quod Junius hæc deducat a *bunt*, varius, discolor. Noſtrum *bonad* translata ſignificatione deinde uſurpatur pro quovis apparatu: ut *wæggbonad*, tapes.

4. Habitare. Ulph. *bauan*, *gabauan*. Marc. *4: 35. Magun uf ſkadau is fuglos bimines gabauan*, poſſunt ſub umbra ejus volucres cæli habitare. Al. *buan, puan* Otfr. *L. II. c. I. v. 51.*

Engelon io manne
Thiu zuei zi buenne.
Angelos & homines
Illa duo ad inhabitandum.

Belg. *bowen*, Germ. *bauen* notat ædificare, pro quo nos hodie *bygga*, vocabulo origine non diverſo, ut infra ſuo loco dicetur.

5. Cohabitare, prout cadens Latinitas hac voce utebatur de convictu mariti & feminæ. Westg. L. *Gipt. B. c. 4. Boe bænne aldrigh:* nunquam cum ea commercium habeat. *Ib. c. 7. Thy ma jak eig bo henni at Guſs rætte*, ideo eam habere non poſſum ſecundum jus Dei. Derivata inde videbis in *bola*, quibus adde Alemannicum *bumede*, apud Wachterum alioſque, quod erat munus pro licentia nubendi loci Domino datum, a *bo* vel *bua* & *mede*, Anglo-Saxonice mercedem notante.

Bo, Subſt. domicilium. Isl. *bu*. L. L. *Thiuw. B. c. 1. Beſta ting ſom bonde i bo ſino haſwer, thet ær laghgifta huſtru hans*, optima, quam Pater familias domi ſuæ habet, ſupellex, eſt legitima illius conjux. Camb. *peu, peues*. Ulph. *bava*. Marc. 5: 3. Obſervari meretur, veteres Latinos pro domo *do* dixiſſe: id quod ad hanc claſſem facillime redigi poterit. In antiquo enim Latio pro *b d* fere ponebant, pro bonus, duonus, pro bellus, duellus, &c. v. Morhof. *de Ling. Germ. p.* 82. In eundem modum Homerus quoque δῶ pro δῶμα habet. Iλ. Σ.

2. Villa. *Catal.* Episc. Scar. *Tha wore ſiu bo til ſtaſs ok ſtols:* Tum ſeptem villæ ſedi Epiſcopali adjectæ erant: Non quod Rodowalderus ſeptem illas vindicaverit, ut vertit Loccenius, ſed quod ſinguli ſeptem Epiſcopi ſingulas villas acquiſiverint ſedi Epiſcopali. Spegelius, neſcio quo caſu, pro ſeptem ſeptuaginta habet.

3. Societas, communio. Verelius in *Indice p.* 38. Hinc *bolag*, ſocietas, *bolagsman*, bonorum ſocius, *gårdbo*, qui villam communem habet.

4. Res familiaris, ſupellex. *Haſwa wackert bo* dicitur qui pulcram ſupellectilem habet, *bodrætt*, quum familiarium quiſpiam de re domeſtica quidquam avertit, alias *bosbrigd, boſpiall, boſpend.* v. infra. Cum addito ſupellex dicitur etiam *bobag*, de quo mox, item *boting*. Gen. 31: 37.

5. Rei ſupellectilis caput, armenta, pecora. Leges Isl. apud Verelium. *Ef maþr molkar bu annars*: ſi quis alterius pecus mulſerit. Westg. L. *Ard. B. c.* 1: 9. *Hugger man bu mans nidher*, ſi quis alterius armentum ceciderit. Hinc Isl. *bumadr mikil*, dives pecorum. Celtis etiam *bu* bovem notare, auctor eſt Pezronius, in *Origin. Celticis p.* 234. Gr. Βοῦς. Lat. *bos*. Hinc Βούτυρον, quam vocem Gothicam vel Scythicam eſſe, ipſi Græci, rei ipſius atque adeo nominis ignari, fatentur. *v. Diſſert.* nuper me Præſide habita, de *Dialectis L. Sviogothicæ Part.* 1. Hinc *beſkap*, de quo infra.

6. Nidus. *Fogelbo*, nidus avium, *bogöra*, nidificare. Pertinet tanquam contentum pro continente huc quoque, quod *bo* ponantur pro fetura nidi. *Han ſlog i hjæl hela boet*, omnem nidi feturam interemit. Eſt hinc forte, quod pro grege ponatur: *ſælja hela ſitt getbo*, quod quis habet caprarum, vel totum gregem vendere. Gr. πῶυ, grex, apud Homerum πῶυ ὀίων, grex ovium.

Bo, incola. Uſurpatur tantum in compoſitione cum nomine loci, ut *Stadsbo*, qui in civitate vivit, *Landbo*, ruricola, *Upſalabo*, civis Upſalienſis, *Skogbo*, qui in ſilveſtribus locis habitat.

Bokarl, qui alterius villam colit. Hinc ſæpe conjunguntur *bönder ock bokarlar*, poſſeſſores villarum, & qui pro cenſu eas locatas tenent. Chron. Rhythm. *p.* 370.

Bol, domicilium, ſedes, villa. Westg. L. *Jord. B. c* 9. *Köpir madhir bol*, ſi quis terram emerit. Isl. id. Olavi Trygg. *S. Edit. Skalholt. Part.* 1. *p.* 101. *Willdu hvorutweggia haſa bolit i Götu*, ambo accipere voluere prædium Götenſe. *Bolgiaf*, Ostg. L. arrha conductionis prædii. *bolſtad*, fundus villæ. *bolmärke*, alias *bomarke*, quod vide. *boldiur*, Ostg. L. *Kirk. B. c.* 10, qui una habitant, ut maritiis & femina.

Böle, id. Östg. L. *Byg. B. c.* 36. *Biur a ſær böle, ſum bonde:* Caſtor domunculam ſuam habet, non ſecus ac homo. Videtur in proverbium abiiſſe Caſtoris ſumma in nidificando induſtria, de qua ex inſtituto Hiſtoriæ Naturalis Scriptores. Dicitur alias *byle*, unde tot in Suecia pagorum nomina, *Nybyle*, *Tibyle*, a þy familia vel þiod, populus, *bybile*, domicilium, ab *biw* vel *biu*, familia, *getingbyle* nidus crabronum.

Bod, apotheca, taberna. v. ſuo loco.

Bodrætt. Wesm. L. *Manh. B. c.* 102. & alibi paſſim notat actionem ejus, qui per fraudem a quopiam familiarium rem domeſticam alterius ad ſe pertrahit, & eblanditur.

Bofast, qui rem familiarem habet, cui opponitur *bulaus* & *löſker madr.*

Bohag, ſupellex. *Bo och bohag*, bona mobilia & immobilia, ab Isl. *bagur*, res domeſtica. *Gengur up bagur bans*, res ejus domeſtica profluit: ſive id ſit ab *baga*, ordinare, diſponere, ſive ab *baſwa*, poſſidere. Germani certe *habe* dicunt, Belg. *bave.* A. S. *hæfe.* Lat. Barb. *averium. v.* Spelman. *in v.*

Bonde. v. infra.

Boskap, ſupellex ruſtica omnis generis. Jord. B. *L. L. c.* 25. *Hvat theri briſter, fylles af boſkap bans*, quod deficit, pendatur ex ſupellectile ejus. Gift. B. *St. L. c.* 5. *Lösöron, the ſom i boſkapenom æru*, res mobiles, quæ in bonis ſunt,

2. Notat pecus, armentum, unde *boſkapsſjuka*, lues animalium.

3. Cohabitationem. Wesm. L. *Jord. B. c.* 21. *Köpa the jord, ſom flere æru ſaman i boſkap:* ſi illi terram emerint, qui junctim in eadem familia ſunt.

BOCK, caper, hircus. A. S. *bucca*, C. B. *bwch.* L. B.. *buccus.* Germ. *bock.* In lingua Danica *bock* notat maſculum generis tam ovini, quam caprini, quæ forte ratio eſt, quod etiam apud nos ſæpe huic præponatur, tanquam diacriticum, *getebock.* Neſcio, an promanaverit a *bocken*, ferire, quod vult Wachterus. De cetero, quæ ille philologemata habet, hanc vocem illuſtrantia, huc transferre non pigebit: *Cum hoc animal*, inquit, *ſit ſalaciſſimum, & ad coitum feratur procaciſſime; hinc promtos in Venerem etiamnum eodem nomine deſignamus. Et conſentit* Gr. βαυκίζεσθαι, *laſcivire*, *quod a nomine & proprietate hujus animalis deſumtum videtur. Immo etiam* Bacchus *a familia haud alienus cenſeri poteſt. Nam hoc proſtibulum Deorum ſæpe vehitur* hirco, *& comites habet Faunos Satyrosque, omnes caprina facie & pedibus hircinis conſpicuos. Nomina autem Deorum ſæpe formari ſolent ab animalibus, quibus pro vehiculo utuntur, ut* Hermes *ab ariete*, Artemis *a cerva, de quibus alibi. Poſtea a maſculo nomen creari cœpit femellæ. Inde Græcis* βήκη, *capra*, *Armoricis* bicq, *& in quibusdam Franciæ locis* bique, *teſte* Pezronio, *in Antiq. Celticis p.* 334. Addo ego tantum, *beckre* apud Islandos arietem notare, ut tradit Runolphus Jonas, in *Gram. Isl.* p. m. 31.

2. Trabs, cui quatuor ſubjiciuntur pedes, ut pro fulcro inſerviant, equuleus. Dicitur ita a forma, qualitercunque hircum referente.

3. Fiſtuca. Kon Styr. *p.* 210. *Rumet ſkal fyllas up med jord, ok bardlik med buckom ſammanſtötas:* Locus terra impleri debet, & fiſtucis accurate ſolidari. Denominationis ratio alia eſſe non poterit, quam ictus ille, quem edit hæc machina.

4. Aries, catapulta. Ezech. 21: 22. Nominis eadem ratio in utraque lingua.

BOCK, impulſus, ictus, ab antiquo Alem. *bocken* ferire. Eſt hinc, quod dicere ſolemus de homine, qui tanquam Marpeſia cautes immobilis aliorum inſultus excipit: *Han ſtår bocken.*

BOCKA, inflectere. v. *bucka.*

BOD, manſio, domus, Isl. *bud*, quod inprimis occurrit ad denotandum tentoria, ut *herbudar*, caſtra, *tiallbudar*, tentoria. Camb. *bod.* Sorab. *buda.* Polon. *bauda.* L. B. *boda:* quæ omnia a *beiten*, manere, Suet. *bida* derivat Wachterus. Cur autem hoc a *bo* vel *bua* proveniſſe, non cenſeam, ratio eſt, quod video, *d* in omnibus linguis adeſſe, ut adeo illa litterarum radicalium una eſſe videatur.

2, Taberna mercatorum, ſive hoc ejusdem proſapiæ ſit, ſive, quod aliquando conjeci, ab Ulphilano *biud.* A. S. *beod*, quæ menſam ſignificant: quum veterum propolæ in menſis fere res ſuas promercales habuerint, ut ex ſimili ratione trapezitæ nomen apud Græcos, & menſarii apud Romanos habuere. cfr Angl. *ſhop*, taberna, ex *ſkåp*, armarium. Confirmat me in hac conjectura, quod videam, in ſcriptis medii ævi diſtinctionem fieri inter *ſtallum coopertum* & *botham*, quorum illud tabernam tabulis tectam, hoc nudam & ſub dio collocatam menſam forte ſignificaverit. Lex Burgorum Scoticorum, *c.* 40. *Mercator, qui habet ſtallum coopertum in die fori, vel botham*

botham in die fori, dabit obolum pro conſuetudine & cuſtuma ſua.

3. Apotheca, ubi conduntur fruges & aliæ res edules. *Sædesbod*, granarium, *matbod*, promtuarium, penu. Sunt, qui noſtrum *bod*, Germ. *bude*, Gall. *boutique*, It. *potheca* referenda eſſe arbitrantur ad Græcum ἀποθήκη, quod eundem ſignificatum habet, ac noſtrum *bod*. *v.* MENAGII *Etymol. Gall.* in v. *boutique*.

4. Tugurium, unde in Lege Dalica, p. 2. §. 7. *bodſæte* vocatur, qui tenuem caſam inhabitat. Dicitur idem A. S. *cotſete*, L. B. *cotſeta*.

5. Tentorium. *bodaſtad*, id. v. *Hiſtoria* ALEX. MAGNI. *Fôra honom i ſin bodaſtad*, portare eum in ſuum tentorium.

BODA, nuntiare. A. S. *bodian*. Isl. *boda*. Al. *boton*, unde *foraboton*, prænuntiare. Credo, ab initio diverſum hoc vocabulum non fuiſſe a ſuperius explicato *bjuda*; video ſaltem illa duo promiſcue poni. *Litteræ* MAGNI LADULÅS *de anno 1280.* (poſt LEGEM BIRCENS. *p. 1.*) *§. 1. þar til war bref biuthæ, at wir ærum af landit farnir*, usque dum literæ noſtræ indicaverint vel nuntiaverint, nos abiiſſe. Sic Gloſſæ veteres Alemannicæ apud WACHTERUM (in v. *bieten*) *inpiutis* vertunt ſignificaveris. Uſurpatur hoc verbum etiam de auguriis, *thet bodar intet godt:* hoc nihil boni ominatur. Angl. *bode*, id. A. S. *bodian*.

BOD, nuntius. Al. *boto*, *poto*. Germ. *bot*. Inde Angelis hoc nomen domeſticum datur apud OTFRIDUM alioſque. Sunt, qui vocem hanc apud JUSTINUM ſe putant inveniſſe, ubi LIB. II. *c.* 15. codices antiqui habent *potios* pro nuntiis, *quoscunque ad ſe potios miſiſſet*. *v.* BERNEGGERUS, *in Curis Secundis*. FREINSHEMIUS putat, vocem barbaram eſſe, & forte Perſicam. Si modo lectio ſincera fuerit, cujus ſit originis, nemo noſtræ L. peritus non agnoſcit.

BOD, *bud*, nuntium, res nuntianda. *bodbærare*, nuntius. Uſurpatur etiam *bud* hoc eodem ſenſu.

BODSKAP, id. Al. *botoſcaf*.

BODKAFLA, v. infra in *budkafla*.

BODGÅRD, cœmiterium: Unde *bodgårdsmur*, murus cœmiterii. DIKMANNUS, *in Antiquit. Eccleſ. Sviog.* fieri potuiſſe, credit, ut *bodgård* appellatum fuerit cœmiterium, quia granaria eccleſiæ (*kyrkobodar*) illis ſæpe adjuncta erant. Sed mihi non fit veriſimile, a re adeo communis uſus & tam parum ad ſacra ipſa ſpectante, cœmiterium Chriſtianorum nuncupari potuiſſe. Suſpicari aliquando ſubiit, legenti, quod in BIBLIIS ISLANDICIS tam crebra mentio fiat *Tiallbudargardin*, quod erat atrium templi Moſaici, (vide ſupra in *bod*) ab hoc templo ad Chriſtiana terminum illum translatum fuisſe, atque, ablata prima ſyllaba, *budargardin* relictum eſſe: niſi cui in mentem venerit, *bodgård*, olim forte *bautagard* dictum, ejusdem eſſe originis ac *bautaſtenar*, de quibus ſuo loco egimus.

BOF, nequam. CHRON. RHYTHM. *p.* 45.

Somme drucke, och ſomme ginge at ſofwa:
A gatone ſloges the boffua.
Alii comeſſabantur, alii cubitum ibant:
In plateis rixabantur petulantes.

Isl. *boſe*, *bowe*. LUCILIUS, jam ſuo ævo, improbum ſtrigoſumque tergiverſatorem *bovinatorem* appellavit, quod noſtro, ſi minus origine, at ſenſu tamen & ſono affine eſt. WACHTERUS in v. *bub*, (ita enim apud Germanos pronunciatur,) illa primo *pupum* vel parvum puerum deſignari putat, deinde ſervum, & tandem flagrionem aut hominem perdite malum. v. infra in *tjuf*. Mihi in mentem venit, ab Angl. *bawd*, leno, *bawdy*, ſpurcus, *d* in *f* mutato, *bof* forte enaſci potuiſſe: & ſane quæ mox ſequentur, hanc etymologiam firmare videntur, etſi non diffitear, nihil horum eſſe, quod cum conjectura WACHTERIANA conciliari non poſſit.

BOFSTYCKE, flagitium.

BOFWERI, id. In CHRON. RHYTHM. *p.* 375, de CHRISTOPHORO BAVARO, Suionum Rege, occurrit, *Skörbet och bofwerij war hans ſak*: ubi per hanc vocem pæderaſtias vitium intellige, quemadmodum etiam *büberei* eodem ſenſu apud Germanos uſurpatur.

BOG varios habet ſignificatus, ſed a flectendo, hoc eſt a *böja*, ant. *beigia* omnes ortos. Notat quippe 1. armum animalium, utpote in quo corpus flectitur. Al. *puach*. *Gloſſ.* BOXH. Germ. *bug*, unde *vorderbug*, *hinderbug*, armus anterior, poſterior. v. WACHTERUS. In legibus patriis occurrit *ſkiutbog*, quod erat armus alcis aut alius feræ, qui præmium fuit eandem ferienti. *v.* ÖSTG. L. *Byg. B. c.* 36.

2. Flexum, termino nautico, quando pedem faciunt, aut flectendo vela in alias partes transferunt navigantes. *Slå om på en annan bog*, curſum muta

mutare. Uſurpatur crebro metaphorice de mutante conſilia aut orationis tenorem. Ex eadem nautica diſciplina varia alia deſumta reperimus loquendi genera, uti dum in *Hiſt.* ALEX. M. legimus:

Han gifwer för ængom manne bog.
Nemini cedit, vel nullius reſpectu curſum mutat.

quocum conjungi etiam poteſt, quod in GRETLA occurrit: *vier ſkulum aunguan bradann bug ad þeſſu giora*, nil feſtinanter in hoc agemus.

3. Curvatura hami: Inde apud GUDMUNDUM ANDREÆ, *bita a bug*, curvaturam hami, non ipſam cuſpidem mordere, ut ſolent piſces timidi timide procedere. Hinc nos forte: *Han will ej på then bogen*, eo adduci non poteſt. Galli eadem metaphora *il n'y veut pas mordre.*

4. Menſuram mulctæ, quo ſenſu occurrit HELS. L. *Manh. B. c. 6. §. 2. Böte bogum twem i tridiung hwarn*, duplum pendat tripartito diſtribuendum. v. VERELII *not.* ad HERW. S. *p. 165.* Ratio denomationis eſſe poterit, quod quoties geminamus numerum, toties ad primos recurramus calculos. Hinc *bogaböter*, *ib. Manh. B. c. 23.*

BOGE, arcus. Precop. *boga.* A. S. id. Isl. *bog.* C. B. *bwa.* WACHTERUS addit Latino Barbarum *bauga*, id probans ex *Capitulari* CAROLI MAGNI *de anno 803. n. 7.* ubi ſancitur, ut *bauga & bruniæ ne dentur negotiatoribus.* Sed excidit hoc viro, alias accuratiſſimo, qui, credo, haud ignoravit, jam a VOSSIO *de vitiis Serm. L. 2. p. 184.* obſervatum eſſe, per *bogas* intelligi armillas. Isl. *baugr.* uti etiam alio loco nempe *Lib. 6. c. 223.* pro *bauga* armilla diſerte occurrit, quod tanquam militare inſigne illis, qui militiæ nomina ſua non dedere, interdictum erat. Conf. SCHERZIUS *ad Rhythm. de Exped.* CAR. M. *adv. Sarr.* v. 925. Sed ut eo, unde digreſſus ſum, redeam, ſcribitur in antiquis patriæ monumentis promiſcue *boge* & *buge*. HELS. L. *Kon. B. c. 7. Twa blaſkurin ſkin af hwarjum bughæ*, duæ pelles crudæ de quolibet arcu, vel quolibet maſculo, eo ætatis provecto, ut arcum dirigere poſſit. Cfr. init. cap. nec non VERELIUS, in *bog*, qui tamen hæc verba male interpretatur.

BOGA SKOTT, teli jactus.

REGNBOGE, iris, a ſimilitudine arcus.

2. Fornix. *Hwalſboge.* A. S. *boga.* cfr. Germ. *ſchwibbogen.*

BOHORD vel *behord.* Terminus haſtiludii veterum, denotans munimentum imaginarium palis firmatum, *Eine Schanze mit Palliſaden*, ut habet SCHILTERUS, *Gloſſ. p. 124.* Hoc vero ubi deſtructuri erant Athletæ, tumultum non levem excitabant, unde *bohord* accipitur quoque pro ſonitu, fragore. Utitur eo crebro CHRONICON RHYTHMICUM: inter alia *p. 15.* de nuptiis WALDEMARI:

Ther war dyſter och bohord.
Ibi torneamenta erant & decurſiones.

ib. *p. 37.*

Sidan wart ther ſkemtan ok behord,
Æ the herrarna gingo til bord.
Poſtea luſus erant & torneamenra,
Usquedum diſcubitum irent proceres.

Deſcendere vox illa SCHILTERO exiſtimatur a vetere Germanico *borden*, cuſtodire. v. DU FRESNE, in *bohordum*, inque notis ad JOINVILLAM. *p. 181.*

BOJ, panni villoſi genus. Germ. *boi*, *bay.* Belg. *baey.* WACHTERUS Anglos, qui *baize* dicunt, ad originem vocis propius accedere putat, quam arceſſit a Gr. *πέκος*, vellus.

BOJA, catena ferrea, qua vinciuntur captivi. Apud PLAUTUM in *Aſinaria* vox eadem Latina civitate donata reperitur, ut notant Lexicographi. Belg. *boeye*, a *böja*, cum circum pedes flexæ fuerint. Apud ULPHILAM ab eadem radice occurrit *gabuganaim* pro compedibus, MARC. 5: 4. *Unte is ufta iſarnam bifotuns gabuganaim jah naudibandjom eisarneinaim gabundans vas*, quoniam ſæpe compedibus tortis & ferreis vinculis ligatus erat. In hiſtoriis Islandicis non raro nominantur *bogaſtreingur*, quibus ligabantur captivi, & in RUNA CAPITULE, *Str. 12. boglimur.*

2. Ancoralis tabula. Angl. *boy.* Belg. *boeye.* Ita dicta, quod ferrea catena, veluti compedibus, ancoræ eſt alligata.

BOK, liber. Ulph. *bokos.* A. S. *boc.* Al. *puack*, *buach.* Isl. *bok.* Belg. *boek.* Germ. *buch.* Quum commune cum fago apud nos Germanoſque nomen habeant libri, faginas tabulas, quibus forte utebantur Veteres, voluminibus ſuam appellationem dediſſe, veriſimile putant plurimi. Rationibus, quas pro hac ſtatuminanda ſententia affert WACHTERUS, illam addere poſſum, quod nos *balk* & *flock*, h. e. libros & capita a lignea materie æque nominaverimus,

verimus, ac a libro, hoc eſt cortice & caudice Romanorum libri codicesque olim nominati fuere. Sed accedit tamen jammodo laudatus Etymologus ad ſententiam STIERNHIELMII, qui, ut Latinum volumen a volvendo, ita noſtrum *bok* a *bója* appellatum arbitratur; quumque fagus arbor ſit lenta, &, in laminas ſciſſa, plicabilis, eam inde idem nominis accepiſſe. Uſurpatur vero in noſtratium ſcriptis *bok* de quovis libro, *κατ᾽ ἐξοχὴν* vero 1. de SACRO CODICE, idque exemplo Græcorum & Alemannorum (*v.* SCHILT. *in v.*) Occurrit hoc ſenſu in Actis publicis, ubi fidem juratam daturi dicuntur, ſacramento promittere *med band â bok*, manu Bibliis impoſita, unde *boked* & *bokared.* *v.* NORRSKA HIRDSKRÅ *c. 48.* idque ut diſtinguatur hoc jusjurandum ab eo, quod fit tactis ſanctorum reliquiis, *â helgadomom.* Sic *bokarwitni* eſt ejusmodi juratus teſtis, *Froſta Things* L. L. *c. 33.* 2. De libris ritualibus. UPL. L. *Kirk B. c. 6. Klockarin ær ſkyldugher bæra bok ok ſtol i ſokn med Præſti,* Æditui eſt, ſtolam & libros rituales portare, ſacerdote ad munus obeundum concedente. In CATALOGO *Epiſcoporum Scarenſium, p. 96.* commemoratur *bokabonona* i. e. ligatura librorum ritualium. Alias eos appellari videbis *tidabocker*, de quo vide in *tid.* 3. De tabulis Legum HELS. L. *Kirk B. c. 19. & Thing. B. c. 11. Hwa ſum wædhjæ wil mot Lagmans dom, wædhi a thingi tre marker under Landſens bok.* Quicunque appellare voluerit a Judice Provinciali, trium marcarum pignus deponat, provocetque ad codicem Legum Uplandicum vel communem. *v.* HEIMSKR. *T. 1. p. 487.* *Stadſens bok* eſt jus civitatis in *Rådſtuf. B. c. 6.* qui tamen idem titulus fuit matriculæ civitatis. *Kon B.* ST. L. *c. 15.* 4. De Libris mercatorum *kópmans bok.* Sic etiam *bruksbok*, liber rationum, cui nomina inſcribunt mercatores & mineratum poſſeſſores. Plures vocis acceptiones coacervatas videre licet in notis CAROLI LUNDII *ad Leges Upl. p. 148. ſeq.* Addo tantum, *bok* uſurpari pro ſcapo papyri vel viginti quinque foliis, quæ eadem ſignificatio mercatoribus alibi terrarum familiaris quoque eſt.

BOKLIST, eruditio. *Hiſt.* ALEX. M. v. in *hiſt.*

BOKPELL, membrana. VEREL. *Gloſſ.* PEZ. *puocbfellum*, membranis.

BOKSYNT, eruditus.

BOKSTAF litera. Al. *puochſtaba.* A. S. *bocſtaf.* Sola eſt Runica literatura, quæ hujus appellationis rationem dare poterit, ubi I litera matrix eſt ceterarum omnium, formaque ſua bacillum refert, ut amplius in v. *ſtaf* dicturi ſumus. *Bokſtafwera* eſt literas vocis per ſyllabas dividere.

BOK, fagus. A. S. *boc.* Al. *puocba.* Angl. *buch.* Belg. *beukenboum.* De origine vocis, quid ſentiant eruditi, in voce præcedente breviter diximus: nunc addimus ſolummodo, non eſſe pauciores, qui a Græco φηγὸς & Latino *fagus*, natales Gothicæ vocis arceſſant, *f* in *b* mutato, ut centies alias. Græcos vero arborem hanc ἀπὸ τοῦ φαγεῖν appellaſſe, ab eruditis jam dudum monitum eſt, idque ex ea ratione, quod, ante repertas fruges, glandiferæ arbores victum hominibus præbebant: unde etiam in Legibus vetuſtis *aldintræ* dicuntur, & fagus in ſpecie in Lege Scanica *ald*, a radice *ala*, nutrire.

BOKHWETE, fagopyrum. Angl. *buckwheat.* Belg. *boekweyt.* Germ. *buchweitzen.* Forma hujus ſeminis fagino ſimilis nomini originem dediſſe, creditur.

HAFWENBOK, Carpinus. GLOSS. MONS. *haganpuocba:* ab *hage*, Dan. *hafwe*, quum id genus arborum ſepimentis aptum ſit. v. infra in *hage*, ſepes.

BOKA, contundere, comminuere. *Boka malm*, metalliferos lapides contundere, a Germ. *pochen* vel *bochen*, pulſare, tundere, unde *pochwerk*, machina tundendis metallis adaptata. WACHTERUS cognatum cenſet antiquo Latii *batuo.*

BOL, truncus, quod inter caput & pedes medium eſt. *Vita* ANSGARII, *p. 21.* *Hans bol var ſtackoter*, corpus breve erat. C. B. *bol*, ventrem notat. Angl. *bulc* noſtro συνώνυμον eſt. Belg. *beuck* vel *bulck*, thorax.

2. De arbore uſurpatum notat truncum. EZECH. *31: 13.* unde *bola* eſt diffindere, & *bolwerk*, opus ex truncis arborum confectum, quod ſuo loco invenies.

BOLBY, villa primaria, cui opponitur *afgårda by*, quæ intra alterius limites eſt exculta. Metaphora deſumta eſt ex corpore humano, quod plures partes minutas in ſe continet.

BOLA, mœchari. Germ. *bulen.* Inter ſcriptores convenit, voci huic maculam affricuiſſe uſum, etiamſi ab initio nihil aliud, quam communes habere penates, ſignificaverit, a *bol*, domus,

 unde

unde *böle*, idem. Scilicet quemadmodum *bo* commercium conjugum, quod liberorum ſuſcipiendorum cauſſa fit, denotat, ut afferendis exemplis antea docuimus, ita τῷ *bola* eadem ſignificandi vis addita eſt. Hinc in LEGE OSTG. *Kriſt. B. c. 10.* maritus & femina dicuntur *boldjur*, quaſi animalia cohabitantia. LUTHERUS quidem *bola* hoc a בעל, maritus vel בעולה, conjux, deducit. v. *Tom.* VIII. *Altenb.* p. 219, STADENIUS a *bela*, procari. Verum, quod ad prius attinet, fruſtra foret, peregrinas origines quærere, ubi domeſticæ adſunt. Nec poſterior etymologia mihi magis ſatisfacit: procul enim ab extrema amoris linea abeſt, qui virgini ſua obſequia defert, illamque ambit. WACHTERUS præfert Gr. φιλέω, amo, ſed quo non indigemus. Hoc ſcribenti ſuccurrit, in L. Iſlandica *bol* etiam pro lecto accipi. HERW. S. *c. 12. Na enom a boli* eſt in lecto aliquem deprehendere. *v. Not.* VEREL. a quo ſi *bola* deducendum putaveris, idem erit, ac concumbere. Hodie non uſurpatur, niſi aut in ſermone Biblico, aut ubi de fœda cum animantibus commixtione ſermo eſt.

BOLARE, mœchus. Germ. *bule*: quæ tamen vox olim in deliciis habebatur, ita ut Principes inter ſe hoc titulo uterentur. *Mein lieber Bule:* amicus meus dilectus. v. STADENIUS in *Explic. Voc. Bibl. in v.*

BOLSKAP, ſcortatio, & nonnunquam ipſum ſcortum, amaſia. HERTIG CARLS *Förſækring, in Actis Publ. T. 1. p. 315.* de ERICO REGE: *Såſom han haſwer taget ſig til æchte ſin egen frilla och bolskap*, ut matrimonio ſibi junxit propriam concubinam & pellicem. Allegatur hic tanquam cauſſa primaria, cur imperio abdicaretur ERICUS XIV. quod conjugem imparis conditionis tori conſortem acceperat. Id non metuebant ORDINES R. ubi Menſe Aprili 1565. in receſſu comitiali hæc literis mandarunt l. c. p. 264. *Bedie wi hans Maj:t medh all ödmiukheet ganske underdånigen, att H. K. M:t wille förſee ſigh medh gifftermåhl, om thet eljeſt ſå wore H. K. M:t behageliget, her innan Rijkes: och effter att wij nog ſampt wette, att ther H. K. M:t een af the högſte och förnembſte ſtånd hær i Rijket wille wærdes bewijſa then gunſt och nådhe, då finnes ingen H. Kongl. M:t lijkmætig, hwarföre kunne wij icke underdånigſt föreſtælla H. K. M:t anten thet skal ske uthi Greſwe, Frijherres, Ridderes, Adels eller och annat ſtåndh; Alldenſtund the alle ære thertill faſt owærdige, utan thet hemſtælle wi på thet underdånigſte til högſthem:te K. M:t hwilken H. K. M:t ſielf ſynes och wille wærdes then ære och högheet unne.* i. e. ſubmiſſe & humilime rogamus, velit Regia Ejus Majeſtas, ſi id commodum fuerit, intra regni fines potiſſimum conditionem quærere. Et quoniam nobis ſatis ſuperque cognitum eſt, ſi quoque Regia ejus Majeſtas hoc honore ordinem illuſtriſſimum Regni noſtri dignari vellet, nullam tamen conjugem inventum iri, quæ ſplendorem Regiæ Ejus Majeſtatis exæquet; hinc R. E. M. judicio & arbitrio, utrum conjugem eligendam judicet ex ordine Comitum, Baronum, Nobilium AUT ALIO QUOCUNQUE, quum omnes hoc honore indignæ ſint, ſubmittimus, & in quamnam hanc gratiam & ſplendorem conferre velit. Quod ne temere quis in chartam conjectum putet, repetitum videbis in altero conventu ordinum anni ſequentis *l. c. p. 272. Anten thet högſthemælte K. M:tt. nådigſt behagade her inen, heller utanlands*, UTHI HWAD STÅNDH H. K. M:TT NÅDIGST SYNES, ANTHEN THEN WORE AF ADELL HELLER ICKE: Sive Sacræ R. M:ti clementiſſime placuerit, conjugem eligere intra vel extra patriam, IN QVOCUNQUE ORDINE CLEMENTISSIME VISUM FUERIT; SIVE NOBILIS FUERIT SIVE PLEBEJA. Attuli hæc non tam quia oportuit, quam quia ſperavi, non ingratum fore Lectori, obſervare, quam ſubitis mutationibus publica negotia ſæpe ſubſint.

BOLDA vel *böld*, ulcus, bubo: A. S. *byle.* Germ. *beyl.* Angl. *bile.* Belg. *buyle* vel *puyle.* Ego hæc non a *bal*, malus, præeunte WACHTERO, ſed ab Isl. *bolga*, intumeſcere, derivo, quam vocem licet VERELIUS prætereat, nec ſuo loco afferat GUDMUNDUS ANDREÆ, hic tamen eam penitus non præterit, ut videre eſt ſub voce *bilr*, *p. 29.* Addo KONUNGA-STYR. *p. 112. Hwar ſom plæga mera dryka, æn hans naturlik skipilſe torwa til likamins uppehældes, ta vardr han giarnt trutin och bulgen.* Quæ verba ita Latine verſa habet SCHEFFERUS. *Qui enim bibit plus, quam natura poſtulat ad conſervationem corporis, plerumque evadit langvidus & obeſus.* Sed non ſatis intellexit interpres duo poſtrema verba. Synonyma vero ſunt: ortumque prius ab Iſl. *þrotna*, tumeſcere, unde *þrote*, tumor. v. GUDM. ANDR. *p. 268.* quæ voces lucem affundunt ULPHILANO *thrutsfill*, lepra vel proprie tumor cuticulæ, a *þrote*, tumor, & *fill*, cutis, *thrutsfillai*, leproſi. Apud SCHILTERUM, ut id obiter annotem, ex Gloſſis Anglo-Saxonicis adfertur *blectrusfel*, bitiligo, quod, quid ſit, non videtur intellexiſſe vir eruditiſſimus. Coaluere autem duo vocabula *blec* vel *blæc*, *blæco*, vitiligo, & hoc *thrutsfell*, quod

quod explicuimus. Poſterius *bulgen* eſt a *bolga*, ut diximus, cujus haud pauca derivata, *bolna*, *bölja*, *bolſter* &c. mox ſumus habituri. Cum hoc forte affinitatem habuerit illud Belgicum *puylen*, *uitpuylen*, protuberare, quod affert JUNIUS; in *v. bile*, cui neſcio an ſubjungendum ſit, *βόλοι*, quod HESYCHIUS explicat *φύματα*, tumores. v. SALMASII *Exercit.* PLIN. *T. 1. p. 38.*

PESTBÖLD, anthrax.

BOLK, moles. Angl. *bulk, a thing of a great bulk*, res magnæ molis, a *bol* vel *bål* grandis.

2. Turbam ingentem notat. KNITL. S. *p. 194. frænda bolkr*, turba cognatorum.

BOLLE, poculum: CHRON. RHYTHM. p. 446. *Sölffkar, bollar ok dryckekar woro i alt Bryllopit oſpar.* Vaſorum argenteorum poculorumque in nuptiis affatim erant. Unde *lutbolle*, poculum, quo excipiebatur ſanguis victimarum. HEIMSKR. *T. 1. p. 141.* v. ſupra in *blota*. A. S. *bolla*. L. B. id. Angl. *boule*, *bowl*, quod MER. CASAUBONUS proprie vas quodlibet capacius notare putat, & proinde deducit a Gr. *πύελος*, vas balneatorium. WACHTERUS a rotunditate illud appellatum arbitratus, a *boll*, ſphæra, nomen arceſſit. JUNIUS vero meo judicio rectius, eo intelligi docens vas quodvis factum e cornu bubali, ex Cymræco *buelin* deducit, quo notatur quicquid ex cornu hujus feræ factum eſt. Confirmat hanc conjecturam, quod in veterum monumentis non tantum *bolle*, ſed etiam *bollarborn* ſcribatur, pro quo alias *urarborn* & *djursborn* occurrit. NORRSKA HIRDSKRÅ vel Jus Auiicum Norrwagium, *c. 49.* MAGNUS K. *gaf lata vera bollarborn a kvelldin um Joll at Olaffs minni, þegar mungat er inni, af þeim dryk, ſem bonum likar:* Rex MAGNUS conſtituit, ut in feſto Juliorum circumferretur cornu bubalinum in memoriam S. OLAVI, impletum eo potu, qui ipſi aptiſſimus videbatur. Notum eſt, veteres Gothos ejusmodi cornibus pro poculis uſos fuiſſe, id quod jam PLINIUS annotavit, *Lib. 2: 37. Hiſt. Nat. Urorum cornibus barbari ſeptentrionales potant.* Quod etiam Gothi exteri eundem morem ſecuti ſint, videor mihi ex VERSIONE ULPHILANA animadvertere poſſe. *Stikl* enim, quod pro calice ibi occurrit, proprie notat cornu, ut animadvertere licet ex dialecto Iſlandica Gothicaque, id quod afferendis exemplis ſuo loco monſtrabimus. cfr. interea OLAVI WORMII *tract. de Cornu aureo.*

BOLSTER, culcita. Ant. *bulſter*. *Gipt. B.* ÖSTG. L. *c. 1. bulſter at höfde*, cervical. Iſlandi, voce, ut credo, genti duræ tam inſolita, quam rem ipſam diu ignorarunt, *palſter* dixere. Quanti hæc otii allectamenta illi fecerint, docent verba EIGILLI ULLSÆRK apud STURLESONIUM: *þottuþoms eg om briþer, friþur þeſſi enn micli var, at ec mundi verþa elli dauþur inni a palſtram minom, en ec villda belldor falla i oroſto, oc fylgia Höfþingia minom, kann nu vera, ſva meigi verþa.* EIGILLUS ULLSERKUS veritum ſe ait, ne in tam longinqua multorum annorum pace ſibi jam grandævo inertique ſuper ſtragulis mori, contingat; præoptare igitur nunc, ducis ſub imperio mortem bello oppetere, ac ſui deſiderii ſic compotem fieri. Ducit vero originem ſuam hoc *bulſter* a *bulga*, tumeſcere, quum, quæ plumis ſufferta ſunt, quaſi intumeſcere videantur. MARTIALIS illud notum eſt, Lib. 2. Epig. 57.

Leuconicis, agedum, tumeat tibi culcita lanis.

Similiter apud Latinos tomentum a tumendo originem ducere, credunt Critici. v. VOSSII *Etym.* WACHTERUS mihi non ſatisfacit, qui radicem ponit *bol*, caput: nam dicitur *bolſter* non tantum de cervicali, ſed etiam de omni lecti apparatu, ut mox afferenda ulterius oſtendent. v. ſupra in *Bolde*.

RECKEBOLSTER, culcita major, quæ toti corpori ſubſternitur, ab Iſl. *reckia*, lectus, unde *reckiabunadr*, veſtis ſtragula, *reckiubur*, cubiculum.

HUFWUDBOLSTER, cervical.

BOLWERK, propugnaculum, ſive conſtructum ſit ad hoſtes arcendos, ſive fluminis impetum retundendum. Germ. *bolwerk*. Ang. *bullwark*. Gall. *boulevard*. It. *boloardo*. Hiſp. *balvarte*. Varie ſe torquent Galli, citerioresque gentes Gothicæ L. ignari, in inveſtigando fonte hujus vocis: nec multo illis felicior fuit WACHTERUS, qui, Gothicam vel Germanicam agnoſcens, a *bolen*, jaculari derivat. Ego a *bol*, truncus arboris, eam lubentius deduxerim, quum hinc prima bellica opera haud dubie conſtructa fuerint, & ita quoque videamus crepidines, quæ aquarum irruptioni opponuntur, non minus proprie hoc nomen ſibi vindicare. Cfr. ſupra in *Block*.

BOM, obex, vectis. PSALM. *147: 3.* Proprie lignum quodvis notat. Ulph. *bagm*. A. S, *beam*, *beom*. Al. *boum*, *poum*.

Digitized by Google

Germ. *baum.* Belg. *boom.* Angl. *beam.* Omnia a *bo*, *bygga* derivanda cenſet WACHTERUS, quum ligna fuerint prima ædificantium materia.

2. Notat in ludo conorum aberrationem a ſcopo: *ſlå bom*, aberrare.

RÆNNABOM, carceres, vel obex in ludo torneamentorum equitantibus oppoſitus, usquedum curſui ſignum daretur. CHRON. RHYTHM. *min. p.* 49.

BOMAERKE, ſignum vel monogramma, quod plebeji & inprimis ruricolæ, qui literas non norunt, nominibus ſuis, aliena manu exaratis, in rei fidem ſubdunt. Componitur a *bo*, villa, & *márke*, ſignum, cujus utriusque explicationem breviusculam dare debeo. Nuncupabatur *bomærke* a villa ruſtica, quum veriſimile ſit, ſingulas olim ſua peculiaria ſigna habuiſſe, quæ fundum, etiam mutatis colonis, ſequerentur. Videor mihi, id deducere poſſe ex WESM. L. *B. B. c. 64. Dela twe um ett márke, bawa både ett mærke, ok annar bawer bolsmærke, gifs tha thöm wald ok witsordh, ſit at wærja, ſum bolsmærke bawer:* ſi de ſigno lis orta fuerit, eodemque ſigno bini uſi fuerint, ſed alter eorum ſigno fundo adhærente: melior hujus conditio ſit, isque jus habeat rem ſuam vindicandi. *Cfr.* SUDERM. L. *B. B. c.* 29. ubi diſtinctio fit inter *bolsmærke* & *gammalt bolsmærke*, novitium & vetus ſignum fundi. *Mærke*, quod alterum eſt, in genere ſignum notat, heic vero arbitror, ſpeciatim ſignum crucis intelligi; hoc enim erat, quod diverſimode pictum nominibus ſuis tanquam fidei ſymbolum ſubjungebant, unde etiam eſt, quod apud Gallos hoc idem *ſigner* dicebatur, id eſt, nomini ſuo crucem propria manu apponere. *v.* HICKESII *Diſſ. Epiſt. ad* SHOWERUM *p.* 47. ubi verba WILHELMI R. adfert: *Annecto mee regie auctoritatis ſigillum, ſed & propria manu depingo crucis dominice ſignum.* Adde, quæ habet DU FRESNE in *v. Charta per punctum, Tom. 2. edit. recent. p. 552.* & in *v. crux, p. 1191.*

BONA, lævigare. Dicitur, quum inducta cera ligna tergimus, & ita nitentia reddimus. WACHTERUS, cui acceptum refero, quod hanc vocem non præterierim, illam ortam credit a *φαίνειν*, lucere, vel potius ab Iſl. *fænna*, *funna*, id. Aliis id dijudicandum relinquo: affirmo tantum, *b* & *f* in linguis antiquis creberrime vices alternare.

BONDE, participium verbi *bo*, adeoque naturali poteſtate habitantem, colentem denotans, A. S. *buend.* Dixi, participium eſſe, quorum quippe non pauca in lingua noſtra, nil mutata forma, ſubſtantivorum naturam & ſignificationem induere, videmus, ut *reſande*, *wægfarande*, peregrinator, *gerande* in CHRON. RHYTHM. athleta, & id genus alia. Hoc autem *bonde*, quemadmodum dixi, proprie habitantem denotat, a *bo* vel *bua*, unde plenius nonnunquam *boende* ſcribitur. v. HEIMSKR. *T. 1. p. 478.* & in Lapidibus Runicis ſæpiſſime *buante* & *boante*, quæ poſteriora explicaturus PETRUS DIKMANNUS, in *annot.* ad *cippos Runicos p. 36. & 65.* ſtatuit, *buanta* compoſitum eſſe a *bu* vel *bo* domus, familia, & *anna*, *anta*, cura, regimen, atque adeo *buanta* notare dominum familiæ. Sed non opus eſt, ut has ambages quæramus. Una vox eſt, illaque cana ſua vetuſtate ſpectabilis. Nos omiſſis aliis aliorum etymologiis, utpote DOLMERI, qui in *not. ad* Jus AUL. NORRW. *p. 66.* *bonde* derivandum putat a *bunden*, obſtrictus, vel WACHTERI, qui Schlavonicum *Panis*, Dominus, huc trahit, (vide in v. *ban*) varios tantum ejus ſignificatus breviter enumerabimus. Notat itaque

1. Patrem familias, alias *busbonde* dictum. *B. B.* ST. L. *c. 15. Legher bonde man eller konu*, ſi paterfamilias marem vel feminam conduxerit. A. S. *bonda.*

2. Maritum. *Gipt. B.* L. L. *c. 15. Nu bor kona med bonda ſinom, och aſla barn ſaman*, jam ſi una habitaverit uxor cum marito, & infantes genuerit. UPL. L. *Ærfd. B. Jac ær med barni oc byrdi bonda mins*, ſum prægnans ex marito meo. In Legibus Anglo-Saxonicis CANUTI M. citante GRAMIO in *Actis* HAUNIENS. *Part. V. p. 134. Thær the bonda ſæt uncryd and, unbecreaſod ſitte ther wif:* quod Latine ibidem ſancitur, ubicunque maritus habitaverit absque lite & absque controverſia, habitet quoque uxor absque lite. Ut priori ſignificatu ſervis opponitur *bonde*, ita hic uxori: illuſtrabuntur hæc per ea, quæ ad vocem *bo*, p. 219. diximus. Adjungere debeo, quod etiam de animantium maribus *bonde* uſurpetur: hinc *kobonde* alicubi vocatur bos initor, *dufbonde*, maritus columbæ, *ankebonde*, anas mas.

3. Ci-

Digitized by Google

3. Civem, privatum: Ita opponitur Principi. Östg. L. *Egn. S. c. 1. Nu wil konunger eghn ſina ſelja; han ſkal frændum ſinum atær bjudha, ſwa han ſum bonde*, Si Princeps bona propria vendere voluerit, tum illa conſanguineis ſuis offerre debet, tam ille quam privatus.

4. Ruricolam. Hoc ſenſu ut contraria junguntur *bönder* & *byarmen*. Sturleson. H. Kr. *T. 2. p. 110. Finner baþ byarmen oc bændur taka annat raþ*, Finnurus ſuaſit, ut oppidani & coloni aliud conſilium ſequerentur.

5. Proprii fundi poſſeſſorem: quo titulo diſtinguitur a *Landbo, Bryti* & *Legbudrænger*, qui pro cenſu aut certa redituum parte terram alterius colebant. Definitionem ejus habemus in Upl. L. *Kon. B. c. 10. §. 8. Wari thæn bonde, ſum ſkipwiſt ok ſpannamala orkar. Thæn igh orkar thæt, wari han legbudrænger*, *Bondones* audiant, qui commeatum & frumentum pendere valent, ceteri in conductitiorum numero habentor. Hi autem *Bondones*, quum varie olim conſiderati fuerint, etiam titulus hic diverſiſſimæ dignationis fuiſſe deprehenditur. Si enim ad prima introducti Chriſtianiſmi tempora regrediamur, invenimus *bondones* ſummo in honore habitos fuiſſe, utpote quorum affinitatem & amicitiam ipſi Reges non dedignabantur. Teſtimonio eſſe poterit Haquinus Ivari apud Sturlesonium, qui quamvis *bondo*, nihilominus regius gener electus eſt, quod idem de Edvardo, Erici S. Patre, certum eſt, cui Cecilia, Suenonis Regis filia, nupſerat. Non autem in animum inducere debemus, pares amplitudine & honore fuiſſe omnes, qui hoc nomen gerebant. Ingenium enim, ætas opesque inſigne diſcrimen pariebant, adeo ut longe ſupra reliquos eminerent qui *rikr bonde, bonde godr ok rikr*, *gaufugr bonde*, *adalbonde* appellabantur, utpote qui una cum *Lagmannis*, tanquam tribuni plebis, libertati populi Svecani invigilabant, eorumque jura adverſus quosvis inſultus defendebant. v. Heims Kr. *T. 1. p. 478.* Hi erant, quorum fidei jura publica commiſſa erant, qui ad comitia vocati de ſumma rerum conſultabant, quique throno vacante ad pratum Morenſe tendentem *Lagmannum* ſtipabant. Et hoc ſenſu *Bondones* proprie opponebantur illis, qui aulica munera obibant, vel alias feuda ſuæ fidei commiſſa a Rege habebant. Ea, quæ dixi, confirmant Leges Westg. *Thing. B. c. 2. Engin Tianistoman ma nämdoman warä, utan thet ſe bade med bondene ok hæradshöfdingi wilia*, Nemo Aulicorum *Nemdarius* vel Judicii Aſſeſſor eſſe poterit, niſi cum conſenſu *Bondonum* & Judicis Territorialis. *cfr.* Wesm. L. *Thing. B. c. 19.* nec non quæ Torgny *Lagmannus* dixit, in Heims Kr. *T. 1. p. 482.* ubi ſeipſum, quamvis *boanda taulu* i. e. numero civium comprehenſum, nihilo tamen inferiorem ducit *Jarlis* ceterisque *Tignarmen* i. e. optimatibus aulicis. Et hinc facilius comprehendimus, quis ſenſus ſit ſtatutorum illorum veterum, quibus ſancitur, ne quis vel Epiſcopus vel *Lagmannus* crearetur, qui filius *Bondonis* non eſſet. *v.* West. L. *Kon. B. c. 2. & Thing. B. c. 1.* Scilicet, quum hi in civilibus & Eccleſiaſticis plurimum pollerent, noluere Legislatores, ut quisquam ad hoc munus perveniret, qui ipſe aut parentes ejus Aulæ obnoxius eſſet. In transcurſu monebo, ex his, quæ modo dicta ſunt, facile pateſcere, non ſatis accurate Gramium *l. c.* explicare verba Legis Westrog. *Biſcop ſkal bonda ſun waræ*, quaſi eſſet *en ærlig Dannemands ſön*, *Herremands eller andens.* Officialium enim filii illi præciſe erant, qui ab hac dignitate excludebantur. Et hæc dignatio nominis *Bondonum* manſit ad usque tempora introducti ordinis equeſtris nobilitatisque. Qui enim tum in nobilium ordinem evecti non erant, & tamen proprios fundos poſſidebant, *Bondones* cenſebantur, atque adeo pro prædiis ſuis ea tributa pendebant, a quibus nobiles immunes erant, eapropter *frælſismæn* dicti. Antea ſub v. *Adel* jam monui, integrum fuiſſe cuilibet *Bondoni*, in ordinem nobilium cooptari, ſi ad armuluſtrium publicum, *wapnating*, cum plena armatura appareret, quod inſtitutum duraviſſe usque ad tempora Gustavi Adolphi, obſervat Wilde in *Hiſt. Pragm. R. Svec. p. 277.* Unde factum quoque eſt, ut quum, qui civium aliquo in numero eſſent, ad dignitatem equeſtrem omnes fere adſpirarent; minus minusque honorata *Bondonum* conditio haberetur, donec tandem omnes ruricolæ & coloni, ſive ſuos ararent fundos ſive alienos, *bönder* com-

Digitized by Google

communi nomine appellarentur, in varias claſſes tantum diviſi, non tam ratione dignitatis, quam prædiorum, quæ incolerent, ut alii eſſent *crono-bönder*, qui bona fiſcalia tenerent, alii *ſkattebönder*, qui fundi poſſeſſores cenſum in publicum conferrent, alii *frælſes bönder*, qui nobilium villas inhabitarent, & quos alios diligenti opera recenſet Coll. Antiquit. Aſſeſſor, Dom. ANDR. BOTIN, in *Tract. om Swenſka hemman.*

BONDE, ſcapha, navigiolum, proprie, ut arbitror, ex eo genere, quod in ſeptentrione olim alias *karf* dicebatur. Iſl. *karfi*, Hibern. *karbh*, ut docet EDV. LYE in *not. ad* JUNII *Etymol. Angl.* ſub v. *Caravell.* apud Latino Barbaros *carabus*, quodque ita deſcribit ISIDORUS: *Carabus eſt parva ſcapha ex vimine facta, quæ contecta nudo corio genus navigii præſtat.* Ejusmodi vitilia navigia inprimis Britannis familiaria quondam fuere, a quibus eorum ſtructuram J. CÆSAR addidicit, eam ita depingens *Lib. 1. de B. C. Imperat militibus* CÆSAR, *ut naves faciant, cujus generis eum ſuperioribus annis uſus Britanniæ docuerat. Carinæ primum ac ſtatumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur.* TACITUS Lib. 3. Hiſt. navigia hæc cameras dictas apud Scythas docet, atque fuiſſe *artis lateribus, lata alvo, ſine vinculo æris aut ferri connexas.* De iisdem ita canit LUCANUS *L. 4. v. 130.*

Utque habuit ripas Sicoris, camposque reliquit
Primum cana ſalix madefacto vimine parvam
Texitur in puppim, cæſoque inducta juvenco
Vectoris patiens tumidum ſuperenatat amnem.
Sic Venetis ſtagnante Pado, fuſoque Britannus
Navigat Oceano: ſic, cum tenet omnia Nilus,
Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.

Poſteriori ævo etiam FLOR. WIGORNIENSIS ejusmodi futilium navigiorum meminit, cujus verba citata a JUNIO in *Etym. Angl.* ſub v. *ſcute* hæc ſunt. *Occulte de Hibernia fugerunt, &* carabum, *qui ex duobus tantum coriis & dimidio factus erat, intraverunt; mirumque in modum ſine velo & armamentis, poſt ſeptem dies in Cornubia applicuerunt.* Ex his, quæ jam modo allata ſunt, aliquatenus formam horum navigiorum animo fingere licet: id tantummodo addere debeo, ut firmior eſſet eorum compages, partim loris ea conſtricta fuiſſe, ut VARRO docet apud GELLIUM, *Noct. Attic. Lib. 18, c. 3.* partim etiam lino aut ſparteis funibus, quæ ſerilla olim appellata fuiſſe, tradit FESTUS, hoc ex PACUVIO afferens, ubi iſtiusmodi naviculam depingit:

Nec ulla ſubſcus cobibet compagem alvei,
Sed ſuta lino & ſparteis ſerillibus.

Et hac ratione intelligendum eſſe HOMERUM, docet PLINIUS, dum de navibus canens aliquando eorum ſparta diſſoluta fuiſſe, dicit. *v. Lib. 24: 9.* In ſeptentrione etiam noſtro ejusmodi navigia uſurpata fuiſſe, elegans locus STURLONIDÆ commonſtrat, *Tom. 2. p. 324. Sigurþur let Finna giora ſier ſcutur tvær inn i fiorþom: voro ſyni bundnar, oc eingin ſaumur i, enn viþiar fyrir kne, oc vero tolf menn a bord buarri*: Quæ verba ita interpretatur PERINGSKIÖLDIUS: *bina navigia per Finnones prope lacuum ſinum ſibi conſtrui curavit Sigurdus, quorum aſſeres animalium nervis jungebantur nullis compactæ clavibus ferreis: interiora navis cum falce ſaligna ligabantur: duodecim utrinque ad latera conſidentibus viris remigatoribus.* Crederes, hæc Sigurdi navigia deſcribere voluisſe ANTIPHILUM, in *Anthol. Græc. 57.*

Γόμφος δ᾽ οὐκ ἔτι χαλκὸς ἐν ὁλκάσιν οὐδὲ σίδηρος,
Ἀλλὰ λίνῳ τοίχων ἁρμονίη δέδεται.

Non clavis æreus nec ferreus eſt in navibus,
Sed laterum compages lino vincitur.

Ejusmodi vero, quos dixi, lembi apud Majores noſtros *bonde* vel *bond* appellabantur, quæ vox etſi penitus ſe ſubduxerit Antiquariorum noſtrorum induſtriæ, digna tamen eſt, quæ a tenebris ſuis eruatur. Inveni vero eam non ſemel in monumentis medii ævi, Inter alia in *Decreto* ERICI, *Daniæ Regis*, quod annexum habemus *Legibus Scanicis p. 58. §. 54.* ubi de *offinnis arf*, aut ubi plures cognati eodem caſu & ſimul intereunt, agitur: *ſwo er thet och om fadher och ſon fara til horeſta ſamen, och dö the bodhe ſamen, eller ath gangæ a is, och drukne badhæ*

ſamen

ſamen enæ ſtund, *eller at the gange uppa ſkusbondh*, *och drukne bodhe en ſtundh*: ita etiam eſt, ſi pater & filius in bellum una profecti fuerint, & una ambo intereant, aut ſuper glaciem ambulaverint, & ſimul ſubmergantur, aut eundem conſcenderint lembum, & una mari hauriantur. Heic *ſkusbondh* compoſitum eſt a *ſkuta*, alio navigii genere, ad cujus formam *bondhe* vel ſcapha hæc conſtructa fuit. Scio equidem, *bondh* per fundum (alias *botn*) hic explicari, ſed lucem huic loco addet forte alter occurrens in LEG. WESTROG. *Forn. B. c. 1. ſ. 1. Ori ſiri ekiu*, *twa ſiri tagbændu*, *half mark ſiri ſiwærings-bat:* unus ſolidus pro ſcapha, duo pro navigio virili, dimidia marca pro lintre ſeptiremi. Dicitur autem *tagbændu* a *tåg*, funis, quo, ut antea audivimus, conſuta fuit; (cfr. *ſinbundin*, nervis conſtricta ſcapha. HEIMS KR. l. c.) & *bonde* noſtro, a *binda*, ligare, cum non clavis compacta fuerit, ut bellicæ naves, nec ab excavato trunco effecta, ut *ekior* vel *ekſtockar*, ſed funibus & viminibus conſerta. Adjungam, quod in *Memoria* STADENIANA, a JOH. HENR. a SEELEN edita, obſervatum a doctiſſimo hoc viro (videatur p. 228, apud Saxonas *bonne* & *bunne* pro tabulato vel foris navium uſurpari, manifeſta cum noſtra voce cognatione.

Eſt hodieque apud nos illuſtriſſima familia, quæ a BONDE nomen habet, quæque, ut Atavis Regibus & longa Purpuratorum ſerie apud nos jam diu exſplenduit, ita patriam noſtram hodie mirifice ornat, dum ſoſpitem venerari nobis liceat Excellentiſſimum Regis Regnique Sviog. Senatorem, Ordinumque Regiorum Equitem & Commendatorem, illuſtriſſimum Comitem, Dom. GUSTAVUM BONDE: Cui Mæcenati meo ſummo quum aliquando narrarem, mihi in mentem veniſſe, ex hac poſteriori potius radice, quam altera, quæ patrem familias notat, gentilitium hoc nomen derivandum eſſe, benigniſſimas mihi aures commodavit. Ratio autem conjecturæ meæ primaria eſt, & illa ſatis evidens, quod pro inſigni familia hæc ſcapham habeat, & ſemper habuerit. Novimus vero, pleraſque veterum familiarum nomina aſſumſiſſe ex inſignibus, quæ ſub torneamentorum ludis, & alias, domi militiæque, in clypeis ſuis præferebant, id quod videre eſt in familia BJELKIORUM, SPARRIORUM, GYLLENSTIERNIORUM, OXENSTIERNIORUM &c. &c. quod idem, ſi in meas partes diſcedatur, heic quoque accidere, animadvertetur. Notatu hac occaſione non indignum cenſebit Lector meus, quod inſignia BONDIANA velum cymbæ, aut quod veli vicem præſtat, ſecus ac alias moris eſt, in puppi præferant: ratio vero per dicta ſatis evidens eſt, quod nempe naves hæ, nullo ferro ſolidatæ, adeo firmas carinas non habuerint, ut malum in fundo ſuſtinere poſſent, & hinc in puppi velum erigere, neceſſum haberent.

BORA, terebrare, perforare. A. S. *borian*. Angl. *bore*. Germ. & Belg. *boren*. Hiſp. *barrenar*. Arab. *berren*, terebravit, obſervante SPEGELIO in *Gloſſ. Sviog.* Nemo dubitat, hoc & Latinum *forare* ejuſdem eſſe familiæ, orta fortaſſis a Gr. *πείρειν*, transfigere, aut aliunde. Adſtipulantur WACHTERUS, JUNIUS, MARTINIUS aliique. Islandice *boru* foramen notat. OL. TRYGGV. S. P. 2. Edit. Skalh. p. 50.

BOR, terebra. Iſl. id. Angl. *bore*. Germ. *bor*, *borer*.

BORD, aſſer. Cambr. *bord*, *bwrd*. ULPH. *baurd*. v. STIERNHIELM, in *Gloſſ.* Germ. *bord*, auctore WACHTERO. Angl. *board*. Nobis hæc vocis ſignificatio rareſcit, nec fere extra rem nauticam uſurpatur. Ibi vero *trebordsbåt*, *fembordsbåt* dicitur ſcapha, quæ trium aut quinque aſſerum altitudinem habet, quo etiam forte referri poterit, quod in Lege Gothlandica, c. 23. patella oſſea, quæ genua præmunit, vocetur *kniebord*, quaſi aſſerculus. Quod vero hæc prima vocis acceptio ſit, docent derivativæ, ita enim appellatur

2. Menſa, unde *bordduk*, mappa, *bordſilfwer*, argentum menſarium. C. B. *bord*, *bwrd*. A. S. *board*. Ratio denominationis facilis eſt, quum veteribus, ut ait JUNIUS, in *Etymol.* latior quædam tabula pro menſa fuerit, perinde ac *table* Gallorum a *tabula*, hoc eſt aſſere, nomen accepit. Ab hac menſæ notione eſt etiam, quod aræ Chriſtianorum dicantur *Guds bord*, Gr. *ἱερὰ τράπεζα*, idque vel ad imitationem Ebræi שלחן יהוה, quod proprie menſam, metaphorice aram Dei denotat. MAL. 1: 7. vel quia hæc, dum ſacra cœna aſſumitur, vicem menſæ præſtat. Dicimus ita, *gå till Guds bord*, ſacram ſynaxin accipere. Notabilis

Q eſt

eſt locus Festi, quem affert Mareshallus in *not.* ad *Verſionem Anglo-Saxon. p. 543.* *Menſæ in ædibus ſacris ararum vicem obtinent, quia Legibus earum omnium ſacræ quoque menſæ ſunt, ut velut in ararum vel in pulvinaris loco ſint.* In libris Legum Provincialium, continente pro contento poſito, denotat cœnam vel prandium: Ita in Dal. L. *Kirk B.* §. *15.* dicitur, Epiſcopo, templum aliquod conſecraturo, deberi *tolf óra oc ænn bord*, i. e. duodecim oras & unam cœnam, in majori vero eccleſia ſex oras & duas cœnas, *ſæx óræ oc twænni bord.* cfr. Ostg. L. *Kriſt. B. c.* 2. ubi hoc præmium, *vigslaſæ* dictum, non mediocriter auctum reperitur.

Borda Isl. menſæ accumbere. 1 *Sam.* 9. *Epter þat borda þeir*, poſtea diſcumbunt.

3. Scabellum. Reperitur apud Ulph. *fotubaurd.* Matt. 5: 35. pro quo nos aliquando *fotbræde* dicimus.

4. Latera navis, unde *ſtyrbord.* Isl. *ſtiornbord* & *bakbord*, latus dextrum & ſiniſtrum. *Stiornbord* ideo dicitur, quod olim gubernaculum, lateri navis affixum, ultimam ejus partem non conſtituit, ut docent gemmæ antiquæ nummique. *cfr.* Jo. Schefferi *T. de Militia Navali Vet. p. 94.* Eſt hinc *utbyrdis*, quod reperitur in *Biörk. R. c. 12. kaſta utbyrdes*, in mare projicere, *ſtiga om bord*, in navem aſcendere. Angl. *go a board.* Sic *lægga om bord med en* eſt latus navis alterius navi applicare, metaphor. cum aliquo decertare.

5. Domus. A. S. id. Hinc apud Somnerum: *innan bord and ut*, intra domum & extra: *bordmagad*, ancilla domus: nobis *buspiga.* Indidem forte eſt, quod dicamus *Præſtbord*, domus vel villa ſacerdotis, *Biſkopsbord*, ſedes Epiſcopi, quam Latine ſcribentes Menſam Epiſcopalem dixere a communiore vocis Gothicæ ſignificatione: niſi forte malis, hoc referre ad *bol*, domicilium. Adi Du Fresnium, in *Menſa.* Wachterus vocabulum hoc origine a ſuperioribus diverſum eſſe, credit, ortumque a Gr. φράττω, munio, includo: ſed ſimplicius forte erit, ſtatuere, proprie eo intelligi tabulatum vel ædes ex aſſeribus conſtructas, & dein de quibusvis ædibus uſurpatum. Diminutivum ejus cadente Latinitate fuit *bordile*, *bordellum*, hoc eſt tuguriolum, cujus generis quum olim meretricum ſtabula eſſent. Galli has fornices meritoriarum mulierum *bordelle* nuncupaverunt.

BORD, extremitas. A. S. id. Isl. *bard*, *bord.* Belg. *boord.* Gall. *bord.* It. *bordo.* Natales vocis indagaturo optionem relinquit Junius inter Græcum πέρας, extimum rei, unde περατόω, termino, & A. S. *ord*, finis, cui *b* ſit præfixum. Hinc *gullbordt ſwerd* in *Hiſt.* Olavi S. *p. 25.* enſis argento munitus.

2. Limbus vel prætexta, Gallice *gallon:* unde *ſilkesborda*, cingulum ſericum vel limbus. In Testamento Caroli Canuti, apud Ol. v. Dalin, *Hiſt. Suiog. Part. 2. p. 775*, *gullbord*, limbus aureus. Adde *Chron.* Olavi S. *p. 25.*

Borda vel Bordera. Isl. *borda*, acupingere. Camb. Brit. *brodio.* Angl. *embroider.* Gall. *broder.* Videtur primus uſus hujus artis fuiſſe, ut veſtium extremitates aſſuta fimbria munirentur.

Fullborda, ad extremum perducere, finire. vide ſuo loco.

BORG, munimentum: Kon Styr. *p. 207.* *Borge ok god fæſte æru landwærn*, munimenta & arces regni ſunt propugnacula. Ulph. *baurgs.* A. S. *burg*, *burh*, *byrig.* Al. *burg*, *purg.* Belg. *burg*, *borg.* L. B. *burgus.* Conſtat omnium fere judicio, vocem & uſu & origine Gothicam eſſe, adeoque non a πύργος, turris, ut Junio viſum eſt, derivandam; ſed a *berga*, cuſtodire, vel, quod malim, a *byrgia*, claudere. 1 Macc. 12. Tryphon *liet byrgia aptur borgar bliden:* Tryphon claudendam juſſit portam arcis. *ib. c. 15.* Tryphon *war þar inne byrgd*, Tryphon ibi incluſus erat, unde *bolbyrgde*, ſepes villæ, quod ſive errore ſcribæ ſive per metatheſin in Leg. Westrog. *B. B. c. 19.* §. 3. dicitur *bolbrygde.* Ut itaque arx ab arcendo, ita *borg* a claudendo dictum, quum ita exſtruantur arces, ut aliorum introitus præcludi poſſit. Quum vero arces perfugium civibus præberent, adveniente hoſte, hinc frequentes fere incolæ erant, ubi arces fortiores. Inde denotare quoque cœpit

2. Sedem, aulam Regiam, ubi Rex commorabatur, quum id fere in locis munitis eſſet. Hinc *borgrätt*, jus aulicum; *borgstufwa*, locus ubi conventus publici in aula celebrabantur.

3. Civitatem: Ulph. *baurgs.* Matth. 5: 35. *Baurgs iſt this mikilins thiudanis*, civitas eſt regis magni. Ceteræ dialecti in eundem modum.

Borgare, civis. Ulph. *baurjans.* Luc. 19: 14. A. S. *burgware.* Matth. 21: 10.

C. B.

Digitized by Google

C. B. *burgaiw*. Germ. *burger*. L. B. *burgenſis*. Gall. *bourgeois*.

Borgmaestare, proprie Dominum vel Præfectum arcis notat, deinde civitatis Conſulem.

BORGA, mutuo dare, unde *borgenær*, creditor, & etiam mutuo accipere, pro ratione particulæ cui jungitur: prius eſt *börga åt en*, poſterius *borga af en*. A. S. *borgan*, mutuari, *borg*, fenus. Propria ſignificatio eſſe videtur, alteri ſubvenire: Islandice quippe *borgä*, auxilium notat, *borgin*, adjutus, a *berga*, quod vide.

2. Spondere, quod eſt fidejubendo alteri ſubvenire. A. S. *borge*, fidejuſſor, *borh*, id. *borgved*, pignus. In L. L. *Köp. B. c. 12.* diſtinctio eſt inter *borga man* & *borga pæninga*: illud eſt, prædem agere, hoc vadem, aut cavere de homine coram judicio ſiſtendo.

Borgen, fidejuſſio. *Then ſom går i borgen, går i ſorgen*, qui fidejubet, raro non dolet.

BORRE, carduus. Angl. *burr*, *burre*. Martinius lappam ita dictam putat, quia burros reddit capillos, eandemque ob rationem hanc herbam Græce ξάνθιον dici. Sed quid nos pro etymo habeamus, jam mox dicturi ſumus.

Kardborre: id. a *karda*, carere.

BORST, ſeta. Hiſtoria Alex. M. *the galta börſta waro ſwa ſtinna*, verrium ſetæ adeo fortes erant. Wachterus radicem περᾶν, transfigere, ponit. Ego jam antea in voce *aborre* ſignificavi, ab acumine præcedens æque ac hoc & cognata alia nomen videri accepiſſe, etſi radix ipſa cognitioni noſtræ ſe jam ſubduxerit. Islandicum *buſt*, Luc. 4: 9. uſurpatur de pinna templi, *a buſt muſterifins*.

Borste, verriculum ſetaceum.

BORT, procul, foras: dicitur de abſentibus & perditis. Ant. *brot*, *brutt*, idque ab Isl. *braut*, via, ſimili modo ac Germani *weg* adhibent, *wegreiſe*. Isl. *brautferd*, abitus. Atque ut hoc revera nomen eſt, ita etiam in antiquis ſcriptis declinatum fere reperitur, adeo ut abire *fara bort*, & *wara borta* abeſſe, dicatur. In allegatis ad *Hiſtoriam* S. Olavi, *p. 142. fare brott i ſokn ſinni*, in parœciam ſuam abeat, & paulo poſt: *Ef han kan længre at dwæljazſt brotto*, ſi diutius abfuerit. Eodem modo Islandi. Heims Kr. *T. 1. p. 3. Bróþer hans ſtyrþo rikeno, þa er han var i brotto - - þa er Oþin var farin langt i brott.* Regno præerant, dum peregre abiit frater: quum aliquando procul abiiſſet Odinus. Apud Otfr. *Lib. I. c. 11: 50.* eſt *irburota*, loco movit, quod forte huc referri poterit.

Borter & Borterst compar. & ſuperl. ab hoc *bort*. *Hiſt.* Alex. Magni.

Öſter borter i werldena ſram.

Longius verſus orientem.

Borttagen, Matth. 9: 2. paralyticus, quaſi membris captus. Angli ſimili metaphora dicunt *benummed*.

BOSE, excoriator, cloacarius, forte ab Alemanico *buzzen*, ſordes auferre, quippe quibus civitatem ille exonerat.

BOSS, ſtipula, culmi ſegetum fragmina poſt triturationem collecta: forte plenius olim dictum *boſſhalm*, ab Angl. *booſe*, ſtabulum vaccarum, quum illis fere objici ſoleat.

BOSSE, *Hiulboſſe*, circulus rotæ interior, qui circa axem vertitur. Quum ille axem, uti monui, includat & tegat, hinc nomen accepiſſe videtur a Belg. *byſſe*. Al. *buſſe*. Angl. *box*, quæ a Latino *pyxis* facta eſſe, mox in voce *byſſa* ſumus dicturi.

BOTA, Islandis notat partem crurum ſuperiorem, ubi femori annectuntur. Ex. 29. *þu ſkalt giora þeim lynbrákur af lyne fra lendinum og til hniesbotar*, facies iis femoralia linea a coxa usque ad crurum partem ſuperiorem: Sic *olboga bot* eſt os brachii ad ulnam pertinens. v. Ol. Tryggv. S. Part. 1. Edit. Skalh. p. 192. In Wesm. L. *Manb. B. c. 44. bot* occurrit pro oſſe quovis. *Bryter armligh a manne åller annat ben, ſwa at ute åro bot badhe*, ſi fractum fuerit os brachii aut tibia cruris, ita ut extent rupta utrinque oſſa.

Bota, ocrea. Heims Kr. *T. 11. p. 296. Enn er hann geck til galgans, riſti han botan af fæti ſier*, et quum ad patibulum abiret, excuſſit pedi ocream. A cruribus, quæ tegunt, nomen habent, ut tibiale a tibia, unde noſtrum *ſtöfwel* eſſe, infra docebimus. Pervagata eſt hæc ocrearum appellatio plurimas Europæ partes, unde Cymr. *botaſen*, Gall. *bottes*, Hiſp. *botas*, Angli *bootes* dicunt. Sclavoni tibialia *botis* vocant ex eadem ratione. Poſtquam hæc ex noſtra lingua adeo certa vocis illuſtrandæ ſubſidia attuli, judicet ipſe B. L. quid pretii ſtatuendum ſit Philologorum exterorum induſtriæ, qui radicem venditant vel βαθὺς, profundus, vel βυτίνη, lagena, quorum utrumque adfert Junius. in *Etymol.* vel tandem noſtrum *bytta*, lagena, quæ nupera eſt conjectura Edvardi Lye, in *addit.* ad Junium. cfr. Menagii *Orig.* in *v. bouteille*.

BOTA, meliorem reddere. Isl. *bæta*.

Marc. *1:19. bæta ad nete*, ſarcire retia. Ab inuſitato *bat*, bonus. Al. *bas.* unde *bættre*, melior, *bæſt* optimus, & a qua radice plura verba habemus, quæ cum aliqua differentia tamen ſingula conſpirant in ſignificatione meliorem reddendi: *bâta*, *bættra*, *bôta*, ut ſuis dicetur locis. Mœſogothi idem vocabulum habuere, unde *botan* apud Ulphilam, prodeſſe. Quod vero ad hoc noſtrum propius accedit, eſt derivatum *aſtragabotan*, reſarcire. Marc. *9:12. Helia ſvetbauh quimands faurthis aſtragaboteith alla:* Elias quando redierit, omnia reparabit. *Buazzan* occurrit apud Otfr. *Lib. L. c. XXIII: 109.*

Bithiu buazzot iuih ſliumo.

Propterea emendante vos celeriter. Germ. *büſſen.* Uſurpatur hodie de ſanitate, quum medicamentis reparatur: unde *botemedel*, pharmaca, *bliſwa botad*, convaleſcere: nec non de reparatione disruptarum veſtium, & id genus, *bota klæder*, *ſtrumpor*, ſarcire veſtes, tibialia, *bötagarda*, ſepes reparare. L. L. *B. B. c. 9. bota næt.* Matth. *4: 21.* reparare retia. Apud Taulerum, citante Stadenio de *Voc. Bibl. p. 153.* legitur: *Das edle netze ſeiner ſeele büſſen und beſſern*, nobile animæ ſuæ rete ſarcire. Huc ego referendum arbitror *geboſot* apud Otfr. *Lib. IV: c. XXVIII: 13.* ubi de tunica Christi.

Uuas thar uuiht ginates
nob giboſotes.
Erat ibi nil conſuti
Nec ſarti.

BOT, perfectio, augmentum, vel, uti recens Latinitas habet, melioratio. Hinc *nafnbot* apud Islandos pulcre dicitur, quod Gallica voce *character* dici ſolet, augmentum dignitatis, honoratior titulus. Nordsk. Hirdskr. *c. 5. p. 43. Danamarkisbot* dicebatur olim Thyra R. Gormonis conjux. v. Wormii *Monum. Dan. p. 55.* & ad ejus imitationem Ingeburgis Frici Daniæ R. conjux Chron. Rhythm. *p. 59.*

Hon war Drotning och Dana bot.

Regina facta eſt & ſalus Danorum.

Rættarbot non minus ſignificanter appellatur privilegium, quaſi jurium augmentum. Heims Kr. *T. 1. p. 413. Han het þeim rættarbot ef hann yrþi einvallds kongur:* addixit ipſis privilegia, ſi Rex eligeretur. A. S. *bot.*

2. Reparatio. A. S. *bote*, *cyricbota* templi reparatio, *bricgbote*, pontis reparatio. Inprimis de valetudine crebro apud nos uſurpatur. *Söka bot för ſjukdom*, auxilium, medicamen adverſus morbum quærere, *obotelig*, qui curari nequit, irreparabilis.

3. Compenſatio. Belg. *boete..* Germ. *buſſe.* Vox in Legibus Patriis frequentisſimi uſus: unde *mansbot*, compenſatio hominis occiſi, *ſårabot*, compenſatio vulnerum, vel ut L. B. dici conſuevit, *emendatio. Urbotamål* dicitur ejusmodi delictum, quod præ gravitate compenſari nequit, niſi morte delinquentis. v. plura infra in *böta.*

4. Compenſatio admiſſorum facinorum per bona opera, aut aliam quamvis pœnam eccleſiaſticam. Hic primus nempe vocis ſignificatus erat, nunc, liberata a Papismi ſuperſtitione, denotat pœnitentiam ſeriumque vitæ emendandæ ſtudium. Germ. *buſſe.* Al. *puazza.*

BOTTN, fundus. A. S. *botm.* Al. *bodem.* Belg. *boden.* Germ. id. Mira eſt Linguarum Græcæ & Latinæ, utut ſub diverſa ſpecie, cum Gothismo affinitas. Illi enim jam βύθος, jam βύθμος, jam πύθμην vel βένθος dicunt v. Hesychius, in βύθμος, & *not.* Alberti in v. Βύγη. Latini transpoſuere literas, &, ut ſæpiſſime, *b* in *f* permutarunt. *Bottn på ett kæril*, fundus vaſis. *Bottnlös*, fundo carens. Angl. *bottomleſs:* & antiqua L. Ligurum, hoc eſt Celtica, Padus, Italiæ fluvius, *Bodincus* vel forte *Bodinus* appellatus fuit, quod compoſitum reor ab hoc *bottn* vel *boden* & Ulphilano *inub*, ſine, absque. v. Leibn. *Gloſſ. Celt. p. 96.* quæque citat Plinii verba ex *Hiſt. Nat. Lib. 3. c. 16.* Metrodorus, inquit, *Ligurum Lingua Padum* Bodincum *vocari ait, quod ſignificat fundo carentem, cui argumento adeſt oppidum juxta induſtria vetuſto nomine* Bodincomagum, *ubi præcipua altitudo incipit.*

2. Fundus maris, prout opponitur ipſius faucibus. Hinc *Norrbottn*, ſinus maris Balthici, ſinus Borealis. Olavi Tryggv. S. *Edit. Skalb. Part. 1. p. 177. Auſtur horſi botninn a Hiörunga vagi, en mynnit i weſter*, verſus orientem erant interiora maris, & fauces ejus ad occidentem. Conf. p. 85. Deinde *botn* etiam de quovis æquore uſurpatum ſæpe occurrit. Ortum hinc ducit illud *mitbodnis*, quod in Chron. Rhythm. *p. 259.* occurrit.

Tha han mitbodnis kommen ær.

Quando in medium mare venerit.

Simili metatheſi, ac nuper diximus, Latini hinc *pontus* feciſſe creduntur. Cambro Britannis *bodus* profundum denotat.

3. Terra, fundus. *Komma på Swenſk*

Swenſk bottn, in Suethicum fundum venire, *wara på egen bottn*, in ſuo ipſius teritorio eſſe, & metaphorice nemini obnoxium eſſe. Isl. *badmur* notat planitiem, campum, apud VERELIUM.

4. Contignatio. *En bod med twå bottnar*, apotheca duarum contignationum. Pavimentum tanquam fundus conſideratur vel ſolum ædificii, unde etiam horrei pavimentum, ubi triturantur ſegetes, dici ſolet *loſwebottn.*

BOTTNA, fundum tangere. Metaph. *Hos bonom bottnar intet*, apud eum omnia perfluunt, dolium eſt pertuſum, quantumcunque dederis, nihil tamen reſtabit.

BÖCKLING, halec fumo torrefacta. Germ. *böckeling*. Novum, immo etiam peregrinum vocabulum eſſe, arbitror, (v. OLAI MAGNI *Hiſt. Gentium Septentrion. Lib. 20: c. 20.)* adeoque illius originem exteris indagandam merito relinqui. Sed quoniam tamen ordo nos ad id perduxit, dicam, a Philologis tradi, piſcis hoc genus ita appellatum fuiſſe a WILHELMO BÖCKEL, qui hanc artem haleces condendi anno 1347 apud Batavos primus adinvenerit. Dominus RICHEY, in *Idiotico Hamburgenſi* tam de facto ipſo, quam derivatione ambigere videtur: ſed utrumque tamen dubio caret. Jam ante multos enim annos, hanc ei laudem tribui video cum ab aliis, tum a WILHELMO DE BÖCKELN, qui a priori illo ſanguinem duxit, quique, dum diploma Imperatoris CAROLI V. anno 1555. d. 20. Auguſti WILHELMO BÖCKLIN *a* BÖCKLINSAU, Præpoſito Eccleſiæ Magdeburgenſis &c. conceſſum typis edidit, in præfatione, poſtquam BÖCKELIOS longa ſerie recenſuiſſet, WILHELMUM hunc floruiſſe dicit anno 1394. *primumque inventorem fuiſſe in doliis conſervandi halecis.* Hinc *Böcklin* & *Böckelbering* haud dubie piſcis vocatus, qui ab hoc viro conditus fuit, non quod alii ante eum haleces non conſervarint, ſed quod ille ceteris melius. Eſt certe hoc multo tolerabilius, quam quod vel STEINBÆCK, *im Wörterbuch, p. 143.* habet, *böckling* nempe dictum eſſe a *bock*, quum in modum hirci fœteat: vel quod SALMASIUS, MARTINIUS*que* augurantur, ille in Gr. πηγὸς, niger, hic in *backen*, in furno coquere, vocis originem quærens.

BÖDEL, lictor. L. L. *Drap. m. wil. c. 30. Bödlenom gifwis en mark Swenſk.* Lictori datur marca Suecana. Isl. *bodul.* A. S. *bydel.* LUC. *12: 58. The læs he ſe ſylle tham deman, and ſe dema þam bydele, and ſe bydel the ſende on cveartern:* ne ille te tradat judici, & judex lictori, & lictor te mittat in carcerem. Germ. *büttel.* WACHTERUS triſtis hujus officii nomen dimanaſſe credit a *beiten*, capere: quam tamen vocem ego pro ſuſpecta habeo. Quæ enim teſtimonia affert ex lingua Islandica, huc non pertinent: *bita* quippe vel *binda* idem eſt ac ligare, etiamſi in ſenſu forenſi a prima ſignificatione parumper divertat: & *byte*, præda, non a capiendo, ſed dividendo appellatur, ut, mox ſumus viſuri. GUDMUNDUS ANDR. in *Lexico Iſl. p. 38.* adfert Islandicum *bödla*, torquere, quod affine eſſe putat Latino *batuere.* Quo poſito, opus non eſt, ut aliam radicem quæramus, etſi non negem, mihi in mentem veniſſe, inverti heic fortaſſis ordinem, illudque *bödla* potius a *bödel* prognatum eſſe, quam hoc ab illo. Quicquid ejus ſit, ut Lictores apud Romanos non unice tortores agebant, ſed a Magiſtratibus huc illuc ad officia obeunda mittebantur, ita etiam Angloſax. *bydel*, *bædel* ſumitur pro apparitore aut miniſtro quovis publico. In Legibus CANUTI R. nominantur *Biscop and his bydelar*, Epiſcopus & ejus apparitores. Itali eos *bidello*, Galli *bedeau* appellabant, quod nomen hodieque apud nos in uſu eſt, dum ſervos Epiſcoporum publicos *pedell* appellamus. Non tamen reticere debeo, WACHTERUM hos poſteriores referre ad Germ. *bieten*, reſpondens noſtro *bjuda*, *byda*, quod inter alia nuntiare, vocare denotat.

BÖJA, flectere. A. S. *bigan*, *bygan*, *bugan.* Al. *biegen*, *piugen.* Belg. *buigen.* Isl. *beiga.* Ang. *bow.* Germ. *bügen*, *biegen.* Obſervat etiam BERNARDUS in *Etymol. Britannico*, Perſas *buge* appellare incurvum, quod adeo ceteris Gotho-Perſicis eſt accenſendum. Apud Islandos *baugeidur* dicitur juramentum a vero declinans, quod a *böja* deducendum vult WACHTERUS, niſi forte verius ſit, illud derivare a *bagur*, malevolus, vel *bage*, damnum.

2. Iter flectere & proficiſci, quo ſenſu ſæpe occurrit in ſcriptis medii ævi. CHRON. RHYTHM. p. 416.

Hwar han tilbögde, thet alt har.

Quocunque curſum flectebat, glacies firma erat.

Digitized by Google

Hinc *bog*, iter; unde *ſlå på en annan bog*, alio curſum flectere.

Böjelse, inclinatio, vox nova, ſed proba.

Laettbögd, flexilis.

Bugt, curvatura littoris. A. S. *bogebt.* Metaphorice *få bugt på en*, aliquem ſupplantare. Laur. Petri *Poſt. Fienden ſtår ju therefter, at han må få bogt på oſs:* id ſummo ſtudio inimicus agit, ut nos peſſumdet.

BÖKA, verſare roſtro, dicitur de ſuibus terram effodientibus, a Belg. *bock*, roſtrum. Gall. *bec.* It. *becco*, quod licet de avibus jam vulgo uſurpetur, probabile tamen eſt, olim de quovis animantium roſtro adhibitum fuiſſe. Illuſtrabitur hoc per ea, quæ infra ad vocem *rota* dicturi ſumus.

BÖLJA, unda, fluctus. Isl. *bylgia*, *bilgia*. Sax. *bulgen.* Idiot. Hamb. Radicem conſervat Lingua Gothica vetus, ubi *bulgia* intumeſcere eſt, ut ſupra annotavimus in voce *bolda*. Nil vero frequentius aquæ, vi tempeſtatum excitæ, additur, quam tumoris idea, unde tumidi fluctus, tumens æquor, quæque alia apud Poëtas Latinos paſſim leguntur, quibus adde Græcorum *οἶδμα θαλάσσης*, pro fluctu, *οἴδματα*, fluctus, ab *οἰδέω*, tumeo.

BÖN, preces. A. S. *bene.* Angl. vet. *boon*, *bone*, *bene.* Isl. *bæn*, *bon*, unde *bonord*, procatio, *bonbiorg*, cibus emendicatus, Syr. *41.* In ſcriptis medii ævi *bön* occurrit pro tributo, ut res gravis verbi lenitate mitigaretur. Chron. Rhythm. *min. p. 201.*

Så ſkal han them låta njuta
Thera lag, och rætt ej afbryta.
Och hålla the eda han hade ſworit,
Tå the hade bonom til konung korit:
Utan the bonom någon bön unna wille.
Ipſis frui concederet
Suis legibus, nec eas violare.
Juratam ſuam fidem ſervare,
Quam dedit ubi Rex eligebatur:
Niſi aliqua ultro tributa conferent.

Conf. *Kon.* Albrechts *Förſkrifn.* in Actis Publicis Hadorphii, adjunctis Chron. Rhythm. *p. 38.* Credo, hoc factum eſſe ad imitationem Germanorum veterum, qui ejusmodi tributa *bede* appellavere, ceu pluribus eleganter commonſtrat Wachterus. Scilicet *preces erant, ſed quibus contradici non poſſet*, ut ait Tacitus. *Hiſt. Lib. 4: 46.* Notum eſt, quod de veterum Germanorum tributis commemorat, idem Auctor, *de Mor. Germ. c. 15. Mos eſt civitatibus, ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam neceſſitatibus ſubvenit.*

Bönfalla, ſuppliciter orare, a *falla* procidere, ut ſolent ſupplices inter orandum ad genua aliorum ſe proſternere, vel a *fälla*, quo ſenſu dicimus *fälla förböner*, intercedere.

Böndag, Dies ſupplicationum, quales quatuor ſingulis annis per univerſam Succiam celebrantur ad avertendam Numinis iram, illiusque impetrandam gratiam. Tradunt nonnulli hiſtoricorum, primum incepiſſe indictiva hæc ſacra regni habenas tenente Gustavo I. ad mitigandam iram Divinam variis calamitatibus patriæ noſtræ incumbentem: ſed continuata hæc ſolennia non fuere, niſi poſtquam, jubente Gustavo Adolpho, anno 1612 celebrari cœperunt tres primum, quibus quartus ſuperadditus eſt anno 1675. *v.* Tillmanni *Diſſ. de Supplicationibus*, & J. Odencranzii, *de Feriis* hoc anno Upsaliæ habita, p. 17. Ab his diverſi ſunt tres dies rogationum ante aſcenſionem Christi in cælos celebrari ſoliti, quosque conſtituit Mamercus Epiſc. Viennenſis ob incurſionem beſtiarum in Gallia factam.

BÖNA, faba. C. B. *ffaen.* A. S. *bean.* Al. *bone.* Isl. *baun.* Belg. *boon.* Angl. *bean.* Gr. *πύανος* vel *πύανον*, unde cetera diſſeminata videntur. Wachterus credit, Gothos exteros fabas *baina* vocaſſe, eaque voce quasvis baccas complexos fuiſſe, idque exinde concludit, quod in Codice Argenteo Sycomorus Luc. *17: 6.* dicatur *bainabagms.* Si quando prodierint noſtra meletemata in Gl. Ulphilanum, monſtrabimus, nos Wachteriana hac conjectura opus non habere: ſed potius veriſimile eſſe, Ulphilam morum cum palma confudiſſe: *Βαΐνη* enim Græcis palmam vel ramum palmæ notat: *Βαΐον*, id. v. *1.* Maccab. *13: 37.* & cfr. Sviceri *Theſaur.* nec non Du Fresne *Gloſſ. Gr. in v.*

BÖNHÅS. Isl. *baunhoſer.* Germ. *bonhaſe.* Artifex imperitus, qui opificium ſuum ſocietati artificum comprobare non valuit, & tamen artem ſuam clanculum exercet. Apud Græcos vilius hominum genus erat, quod a ſervis tamen Ariſtoteles diſtinguit, *βάναυσος* dictum, ut docent Critici a *βαῦνος*, caminus, & *αὔειν*, incendere. Sed quod illi cum imperitis his, de quibus jam ſermo eſt, aliquid commune habuerint, dici non poteſt. Wachterus, in Gloſſario ſuo, illos dictos putat

Digitized by Google

putat a *bön* preces & *hanſe* ſocius, quæ juncta efficiunt ſocium precarium. Sed vincunt tamen numero, qui convicium hoc a Saxonico *bohn* formatum putant, quod notat ſupremam illam ædium partem, quæ tecto ſubjacet, & ubi varia ſupellex, quæ quotidiani non eſt uſus, reconditur: nos *wind* dicimus. Hic quum clanculum operari conſueverint hi lucifugæ, prohibentia mandata veriti, *bönhaſen* dicti ſunt in ignominiæ augmentum, *haſen* i. e. lepore, animantium timidiſſimo, tanquam eorum ſymbolo, a fine addito.

BÖR, ventus. Isl. *byr*, tempeſtas. CHRON RHYTHM. *min. p. 93.*

Tha war börin twær och ſtark.

Tum venti erant adverſi & graves.

Hinc *obör*, intemperies. *Hiſt.* ALEX. MAGNI.

Han far i regn och oböör.

Proficiſcitur ſub pluvia & intemperie.

Communiſſime vero uſurpatur de vento ſecundo: unde, quum is Latine *ventus ferens* dicatur, & Gr. φορὸς, arbitrabar aliquando, *bör* eſſe a *bæra*. Certius tamen fuerit, *byr* derivare a *biria*, oriri, ſurgere. Belg. *beuren*. Al. *buren* id. ut in illo WILLERAMI, *Bure thih northuuind*, quod HOUTENUS Belgice vertit: *beure di op noorde wind*, ſurge borea. Hinc *opbeuren*, id. v. JUNIUS ad WILLER. *p. 17.* De Islandico *birja* v. mox in *börja*.

BÖRFAST dicitur navis, in portu ventis adverſis retenta, a *faſt*, quod vide.

BÖRA, debere, in imperf. *borde*. ant. *började* & *bar*. CHRON. RHYTHM. *min. p. 39.*

Konung Magnus ätte ſöner tre,
BYRGER *het then ther ælſter war,*
Man ſade bonom til rætta bar,
At wara konung efter ſin Fader.

Rex Magnus habuit tres filios,
BIRGERUM, qui natu maximus erat.
Dicitur, id ei jure debitum fuiſſe,
Ut poſt patrem Rex fieret.

Isl. *byria*, decere. Proprie notare videtur obligationem liberalem, aut quod convenit, decens eſt: *Sem kongs barni byriar*, ut Regis natum decet. VEREL. WACHTERUS hoc ingenioſe deducit a *byr* vel *bur*, civitas, ut urbanitas ab urbe, cui addi poſſet *höfwas*, decere, ab *hof*, aula. Anglo-Saxonum *gebyran* notat pertinere: Germani præfixo *ge* ſimiliter *gebüren* dicunt: nos *wederböra*, unde derivatum eſt *wederbörande*, ad quos res pertinet, vox in Lingua noſtra latiſſimi & percommodi uſus.

BÖRD, fetus, proles. WESM. L. *Ærfd. B. c. 24. Wara med barn och byrd*, dicitur de prægnante, ſeu quæ in utero gerit genituram ſeu fetum. *Hiſt.* ALEX. M.

Om benna byrd wordo en ſon.

Si, quod utero geſtat, filius fuerit.

Huc refer *efterbörd*, ſecundina. Germ. *aftergeburt*. A. S. *byrd*, nativitas. Germ. *burt*, *geburt*, a *bæra*, generare.

2. Generatio, ut dum ſenſu eccleſiaſtico uſurpatur de gradu cognationis. WESTERÅS ARFFÖREN. *Tom. 1. Act. Publ. p. 176. Nær then rætte lineen, byrden eller ſucceſſionen ei aktes:* quando non reſpicitur vera linea, gradus & ordo ſucceſſionis. DAL. L. *Kirk. B. c. 18. Skyldaſte innan tridiw byrd.* Conf. WESM. L. *Kriſt. B. c. 24.* proximi cognati intra tertiam generationem. Hinc *hördſkrifter*, NEH. 7: 64. dicuntur libri genealogici.

3. Cognatio. L. L. *Jord. B. c. 4. war jorden ey upbudhin, gånge åter i byrd:* ſi terra rite denuntiata non fuit, redeat ad heredes.

4. Jus retractus, ſeu jus, quod habent conſanguinei, avitos fundos ab alio emtore vindicandi. *L. c. c. 6. dela mæn om byrd*: ſi de jure retractus lis orta fuerit. Hinc *bördeman*, qui jus retractus habet, cui opponitur *wbyrdaman*. DAL. L. *Bygg. B. c. 6. Byrda ſik till*, UPL. L. *Jord. B. c. 2.* jus ſuum retractus legitime probare. *Byrdabud*, pretium a conſanguineis oblatum. L. L. *Jord. B. c. 3. Börda*, rem emtam jure retractus redimere. *Bördesſkilling*, pecunia, quo vendita bona redimuntur.

5. Res ipſa aut fundus jure nativitatis poſſeſſus, idque vel hereditate vel jure retractus. Hinc *ſælja byrd ſinni:* bona vel prædia avita divendere. HELS. L. *Kirk. B. c. 14. af gamlæ byrdh ſinni ma han ej mera giwæ æn ſexton öræ:* De bonis avitis non niſi 16 oras legare jure poterit. Extenditur hoc etiam ad res mobiles, ut in *Teſtamento* allato a DIKMANNO, *Ant. Eccleſ. p. 210. Wara odalbörd, ſom wi hafdom til Weſterarhus*, bona avita, quæ Aroſiam nobiſcum transportavimus.

BÖRD, ordo, vices. *Thet ær min börd*, jam ordo me tangit: a *böra*, debere, quaſi diceretur; jam mihi debetur, aut aliis a me. Hinc *inbördes*, invicem.

BÖRD,

BÖRDA, onus, quantum quis humeris portare poteſt. SUDERM. *L. B. B. c. 17. Hugger man ra hasſl, böte oræ ſiri byrdhæ enæ*, ſi quis corylos ceciderit, pro tanto, quantum humeris portare poteſt, luat oram. WACHTERUS ex CLODIO affert, Perſas hoc vocabulo uſos *bar* dicere. Ceterum Angloſaxones *byrthin* habent. Al. *purdi.* Belg. *borde.* Angl. *burthen.* Isl. *byrd.* Gall. *fardeau*, immo Græci φόρτος, a φέρειν, ut nos hæc omnia a *bæra*, portare.

BÖRJA, oriri. Isl. *byria, biria.* Al. *buren* & Belg. *beuren.* Ut oriri de vento ſæpe uſurpatur, ita *bör*, ventum, inde deduci, nuper diximus. OL. TRYGGV. *S. p. 43. Nu birjar bonom wæl*: jam venti ſecundi ipſi oriuntur. Dein *börja* active uſurpari incepit pro quolibet initio: *börja något*, aliquid incipere, *början*, initium.

BÖRS, ſtatio mercatorum, ubi de rebus ſuis conſultum conveniunt. L. B. *burſa.* Belg. *borſe*, *burſe*. Putatur communiter, nomen id natum eſſe Brugis Flandriæ ab ingenti ſubſtructione, burſæ vel crumenæ imagine inſignita. *v.* DU FRESNE in *Forum*, & in *Mercatura burſæ*, nec non MENAGII *Origines Gall.* Hiſtoriam burſæ Wisbyenſis ita commemorat LOCCENIUS: *Rex Svionum* BIRGERUS *excurrens ad Gotlandos vel Wisbyenſes, otioque ſe iſthic oblectans, cum urbis civibus agit, ut ſibi tantum ſpatii in foro piſcatorio concedant, quantum pelle vitulina contegi poſſet. Illi faciles ad tantillum loci dandum eſſe. Sed Rex pelle ad exemplum* DIDONIS *in minutas partes diſſecta illic exſtruit amplam domum, poſtea ex hac occaſione domum pellis vitulinæ dictam Regum Sveciæ diverſorium, donec* REX ERICUS *arcem in urbe conderet. Ita Domus iſta mercatoribus loco tribunalis & conventus publici*, Burſam *vulgo appellant*, *ceſſit.* Extant hodieque rudera ædium harum, *Kalfſkinshuſet* dictarum, luculentiſſimo teſtimonio comprobantia, inſolitum non eſſe, ut mutatis nominibus eadem in mundo fabula agatur.

BÖSSA v. *Byſſa.*

BÖSTA, pulſare. Isl. *beyſta.* KNITL. S. *p. 114. beyſta korn*, triturare ſegetes. Gall. *baſtre le bled.* id. *Hiſt.* ALEX. M.

Hans porta alla ſönderböſte.

Omnes illius portas diffregerunt.

Ejuſdem familiæ eſſe etiam videntur. It. *buttare.* Hiſp. *botar.* Gall. *bouter*, unde *boutade*, impulſus, *boutée*, id. cfr. *pouſſer*, trudere, Goth. *buſa*, id. quod vide.

BÖTA, emendare: idem ac quod antea habuimus, *bota*, atque adeo ejuſdem originis. Hinc *böta garda*, L. L. *B. B. c. 9.* ſepes caducas reparare. *böta lotfall med andre jord*, portionem ſequiorem emendare addito quopiam ex alio fundo. SKÅNE L. *p. 9. §. 12.* In CHRON. RHYTHM. *min. p. 18.* commemoratur, MAGNUM Principem a Regina, WALDEMARI conjuge, ob faciei colorem ſubfuſcum per opprobrium vocatum fuiſſe *kätzlaböter*, i. e. cacaborum reparatorem. A. S. *boetan. v.* JUNII *Etym.* in v. *beate.*

2. Prodeſſe. CHRON. RHYTHM. *p. 350.*

Jag wænter thet bonom litet bötte.

Credo, id ipſi parum profuiſſe.

Apud ULPHILAM *botan* eodem ſenſu occurrit. *Hwa boteith mannan?* quid prodeſt homini? MARC. *8: 36.*

3. Mulctam pendere, idque eadem ex ratione, qua Latini *emendare* hoc ſenſu dixere, Gall. *amende*, quum lædens ita reparet damnum datum. Germ. *buſſen.* A. S. *betan.* Isl. *bæta.* VOLSUNGA S. *p. 73. Lætur þu mierſem muner þu bæta*: & videris mihi, a te dicta emendare velle. In LEGE GOTL. *Germ. betern p. 22. Betere he der ſtad 6 mark*, i. e. mulctam civitati pendat 6 marcarum.

BÖTER, reparatio. In CHRON. RHYTHM. *p. 21.*

Han wart ther ſent å böter.

Sero hoc damnum reparavit.

Vulgus etiamnum *böter* appellant pharmaca, quæ ſanitatem reparatura ſunt. *Söka bötter*, medicinam petere. 2. notat mulctam, utpote damni reparationem.

BÖTA, accendere ignem. CHRON. RHYTH. *min. p. 228.*

En liten eld the ther upbötte.

Parvum focum ibi accendebant.

Hiſt. ALEX. M. *Rhythmica.*

Alexander böd et bål oppböta.

Alexander juſſit pyram accendi.

Belg. *t'vier boeten.* A. S. *betan.* Angl. *beate.* Galli olim *bouter* dixere, unde *boutefeu.* Ital. *buttafuoco*, nobis *fyrbötare*, qui ignem accendit, metaphorice qui diſcordias ſerit.

ELDEBUTER. WESTG. L. *Jord. B. c. 9: 5. Undirwidu til eldebuter*, ligna ad accendendum ignem, cremia.

BÖTESWARD. UPL. L. *Kon. B. c. 12.* & SUDERM. L. *b. t. c. ultimo*, dicitur cuſtodia illa, cujus erat, accenſa pyra hoſtium adventum ſignificare. Oſtrobotnienſibus

enſibus alias *bote* montem ſignificat, neſcio, an phari montibus impoſiti denominationi occaſionem dederint.

BÖTA, aliquid obtendere ad vitandum ictum. Habet hanc vocem CHRONICON RHYTHMICUM de ENGELBERTO ENGELBERTI, contra datam fidem hoſtilia experto, p. 241.

Ingelbricht tha före ſik bötte
Med then krycka han hafde i händer.
ENGELBERTUS ictum declinare conabatur
Baculo, quem in manibus gerebat.

In edicto R. ERICI, adjuncto Legi Scanenſi, p. m. 62. occurrit *böta hemſoken*, quod eſt pacem domeſticam violare. Hoc vero *böta* idem eſt, ac quod alias *veta*, Isl. *veita* dicitur, quodque ſuo loco explicatum vide. Neſcio an affinitatem vox noſtra habeat cum Gall. *pouſſer*, unde *repouſſer*, repellere, vel potius cum *buter*, de cujus ſignificatione teſtatur *rebuter*, cum indignatione repellere.

BRACKOR, feminalia. Arm. *brag* apud PEZR. *Ant. Celt. p. 423.* A. S. *bræc*, *brec.* Al. *pruab.* C. B. *bryccan.* Isl. & Ant. Goth. *brok*, in plur. *brækur.* Angl. *breeches.* Gall. *brayes.* Hibern. *broages.* Lat. *bracca*, a quo veſtimenti genere aliquam Galliæ partem *Braccatam* dictam fuiſſe, novimus. Perſicum hoc fuiſſe indumentum, innuere videtur OVIDIUS, *Triſt. 5: 10, 34.*

Hos quoque, qui geniti Graja creduntur ab urbe,
Pro patrio cultu Perſica bracca *tegit.*

NASO in iisdem *Triſtium* libris veſtes haſce, ut admodum laxas, deſcribit. POMPONIUS autem MELA *L. 2. c. 1. Sarmatas* dicit *fuiſſe braccatos totum corpus, &, niſi qua vident, etiam ora veſtitos.* Ex his videtur colligi poſſe, braccas prope acceſſiſſe ad Borealium *Lappmuddar* i.e. Rhenones, ſeu togas villoſas ex Rangiferorum pellibus conſutas, quibus ſe adverſus hiemem muniunt. Noſtratium vero *brækur*, femina proprie tegebant, nec villoſa erant niſi raro, adeo ut RAGNARUS R. qui talia portavit, cognomen inde *Lodbrok* ſortitus fuerit. Quod vero ad vocis etymon attinet, JUNIUS id derivat a *brechen*, rumpere, quum circa femora in duas partes dividantur. Sed qui conſtat, talem formam habuiſſe eas veſtes, quæ primæ hoc nomen gerebant? Certe, quas Franci portabant, braccæ non niſi crura tegebant. Ita de illis AGATHIAS *Lib. 2. Nudi ſunt pectora & terga ad lumbos usque: inde* braccis *crura obtegunt.* Et HESYCHIUS interpretatur *βράκια Barbaricum integumentum pedum.* DIODORUS, quas Galli *βράκας* vocant, Græce *ἀναξυρίδας* explicat, h. e. tibialia vel ſubligaculum. In L. Eſtonica *prokit* dicuntur femoralia longiora, quæ usque ad talos, *pyxit* vero, quæ non niſi ad genua pertinent. v. MOLLERI *Deſcriptio Livoniæ, p. 158.* BOCHARTUS, referente BOXHORNIO in Origg. Gallicis p. 31. braccas a ברך, *bærac*, genu, derivat, ut a cruribus *σκελέαι*, a talis talaria, a tibiis tibialia nuncupantur, a quo nec diſſentit GUDM. ANDREÆ, in *Lex. Isl.*

BRAF, bonus, præſtans. *En braf man.* Arbitratur WACHTERUS, a Lat. *probus* factum eſſe tam hoc noſtrum, quam ceterarum nationum, Gall. *brave*, fortis. Arm. *braw*, id. Angl. *brave*, inſignis, ornatus. It. & Hiſp. *bravo*, fortis. JUNIUS vero *βραβεῖον*, brabeum, neſcio an, quia Græcum eſt, pro radice habet. Ego pro illa affinitate, quæ eſt inter litteras *f* & *g*, fieri potuiſſe credidi, ut a *brage*, heros, quo nomine Poëtice Reges ſæpe appellantur, & ſecundum Reges Poëtæ aliique viri excellentiores, A. S. *brego (v. HICKESII Grammat. A. S. p. 105. 108.)* poſtea *braf*, *brav* formaretur. Hinc *bragebægare* dicebatur poculum illud, quod ebibens Rex, thronum nuper conſcendens, vota nuncupavit, quibus ſe ad fortia edenda facinora obſtrinxit. Vide VERELII *notas ad Hiſt.* GOTR. *c. 19.* & RHENHJELM ad OL. TRYGGV. *S. p. m. 65. braglegur*, pulcer, formoſus. *bragnar*, milites. v. GUDMUNDUS ANDREÆ, *Lex. Iſl. p. 34.* Vocabulum hoc originem habere creditur a *Bragi*, Aſarum uno, qui fuit, referente EDDA, *Agiætur ad ſpaki, og meſt ad malſnilld og ordſinni: han kan meſt af ſkaldſkapr, og af hans nafni er ſa kalladur* Bragmadur, *karl eda kona, er ordſnild hafer framman en adrir.* h. e. Ille celebris ſapientia & eloquentiſſimus erat, inque arte Poëtica peritiſſimus, ita quidem ut ex ejus nomine *Bragmadur* appellati fuerint utriusque ſexus homines, qui præ ceteris ingenioſi erant. VERELIUS in Indice p. 43. *braf* derivat a *brægda*, quo ſenſu Islandi crebro dicunt, *han bra ſkiott*, extemplo, quod animo occurrebat, exſecutus eſt.

BRAGD. v. in *bregda.*

BRAKA, fragorem edere. Isl. id. OLOF TRYGGV. S. P. 2. p. 296. Edit Skalholt.

Eyrek reri ſwa faſt ad Orminum, at brakadi i hvorio trie, tanto impetu ſuam navem in priſtim Olavi impulit Ericus, ut fragorem ederent omnes ſingulæque navis tabulæ. Vox mere Græca βραχεῖν, quippe quæ ab Hesychio exponitur ἠχῆσαι, ψοφῆσαι & ἔβραχεν, ἤχησεν. Hinc *wapnabrak*, armorum ſtrepitus. l.c. Part. 1. p. 93.

BRAM, luxus, pompa. Chron. Rhythm. *min. p. 155.*

Han kom ther med ſtort bram.
Magna cum pompa eo venit.

Litt. Gust. I. *de anno 1546. Thette och annet ſlikt bram och prall ſker Gud till förtörnelſe*, hic & ejusmodi alius luxus in Dei offenſam cedit. Et infra: *Mæn ther almogen jw brame wilde, dhå wäre thet theris ſtörſte beder, och ſtode them bæſt, at the hade theris åker, æng och andre æger wæl brukede och bæſſdede, winleggiendes ſich ock ſå, att baſſue ſköne miöll och malt binger, godan boſkap, oxer, köör, fåår och annat ſlicht, æn att the myckit på månge dyre klæder, och annet ſlicht, ſom mere dyrtt æn nyttigt ær, koſta ſkulde.* Isl. *braml, id.* Bibl. Island. *1 Macchab. 9. Jambri ſyner attu ad flytia brudena med ſtoru bramle:* Filii Jamleri ſponſam domum ducturi erant cum multo apparatu. Angl. *bragge* eſt immodice ſe jactare, quod huc apprime faceret, niſi obſtaret inſolita mutatio *m* in *g*. Citius huc applicari poterit A.S. *bremen*, ſolennis, apud Bensonium, nec non *brim*, gloria, ut dum piſces poëtice vocantur *brim blæſt*, gloria vel proventus maris. v. Hickesii Gram. A.S. p. 199. Confer *breome*, inſignis, ib. p. 178. Si divinare liceat, dixero, vocabulum hoc primaria ſignificatione notare ſonitum, utpote quod ad pompam & ſuperbiam non raro transfertur, idque ab eo inprimis tempore, quo ditiorum adventum ingens veſtibus affixa nolarum vis nuntiabat. v. infra in *brumma*. Islandi alio vocabulo ſuperbiam pompamque nuncupant, quod ab hoc parum abludit, *dramb*, de quo vide Verelium, in *Indice*.

BRAND, v. *brinna.*

BRASA, focus luculentior. Vox ultimæ haud dubie antiquitatis, utpote quæ in variis longeque diſſitis regionibus cognationem habet. Gr. βράζω apud Hesychium eſt ferveo, cui addendum πρῆσαι a πρήθω. A. S. *braſtl*, arſio. Isl. *brys*, ardens calor, *bryſſa*, fervide agere. Gudmund. Andr. *Lex. Iſl. p. 36.* Gall. *braiſe*, pruna, *embraſement*, incendium. It. *bruſare*, *brucciare*, *bruſatare*, urere, uſtulare, nec non *braſa*, *bragia*, pruna, quibus forte addendum Germ. *braſſen*, coquere, & Gall. *braſſer*, coquere cereviſiam. L. B. *braxare*, nec non Germ. *braten*, aſſare, *praſſen*, comeſſari. A. S. *bredan*. Al. *praten*, *braten*. Ab eodem hoc caloris ſignificatu eſt, quod eum, qui faciem rubicundam habet, ut ſolent, qui aut nimium cucurrerunt, aut foco diu aſſederunt, *rödbruſig* appellemus.

BRASKA, vitam diſſolutam agere: comeſſari. In Hymno Eccles. *N. 206. v. 7. Han braſkar i fullo ruſe*, ad ebrietatem usque ſe invitavit. Lutherus, *verpraſſen* habet, Luc. *15: 13.* de filio ἀκολάςῳ, bona ſua abligurientе, quod a *praſſen* vel *braſſen*, coquere, elixare, deducunt Etymologi. Sed ut hodie verbum illud uſurpatur, non tam ingluviem, quam pompam & ſplendorem indicat: & ita ad eandem claſſem pertinet, ac Sax. *pratzig*, ſuperbus, v. Idiot. Hamb. *p. 192.* & Belg. *pratten*, ferocire, ſuperbire apud Kilianum. Isl. *braſt*, petulantia, *braſta*, luxuriare, unde noſtrum *braſka* deducit Gudmundus Andreæ, *Lex. Iſl. p. 34.* Proprie vero hoc, ut prius illud, ſonitum edere, tumultum excitare denotat, a ſimplici *braſk*, ſonitus. *Hiſt.* Alex. M.

Ther kommo löpande marge fyla,
The giorde mycket braſk och roop.
Accurrerunt multi Elephanti,
Qui ingentem ſonitum & tumultum civere.

BRATT, arduus. Isl. *brattur*, pro quo etiam *brant* dicimus. *En brant backe*, mons arduus, a *bryta*, rumpere, ut Latini montem præruptum, abſciſſa ſaxa dicunt a rumpendo ſcindendoque, & Græci montem ῥὼξ a ῥήγνυμι, frango.

BRAUT, via, *bröte* idem, unde heic Upſaliæ pars quædam agri ſuburbani appellatur *Salabröte*, quum eo ducat via ad Veterem Upſaliam. Hinc etiam *Bröt* vel *Braut Amund*, Rex Svionum, nomen adeptus eſt, quia ſingulari cura vias muniendas locavit: non tamen a *mund* tutor, ut credidit Junius in *addit. ad Gloſſ.* Ulph. & ex eo Wachterus in *v. mund*, ſed *braut* tantum addito vero nomini Amundi. Cambrice via *braith* dicitur, cujus etymon Schilterus, in *Gloſſ. p. 130.* petit a *breit*, latus, Hickesius ab A. S. *rata*, viam noſcere

Digitized by Google

noſcere, viam tenere, *b* adeo euphonice additum putans. *Gram. Theot. p.* 97. Sed ſi hoc eſſet, mallem a *rydia, rudia* derivare, hoc eſt exſtirpare, ſolum evulſis radicibus planum reddere, quæ una olim ratio erat vias muniendi. Sorles. S. *p.* 52. *Ruþþi nu Sorli breyda braut,* Sorlus jam latam viam exſtirpatis radicibus paravit. Teſtimonium huic opinioni dicere videtur Gallicum *route*, via, etiam litera hac initiali deſtitutum. Interim tamen voci noſtræ nihil mutilatæ radix dari poterit *bryta*, rumpere, quod inter alia de arboribus radicitus evulſis ſaxisque loco motis dicitur, *bryta upp træd, ſten*, quo proinde nihil accommodatius fieri facile poterit, quodve originem viarum clarius exponat. Ab hac eadem radice hodieque *bråte* appellantur arbores & virgulta poſt exſtirpationem accumulatæ, concædes. v. infra ſuo loco. Sic certe nos facilius noſtræ vocis natales indagamus, quam Græci, (niſi ad communes nobiscum fontes concedere voluerint) dicere queant, unde ἀβροτάζειν, a via aberrare, habeant.

Thiodbraut, via regia, militaris: a *þiod*, populus, multitudo.

2. *Braut* notat foras, peregre, ut ſupra in voce *bort* annotavimus: *ganga a braut*, abire, exire. Angl. *abroad*, id. quod adeo non a *broad*, latus, derivandum, ut Junium feciſſe videmus. Habemus hinc *falla i brott*, quod dicitur de epileptico, quando ſub paroxysmo animi alienatur, & velut extra ſe eſt. *Brautargangumæn* dicebantur olim exules, quaſi peregre abeuntes.

BRAXEN, cyprinus. Al. *breſſemo.* Belg. *braeſſem.* Germ. *braſſem.* Gall. *brame* vel *breme.* Angl. *bream.* It. *abramo.* Junius in *Etym. Angl.* videtur dubius hærere, utrum Bellonio adſtipulari debeat, qui hunc piſcem eundem eſſe putat, quem Græci ἄβραμιν nuncupavere, atque adeo inde nominis originem repetendam; an vero domeſticum fontem quærere, præſtet. Anglo-Sax. nempe *brad, bradſum*, latus, cui derivationi forma piſcis omnino adſtipulatur. Et certe veroſimilius eſt, Gallos Anglosque facilioris pronuntiationis ergo aliquid demſiſſe, quam ut Belgæ Germanique tam duris literis vocem nequicquam onerarent.

BRAZ, bulla, fibula ex argento aurove. In Lege Suderm. *Gipt. B. c.* 6. *Braz ok fingergull*, fibulas & annulos. In *Dipl.* Magni R. *ad fin.* Leg. Bircens. nominantur *brazor, gullfingræn oc annan þolic kleinæt*, i. e. fibulæ, annuli & id genus alia cimelia. Verelius ea refert ad Isl. *braſa*, ferruminare. Dum ego hanc vocem primum offendi, credidi, ea armillam notari, quæ Gall. & Angl. *bracelet* & L. B. *brachiale* dicitur. Sed produnt ſatis verba, ex Literis Brigitæ Vadſtenenſis ad filium, a Scheffero in Tractatu de Antiquorum Torquibus, p. 57. allata, pectoris hoc ornamentum fuiſſe. *Du ſkalt bafa braz i tinu bryſti*, i. e. ipſo interprete, pectus tuum bractea ex auro gemmisque adornabis. Barbara Latinitas hunc ornatum *bracile* appellavit, quem ita explicat Isidorus, Lib. 19. Origg. c. 33. *Redimiculum eſt, quod ſuccinctorium ſive* bracile *nuncupamus, quod dividens per cervicem & a lateribus colli diviſum* (forte demiſſum) *utrarumque alarum ſinum ambit, atque hinc inde ſuccingit.*

BRAECKA, frangere. *Bræcka ſönder.* Ulph. *brikan, gabrikan.* A. S. *breacan, bræcan, bracan.* Al. *brechan, prechan.* Germ. *brechen.* Angl. *breake.* Credit Wachterus, hoc vocabulum ex primævo hominum ſermone dimanaſſe, quum in omnibus fere linguis ſui veſtigia reliquerit. Conſpirant certe Ebr. פרך, fregit. Æol. Βρηγνύω, alias ῥηγνύω, βρήγη, ruptura, βραχὺς, brevis, quaſi abruptus. Lat. vet. *frago*, unde *fregit, fragilis* & plura alia: Fennonicum *pirahdan*, frangor. Camb. *breg*, ruptio, fractura. Gall. *breche*: quibus adde Hesychii βρέγκα, quod exponit τὸ μικρὸν, parvum. Pleraque horum debeo induſtriæ Wachteri, quem conſuli volo.

Braeckelig, fragilis: dicitur tam de re quavis alia frivola, quam de ſanitate parum firma. Angl. *bricle.* Belg. vet. *brokel.* Germ. *bruchig.*

Bräck, hernia, ob rationes ſatis manifeſtas.

Braeck, defectus tam phyſicus quam moralis: ita in *Dial* Laur. Petri *de* Missa *p.* 95. *dagelig bræck och fel*, peccata quotidianæ incurſionis.

BRAECKA, aſſare. *Bræcka på halſtret*: in ſartagine leni igne torrere. Ut prius *bræcka* cum Lat. *frago* affinitatem habet, ita hoc cum *frigo.* Gr. φρύγω A. S. *bredan.* Germ. *braten.*

BRAEDD, latus, eris. Hæc enim propria vocis ſignificatio videtur. Hinc

gå i bredd wid en, latus alicujus tegere. Hels. L. *Widerb. B. c. 15. Taki a bredh wid then ſum fôrra byghdi:* ſumat ad latus ejus, qui antea incoluit. Hinc adv. *bredd* vel *breddwid*, juxta, prope. Originem hoc repetit forte a *bred*, latus, neſcio utrum imitatione Latinismi, ubi latus diverſis vocabulis, ſed ejusdem ſoni, rem utramque exprimit, ſeu quia in multis latus coincidit cum rei latitudine.

2. Suprema rei pars, margo, ora. unde *bræddfull*, quod plenum usque ad ſuprema labra.

BRAEDE, ira, animi fervor. *Hiſt.* Alex. Magni.

Ther woro unge Riddare och ſnare
Bade af nôd ſwå ok af bråde.
Erant equites juvenes agilesque,
Tam neceſſitate quam ira.

Dråp. B. m. wil. L. L. c. 3. Dræper næſte arfwen dråparen med enne brædhe utan dohm, ſi proximus heres occidat homicidam ſubito iræ calore. cfr. Wesm. L. *Manh. B. c. 53.*

Hinc *brædska*, quod habet vetus Euangeliorum interpres manuſcriptus, *i wrede och i brædsko*, in ira & fervore, quæ eadem vox occurrit in inſcriptione capitis 43. *Ting. B.* Sudm. L. *Om oqwædens ordh med brædſko*, de conviciis per iram effuſis. Ex his lucem aliquam fœnerari poſſe credo termino illi, qui occurrit in Codice Uplandico, *Thing. B. c. 9. §. 6. & c. 11. §. 4. breda wittni*, quod interpretor de teſte actionum quarumlibet ſub animi fervore editarum. *All breda wittni ſkulu ther takas ſum giærning giôrs:* omnes teſtes actionum iracundarum aſſumentur in loco facinoris. Originem vocis neſcio, utrum quærere debeam in *bråd*, ſubitus, ut opponi ſolent commiſſa *af brådom ſkilnad*, a ſubita iracundia, & *af længri afund*, a diuturna ſimultate; an vero in Islandico *reidi*, ira, *raidi*, Gotl. L. *p.* 7. cui *b* præpoſitum ſit, ut alias *w* in *wrede*.

BRAEDE, aſſer, tabula ſecta. A. S. *bræd.* Al. *bret*, *pret*. Belg. *berd*. Aliæ dialecti literas transponunt, ut ſupra in voce *bord* vidimus. Si Junio credimus, a latitudine dictum putabitur, hoc eſt a *bred*, latus. Alii a *πρίζειν*, ſecare, dividere, derivant. Wachterus ab A. S. *brytan*, quod frangere & diſſecare notat.

Braedspel, alveus luſorius.

BRAEKA, micere vel balare: proprie de capris adhibetur. Gr. *βληχᾶν*, balare, unde *βληχή*, balatus. A. S. *blætan*. Germ. *blechen*.

BRAEM, ora, limbus. A. S. *brumme*. Isl. *brim* & *barmur*, teſte Gudmundo Andreæ, ad Eddæ Voluspa, *ſtr.* 4. ubi etiam *badmur* eodem ſenſu occurrit. Germ. *brem*, *gebrem*. Belg. *braeme*, *bremel*. Sclav. *prim*. Wachterus fieri potuiſſe, credit, ut hæc omnia a *περαίνειν*, terminare, profluxerint.

BRAENNA, urere: verbum factivum a *brinna* ardere, quod vide. Hinc

Braennemaerke, ſtigma.

Braenwin, aqua vitæ. Angl. *brandy.* Germ. *brandtwein*. Neſcio quando peſtilens hic potus patriam noſtram invaſerit: id tantum ſcio, in Ordinantia Eccleſiaſtica de Anno 1571 illum, ut vulgatum & frequentem, nominari, p. 9. congregatosque regni noſtri Ordines Anno 1756 cum prohibuiſſe, & optare omnes patriæ noſtræ amantes cives, ut hæc bonæ frugis vorago in omne ævum e noſtris terris eliminetur.

Braensten, ſulphur. v. in *bernſten.*

Braennewarger in Codd. Legg. Incendiarios, alias *kasnawarger* dictos, notat.

BRAENNA, defixos in aliquo oculos habere. *Hiſt.* Alex. M.

Han fæſte ſin ógon i hans ænne,
Stadlika a hans anlite brænde.
Oculos ſuos fixit in illius fronte
Firmiter vultum ejus intuens.

Eſt hic locus unicus, ubi id verbi reperi, de cujus quidem ſenſu ſeries teſtatur, ſed de qua ulterius nil dicere habeo. *Brun* Isl. & *bryn* ſupercilium quidem eſt, quod a viſu quam proxime abeſt, ſed aliud etymon mihi quærendum videtur.

BRÅ dicitur de infante, ingenio parentum indolem referente. *Jag brår i thet på min fader*, in eo patrem meum refero. Isl. *bregþa*, id. *Bregþur barn til ætter*, progenitoribus ſuis quisque fere ſimilis eſt. Originem ſuam prodere videtur ab Isl. *bragur*, mos, affectio, modus agendi. *v.* Gudmundus Andreæ *Lex. Iſl. p. 38.*

BRÅ, exprobrare. v. in *brigda.*

BRÅD, celer. *bråd ſkilnad*, ſubita inimicitia, *bråd dód*, mors necopina. *Hafwa brådt om*, feſtinandum habere. A *rad*, citus, quod ſuo loco occurret. Gr. *ῥαδινὸς*, celer, pro quo Æoles *βραδινός*. Diceres, nulli non genti hanc vocem viſam juſto breviorem, & inde eſſe, quod Cambri *e* more ſuo præfigentes celerem *ebrwydd* vocent, & Mœſogothi *ſ* præfigentes, ut ſæpe, *ſpraut* dixerint, unde

unde *ſprauto*, Matth. *5: 25.* celeriter. A quibus aliena non videntur *ſpritta*, micare, exſilire, *ſpretta*, Isl. id. v. Biörneri *Cogit. Criticæ p. 105.*

Brådska, celeritas.

Brådsk, id. Chron. Rh. p. 542.

The ſtiga i tornen med mycken bråsk.
Turres conſcendunt cum multa feſtinatione.

Brådsker, feſtinus.

BRÅKA, frangere, verbum ejusdem familiæ ac ſuperius *bræcka*, quæ duo non aliter differunt, quam quod hoc frequentativum eſſe videatur, ut ex geminata conſona patet. Dicitur vero de quavis re aut rupta aut crebro attritu mollita. Ita *bråka ler*, ſubigere argillam, *bråka lin*, lini calamos contundere. Gall. *broyer*. Arm. *bræc*. Isl. *braka*. Ol. Tryggw. S. Part. 2. p. 156. *Skipit er minna var brakat*, navis, quæ levius quaſſata erat. Metaphorice *bråka* dicitur de moleſto quovis labore. *Bråka meden ting*, cum re aliqua confli&tari. v. Junium in *breake*, ubi obſervat, Belgis *nacht braecken* eſſe lucubrare. Adde A. S. *brocu*, miſeriæ, & *broc*, ægritudo, labor. Sueth. *bråk*, idem, unde *bråkſam*, moleſtus, difficilis.

BRÅNGAS, cum labore perrumpere velle; affine Anglico *wrangle*, altercari, luctari, niſi forte frequentativum ſit vocis *bråka*, ut a *kroka*, *krångla*, per mæandros ire, a *ſloka*, *ſlångra*, vagari. Ab hoc ortum ducit Uplandorum *brångor*, quod notat arbores cum ramis exciſas, quæ objectæ iter impeditum reddunt & difficile. Atque hinc explico illud *brungårde*, quod in Lege Scanica extat p. m. 35. denotans temere congeſtas arbores ad ſepimentum tumultuarium ſtruendum.

BRÅTE, dicuntur evulſarum arborum cumuli, quales coacervare ſolent, qui in ſilvis arva excolunt, concædes. Chron Rhythm. *min. p.* 272.

The buggo ther ſtora bråtar om ſik.
Magnis arborum cumulis ſe circumdedere.

In Chron. Had. *p. 474. brutta* ſcriptum invenitur.

2. Notat variam ſupellectilem domeſticam, proprie talem, quæ in unum locum congeſta eſt, & deinde in genere quamlibet collective ſumtam. Westg. L. *Thiuw B. c. 20. §. 1. Rówær man alt bolsbryti af manni*: ſi cuipiam omnis ejus ſupellex vi abripiatur. Hinc originem forte ducit *brytſtock*, quod in eadem Lege, *Ærfd. B. c. 15. §. 1.* nec non in Lege Scan. *h. t. c. 13.* occurrit, uſurpaturque de bonis conjugis utriusque poſt confarreationem in unum confuſis: a *ſtock*, quod Belg. & Angl. notat ſummam, ſortem bonorum. v. Stiernh. *Index ad* Leg. Westg. Rugmannus exiſtimavit, *brutſtock* a *brud* dici, atque adeo notare dotem. v. *Indicem* Hadorphii ad Leg. Scan. ſed locus Legis Westg. aperte indicat, aliam eſſe vocis ſignificationem.

BRED, latus. Ulph. *braid*. A. S. *brad*. Al. *breit*, *preit*. Isl. *breidur*. Angl. *broad*. Belg. *breed*. Germ. *breit*. Junius inverſo rerum ordine hoc *bred* a *braut*, via, derivat; quum potius via a latitudine, ut platea a πλατὺς videri posſet derivata. Confer quæ ſupra in *braut* diximus. Junius abſonum non credit, ab eodem πλατὺς, *bred*, derivare. Sed jam ſemel iterumque monui, fruſtraneam eos collocare operam, qui vocum adeo antiquarum fontes indagare velint: a me certe in curſu hujus operis Lector id ne exſpectet. Ab hoc *bred* Uplandi habent, quod dicunt *ſtå på breda ſten*, lapidi lato inſiſtere, quod eſt connubii fœdus jungere. Origo phraſeos petitur a lapide latiore, qui cernitur in medio templi Veteris Upſaliæ, quique illud ſepulcrum tegit, ubi tumulatum fuit corpus *S.* Erici, Regis, antequam in noſtræ urbis templum transferretur. Huic vero lapidi, boni ominis ergo, ſub peragendis ſacris conjugium inituri inſiſtebant.

Bredd, latitudo.

BREF, epiſtola, vel quodvis breve ſcriptum, a Latino *breve*. Obſervarunt eruditi, hanc vocis ſignificationem jam inde a quarto ſeculo invaluiſſe. Apud Vopiscum *breve nominum* pro catalogo reperitur, Græcique βρέβιον, βρέιιον inde ſuum fecerunt. Islandi *brief* dicunt, nec infrequenter commemorant commercia literarum inter amicos olim exercita. Obſervat id Renhielmius *in not. ad Hiſt.* Thorstani Wik. *c.* 2. ubi dicitur, Hunvoram literas ſcripſiſſe Wikingo: *þu ſkalt kaſta brefwe þeſſu i knie hanum*, epiſtolam hanc ipſi in ſinum conjicies. Ceterum uſurpatur de quovis ſcripto aut teſtimonio. v. Dal. L. *Ærfd. B. c. 10.* Westg. L. *Kirk. B. c. 16 : 5.*

Bebrefwa, literis confirmare. Jerem. 32: 24. Chron. Rhythm. *p.* 371. Alem. *briafan*, *gebriafan*.

Dombref, ſententia Judicis literis conſignata.

BREGDA, mutare: unde Isl. *bregda lit*, mutare colorem, *bregda tru*, mutare fidem.

II. Simulare, ut quod nihil aliud eſt, quam veram rerum faciem immutare. A. S. *gebrædan*, id.

III. Fallere, idque ex eadem ratione, qua Latini a vertendo verſutum & verſipellem dicunt.

Bragd, converſio quælibet & ſtatus mutatio, atque adeo temporis vices vel momentum, *augabragd*, id. proprie converſio oculi. Gotl. L. c. 9: 1. *at huarn bragdi*, qualibet vice. Ol. Tryggv. S. P. 2. p. 235. *at ſkammu bragdi*, brevi momento. v. plura in *ſtarbrak* & *helbregd*.

2. Ars, habilitas, unde Isl. *tungubragd*, eloquentia. v. Ol. Trygg. S. Edit. Skalh. P. 2. p. 114. *Fiskebragd*, inſtrumentum piſces capiendi. Videtur proprie denotaſſe numeros athletarum & corporis agiles converſiones, poſtea vero traductum ad quamlibet habilitatem.

Bragd, fraus. *illbragd*, id. *bragdalaus*, Isl. ſimplex, candidus. Chron. Rhyth p. 429.

Han for thaa med liſtelik bragde.

Dolum tum animo verſavit.

AngloSaxones *brægd* & *bred* eodem ſenſu uſurpant: *butan brægd*, ſine dolo, *gebrægdas*, deceptiones, *gebrægdnyſſe*, id. quæ Junius in *Etymol.* ſub. v. *brede*, oriunda credit ab A. S. *bragen*, cerebro, ut bonæ mentis ita & vafritiei exiſtimata ſede. Sed ſtamus radice Gothica, haud ignari, fieri ſæpe ſolere, ut innocentibus artium nominibus hominum nequitia vitium affricet. v. infra in voce *liſt*.

BRICKA, calculus luſorius, laterculus, ab Angl. *brick*, later. Gall. *brique*, quod ab imbrice ortum creditur.

II. Quadra lignea. Sax. *bricke*. Idiot. Hamb. utpote quæ formam calculi luſorii aliquatenus refert.

III. Planities, quam decedens aqua ad ripas fluminis formavit. Acta Suethice *åbricka* dicitur. Iſl. *brecka*. Ol. Tryggv. S. P. 1. Edit. Skalh. p. 12.

BRIGDA, in controverſiam vocare, litem ſuper aliqua re intendere, unde L. B. *brigare*, litigare, & *briga*, lis. Spelmannus ex Alberto Argentoratenſi affert, *in brigam ponere terras ac tenementa*, id eſt, in controverſiam adducere, alias *imbrigare*, a quo Angli dein *brige*, contentio, & Galli *brigue*, factio inimica, fecerunt. In Codicibus Legum noſtrarum ſæpe *brigd* occurrit, ut in Upl. L. *Köp. B. c. 5. Sælja brigd*, *giwa brigd*, rem, quæ ſub controverſia eſt, vendere, donare, *obrigd*, extra controverſiam poſitum. Definit idem locus legis, quid ſit *brigd*. *Brigd kallar thet obemult ær*, *brigd* dicitur, quod præſtari nequit. *Brigdarmadur* apud Iſlandos eſt, qui de re quadam litem inſtituit.

II. Exprobrare, quod re ipſa nil aliud eſt, quam de facto aliquo alteri litem movere. Dicitur etiam *brygſla*. v. Gudm. Andreæ, *Lex. Isl. p. 37.* unde *brigsl*, *brixl*, opprobrium, *brigd*, contumelia. Codex Prec. ant. *Med idelig ſmælig og obrygilſe*, cum perpetua contumelia & exprobratione. Angl. *braid*, *upbraid*. Dan. *breyde*. Nos *brå* pro *bråda*. Westg. L. *Rættl. B. c. 10. §6. Bradbæ up med awund eller wredswilljæ*, exprobrare animo injuriandi. Hodie utimur derivato *förebrå*, id.

BRILLER, oculi vitrei, alias *glasögon*. Laur. Petri in *Dial. de* Missa. *p. 54. Sætta briller uppå the enfaldiga*, i. e. imponere plebeculæ. De ortu vocis vide obſervata a Wachtero, qui opinatur, a *berillo* lapide hæc perſpicilia ita nomen habere, ut primum ab hoc lapide omnia lucida & ſplendentia nomen acceperint, & dein manſerit idem huic viſum ſublevandi inſtrumento. Ego vero opinor, ab opificibus, forte Italis, aut alias, hæc inſtrumenta videndi *briglia* per jocum appellata, hoc eſt frena, quum perinde ac illa naſo imponantur.

BRINDARE, jaculi Gothici genus, cujus formam deſcriptam habemus in *Antiquitatibus Danicis* Bartholini, *p. 364.* Salanus *in notis ad Hiſtoriam* Eigilli compoſitum eſſe credit a *brin*, lorica, & *þara*, haſta. Curni fatetur potius, ſe nihil de vocis origine noſſe? Mihi ſuſpicio orta eſt, a vibrando jaculum dictum fuiſſe, quod Anglis *brandiſch* dicitur. It. *brandire*, *brandolare*. Gall. *branler*. Cfr infra *brand*, in *brinna*.

BRINGA, pectus tam hominum quam inprimis animalium majorum, ut boum, ovium &c. Heims Kr. *Tom. 1. p. 566. Vænti ec at yþur ſkioti ſkelk i bryngo, ef han kemur a þingit:* Auguror, metu pectora veſtra ſaucia futura, ſi in conventum hunc veniret. Idem in deſcriptione venerandi illius ſenis Thorgnyi, Lagmanni Uplandici, p. 481. *Skeggit var ſva ſytt, at la i kniam hönom, oc breiddiſt um alla bryngona:* barba adeo promiſſa erat, ut ipſi in ſinu jaceret, & univerſum pectus tegeret. Hinc coſtæ dicuntur *bringſpiallur*. Cambrice ſimplicius *bron*, pectus.

BRIN-

Digitized by Google

BRINGA, ferre, ducere. ULPH. *briggan*, quod tam in JUNIANA quam STIERNHIELMIANA editione male Luc. 7: 37. *brinjan* ſcribitur. Al. *bringan*. A. S. *bringan*, in imperfecto *brohte*. Angl. *bring*. Belg. *brengen*. Germ. *bringen*. HELWIGIUS nata hæc omnia credit a Græco παρέχειν, præbere, non abnuente WACHTERO. Ego adeo vetuſtas origines indagine ſequi, eſſe credo hominis ſuo ingenio præſidentis.

BRINK, ſummitas montis, margo. Isl. *breckur*. In LEGE WESTG. *Ard. B. c. 1. § 4. bæra ſkiöld iwir thangbrecku* notat in patrium littus infeſta arma ferre, a *thang*, alga marina, quæ littora prætexere ſolet. Lingua Celtica *brynn* collem notat & *bryncyn* colliculum, ex quo fonte noſtrum promanaſſe, veriſimile putat WACHTERUS: JUNIUS vero illud arceſſit ab ULPHILANO *brikan*, A. S. *brecan*, rumpere, cui conjecturæ favent forte, quæ nuper ad vocem *bratt* annotavimus.

BRINNA, ardere. Mœſogothis *brinnan*, quod colligimus non tantum a *brinno*, febris, inde haud dubie orto, ſed etiam a compoſitis *ufbran*. MARC. 4: 6. exarſit, & JOH. 15: 6. *inbranjada*, uretur, ardebit: hoc vero ultimum ego ad *branjan* retulero, inter quod & *brinnan* eadem forte differentia eſt, ac inter *brinna* & *brånna*, quorum hoc factivum eſt, ut recenti verbo utar, hoc eſt, ſignificat, facere ut quid ardeat, ut factivum τῦ *ſitta*, ſedere, eſt *ſætta*, notatque facere, ut ſedeat. Sic *ligga* & *lægga*, *ſlippa* & *ſlæppa*, *ſjunka* & *ſænka*, *drunkna* & *drænka*, *ſtiga*, *ſtegra*, *förtryta*, *förtreta*, *waka*, *wæcka*, una cum pluribus aliis, quæ ſuis locis notabuntur. Sed ut ad noſtrum *brinna* revertar, occurrit apud Alemannos *brinnen*, *prinnen*. Angli transpoſitis literis *bourne*, eorumque majores, veteres Angloſaxones, *byrnan*, quod forte ceteris antiquius eſt, & ad primam originem propius. Orta enim haud dubie omnia ſunt a Gr. πῦρ, quod tamen ipſum Scythicæ originis eſſe, (a *fyr* haud dubie) PLATO in *Cratylo* obſervat. Græcis Latini ſuum *buro* acceptum referunt, *comburo*, *buſtum*, unde demum A. S. *byrnan*, & longo ordine cetera promanarunt.

BRAND varia ſignificat, ut 1. actum flagrandi, *komma i brand*, accendi: *kallbrand* appellamus gangrænam, vel id vitium, quod tam carnes animalium peredit, quam arbores lædit.

2. Incendium. Hinc *Upſala brand* dicitur incendium, quod Upſaliæ anno 1702 funeſtum fuit. *Brandredſkap*, ſiphones & alia inſtrumenta extinguendo igni apta. *Brandſyn*, circuitus per urbem videntium, an in ædibus quidpiam vitii ſit, quod incendio occaſionem præbere poſſit.

3. Titionem. L.B. *branda*. Proverbialiter in LEG. DAL. *Ærfd. c. 2.* dicitur *elda afgom brandom*, inverſos titiones accendere, quando hereditas natorum inverſo naturæ ordine ad parentes tranſit.

4. Enſis, lamina enſis. v. *Hiſt.* OLAVI TRYGGV. Part. 1. p. 10. Ed. Skalh. Ital. *brando*. Scot. *brand*. Dicitur ita a fulgore potius ſcintillante, ignemque referente, quam, quod JUNIANUM eſt, a ſudibus præuſtis, quibus armorum loco uſi fuerint veteres, vel a vibrando, quod habet FERRARIUS. Facit huc meo judicio Isl. *bruna*, coruſcare.

5. Vectem. Hinc *ſlagbrand*, obex. v. OL. TRYGGV. S. Edit. Skalh. P. 2. p. 232. Vocantur etiam *brandar* ligna illa, quæ ad decipiendas aves eriguntur, ut labentes mole ſua ſubeuntes aves opprimant.

BRÅNAD, fervor, ardor.

BRANDSTEN, lapis focarius, in LEG. SCAN. *p. m.* 44. ubi permittitur colono, ſi fundi poſſeſſor cenſum recipere ſemel iterumque abnuerit, tertium eum adire, & agraticum in ipſo lapide focario deponere, comburendum haud dubie, niſi celeriter inde a domino auferatur. Male HADORPHIUS explicat de lapide ante introitum ædium poſito.

BRISTA, rumpi. Al. *breſten*, *burſten*. Germ. *berſten*. A. S. *berſtan*, *byrſtan*. Angl. *burſt*, *bruſt*. Fontem haud dubie agnoſcit Mœſog. *brikan*. Suet. *bryta*, cui *s* more noſtro interſeruimus, prout a *rita riſta*, pingere, &c.

2. Erumpere: ut *briſta ut i löje*, in riſum erumpere, quod genus dicendi Latiniſmum ſapit. Habemus vero eum cum Anglis communem, quippe qui pariter dicunt, *to burſt out into laughter*. Sic *briſta ut i tal* eſt, quod Poëtæ Latini dicunt, rumpere pectore voces.

3. Deficere. *Briſta i bewis*, deficere in probatione. *Briſta i ſin ſkyldighet*, omnes muneris ſui partes non implere. Al. *breſten* & *briſten*, deficere, *breſt*, defectus. OTFR. *L. II. c. VIII. 28. Thes uuines is in breſta*, vini eſt eis defectus. *Id. Lib. III. c. VI. 64. Thes brothes in ni briſtet*, panis illis non deeſt. Vide plura exempla apud JUNIUM, ad WILLERAMUM, p. 138. nec non quæ habet PALTHENIUS ad TATIANUM, p. 344. Germ. *gebreſten*. Connexio hujus ſigni-

Digitized by Google

ſignificationis cum priore eſt, quod, quæ rupta ſunt, integritate ſua deficiantur.

Brist, ruptura. A. S. *berſt*, *byrſt*. Al. *breſt*. Germ. *borſt*. 2. Defectus perfectionis. *Bekænna ſin briſt*, defectus ſuos fateri, *briſtfull*, vitioſus. A. S. *byrſtfull*. Dicimus alias *briſtfællig*, quod forte uſus permiſcuit cum altero ſynonymo *boſællig*, ubi ædes ſunt caducæ. Hoc vero aliquid a verbo *falla*, cadere, ſibi adjectum æque non admittit.

BRO, pons. Ant. *bru*. Proprie arbitror, eo notari ſtratum aliquod, utpote quam ſignificationem pluribus hujus vocis acceptionibus quadrare, animadverto, atque etiam afferendis exemplis mox docebo. Nunc tantum obſervare lubet, ſeptentrionem noſtrum ſolum eſſe, qui hoc primitivum retinuerit, dum ceteræ dialecti omnes diminutivum ejus adoptarunt. Tale ſcilicet eſt *brygga*, a *bro* pari modo oriundum, ac a *bo* eſt *bygga*, a *ſo*, *ſugga*, a *gno*, *gnugga*, &c. Habemus hinc *broſjol*, tabulatum pontis, *brokiſta*, fulcimentum pontis, ſublica, *brokar*, id.

2. Via, ſtratum viæ. Wormius putat, ubi vox ea in cippis Runicis occurrit, illa proprie ejusmodi viam intelligi, quæ lapidibus ſtrata ſit, *Monum. p. 24.* unde Danis *brolegge* eſt, lapidibus locum aliquem ſternere, quibus addo, quod qui hoc opus perficit, Hamburgenſibus *ſteenbrygger* dicatur. Alias invenitur de qualibet via munita. Ita dum in Catalogo *Episc. Scarenſ.* dicitur de Benedicto: *Han læt broa twa raſtir af Tiwede*, ſenſus eſt, eum per ſilvam Tivedenſem viam duorum milliarium ſuis impenſis muniviſſe. Eſt hinc, quod præfectus viarum noſtra lingua inde ab antiquis temporibus appelletur *Broſogde*: *broa*, munire vias.

3. Area circumpoſitis lapidibus terminata, & alicujus defuncti manibus ſacra. Obſervat Wormius, in *Monum. p. 126.* Græcos ejusmodi areas κρηπῖδας & περιοικομίδας dixiſſe. Apud nos interdum quadratæ erant, ut plurimum rotundæ vel oblongæ, duobus intus poſitis majoribus cippis, altero ad mortui caput, ad ejus pedes altero. De ejusmodi areis, vulgo *Ættebroar* vel *Jættebroar* dictis, intelligendas veteres inſcriptiones Runicas eleganter monet Salanus, in *not. ad Hiſt.* Eigilli, *p. 139.* ubi hic vel ille dicitur *ſætta bro iſtir annan*, in alterius memoriam aream poſuiſſe, ut in illo Wormiano: *Sulfa reſti ſtein this ok gerdi bru this iſt Durils brudur ſin*: Sulfa lapidem hunc poſuit, & hanc aream fecit in memoriam Durildi, fratris ſui. Notari autem velim, non de ponte quodam vulgari ibi ſermonem eſſe, quum *this* præſens, & oculis videndum, indice quaſi digito commonſtret.

4. Tabulatum quodvis: *Farſtubro* dicitur tabulatum ante limen domus, *broſjæl*, id. & metaphorice, perinde ac limen Latinorum, domus ipſa. Dal. L. *Thing. B. c. 25.* Skåne L. *c. 7: § 3.*

BRO, lingua vetere Britannica notat regionem, terram, *bro Sais*, terra Saxonum. Boxh. *Orig. Gall. p. 37.* Attendi ad hoc animum, ſuſpicatusque ſum, *bro* aliud denotare non poſſe in plurimis locorum nominibus, in hanc ſyllabam exeuntibus, quæque procul ab omni aqua diſtant, nec conſpicua quædam ſepulcra oſtendere poſſunt. Notabilis eſt locus Scholiastis Juvenalis, ubi de Allabrogibus loquitur: *Quoniam* broga *Galli agrum dicunt*, *dicti igitur (Allobroges) quia ex alio loco translati.*

BRODD, cuſpis, aculeus. Heims Kr. *T. 2. p. 319.* *Þioſtolfur ſkaut broddi at Aſkel.* Thiostolferus miſit jaculum vel ferrum aculeatum in Askellum. Ponitur in ſpecie pro ſagitta. Norrska Hirdskr. *c. 24.* *Handboga med trem tylſtum brodda.* Arcus cum 36 ſagittis. Apud nos *brodd* proprie dicitur clavus acuminatus, ſoleis equorum tempore hiemali ſuppoſitus, ut certiori pede per glaciem currant. Ab Isl. *brydda*, pungere. Hib. *pruidim.* Deinde etjam *brodd* vocatur herba ſegetis, primum ſeſe e terræ gremio exſerens, utpote quæ cacumina ſua, inſtar clavorum acuminata, humo exſerunt. Marc. *4: 28.* Simili metaphora *ſpik* dicitur primum illud germen, quod e grano prodit. *Kornet ær i ſpik.*

BRODER, frater. Ulph. *brothr.* Precop. *bruder.* Perſ. *berader.* Hibern. *brathair.* C. B. *brawd.* Sclav. *bratr.* A. S. *brother*, *brothor.* Al. *bruoder*, *bruother.* Isl. *brodur*, *brudur.* Angl. *brother.* Germ. *bruder.* Belg. *broeder.* Poſt oſtenſas vocis adeo amplas ditiones, ſuperſedere more noſtro etymo quærendo poſſemus: quum vero videam, Philologos recentiores Wachtero fere ſubſcribere, qui a Celtico *bru*, uterus, hæc omnia derivat, non ſecus ac a δελφύς, uterus, Græce ἀδελφός nominatur, & Latine uterini audiunt ex eadem matre geniti; facere non potui, quin id adferrem.

2. So-

Digitized by Google

II. Socius: unde *ſtallbroder*, contubernalis, a *ſtall*, taberna; unde L. B. ſtallagium i. e. *ſtåndpenningar*, locarium. *æmbetsbroder*, collega, *förbundsbroder*, federatus, *Julebroder*, quocum feſtum Julii transegimus. v. CHRON. RHYTHM. *p. 73.* Id vero ſingulare eſt & catachreſticum, quod is, cui litem intendo, aut verſa vice, vocetur *trætobroder. v.* MATTH. 5: 25. & *delobrodher* eodem ſenſu in JURE UPL. *Kirk. B. c. 19.* An quia fratrum gratia rara?

III. Notat per omnia ſimilem: ÖSTG. L. *Byg. B. c. 6. Sidhan aghu allir attungar iamnir gióras, attunger attungx brodher*, tum omnes partes octonæ pares reddi debent, ita ut octona quælibet alterius quaſi frater ſit.

BRODERSKAP, fraternitas: dicebatur de ſocietatibus, quæ ſolenniori ritu inter amicos inibantur, quarum præcipua erat *foſtbrödralag*, de qua infra ſuo loco. In vetere eccleſia fraternitates ſpirituales inibantur, idque in templis coram ſacerdote, & in rei certiorem confirmationem fedus hoc ſumta cœna dominica conſecrabatur. Nunc epoto fere ſcypho mimica hæc federa panguntur. DU FRESNE, in *Not. ad Alexiad. p.* 274, Reges olim in amicitiæ teſſeram Fraternitates pepigiſſe, obſervat, quod idem inter GUSTAVUM primum & FRANCISCUM, Galliarum Regem obtinuiſſe, memini me apud Hiſtoricos noſtros relatum legere. Immo vero antiqua eſt hæc conſuetudo aliorum benevolentiam captandi, quam obſervaſſe videmus Romanos, qui varios populos fratrum appellatione dignabantur. v. SAVARRO ad SIDONIUM *p.* 436. Sic etiam inter Sueciæ, Daniæ & Norrwegiæ regna olim *broderskap* eſſe cenſebatur. Legat. Suec. Lit. de anno 1483. inter acta HADORPHII, annexa CHRONICO RHYTHM. *p.* 334. *Efter then kärlige bebindelſe och broderskap, ſom wi tilforene ſworit mellen theſſe try rike*, ſecundum amicam illam conjunctionem & fraternitatem, quam jure jurando confirmavimus.

BRÖDRASKIPTE, diviſio inter fratres: uſurpatur de regno inter fratres ita diviſo, ut ſimul ad imperii clavum ſedeant. v. WILDES *Hiſt. Pragm. p.* 117.

BRÖLLING, *brylling*, conſobrini ita vocantur, qui nati ſunt ex duobus fratribus, ut *fysling*, qui ex duabus ſororibus. DAL. L. *p* 9.

BROK, femoralia. BJÖRKÖ R. *c. 3. Hwilckin Maþer, ſum drægbær at knif, oc ſkiär ſundir brok æller brokbælti af andrum*, quicunque cultro ſtricto diſſecuerit femoralia alterius, aut baltheum femoralium, ſive oram ſuperiorem. De vocis origine & familia nonnulla diximus ad v. *Bracka:* nunc addimus tantum, hinc intelligi, quid ſonuerit ſcomma illud, quo ALBERTUS Rex, MARGARETAM Danicam onerabat, eam appellando *Broklöſa Kongen*, i. e. Regem ſine feminalibus.

BROKUG, variegatus, quod plures uno colores habet. Credo, ab initio lucidum, ſplendens ſignificaſſe, ab Al. *brechen*, lucere, *brecht*, lucidus. Non memini, me hanc vocem in lingua vetere offendere. Iſlandi pro eo *miſslitur* uſurpant.

BROMMA, murmurare. Gr. *βρωμεῖν*, *βρέμειν*. Lat. *fremo*. A. S. *bremman*. Gurm. *brummen*.

BROMS, crabro, veſparum genus animalibus infeſtum. A. S. *brimſa*, *brioſa*. Germ. *breme*, *bremſe*. Belg. *brem*. Angl. *brie*, *brieze*. It. *briſſio*. Vulgo deducunt a ſuperiore *bromma*, WACHTERUS autem a *bremen*, pungere: neutrum improbari poteſt, ſed certior tamen eſt prioris uſus.

BROSA, ſubridere. Iſlandis familiare. SYR. *13. broſer uppa þig*, te intuendo ſubridet. Obſolevit hæc vox, etſi majoribus noſtris familiaris, quod conjicere licet ex cognomine Comitis BIRGERI I. BROSE dicti, forte quia ad riſum facilis erat.

BROTT, ruptura, a *bryta*, frangere. C. B. *breg*. Al. *bruch*, *brot*. Hinc *benbrott*, fractura cruris vel oſſis.

II. Violatio, a *bryta*, violare. A. S. *bryce*, unde *æw bryce*, adulterium, *grythbryce*, pacis violatio: perinde ac apud nos *edſöresbrott*, violatio juratæ pacis, *lagabrott*, legis violatio.

III. Peccatum, ab alia vocis *bryta* ſignificatione, qua in genere peccare notat. Hinc *brottmål*, actio criminalis.

IV. Diviſio. DAL. L. *B. B. utan brut oc tomtamal*, extra diviſionem & areæ limites.

V. Mutatio. Ut dum de adoleſcentibus dicitur, *The äro i målbrottet*, id ætatis ſunt, ut ſonum vocis mutent, quod fere fit, ubi ſub pubertatem gravior evadit. Ortum vero hoc eſt non a *bryta*, ſed ab Iſl. *breita*, mutare, variare.

BROTT, foras, antique pro *bort*, quod vide. A deſita hac radice ſuperſtitem habemus phraſin *falla i brott*, morbo regio corripi, quum epileptici animi alienentur, & quaſi extra ſe rapiantur. Ali nominis rationem petunt a *brytas*, *brottas*, luctari, ob graves corporis contorſiones, quibus conflictantur hi miſeri.

BROTTA, concædes arborum. CHRONICON RHYTHM. in deſcriptione ingentis ſtragis.

Tha fulk alt fór honom ſom en brotha
Tum cuncta ante eum cecidere inſtar arborum concædis.

Radix eadem eſt *bryta.*

BROTTAS, luctari. Iſl. *briotaſt*, a *bryta*, *briota*; quod interdum notet exagitare, huc illucque movere, ut ſolent luctantes. LEX GOTHL. *c. 33.* inter vitia bovis aratoris refert *en han briaſtir*; ſi luctetur vel contumax fuerit. ÖSTG. L. *Eds-B. c. 3.* *Nu bryts han widhær hana*; jam ille (ſtuprator) cum virgine luctatur. Hinc *brutsbarn*, infans ex iſtiusmodi compreſſu natus. *Ib. Arfd. B. c. 8. Aſla barn i brutrogh bangæ*, concipere ex violento coitu. De febricitantibus dicitur *froſſan bryter honom*, febris eum exagitat, tremefacit: v. infra p. 286.

BRÔD, panis. Prec. *broe.* Camb. *bara.* A. S. *bread.* Al. *brot*, *prot.* Iſl. *braud.* Angl. *bread.* Belg. *brood.* Germ. *brot.* De primario hoc humani generis nutrimento varia ultro citroque a Philologis diſputata invenimus. A notione comedendi plurimi illud derivant, quo ducit Gr. βρύττειν, edere, & βρωτὸν, quodvis eſculentum, apud HESYCHIUM, βρωτός, cibus; quæque plura habet hujus Etymologiæ patronus WACHTERUS. STADENIUS aliique a frangendo nomen hoc pani inditum credunt, quum Orientalium panes placentarum in modum tenues eſſent, & proinde in fruſta facile diſſilirent. Dubitari de hac etymologia non deberet, ſi teſtatum eſſet, quod nos credere jubet SCHILTERUS, *brot* nempe apud veteres non niſi fragmentum panis denotare, integrum vero *laib* dictum fuiſſe: vide infra in *limpa.* In hoc campo, quum cuilibet divinare æque integrum ſit, conjectura mea aliquando fuit, quum ab initio homines farina ad coquendum magis, quam ad pinſendum uterentur, & PLINIUS *in Hiſt. Nat. L. 18. c. 8.* teſtetur, *primos Romanorum pulte non pane victitaſſe*, quod idem de noſtris majoribus tanto certius eſt, quanto parcior panis in vetuſtioribus monumentis mentio fit, a coquendi potius artificio quam undecunque alias nomen hoc inventum eſſe. Eſt autem in vetere AngloSax. lingua *brædan*, aſſare, frigere, *brædpanne*, ſartago. Weſtrogothi hodieque *breda bröd* dicunt, ceteri, quantum ſcio *b* in *g* commutarunt, dicuntque *grædda bröd*, quod verbum de ſolo panificio uſurpatur.

II. Victus: *Hafwa bröd till döddagar*, habere, unde per omnem vitam ſuſtentetur, *få ett brödſtycke*, officium aliquod nanciſci, unde vivere liceat.

BRÖDÆTARE, familiares, qui in eadem familia ſunt, aut eidem prædio equeſtri ſubſunt. Dicitur alias *wara i ſamma brödlag.* A. S. *hlafæta*, id. HICKESII *Diſſ. Ep. p.* 90. *Gif man ceorles hlafætan ofslæth*, ſi quis plebeji familiarem occiderit. HICKESIUS vertit convictorem. ULPHILAS vocem habet huic reſpondentem *galaibans*, a *laibs*, panis, & *ga*, quod ſocietatem inſinuat. Al. *kaleibon*, ſocius & *gimaza*, a *maz*, cibus. Fenn. *leipeweli*, a *leipæ*, panis, & *weli*, frater. Dixi, illud ULPHILÆ *ga* & Al. *gi*, *ki*, *ka*, ſocietatem inſinuare, cujus rei plura afferre poſſem teſtimonia, ſi id hujus loci eſſet. Pauca hæc in præſentia ſufficiant:

Garazna, vicinus. ULPH. a *razn*, domus.
Gadailans, particeps. ULPH. a *dail*, pars.
Gaſinthia, ſocius itineris Al. a *ſinth*, iter.
Gihenkeon endi gibeddeon Al. ſocii domus vel ſcamni & lecti. HICKES. *Gram. Theot. p.* 102.
Chinamno, cognominis. ISIDORUS *ad* FLORENT. *Edit.* PALTH. *p.* 344.

BRÔLLOP, nuptiæ. A. S. *brydlopta.* Al. *brudlouftis.* Iſl. *breidlauf.* OLOF. S. *c.* 87. & *brulaup.* HEIMS KR. *T. 1. p. 38.* alias frequentius *brudkaup.* Prior vox orta eſt, non a ſaltu, (*lopp*, *laup*,) ut inepte tradit GUDMUNDUS ANDREÆ *Lex. Iſl. p. 37.* quaſi notaret ſponſæ vel etiam virginitatis ſaltum, ſed a *lofwa*, ſpondere, promittere, ſive quia tum ſponſa promittebatur, ſeu potius quia ſponſus tum dotem vel antipherna novæ nuptæ promittebat. Antiquis enim temporibus *bröllop* non tam ipſas nuptias quam ſponſalia, alias *bandfæſte* dicta (v. WESTG. L. *Gipt. B. c. 2.*) denotabant. In lege certe modo citata Weſtrogothica *bröllop* ut a *giptaröl* plane diverſum ponitur. *Mandr. B. c. 7. Ther æru thry öl, ær jam mykit ſkal böta at thrælſum thiægn: äit ær brullöp, annat giptaröl, tridiæ ær arwitöl*, hoc eſt interprete LUNDIO: *Tria ſunt convivia, in quibus delicti æqualis eſt mulcta tam pro ſervis quam pro dominis, unum ſponſalitium, alterum nuptiale, tertium in diviſione hereditatis*; quo facit, quod in inferiori Germania ſponſalia etiamnum *löſt* dicantur, teſte PALTHENIO, in *notis* ad TATIANUM. *p. 368.* In legibus Lon-

Digitized by Google

Longobardicis ſponſalia dicuntur dies votorum, quod arbitror verſionem eſſe noſtri *bröllop* vel Alem. *bruthlouft*, ut vovere idem ſæpe ſonat, ac promittere, *Lib. 2: Tit. 4: l. 3. Nulli ſit licentia conjugi ſuæ de rebus ſuis dare amplius per qualecunque ingenium, niſi quod ei in die votorum in methio & morgongab dederit.* v. SPELM. in *Dies votor.* De promittendâ vero ſub ſponſalibus dote ita ſæpius laudatæ LEGES WESTROGOTHICÆ, *Gipt. B. c. 2. Bondeſon wil ſær kono bidja: hanſkal handſæſtnædær ſtämmu leggæ: a henni ſkal til fæ ſigbiä, næmnä jord, æn til ær, och alt thet giwä will*, hoc eſt: ſi agricolæ filius uxorem ſibi petere velit, ad deſponſationem convocari curabit: ſponſæ promittet pecuniam, vel bona ſoli, ſi ſuppetant, & omne, quod ei donare vult. De altera voce *brudkaup* ſtatim plura ſumus dicturi ad vocem *brud.*

BRÖST, pectus, Ulph. *bruſts.* LUC. 18: 13. A. S: *breoſt.* Iſl. *brioſt.* Al. *bruſt, pruſt.* Belg. *borſt.* Angl. *breſt.* Non infeliciter JUNIUS hæc omnia derivat a Gr. *πρόσθιος*, anterior, prout *πρόσθια τραύματα* dicuntur adverſa vulnera. ECCARDUS vero, & ſecundum illum WACHTERUS, *bruſt* a *berſten*, rumpi, deducit, *quum coſtæ in pectore, quaſi fractæ eſſent, coëant* Ego horum virorum induſtriam laudo, ſed ita tamen, ut præfidentiam quandam præ ſe ferre mihi videatur, qui monoſyllaborum vocumque radicalium Mœſogothicarum, atque adeo ex ipſo forte Scythiſmo depromtarum origines in hac tanta illius linguæ ignorantia indagare auſit.

BRÖSTARFWINGE dicuntur heredes deſcendentis lineæ. In gradibus affinitatis conſanguinitatisque explicandis figuris nunc arborum nunc corporis humani utebantur veteres Canoniſtæ. Et ex his poſterioribus eſt, quod *bröſtarf* a pectore, *bakarf* a dorſo, *ſidoarf* a latere dicatur, quibus adde illa, quæ infra ad vocem *nagelſara* afferentur.

BRÖSTWAERN, propugnaculum, a cuſtodiendo pectore. Itali *parapetto* eodem ſenſu dicunt, & Galli *parapet.*

BRÖSTLAPP, thorax. Neſcio, utrum a *lapp*, ſegmentum, an a Germ. *bruſtlatz*, de quo conſule vocis dominos.

BRÖSTA SIG, ſuperbire: proprie pectus exſerere, ut ſolent ſuperbientes. Germ. *ſich bruſten.*

BRUD, ſponſa. Apud Suiones nomen eſt, quod virgini die nuptiarum datur, & cui in noſtro ſexu reſpondet *brudgumme*, de quo mox. Conſenſum Ling. Mœſogoth. teſtatur *bruthfaths*, ſponſus: dum vero in ea *bruths* ſolitarium occurrit, uti MATTH. 10: 35. nurum vel filii uxorem notat, Gallis hodieque *bru* appellatam. Nec ceteris dialectis Gothicis vox illa peregrina fuit, ceu fidem faciunt A. S. *bryd.* Al. *prut.* Iſl. *brud.* Belg. *bruyd.* Germ. *braut.* Angl. *bride.* De origine vocis mira inter eruditos varietas eſt, & quidni eſſet, quando etymon illius vocis quærunt, de cujus primaria ſignificatione nondum conſtat? Scilicet utut noſtro ævo ſatis conſtante uſu ſponſam vel neonympham notet, videmus tamen, veteres Linguas huc, illuc divertere. Mœſogothica, ut audivimus, filii uxorem *bruths* appellat, neſcio an imitatione Latiniſmi, in quo nurus pro femina quacunque ponitur. In Lingua Cambro Aremonica *priod* conjugem notat, & præterea id, quod alicui proprium eſt, (v. RICHARDI *Theſ. L. Britannicæ*) *priodas* nuptias, *priodwr* vel *priodaſab* ſponſum, ſed *priawd* viduam. In veteri Lingua Islandica *brudur* nomen eſt quod *ὑποκοριστικῶς* cuilibet feminæ additur, ut Nympha apud Latinos. Ita in NORNA GESTURS S. *p.* 20, BRYNHILDA GYGAM Oreaden alloquitur:

Bregtu mer ei
Brudur or ſteini
þot wera ek
Fyrri i wikingu

Opprobrio ne me laceſſas
Femina de rupe,
Quamvis fuerim
Antea in piratica.

cfr. WORMII *Lex. Runicum*, *p.* 20. Sic in Lingua *A. S. bryda* ponitur pro femina quacunque, ut dum SARA apud CÆDMONEM appellatur *bryd Abrahames*, uxor ABRAHAMI. v. JUNII *Etymol. in v. bride.* Et hanc primam fuiſſe vocis poteſtatem, ego in animum facile induxero, quum illa ſit, ad quam ceteræ facillime reduci queant, immo illius quoque veſtigia haud obſcura in Linguis vetuſtiſſimis reperiantur. Huc refero illud HESYCHII *βρυδαλίκα*, quod ab eo exponitur *πρόσωπον γυναικεῖον*, perſona muliebris. De HESYCHIO vero id obſervari velim, in ſuum Onomaſticum eum congeſſiſſe, quicquid ubique vocum tam in Hellade ipſa, quam ipſius vicinia uſurpatum invenerat, adeoque multa GræcoSchyti-

ca immiſcuiſſe, ut aliquando, ſi per otium licuerit, operoſius demonſtrabo. Hujus generis eſt præſens *βρυδαλικα* a *brud*, femina, & *lika*, imago, (*v.* VEREL. *Ind.*) ULPH. *mannaleik*, imago viri, quocum conferri poterit Gr. *ἀνδρείκελος*, imago, ſtatua, quod apud Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores non raro occurrit. v. KUSTERUS, ad HESYCHIUM, in v. His ita poſitis, facile conſtiterit, quid pretii ego ponam WACHTERIANIS etymologiis, deductis vel a *betrawen*, deſponſare, vel a *beraten*, connubio jungere, vel tandem a *berden*, ornare. Scilicet omnia hæc una litura obeo, utpote quæ partim nimium abludunt, partim recentia ſunt, & illa hypotheſi inſuper nituntur, quod ab ultima origine *brud* ſponſam deſignaverit. Ejusdem pæne cenſus eſt JUNIANUM illud *bruyen*, quod apud Belgas nuptum vocabulum eſſe docet, & a quo non differt Gr. *βρύειν*, ut documento eſt *ἔμβρυον*, fetus. Qui exoticas origines quærunt amantque, nobis offerunt vel *πάρθενος* (v. CASAUB. *de L. Angl. S. p. 316.*) vel *πρόϊτη*, dimiſſa, nempe a patria poteſtate, a *προΐημι*, dimitto, ut HELVIGIUS, vel *πρίαμαι*, emo, idque ex ratione, quam infra in v. *brudkaup* dabo. (cfr. JUNIUS in *Etym.*) vel denique Ebræa חברת, ſocia aut ברית, fedus, ut GUDM. ANDR. *p. 37.* quæque alia recenſere piget.

BRUDGUMME, ſponſus. A. S. *brydguma.* Al. *brutigomo.* Iſl. *brudgume.* Ang. *bridegroom.* Germ. *breutigam.* De priori vocis parte nemo dubitaverit, poſterior eos exercuit, qui Linguarum veterum callentiores non fuere. CASAUBONUS vocem totam Græcam eſſe docet, videlicet *παρθενογάμος*. HELVIGIUS in ſubſidium vocat *γαμβρεύειν*, connubio jungere. Sed non opus eſt, ut peregre quæramus, quod ante pedes eſt. *Gumme* enim in vetere L. Gothica & Iſlandica virum notat, ut ulterius monſtrabimus ad vocem *gumma.* ULPH. *gumei.* A. S. *guma.* Al. *gomo, goman:* niſi cui viſum fuerit, in conſilium vocare C. B. *cymmar*, compar, conjux, ſodalis, a quo alienum non eſt Armor. *chom*, ſimul morari. *v.* LYE *Addit. ad* JUNII *Etym. in v. chum.*

BRUDKAUP, nuptiæ. EIGILS S. *p.* 59. *Hun kuad þeir mundu þar dveljas til brudkaupſins*, dixit, eos manere debere usque ad diem nuptiarum. Manifeſtam compoſitionem videmus a *brud* & *kaupa*, emere, idque ex vetuſto illo Borealium ritu, quem TACITUS *de moribus Germanorum* tangit, quod nempe mariti uxoribus dotem obtulerint, immo eas parata pecunia emerint, qui mos hodieque inter Lappones obtinet. Apud majores noſtros non unæ impenſæ viro matrimonium inituro faciendæ erant. Nam 1. Sponſæ arrha ſponſalitia danda erat, *fæſtninga fæ* & *tillgiæf* dicta. 2. Parentibus vel propinquis certa quædam ſumma pecuniæ appendenda erat, quæ *wingiæf* appellabatur, illaque arbitrio cujusque relicta, ita tamen ut ſumma lege definita fuerit trium marcarum argenti, numeranda quamprimum ambo conjuges in eundem torum convenerant. 3. Donum matutinum, in Legibus Longobardicis *morgingeba* dictum, quod tanquam pretium delibatæ virginitatis poſtridie nuptiarum dabatur. Non eſt hujus loci, docere, quam late patuerit illa conſuetudo, ſponſas a parentibus emendi. Tangit eam SAXO GRAMMATICUS, docetque, olim virgines plus offerentibus venditas fuiſſe. Apud Ebræos idem obtinuiſſe docent, præter JACOBI ſeptenne miniſterium, multa alia. *v.* GEN. 34: 12. EXOD. 22: 16. HOMERI virgines *ἀλφεσιβοίας* nil aliud fuiſſe, quam virgines, quæ elocandæ multis bobus emerentur, jam dudum annotarunt eruditi. Notabilis eſt locus PAUSANIÆ, in *Attic. L. I. p. m.* 27. *Ἐσιδηροφορεῦντο τε γὰρ οἱ ἕλληνες καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ' ἀλλήλων*, arma geſtabant Græci, & uxores emebant inter ſe. cfr. ARIST. *L. II. Polit.* ubi hanc legem ruditatis arguit. Inter modos, quibus Romani matrimonium inibant, fuit etiam coëmtio, quæ & conventio in manum dicebatur. Poſtquam obſolevit mos iſte uxores parata pecunia & juſto pretio emendi, manſit tamen emtionis ſymbolum in primis apud Francos, qui, virgines ambientes, ſolidum cum denario neceſſariis offerebant. Adducam teſtimonii loco verba WACHTERI, *in Gloſſ. ſub v. reiſ. Apud Francos*, inquit, *omnis uxor emebatur, non juſto pretio ut mancipia, ſed ſacro denario, tanquam arrha & vinculo futuri matrimonii, puella, non plebeja tantum, ſed etiam regia* ſolido & denario, *vidua* tribus ſolidis & denario. *De pretio quidem puellæ Lex Salica nihil ſtatuit, ſed de pretio viduæ tantum. Conſtat tamen aliunde conſuetudinis hujus vigor.* MARCULPHUS *formula* 65. *Igitur dum taliter parentibus noſtris utriusque partis complacuit atque convenit, ut ego te ſolido & denario, ſecundum legem Salicam ſponſare debeam, quod ita & fecit.* FREDEGARIUS *de nuptiis* CHLODOVEI & CHROTECHILDIS *c.* 18. *Legati offerentes ſolidum & denarium, ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodovei ſponſant.* Videri poſ-

Digitized by Google

poſſunt plura apud Du Fresne in *Gloſſ.* ſub v. *pretium nuptiale*, & Spelmannum in *Doarium.*

Brudgofva, donum Sponſæ die nuptiarum a convivis dandum. v. St. L. *Gipt. B. c.* 9. ubi prohibetur, ne quis convivarum, *diſkamet* dictorum, plus duabus oris conferat. Diverſa ab hoc erant edulia, quæ ad inſtruendas epulas ab iisdem afferebantur, quibusque modum poſitum videre licet in Jure Gothl. Germ. *p.* 75. *c.* 14.

Brudman, paranymphus. Ostg. L. *Gipt. B. c.* 3. *Nu hawa brudman wid brud takit*, ſi paranymphi Sponſam deducendam acceperint. In Jure Gothl. Svecano dicuntur *bryttuga*, *c.* 24. & in Germanico *bryttegben*, *p.* 74. a *toga*, ducere, unde *leidtoge*, dux itineris, *hertog*, dux exercitus. In Lege Salica, Tit. 14. §. 10. vocatur *druthe*, quod facile ſuſpicaberis irrepſiſſe pro *bruthe* vel *brutteg.* Verba Legis hujus hæc ſunt: *Si quis puellam ſponſatam, druthe ducente ad maritum, eam in via aſſalierit*, *&c.* Solet alias *druthe* verti fidelis, quæ ceteroquin vocis *drut* ſignificatio eſt, ſed harmonia Gothicæ L. & ſubſequens vox *ducente* noſtræ conjecturæ videntur favere.

Brudframma, pronuba. Upl. L. *Arfd. B. c.* 2. *Tha ſankær han brudhmannom ok brudframme ſinne*, tum congregat paranymphos & pronubam. Cum hujus officium conſtet in ſponſa ornanda comendaque, nomen accepiſſe, creditur a *frame*, Iſl. decus, ornamentum, unde Germ. *anfremmen*, quod eſt præparare, &, auctore Wachtero, dicitur de cibo, veſtitu aliisque id genus. A. S. *freman*, rebus formam addere. v Junii *Etymol.* in v. *frame.* Dicitur alias *brudſæta*, quia ejus locus ad menſam ſponſæ eſt proximus, ut *Drotſæt* eſt, qui regi aſſidet.

Brudsaeng, thalamus genialis. A. S. *brydbed.* Al. *prutpetti*: in Leg. Gothl. Germ. *p.* 13. *brudbædde*, a quo diverſus erat alius magnificentior, *drambedde* appellatus. v. ib.

BRUKA, uſurpare. A. S. *brucan*, frui, digerere, prodeſſe, *broce* uſus. Belg. *bruichen*, uſurpare. Germ. *brauchen* id. Wachterus hoc a *bruk*, opus, uſus, deducit, idque a Græco ἔργον, quod tamen nimium videtur longe petitum. Mihi in mentem venit, *ka* finale frequentativum eſſe, ut in quamplurimis aliis, reſiduum vero multum non abludere a Latino *fruor*, pro illa neceſſitudine, quæ eſt inter literas *b* & *f* cujus exempla alias damus.

2. Exercere, quod nihil aliud deſignat, quam crebram uſurpationem. Sic dicimus *bruka åker*, exercere terram; *väl brukad åker*, terra bene culta, *bruka ler*, ſubigere argillam.

3. Solere: *Han brukar ſå*, ita ſolet.

Bruk pro trina hac ſignificatione notat uſurpationem, exercitium & conſuetudinem. Hinc *jordbruk*, cultura terræ, aratio: *komma utur bruk*, in deſuetudinem venire. An *bruk* pro officina ferraria huc ſit referendum, ſunt qui dubitent, credantque, Germanos, utpote primos artifices, hunc terminum invexiſſe, atque adeo *bruch* ab iis dictum fuiſſe locum, ubi effodiuntur metalla, a *brechen*, effringere, Sueth. *bryta*, ut alias dicimus *bryta malm*, effodere metalla. Sed obſervo, *bruk* dictum fuiſſe quodvis opus in domeſticos uſus præparatum, uti annotat Joannes Bjelke, in *Explic. Term. Juridic. Legis Norrw. Brug*, inquit, *forſtaais i Norge om allehaand ſedvanlig Handtering & hinc Saugebrug*, *Quernebrug*, *Fiſkeriesbrug &c. Brug* in Norrvegia dicitur de re qualibet œconomica, & victui inſerviente; de molis; machina ſecandis tabulis adaptata, piſcatura, &c.

Brukelig, utibilis. Hinc *brukelig pant*, pignus, cujus uſus eſſe poteſt, aut, quemadmodum ICTI loquuntur, utibile. Chron. Rhythm. *p.* 358.

Han bad Öland för en brukelig pant.

Petiit Ölandiam pignori utibili.

v. Joh. Bjelkii *Explic. term. Jurid. l. c.*

BRUN, fuſcus, A. S. & Al. *brun.* Iſl. *brunn* & *brurn.* Belg. *bruin.* Gall. *brun.* Ital. *bruno.* Germ. *braun.* L. B. *brunus.* Non arbitror, opus eſſe Græca origine a πυῤῥὸς, rubeus: adſtipulor potius Gudmundo Andreæ, qui *brun* derivat a *brinna*, ardere, ut ſolent ambuſta hunc colorem præferre.

Brun, diluculum. Heims Kr. *T.* 2. *p.* 125. *Brun lyſningarinnar*, ipſo diluculo. cfr. Gall. *la brune.*

BRUNN, vel *brund*, puteus. ant. *brunder.* Upl. L. *Manh. B. c.* 6. *Ær brunder i garde*, ſi puteus in area ædium fuerit. Ulph. *brunna.* Marc. 5: 29. *brunna blothis*, fons ſanguinis. Precop. id. Al. *prunno*, latex. A. S. *born*, *bruna*, *burna.* Angl. *bourn.* Germ. *born & brun.* Sunt qui ab Ebræo *bor*, fons, derivent, alii a Græco βρύω, ſcaturio; quum vero in vetuſtiſſimis dialectis non tam puteum, quam potius fontem, ſcaturiginem deſignet, ſuſpicari ſubiit, *brunn* a *rinna* dictum eſſe, præmiſſo *b* more Gothico. Certe, quod apud Ulphilam citato loco *brunna blothis* dicitur, *v.* 25 ejusdem capitis *runa blothis* exprimitur. Quicquid ſit, Edvardo Lye omnium minime aſſentimur, qui *brunn* derivat ab Iſl. *brynna*, adaquare: hoc enim perinde eſt, ac ſi aquam derives ab aquare.

Digitized by Google

BRUNST, ardor, uſurpatur de fervore animalium, ut cervorum in venerem ruentium. v. in *brinna*.

BRUSA, ſonare, murmurare. De aquis cum impetu ruentibus aut fluctibus maris. Germ. *brauſen*. Belg. *bruiſen* Gall. *bruire*. Literæ vocis rei ſonum ſatis imitantur. Ceterum multis affine creditur Gr. *βρίζω*, cum impetu feror.

BRUSK, cartilago, ant. *bryſke*. Hiſt. Olav. S. p. 2.

Alla döde ſkulle brännas,
At ej been eller bryſke ſkulle kännas.
Omnes mortui cremarentur,
Ne cujus oſſa vel cartilagines agnoſcerentur.

Iſl. *brioſk*, quod habet Gudmundus Andreæ & Verelius. Radix eſt *breiſk*, fragilis. Matth. 26. *Anden er reidebuen, en holldit er breiſkt*, ſpiritus eſt promtus, ſed caro fragilis.

BRY, vexare, turbare, ant. *bryda*: Sax. *bryden*. Idiot. Hamb. Loccenius in *Lex. Juris p. m. 33.* præeunte Gudm. Andr. nec non Spegelius in *Gloſſ. Sviog.* *bry* vel *bryda* deducunt a veteri *brigda*, litigare, de quo ſuo loco. Sed dum ego inveni, in L. Cambrica *pryder* denotare curam, cumque illo contuli Al. *brutten*, turbare, unde *irbrutten*, perturbare, *bruti*, perturbatio, videbar mihi, veram originem vocis præſentis inveniſſe, atque adeo animadvertiſſe, primam illius ſignificationem eſſe, moleſtam curam alicui exhibere, turbare aliquem exhibendis moleſtiis. Hinc ubi dicimus: *han bryr ſig ej therom*, idem eſt, ac ſi diceres, eum ſuam animi quietem hac re non turbare.

Bryderi, moleſtia.

Brylla, perturbare: frequent. verbi *bryda*. Arm. *brella*. Angl. *broil*. Gall. *brouiller*. It. *imbrogliare*. *Förbrylla*, idem. cfr. Menagii *Origg.* in *v. brouiller*, & in *breuil*. Frequentativum eſſe dixi ſimplicis *bryda*; in eundem modum ac a *ſkrida*, deorſum ferri, eſt *ſkrilla*, a *kræka*, repere, *krælla*.

BRYGGA, pons, ponticulus. Proprie enim eſt diminutio primitivi *bro*, ut ſupra obſervavi. Ceterum plurimæ dialecti filiam matris loco ſubſtituerunt. A. S. *brigge*, *brycge*. Belg. *brug*. Angl. *bridge*. Germ. *brucke*. Argutantur de vocis origine non pauca Helvigius, Skinnerus & Casaubonus, ſed quæ ſilentio meliora mihi non videntur. Stadenius *in Explic. Voc. Bibl. p. 148.* *brygga* a *berg*, mons, deducit, &, ne fruſtra id dixiſſe videatur, rationem addit, *weil man durch deren hülfe ſicher über das waſſer, als über ein berg kommen kan*, quoniam eorum ope ſecuri aquas, perinde ac montes, trajicere licet. Diceres, etymologos pignore depoſito oſtendere velle, nullum eſſe vocabulum, cujus originem ignorent, & hinc nihil tam abſurdum eſſe, quod urgente neceſſitate arripi non poſſit.

BRYGGA, coquere cereviſiam. Cambr. *bervi*, coquere. A. S. *briwan*, coquere cereviſiam. Angl. *brew*. Germ. *brauen*. Belg. *brouwen*, cui, ex obſervatione Wachteri, cognata ſunt A. S. *briw*, juſculum, puls, & *gebrowan*, coctum. Ab idea comminuendi tam hoc noſtrum *brygga* & A. S. *briwan*, quam ſuperius illud *briw* facta eſſe, in animum facile inducere poſſumus, quum nemo ignoret, antequam cereviſia coquatur, polentam comminui: ut adeo ex radice Cambrica *briwo*, diſſcindere, quam affert Junius in *notis* ad Willeramum. *p. 235.* facile oriri potuerint tam *brygga*, quam Alem. *bryg*, polenta, quod habet Schilterus, *p. 137.* C. B. *brag*, id. v. Rays *Collection of English words*, *brewan*, molendinum. *Gloſſ.* Boxhornii, Germ. *brey*, pulmentum. L. B. *brodium* Belg. *brœde*, *brœye*, id. & forte plura. Ceterum Leibnitii conjectura eſt in *Addit.* ad Ottii *Franco Galliam p. 6.* *brygga* originem ſuam habere a Gallico farre *brace* vel *brance*, cujus meminit Plinius, Hiſt. N. *Lib. 18. Galliæ quoque ſuum genus farris dedere, quod illic* bracem *vocant, apud nos ſandalum, nitidiſſimi grani. Et alia differentia eſt, quod fere quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud.* Confirmat hanc opinionem, quod qui recentiori ævo ſcripſere, frumentum ex hoc farris genere ad coquendam cereviſiam præparatum *bracem* dixerint, unde Gall. *braſſer*. L. B. *braxare*, & ex molliori literæ *c* pronunciatione C. B. *brag*. Al. *brug*, polenta. Apud Anglos Boreales *bragget* eſt potionis genus præparatum ex melle & aromatibus &c. *Brygga bröllop*, Dal. L. *Gipt. B. ſ. 2.* notat inſtruere, adornare nuptias: quum cereviſia in veterum conviviis utramque paginam fecerit, & hinc ab *öl*, cereviſia, appellata fuerint *fäſtningaröl*, *grafől*, *arfől &c.*

BRYN, vertex montis, præcipitium. *å-bryn*, margo amnis. Armorici *bron*, collem

Digitized by Google

collem appellant, Græci πρηών, πρών e-minentiam quamlibet. Cum quibus conferri poterit Iſl. *bruna*, ſeſe tollere in altum, efferre. JOB. 13. *þa ner ed han brunar þar fram*, quum ſeſe elevaverit. LUTH. *wenn er ſich wird überwor thun.* Meo itaque judicio *bryn* notat id, quod ceteris ſuperſtat, aut præ aliis eminet.

II. Superficies, aut id, quod in re quavis ſummum eſt: ſic *vattubryn* dicimus ſummam aquam vel ſuperficiem ejus, *jordbryne* terræ ſuperficiem, Iſl. *brun*, extremitas rei. RUNOLPH. JONÆ *Gram. Iſl.*

III. De oculis uſurpatum notat colliculum eum, qui ſupra oculos eminet, ſupercilium. Iſlandi ſimpliciter *brun* dicunt, unde *brunſidur*, qui ſupercilia demittit, ut ſolent irati, *brunſkarpur*, ſuperciliosus, nec non *brham*, *augnabraam*. Prov. 30. *Sem haat uplypter ſinum augnabraam*: quum alte elevat ſupercilium: conf. *bråm*, *bram*, margo, extremitas rei. Germ. *augbraunen*. Angl. *eye-brow*, extrita ultima litera. Al. *braane*. Notatu forte non indignum eſt, apud Latinos ſupercilium tam de frontis ſupra oculos eminentia, quam de vertice montis uſurpari. v. VICTORINI *Variæ Lect. L. 22. c. 14.* & GODELEVIUS *ad* LIV. *Lib. 27: c. 18.* WACHTERUS multa adfert ad noſtræ vocis explicationem, ſed illa adeo ſubtilia adeoque operoſa, ut illorum quid heic afferre, pigeat. Coronidis tantum loco addam, quod ſi quando *ógonbryn* pro palpebris uſurpetur, id Lingvæ ſuæ incurioſis ſit aſſignandum.

BRYNA, acuere, unde *brynſten*, cos. Si quid video, proprie polire notat, uti colligo ex affinibus linguis. Belg. *bruyniren*, Gall. *brunir*. unde *brunir le fer*, ferrum polire. It. *brunire*, *burnire*, Hiſp. *brunnir*. Angl. *burniſh*. Orta vero hæc omnia ſunt a *brun*, fuſcus, ut *bryna* ſit colorem fuſcum inducere, termino tum forte orto, quum arma & corporis tegumenta non ex ferro, ſed ære, utpote metallo frequentiore, confecta erant; v. infra in v. *jårn*.

BRYNJA, corporis tegimen æreum: ita a colore fuſco dictum, prout jam olim GUDMUNDO ANDREÆ obſervatum. Ceterum, quoniam *brynja* ut plurimum de thorace uſurpatur, magno conſenſu eruditi vocis etymon quæſivere in Camb. B. *bron*, pectus, unde *bronnidor* & *brondfoll*, thorax. A. S. *byrn*, *byrna*. Al. *brunia*, *bringe*, *prune*, *bryne*, *brinne*. v. SCHILTERI *Gloſſ. p. 137.* quæ ſynonoma modo laudatam etymologiam juvant, quum manifeſtum ſit, *bringa*, quod hic pro thorace ponitur, Gothice pectus notare, ut ſuo loco obſervatum eſt. Ceterum, quod me imprimis, ut ad alteram ſententiam inclinem, permovet, eſt, quod videam, *brynja* tanquam nomen genericum de qualibet armatura uſurpari: Ita *brynjuboſór* in JURE AUL. NORRV. c. 24. notat ocreas. *brynstuku* manicas loricæ. *brynkolla* caſſidem. VEREL. *Index. brynglof*, chirothecas. JUS AUL. NORRV. *l. c. brynhatt*, galeam v. RHENHJELM ad *Hiſt.* THORST. WIKINGSONII *p. m. 90.* Nomen verbale *brynja* ſignificat æneo vel ferreo tegumento corpus inducere: In *Hiſtoia* KNYTLINGICA *vel brynjader och vel jarnader p. 226.* junctim ponuntur, quaſi diceres bene æratum beneque ferratum, illud quippe corporis tegumenta ærea reſpicit, hoc gladios armaque. Huc etiam facit, quod in *Gula Things L. Landv. B.* ubi ſancitur, quot arma miles quisque habere deberet, inter alia nominetur *ſkiold raudan*, ſcutum rubrum, quod alias a colore fuſco *brynja* audit. Ex his, quæ breviter dicta ſunt, videmus, unde factum fuerit, ut *brynja* modo pro thorace, modo pro galea in Antiquorum monumentis accipiatur. Utrique enim æque competit, licet, denominatione a potiori facta, præcipue de lorica intelligatur. Ex hoc noſtro Latino Barbari *brunea*, *brunia* fecere, veteresque Galli *brunie*, *brugne*, quæ COTGRAVE explicat *a faſhion of brigandine uſed in old time.*

BRYTA, frangere. Iſl. *briota*. Conſenſus dialectorum veterum videri poterit in allatis ad vocem *bræcka*, quæ ab hac noſtra nil niſi pronuntiatione differt, ut ſolet *c* & *k* cum *t* ſæpe permutari, uti alias oſtendimus. Sic a verruca fecimus *vårta*, a πλέκω *fläta*, a nuces *nötter* & plura alia. Ceterum jam inde ab antiquiſſimo ævo hæc duo diverſas videntur conſtituiſſe familias, unde in L. AngloSax. *brittan*, conterere, *brytan*, *bryttan*, frangere. Angl. *brittle*, fragilis. Al. *brothe*, fragilitas, *bruzzit*, id. cum quibus JUNIUS in *Obſerv.* ad WILLERAMUM *c. 105.* conferendum jubet HESYCHII βρυττάι, id eſt ψήγματα,

quæ

quæ Mœſogothica dialecto dicuntur *gabruko*, a *brikan*, frangere. v. Marc. 8: 8. Dicitur autem *bryta*, quum, quæ integra ſunt, ſcinduntur, idque ſenſu tam proprio, ut *bryta ſönder*, in fruſta rumpere, quam metaphorico, de quo mox.

II. Dividere, ut dum in Legibus Patriis *bryta åker* eſt agrum in partes dividere. Huc forte addere potero, quod apud Iſlandos *bryta up* idem ſæpe eſt, ac promere. Hist. Olavi Tryggv. *P. 1. Edit. Skalh. p. 102. Bryter han nu up gerſemar ſinar*, promit jam cimelia ſua: ib. *p. 124. briota þer up vapn ſin*, proferunt arma ſua.

III. Violare, A. S. *gritbbryce*, violatio pacis, & apud nos ſolenne eſt, appellare violationem mandati Regii *förbudsbrott*. *Bryta emot en* eſt offendere aliquem. Upl. L. *Kirk. B. c. 20. Nu bryter klærker wider lækman*, ſi clericus violaverit laicum.

IV. Irritum reddere. *Bryta ſkrock ok offokn* in Lege communi dicitur, quum Rex ſua auctoritate inique judicata aut exacta irrita reddit. *Bryta dom*, quando ſententia judicis a ſuperiori magiſtratu corrigitur.

BRYTA, evellere. *Bryta upp ſten utur åkren*, evellere lapides ex agro, eruderare agrum. *Bryta malm*, metallum e fodinis effodere. Ex hoc dein *braut*, via, *bråte*, ſarmentorum aut arborum radicitus evulſarum congeries, de quibus ſupra. Origo vocis mihi petenda videtur ab Iſl. *bryta*, cui *b* more nobis familiariſſimo præponitur. Hrolf Krakes S. *p. 19. Hrytur þa i burtu ſuefn þornin*, evellit tum ſpinam ſoporiferam.

BRYTA, luctari: Skåne L. *p. m. 37. Falla bi ofna annars manz bi, oc bryta them til dödæ*, ſi apes in alterius apes involvaverint, easque internecioni dederint. Occurrit hoc ſenſu ſæpiſſime in Hiſtoriis Islandicis. *Hiſt.* Hjalmt. *p. 9. Thui their brytia nidur blamenn ok berſerki*, namque debellant Gigantes & Berſerkos. Sturlögers. S. *p. 6. Brutu under ſik rænsmænn og illwirkia*, debellarunt latrones & maleficos. Habemus hinc *brottas*, luctari, de quo nuper, nec non *bryta ut ſig*, quod eſt, alium verbis factisque inceſſere. Credidero, idem huic voci accidiſſe, quod priori, *b* nempe eidem euphoniæ gratia præpoſitum eſſe: *Rid* enim luctam, certamen denotat; nec non procellam frigidam. *Hiſt.* Hialmt. *p. 24. Gjordi þa froſt mikit med kulda och bryd*, ortum eſt frigus acre, cum gelu & rigore. Annoto hoc, ut forte illuſtret illam verbi *bryta* ſignificationem, quæ de febricitantibus uſurpari ſolet, quum dicitur *froſſan bryter*, febris horrorem membris incutit, *hafva brytningar* frigore febrili concuti. v. ſupra in *brottas*.

BRYTTIE vel BRYTI, diſpenſator, procurator peni. Dicimus hoc ex auctoritate Verelii Loccenique, qui ortam vocem credunt a præcedente *bryta*, quum *Bryti* credatur fuiſſe, qui familiaribus & ſervis ſua demenſa diſpenſarit, & ex penu depromta in minutas partes diviſerit. A. S. *brytta*, idem. v. Junii *Etymol.* in v. *broker*: qui idem vir eruditiſſimus obſervat, AngloSaxonicum *brytta* ab Alfredo Rege exponi diſpenſare, unde *foderbryta*, pabulator, *vinbryta*. qui alias *tæppere*, caupo, velut qui vina petentibus diſtribuit, *goldes bryta* poëtice auri diſtributor, hoc eſt munificus: Benson. Et video quoque, apud Islandos *bryta* ſæpe idem eſſe ac promere, dividere, uti dum in *Hiſtoria* Olavi Tryggv. *Ed. Skalh. P. I. p. 124. briota up vapn*, eſt promere in arcis recondita arma. cfr. *p. 124.* Fieri tamen poteſt, ut olim honoratius hoc vocabulum fuerit, ipſumque herum denotaverit: Conjecturæ huic locum facit A. S. *brytta*, dominus, de quo Benson *in v.* & *bryttian*, poſſidere ut dominus, libere uti, quod habet Hickesius in *Grammat. AngloSaxonica. p. 109.* quem vide. Uti vero officiorum nominibus titulisque nil eſt inconſtantius, ita ad infimam, ſed liberam tamen, hominum conditionem hic cernitur amandatus. v. *Statutum* Alberti R. *de Anno 1375. ad finem Leg. Birc. p. 28. All frælz bion, ſom Riddarom oc Svenom oc Frælſe tilböra, ſom æra Brytia och Landbo:* Omnes ingenui, qui ſunt in poteſtate equitum, armigerorum & Nobilium, utpote *Bryttia & Landbo.* Westg. L. *Arfd. B. c. 16. Far bryti ſiri bo mans, han ær miſkunnar madhur bonde*: id eſt ex verſione Lundiana: Villicus bona ſibi commiſſa diſperdens, patri familias obnoxius eſto. Ceterum, quantum ex tabulis Legum antiquarum comperire licuit, *bryti* apud nos olim non tam villicum

Digitized by Google

villicum ſignificabat, quam potius ejuſmodi colonum, qui pro colendi agri labore certam, ut plurimum dimidiam, redituum partem accepit. Juris Conſulti Latini Politorem dixere. Sic intelligo verba LEGIS SCAN. *Lib. 15. c. 4. Sæctir bondæn brytiä, thagbær ſkiftæ ſkal, at ban bauir lónt nokat i ſkifte tberre, ſæli bryte bondanum tyltar ed, at ban bauir ækki wætte lônt, thet ban war ſkyldær at ſkiftæ widær ban*, ſi accuſet Ruſticus politorem ſuum cujuspiam rei per fraudem occultatæ ſub inſtituenda diviſione, adhibeat hic duodecim juratores, qui teſtentur, eum nihil eorum celaſſe, quæ dividenda erant. His adde ÖSTG. L. *Drap. B. c. 14. §. 5.* ubi *bryti* & *bolagsman* tanquam inter ſe diverſi quidem, ſed ejusdem tamen ordinis homines junctim ponuntur: Verbo, *bonde* erat propriæ villæ cultor, *bolagsman*, qui in ſocietate coloni erat, æquo jure arvum posſidens, hodie *gårdsbo*, *bryti*, politor, alias *bælſtanbrukare* dictus, *landbo*, qui alterius villam pro certo pendendo cenſu coluit.

KUNGSBRYTI, qui villam regiam incolit. ÖSTG. L. *l. c.* ubi etiam nominantur *Biſkupsbryti*, *Lagmansbryti*, *Bondabryti*: qui Epiſcoporum, Legiferorum Bondonumve coloni erant.

BUBLA, tumor inanis aquæ efferveſcentis, aut cum impetu deciduæ. Latini bullam dicunt, cognata ſine dubio voce. Quod vero *b* illud, quod nos inſertum habemus, otioſum non ſit, indicio eſſe mihi videntur affinia alia veterum linguarum. Græci enim *βεβὼν* vocant tumorem, & Latini *papula* veſicas vel tubercula in cute ſurgentia, quæ forma a bullis non differunt.

BUCKEL, *buckla*, fibula. Unde *örbuckla*, inauris. C. B. *bicclu*. Gall. *boucle*. Angl. *buckle*. Belg. *boeckel*. L. B. *buccula* notat umbonem vel partem clypei eminentiorem. Germ. *buckel*, idem, & præterea quicquid convexum eſt, ut gibbus hominum. C. B. *bwccl*, puſtula. WACHTERUS diminutivum eſſe credit a *backe*, collis.

BUCKLARE, parma, pelta. In JURE AULICO NORRWEGICO *p. 244. edit.* DOLM. inter arma juſti militis recenſentur *Swerd og Buklara*, enſis & parma. Magnitudine in primis differebat a clypeis, *ſköldar*, quippe qui ſpatioſiores fere erant. Hinc ubi in Hiſtoria pugnæ Browallicæ apparatus Amazonis URSINÆ deſcribitur *p. 22.* dicitur: *Vær ſia aukendr oc baſdi lang ſuerd oc buklara enn ecki ſva langa ſkiolda ſem adrer men*, erat inter omnes cognitu facilis: habebat quippe enſem prælongum peltamque, nec adeo longum ſcutum, ac portare ſolent viri. Inter omnes conſtat, apud exteros Amazonum ſimile geſtamen fuiſſe, unde pelta, quod brevioris ſcuti genus erat, Amazonia fere vocabatur. VIRG. *Æn. Lib. I.*

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

v. LIPSIUS *de Milit. Rom. 3: n. 2.* & DOLMERUS *in not. ad l. c. Juris Aulici*, ubi obſervat, perperam a Suethico interprete *bucklare* verti *ſtridsbammare*, i. e. bipennis. Non infrequens vox hæc apud exteros eſt, ut teſtantur Al. *bukeler* C. B. *bwccled*. Belg. *bökeler*, *beukeler*. Gall. *bouclier* Angl. *bukler*, quod JUNIUS a pelle hircina, *bockenleer*, factum putat, in *Etym. Angl.* WACHTERUS vero a parte clypei gibboſa, vel umbone, quod mihi veri videtur ſimilius. Coronidis loco ſubjiciam, milites illos, quos MAURITIUS Βουκελλαρίους appellat, haud dubie ab hoc armaturæ genere nomen accepiſſe. *v.* TURNEBI *Adverſaria, L. XX. c. 16. & Lib. XXXVI: 15.*

BUDKAFLE, baculus nuntiatorius, quo ad conventus publicos convocabantur cives veteris Suioniæ: a *bud*, *bod*, nuntius, & *kafle*, bacillus. Utebantur hoc nuntii genere veteres ſcripturæ & literarum ignari, ut certis, in vulgus cognitis, figuris indicarent, quid rerum ageretur. In primis vero notabile eſt, quod ab altera parte uſtulati eſſet, ab altera fune trajecti, quæ, quarum rerum ſymbola fuerint, mox verbis OLAVI MAGNI declarabo. In *Receſſu Aroſienſi Anni 1527. p. 51. edit.* STIERNM. conqueritur Rex, quod novarum rerum cupidi *baſwa utſændt budkafla*, *ſvarade och brende ibland Almogen*, emiſerint bacillos aduſtos inter populum. Quid vero vocis ſit *ſvarade*, me fateor ignorare, ſed rem totam ita enarrat, quem modo nominavi, OLAVUS MAGNUS *Lib. 7. c. 3. Quoties*, inquit, *imminent boſtes in littore maris, ſeu limitibus regnorum ſeptentrionalium, binc illico juſſu præfectorum provincialium, accedente conſenſu & conſilio veteranorum, in ſimili negotio valde peritorum, baculus tripalmatus communi eorum aſpectui, agilioris juvenis curſu præcipiti ad illum pagum ſeu villam bujusmodi edicto deferendus, committitur, ut III, IV vel VIII die unus, duo vel tres aut viritim omnes & ſinguli ab anno triluſtri, cum armis & expenſis X aut XX dierum, ſub poena combuſtionis domo-*

domorum (quæ uſto baculo) vel ſuſpenſionis patroni aut omnium (quæ fune alligato ſignatur) in tali ripa vel campo aut valle comparere teneantur ſubito, cauſam vocationis atque ordinem executionis prædicti provincialis, quid fieri debeat, audituri. Itaque nuntius ille, quovis poſta ſeu veredario celerior, peracta commiſſione lente revertitur, ſignum afferens, omnia legaliter ſe feciſſe: Continuoque momento vicatim unus & item alius curſor, qualiter agendum ſit, præſcripto loco demonſtrat. Talique modo qui vel habitudine corporis vel ætatis vigore idonei ad pugnam videntur, diurnali vel octiduano ſpatio innumera multitudo cum armis & expenſis congregatur, imo agricolæ grandæviores propter conſilia & experientiam priorum conflictuum acceptorum, campos accedunt, ſicut & fœminæ in mœnibus urbium vel arcium, ut ejiciant ſaxa vel calcineas pultes. Hisce addi velim, quæ habet RUDBECKIUS, *Atlantices Tom. III. p. 29.* ubi poſtquam formam iſtiusmodi bacilli exhibuerat, docet, fabulam de viris Cadmæis, e ſeminatis draconis dentibus enatis, ex hujusmodi baculorum notis originem ſumſiſſe. Nonnulla etiam huc facientia invenire licet in RENHIELMII *not.* ad *Hiſt.* THORST. WIKINGS. *c. 6.* apud STIERNHÖKIUM *in Jure. Sueon. Vet. p. 10.* & infra, in v. *Hærör*.

BUGA, inclinare ſe, ut ſolemus capita incurvare, illis obviam facti, quibus reverentiam debemus. *Hiſt.* ALEX. M. RHYTHM.

Af rätzll och kärlek han ſik bög.
Præ metu & amore ſe incurvavit.

Germannice *bügen* in genere eſt inflectere, quod nos *böja* dicimus.

BUCKA, id. Es. 51: 23. Germ. *bucken*.

BUK, venter. Iſl. *bukur* Al. *buh*, *buch* Belg. *buick*. Germ. *bauch*. Convenit inter WACHTERUM & GUDMUNDUM ANDREÆ, quod a *böja* dicatur, vel quia facile inflectitur, vel quia intus inflexus & arcuatus eſt. Ego ampliandum eſſe, cenſeo. Non enim cuiquam perſuadere, auſim, in *buk* eliſum eſſe *l*, & olim *bulk* dictum fuiſſe, quod nomen apud Anglos Batavosque habet truncus corporis, quodque propius accedit ad *balg*, *bälg*, antiquum apud Gothos ventris nomen. Certe apud Iſlandos *buk* ponitur non pro ſolo ventre, ſed pro corporis trunco, cui demtum eſt caput. OL. TRYGGV. S. *Edit. Skalh.* Part. I. p. 272. *Epter þat varo menn ſender up i Gaulardal, oc toku buk Jarls up or groſunni*, poſtea miſſi erant in Gaulardal, qui truncum Comitis ſepulcro effoderent. Si quid huic conjecturæ tribueretur, dicerem, a prima & accuratiori vocis pronuntiatione eſſe, quod ebrioſum *fyllbulk*, vel, ut vulgo vitioſe efferri ſolet, *fullbult* dicere, conſueverimus, Germ. *trunkenbold*, de quo tamen conf. WACHTERUS, *Gloſſ. p. 1724.*

BUKGJORD, cingulum equorum.
BUKREF, dolor iliacus.
BUKIG, obeſus, qui magnum abdomen habet.

BULDAN, lintei craſſioris genus, unde vela, ſacci & id genus alia conficiuntur. In *Hiſtoria* GUST. I. ab ER. TEGEL edita, *P. I. p. 211.* dicitur *buldagel*: unde autem derivari debeat, aliis docendum relinquo. Apud GUDM. ANDR. ea occurrunt, quæ ſubindicant, *buld* olim craſſum denotaſſe, unde *bulda*, femina craſſa, ut ait, *bulduleitur*, facies craſſa, minime ſubtilis: id vero quousque huc faciat, non dixero.

BULGJA, intumeſcere. KON. STYR. *p. 212. Ta wardir han giarnt trutin och bulgin*, tum fere inflatur & intumeſcit. Ib. *blött och bulget*, flaccidum. Videtur lingua Græca, aliquid huic affine olim habuiſſe, quod conjicio a voce *βόλοι*, quam Gloſſographi explicant *φύματα*, tumores. Quicquid ſit, numeroſam apud nos familiam habet, utpote *bolde*, ulcus, *bolſter*, cervical, *bölja*, unda, de quibus ſingulis ſuis locis commentati ſumus. Nunc addimus tantum

BULA, tumor, qualem plagæ vel ictus in cute hominum relinquere, ſolent, aut in vaſis aureis argenteisque, &c.
BULNA, intumeſcere.

BULLA, panis rotundus. Hiſpanos *bolla* eodem ſenſu dicere, auctoritate SPEGELII refero. Galli quoque, dum piſtorem *boulanger* vocant, ejusdem vocabuli non inficianda veſtigia præbent. Si etymon poſceretur WACHTERUS, *bol* utique offerret, quod rotundum notare, ait. cfr. Gall. *boule*, *ſphæra*. Angl. *bullet*. Succurrit, Latinos *bullam* appellare globum, & in ſpecie qualem vel ornatus gratia ante pectus portabant pueri, vel alias cingulis apponebant adulti. JUVENALIS rem Etruſcam eſſe, indicat, *Sat. V. v. 164.* unde ſuſpicari liceret, cum re ipſa inde nomen veniſſe

Digitized by Google

veniſſe, & proprie ſphæricum quid notare. In *Lege Oſtrog. Drap.* 13. c. 18. mendici illi, qui *lurker landafæger* appellantur, oberrare dicuntur *med pik ok ringadum bulla*, quod interpretor de monachis mendicantibus, quorum inſolentia jam intolerabilis evaſit, quorumque tonſura circularis, placentæ non abſimilis, hic vocatur *ringad bulla* per contemtum.

BULLA, laute inſtruere convivium. *Bulla upp för en*, ſplendide accipere. Si nihil aliud etymi loco adeſſet, quam Isl. *bulla*, quod eſt Lat. *bullio*, non ægre id acciperem, quum veri ſimile ſit, veteres ὠμοφάγες cocta cibaria, non niſi ubi genio indulgere vellent, adhibuiſſe. Venit vero in mentem, *bulla* forte pro *budla* dici, idque contractum eſſe a *budbla*, quum apud veteres *budöl* ſolennis eſſet conviviorum appellatio, unde hodieque apud Danos *buddel*, convivium, referente GRAMIO, in *Act. Haun. Part. V. p. 202.* qui ex vetere Scriptore Danico affert: HERODES *giorde buddl*, HERODES convivium inſtruxit. In legibus patriis inverſo vocum ordine dicitur *ölbud*, a *bjuda*, invitare, quod ſuo loco attulimus, cui opponitur *penningsöl*, convivium, ubi quisque ſymbolam addit, vel pecuniam numerat.

BULLE, poculum. *Hiſt.* ALEX. M.

Nappa och ſwa alla bulla.

Cyathos & omnia pocula.

Isl. *bolle*, de quo ſuo loco.

BULLRA, tumultuari, ſtrepitum edere. Germani quum eodem ſenſu *poltern* dicant, ferunt veſtigia ad *bulta*, pulſare, quod mox ſumus adducturi. Sonitum quippe hac voce dicimus editum impulſu alius corporis.

BULT, clavus ingens & capitatus, qui per foramen transmittitur, ut duo contigua contineat. C. B. *bollt* ſagittam capitatam notat. Angl. *bolt*. Belg. *bolt*, *bout*. Germ. *boltz*. Mihi veriſimile videtur, a capite nomen rei inditum eſſe: *bole* vero hanc ſignificationem habere, uberius demonſtravit WACHTERUS, p. 188. & 1212. *Gloſſarii Germ.*

BULT dicitur in nonnullis Sueciæ partibus cylindrus, quo confringuntur glebæ, alias *wält* appellatus. Quum a trunco arboris conficiatur, nomen forte accepit a *bol*, quod vide. Porro, uti Latinorum cippus, quod truncum arboris aut ſtipitem denotat, etiam pro vinculi lignei genere accipitur, quo pedes captivorum conſtringuntur; ita *ſtock* & *bult* apud nos eandem ſignificationem habent. Hinc *ſtå i bulten*, in compedibus eſſe, apud v. STIERNM. in *Edictis Oecon. T. I. p. 86.* Angl. *boult* idem ſignificat, proprie vero telum, unde illud ortum Critici putant a Gr. βόλις, id. Quod ebrioſus a nobis per ignominiam *fyllbult* appelletur, ſupra annotatum ad v. *buk*, quo Lectorem noſtrum remittimus.

BULTA, ferire, *pulſare*, & apud Comicos ſæpe *pultare*. TERENT. ADELPH. 4: 4, 24. *Horreſco ſemper, ubi pultare has occipio fores.* Sic *pultare pectus digitis* apud PLAUTUM MILIT. 2: 2, 27.

BULLER, ſtrepitus.

BUNGA, percutere, ferire: cujus cognata ſunt *bana*, de quo ſuo loco, *banka*, *bænga*, nec non Angl. *bang*. Ab hac voce veteres Germani tympana *bunge* appellarunt, pari ratione ac a τύπτειν, ferire, eadem a Græcis τύμπανα appellata fuere. v. WACHTERUS, *Gloſſ. p. 229.* Intelligimus hinc, quid ſit *bungande*, GEN. 31: 27. nempe ſonitus tympanorum.

BUNKE, tuber, aut quicquid intumeſcit vel prominet, ab Iſl. *bunga*, tumere: GUDM. ANDR. unde *bunga*, tumor terræ, C. B. *pwnga*. Angl. *bunch*.

II. Acervus, cumulus. Hinc *næfrabunke*, acervus corticum betulinarum, in WESM. L. *Byg. B. c. 40.* & L. L. *b. t. c. 18. Læggia i bunka*, in acervum congerere.

III. Tabulatum navis, quo cæli injuriæ defenduntur a vectoribus & mercibus. GRETLA, *c. 15.* GRETTER *giorde ſier grof under bunka*, GRETTERUS ſibi cubile fecit ſub tabulato. CHRON. OLAVI S. *p. 69.*

Satte bona i bunkan högt.

Ponebant eum in ſupremo tabulato. Videtur ita dici, quia ſupra navis latera extat. Hinc *bunkabryter* in Legibus Patriis dicitur, qui vim exercet in navim aut ejus vectores, & ipſa actio *bunkabrut*, *bunkabröt*. v. SKÅNE L. *Orb. B. c. 13.* In CODICE WESTROG. *Ard. B. §. 10.* extat *bunkabiter*, quod tamen mihi vitioſum eſſe videtur. cfr. OSTERSONS *Lex. Jurid. p. 108.*

BUNKE, vas ligneum, ſinus. Angli *buck* vocant labrum, lotricum miniſterio deſtinatum. Sueth. *fotbunke*, quum tribus nitatur pedibus: Angl. *bucket*, ſitella. L. B. *bauca*, de quo v. SPELM. in *Archæol.* Jam ſæpe notavimus, Gothos *n* medio vocis ſæpe inſerere.

Digitized by Google

BUNT, faſciculus. Angl. *bundel*. A. S. *byndel*, *byndela*. In Legibus ant. *bundin* notat faſciculum ſegetum. v. Wesm. L. *Bygg. B. c. 29.* & Upl. L. *Kirk. B. c. 7. Hwart tiunda bundin*, decimus quisque merges. Orta ſunt a *binda*, ligare.

BUR, habitaculum, ab ant. *bua*, *bo*, habitare, unde *bur* & *byr*, Ill. idem. Βύριον ab Hesychio Græce notare dicitur domicilium. A. S. *bur*, conclave. Angl. Boreal. *bor*, *boor*. v. Rays *Collect.* Ortum hinc ducunt *burtomt*. Dal. L. *p. 15.* area domus. *ſuefnbur*, cubiculum. Verel. *Jungfrubur*, gynæceum, ubi olim filiæ familias habitabant.

II. Apotheca, vel locus ubi ſupellex domeſtica ſervatur. Dalekarli hoc ſenſu *bauer* uſurpant. Inde *fatabur*, locus, ubi veſtimenta conduntur. Galli *garderobe* dicunt. v. infra in *wat*.

III. Pagus, civitas. *bögabyr*, pagus antiquus & ab ethnicismo conditus. v. in *bög* Leges A. Saxonicæ *bur* pro villa uſurpant, *mennie der bure*, communitas villæ. v. Wachterus, in *Gloſſ. p. 131.* Anglicarum urbium nomina in *bury* exeuntia aliam originem non agnoſcunt, ut recte obſervat idem auctor.

Burskap, jus civitatis.

Burbref, literæ, quibus jus civitatis datur.

Burspråk, ſenaculum vel locus, in quem, de re communi conſultaturi, conveniebant cives. Chron. Rhythm. p. 213.

Uppå burſpråket the herrar ginge.

In ſenatum hi viri nobiles ibant.

In Recessu Telgensi, *de Anno* 1491. §. 3. apud Hadorph. *ad* Leg. Birc. ſcribitur *bispork*, ſed quod incuriæ librarii eſt adſignandum. Dicitur enim ita a *by*, civitas, cujus genitivus caſus eſt *byr* vel *bur*, & *ſpråk*, ſermo vel concilium. Hoc enim ſenſu in vetere Lingua Alemannorum *ſpracha* occurrit. Otfr. L. *III. c. XXV. v. 4. Datun eina ſpracha*, hoc eſt Interprete Schiltero, faciebant concilium. Hinc ab eodem Otfrido, L. *IV. c. XXIII. v.* 60. prætorium dicitur *ſprabbaus*, quod idem in *Gloſſis Florentinis* vertitur curia. Simili ex ratione veteres Salici *mallum* appellavere populi conventum vel forum, a *mæla*, loqui. A. S. *ſpræce* & Mœſogothi, *mathls*, a *mathlian*, ſermoçinari. Sic hodieque *Parlement* apud Gallos Anglosque nomen habet a *parler*, loqui.

IV. Cavea, qua includuntur aves, *fogelbur*. Germani ſimiliter *bauer* dicunt.

BUSA, cum impetu ferri, irruere. *Buſa uppå en*, unde *gå bus uppå*, cum impetu aggredi. Non diſſimile eſt, quod a Saxonibus uſurpari, notat Idiot. Hamburg. *Buutz da ligt he*, ecce eum præcipitem. Belg. *buitelen*, cadere, *ombuitelen*. id. Si quid conjectura aſſequi licet, proprie cadere notat, atque adeo cognatum erit Gr. πεσοῦμαι, *b* & *p* alternantibus: a cadendi vero ſignificatu ad incidendi tranſlatum eſt, pari modo ac a Gr. πίπτειν eſt ἐμπίπτειν, irruere. cfr. Angl. *butte*, arietare, Belg. *botten*, trudere, impellere. Gall. *bouter*, It. *buttare*.

BUSE, ſpectrum, monſtrum: Proprie dicitur de ejusmodi figura, quæ inſolita & horribili ſpecie terrorem meticuloſis incutit. Wachterus ingenioſe derivat a *butz*, larva, perſona, unde *faſtnachtsbutz*, larva bacchanalis, *butzengeſicht*, facies larvata, *butzman*, homo larvatus. Dan. *buſeman*. Ceterum fuerint fortaſſis, qui non ſpectra a larvis dicta crediderint, ſed has potius ab illis, quum qui ejusmodi terribiles formas induunt, ſpectra & manducos referre velint. In Lingua Sclavonica *bies* dæmonem ſignificare, obſervo, & *bieſok* dæmunculum, uti Lappones quoque idola ſua *baſſar*, *paſſar* nuncupant, referente Scheffero, in *Lapponia, p. 96.* & ex eo Rudbeckio, *Altant. Tom. I. p. 448.* Hæc autem quousque huc referri debeant, liquido non dixero: id interea prætermitti non debet, Adamum Bremensem in *Hiſt. Eccleſiaſt. p. m. 148.* narrare, fuiſſe in Suecia monſtra hominum, quæ *buſos* appellaverint. *Sunt ibi*, inquit, *homines pallidi, virides & macrobii, id eſt longi.* (lege longævi) *quos* Buſos *appellant*. Modo laudatus Rudbeckius longius horum *Buſorum* memoriam profert, obſervans, eos jam apud Dionysium in *Perieget.* commemorari, interque ſpectra, Scythiæ oris infeſta, nuncupari *empuſos*. v. *Atlant. Tom. III. p. 297.* ubi hoc *buſe* ex proxime præcedente *buſa* derivat.

BUSKA, cereviſia recens & lupulo nondum condita. Cognationem habet cum Latinorum *poſca* vel *puſca*, quod alii loram explicant alii ὀξύκρατον. Græci apud Du Fresnium Φοῦσκαν appellant ὄξος καὶ ὕδωρ θερμόν. v. *Gloſſ. Lat. med. æv.* in vocibus *poſca* & *fuſca*. Ceterum docent Critici, ut eſca omnis generis edulia, ita poſcam quodvis potus genus ab initio ſignificaſſe. Gr. πόσις. C. Fr. Liungberg, in *Grammatica Suet. p. 66. buſka* derivat a *byr*, ſed quid id ſit, non docet.

BUSKE, frutex. Germ. *buſch*. It. *boſco* ſylva.

ſylva. L. B. *baſcus*, unde *ſubbaſcus*, ſilva cædua. Angl. *underwood*; in Leg. Patriis *underwide*. Gall. *bois*, id. & *buiſſon*, frutex. Helvigius deducit a Lat. arbuſtum, cui neſcio an facile quis adſtipuletur. Ex Spegelii conjectura *buſke* & *boſco* ortum ducunt a Græco *βόσκειν*, paſcere. Certe ab eorum *νέμειν*, idem ſignificante, Latinum nemus deductum eſſe, docent etymologi, quum in ſilvas paſtum fere agantur pecora. v. infra in *mark* & *wall*.

BUTT, auſterus, torvus. Quum vocis hujus in antiqua literatura Gothica nulla veſtigia appareant, credo, eandem ſub Germanicis principibus primum inductam fuiſſe. Saxones certe hodieque *butt* dicunt, ex indicio Idiotici Hamburgensis. *p. 30.* eamque vocem Batavis acceptam referunt. Quod ſi ita ſit, in illius patria prima incunabula inquirenda, putat Richejus, quæ ſibi viſus eſt inveniſſe in *bot*, quod in L. Belgica ictum, pulſum denotat. (v. ſupra in *buſa*) Quo ſtante, *butt* ille diceretur, qui animi præceps eſt, & ad verbera promtus. Erasmus Roterodamus, in *opere Adagiorum, p. 401. ed.* Wech. *1656.* a ſiniſteriore illa opinione, quam de Bœotis eorumque ingenio antiqui habuere, *bott*, hoc eſt Bœotos, omnes illos appellatos cenſet, qui moroſiores erant. *Quoniam*, inquit, *conſtat, vel ob Romanum imperium latiſſime propagatum, vel ob commercia & negotia rerum, voces Germanicæ, Gallicæ Britanicæque Linguæ fuiſſe mixtas, ſuſpicor, a Græcis ad nos dimanaſſe, quod hominem ſtupidum & nullo mentis acumine præditum, vulgo dicimus* Bot *pro Bœoto. Proprium enim huic Linguæ, voces, quamvis multarum ſyllabarum, in unam ſyllabam contrahere.* Ego etymon, ut ſimplicius, ita verius habuero Mœſogothicum *baut* vel *bauths* fatuus, inſulſus, de quo *v.* Junii *Gloſſ.* Ulph. *p. 85.* Kilianus certe docet, Belgicum *butt* hominem ſignifiare agreſtem atque inſipidum. cfr. Schilt. *Gloſſ. p. 152.*

BUZ, *Buza*, navigii grandioris genus, quale fuit Eindridi Junioris apud Sturlæsonium, Heims Kr. *Tom. II. p. 409.* *þat ſkip er kallat var Draglaun langſkips buzſa mikil*, navis appellata *Draglaun*, navis erat prægrandis. Chron. Rhythm. *p. 126.*

Stora kogga och buza breda.

Ingentes actuarias & naves latas.

Eſt hinc, quod Anglosaxones nautas vocarint *buſcarla* & *butsecarla*: de quibus tamen alia docet Schilterus *l. c.* Quod ad originem vocis adtinet, opinatur Spelmannus, eam peti debere a Teut. *buſſe*, pyxis, quum panda alvo & obtuſa prora quam proxime ad pyxidis formam accedat, quemadmodum ſimili ex cauſſa *aſk* & *bunke* naves fuiſſe appellatas, alii credunt. Nonnulli, docente Rudbeckio, in *Atlant. Tom. III. p. 296.* etymon ponunt Iſl. *buſki*, onus, de quo Verelius, *Ind. p. 47.* vel *buſa*, irruere. Filius vero illius, Olaus Rudbeckius, Junior, *buſs* proprie id, quod magnum eſt, denotare, ex linguarum aliarum conſenſu, in *Theſauro Linguarum mſcr. p. 2459.* probare annititur. Iſlandi certe feminam craſſam *buſſa* appellant, teſte Gudmundo Andr. *p. 43.* & nos hodie *en buſs* vocamus hominem validum, alacrem.

BY, pagus. Hesych. *βύριον, οἴκημα*. Etymologicon M. ex Euphorione adfert *εὐβύριον* pro *εὔοικον*, & *βυριόθεν* Hesychius pro *οἰκόθεν*. Gothis antiquis *byr*, a *bo*, habitare. Quumque aliæ olim urbes non fuerint, quam grandiores villæ, hinc etiam urbes, quantumvis ampliores, idem nominis habuere, & etiamnum inter Danos habent. Compoſita nonnulla hujus ſignificatus remanent, ut *Byfogde*, præfectus civitatis, *bylag*, jus civitatis, quod Jornandes, *de reb. Get.* appellat *bellago*, & in Jure communi veteri *Byſwen*, lictor civitatis.

Högby, villa antiqua, ita dicta a tumulis ſepulcralibus, quibus tempore ethnicismi, (*bauga old*,) inferebantur mortui. v. infra in *Hög*.

Byr, incola. A. S. *bure*. Germ. *bauer*, Westg. L. *Bygd. B. Sa byr, er ſva gerid*, ille incola, qui ſic agit.

BYCKJA, canis femina. Westg. L. *Rætl. B. c. 10. Kaller madher man bykkiu hwalp*, ſi quis alterum filium caninum appellaverit. A. S. *bicce*, *bice*. Ang. *bitch* unde ſimili convitii genere dicunt *ſun of a bitch*. Gall. *bichon*. Germ. *bætze*. Wachterus in Sorabica Lingua horum radicem ſibi viſus eſt inveniſſe, ubi *bizu* eſt currere. Cfr. ſupra in *beſa*. Galli *biche* cervam dicunt, non minus pedum pernicitate inſignem.

Byckju slokur, catellus. Convicii genus, Verel. Addo, iſtiuſmodi ſcommata haud dubie occaſionem dediſſe fabulis de canibus, aliquando in thronum Regium evectis: eo enim per ambages indi-

indicatur, quempiam humillimi loci, & forte ſervilis conditionis,ad hoc dignitatis faſtigium penetraſſe. v. de cane *Saur* ab Eisteino maligno Trondhemenſibus præfecto. Heims Kr. *Tom. I. p.* 137. & 636. nec non quæ annotat Stephanius, in *not. ad* Sax. Grammaticum, *p.* 160.

BYGEL, curvatura, circulus. Hinc *ſtegbygel*, ſtapeda, vel id, cui inter equitandum pes inſeritur. Germ. *ſteigbügel.* Oritur a rad. *bója.* Isl. *beigia.*

BYGGA, præparare, inſtruere, &, ubi de domicilio ſermo eſt, ædificare, frequentativum ſuperius allati *bo*, ejusdem ſignificatus, ut ſolent monoſyllaba in *o* hac ratione augeſcere: ex. gr. *bro*, *brygga*, pons, *ſo*, *ſugga*, ſcropha. Scribitur *bya* in Westg. L. *Forn. B. c.* 11. §. 7. *the i by bya med bonom*, qui in eodem pago habitant. Scoti a nobis hanc vocem accepere, paulumque mutatam retinent, *big*, ædificare. Quod vero ad ſignificationes adtinet, easdem habet, quas ſimplex *bua*, atque præter hanc, quam modo dixi, notat,

II. Reparare. *Bygga ketzlar, næt*, reparare cacabos, retia. v. Stiernmans *Oecon. Förord. Tom. I. p.* 9. 6.

III. Habitare. Hinc tanquam ſynonyma ponuntur *bygga och bo.* Epilog. *Tit. de Ædif.* Leg. Westm. *Nu ær talt huru hwar ſkal wid annan bygga*, jam dictum eſt, qua ratione quivis cum altero habitare, vel converſari debeat. Addam locum ex B. B. St. L. c. 9., quem, quia vox hæc gemino ſenſu ibi occurrit, male a Juris noſtri interpretibus intellectum video. Verba hæc ſunt: *Ther twe byggia bådhe ſamman, annar byggir undir, och annan ofwan å, tha ſkal then under bygger, byggia undi gårſl, och alt thet ther til hörer: och then ofwan år, taak:* quæ verba Loccenius ita explicat: ubi duo ſimul ædificant, unus inferius, & alter ſuperius, ille qui inferius ædificat, perticas ibi exſtruet, & omnia quæ eo pertinent, & qui ſuperius ædificat, extruet tectum. Sed vix credo, Loccenium ipſummet intellexiſſe, quod aliis explicat. Tu verba hæc ita interpretare: Ubi duo ſimul habitant, unus inferius & alter ſuperius (in ſuperiori contignatione) ille, qui inferius habitat, fundamenta reparabit, & qui ſuperius, tectum. Isl. id. Olavi Tryggv. S. *P.* 2. *p.* 239. *Edit. Skalh. Ef þer viliet æi haſa oſs i ſamſæti med yþur, þa mano þer byggia ſtoſu þeſſa*, ſi nolueritis, noſtro contubernio uti, hoc hypocauſtum habitare poteritis.

IV. Cohabitare, ſocietatem inire. Hinc *ſarbyggvar*, qui eodem navigio utuntur. Speciatim vero uſurpatur de ſocietate conjugali, ut dum in tabulis noſtris dicitur: *then haſi witsord*, *ſom byggia wil*, illius jus potius ſit, qui matrimonium initum vult. Heims Kr. *Tom. I. p.* 4. *þat var bannat med Aſum, at byggia ſwa natt*, prohibitum erat apud Aſos, connubium jungere cum adeo propinqua. Hodie frequens eſt, *bygga bjonelag*, quod eſt, matrimonium inire. Neſcio, an inde hæc phraſis orta ſit, quod, ut obſervat Turnebus, *Adverſ. Lib.* 21. *c.* 17. apud veteres mortalium in more poſitum fuit, ut ſinguli, antequam uxorem ducerent, ſuam ſibi domum extruerent, ex quo natum credit illud Hesiodi, Εργ. B.

Οἶκον μὲν πρώτιϛα γυναῖκα τε

Domum primum & dein uxorem.

& apud Theocritum:

Τεύχεις θαλάμως, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὔλας.

Ædificas thalamos, ædificas domum & aulas.

v. plura apud eundem multæ lectionis virum. Tandem quoque *bygga* non tam matrimoniale fedus, quam perſonarum diverſi ſexus concubitum denotat. Rolf Krakes S. *p.* 73. *Byggia nærri drotningu*, in thalamo Reginæ cubare.

Bygd, rus, oppoſitum ſolitudini & etiam civitati

BYKA, linteas veſtes lixivio imbuere, & dein manibus ſubigere, ut lota a ſordibus purgentur. Arm. *buga.* v. Pelleterii *Dict. Brit.* Sax. *bühken.* Idiot. Hamb. Gall. *buquer*, *buer.* Angl. *buck.* Germ. *beuchen.* Deducunt alii a Belg. *beucken*, percutere, alias *fuyeken*, quia malleo ligneo lintea pulſari ſolent, ut etiam Gallicum *buquer* idem ſonat, *buquer à la porte*, pulſare portam. v. Menagii *Orig.* nec non Germ. *beuchen*, e. g. *ſtockfiſch beuchen*, aſellum tundere. v. Wachterus in v. *pochen.* Hoc ſi ita eſt, non tam actum lintea irrigandi, quam tundendi notabit. Ceterum ingenioſa eſt conjectura Huetii, viri ſummi, qui Gall. *buer* derivat ab inuſitato Latinorum *buo*, unde *imbuo.* Accedit illi Wachterus, ſubjungens, in Miſnia lixivium, quo macerantur lintea, *beuche* dici, in Marchia *byke*, Pariſiis *buée*, in Italia *bucata.* Ab utraque hac ſententia recedit Junius, qui

Digitized by Google

qui ab Angl. *buck*, id eſt vaſe, in quod lixivio imbuenda mittuntur lintea, verbum hoc deducit, a quo prope abeſt Auctor Idiotici Hamburgensis, nominis hanc rationem addens, *weil das gewaſchene leinen Geræthe in einem bäuchichten Kübel, die Nacht über unter der Lauge ſtehet.*

Byke dicitur hominum colluvies, civitatis ſentina, *gement byke.* Referendum videtur ad ſuperius *byckja*, quod de hominibus conviciis oneratis uſurpabatur olim frequentiſſime. Si vero jubeas, ut ſub ſuis ſignis remaneat, ſignificabit ſordidum hominum genus, & ictibus forte purgandum.

BYLE, habitaculum, a *bo*, *bua*. Hinc *bybyle*, domus, ab *biw*, *bia*, familia. *þybyle*, id. a *þiod*, populus. *getingbyle*, nidus crabronum.

Bylja, ædificare. Hinc *bylja oc umbylja*, phraſis eſt uſurpata de puteis, qui debent circumdari muro aut materia, & inſuper contegi. Explicat hanc vocem Lex Dalica, *p.* 14. *Ær ej buld ælla um boeth.* Si puteus nec tectus ſit, nec circumdatus ſepimento.

BYLTE, faſciculus, ſarcinula: a radice antiqua *byrla*, in faſcem colligere. Östg. L. *Wad. B. c. 31. §. 3. Byrlar oc a bak binder*, in faſcem colligit, & dorſo imponit. Saxones, ut me docet Idioticon Hamburgense, *bulten* appellant herbam aut fruticem, humo ſublatam, una cum adhærente gleba, *bültig* vero eſt, ut ait, *klumpig*, quod in unum coiit, concrevit.

BYRDING, navis oneraria. Gotl. L. *c. 26*: *En byrþing ſcal reka ginum ſtuch*: i. e. navis oneraria catena ferrea trabi alligari debet. Isl. id. v. Olavi Trygv. S. *Ed. Skalh. p. 103*. Dicitur a *bӧrda*, onus, ut oneraria apud Latinos. Si Britannicæ linguæ indicia ſequeremur, dicendum foret, navem tabulatam proprie intelligi: *byrddio* quippe eſt aſſeribus tegere. Auctor eſt Richards, *in Theſ. L. Britannicæ*.

BYSSA vel *Bӧſſa*, theca. A. S. *box*. Belg. *boſs*, *buſs*. Ital. *boſſo*. Gall. *boite*. a Gr. *πύξις*. De cujuslibet materiæ thecis nunc uſurpatur, etiamſi a *buxo*, unde primum conficiebantur, nomen habeat.

Fattig Bӧssa, pyxis, in quam munera mittuntur egenis dividenda.

Sparbӧssa, teſtacea pyxis, in quam nummi conjiciuntur per adeo anguſtum foramen, ut inde, niſi fracto vaſe, depromi nequeant, alias *girigburk*, quod per metaphoram eleganter applicatur avaro: vitioſe enim *girigbuk* dici ſolet.

Postbyssa & Bodbyssa, theca, ubi condebantur teſſeræ, quæ certis notis indicabant, quot equi regio juſſu ad perficiendum iter nuntiis publicis commodandi eſſent. v. Stiernm *Oecon. Fӧrord. Tom. I. p. 65.* & 147.

2. In ſpecie notat lethiferum illud, & veteribus incognitum humanum genus perimendi inſtrumentum, quod pulvere pyrio oneratum miſſiles globos ejaculatur, bombardas appellare ſolemus: Et licet nunc tantummodo de minoribus uſurpetur, olim tamen etiam grandes illæ machinæ, quibus muros arietabant, *byſſor* vocitatæ fuerunt. Uſurpata ejusmodi tormenta bellica, & lapidibus globorum loco onerata fuiſſe tempore Caroli VIII, docet Chronicon Rhythmicum, *p. 338.*

Byſſan ſik af ſtællningen ſlog
Tjugu famna ſtenen ӧfwer Marſchen tog.

Tormentum a fulcro ſuo diſſiluit
Lapidemque 20 orgyas trans Mareſchallum miſit.

Immo igne, æque ac noſtra ſuccenſa fuiſſe, indidem diſcimus.

Han fyrde the andra thet raſkaſte han kunde,
Kammaren af byſſone ſprang.

Succendit alia, quam potuit celerrime,
Focus vero eorum diſſiluit.

cfr. p. 411. Vocabantur autem grandiora hæc tormenta, ut a manuariis diſtinguerentur, *ſtorbyſſor*, in *Hiſt.* Sorlæ, & *kærrabyſſor*, in Chron. Rhythm. *p. 341.* quia carro vehebantur, unde etiam apud Scriptores ſequioris ævi Latinos dicuntur *carrobaliſtæ*, docente du Fresne, in *Gloſſ. Tom. I. p. 356.* & *carabaga*, *ib. p. 300.* Germ. *wagenbüchſen* & *büchſen auf rädern.* v. Schilteri *Gloſſ. p. 152.* & Witterleks Acad. *Handl. P. I. p. 168.* Appellamus ea hodie *cartow*, quod vi vocis idem eſſe ac *kærrabyſſor*, atque ex eodem fonte promanaſſe, aliquando credidi, ſcilicet a carrus, *kärra*, & *tow*, Angl. trahere. Suet. *toga:* etiamſi me non fugiat, aliunde hoc ab etymologis deduci ſolere. Quod vero ad *byſſa* attinet, dubitari nequit, illud a pyxide, æque ac priora, nomen accepiſſe, quum tubis hiſce tanquam thecis miſſiles globi indantur. Luculento teſtimonio id confirmant Felicis Malleoli verba, allata a Gramio, in erudita lectuque digniſſima

Digitized by Google

ma *diſſertatione* de *Inventione pulveris pyrii bombardarumque*, inſerta Actis Erud. Haun. *Tom. I. p. 228. Videns hæc* Bertholdus *prædictus, ſua ſagacitate vaſa*, quæ nunc pixides improprie vocamus, *cauſaliter provenientia*, *cunctis ſtupentibus artificialiter dilatavit. &c.*

BYTA, mutare, permutare. Vox ſeptentrioni noſtro peculiaris, niſi ſi quid cum eadem commune habeat Gr. πεττεύειν, permutare. Tres vero inprimis ſignificationes habet. I. Mutare: ut *byta om klæder*, mutare veſtes, alias veſtes induere. II. Permutare, ut ſolent, qui pro merce mercem reddunt, *byta hus med en*, ædes cum aliquo permutare. *Byta ringar*, annulos pronubos permutare dicuntur ſponſus ſponſaque, dum annulos in vicem dant accipiuntque, qui mos haud dubie profluxit ex conſuetudine veterum, qua in amicitiæ teſſeram pileos aut quidpiam ſimile permutabant. v. Iliad. z. v. 235. & Du Fresne in *mutare*. Sic de Gustavo I. me legere memini, eum, in ſignum fraternitatis, cum Francisco I. Galliarum Rege nec non cum Epiſcpo Osnabrugenſi pileum permutaſſe. v. Tegels *Hiſt.* Gustavi *I. P. II. p. 371.* Sed ut ad præſentem vocem redeam, ego primam & originariam ejus ſignificationem, aut ſaltem a prima immediate ortam eſſe hanc, quam dixi, arbitror. Scilicet vi ſua notat commercium res ſuas alienantium, ſive id emtione fiat, ſive permutatione, quæ duo, ut olim diverſa non erant, ita & communi nomine apud nos appellabantur, ut ulterius dicetur ad v. *köpa*. Apud Ulphilam vero habemus *bugjan*, emere: unde imperf. *baubte*, Luc. *14: 19. Baubtedun jah frabaubtedun*, emebant & vendebant. A. Saxones hinc *bycgan*, *gebycgan* fecere, & Angl. *buy, bought.* Galli perinde ac nos ab emtione ad permutationem vocem traduxere, unde, quod obſervat Junius, in *Etymologico Angl.* nec non in *Gloſſ.* Ulphil. *p. 101.* a *bugjan biguer* habent, quod eſt permutare, & ex iſta mercium permutatione lucrum captare. III. Dividere: ſynonymum habemus *ſkiſta*, quod, perinde ac hoc, tam mutationem quam diviſionem notat. Ita dicimus *byta arf*, cernere hereditatem, *byta ſönder*, partiri. Jus. Aul. Margaretæ §. 18. *Tha ſkulo hans haſwor byttes*: tum res ejus dividentur inter ſocios.

Byte, permutatio. *Byte ær giordt för gæckeri:* qui permutare vult, decipere conatur.

Byte, præda. Iſl. id. quam vocem majores noſtri, rapto vivere aſſueti, longe lateque vulgarunt. Germ. *beute.* Gall. *butin.* It. *butino.* Ridet Wachterus Budæum notationem vocis quærentem a βουθυτεῖν, bovem ſacrificare, Martinium a ποθῆ, deſiderium Skinnerum, a *beutel*, marſupium, vel *batten*, prodeſſe, deducentes quibus addere poſſet Junianam derivationem a Belg. *buyten*, extra, quum peregre abire ſoleant prædas acturi, nec non Gudmundi Andreæ a בצע, quæſtus. Sed veriora tamen non ſunt, quæ ille ſubſtituit, dum *beute* & *weide*, captura ferarum, unam eandemque vocem eſſe, nos credere jubet, & per metaphoram, quicquid capitur, hocce nomen adeptum fuiſſe. Revera enim *byte* nil aliud ſignificat, quam rem hoſtilem, brabei loco inter milites victores diviſam, uti poſt felicem pugnæ eventum prima imperatorum cura eſſe ſolet, direpta caſtra inter commilitones dividere. Ita de Hannibale commemorat Livius *Lib.* XXI: *c. 5.* Hannibal *partiendo prædam civium ſociorumque animos in ſe firmavit.* Veritatem hujus derivationis confirmat verbale *bytning*, quod eodem ſenſu occurrit, *Hiſt.* Alex. M. *Rhythm.*

Halſva bytning af alt thet rof.

Dimidiam ſortem omnis prædæ.

Simili ratione præda in L. Iſl. a *dela* vocatur *gripdeildi*, Gudm. And. *p. 96* & *blutſkipti* a *blutur*, ſors, portio. Heimskr. *Tom. I. p. 372. Eyrikur Jarl eignaðiſt ormen langa med ſigrinom oc lutſkipti micit*, Ericus ſibi ſumſit navem prætoriam poſt victoriam, una cum ingenti præda alia. Idem *Tom.* II. *p.* 131. *Feck hans menn micit lutſkipti*, militibus ejus multa præda ceſſit. cfr. Norsk. Hirdskra *c.* 38. quod totum de diviſione prædæ poſt victoriam agit. Alemanni vocem eandem habuere *blotu*, in *Gl.* Lips. nec non A. Saxones, quorum eſt *bloth*, præda, *blothere*, prædator, *blothian*, prædari: quæ omnia orta ſunt a *liuta*, accipere, nanciſci, *lut*, ſors, protio, non a *blada*, congerere, ut conjicit Schilterus, *Gloſſar. p.* 458. Ex eadem ratione haud dubie eſt, quod a medii ævi Scriptoribus *ſortes* appellabantur terræ hoſticæ, militibus ſtipendii loco conceſſæ. cfr. Wachterus in *Gloſſ. p.* 441.

Byting, infans ſuppoſititius, ut olim credebatur, a ſpectris pro vero ſubjectus: qualem Angli *chanceling*, Belgæ *wiſſeling* & *wiſſelbalg*, Iſlandi *ſkipting*. (v. I. Sam. 21. ad finem) nominant. Varia de hoc allata videbis in *Atlantica* Rudbeckii, *Tom.* III. *p.* 45. ubi obſervat, illud adjectivis præponi, ut ſignificationem intendat.

Digitized by Google

intendat. Sic dicimus *bytingsſnæll*, ſumme ingenioſus, licet ſuppoſititii hi fetus vulgo fatui credantur & elingues. Ille idem intrepidus conjector ab hoc *byting* Græcorum Pythones nomen accepiſſe, autumat.

BYTTA, ſitula, cupa. Gr. βύττιον & βῶτιον, quod HESYCHIUS explicat per γαμυίον, vaſculum. Græc. Barb. βῦττις, vas vinarium, apud veteres πίθος. A. S. *bytte*, doliolum. Germ. *butte*, It. *botte*, vas vinarium, unde diminutiva Angl. *bottle*, lagenula. Gall. *bouteille*. L. B. *butila*, *butica*, *buticula*, & porro *buticularius*, præfectus cellæ Principis. Cfr. OLIVARII WREDII *Hiſt. Comit. Flandriæ*, *T. I. p.* 249.

BYXA, femorale. Germ. *büchſe*. In ea opinione diu fui, ab Angl. *breches*, pronuntiatione magis quam literarum tenore noſtram referente, inprimis eliſa litera canina *byxor* effectum eſſe, & ſic tandem reditum fieri ad *brok*, *bracka*. Nunc vero neſcio, an WACHTERO potius adſtipuler, qui hoc veſtimenti genus a *pyxide* nomen habere, credit, quum velut theca ſit femorum, vel etiam aliquid habeat, quod forma ſua tormenta majora bellica referat. Ille vero doctiſſimus Auctor nihil magis impedire credit, quo minus hoc jure uterentur olim Gothici verborum artifices, quam Græcos arguere liceret, quod manuum involucra chirothecas appellent. Addere roboris aliquid huic conjecturæ videtur, quod uti apud nos pyxis bombardis ſimul & femoralibus nomen dedit, ita apud Gallos *canon* tam de dimidia harum veſtium parte uſurpetur, quam de tormento bellico.

C. Quæ ab hac litera incipiunt voces, ut omnes peregrinæ ſunt, ita & in ſua quæque lingua melius illuſtrantur. Conſtitui vero mecum, peculiarem indicem vocum exoticarum, quæ apud nos civitate donatæ ſunt, conficere, ubi illa occurrent, quæ ſub hoc elemento quiſpiam quæſiverit.

D. litera Gotis antiquis pariter incognita, quippe qui ejus loco þ. poſuerunt, quod ſonum inter d. & t. intermedium habuiſſe creditur. Vide, quæ de utroque hoc elemento fuſe egit ERICUS JUL. BIÖRNER, in *Cogitationibus Critico Philologicis de Orthographia L. Suiogothicæ*, quæ inprimis eo ſpectant, ut hujus Literæ valorem indicent.

DAG, dies naturalis, hoc eſt id temporis, quo lucet, & item civilis, hoc eſt ſpatium viginti quatuor horarum. ULPH. *dags*. C. B. *di*, *diau*. A. S. *dag*, *dæg*. Al. *dag*, *tag*, *tac*. Isl. *dagr*. Procop. *tag*. Belg. *dag*. Germ. *tag*. Angl. *day*. MACROBIUS, obſervante WACHTERO, in *Gloſſ.* p. 1653, memoriæ prodit, Cretenſes diem appellaſſe δία, & inde Latinos ſuum *dies* accepiſſe: ab alterutro Gothicum *dag* æque fieri potuit, ac a via, *væg*. Quod vero majores noſtri per noctes tempora ſua dimenſi fuerint, atque etiam a noctibus dies civiles initium ducere, juſſerint, in voce *natt* ulterius monſtrabitur: nunc tantum obſervare liceat, in vetuſtis Patriæ Legibus, fortaſſe, juxta invaleſcente peregrinarum gentium per dies numerandi more, ſæpe utrumque conjungi. Ita in LEGE WESTROG. *Kirk. B. c.* 4. occurrit: *fjurtan natta dag*, pro *fiorton dagar*, quatuordecim dies.

II. Præſtitutum tempus: Hinc dicimus: *lægga en dag före*, tempus conſtituere, condicere, *lemna dag till betalning*, differre ſolutionis tempus. *År och dag* eſt annus completus, alias *natt och år* vel *natt och jamlanga*, ut habet WESTG. L. *Kirk. B. c.* 10. die uno accedente in favorem contrahentis vel pœnam daturi. In JURE vero JUTLANDICO *aar oc dag* ita ampliatum reperitur, ut ſex hebdomadas ſuper annuum tempus includat. Lib. I. c. 23. *kommer ingen rette arffuinge, da haffuer kongen arff, aar oc dag, det er VI uger oc jamlіng*, ſi nullus heres legitimus veniat, tum Rex hereditatem adit poſt annum & diem, hoc eſt poſt annum & ſex hebdomadas. Sic etiam apud Germanos *jahr und tag* eſt annus una cum termino Saxonico (*die Saxiſche friſt*) ſive ſex hebdomadibus, quod idem ſignificarunt *anno & die* Latine ſcribentes, ut pluribus oſtendit SPELMANNUS, in *Archæologo*, in v. *annus*.

III. Tempus induciarum, vel ipſæ induciæ, quum inter obſidentes & obſeſſos fere conveniat de certo tempore, intra quod arces dedantur. CHRON. RH. *p.* 113.

Konungen och Hertigen möttes tha,
Och låto thet i en dag ſtå

U Rex

Digitized by Google

Rex & Dux convenere,
Et de certo tempore induciarum paciſcebantur.

Sic *pag. 185.* Chron. Min.

The ramade tå uti ett lag,
Thet ſkulle ſtå ſem daga i dag.
Conventionem tum inibant,
Ut induciæ eſſent quinque dierum.

IV. Tempus præſtitutum conventuum & judiciorum publicorum, nec non ipſa comitia. Chron. Rhyth. *p.309.*

En dag månde i Telge ſtå.
Conventus Telgas indictus erat.

cfr. *p. 374.* Litt. Legatorum Suecicorum ad Senatores Daniæ, An. 1442. apud Hadorphium, in *Actis Publ.* annexis Chr. Rhyth. p. 148. *Ryksſens meene inbyggere i Swerige, ſom til daga woro i Arboga,* omnes Sueciæ incolæ, qui convenerant ad comitia Arbogam. Teutoniſta habet *dach*, *dachvart*, dieta, dietaria, placita: Hinc eſt, quod *dagting* pro ſimplici *ting*, conventus judicialis, apud Alemannos uſurpetur. *Dagathing* apud Otfrid. *Lib. V. c. XIX, 1.*

Thes habet eu ubar uuorolt ring
Gimeinit einaz dagathing.
Hinc ſuper orbem terræ
Deſignavit diem judicii.

unde *tagedingen, tedingen & degetingen* in Jure Gothlandico Germ. p. 38. terminum juridicum præfigere, *fürtædigen* in Leg. Alem. citare ad judicem. Ex hoc fonte profluunt *dagtinga*, paciſci, & *fóredagtinga*, quod eſt loco alicujus in judicio comparere, vel alterum noxæ eximere, uti in precibus eccleſiæ Chriſtus dicitur noſtrum omnium *fóredagtingare*, hoc eſt cauſſæ Patronus. Ceterum eſt quoque, quum hoc in malam partem ſumitur, ubi ſcilicet quiſpiam vi & armata manu ſontem noxæ eximere conatur. *Mand.* Erici Pomerani, de anno 1430. apud Hadorphium, ad *Leg. Birc.* p. 38. *Ware thet ſwa, at nogher man, ho han belz ware, noghan fórdagtinga wilde med hógmod,* &c. ſi quis, cujuscunque ordinis fuerit, alterum vi judicio eximere voluerit. conf. p. 45.

Daga, paciſci. Chron. Rhythm. p. 449.

The dagade en dag, the dagade twå.
Paciſcebantur uno die, paciſcebantur altero.

Similiter a Cambrico *dydd*, dies, fit *dyddio*, litem arbitrio componere, ut docet Boxhornius.

Dagsbref, L. L. *Drap.* B. *m. wil.* Literæ ſalvipaſſus, vulgo *Leydebref* dictæ.

Herredag, comitia: quaſi conventus præcipuorum regni membrorum, vel etiam populi. v. infra in *här*, exercitus.

V. Vita: hinc loquendi genus *taga af daga*, luce privare, interficere. Saxones dicunt: *van dagen dohn.* Contrarium eſt *wara i dag,* vivere. Chronicon Rhythm. p. 445.

Medan herr Thord *war i daga.*
Quamdiu in vivis erat Thordo.

Dags sanning, quod tam clarum eſt quam cœlum, ubi ſudum. Rolf Krakes S. p. 25. *Dagsſanning er þetta*, manifeſta veritas hoc eſt. Alemanni eodem dicendi genere utuntur. Otfridus, Lib. V. c. XII. v. 65.

The is giuuis, ſo ſo dag.
Hoc eſt tam apertum ut dies.

Dagward, jentaculum, quum ineunte die aſſumatur, a *dag* & *warda*, ut adeo ſubintelligatur *mål*, aut ſimile quid, uti in Knytl. S. p. 32. ſcribitur *at dagórdar mali.* v. infra in v. *vard.* Ceterum in St. L. *Gipt. B. c.* 7. ponitur pro quavis cœna, alias *måltid* dicta: *hwarn dagen til en dagward,* qualibet die una refectio.

In lingua veteri obſervamus quamplurima vocabula, quæ *dag* vel *daga* in fine habent, ut *ſkildaga*, differentia, *maldaga*, conventus, Heims Kr. Tom. I. p. 320. *bardaga*, prælium, *wedaga*, miſeria, Chron. Rhythm. p. 52. *ſwardaga*, jusjurandum, Heims Kr. T. II. p. 296. *ſpurdaga*, interrogatio, Kon. Styr. p. 43. *dauddaga*, obitus. Ragnar Lodbr. S. p. 60, 61. (hodie *döddag* dicitur dies vitæ ſupremus). Dubito vero, an hæc ortum ducant a *dag*, dies, tempus, utpote cui nullum locum, ſi ſenſum conſulamus, invenire in plerisque horum licet. Ego eo potius inclinarem, ut dicerem, *d* eſſe adſcititium, & adeo voces haſce formatas ab *æga* vel *ega*, habere, ut *maldaga* ſit copia conveniendi, *bardaga* copia, facultas pugnandi, & ſic in reliquis.

DAGG, ros. Isl. *diogg.* A. S. *deaw.* Al. *dou*, *tou.* Belg. *dauw*, *douw.* Germ. *tau.* Angl. *dew.* Communi conſenſu Etymologi radicem vocabuli quærunt in Gr. *δεύω*, cujus matris non unam ſobolem erimus agnituri in *dugga*, *dunken*, *dæſwen*, *dy*, *dak.* Adde Cambr. *dwfr*, aqua, *dafu*, ſtilla.

Honings Dagg, eſt ros ſapore dulcis, qui æſtate decidens, arboribus, lupulo aliisque plantis ſumme noxius eſt: ab *honing*, mel.

DAGGERT, pugio. Hiſtoria Sigismundi, T. I. p. 217. *Och blef utaf honom med knytnæfwen och hans dagert wredſamligen hotad*, iratusque pugno ac pugione ipſi comminatus eſt. C. B. *dager.*

Digitized by Google

ger. Gall. *dague*. Ital. *daga*, Belg. *dagge*. Angl. *dagger*, quod forte idem eſt, ac Germ. *degen*, licet ſint, qui a דקר, confodit, deducendum jubeant, alii aliunde. v. Menagii *Origines Ling. Gall.* in v.

DAK, terra uliginoſa. Wesg. L. B. B. c. 3. §. 2. *eig i dak eller dy*: id eſt ex verſione Locceniana: non per paludinoſum aut voraginoſum locum. In L. Isl. *diki* notat quamlibet paludem. v. Knytl. S. p. 14. *þar ſem voru fenn nockur edr diki*, ubi paludes nonnullæ erant aut voragines. Cognatum videtur *dock*, quod in Lexico ſuo Gudmundus Andreæ p. 50. notare ait vallicu-lam vel parvam foveam. cfr. Angl. *dank*, uvidus.

DAL, vallis. Ulph. *dalei*. A. S. *dæl*. C. B. *dol*. Al. *tal*, *tuol*. Isl. *dalur*. Germ. *thal*. Belg. *dal*. Angl. id. Nil, credo, certius fieri poterit derivatione Wachteriana, qui a veteri Germanico *dal*, quod infra, deorſum, ſignificavit, etymon noſtræ vocis quærit. Saxones vetus illud vocabulum hodieque retinent, e. g. *up un dal*, ſupra & infra, *ſetet juw dahl*, ſede, quaſi demitte te in ſellam. v. Idiot. Hamb. p. 33. In Codice Argenteo *dalath* eſt deorſum. v. Matth. 8: 1. *iddalja*, deſcenſus. Luc. 19: 37. cui addo *dalga* fovea, c. 6: 39. Immo dum nonnullæ Sueciæ regiones a *dal* nomen ſibi inditum gerunt; non dubito, quin in eundem ſenſum fiat, quo Uplandia, Provincia Holmiæ vicina, a ſitus eminentia appellari coepta eſt.

Daeld, id. Utrumque etiam dicitur de parte agri cujusdam depreſſiore, ubi ſtagnare ſolent aquæ.

DALER, moneta argentea, inter uſuales maximi moduli, omnium conſenſu, a *valle Joachimica*, ubi primi unciales cudebantur, ita dicta. Quum vero ille quatuor marcis olim conſtaret, hinc Daleri quoque appellatio quatuor quibuslibet marcis addi cœpit, ita tamen, ut unciales appellarentur *ſlagen daler*, ad diſtinctionem quatuor marcarum aliarum, *en daler örtig*. v. Stiernmans *Acta Oecon.* Tom. I. p. 224. Horum vero pretium, Joachimico commenſuratum, oppido variabat: quum enim tempore Gustavi I. aliquando 3½ marcæ nummariæ Joachimicum efficerent, & vulgo, quod dixi, quatuor; ſub regno Erici XVI. hic 4½ & mox 5 marcas valuit, ſub Johanne III. ſex & ſic per varias vices. v. l. c. p. 183. 198. 202. De differentia inter *Daler kopparmynt* & *Daler ſilfwermynt* infra in v. *koppar* pluribus agetur.

DAM, pulvis, calcando aut alio motu excitatus. Reſtrictior eſt vocis ſignificatio in hodierno noſtræ L. uſu, in aliis vero cognatis quælibet corporum effluvia & vapores denotat; quamvis tamen non omnino omnia hujus amplitudinis veſtigia perierint. Eſt enim, ubi de fornacibus, calorem emittentibus, dicatur, *ugnen dammar warmt*: de junipero item ubi pulverem genitalem fundit: *Enbuſken dammar*. Alemannos *thaum* appellaſſe vapores, e terra ſurgentes, auctor eſt Junius in *Etymol.* alias *dampb* apud Schilterum. Germ. *dampf*. Angl. & Belg. *damp*. Geneſin vocis ægre explicuero, facilius enim eſt, ut nimis longe petita rejicere Juniana, θῦμα, ſuffitus, διαπνοὴ perſpiratio & θάμβος, ſtupor, quam melius quidpiam adferre. Id tantum dicam, videri mihi, illos in devia ire, qui inter quærendum vocabuli fontem *p* antiquarum dialectorum negligunt. Ego quippe facile inducor, ut credam, Isl. *dupt*, de quo poſtea in voce *doſt* aliquid dicam, a *damp* origine non eſſe alienum, ut ſolent Gothicæ dialecti *m* ſæpiſſime ante conſonam inſerere: ut *kapp*, *kamp*, certamen, *ſtapp*, *ſtamp*, laqueus &c. Teſtimonio eſſe poterit *dumpig*, quo vocabulo utimur ad notanda loca uliginoſa, quæque crebros vapores emittunt. Germ. *dumpfig*, & quum talia ſint, quæ mucida, Belgicum *duf* mucorem notat.

Dæmpa, ſuffocare, ut ſolet halitus intercipi iis, qui fumo enecantur. Al. *irtemphan*, *bitemphan*. Tatianus c. 53: 1. de ſuibus Gadarenorum: *Uuarun bitemphit in then ſeo*, ſuffocabantur in mari. Saxonice *dampborn* eſt inſtrumentum curvum, quo extinguuntur lumina. Richeys *Idiot. Hamb.*

2. Reprimere. *Dæmpa ens högmod*, alicujus inſolentiam reprimere. Similis metaphora eſt vocabuli *qwæfwa*.

DAM, ant. *dampn*, moles ex materia aut cespitibus ad impediendum curſum aquarum. Unde *damlucka*, clauſtrum molis, per quod aqua abundans emitti poteſt, *dambord*, idem. Sunt, qui poſuere credant a Gr. δέμειν, ædificare, ut a ſtruendo obſtruere. Antiqua certe vox eſt, id quod colligo ex A. S. *demman*, Suet. *dæmma*, obſtruere, obturare, Germ. *dæmmen*, Angl. *damm up*. Immo tot urbium Batavarum in *dam* exeuntia nomina luculentum

Digitized by Google

lentum ejus ætati teſtimonium perhibent. Goropius Becanus *dam* hoc a *δαμᾶν* vel domando derivat, quum hac objecta mole dometur vis aquarum.

II. Piſcinam, vivarium piſcium e terra effoſum; forte quia ab initio in maris ſinubus, objecta quadam mole formabatur: hinc *karpdam*, *ruddam*, vivarium cyprinorum.

Kroppdamn, ciſterna in ſummo tecti ædificata, vel ad extinguenda incendia vel ad colligendam aquam pluvialem. Chron. Rh. p. 313. v. infra in *kropp.*

DANAARF, bona caduca, quæ, peregrino mortuo, fiſco Regio cedunt, ubi intra certum tempus, legibus definitum, nemo legitimorum heredum illa vindicat. v. Westg. L. *Arfd.* B. c. 14. Ostg. L. *Arfd.* B. c. 22. Stads. L. h. t. c. 18. Adde Ottonem Sperling, in tr. de *Lingua Dan.* p. 61. ubi obſervat, inter Norrwegos eundem juris terminum uſurpatum fuiſſe. Induxit nominis ſimilitudo multos, ut crediderint, a Danorum gente nomen hoc profectum eſſe, ſed cui ſententiæ quominus accedere poſſimus, duæ inprimis rationes, ut mihi videtur, ſatis validæ obſtant. Prima eſt, quod ſub hac claſſe peregrinorum non Dani ſolum, ſed etiam Germani Anglique nominatim comprehendantur, *Danſker* & *Thydiſker madher*, l. c. Leg. Westrg. Altera, quod ipſi Dani non diſſimili ratione *dana* uſurpent, dum *danneſæ* appellant theſauros humo effoſſos. v. Jus Seland. Lib. 6. cap. ult. Quod licet ita ſit, non vulgaris tantum hic error eſt, ſed admodum etiam antiquus, utpote cujus veſtigia animadvertit, Lundius in Actis publicis Calmariæ 1436. conſignatis, ubi dicitur: *medan Danaarf æpter Lagboken ær utlændſke manna arf, thy ære Danſke mæn utlændſke mæn i Swerige, och ej inlædſke*, quum peregrinorum hereditas in Lege *danaarf* appelletur, idcirco Dani alienigenæ in Suecia, non indigenæ cenſentur. v. C. Lundii addit. ad Verelii *Ind. Scyt. Scand.* p. 13. Neſcio vero, ut id obiter dicam, annon huic explicationi locum dederint verba *Legis Weſtrog. Mandr.* B. b. 9. *§. 1.* ubi Danis opponi videntur exteri. *Dræper madher danſkan man, ella norræn man, böte niu markum. Dræper mader utlænſkan man, eigh ma fridh flyia or landi ſino, ok i æth hans*: hoc eſt, ex verſione Lundiana: Si quis Danum aut Norrwegum occidat, mulcta IX. marcarum eſto. Si quis interficiat extraneum, non debet pelli patria ad cognatos occiſi. Sed ſi tamen textum accuratiori oculo inſpiciamus, videbimus facile, revera heic non eſſe oppoſitionem quandam, ſed poſteriora continere regulam univerſalem in omni proſcriptione obſervandam. Verelius, Vir Gothice doctiſſimus, eumque ſecutus Carol. Lundius, *danaarf* deducunt ab Isl. *daen* mortuus, extinctus, relata voce ad ipſam hereditatem, ut quæ mortua dicatur & extincta, ubi nulli in vivis ſunt heredes, qui illam cernendam habeant, perinde ac apud exteros & in Capitulationibus Francorum, *manus mortua* crebro in hac materia uſurpatur pro jure domini ſuccedendi in bona miniſterialia aut ſervi absque liberis defuncti, v. du Fresne, in *manus mortua*, & Wachterus, in *todtehand.* Quem modo laudavi, perſpicaciſſimus Wachterus, quum in Latinitate media jus hoc Regium, hereditatem peregrinorum adeundi, jus *albanagii* audiat, & hodieque apud Gallos *droit d' aubeine*; ſuſpicatur *dan* in aliqua vetere dialecto Celtica Scythicave alienigenam notaſſe. Quod legens, non celandum opinatus ſum Lectorem meum, quum in memoratis titulis Leg. Civilium & Oſtrogothica *Danaarf*, tanquam terminus inſolens & peregrini quid habens, nominetur, mihi in mentem veniſſe, ſuſpicari, eum forte ab advenis huc fuiſſe inductum, Gallicumque *d'aubeine*, eliſo *b. dauene*, *daina*, quod ſe in veteribus exemplis reperiſſe, teſtatur Lundius, l. c. & tandem *dana* effictum eſſe, ſimili modo ac a rapina, *ran* factum videmus & alia id genus. Sed hoc nulli obtrudere velim, inprimis, quum prior derivatio nihil incommodi habeat. Qui plura huc facientia deſiderat, adire poterit Auctores a me laudatos, iisque addere Stiernhökium, de *Jure Sveonum Vet.* p. 196: citatosque in Danske Magazin, P. 59. p. 343.

DANABROK, vexillum primarium regni Danici, quod Hollbergius aliique Scriptores Danici a Pontifice Romano miſſum tradunt, ad excitandum ejus regionis homines, ad crucem accipiendam, hoc eſt, ad nomina danda militiæ cruciatæ, contra Turcas ſuſcipiendæ, ſed de quo fabula poſtea increbuit, Danos, ubi duce Waldemaro II. Re-

ge

Digitized by Google

ge, in Livonia pugnarent, atque amiſſo vexillo, in eo eſſent, ut fugam capeſſerent, cælitus demiſſum accepiſſe hoc vexillum, in cujus area alba, nigricans crucis ſignum intextum erat. Ingenti veneratione illud a Danis cultum memorant Hiſtorici Danorum, prælatumque inter pugnandum, donec ſub JOHANNE II. in bello Dithmarſico penitus ablatum fuit. Crebra ejus in Hiſtoria Suiogothica, ſub bellis cum hac gente geſtis, mentio fit. CHRON. RHYTHM. MIN. p. 322.

Ther kom tå Nils med Danabrook
Tum veniebat Nicolaus cum Danabrok.

In primis vero notabiles ſunt literæ Senatorum Regiorum apud HADORPHIUM *in Actis Publicis*, annexis CHRON. RHYTHM. p. 133. ubi conqueruntur, NICOLAUM STENONIS huc induxiſſe *Danabroka*, & ita monſtraſſe, ſibi in animo fuiſſe, ſupprimere tres Sueciæ coronas (vexillum primarium hoc inſigne præferens), & ita ſenſim omnes Sueciæ incolas ſub peregrinum jugum mittere. Verba eorum hæc ſunt: *Nielis Stenſon hafuer fördt hær in i riket medh hærſköldh och olagligheet* Danabroka: *oc ſom wij kunnom márkia, meenas ther ånte annat medh, uthan at nidertrycka* Sweriges tree chronor, *ok komma oſs alle i uthlenſka manna hænder oc waldh igen.* Nominis hujus rationem quærunt hiſtorici in colorum modo commemorata varietate, ut *brokug* noſtra lingua perque viciniam variegatum denotat. v. HOLLB. *Hiſt.* vers. Germ. p. 236. Sed mihi ſuſpecta hæc derivatio ſemper viſa eſt, quum, quantum docent Hiſtorici, nil niſi crucem canam in area, ut dixi, alba labarum hoc prætulerit, ut adeo illo nil minus coloratum variegatumque eſſe potuerit. Mitto aliorum conjecturas, & tantum addo, mihi certum eſſe, una cum labaro appellationem peregre adveniſſe, *broka* vero contractum eſſe a Lat. Barb. *barocchium* vel *bareochium*, quo nomine labara nonnunquam appellata fuiſſe, invenio. BURCHARDUS, in Epiſtola de Excidio Mediolanenſi apud FREHERUM, Tom. I. *Script. Germ.* p. 237. *Venit populus cum* barcocio, *quod apud nos* ſtendart *dicitur.* Nihil vero facilius fieri potuit, quam ut a *barocio brok* fieret. Communiori uſu labara alias *carrocia* appellata fuere, & inde Gr. Barb. *καρουχία*, forte quia carris portabantur, vel etiam ferculis, illud a *bår*, hoc a carro, *kærra*: De ordine Danebrogico confer HOLLBERGIUM l. c. p. 800. quique de ordinibus Equeſtribus data opera egerunt, BIRCHERODIUM aliosque.

DANK, lucernæ gracilioris genus. Opinor factum a Germ. *tacht*, *tocht*, ellychnium, funiculus lucernæ, quum extra id parum ſebi habeat: *Tocht* vero Germanicum illuſtrari melius aliunde nequiverit, quam a noſtro *toga* linum, utpote ellychnii materia.

DANKA, huc illuc ferri, vagari. *Dancka af och an*, ultro citroque vagari. Hinc *dancker* dicitur homo vagabundus, erro; *ſlå danck*, vagari. Neſcio, an frequentativum ſit a *δονέω*, agitare, *δόνημα*, motus: LUCIANUS, de Saltatione, dicit, Protea imitari potuiſſe *δένδρου δόνημα*, arboris agitationem: vel a *δινέω*, quod eſt *κύκλοσε στρέφω*, in orbem agito, unde *δῖνος*, ſaltationis genus apud ATHENÆUM.

DANN, factus, conſtitutus: ut in CHRON. RHYTHM. MIN. p. 99.

En hofwelig Riddare och wæl dann

Al. *than*, *thon*. v. SCHILT. *Gloſſ.* p. 786. Belg. *gedaen*. Germ. *gethan*. Nunc tantum uſurpatur in compoſitione cum aliis particulis, *burudann*, qualis, quaſi diceres, quomodo factus, *ſådann*. Isl. *ſoddan*. VOLSUNGA S. p. 14. *Han þotteſt vita, at hun mundi ei launa ſoddan beina*, ſibi videbatur ſcire, illam non (male) remuneraturam tale hoſpitium: ubi tamen BIÖRNERUS *ſoddan*, neſcio cur, invito certe contextu orationis, deducit a *ſjuda*, coquere. Anglo-Saxones habent *ſoþan*, talis. v. HICKESII *Gram.* A. S. p. 119. Germani *ſothan* & *ſothanig*, quod miror WACHTERUM deducere voluiſſe, a particula comparativa *dann*, quam, *Gloſſar.* p. 258. Noviſſe enim poterat vir ſuæ linguæ peritiſſimus, antiquos olim plenius dixiſſe *ſogethan*, ut in RHYTHMO de *Expeditione* CAROLI M. p. 1.

Den tuet er zu ettelich ſtundt
Mit ſogethanen dingen chunt.
Eum aliquoties
De talibus rebus certiorem facit.

Belgæ hodieque uſurpant *zodaenig*, id. *dusdaenig*, talis, *boedanig*, qualis, *boedanigheit*, qualitas, *wel gedaen*, bene conſtitutus. Dani *hvordan*, qualis, *ſaadan*, talis, *ſaaledis danned*, id. OTTO SPERLINGIUS, qui in *Commentariolo de Lingua Danica* p. 57. omnia, quæ

quæ a tribus illis literis *dan* incipiunt, a Dano R. & Danico nomine arceſſere amat, etiam hoc noſtrum Regiæ familiæ adſcribit, verum æque abſurde, ac cum hoc quidquam commune habere putat titulum *dannesfolck*, qui occurrit in literis Erici Pomerani de anno 1439. inſertis Hiſtoriæ Hvitfeldtianæ p. 116. *Alle dannes folck, ſom ere Påfwe, Keyſer, Herrer, Forſter, Riddere, ſwene, ærlige kôpſtæder oc all meenighet, ſaa wyt Chriſtenheden ſig forſtrecker*; hic enim *alle dannes folk*, non ſignificat omnis generis homines, ut ille interpretatur, ſed omnibus viris honeſtis, qui alias *dannes mæn* & *dannemæn* dici conſuevere, & de quibus nos ſtatim plura dicemus, heic tantum paucis obſervaturi, nobis veriſimile videri, huc etiam referendum eſſe Saxonicum illud *dannig*, quod habet Idioticon Hamburgense, p. 33. e. g. *He mutt noch erſt wat danniger werden*, in anteceſſum aliquanto plus virium habere debet: atque adeo catachreſticum & contra vocis nativam indolem eſſe, ubi in malam partem, ut in additamentis annotatum video ad laudatum librum, ſumitur.

DANNEMAN, titulus honoris, quo alios compellantes uti ſolemus. Diverſimode ſcriptum invenio, *dandemæn*, *dondemæn* & *domdemæn* (Stiernmans *Oecon. Fôrord. p. 7.*) nec non *digdemæn* & ſæpiſſime *dogandemæn*. nec non *dandes folk, dandes männiſkior. v. Lit. Gotlandorum in Actis Publicis Hadorphianis*, annexis ChronicoRhythm. p. 151. Ex quo fonte hic titulus profluxerit, varie diſputari video a Philologis: quæ mea ſit de eodem opinio, pridem apparuit ex diſſertatione, me Præſide habita 1748. de *Linguæ Sviog. Uſu in illuſtranda antiqua Gentis noſtræ ſimplicitate*, ubi p. 46. hæc extant, quæ, ne actum agam, integra inſeram. *Nomen* Danneman *unde profluxerit, tanto eſt incertius, quanto plura in divortia eruditi in natalibus ejus indagandis abeunt.* Otto Sperlingius, *vir eruditus in tractatu de* L. Danica, *a* Danis, *hoc eſt ſuis civibus, honorariam hanc appellationem profluxiſſe, arbitratur. Sed, qui in Borealium hiſtoria haud perfunctoriam collocaverat operam, ignorare non potuit, Suecis adeo amabilem priſcis temporibus nequaquam fuiſſe Danorum & Danici imperii memoriam, ut quorum gratiam aucupari vellent, viros Danos appellarent.* Loccenius, Antiq. Sveo-G. L. II. c. XXV. *tituli hujus originem deducit a* dannis, *vetere voce Scandica, quam* munificum *&* liberalem *ſignificare ex* Sturlæsonio *probatum it, & adhuc in Norrlandiæ tractibus quibusdam reſiduam eſſe, monet. In hoc vero etymo id tantum deſidero, illud in compellationibus, ægre locum habiturum fuiſſe, quando nihil ab alterius exſpectabatur liberalitate. Alii Saxonicam vocem* Thanis, *quæ virum honoratum denotat, in ſubſidium vocant, quod quidem in ſe nihil aliud incommodi habet, quam quod peregrinum vox ſonuerit, & apud nos* þægnar, þignarmæn *audierint, quod a* dandemæn *aliquanto longius recedit.* (*vide Rev.* Spegelii *Gloſſar. in voce.*) *Mihi, miſſis ceterorum conjecturis, veriſimillimum viſum eſt,* Dandemæn, *dum crebra vulgi uſurpatione inter ora hominum volutaretur, contractum fuiſſe a* dugande mæn *h. e. viri ſtrenui. Rationem etymi inde petere liceat, quod in bellica fortitudine omnem laudem, titulos omnes poſuerint veteres. Deinde in veterum ſcriptis nihil frequentius hac appellatione* dugande man, dugande madr, dugnader madur. *Ita* Snorro Sturlonides, *Tom. II. p. 274.* Scom mikit dugandes mannom, att draga her knapa up jafn hatt ſier: *i. e. turpe eſt viro ſtrenuo; pari ſecum honore dignari velle ſervos ſuos. Ita in* Legibus Bircenſibus *Cap. 2. qui alias* dandemæn *audiunt vocantur* doghande mæn: hvilken maþer hus rywer, niþertaker, ok vil ſiþan þat ater upbyggia, kalli til ſinæ nagrannæ ok andræ doghandæ mæn: *hoc eſt, quicunque ædes ſuas diruit alias ædificaturus, appellet vicinos aliosque viros probos. In* Chronico Rhythmico *vel centies hic titulus occurrit, &, quod inprimis me de meæ conjecturæ veritate dubitare vetat, ubi codex, quem ſecutus eſt* Hadorphius dågande mæn *habet, alter, quem Regium appellat, cujusque varias lectiones in marginem transfert, ſemper fere* dandæmæn *præfert, ut videre licet p. 39. 51. 75. 76. & alias ſæpe. Hoc dum ſcribo, ſuccurrit, quod in Hiſtoria* Gallica, Theodeberto *Regi, agnominis loco, additum fuiſſe videam titulum* utile, *quo, pro more ejus ſeculi,* dugande man *exprimere voluerunt. Rem ita narrat* P. Daniel, *Hiſt. Gall.* Tom. I. *p. 106.* Dés le vivant de ſon pere Thierri,

Digitized by Google

erri, a l'occaſion de la victoire, qu'il remporta ſur les Danois, tout jeune qu'il eſtoit alors, on luy donnoit le nom de Prince *Utile*, qui vouloit dire, ſelon le Latin barbare de ce temps là, un Prince brave & capable des plus grandes entrepriſes. *Quod etiam* Utilis *Latino Barbaris virum fortem ſtrenuumque ſignificaverit, allatis in medium cum aliis locis, tum* Gregorii Turonensis *probat* du Fresne, *in voce.* Adjungo locis a viro ſummo allatis unicum Pauli Diaconi, *Lib. 6. c. 24. Meminiſti* Dux Fredulphe, *quod me inertem & inutilem dixeris, & vulgari verbo Arga vocaveris.* Aliam Etymologiæ rationem videre licet apud Gudmundum Andreæ, *Lex. Iſl.*. p 44. cui licet multum non tribuam, verba tamen ipſa huc transferam: Dæ, *primitivum vetus ſeu particula priſca, aliquid probum, ſcitum & eximium, tanquam εὖ ſignificans* za. די *ſufficientia*, דעת *ſcientia*, *notitia. Hinc* Dæends wæl, *excellenter.* Dævel, *eximie, bene, optime.* Dæwænn, dæfrydur, dælegur, *eximie formoſus.* Dőcht, *optime, adprobate.* Dænemadr & dændis, *probus, boneſtus homo.*

DANNEMARK, Dania. A. S. *Deanamearc*, unde *Dæna*, Dani. Germ. *Dænemark.* Sunt, qui nomen hoc a Danais arceſſunt, quod eo minus mirari convenit, quum ipſi Islandi & Genealogi veteres ſanguinis ſui originem a Trojanis fere repetant. Saxo Grammaticus regem quendam DAN, Humbli filium, comminiſcitur, qui appellationis hujus auctor ſtatorque fuerit. Plurimi vero Danos ab Odino, qui eos in has primum oras duxerit, & Wodanus, Godanus appellatus fuerit, teſte Paulo Diacono, de *Geſtis Longobardorum*, Lib. I. c. 9. nomen accepiſſe putant, reſciſſa prima vocis ſyllaba, quæ tamen ſui veſtigia reliquerit in antiqua regionis appellatione Codanonia apud Pomponium Melam, qui idem mare Balthicum vel ſinum Venedicum, ſinum Codanum appellat. Quod vero mihi circa hanc eymologiam ſcrupulum movet, eſt, quod credam, Daniæ nomen, ſi minus in hac borealis orbis parte, attamen apud cognatos Scythas, Odino, Aſarum in has terras duce, longe antiquius eſſe. Jam enim tempore Catonis illud extitit, utpote qui Iſtrum ab accolis Danis, *Danubium* dictum tradit, hodie *Donow*, quaſi *Danaâ*, quemadmodnm alius Scythiæ fluvius erat, qui *Danaſtrum* appellabatur, a *Dana* & *ſtrôm*, fluvius. v. Jornandes, de *Rebus Geticis* c. 5: p. m. 14. quibus adde innumera locorum in Scythia nomina, in *dana* deſinentia, ut *Marcodana*, *Patridana*, *Petrodana*, *Utidana* &c. quæ a Germanico *awen*, prata, deducere fruſtra conantur Lazius atque Zamoschius. Hoc incommodo non premuntur, qui Danos dictos putant a *than*, L. B. *thanus*, *thainus*, *thaynus*, quod dominum, virum nobilem ſignificat, ut ex infra dicendis in v. *thign*, ulterius patebit. A me ſi quæratur, cujus originis ego nobilis hujus nationis nomen eſſe, exiſtimem, de ejus fonte idem dixero, quod de fluvio veteris Daciæ dixit quondam Herodotus, Lib. 5. c. 53. *Τȣ́τȣ τȣ̃ ποταμȣ̃ ȣ̓κ ἔχω φράσαι τὰς πηγάς*, hujus fluvii fontes non poſſum dicere.

DANSA, ſaltare. Vocabulum peregrinum, ut res ipſa. Celticum eſſe putat Wachterus, quum Cambri, Celtica propago, *dawnſio* dicant, & Armorici *danſa*, Germani inde *tanzen*, Angli *daunce*, Belgæ *danſſen*, Islandi *danſa*, Galli *danſer* &c. Mœſogothi *plinſian* adhibent in ſenſu ſaltandi, quod, ni fallor, nihil aliud eſt, quam gaudio exſultare, lætari, atque adeo affine AngloSaxonico *bliſſian*, *gebliſſian*, gaudere, quod occurrit in Bibliis hujus Linguæ, Luc. 6: 23. Quod etiam ſaltationes ignorarit antiqua Saxonum gens in Anglia, videor mihi conjicere poſſe ex modo citata verſione Bibliorum, quæ ad hos choros exprimendos variis aliis, motum corporis violentum ſignificantibus vel etiam peregrinis vocibus utitur, ut *tumban*, Marc. 6: 23. *ſaltan*, Luc. 7: 32. *frican*, Matth. 11: 17. v. Wachterus, in v. Ut ad vocem *danſa* redeam, Junius a Gr. *δόνησις*, agitatio, eam deducit, Wachterus a Celtico *tant*, chorda, quum fides ſaltationis anima ſint. Gudmundus Andr. in *Lex. Iſl.* a Danis tripudia appellata conjicit apud Septentrionales, quemadmodum a Phrygibus certum ſaltandi genus nuncupatum fuit apud Græcos. Alii Dalekarlos, qui *daſſa* dicunt, ſinceriore fide, quam ceteros omnes, vocem hanc ſervaſſe arbitrantur, utpote a Chald. דוץ, exſultare, oriundam. Sed talia dicuntur, quum nihil dicendum habemus.

DANT, ludibrium, cavillatio, ſtropha,

pha. Ant. *tant.* v. *Acta Publ.* Hadorphii, *p. 211.* Chron. Rhythm. *p. 186.*
Thet war dock intet utan lygn och dant.
Non erat niſi mendacium & ludibrium.
p. 350.
Ho ſom altid far med ſwik oc dant,
Thet rõnis jo bonom en tyd ſant.
Qui ſemper technas & ſtrophas nectit,
Aliquando id in ejus caput recidet.
Quod primario ſignificatu jocum denotet, probare videtur Germ. *dentelen*, ludere, ludicre agere. Gall. *dandiner*, Belg. *danten*, *dantinnen*: unde autem orta hæc ſint, ſi quæras, reſpondebit Wachterus, ab Italico *dad*, teſſera, ita ut ab hoc ludi genere ad quaslibet alias ineptias translatum fuerit. Vocem vero *dad* ex Hydii tractatu, de *Nerdiludio*, docet, ad Europæos transmiſſam fuiſſe ab Arabibus, apud quos, *dad*, *ded*, *det*, ludum, rem ludicram & aleam denotat. Quum vero luſus malevolorum raro innoxii ſint, ſed in aliorum opprobrium ſæpe tendant, hinc, uti in plurimis linguis ludere & illudere communibus utuntur vocabulis, ſimile quid hic quoque eveniſſe, vir idem doctiſſimus conjicit. Certe apud Gallos *tanſer* eſt maledicere, Iſl. *danſar*, cantilenæ ignominioſæ, ſatyræ. Verel. C. B. *dannod*, exprobrare. Angl. *taunt*, increpare. Pæne mihi exciderat Gr. *ὄνειδος*, probrum, contumelia, unde *ὀνειδίζω*, probris inceſſo, maledico: a quo ſi quis, miſſis aliis, ſuperiora orta crediderit, me ſibi adeo contrarium non invenerit. Hæc ita ſcripſeram, quum ſub manus venit D. Lud. Pelleteri *Dictionarium Britannicum*, in quo docetur, Armorice *danta*, a *dant*, dens, ortum, notare mordere, ſigna imprimere dentium. Novimus mordere, rodere malignumque dentem de conviciis & cavillationibus in omnibus fere linguis uſurpari.

Danta, conviciari, taxare.

Bakdanta, alicui abſenti maledicere.

DASA, pandiculari, ut ſolent, qui a labore feſſi ſunt, & requiei ſe totos dedunt. Iſl. *daſadur*, laſſus, *daſaſt*, languere, fatiſcere. Nunc fere non uſurpatur, niſi quum impudicam conſuetudinem adulterium committentium exprimere volumus. *Daſa med en*, cum aliqua conſueſcere.

DASKA, ferire, percutere. Angl. *daſh.* Junio videtur *ὀνοματοποιητικῶς* factum.

DÆFWEN, uvidus. v. ſupra in *dagg.*

DÆGELIG, pulcer, formoſus. C. B. *teg* id. Crediderim, hanc vocem nihil differre ab infra adferenda *tæckelig*, niſi quod *t.* & *k.* in *d.* & *g.* permutata ſint. Neſcio vero, utrum a Latino *deceo*, quod ad pulcritudinem notandam ſæpe adhibetur, uti etiam *decens*, *decorus*, an vero ab Iſlandico *þeck*, acceptus, ſit deducendum. v. infra in v. *tæck.*

DÆGGJA, lactare infantem. *1. Sam.* 1: 24. Ulph. *daddjan*, unde Marc. 13: 17. *vai thaim quidubaſtom jah daddjandein*, væ prægnantibus & lactantibus. Radicem ſupeſtitem ſervant plurimæ Linguæ. A. S. *titt*, mamma, Gr. *τίττη* vel *τιτθός*. Angl. *teate*, *dug*, Belg. *titte*, Gall. *teton.* It. *tetta* Suet. *diſſar.* In antiqua Lingua etiam *dæggja* idem ſignificavit, ac ſugere, lactere: hunc certe ſenſum habet in Wesm. L. *Arfd.* B. c. 33. *Thæt barn dhag miölk af modhor ſpina*, infans ille mammas matris ſuæ ſuxit: Codex quidem Uplandicus h. t. c. 11. §. 5. nec non Helsing. L. h. t. c. 13. habet *tha miölk af modbor ſpina*, quod a *taga* vel antiquo *tiggia* ortum dixeris; ſed quum jus Weſtmannicum ubique fere Leges Uplandicas deſcribat, veriorem lectionem prototypo ſuo hic reddere poterit.

Dæggjobarn, Joel 2: 15. infans lactens.

DÆGI, affero hanc vocem, quum eam a Spegelio allatam videam, ut in Legibus Weſtrogothicis occurrentem, ſignificantemque *νυχθήμερον* vel diem cum nocte. Eſt haud dubie locus *Forn.* B. c. I. §. 1. quem innuit, ubi legimus: *taker madher a andrum dægbi bæſt*, *eller oxſæ*, *wang eller ſlæda* &c. ſed videmus liquido, diei ſignificationem heic locum non habere. Vocatur alias ſpatium 24. horarum in iisdem Legibus *dögr.* v. *Arfd.* B. c. 13. *Kirk.* B. c. 3: 1. hodie *dygn.* Loccenius in verſione harum tabularum *dægi* hoc gladium notare credit, Germ. *degen*, idque præeunte Stiernhielmio. Sed quis non videt, id nihilo magis huc quadrare. Ad veritatem omnium proxime accedit Lundius in emendationibus verſionis Loccenianæ, qui ita interpretatur: *Si quis alibi capiat equum aut bovem* &c. eamque lectionem a melioribus codicibus confirmari docet. Sed non addit, quis verborum tenor hunc ſenſum formet. Mihi hæc verba legenti ſtatim ſubiit, *d* literam ſuperfluam eſſe, & *ægbi* legendum, atque adeo dici, ſi quis in alieno territorio vel fundo illicite

capiat equum aut bovem, currum aut rhedam,&c. cfr. c. 2: 9. *Sa a ſang*, *ær ægbur a*, Ille ligna habebit, qui fundi poſſeſſor eſt.

DAEKA, puella, apud WeſtroGothos. Venedi puellam *deefka* appellant, pulcram puellam *debora deefka.* v. ECCARDI *Hiſtoria Studii Etymol.* p. 284. Quæ hæc inter cognatio ſit, liquido non dixero: noſtrum ego tantiſper referendum putavero ad Gothicum *thy* ſerva, quod, diminutiva forma auctum, *dæka* forte effecit.

DAEME, exemplum, ſimilitudo. WESM. L. *Kriſt.* B. c. 24. *Mankt bawer waret och opt ær ildz dæmi*, plurima fuere, & adhuc ſæpe dantur mala exempla. CATAL. REG. SVIOG. ad Calcem LEG. WESTROG. in vita ERICI SANCTI: *Han gjærdi e god dæme*, ſemper bona exempla edidit. Iſl. *dæmi*, id. VOLSUNGA S. *p.* 42. *fadæme*, res rara exempla habens, monſtrum, *odæme*, res mali exempli: CATAL. LEGIFERORUM ad easdem LEGES WETRO GOTHICAS: *Han fræl ſædi land af odömum*, liberavit terram ſuam a malis exemplis, *dæmiſaga*, enarratio exemplorum, qui titulus eſt hiſtoriæ mythicæ EDDÆ. cfr. ROLF KRAKES S. p. 20. Apud HESYCHIUM *δομή* inter alia explicatur *εἶδος*, *μορφή*, forma, ſpecies.

DAEMPA, cohibere, ſuffocare v. in *Dam.*

DAENGA, tundere. THREN. 1: 20. *Mitt hjerta dænger*, cor micat, quaſi latera tundit. Ab Iſl. *deingia*, id.

SLAGDAENGA dicitur canticum triviale, quod in omnium ore eſt. Scani *badænga* dicunt, Galli *vaudeville.* Nonnemo mihi perſuadere voluit, depravatum eſſe vocabulum a S. *Legenda* h. e. *ſancta legenda*, quum jam dudum in contemtum abierint Pontificiorum de Sanctis ſuis abſona commenta. Certe ineptias & figmenta hodieque *legender* appellare ſolemus. Sic Galli *kirielle* vocant longos ſine mente ſonos, a cantu Eccleſiaſtico *κύριε ἐλέησον*, ad nauſeam & ſine pietatis affectu nimium diu continuato. Alias cum *dængia* crebros ictus inſinuet, metaphora ad alia, quæ ſæpius iterantur, peti potuit, pari ratione ac Galli dicunt, *cela eſt battu & rebattu:* id triviale eſt. Ceterum *ſlå* de cantu & tonis muſicis non infrequens eſt. e. g. *Han ſlog på then ſtrængen*, eam chordam tetigit, & philomelæ cantus vulgo *ſlag* dicitur.

DAENGLA vel *dangla*, pendulum eſſe, ut qui male inhæret equo, aut alias fluctuat: dicitur etiam *dingla*, ut ſuo loco monebitur.

DAEST, aſthmaticus, vel qui præ pinguedine difficilem anhelitum ducit. Iſl. *dæſtur.* v. RUNOLPHI JONÆ *Gram. Iſl.* p. 101. Referunt nonnulli ad Iſl. *daſadur*, quod nuper habuimus in v. *daſa.* v. WORMII *Lex. Run.* p. 24. rectius forte ad *dæſa*, Iſl. ingemiſcere, quum qui aſthmate laborant, ſæpe graviterque fere ſuſpirent. v. GUDMUNDI ANDR. *Lex. Iſl.* p. 45.

DÅ, deliquium animi. VEREL. Vocula hæc communi quidem uſui ſeſe jam ſubduxit, ſed ita tamen, ut, tanquam ſucciſa ſtirps, crebris ſurculis pullulaverit. Habemus hinc quippe.

DÅNA, animi alienari, deliquium pati: *dåna bort*, idem. Iſl. *dana.* VERELIUS in v. *datt.*

DÅLIG, mentis impos, dein qui animum cito deſpondet, qui debilis eſt. Lingua Oſca *dalivus* fatuum denotavit, ut obſervat WACHTERUS in v. *dall.* Moeſogothi *dwala* dixere fatuum, Matth. 5: 22. quæ vox noſtræ cognata eſſe poterit, quum fatuitas & animi deliquium in variis linguis uno eodemque vocabulo nominentur. Sic Iſlandice *owiti* notat tam fatuitatem, quam animi deliquium. *Ligga i owiti*, mente alienatum eſſe.

2. Triſtis, miſer. *Ett dåligt tillſtånd.* Sed non opinor, hoc ab eadem radice profectum, ſed potius ab Iſl. *dauflig.* ROLF KRAKES *S. p.* 40. *dauflig er vor æfe*; HEIMS KR. Tom. I. p. 297. *þotti bonom dauſligt*, id ei triſte videbatur. OL. TRYGGV. S. ED. Skalh. Part. I. p. 137. *þeir drecktu dolega þeirri Drotningu i eitt ferlega djupt fen*, ſubmerſerunt Reginam miſerandum in modum in palude mire profunda. Angl. *dolly*, triſtis, Hib. *doilig*, id.

DÅFNA, fatiſcere, v. *dofna.*

DÅFWARMT, calor ſuffocans, quique ſpiritum intercipit, & animi deliquium minatur: *Dofwarmt* alias ſcribi ſolet. v. infra in *dofna.*

DÅRE, fatuus: v. ſuo ordine.

DÅSE, id. ibid.

DÅD, *dad*, *dat*, factum. *Hjelpa med råd och dåd*, conſilio & opera juvare. A. S. *dæd.* Al. *dat*, *tat.* Belg. *daed.* Germ. *that.* Ang. *deed.* Amiſimus nos ipſam radicem, quæ tamen in aliis linguis ſupereſt. Ulph. *taujan*, facere. Al. *tuan*, *tuon.* Belg. *doen.* Germ. *thun*, Angl. *doe:* quæ omnia a *θεῖναι* derivat MARTINIUS, obſervans, illud apud Græcos in faciendi ſignificatione interdum occurrere. Junius vero nil evidentius eſſe credit, quam quod originem his Gothicis dederit Græcum *τεύχειν*, parare, fabricari.

II. Factum forte. *Stora dater*, ingentia

facta

Digitized by Google

facta. Halfdans S. p. 9. þaþ oc dreingſkapr, fortia facta virtusque. Olavi Tryggv. Hist. Edit. Skalh. Part. I. p. 108. *Ef nockur dad er i þeir*, ſi qua virtus in te eſt. Ex gemina hac vocis ſignificatione in bonam malamque partem ſumta vocabula habemus,

Udaþir, turpia facinora. Ol. Tryggv. S. Fd. Skalh. Part. I. p. 235. In *Lege Civili* Christophoriana, *Rådſt. B.* c. 34: 4. *odbædis drængiar* nominantur, qui turbatores ſunt pacis publicæ. Loccenius vertit *ſervos otioſos*.

Fordaeda, malefica, ſaga. Östg. L. *Byg. B.* c. 28. Leg. Birc. c. 10. unde *fordæduſkapr*, veneficium, pari modo ac a *göra* fit *förgöra*, veneficio occidere. Apud Ulphilam vocantur quævis delicta *miſſadedins*. Matth. 6: 14.

Öfverdåd temeritas, nimia audacia, a particula intenſiva *öfwer*. In Chron. Rhythm. p. 446. *öfverdatb* denotat luxum & modum excedentem pompam.

K. Karl ban bölt thetta ſtatb
Med modb och ſtort öfwerdatb.
Rex Carolus hoc feſtum edidit
Magno animo & pompa.

Öfterdådig, temerarius. Catachreſticum eſt, ubi dicimus *öfwerdådigt wacker*, nimium pulcer, & ſic in ceteris.

Mandat, factum heroicum vel virile, a *man* vir.

DÅFHJORT, dama. A. S. *da*, Angl. *doe*. Gall. *daim*. It. *damma*. Dan. *daa*. Belg. *dayn*, *deyn*. De ortu vocis Latinæ conſuli poterit Vossius in *Etymol.*

DÅRE, ſtultus. Iſl. *dnare*. Al. *dor*, *dorde* apud Schilt. p. 234. hodie *thor*. Wachterus proprie temerarium hac voce denotari, credit, atque adeo ortum a Gr. θοῦρος, impetuoſus. Ego, quum hujus ſignificatus nulla in antiquis Linguis veſtigia reperiam, malim, illud ad ſuperius *då* referre, quod ſtuporem animi in genere infert. *Dåſe* idem vocabulum forte exiſtimaveris, ut ſolent literæ *r* & *s* in omnibus Gothici orbis dialectis crebro alternare: ſed obſervari tamen meretur, fatuum Anglosaxonice *duæſe* dici, Iſl. *þuſſe*. v. Sapient. c. 1. *þa audſynar ban builikir þusſar biner adrer baſu vered*, tum Monſtrat, quam ſtulti illi fuerint. Belg. *dwaes*, *daes*, *daeſard*, cui lucem fenerari vult Junius, in monoſyll. adjectis Notis ejus ad Willeramum, ab Hesychii & Suidæ ἠλιάζει, quod exponunt φλυαρεῖ, nugatur.

Dåra, infatuare. Ruri uſurpatur de oſcinibus, qui cantu ſuo jejunis infortunia portendere, creduntur. *Göken dårade mig*, cuculus me decepit, vel infauſtum omen mihi cecinit. Iſl. *daara* notat irridere.

DEG, maſſa farinaria. A. S. *dab*. Al. *teik*. Gloss. Florent. *teig*. Belg. *deeg*. Iſl. *deig*. Angl. *dough*, *dow*. Germ. *teig*. Iſl. *teyga braud*, depſere panem. A. S. *thavian*, id. Junius in Annot. ad Willeram. p. 104. nec non in *Etymol. Anglicano* fontem horum quærit in Al. *thiben*, proficere, unde imperf. *theg*. apud Tatianum c. 12. v. 9. *Inti ther beilant theg in ſpabidu*, & Jeſus profecit in ſapientia. Codex Arg. Luc. 2: 52. habet *thaib* & Angloſaxo *theah*. Ratio derivationis ſumitur a maſſa fermentata, quæ dum intumeſcit, creſcere videtur. cfr. Stadenius, in *Explic. Vocum Bibl.* p. 728. Wachterus vero convenientius credit, vocis natales referre ad A. S. *deagan*, imbuere, quod cognatum putat Græco δεύω, irrigo. Robur huic conjecturæ addere videtur Iſl. *deigr*, mollis, apud Verelium.

Surdeg, fermentum.

DEJA, mulier, quæ ruri penum procurat. Wesm. *L. Manh.* B. c. 96. *Brytia æller deghio*, actorem aut ſervam primariam. Westg. *L. Ærfd. B.* c. 15. §. 2. *Taker madher bo at arwi, ma eigh bryti ſiri wæræ, eller deghia, ſkulu baddhi hjon awæxt ågha.* Si quis (alteruter conjugum) pecudes hereditate acceperit, tum non tanquam rerum alienarum curatores, ſervus aut ſerva, præerunt, ſed fetura utentur. Senſus eſt: ſi vacca aut oves hereditate alteri conjugum obvenerint, tum utentur fetura ut domini, non ut alienum curent. Eodem hoc recidit, ac quod ſancitur Östg. *L. Bygd.* B. c. 45. de fetura legitimo emtori ceſſura. *Ængin ma annars kalfwa foſtre wara*, nullius eſt, alieni vituli nutritium agere. Explicare hunc locum volui, quum nec a Loccenio, nec ejus emendatore, Lundio, intellectus fuerit. Ut vero in rem præſentem veniam, opinatur Rudbeckius, in *Atl.* T. I. p. 708. hac voce omnium primo nutricem appellatam fuiſſe, atque adeo derivatum a *dæggja*, lactare. cfr. Lye, ad Junii *Etym.* in *dairie*, ubi obſervat, veteres Anglos ancillam lactariam *a dey* appellaſſe. A. Saxones matrem familias *blafdige* nuncuparunt, ut patrem fam. *blafward*, quas duas voces tempus adeo immutavit, ut vix & ne vix quidem agnoſcantur in hodiernis *Ladie* & *Lord*. Interim illud *blafdige* cum Normannis in Britanniam inductum

Digitized by Google

ductum fuiſſe arbitror: In Lingua quippe Iſlandica *blafda* matrem familias denotat, forte a *blaf* panis, cujus eſt diſpenſatrix: *dighe* vero, in quod vox Anglica deſinit, noſtrum *degja* vel *deja* forte fuerit, quod, extrita prima ſyllaba, ſolum remanſit. In tranſcurſu addam, in Legibus Longobardicis genus quoddam ſervorum occurrere, quod *Aldius* & *Aldia* nuncupatur. Suſpicabar aliquando, illas voces noſtræ huic affines eſſe. Dicebantur vero ita, qui libera matre nati ſunt, ut expreſſe dicitur, Lib. I. Tit. 30. l. 5. forte a Gothico *halfthy* vel *halfdy*, quod notat ſemiſervum, a *thy* mancipium, quod ſuo loco occurret. *Ulph. thiwi*, ancilla. A. S. *thiwa*, ſerva. Venedice *deeſa*, *deſka*, puella v. ECCARDI. *Hiſtoria ſtudii Etymol.* p. 284. Veſtrog. *dæka*, unde *dega*, *degia* levicula pronuntiandi libertate fieri potuit.

DEKER, decas. *Ett deker ſkin* in veteribus edictis erat numerus decem, vel duodecim potius, coriorum. Ratio autem, cur utrumque numerum ponam, eſt, quod decades veterum duodeno numero fere conſtarent, ut centenarius 120 comprehendebat, millenarius 1200: vide infra in *tuſen*, quæque adfert LUNDIUS, in *notis ad Leg. Weſtg.* p. 107. Latino Barbari *dacram*, *dacrum*, *tacram* & *tacham* dixere: *Dacra coriorum* apud DU FRESNE eſt decas. Modo laudatus LUNDIUS huc quoque refert illud Legis Weſtrog. *Ibiuw*. B. c. 22. § 4. *Dicur Sværd och oſkapad klædhi*, quod vertit decades gladiorum & pannus integer. Mihi vero oppoſitio inter *ſkiept vakn*, formata arma & *dikur ſværd*, videtur indicare, his intelligi nudas laminas, & capulo nondum adaptatas, quam ſententiam confirmat collatio *Legis Scanicæ*, p. m. 27 ubi pro *dikur ſværd* exſtat *ſværd uſætlat.* v. infra in *ſætil*, niſi forte olim moris fuerit, ut illæ ſemper per decades venum darentur, & ita utraque ſignificatio ſimul locum habuerit. Hæc vero, ut res in foro promercales abſque fidejuſſore vendebantur, ad imitationem conſtitutionis ÆLFREDI REGIS, de qua vide ejus vitam a SPELMANNO conſcriptam, p. 72.

DEL, pars. Ulph. *dail.* Luc. 15: 12. C. B. *diel*, particula. A. S. *dæl* Al. *teil*, Belg. *deel.* Germ *teil.* HELWIGIUS, MARTINIUS, JUNIUS, WACHTERUS aliique magno conſenſu deducunt a Gr. διελεῖν, dividere. Ego veniam mihi ſemper paciſcor, ſi vocum, quas ab ipſo inde Scythiſmo reſiduas habemus, ulteriores origines non indagem.

DELA, partiri. Ulph. *dailan.* A. S. *dælan.* Al. & Germ. *teilen.* Angl. *deal.* Belg. *deylen.*

2. Litigare, quum qui res diuidendas habent, non raro diſceptandi materiam nanciſcantur. HEIMS KR. *T. II. p.* 383 *þa ox ord af ordi, þar til þeir deilldo oc bordoſt þui næſt*, verbum ex verbo naſcebatur, ita ut primum litigare inciperent, deinde ad verbera a verbis perventum fuerit. KON. STYRILSE, *p.* 11. *Af miſſæmjo komber dela*, a diſſentione pullulant lites. Angli *deal* eodem ſenſu uſurpant, & in genere pro quouis commercio unius cum altero, *dealing*, commercium, lis. *I will never have any dealing with him*, nihil cum eo commune habere volo. Simili loquendi genere dicimus nos: *Jag vill intet hafva obytt* (*odelt*) *med honom*, a *byta*, partiri. cfr. Ulph. *gadailans*, ſocii, Luc. 5: 10. Oritur hinc *urdela*, *ordela*, quod eſt liti finem ſententia lata imponere, ab *ur*, quod rei finem indicat, ut in *urſkulda*, ſeſe culpa eximere, excuſare, *göra ſig urtjufva*, accuſatione furti ſe liberare.

DELA, lis. CHRON RHYTHM. p. 379 unde *wederdeloman.* ÖSTG. L. *Räffſta* B. c. 1. *ordel* vel *urdel.* Germ *urteil*, ſententia judicis, tanquam quæ finem liti imponit.

DELD, portio agri vel prati. WESM. L. *Byg.* B. c. 37. Hinc *delda raa.* UPL. L. *Widerb.* B. c. 3. limites inter portiones vicinorum.

DEMANT, adamas: Gall. *diamant.* Vox Græcæ originis, ἀδάμας.

DERFWA, perdere. HIST. ALEX. MAGNI RHYTM. *Offgirug hog dárfvar margin men*, mens nimis avida multos perdit. Hinc *derwilſe*, damnum, perditio. KON. STYR. *p.* 11. *derwilſe almogans*, populi pernicies. Obſoleſcens hæc vox ſuperſtes eſt in *förderfva*, perdere. Germ. *verderben.* Ceterum radicem hanc olim tam Alemannis quam A. Saxonibus familiarem fuiſſe, animadverti. HICKESIUS in *Grammatica Angloſax.* inſerta *Theſauro* ejus p. 227. ex veteri Rhythmographo de S. MARGARETA affert, *To derven mine ſoule*, ad perdendum animam meam. Idemque vir Doctiſſ. in *Gr. Theotiſca* ex antiquo Scriptore hujus L. citat hæc verba. *Ni uueldun derbeas uuiht gifrumean*, noluerunt piaculi quid committere. Priſca hæc vocis facies commonſtrat, WACHTERO non ſubſcribendum, qui ſuam noſtramque vocem derivat a *derb*, bonus, cui contrariam ſignificationem induxerit

 præ-

præfixum *för* vel *ver*: nam videmus, illo nondum addito, perdendi ſignificatio nem adfuiſſe. Curni potius cognatum dicemus Alemannico *daron*, nocere. A. S. *derian*, id. unde *deriend*, nocivus, *dare*, læſio.

DESMAN, odoramentum. Merces peregrina peregrino etiam nomine videtur appellata. Divino vero, idem vocabuli hoc eſſe, ac Germ *bieſem*, a quo Saxones *deſen* fecere, unde *deſenknoop*, Germ. *bieſamknopf*. in BibliisSueth. *des moknapp*. Esa *3. 21*. pyxis, ubi ſervantur odoramenta. Germanicum *bieſem* Etymologi Ebræum origine eſſe credunt, a בשם ejusdem ſignificatus.

DEST, aſthmalicus. v *däſt*.

DIA, lactere. Ulph. *daddian*. Pol. *doie*. Apud Bensonium reperitur *diende*, lactantes. Radicem ſervat L. Anglica *dug*, mamma.

DIAR. Ita vocabantur duodecim Odini comites, ſacrorum Præſides & conſiliorum ejus arcanorumque participes. De illis ita Sturlesonius T. I. p. 2. *þat var ſidur i Aſgard, at tolf hofgoþar voro özſter, ſkylldo þeir raþa fyrer blotom oc domom manna imille*; *þat ero þiar kallaþer eþur Drottnar, þeimſkylde þionoſto veita og lotning allt folk*, in Asgardia mos obtinuit, ut duodecim præfecti, ceteris eminentiores, *Diar* ſeu*Drottnar* dicti, hoc eſt principes ſeu domini, curam gererent ſacrorum & populo jus dicerent. Hisce omnes & ſinguli honorem plane ſingularem, & officia inſuper debita præſtare, tenebantur. Narratur ibi etjam p. 7 & 8. illos primos in orbe Hyperboreo ut poëſeos ita & incantationum fuiſſe auctores, & exinde *lioda ſmider*, hoc eſt verſifices atque *galdra ſmider*, ſeu incantatores appellatos fuiſſe. In fata conceſſere omnes hi regnante Niordo, mortuique in Deorum numerum relati, divino cultu honorabantur. Quod ad nominis rationem adtinet, credo, *diar* proprie ſacerdotes denotaſſe, aut, ut verius dicam, Deos. Obſervatum quippe a nobis antea eſt in v. *As*, Sacerdotes Gothorum commune cum diis ſuis nomen habuiſſe, ambosque Θεὺς appellatos fuiſſe, auctore Strabone. Nemo vero ignorat, Δία Gr. Jovem vel DEum appellari, unde Δῖος, divus, & apud Hesychium ἔνδοξος, ἀγαθος, clarus, bonus. Stiernhielmius vero in *Gloſſ. Ulph.* p. 76. *diar* deriuat ab Eſton. *die* ſeu *thie*, pater, *diar*, patres, unde Ital. *zio*. Hiſp. *tio*, patruus. Facere autem non poſſum, quin hac occatione addam elegantem ejusdem Viri ingenioſiſſimi conjecturam, qui, dum apud Jornandem de *Rebus Geticis* dicitur, fuiſſe in hac gente Sacerdotes, qui *Pii* appellarentur, inſcitia linguæ hoc factum credit, Præſulemque hunc, dum *þiar* ſcriptum invenit, ſimilitudine Literarum þ & P deceptum fuiſſe, inque animum induxiſſe, illos *pios* appellatos fuiſſe. Addit huic obſeruationi alteram, ad illuſtrationem capitis ſequentis, ubi Diceneus dicitur, Sacerdotibus nomen *Pileatorum* addidiſſe, quod ex ſimili linguæ ignorantia profectum, credit. *Scriptum ſcilicet invenerat*, verba ſunt Stiernhielmii, l. c. Hattar, *quo ſignificari putavit pileos*, & *inde pileatos* (*Eſt n. Goth.* hatt *pileus*) *neſcius*, hatte *idem eſſe, quod* atta, *pater*, hattar, *patres*. Si Stiernhielmio in memoriam veniſſet, in L. Anglosax. *badod* notare ordinatum ſacerdotem, *badung* ordinationem, *badian* conſecrare, fortaſſis id non faſtidiviſſet. Interim, quum harum vocum Anglosaxonicarum mentio injecta eſt, monebo propaginem earundem extare in Lege Hels. *Kirk*. L. c. 21 *fore bælagra manna bædſlo*, propter ſacrorum virorum conſecrationem, hoc eſt, propter ſanctitatem ordinis. Ut vero ad noſtrum *diar* revertar, notari meretur, Odinum duodecim conſiliarios æque ſibi adſciviſſe, ac totidem Jovi a conſiliis fuiſſe, credidit fabuloſa antiquitas. v. Seneca Nat. Quæſt. Lib. 2. c. 41 *Secundam manubiam vel fulmen mittit quidem Iupiter, ſed ex conſilii ſententia: duodecim enim Deos advocat.*

DIÆEFWUL, diabolus. Ulph. *diabulaus*. C. B. *diafol*, *diavl*. A. S. *dioful*, *deoful*. Al *diubil*, *diuual*. Gall. *diable*. Angl. *divel*. Germ. *teufel*. Proprie calummiatorem indicat, a Gr. διάβολος. Unicum Mühlium cum vulgo ſentire, piget, qui adeo Belgicum *duvel* dictum putat pro *d' uvel*, hoc eſt, malus ab *uvel*, id. Vid. *Archæologus Teuto*, p. 165.

DIAEKNE, Scholaris: Usque adeo ſignificationem vox illa ſæpe mutavit, ut quæ primo ſervum notavit, poſtea Eccleſiæ Anteſignano, & tandem primis literis initiando propria evaſerit. Gr. διάκονος. Ab hoc plane diverſum puta *thegn*, *degn*, quod infra explicandum erit.

DIAERF, audax. Iſl. *diarfur*, id. *dyrfaſt*, audere

Digitized by Google

audere, Dalek. *dyrſk*, audax. C. B. *dewr* tranſpoſitis literis audacem notat. A. S. *dyrran*, audere. Al. *durren*. Originem communem habent haud dubie *töras*, *djärfwas* & Gr. θαῤῥεῖν.

DIRFVE, audacia. HIST. ALEX. M. *Rhythm. Tholik dirfwe*, talis audacia. Iſl. *dirwe*, id. Hodie *djärfhet* dicimus.

DICKTA, fingere. Germ. *dichten*. Quum *dihtan* in Lingua A. S. notet parare, conſtituere, ab hoc ſignificatu ceteros promanaſſe, autumat WACHTERUS. Notat voro præcipue I. meditari, unde dicimus: *all min dicktan ach tragtan går therpå ut*, omnis mea cogitatio, omne ſtudium eó tendit. II. Comminiſci, fingere. *Dickta oſanningar*, mendacia fingere. III. Carmina fingere, quod olim L. B. *dictare* dicebatur, unde vates *dictatores* audiebant, quum iis recitantibus carmina ab aliis calamo exciperentur. Apud SIDONIUM APOLLINAREM *dictare* idem ſæpe eſt, quod ſcribere, aut quod vulgo dicitur concipere. Cuncta a Gr. τεύχειν, conſtruere orta eſſe, credit IUNIUS.

DICKT, fortiter, crebro. *Slå dickt*, crebro pulſare. Sax. *degt abkloppen*, id. Quod ad vocem Suethicam adtinet, non dubito, quin originem ducat ab Jsl. *þykr*, denſus, hodie *tjock*. Uti enim denſus apud Latinos, nec non ſpiſſus, id quod compactum eſt, æque ac quod crebrum eſt, & ſæpe iteratur, ſignificat, ita *dickt* a *þykr* veteres Gothi videntur formaſſe. HEIMS KR. T. I. p. 161. *allskonar ſkottvapn flugu ſva þickt ſem drifa*, omnis generis miſſilia inſtar nivis denſe volarunt. RICHEJUS ſuum *deget* a *dögen*, utilem eſſe deducit, de quo ei litem non movebo.

DICKTA, coagmentare, ſpiſſum & compactum reddere. Sic dicimus *dickta ett ſkepp*, quando ſtupa rimæ obturantur.

DIGEL, teſta. Iſl. *deigul*. Pſ. 12. 7. Germ. *tigel*. A. S. *tigel* tegulam notat, quæ propria vocis ſignificatio creditur tranſlata ad teſtas aurifabrorum, ob materiæ ſimilitudinem.

DIGER, ingens, grandis. Ab. Iſl. *digur* id. Dicitur de re quauis magna, ſpeciatim vero de femellis uſurpatum notat gravidam: *med barne digher*. ÖSTG. L. *Edſ*. B. C. 33. in utero ferens. Hinc *lamdiger*. Es. *40: 11*. ovis parturiens, hodie corrupte dicitur *lamdeg*.

DIGERDÖDEN vocatur peſtis illa graviſſima, quæ univerſam Europam ſub medio Seculi XIV divexabat, patriæque noſtræ ſæva adeo incubuit, ut fuerint plurima loca, domus villæque, ubi ad unum omnes interierint. Circumfertur de hac peſte verſus memorialis Monachorum: *Raſtrum, tricrumrum, ſpiut longum maxima peſtis*, quæ juncta efficiunt CIƆCCCL. Danda venia eſt PUFENDORFFIO, utpote advenæ & peregrino, qui in libello ἀνωνύμως edito, ANECDOTES DE SUEDE, credit *digerdöden* ita dictam, *parce qu'il ravageoit comme un tigre*, h. e. quia tigridis inſtar graſſabatur.

DIGNA, concidere, ut ſolent, qui animi deliquium patiuntur. DAN. *8: 18*. Alias *ſigna* dicitur, quod verbum eſt inceptivum, ut ita loqui liceat, a *ſiga*, ſidere, delabi: ſ vero & *d* literæ ſunt alternantes.

DIKE, foſſa aquis eliciendis facta. A. S. *dic*. Angl. *dich, ditch*. Iſl. *diki*. HEIMS. KR. *T*. I. p. 445. Vox hæc duas admodum diſpares, & pæne contrarias ſignificationes habet, nam apud nos, inque memoratis dialectis notat colliquias aut foſſam pro elicienda aqua factam, ad quam ſignificationem propius accedit Germanicum *teich*, quod denotat foſſam retinendis aquis adaptatam. Cfr. WESTG. L. *Byg*. B. c. 10. §. 10. Alias vero Angl. *dike*, Gall. *digue*, Belg. *dijck* agger eſt adverſus aquarum inundationes congeſtus. Rite vero obſervat IUNIUS, in *Etymol. Angl.* utramque ſignificationem facili opera conciliari poſſe, quum terram uno loco effodiendo egeſtam, unus idemque labor alibi aggeret. Quod ad originem vocis attinet, Vir modo laudatus, qui Græcas adamat, eam derivat a δίκελλα, ligo, utpote foſſionis inſtrumento: VERELIUS a *dy*, palus, terra uliginoſa. WACHTERUS ab A. S *dican*, fodere, quod ſupereſt, in *dicung*, foſſio, *dicere*, foſſor, quæ etymologia ſine controverſia omnium commodiſſima foret, ſi certum eſſet, a *dika* oriri nomen, nec vice verſa. Quum Latini *duco* uſurpent, ubi de aperienda humo ſermo eſt, ut dum dicunt ducere foſſam; credidi aliquando, noſtram vocem inde ortam. Ceterum conferri poterunt Gr. δοχή, aquarum receptaculum, quod Latini recentiores *dogam* appellaſſe novimus. Vide, quæ infra dicturi ſumumus ad v. *Docka*. Qui vero aggerem & congeſtam terram, quæ altera vocis ſignificatio eſt, in animo habent, Gr. τεῖχος, murus, noſtro affine putant.

DIKA, foſſam ducere. A. S. *dican*. Angl.

Digitized by Google

Angl. *dig.* Germ. *teichen* apud Wachterum, quod nihil aliud eſſe, credit, quam *tiefen*, profundum facere, *f.* in *ch.* mutato.

DILL, anetum. A. S. *dill*, *dyle*, Angl. *dill*, Belg. *dille*, Germ. *till*, quod Martinius derivat a θαλλα, umbella, quia umbelliferum.

DIMMER, obſcurus: Iſl. *dimmur*, id. *dimma*, tenebraſcere. Helgas. S. *Tecur nu ſkiott ad dimma af not*, incipiunt jam mox tenebræ ſe intendere. A. S. *dim*, *dym*, tenebroſus. Angl. *thimſter*, caliginoſus. Belg. *dimſterich*, id. v. Mühlii *Archæol.* p. 164. Germ. *demmer*, id. Iunii conjectura eſt, quum, quod ait Seneca, *naturalis ſit tenebrarum metus*, a Gr. δεῖμα, terror, originem hæc omnia habere. Wachterus autem a δύμι, ſubeo, derivat, quod dicitur de ſole occidente: eleganter ſane, quum tenebræ nihil aliud ſint, quam ſolis abitus. Sed peregrinis hiſce præfero tamen etymon Lyi, qui in *Additam.* ad. *Etym.* Iunianum ab Armorico *du* vel *dy*, ater, ſuperius allata deducit.

II. Ut apud Latinos obſcurus etiam metaphorice ad alia transfertur, ut vox obſcura, ita huic Gothicæ voci idem accidit. Thorst. Wik. *S. p. 107. þeir ſuoruþu med dimri rauſti*, reſpondebant obſcura voce.

Dimma vel *dimba*, vapor e terra adſcendens, & infimam aëris regionem prætexens, nebula.

Dymmelweka, ſeptimana ſacra, Paſchatis feſtum proxime præcedens: v. ſuo loco.

DIN, tuus. Dor. τεός, Ulph. *theins*. A. S. *thein*. Iſl. *þinn*. Al. *thein*, *thin*, Germ. *dein*. Gall. *ton*. Quod ad orthographiam attinet, quum Iſlandi veteres Gothique litera þ ab initio vocis uſi ſint, ſequitur, aut *d* retinendum, aut etjam, quod faciunt pleræque Gothicarum dialectorum, ejus loco ponendum eſſe *th*, non vero ſimplex *t*, quod tamen faciunt plurimi, *tu*, *tin* ſcribentes. v. Biörneri *Cogitationes Critico Philologicas.* Holmiæ 1742 impreſſas, quibus hæc vox magnam partem ociaſionem dedit.

DINGLA, pendulum motitari. Derivat Gudmundus Andreæ ab Iſl. *digl* vel *dingl*, ſtiria, a qua ad res quasvis pendulas tranſtationem factam credit. Sed verius diceretur, *dingl* factum eſſe a *dingla*. Gr. δινέω, δονέω, agito, δόνησις, agitatio, procul non abludunt,

DISA, Dea. Ejusdem familiæ ac Latinorum *Dis* & Gr. Δίς, quæ ab initio divinitatem in genere denotavere, licet poſtea Jovi, Deorum ſummo, propria facta fuerint. Eundem in modum etjam *Diſa* quodlibet Numen ſignificabat, unde *þor-dis*, *Vig-dis Her-dis*, totidem apud veteres Dearum nomina. Notum etiam eſt proverbium Islandicum, *Ecki eru allar diſur daudar*, nondum omnia numina periere. i. e. nondum omnis ſpes decollavit. Poſtea Deæ cuidam paganicæ, alias *Goy* dictæ, tanquam proprium adhæſiſſe, creditur. Verum quum ignorent Veteres hocce Numen, utpote quod male intellectus locus quidam Sturlesonii procudit, ut infra in v. *Goi.* ſumus dicturi, in præſentia tantum obſervamus, *Diſa* nomen eſſe omnibus Deabus commune, atque adeo *Diſablot*, quod magna celebritate Upſaliæ peragebatur, ſacrificium fuiſſe, omnium Dearum in honorem peractum. Quæ de Disa, Sveonum Regina, ſuis conſiliis ingenioque civium ruinam avertente, circumferuntur, fabula eſt Messenio non antiquior. v. Rhenhielmii *Not.* ad *Hiſt.* Thorst. Wik. S. p. 126. A jammodo dicto ſacrificio *Diſano* nundinæ, quæ eodem tempore Upſaliæ habentur, nomen habent *Diſting*, quaſi *Diſa ting*. v. Diſſ. de *Nundinis Diſanis*, Schefferi Upſalia, c. 16. & inprimis Dalins Hiſt. P. I. c. 6. §. 7. p. 405.

DISK, lanx. Ita, dum patinæ poſt cœnam abluuntur, ancillæ dicuntur *twætta diſkar.* A. S. *diſc*, Matth. 14: 18. *Syle me on anum diſce Johannes heafod*, da mihi in diſco Johannis caput. C. B. *disgel*, id. Nemo dubitat, quin a Græco δίσκος promanaverit. Vocabatur vero ita orbis, ex ligno aut duriore alia materia factus, qui exercendi corporis ergo in aëra vibrabatur. Formæ vero ſimilitudo fecit, ut lances hinc nomen acceperint.

II. Menſa: A. S. *diſc.* id. Matth. 21: 12. *dyſcas and beodas thara mynetera*, menſas nummulariorum. Belg. *diſch*, menſa, inprimis rotunda: Germ. *tiſch.* Uſurpatur apud nos de menſa propolarum, cui merces venales imponunt, nec non, contento pro continente ſumto, pro cibo menſæ impoſito. *Hafwa fri diſk*, aliena quadra vivere. *Wara om diſk och duk* in Legibus Patriis notat eadem menſa uti. Alias de quavis menſa olim uſurpabatur. St. L. *Rådſt.* B. c. 6. *Bidher nokor ſtadhſens book l. e.* *ſa*

Digitized by Google

ſa fore ſik, læggi fram ā diſken fæm öra, ſi quis librum Legis ſibi prælegi voluerit, menſæ curiæ quinque ſolidos imponat. Quod Lat. menſa utramque hanc ſignificationem habeat, docui in *Specim. Gloſſ. Ulphil.* P. III. p. 28.

Diskamaet, convictor, proprie, qui ex eadem quadra comedit: a *mæt* vel *mat* ſocius, de quo infra ſuo loco ulterius agitur. *Gipt.* B. St. L. c. 7. §. 2. *Til Eryllups ööl biudis tretighi diſkamæt bāde mæn ocb kunur:* Quæ verba ita vertit Loccenius: ad nuptias invitabuntur XXX paria convivarum, pro numero orbiculorum tam virorum quam feminarum. Explicatur hic terminus in Jure Gothlandico Germanico, p 74. c. 12. *Alle deſſe vorbenomeden ſcoteln zyllen weſen van twen perſonen*, omnes hæ patinæ duarum perſonarum demenſum continebunt. Sunt adeo hi convictores iidem, qui in Leg. Westg. *Ard.* B. §. 8. dicuntur *fitta um knif ok kētstiki*, qui juxta alterum ſtrictum ad edendum cultrum habent & communem eſcam. Si cuipiam volupe eſſet, cum ritibus Suiogothorum Græcos conferre, inveniet, in quo ingenium ſuum exercere poſſit. Nam etiam Athenæus, Δειπνοσοφ. Lib. 6. c. 11. obſervat, in Hellade fuiſſe παρὰ τὸν νόμον ἐπὶ τοὺς τριάκοντα εἶναι τοὺς κεκλημένους, contra legem eſſe, ſupra triginta eſſe convivarum numerum; qui idem Auctor l. c. docet, Gynæconomos conſtitutos fuisſe, qui hac occaſione convivarum numerum inirent. v. Joh. Ph. Pheifferi *Ant. Gr.* p. 714. & C. Lundii *Præf. ad Jus Upland.* p. 17. Quod etiam in Hellade ſingula convivarum paria communi quadra uſi fuerint, eodem Athenæo Auctore conſtat. v. Diſſert. Upſaliæ habit. de *Apophoretis*.

DJUP, profundus. C. B. *dwfn*, Ulph. *djups.* A. S. *deop*, unde *dypa*, profunditas. Al. *tiuf*, *diuf.* Belg. *diep.* Angl. *deep.* Upl. L. Jord. B. c. I. *Wil igh byrdamader widh giwas, kiöpi tha, then ſiudh hawer diupæſtan, ok giwa wil wærd ok pæninga redhu*, ſi conſanguineus emere noluerit, tum emat ille, qui profundiſſimam crumenam habet, hoc eſt, qui ab opibus inſtructiſſimus eſt. Quod ad originem vocis attinet, putat Junius & Wachterus, a Gr. βυθὸν, fundus, per literarum metatheſin Gothicam vocem factam, quod veri quam ſit ſimile, ipſe Lector judicabit. Ego enim in adeo antiquorum vocabulorum originem fruſtra inquiri, & ante monui, & nunc repeto. Id tantum addam, inverſam rationem iniviſſe Stiernhielmium, in *Gloſſ. Ulphil.* docendo, ab hoc noſtro originem ducere Græca δύειν & δύπτειν. A. S. *dyppan* & Sueth. *doppa*, mergere. Metaphorice uſurpatur de variis rebus, quæ recondita ſunt: ita *djupſinnig* & Iſl. *djupwitur* (v. Heims Kr. T. II. p. 99.) vocatur, qui reconditæ eſt ſapientiæ, pari modo ac calliditatem Sallustius ingenii altitudinem appellat, & Græci βαθύτητα. *Djupaudigr* Iſl. oppido dives, vel qui opes alte reconditas habet, *djup ſkuld* ingens æs alienum, & plura id genus.

DJUR, fera. A. S. *deor*, Al. *dier*, *tior*. Iſl. *dyr*. Belg. *dier*, Angl. *deer*. Germ. *thier*. a Gr. θὴρ, fera. Speciali ſignificatu de cervorum genere uſurpatur, unde etiam eſt, quod *djurgård* appellentur vivaria, ubi ſervantur hæc animalia. Nonnunquam vero in compoſitione uſurpatur de animalibus rapacibus, unde *djurgång* dicitur, quando feræ hæ gregatim per agros vagantur, & obvia quæque diripiunt: *djurshorn* erant cornua bubalina, quæ in magnis ponebantur divitiis. v. Præf. Chron. Rhytm. p. 1. & Catal. *Epiſc. Scarenſ.* in vita Benedicti, nec non quæ ſupra annotavimus, in v. *bolla*.

DOCK, tamen, nihilominus. Diuerſimode apud antiquos ſcriptores exaratum videmus: invenitur nempe

Theg. Kon. B. L. L. c. ult.
Thog Calm. Rec. ad fin. *L. L. Birc.* p. 58. §. 18.
Ta. Kon. Styr. p. 194.
Tho. ibid. p. 202.
Thö. Dal. L. p. 24.
þo. Heims Kr. Tom. I. p. 72.
þoygi, Gothl. L. c. 28. §. 21.

Procul non abludunt exteræ dialecti. Ulph. *thau.* A. S. *theau.* Al. *thoch.* Germ. *dock.* De noſtrate id addere, juvat, interdum particulam hanc, cum aliis conjungi, ut *þoat*, *þot*, *þyt*, a *þo* & *at*, etiamſi, v. infra in *hvaru*: & *thogine*, a *þo eigi*, non tamen. Östg. L. *Kriſt.* B. c. 13. §. 1. *thogin*, Dal. L. p. 27.

Aendock, quamvis, etiamſi. Ulph. *thauh*, *thaujaba.* A. S. *theah*, *tha*, Angl. *thoug.* Al. *thock*, *thog.* Willeramus *thog thu ſis* paruula numero, *thu biſt jetogh* primitiva eccleſia.

Docklikwael, nihilominus tamen.

DOCKA, pupa, icuncula. Al. *tobba*, Germ. *docke.* Derivat Wachterus vel a Lat. pupa vel a Gr. τεύχω, paro, fabrico, quorum utrumque rejicere, facilius mihi eſt, quam melius ſubſti-
tuere·

tuere. Ceterum *deck* Anglis notat *ornare*, pulcrum reddere, quod ſenſui tam proprio, quam metaphorico, quo notat puellam elegantem, non male convenit.

DOCKA, menſura ſerici filamenti. *Silkes docka.* Iſl. id. v. GUDM. ANDR. p. 50. OL. RUDBECKIUS Junior, in Schedis manuſcriptis, quas poſſideo, deducit ab Angl. *tuck*, *to tuck up*, colligere, quod dicitur de veſtibus, ubi in ſinus contrahuntur a feminis, ut expeditius incedant.

DOCKA, navale, locus ubi reficiuntur vitium facientia navigia. Angl. *dock*, quod IUNIUS ortum credit a *δοχεῖον*, receptaculum. *M.* CASAUBONUS a *δοχάνη*, loculus, conditorium

DOFWA, ſtupefacere, hebetare: alias *döfva* JOB. 19:2. *Döfva en neder med orden*, verbis aliquem ſtupidum reddere. Proprie notat ſenſu privare, unde *döfva värk*, dicitur, quum medicamentis dolor ſopitur. Germ. *teuben*. Iſl. *deifa* Al. *bethuwan*. WILLERAMUS, p. 50. edit. MERULÆ. *Bethuwan likamon geluſte*, reprimere corporis cupiditates. Apud. ULPHILAM habemus *gadauban* eodem ſignificatu, JOH. 12: 40. *Gaudaubida ize hairtona*, ſenſu privavit cor eorum. MARC. 8: 17. *daubata hairto*, cor ſenſu carens, & cap. 3: 5. *daubitos*, vecordia. Per transpoſitionem literarum *bauds* & *bauths* in eadem lingua Mœſogothica eodem ſenſu occurunt. Ita de ſale fatuo & ſaporis experte uſurpatum invenitur, nec non de ſurdo, hoc eſt, cui ſtupent aures, hodie *döf*. In ulteriores vocis natales inquirere, ſupervacaneum duco, id tantum in eorum gratiam, quibus volupe eſt, ad affinitaten linguæ noſtræ cum Latiali animum attendere, additurus, mihi videri Al. *bethuvan*, noſtrum *döfva* & inde oriundum *dufwen* ejusdem familiæ eſſe ac Lat. *ſtupeo*, cui, quod ſæpiſſime tam in Latina quam Gothica Græcaque lingua accidit, *ſ* præmittitur.

DOFNA, ſtupere, ſtupefieri. LUC. 14: 34. 2. SAM. 23: 10. Iſl. id

DOFWA, ſtupere. In CANT. ECCLES. N. 251. v. 8. *ſyndſens dofva*, ſtupor peccati, quo infatuatur impius.

DOFWARM, dicitur ejusmodi calor, qui ſtupidum atque hebetem reddit.

DUFWEN, ſtupidus. Iſl. *dofin.* Dicitur etiam de vino & cerevifia vapida vel evanida, quæque naturalem ſaporem perdidit.

DÖF, ſtupidus, cui nihil frugis ineſt. Ita in Legibus patriis *döfvidr* dicitur arbor infrugifera, cui opponitur *aldinbær træ*, quæ fructum fert: *dauſjord* in LEGE GOTHL. c. 25: 6. eſt terra ſterilis, uliginoſa, in LEG. NORRWEG. *äödlende*, forte rectius *döflende* dicta. v. BIELKII *Expl. term. Jurid.* p. 22. In Lingua Anglo S. *deaf corn* eſt frumentum ſterile.

II. ſurdus A. S. *deaf*, Iſl. *daufr*, Al. *toub*, Belg. *doof.* Germ. *taub.* Proprie notat illum, cui ſtupent aures, ut officio ſuo impares ſint. Singularis eſt locutio, quæ occurrit in LEGE OSTROGOTHICA B. B. c. 38. *Öpa, tha dagher ar döwaſter*, clamare, quum dies eſt ſurdiſſimus, hoc eſt medio die, quando echo omnium minime reſponſat vociferantibus. Novimus quippe, ſub veſperam editum clamorem fortius reſonare. IUNIUS & MARTINIUS vocem hanc derivant a Gr. *τυφλὸς*, quod, licet communiter de cæco dicatur, obſervat tamen HESYCHUS, aliquando etjam ſurdum denotare. *Τυφλὸς τίθεται καὶ ἀντὶ τοῦ κωφός.* Et notabilis eſt locus, quem ex SOPHOCLE adducit SUIDAS:

> *Τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματα εἶ.*
>
> Stupens auribus, mente & oculis es.

Ubi videmus, eadem latitudine *τυφλὸς* ac Gothicum *daubs*, *daubata* uſurpari, & proinde abſonum non eſſe, dicere, ejusdem forte proſapiæ utriusque Linguæ voces eſſe, id quod aſſenſum citius impetrabit, ſi *λος* pro mera terminatione habeatur.

DOFT, pulvis. Iſl. *dupt.* CHRONICON RHYTHM. min. p. 204.

I ſkolen mik tre gamle ſå
Som dufftet ær aff huffvudet ſlaget.

Tres mihi ſenes dabitis,
Quorum capitibus excuſſus eſt pulvis.

Proverbiale eſt dicendi genus, ad denotandos illos, qui ex ephebis exceſſere. Pro hoc *dofft* hodie uſitatius eſt *ſtofft*, litera ſibilante præmiſſa, quam proſtheſin antiquam eſſe, ubi ad id loci perventum fuerit, monebimus.

DOGA, v. *duga.*

DOLK, v. *dölja.*

DOK, peplum nigri coloris, quo feminæ, neceſſariorum funera lugentes, capita obnubunt, ut opinor, ab Iſl. *daukr*, niger, unde *daukalfar* dicuntur genii nigri coloris, quibus opponuntur *ljosalfar*, qui candidi. Apud Alemannos *dougen* & *doygen* eſt occultare, *tougeni*, obſcuritas, quæ in ſacris uſurpata denotant fidei Chriſtianæ arcana & myſteria, tanquam nube quadam aut obducto ſipario intellectui humano abſcondita. v. JUNIUS ad WILLERAMUM, p. 38. Ex eadem radice Saxones nebulam *daak* nuncupant, nos *tökn*, ut infra

Digitized by Google

infra tradetur. Ut vero ad noſtrum *dok* revertar, ſubjungere licet, in L. Hiſpanica ricam muliebrem *toca* dici, & *tocador* velamentum capitis nocturnum.

DOM, judicium. *Gå till doms*, in judicium venire. Al. *doam*, *duom*, *tuom*. A. S. *dom*, Belg. *doem*, Angl. *doom*. Antiquitatem vocis teſtantur tam modo allata, quam Ulphilanum *domjan*, judicare: quod dum ajo, idem eſt, ac ſi dicerem, ulteriori indagini eſſe ſuperſedendum, atque adeo doctam quidem, ſed ſuperfluam eſſe diligentiam Junii, qui a Gr. θέμις, lex; aliorumque, qui a δέμα, vinculum, ejus etymon quærunt: Schilterus, in *Gloſſario*, *dom* hoc & Alemannicum *duom* derivat a *duen*, facere: ſed hæc duo licet jam adeo diſſimilia non ſint, oſtendit tamen Lingua Mœſogothica, quam diverſa olim eorum forma fuerit, alterum enim ibi eſt *domjan*, alterum *taujan*.

II. Sententia: *fälla dom*, ſententiam ferre: *affäga dom*, ſententiam pronuntiare.

III. Poteſtas, jurisdictio. Domare Regla, ad calcem Leg. Westg. *Then valdugha Domaren, ther Dom havir i himiriki, jurdriki ok i hælviti:* potens ille judex, qui imperium habet in cælis, in terra & apud inferos. Hinc *hafva Konungens dom* in Pandectis noſtris dicuntur Præfecti Regii, qui Principis loco jus dicunt, & ſummam rerum dirigunt. v. *Kon. B.* L. L. c. 31. *Ting.* B. c. 42. Perinde ac qui Eccleſiæ jura moderabantur, ſunt nominati *Kirkunna Domhafvande.* v. L. L. *Kirk.* B. c. 15. Ex hoc vocis ſignificatu habemus in Lingua A. S. *cynedom*, regnum, apud Alemannos *heretuom*, principatus, & hodieque *Biſchofstum*, Epiſcopatus. Nos fere *döme* dicimus, unde *Biſkopsdöme*, id. *Landshöfdingdöme*, Præfectura, idque non tam ex judicio, quod certe non adminiſtrat, quam ex poteſtate, quam officii jure per provinciam exercet. Eſt & alia vocum Suethicarum terminatio in *dom*, quam cum veteribus Anglo-Saxonibus, Alemannis hodiernisque Germanis fere communem habemus, uti dum dicimus *trældom*, ſervitus, A. S. *theowdom*: *jungfrudom*, virginitas, Germ. *magdtum*: *Chriſtendom*, Chriſtianiſmus, Germ. *Chriſtentum*, *rikedom*, opulentia, *fattigdom*, egeſtas. Hæc autem omnia ego retulero ad illud *dæme*, ſimilitudo, quod ſuo loco examinavimus: uti enim *lik* vel *lig* & *ligbet* vocabulis a fine annexa rei qualitatem permanentem declarant, quo modo a *ſjuk*, ægrotus, fit *ſjukligbet*, ſtatus morbidus, a *fara*, periculum, *farligbet*, ſtatus periculoſus; ſic ab eodem *ſjuk*, ſimili compoſitionis ratione, fit *ſjukdom*: a *barn*, infans, *barndom*, infantia: ab *ålder*, ætas, *ålderdom*, ſenectus. Et hoc credidero quemvis prælaturum Græcæ origini Wachteri, qui affixum hoc deducit a Gr. θέμα, poſitio.

Döme, jurisdictio: ut modo monuimus, occurrit tantummodo in compoſitis: *Konungsdöme*, Regnum, *Grefwedöme*, Comitatus. L. L. *Kon.* B. c. 4. §. 5. *Konunger ægher göma hws ock land, ſwa att enkte minſkes. Ellerst worde ſköt Konungsdöme Grewadöme eller minne:* Regis eſt, arces & regionem tueri, ne quid inde decerpatur, alias enim fieri poſſet, ut Regnum Comitatus evaderet, & adhuc minus. In Lege. Upl. *Årfd.* B c. 3. Status matronalis dicitur *busfrudöme.*

Döma, judicare. Ulph. *domjan*, Iſl. *dæma*, A. S. *deman.* Al. *duomen*, *tuomen* Belg. *doemen*, Angl. *doom.* Latinum *damnare* ab hoc alienum non videtur, licet a primævo ſenſu aliquantulum declinaverit.

Domherre, Canonicus: qui in judicio eccleſiaſtico Aſſeſſor ſub Papatu fuit. Ab hoc Collegio Canonicorum & judicio, quod ſecundum Eccleſiæ canones ab eo exercebatur, templa primaria appellata fuere *Domkyrkjor*, qualia in ſingulis diœceſibus erant, cathedralia etjam dicta a ſede Epiſcopi, ad eadem conſtituta. Non neſcio tamen, alios aliunde appellationis rationem quærere; dum hi a *domino*, Gr. κύριος, eandem repetunt, arbitrati, divinas ædes, ut in Eccleſia Græca κυριακὰς & βασιλικὰς, ita apud Latinos dominicas, & inde *Domkyrkor* appellatas fuiſſe, a domino dominantium, cui conſecratæ erant; illi, præeunte Kiliano, a domo derivant. Sed nos, cur ad eos accedamus, nil cauſſæ videmus.

Domwilla dicitur in Legibus noſtris, ubi judex, officio ſuo abuſus, contra jus & fas ſententiam dicit, atque adeo legum exercitium turbat.

Domstol, tribunal.

Domare, judex. A. S. *domere.*

Fördöma, condemnare: *föredöme* autem in Confirm. Legis Christophorianæ notat noxam, detrimentum, atque verſio eſt vocis præjudicium, Gall. prejudice. *Intet præjudicium eller föredöme göra*, nulla re alteri officere.

DON, inſtrumentum: in ſermone vulgari

gari nil frequentius auditur, quam *reſedon*, inſtrumenta vecturæ, ut ſunt rhedæ, carpenta, *fiſkedon,* inſtrumenta piſcatoria, *ſwarſwedon*, inſtrumenta tornando apta: ab Al. *duen*, agere, facere, niſi forte loquentium incuria *don* a *dol* vel *tol* factum ſit, quod vide infra ſuo loco.

DONA, tendicula, qua irretiuntur aves. Germ. *tunen.* Artes haſce volucres capiendi conjicio, nos ab aucupibus Germanis accepiſſe, & proinde illos eſſe, qui ſuæ vocis originem quærere debeant. Eſt autem illa oppido antiqua, ſi ejuſdem proſapiæ credi debeat ac PLAUTINUM *tenus*, quod certe eandem ſignificationem habet.

> Nunc ab tranſenna turdus lubricum petit:
> Pendebit hodie pulcre, ita intendi tenus.

Quidquid hujus ſit, LEIBNITIUS laqueos hoſce nomen accepiſſe credit a vi ſua elaſtica, collato Germ. *denen, thænen*, extendere. WACHTERUS *tunen* proprie virgulas aut ramos flexiles notare, docet, atque in rei fidem adfert Ulphilanum *weinatainos*, palmites, nec non AngloSax. *tan*, vimen, virgultum, unde *ac-tanas*, vimina vel virgulta querna. Mihi omnium ſimpliciſſimum viſum eſt, *dona* referre ad Gothicum *þan*, nervus, tendo, utpote qui in hoc inſtrumento utramque paginam facit. Vide infra in v. *tan.*

DONA, ſtrepere, fremere. Iſl. *dyna.* A. S. *dynan*, *thunnan*, unde Camb. *ton*, *dyn,* ſtrepitus. Angl. *dinn.* Belg. *done*, *deune*, Iſl. *dunur.* Sueth. *don* vel *dön.* Ezech. 26: 10 1. Reg. 14: 6. Ejuſdem haud dubie originis hæc omnia ſunt ac Latinum *tono*, ſive hoc a ſoni imitatione ſive aliunde profectum ſit. SKINNERUS, pronuntiationem ſuæ L. ſecutus, originem ejus petit a *tinnio:* alii a Gr. *τονίζω*, fragorem edo. WACHTERUS a *dya*, quod apud Islandos concutere notat.

DOPPSKO, infima pars vaginæ, ferro aliove metallo munita. Danice *dokſko*, quod ſincerius puta: ita quippe jam in JURE AULICO NORV. exaratum invenitur, p. 222. *Kongr ſkal haſa vigſlu ſwerd um kne ſer, eff han er koronadur, og venda aptur dogſkonum under bond ſer:* Rex ſuper genua habebit enſem, ipſi in coronationis actu prælatum, ſi jam coronatus fuerit, mucronemque reducet ſub manum. VOLSUNGA S. p. 56. de SIGURDO. *Er han od rugakurin fullwaxin, þa tok dockſkorin a ſwerdinu a knie upſtanda*: quum agrum ſiligine jam matura conſitum tranſiit, mucro gladii ejus non niſi ſummas ariſtas perſtrinxit. *Dok* vero haud dubie gladium notaverit, licet non ſuccurrat, in antiquis noſtri Septentrionis linguis hanc vocem me inveniſſe, niſi forte huc referre velis Gall. *dague*, Ital. & Hiſp. *daga*, Angl. *dagger*, Sueth. *daggert*, vel potius *dikur*, lamina enſis. v. ſupra in *deker. Sko* vero dicitur limbus, quo aliqvid munitur, ut ſuo loco oſtenditur. In tranſcurſu monere liceat, in Legibus Ripuariis *Scogilum* gladii inveniri pro vagina, unde *gladius ſcogilatus* ibi dicitur, qui vagina conditus eſt.

DOSA, pyxis*: ſnusdoſa*, pyxis in quo condita ſervatur herba Nicotiana, in pulverem redacta, & naribus ingerenda. Iſl. *dos*, & *taus* v: GUDMUNDI ANDREÆ *Lex. Iſl.* p. 51. Germ. *doſe*, Angl. id. Creditur a pharmacopolis primum pyxidibus hoc nomen inditum, utpote quibus certas *δόσεις* ſive portiones indebant. Ceterum Anglis *deſc* pyxis dicitur, quod a forma rotunda factum eſſe, veri videtur ſimile.

DOTER, filia. Ulph. *dauhtar.* A. S. *dohtor*, *dohter.* Al. *dohter. tohter.* Perſice *dochter.* Belg. id. Germ. *tochter.* Græce *θυγάτηρ* dicitur, manifeſtiſſima cum ceteris harmonia, in primis ſi illi adjungatur vetus Gothicum *dydir*, id. LEX GOTL. c. 20. §. 3 *Giſtir faþir ſun ſenn, oc doyr ſuninn oc laifr dydir eptir ſic.* Si pater filium in matrimonium dederit, & ille moriens filias reliquerit. Bene, immo optime judicat WACHTERUS, Scythicam, & adeo ultimæ antiquitatis vocem eſſe: ſed hoc dicto, nimia ſtatim videbitur opera ejus, qui radicem ejus in Lingua jam exiſtente indagare, annititur. Sed nimium ipſi, ut etjam antea STADENIO, pulcra viſa eſt etymologia STIERNHIELMIANA, a Saxonico *tygen*, gignere, procreare, quam ut illam repudiet. Ejus verba hæc ſunt p. 32. *Certum eſt, vocem eſſe Japheticam, ſed cujus dialecti? an ejus, cujus eſt* tygen, *gignere,* tocht, *ſoboles.* Mihi grave non eſt, ignorantiam meam confiteri, & qui, quæſo, a forma vocis novitia vetuſtas origines repetere poteri

terimus. Hoc enim *tygen*, quod proprie ducere notat, Germ. *ziehen*, in Alemannica L. *zioban* ſonuit, in Anglo-S. *teon*, & in utraque antiquiore, Mœſogothica, *tiuhan*, a quo an etymologi *daubtar* derivare auſint, lubens ſciero.

DÖ, mori, antique *döja*. Östg. L. *Gipt.* B. c. 21. Suderm. L. *Kirk.* B. c. 10. Ulph. *gadauthnan.* A. S. *deadian*, *dydan*, unde *dydend*, moriens. Al. *toden* & *douuen*; quod poſterius ad noſtrum quam proxime accedens Otfrido familiare eſſe, obſervant Junius & Wachterus. Angl. *die.* Iſl. *deya*, unde *daen*, mortuus: quorum utrumque Græciſmo oppido affine eſt. Quod enim θένω in antiqua Hellade idem fuerit ac Iſl. *deya*, docet ſuperſtes ἔθανον, θανοῦμαι, θανής, mortuus, unde νεοθανής, nuper mortuus, ἀγχιθανής, prope mortuus: & docet Plutarchus, de *Audiendis Poëtis*, Macedonibus, Scythiæ accolis, mortem dici δάνος. Et hoc ubi attuli, tuto prætermittere poſſum procul quæſita aliorum etyma, dicam an ſomnia.

Död, mors, Ulph. *dauths.* A. S. *death*, *dieth.* Al. *tod*, *dot.* Iſl. *daud.* Angl. *death.* Germ. *tod.* Ponitur etjam pro lue epidemica: ita peſtem illam, quæ medio Seculo XIV. univerſam Europam devaſtabat, *digerdöden* appellare, moris eſt.

Dödlig, letalis, *dödligt ſår*, vulnus letale. *Dödlig fiende* ejuſmodi inimicus dicebatur, qui alterius vitæ imminebat, ſpeciatim vero occiſi conſanguineus, qui ſecundum Statuta veterum jus ultionis habuit, Germanis ideo *todlicher feind* & Gallis *ennemi mortel* dictus. Metaphora inde ſumta, quodvis internecinum odium vocatur *dödlig fiendſkap.* In Literis Magni Ladulås de anno 1280 jubetur, ut omnia ejuſmodi capitalia odia, *döþerlik owinſkap*, ceſſent quatuordecim dies ante Regis adventum, & totidem ab ejus diſceſſu. cfr. Skåne L. p. 18. §. 9. v. Junius in *Etymol.* v. *foe*, ubi obſervat, gentilitia ejuſmodi odia apud Anglos olim vocata fuiſſe *deadly fewd*:

2. Morienti ſimilis, *Han ſer ej dödlig ut*, nil morienti ſimile habet.

Döda, necare. In Symbolo Ecclesiæ *för wår ſkull wart han pinter och dödder*, noſtram vicem paſſus eſt & occiſus. Ponitur vero *dödder* pro *dödader.*

Dödgråfware, veſpillo, qui mortuis tumulos effodit.

DÖF, ſurdus, v. ſupra in *dofna.*

DÖLJA, occultare, A.S. *digelan*, cui affinia ſunt *digle*, *digel*, occultus, *digellice*, id. Al. *dougen*, *tougen*, occultare, unde *tougola*, clam. Tatianus c. V. v. 7. *In dougli*, id: Majores noſtri *dylga* dixere, quod pro *dygla* invaluiſſe, præcedentium linguarum harmonia indicare videtur. Radicem communem ſervat Lingua Iſlandica *dankur*, obſcurus, tenebroſus, de quo nonnulla nuper in v. *dok.* Ultimæ antiquitatis tamen hoc derivatum arbitror, quod conjicio ex plurimis ejus in Lingua tam Græca quam Latina ſurculis, quorum aliquot mox ſumus allaturi.

II. Forenſi ſignificatu in Pandectis noſtris notat ſe a crimine purgare, *dyli med tyltar ed*, neget cum XII conjuratoribus. *Jus Aulicum* Magni Regis § 7. *Dyl han*, *dyle med tolf mannom*, ſi inficietur, neget cum duodecim viris. Eruditiſſimus Joh. Grammius, in *Actis Havn.* P. X. p. 136. hancce vocis ſignificationem repetit ab A. S. *dilgian*, delere. C. B. *dilen*, Germ. *tilgen.* Sed ſi hoc eſſet, non tam qui factum diffitetur, quam qui illati damni reparationem præſtat, *dyla* dici poſſet. Ego, terminum hunc a Juris Conſultis Latinis ad nos tranſiiſſe, arbitror: invenimus enim, quod cadente Latinitate, *abſcondere* & *eſcondire* eodem ſignificatu uſurpata fuerint. *Capitul.* Ludov. II. Imperat. citante Du Fresne T. I. p. edit. rec. 55. *Si quis negaverit factum, ſi comprobatus non fuerit, propria manu ſe abſcondat.* v. plura ibidem.

Dolsk, doloſus: Differunt hæc duo, Gothicum Latinumque, ſola terminatione: ut autem falſus a fallendo dicitur, cujus primaria ſignificatio eſt abſcondere & latere, (quid enim aliud agit, qui alterum decipit, quam quod veritatem ipſi occultet &, ut canit Homerus:

Ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.

Aliud occultat in mente aliud vero loquitur); ita etjam ab hujuſmodi occultis artibus Gr. δόλος, & Lat. *dolus* appellata fuiſſe, Linguarum ratio harmonica loqui videtur.

2. Anceps animi, inconſtans, qui dubium animum habet. Ita Inſtitutio Regia, Konunga Styrilse, ſuadet, ne Belli Dux in aciem procedat *med dulgom ok twehuga mannum*, cum militibus dubiæ fidei nec ſatis probatæ virtutis. Hodie *dolſk* dicitur, qui reſes eſt, atque ubi poteſt, laborem vitat.

Dolk, pugio. Iſl *dolgur.* Hist Gretteri Mſcta c. 56. Belg. *dolch*, *dolg.* Proprie dicitur de gladiis baculis incluſis, quos adeo a latendo dictos fuiſſe, nemo, credo, dubitaverit. Græci eoſdem

δόλων appellavere. Ita HESYCHIO δόλωνες ſunt ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα, gladioli in baculis *occultati*. PLUTARCHUS in TIBERIO δόλωνα exponit ξιφίδιον λῃστρικὸν, gladiolum prædonum: Nec in Latio *dolones* ignoti erant. Æneid. VII: 764.

Pila manu ſævosque gerunt in bella dolones. ubi SERVIUS. *Dolo eſt flagellum, intra cujus virgam latet pugio, aut, ſecundum* VARRONEM, *ingens contus cum ferro breviſſimo. Dolones autem a fallendo dicti ſunt, quod decipiant, cum ſpeciem præferant ligni.* Videmus heic, quam prope a vero etymo abfuerit SERVIUS, utpote qui a latendo & fallendo, hoc eſt occultando, dolonem dictum fuiſſe, recte dixit. Vir eruditiſſimus JUNIUS, in *Monoſyllabis Belgicis*, pugiones hos *palſter* apud Batavos dici, obſervavit, cujus vocis origo haud dubie quærenda eſt in fallendo, quod Gothice *fela* dicitur, hoc eſt occultando, celando.

DOLGUR, inimicus, proprie, qui clandeſtinas ſimultates animo condit. EDDA. *Ovinur beitir dolgur, anſcote*, inimici nomina ſunt *dolgur* &c. Hinc *dulgiur*, ſimultates. GRETLA. c. 34. Apud Alemannos *dolg* & *dolk* cædem denotat, inque Legibus Friſonum quamlibet læſionem. v. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 233.

DULGADRÅP: terminus Juris Patrii, quo indicatur cædes clanculum perpetrata, & cujus auctor latet: quæ ubi accidit, univerſa civitas vel territorium *mansbot* aut, ut L. B. dicebatur, *verigildum* ſoluere debuit. Gr. δολοφονία, cædes dolo perpetrata.

DULSMÅL, cauſſa dubia, ubi veritas ita occultatur, ut liquido ſententia ferri nequeat.

DULSBOT, mulcta occultationis. DAL. L. *Manb.* B. c. 22.

DULARKUFL, HERW. S. c. 12. Habitus perſonatus, quo induebantur, qui latere & clam agere voluere.

DÓMA, judicare. v. *dom.*

DÓN, odor. Iſl. *daun*, unde *odaun*, fœtor, *daungodr*, bene olens. GUDMUND. ANDR. p. 47. Reperitur vox eadem in Lingua Mœſogoth. JOH. 12: 3. *Sa gards fulls varth daunais thizos ſalbonais*, domus impleta eſt odore unguenti.

II. Olfactus: ſcilicet ſolet ſenſus ipſe cum rebus ſenſus afficientibus ſæpe commune nomen habere, ut *luckt* notat odorem & olfactum, *ſmak* guſtum & ſaporem. Hiſt. ALEX. M.

The hafva ej ſkæl, ey thæf, ey dóón.

Non habent rationem, non olfactum. *Thæf*, quod heic loci occurrit, ſynonymon eſt τοῦ *dón*. Iſl. *þæfr*, odor, *þefa*, odorare. GUDMUNDUS ANDREÆ, p. 263. KON. STYR. p. 58. *Hungr ſkal vækka tina goma, ok ej mangahanda mattæſja*: fames palatum tuum excitabit, non vero odor variorum ciborum. Index BUREANUS hoc *tæſia* explicat per ſaporem, ſed minus accurate. Italice *toſſa* eſt olfactus, odor, docente VERELIO, in *Ind.* p. 263. Hinc *cane de toſſa*, canis ſagax. Vide plura ſuo loco.

DÓPA, mergere. Ulph. *daupjan.* A. S. *duſian*, *depan*, *dyppan*, *dopettan.* Al. *toufen.* Belg. *dippen*, *doppen.* Tam prope hæc omnia accedunt ad Gr. δύπτειν & uſitatius δύπτειν, aquas ſubire, immergere, ut ſola pronuntiationis ratione ferme differant. Monui vero ſupra in v. *djup*, STIERNHIELMII non adeo abſonam videri opinionem, vocem tam Græcam quam Gothicam a *djup*, profundus, profectam arbitrantis: quid enim aliud eſt immergere, quam in altum aliquid immittere? Ceterum, fuerit fortaſſe, qui Celticam originem prætulerit. In lingua nempe Cymræca *dwfr* aquam notat, *daſu*, ſtillam, unde forte promanaſſe non pauca Gothica alia, ſupra ad vocem *dagg* monuimus. Eſt vero propria vocis *dópa* ſignificatio, uti dixi, aquis immergere. Inde Uplandi, ubi puteis parum aquæ ineſt, dicunt: *ther war ej ſå mycket wattu, at man kunde dópa æmbaret.*

II. Aquæ luſtrali immergere, baptizare. Veteres tamen hujus loco ſæpe *chriſtna* aut *ſkira* uſurparunt, unde *ſkirn*, baptiſmus, *ſkirdur*, baptizatus, *ſkirnarbrun*, baptiſterium, fons ſacer. Crediderim, voci huic ſignificationem inditam eſſe a Converſoribus Anglis, in quorum Lingua *fulljan* notat polire, mundare, & item baptizare *fulluth*, baptiſmus, quæ omnia reſpondent Gothicis *ſkira*, a *ſkir*, purus, candidus, lucens. Qui in nominis rationem inquirere voluerit, et cur a ſplendore baptiſmus appellatus fuerit, ſcire debet, apud Scriptores Græcos φωτίζειν eodem ſignificatu uſurpari, a quibus deinde ad Gothicas nationes metaphora tranſlata videri poſſit.

DOPPA: frequentativum ejusdem radicis. A. S *dyppan*, Germ. *doppen*, *duppen.* Ital. *tuffare.* Angl. *dipp.* Gr. δύπτειν, ut apud APOLLONIUM RHODIUM.

Εἰς ἅλμυρον ὕδωρ
Δύπτοντες κεφαλάς.

In ſalſam aquam immergentes capita.

DÓR, janua. Ulph. *daur.* A. S. *dora*, *duru.*

duru. Al. *dür*, *thuri*, Iſl. *dyr*. Angl. *door*, Germ. *thor*. Belg. *deur*. Prec. *thurn*. Sorab. *duri*. Pers. *der*. Qui ultimam hanc vocem conſideraverit, dubius forte una mecum hæſerit, utrum illam, tot ſuffultam Gothicarum dialectorum ſuffragiis, Gothicam ſibi vindicare originem, dicere debeat; an potius ab Oriente noſtram ceterasque omnes dimanaſſe, credere oporteat. Chaldæi certe januam תרע, tera, appellant. DAN. 3: 26. Gr. *θύρα*: WACHTERUS Germanicum *thor*, *thür* proprie foramen notare, arbitratur, collato *thairko nethlos* apud ULPH. quod eſt foramen acus. A. S. *thyrl*, unde *næs-thyrlu*, nares, quibus adde in eadem L. Mœſogoth *thairh*, per. Al. *thurg*, *thuru*, A. S. *thruh*, quæ omnia, ni fallor, huc non male quadrant. Eſt enim janua nil aliud, quam id, per quod tranſitur ab uno in alterum locum. Et ſi divinare, e re fuerit, hoc malim, quam, auctore eodem laudatiſſimo WACHTERO, in ſubſidium vocare Britannicum *torri*, frangere. MORHOFIUS in tr. de L. & *Poëſi Germ.* p. 93. a ſignificatione foraminis, quam noſtro vocabulo propriam eſſe audivimus, repetit Lat. *obturo*, quod eſt foramen adimplere.

DÖRCK, deſtina, cui ad aperturas innititur ſubſtructio, ut ſunt poſtes januarum. Arbitror, ortum eſſe a *thairh*, Germ. *durch*, per, quum in ædificiis ligneis trabi inferiori ſuperiorique immittatur, easque fere tranſeat.

DÖS, congeries, acervus. Ant. *dyſs*. L. L. *Bygg. B.* c. 14. § 4. *Korn i dyſs ſættia*, frumentum in acervum componere. In Lingua Cambro Britannica *das*, BOXHORNIO interprete, eſt ſtrues, acervus, proprie ſegetis, fœni vel ſimilium. Ab hoc alienum non videtur Iſl. *dys* tumulus, unde *dyſia*, tumulare. ANS SAGA, p. 18. 1. MACCAB. II. Galli *tas* vocant acervum quemlibet, quod a Gr. *τάσσειν*, ſtruere, ordinare, provenire, vulgo credunt Critici.

DRABBA, ferire, confligere. Vox, per commercium cum Germanis, in patriam reducta, ita tamen ut in eandem, noſtram factam, haud parum juris exercuerimus. Quod enim illi *treffen* dicunt, id partim *træffa*, partim *drabba* dicimus, unde *drabbning*, Germ. *treffen*, prælium, et *drabbtyg*, arma militaria. v. Lit. ERICI XIV. de anno 1565. d. 5. April. et TEGELS Hiſt. GUSTAVI I. Tom. I. p. 24. Qui monumenta medii ævi perlegerit, in aliis diplomatibus ſcriptum inveniet *dragbryg*, ut in CONCLUSO AROSIENSI anni 1525. *Hæſt god om 24 mark och dragtyg:* equum conſtantem 24 marcas et armaturam militarem. STIERNMANS *Acta Publica*, Tom. I. p. 37. ubi tamen obſervo, *dragbabarneſk*, quod l. c. occurrit p. 47. ſequente p. 49 Latine verti *levem armaturam*, quaſi portatilem, a *draga*, portare, vel ut ibidem p. 37. ſcibitur, *drængetyg*, i. e. armatura militaris. Sed, ut e diverticulo ad vocem *drabba* redeamus, quærit fontem ejus WACHTERUS in A. S. *torſian*, jacere, ferire. Iſl. *tyrſa*, vel, quod propius huc pertinere videtur, *thrawan*, quod idem notat. Angl. *throw*. SPEGELIUS, vero, Auctor Gloſſ. Suiogothici, in Arabico *darab*, quod idem eſt ac percutere, verberari facere.

II. Tangere, ut ſolent, qui ad metam collineant. Sic JUDIC. 20: 16, *drabba på ett hår*, capillum ferire poſſe. Germanicæ vocis *treffen* eandem ſignificationem eſſe, vulgo conſtat. Nos etiam hodie dicimus *træffa målet*.

III. Recidere. *Förbannelſen drabbade uppå honom*, maledictio in eum recidit.

DRAF, ſiliqua. Belg. id. Angl. *draffe*. Germ. *træbern*. Primum videtur denotaſſe fæces, in fundo vaſorum poſt depromtum vinum vel cereviſiam reſides, alio, ſed forte huic cognato vocabulo, *drægg* dictas Gall. *de la drague*, aliis *dracke*, unde L. B. *draſcus*. v. DU FRESNE, in v. & adeo fontem ejus quærendum eſſe in A. S. *drabe*, fæces, quod forte oriundum ab Iſlandico *drafna*, putreſcere, corrumpi, *drafin*, putridus. Poſtea vero uſus voluit, ut id nominis haberent vaginæ granorum excoctæ. Non autem probo WACHTERUM, qui *draf* deducit ab A. S. *drifan*, expellere, unde *dræfe*, expulſio: quaſi vi ſua & proprie notaret ejectamentum. Non enim cereviſia hoc egerit, ſed remanet, usque dum ab illa ſatis cocta eliciatur.

DRAFWEL, ſermo ineptus & infidus, cui fidem habere nequeas, & deinde turpitudo tam dictorum quam factorum. CHRON. RHYTHM. p. 208.

K. ERIC *wille hæller j å ſlått, læn och land*

Digitized by Google

Tolka draffwels mæn i band,
Än goda Riddare och ſwena,
Köpſtæds mæn och alla mena.
Rex ERICUS maluit credere arces & ditiones
Ejusmodi nugivendulis,
Quam honeſtis Equitibus & Armigeris,
Civibus & univerſitati.
& p. 407. CHRON. MAJORIS.
Ebwar drawels ſvar the giſwa.
Quicquid frivoli reſpondent.

Proprie notat inconditum ingratumque ſermonem, ortum ducens ab Iſl. *drafva*, quod eſt imbecilliter loqui, ut ſolent moribundi vel ſemiſopiti, docente GUDMUNDO ANDREÆ, p. 51. Niſi forte ſtatuendum ſit, noſtrum hoc aliquid affinitatis habere cum L. B. *truffare*, quod eſt verba ad alios delectandos vel potius decipiendos componere. v. VOSSIUS de *Vitiis Sermonis*, p. 316. Confr. Belg. *dryuen, garrire*. Angli *triffle* rem quamlibet nauci appellant.

DRAGA, trahere. A. S. *dragan*. Angl. *draw*. Gall. *trainer*. Latinæ vocis cum Gothicis affinitas manifeſtior eſt, quam ut a me indicari debeat, præſertim illis, qui meminerint, *g* & *b* literas eſſe inter ſe convertibiles. Immo vero eſt ubi *b* illud adhuc ſuperſtes invenire liceat. In Codice certe LEGUM VESTROGOTHICARUM, quem ſervat Archivum Holmenſe, *draba* ſcribitur, ut in *Thiuf. B. Ar eig or huſum dræbit*, ſi ex ædibus portatum non fuerit. Significationes vero hoc noſtrum cum Lat. *trabo* fere communes habet: ſic equi dicuntur *draga wagnen*, currum trahere. aſthmatici *draga andañ*, animam trahere. v. LIV. Lib. 4. c. ult. Speciatim vero notat

II. Piſcari, *draga not*. A. S. *dragan*. JOH. 21: 8. *Drogon and getugon hyra fiſca ſegnu*, trahebant eorum retia: hinc *drage*, rete, *dragnet*, id. Apud Latinos verricula piſcatoria dicebantur *tragulæ*, quod a trahendo formatum eſſe, opinatur TURNEBUS, in *Adverſariis*. Lib. 20. c. 14. PLINIUS Hiſt. Nat. L. 16. c. 8. *Uſus ſuberis ancoralibus maxime naviumpiſcantiumque* tragulis *& cadorum obturamentis*. Apud ISIDORUM etiam *tragum* eſt genus retis.

III. Proficiſci: *draga ſin wæg*, abire, eadem metaphora, qua alias *toga* dicimus, Latini *ducere*. Belgæ *trecken, vertrecken*, Germani *zieben* & Mœſogothi *tiuhan, bitiuhan*, quæ omnia trahere & ſimul proficiſci denotant. Vide JUNII *Gloſſ. Ulph.* p. 93. & adde DU FRESNE in v. *trabo*, ubi obſervat, Latinos recentiores trahendi vocem eodem ſignificatu adhibere, eorumque exemplo Gallos dicere, *tirer vers un lieu*, aliquo proficiſci.

IV. Dubitare, animi incertum eſſe, Uplandi dicunt: *han drager vid ſig*, de re hac deliberat, Hallandis *weddraga* eſt anceps reſponſum dare: Nec id exemplis ex Latio petendis caret. SALLUSTIUS de *Bell. Jugurt.* c. 93. MARIUS *multis diebus & laboribus conſumtis, anxius* trahere *cum animo ſuo, omitteretne inceptum, an fortunam opperiretur*.

V. Decipere. LAURENTIUS PETRI in *Dial.* de *Miſſa*, p. 134. *Chriſten allmoga haffwer låtit tålje och dragha ſig*. Populus Chriſtianus ſe dicipi paſſus eſt. Tribuit HADORPHIUS hanc eandem ſignificationem verbis LEGIS SCANICÆ cap: 7. §. 8. *Tha ma han ey lengær draghæ hin, ær coſtæn a, med bægumæ ſinum*: Tum non amplius ſtrophis ſuis ludificare debet eum, qui rem poſſidet. Galli *trabir* dicunt: nos compoſito lubentius utimur, ut monuimus in *bedraga*.

VI. In re veſtiaria notat pannum alteri ſuperinducere, ut dum pellibus animalium muniuntur togæ. CHRON. RHYTHM. MIN. p. 68.

Thera rænna wand
War draghet med ickorna ſkin.
Veſtes eorum
Munitæ erant pellibus ſciurorum.

v. ſupra in *blådragning*.

DRAGTYG, armatura. v. ſupra in v. *drabba*.

DRÆGT, veſtitus, cultus, *klådedrägt*. id. *främmande drägt*, cultus peregrinus. 2 Actus portandi jugum. L. PETRI in *Poſtilla*, Dom. Sept. *Åſnen, ſom wid dregt och arbete wan är:* aſinus, qui jugo et labori aſſuevit. Hinc *twedrägt*, ubi in diverſa trahunt boves, & dein pro quavis diſcordia uſurpatur.

DRÆGTIG, fertilis, *drægtig jord*. 2. fetus. *Ett drægtigt ſtod*, equa feta: dicitur etiam *idrægtig*. In JURE PROV. ALEM. Cap. 196. occurrit *ain tragendes uuip*, mulier prægnans.

DRÆGELIG, qui ferri poteſt, Germ. *erträglich*: contrarium eſt *odræglig*.

DRAFWANT, vel *Drabant* v. in *fant*.

DRAKE, draco. C. B. *draig*. A. S. *draca*. Al. *drache*. Gall. *dragon*. It. *dragone*, Hiſp. *drago*. Belg. *drack*. Neceſſe non eſt, ut vocis peregrinæ natales

Digitized by Google

tales indagemus, quum ante nos id præſtiterint alii, & omnium inſtar G. Joh. Vossius in *Etymologico.* Peregrinam autem dum dico, non me præterit, Rudbeckium, in Opere Atlantices T. II. p. 592. perſuadere velle, Gothicam vocem eſſe, & ad alios a nobis promanaſſe. Ex vulgata enim veterum fabula, qua dracones theſaurorum cuſtodes eſſe, illosque humi conditis divitiis incubare, tradunt, *drakar* a *draga*, congerere. coacervare, dictos putat. *In lingua Gothica*, inquit, *drake*, *Draco*, *a* draga, *attrahendo*, *vehendo*, *congerendo dictus eſt. Unde* draga rikedomar i hop, *opes congerere*, *corradere*, drake på ſina penningar, *draco pecuniis ſuis incubans*, *formulæ nobis uſitatiſſimæ*, *quando homines avaros ſubſannamus.*

II. Genus navium fuit, a forma draconis, longioris ſtructuræ genere a liisque ornamentis qualitercunque adumbrati, a qua eadem ratione etiam *orm* dictæ fuere, ut *Ormen longe*, navis Olavi Tryggwasonii, de quo Sturlæsonius, Tom. I. p. 316 *Var þat dreci*, *oc ger eptir þui*, *ſem ormur*, *ſa er kongur hafdi af Halogalandi*: Erat navis ex genere draconum, & facta ad imitationem ſerpentis, quam ex Halogalandia Rex adduxerat. Similiter videmus, in Claſſe Trojana *Priſtin* fuiſſe, a forma ſua pariter hoc nominis adeptam. Obſervat porro Rudbeckius loco citato, hanc vocis noſtræ Græcæve ſignificationem occaſionem dediſſe fabulæ veterum, tradenti Triptolemvm, urbibus frumentum afferentem, vectum fuiſſe ſerpente alato. Scilicet, ut rem explicat Philocorus apud Vossium. de *Idololatria*, Lib. I. c. 17. p. 69. *Navis longitudo ſerpentem*, *vela autem viſa ſunt alas referre.*

III. Vir fortis. Jam antea ad vocem *Björn* obſervavimus, uſu apud Majores noſtros receptum fuiſſe, ut a robuſtioribus animantibus viris ſtrenuis nomina adderentur, ut *Baſſe*, *Björn* etc. A. S. *dræcroſe*, *dræcwige*, vir fortis, robuſtus. v. Hickesii *Gram.* A. S. p. 123. Ceterum, an huc trahi debeat, quod in Cippis Runicis non raro occurrit, *gudan trek* vel *trak*, infra in v: *dreng* pluribus ſumus disputaturi.

IV. Maſculus: Uſurpatur inprimis de anatibus. *Anddrake.* Angl. *drake.*

DRAMB, pompa, faſtus, unde Iſl. *drambſeme*, ſuperbia. Hinc in Leg. Gothl. Germ. lectus ad pompam inſtructus dicitur *drambedde*, p. 73. *Dat drambedde ſi afgbelegt*: lectus ad pompam inſtructus prohibitus eſto. *Drambboſor* in Hiſt. Olavi Placidi apud Sturlæsonium, Tom. II. p. 188. nominatur tanquam ſuperbum, & ad id loci inſolitum indumenti genus. *Nordmen hofþu drambboſor lirkaþar at beine*: Normanni tum habebant tibialia, quæ ſuras arcte conſtringebant. Apud Saxones *dram* injuriam notat, &, ut cognatio L. Iſlandicæ noſtræque fidem faciunt, proprie talem, qua tenuibus inſultant potentiores. v. Idiot. Hamb. p. 40.

DRANK, fæx, illud, quod in fundo dolii poſt depromtam cereviſiam aut vinum ſupereſt. Ant. *drynk*, *drynke.* *Stat.* Erici Pom. etc. ad finem Legg. Scan. p. m. 71. *Skal engen man ſom öl förer*, *fylle thet med drynke*: nemo qui cereviſiam promercalem adfert, dolium fæcibus impleat. Nihil manifeſtius eſt Græca hujus vocis origine, quam in voce mox ſequente dabimus.

DRAEGG, fæx. Iſl. *dreggiar.* Angl. *dregges.* Mericus Casaubonus in tr. *de L. Angloſaxonica* & collatione, quam inſtituit, hujuſ L. cum Græcanica, *dregges* ortum putat a τρὺξ, quod notat fæcem vini, aut quod in fundo dolii vel poculi remanet. Hinc Aristophanes in Pluto.

Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους
Πίνειν, συνεκποτέ' ἐςί σοι καὶ τὴν τρύγα.
Quoniam vinum voluiſti
Bibere, pariter fæx tibi exhaurienda eſt.

Ab hoc vero τρὺξ, ejusque caſu obliquo τρυγὸς, diverſa via aliarum gentium vocabula, varie mutata, prodiere. A priori enim, mutato ξ in ς, AngloSaxones *dros* fecere & *droſn*, Belgæ *droeſſem*: a poſteriori vero nos *drægg*, quod, anteriori g in n converſo, uti ſæpiſſime fieri, antea monuimus, & altero paullo fortiori halitu pronunciato, *dränk* vel *drank* formavimus.

DRAEGLA, ſalivam ex ore emittere, ut accidere ſolet infantibus aut ebriis. A. S. *dreflian.* Angl. *drivel*, id. Apud eosdem *bedrauled* eſt ſaliva conſpurcatus. De Alemannico *dregelen* vide mox in *drälla.*

DRAELL vel rectius *Drell*, pannus lineus

Digitized by Google

neus, variis figuris intextus, ut eſt ille, a quo mappas & mantelia conficimus, Germ. *trilch*, idem, vel proprie pannus *trilix*, judice MARTINIO, a tribus liciis. Occurrit *drilhe* in RHYTHMO de *Exped.* CAROLI M. *Hiſp.* p. 61.

Si furten drilhe halſperge an.
Gerebant loricas trilices.

In L. AngloSaxonica *thrietig regel*, quod apud BENSONIUM explicatur trilicium, veſtis ex trilice. Quemadmodum vero *drell* a tribus liciis nomen habet; ita *dwelch*, Germ.. *zwilch* dicitur, quod duabus conſtat.

DRAELLA, ſtillare, unde aliquid crebro decidit. Iſl. *dralla*, quod GUDM. ANDR. vertit appendens ſequi. Angl. *dribble.* Ego arbitror freqventativum eſſe ſimplicis *drypa*, ut a *krypa*, repere, fit *krælla*, reptare.

II. Notat per incuriam aliquid perdere, & e manibus elabi ſinere, quod forte in affinibus ſuis numerat Theotiſcum *dregelen*, a quo apud KÖNIGSHOFIUM, *zerdregelen*, diſſipare. v. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 238. Anglicum *trail* eſt humi verrere.

DRAENKA, aqua ſubmergere, ſive id alias fiat, ſive in pœnæ modum, quod genus ſupplicii gentes plurimæ, ut inprimis crudele, abominatæ ſunt, arbitratæ, animam, utpote æthereæ auræ particulam, aqua penitus ſuffocari. Notum eſt illud OVIDII, *Triſt.* Lib. 1. Eleg. 2.

Nec letum timeo, genus eſt miſerabile leti.
Demite naufragium: mors mihi munus erit.

Sic etiam Boreales gentes, utut mortem alias impavido animo excipiebant, ſubmerſionem tamen horruere, tanquam *grimlegan daud* h. e. mortem crudelem. v. HEIMS KR. Tom. II. p. 290. Conſpirant in voce aliæ dialecti. A. S. *drencian, adrencan*, mergere, *gedrencod*, merſus. Germ. *trenken*, *ertrenken*. cui adde Alemannicum *irdrancta*, ſub merſit, apud OTFRIDUM. Lib. II. c. III. 108. Videtur ſenſus vocis, tempore ampliatus eſſe, atque ab initio non niſi adaquandi vel potum exhibendi actum denotaſſe. Id certe ſonat Mœſogothicum *draggkian*. A. S. *drencan*, Al. *drenken*, notante WACHTERO.

DRUNKNA, ſubmergi. Uſurpatur de iis, qui caſu aquis incidentes ſubmerguntur, ut prius de ſubmerſione, dedita opera facta.

DRAEPA, percutere. Frequenter hoc ſenſu occurrit in monumentis Iſlandicis HEIMS KR. Tom. I. p. 659. *Drapoſier þar eld*, ignem ſibi excutiebant. LUC. 4: 11. *So ad þu ei dreper thinum fæte vid nockrum ſteine*, ne adverſus lapidem pedem offendas. Sic HNIKARUS in NORNA GESTURS *S.* p. 13.

þar er far mikit,
Ef þu fæti drepur &c.
Periculoſum eſt nimis,
Si pedem offenderis.

Quod ad etymon vocis attinet, neſcio, an huc referre debeam Mœſog. *draiban*, quod in Codice Argenteo notat vexare, affligere, ſenſu phyſico in moralem commutato. Ceterum fuerint, qui Gr. δαίρω, δέρω, percutio, prætereundum noluerint. Infra vero ad vocem *træffa* ulterius docebo, illam ab hac noſtra diverſam non videri. Saxones certe, dum ceteri Germanorum *treffen* pronuntiant, *drepen* dicunt, quod vocabulum proprie icere, percutere notat, unde *vom donner getroffen* eſt fulmine percuſſus. Vide plura ſuo loco.

DRAPWAL notat tribulum, quo in horreis percutiuntur frumenta. v. Stat. ALB. R. apud HADORFFIUM, ad *Leg. Birc.* p. 26. alias *Slagwal.* v. infra in v. *wal.*

NIDERDRAEPA, dejicere HEIMS KR. Tom. II. p. 3. uſurpatur de diremto fœdere, *nidurdræpa ſamband*: conf. OL. TRYGGV. S. Edit Skalh. P. 2. p. 3. *Handrap niþur Konga:* reges ſolio deturbavit.

DRAPA, poema, quod certos habet verſus intercalares. *Viſur er ſteſjadar voru, edur med ſteſiaſkipadar*, ut habet BERO JONÆ SKARDSÅENSIS, in Comment. ad EIGILLI *Hofudlausnar Viſur* manuſcr. qui nominis hanc rationem tradit *af ſamandræpe viſanna, þeim er kaſtad ſaman i langmæla*, quod in continuum carmen conjiciuntur.

II. Interficere: *dræpa en*, aliquem interficere. Opinor, veteres cum addito dixiſſe, e. gr. *dræpa till dôds*, ut AngloSaxones *death-drepe* de morte violenta dixere. v. HICKESII *Gram.* A. S. p. 123. poſtea vero omiſſum mortis vocabulum fuiſſe, uti in Latiali lingua ferire, cædere, percutere, inque noſtra *flå* interdum de ipſo occidendi actu uſurpantur. Habemus hinc orta *dråp*, cædes, *dråpare*, homicida.

III. Tingere, quæ ſignificatio Iſlandis olim perfamiliaris erat. In *Bibliis Iſlandicis*, LEV. 4 legitur, *Dræpa ſinom fingre i bloden*, digitum ſanguine intingere.

DRÅPELIG, excellens, præſtans, quod & *dræ-*

Digitized by Google

& *dræpelig, dreſlig*, ſcriptum invenitur. v. TEGEL. Hiſt. GUSTAVI I. P. 2. p. 150. Licet hæc vox inter novitias & peregrinas referri debeat, penitus tamen a nobis intacta non relinquetur. Eſt vero eadem ac Germ. *trefflich*. Saxon. *drepelich*, quod tradit IDIOTICON HAMBURGENSE, in inferiori Germania notare mundum, ornatum. Facere huc videtur, quod in ſcriptis noſtratium medii ævi *drâpelig* non tam rei internam excellentiam indicet, quam potius ſplendorem externum. Ita intelligo, quod TIGEL c. l. P. I. p. 200. ut ſæpe alias ſcribit: *Konungen ſænde ſine drâpelige Sændebud*: Rex ſplendidos vel magnifice exornatos Legatos eo miſit. WACHTERUS ſuum *trefflich* derivat a *treffen* pollere, unde *öfwertræffa*, excellere, *förtræffelig*, excellens, hoc vero ab Iſl. *trifaſt*, procedere. OLAUS RUDBECKIUS, Junior, in Schedis *mſctis*, quas poſſideo, *drâpelig* derivatum conjicit, a *trabe*, prout illud ingentem denotat, uti dum ingens clavus *trabalis* appellari ſolet, SPEGELIUS exin, quod in Poëſi Skaldica *drapa* vocatur ſtrophe vel Poëma, *drâpelig* proprie ſignificare credit, *then ſom ær wærd att omtala*, dignum, qui cantu celebretur. Mihi vero eorum opinio longe probabilior viſa eſt, qui *trefflich* uſu introductum fuiſſe putant pro *vortrefflich*, illud vero ortum eſſe a *treffen*, ant. *drephan*, ire, ut denotet eum, qui ceteros anteit, hoc eſt excellit. v. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 238.

DRENG, ſervus, miniſter, miles. Iſl. *dreingr*, vir fortis. Primaria hæc haud dubie vocis ſignificatio erat: quum vero illa ætate, qua in armis & bellica virtute omnia ſua ponebant majores noſtri, alios in familiam & diſcriminum ſocietatem non adſciſcerent, quam qui manu promti eſſent; hinc confundi cœperunt hæ illius ſignificationes, quod idem vocabulo *ſwen* & *than* accidiſſe obſervamus. EDDA in *Synonymis*: *þeir heita Konungs dreingir, er þeim þiona eþa rikum monnum*: illi vocantur Regii miniſtri, *dreinger*, qui Regibus ſerviunt aut aliis Magnatibus. Commentati de cetero nonnulla ſumus de voce *dreng* in *Notis* noſtris *Criticis ad vetuſt. Catal. Reg. Suiogoth.* Part. IV. p. 113. quæ, ne actum agamus, viſum eſt, quum in omnium manibus hæ diſſertatiunculæ non ſint, huc tranſcribere. Dreng *olim virum fortem ſtrenuumque ſignificavit, ut in jure Aulico Norwegico, c. 19. quod de moribus curialium agit, pulcre monetur*: minzt a þat, at ſa er einu ſinn deyr nidingur, han verdi aldrei odru ſinni drengur, þui at med þui naffn ſem han deyr, þa verdur med þeiri fregn hans minning at lifa. i. e. *memento, eum, qui tanquam ignavus ſemel moritur, poſtea nunquam virum fortem cenſendum: nam qua fama moritur, eadem etiam memoria ejus perennabit. Ex hac voce* dreng *deinde* drengſkapr *ſtrenuitas*, Drengilegur, *ſtrenuus*, Drengreindur, *vir expertæ fortitudinis*, odreingſkapr, *ignavia, & plura alia, apud* VERELIUM *in* Indice *allata, ortum ducunt. Id vero mibi, quod notetur, dignum viſum, pro titulo & inſigni bonoris titulum* dreng *apud Anglos collatum olim fuiſſe. Docet id* GEORGIUS HICKESIUS, *in Grammatica AngloSaxonica, exemplo familiæ* Sharneburnorum, *de qua antiqui Scriptoris bæc verba affert:* Edwinus (*de Sharneburne*) & quidam alii, qui ejecti fuerunt (*e terris ſuis*) abierunt ad Conqueſtorem, & dixerunt ei. quod nunqvam ante conqueſtum nec in conqueſtu ſuo, nec poſt, fuerunt contra ipſum regem in conſilio & auxilio, ſed tenuerunt ſe in pace. Et hoc parati ſunt probare, quomodo ipſe Rex vellet ordinare. Per quod idem Rex fecit inquiri per totam Angliam, ſi ita fuit: qvod quidem probatum fuit. Propter quod idem Rex præcepit, ut omnes illi, qui ſic tenuerunt ſe in pace in forma prædicta, quod ipſi rehaberent omnes terras & dominationes ſuas adeo integra & in pace, ut unquam habuerunt vel tenuerunt ante conqueſtum ſuum, & quod ipſi in poſterum vocarentur *Drenges*. *Cfr.* SPELMANNUS *in Archæologo ſub voce* drenches. *Hinc porro quum fortitudo a nullis mortalium juſtius exſpectetur, quam ab illis, qui caſtra ſequuntur;* drengr *poſtmodo uſurpari cœptum eſt pro milite. Conf.* Legodreng, *miles mercenarius, in* Præfat. CHRON. RHYTHM. *qui vocis ſignificatus baud dubie peperit illud cadentis Latinitatis* drungus, *quod pro globo & turma militum occurrere, videmus.* VOPISCUS *in AURELIANO, de Germanis verba faciens, atqve adeo termino artis eorum bellicæ uſus, dicit:* Omnium gentium *drungos* usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit. *Qui e-*

juſmodi globo præfuit inde drungarius *dictus. Agnovit hanc vocis originem ante me* OTTO SPERLING, *in Annotationibus ad Teſtamentum* ABSOLONIS, *Archi Epiſcopi Lundenſis, p. 41. cui ego adſtipulari malo, quam ſagaciſſimo alias* JO. GE. WACHTERO, *qui a* drang, *conferta turba, vocem deducit. v.* Gloſſ. Germ. *p. 302. Si vero etymon vocis* dreng *quispiam quæſitum iverit, ultro ſeſe offert Iſlandorum* þrek, *robur, unde* þreklegur, *robuſtus,* þrekleyſi, *ignavia. v.* VERELIUS, *in* Indice. *Apud AngloSaxones* dræcwige, *virum fortem notat. v.* HICKES. Gram. AngloS. *p. 123. Ab hoc vero* þrek, *facillime* dreng *fieri potuit, quum perquam uſitatum ſit, ut Iſlandorum conſonis geminatis recentior lingva Gothica* n *literam præfigat:* e. c. brekkur, brjnk, *clivus;* bekkur, bænk, *ſcamnum;* Frakker, Frankur, *Francus:* Sic blicka, blinka, *nictare;* alshattur, allahanda, *varii generis &c. Et hoc idem voci* dreng *accidiſſe, vel ideo veriſimillimum eſt, quod illa in cippis noſtris Runicis* trik, trek *&* þrek *haud raro ſcripta occurrat.* Addi his poterunt, quæ infra ad v. *Streng.* dicturi ſumus. Nunc tantum addimus, in vetere Lingua Cambrica *trêch* fortem denotare, aut, ut verius dicam, fortiorem, quum vocabulum poſitivi gradus perditum ſit. v. RICHARDS *Introd. In Linguam Britan.* p. 20.

DRESSEL. Anc. *dræſel, træſel,* gazophylacium, aut ubi res pretioſæ conſervantur. Hinc in Actis noſtris publicis ſæpe commemoratur *Rikſens dreſſel*, quod eſt ærarium publicum, & ubi regni cimelia repoſita ſunt. CHRON. RHYTHM. MIN. p. 138.

Tå war Konungens dræſel ſå rijk,
At aldrig war i Swerige ſlijk.

Tum Fiſcus Regius adeo dives erat,
Ut nunquam talis in Suecia fuerit.

Germani eodem ſenſu uſurpant *dreſs* & *trese*, quo nomine apud Hamburgenſes appellatur conclave illud, ubi cuſtodiuntur Acta Civitatis; alias *Dreſſ cammer* vel *Treſecammer*, de qua voce peculiarem diſſertationem *Miſcellaneis Berolinenſibus*, Tom. IV. p. 183, inſeruit JOH. LEONH. FRISCHIUS. Convenit vero inter omnes, vocem eſſe origine Græcam, a *θησαυρός*, Latine *theſaurus*, unde per literarum tranſpoſitionem Alemanni *threso*, *dreſo* & *triſo* fecere, *triſohus*, gazophylacium, *triſochamare*, id. *Treſſeler*, theſaurarius. TATIANUS c. 36: 1. *Ni curet ju triſiuuen treſo in erdu:* nolite thezaurizare vobis theſauros in terra. Galli indidem etiam *treſor* fecere. L. B. *dreſſorium*. Belg. *tridſoor* vel *treſoor*. v. SPEGEL in v. Apud Gallos *dreſſoir*. Germ. *dreſſur* abacum notat, quod mihi revocat illud *triſſile*, quod apud ACRONEM occurrit in *Scholiis* ad HORATII Lib. 1. Sat. 6. Verba ejus ſunt: *Echinum dixit vas æneum, in quo calices lavantur, quod modo triſſile appellamus.* conf. TURNEBI *Adv.* Lib. 9: 19.

DRICKA, bibere. Ulph. *drigkan*, A. S. *drincan*. Al. *trinchan*, *drinkan*. Belg. *drinken*. Germ. *trincken*. Iſlandi *drecka* dicunt, quod ceteris incorruptius credunt JUNIUS et WACHTERUS, utpote ortum a *drega*, trahere, cujus frequentativum eſſe poteſt, ita ut proprie notet in palatum attrahere, quemadmodum in Lingua Anglica *draught* hauſtum notat; a *draw*, trahere. cfr. Gall. *trait*, hauſtus. Elegans eſt obſervatio WACHTERI, quod in L. AngloS. *drincan* non tantum de potulentis, ſed etiam de eſculentis, quæ degluttiuntur, uſurpetur, ut dum MATTH. 22: 24. legitur de hypocritis, *and drincath thone olfend*, & glutitis camelum. Cui ſubjungo haud diſſimilem vocabuli uſum apud noſtrates, dum per proverbium dicunt: *thet är ſå omögligt, ſom att dricka het gröt:* æque impoſſibile eſt, ac pultem calidam deglutire.

II. Convivari. Quum veteribus Svecis potus in conviviis utramque paginam faceret; hinc dixere *dricka Bröllop*, nuptias celebrare, & ſimpliciter *dricka*. ut in Hiſt. OLAVI TRYGGV. p. 159. *þangat ſem ſu veitſlu ſtod, er konor drucku:* ad eum locum, ubi convivium agitabant mulieres. Græci ſimiliter *συμπόσιον* dixere, quod vocabulum novimus, CICERONEM exagitaſſe, utpote quod convivia ab illa eorum parte denominabat, quæ corpus non animam recrearet.

DRICK, potus.

DRUCKEN, ebrius, unde *dryckenſkap*, ebrietas, crapula.

FÖRDRICKA, JOELS 3: 3. bibendo conſumere. Germanica verſio LUTHERI hoc loco habet *vertrinchen*.

DRIFWA, pellere, loco movere. Ita colonos qui ſedibus ſuis exigit, dicitur *driſwa them iſrån hemmanet*. In animum

mum facile induxero, Latinum *trudo* priſcis temporibus noſtro ſimilius fuiſſe. Præterquam enim quod ſignificatio eadem ſit, literæ, quæ diſcrimen pariunt, inter ſe convertibiles ſunt. Quod enim *f* & *d* alternatim ponantur, Etymologici ſtudii non imperitisſimus, in conceſſis ponit: quod etiam *b* inter & *f* eadem ſit viciſſitudo, exempla non pauca commonſtrant. Sic a *gladius* nos *glaf* fecimus, ut ſuo monſtrabitur loco, a *laudo*, *loſwa* etc. Immo propius fere accedimus ad Græcismum, ubi τρέπειν eſt vertere, avertere: unde εἰς φυγὴν τρέπειν, in fugam pellere. A.S. *drifan*, *adrifan*, *dryfan*, pellere. Al. *triban*. Germ. *treiben*.

II. Eſt verbum paſtorale, reſpondens Latino agere. *Driſwa boſkapen i bet*, pecudes paſtum agere. Hinc *boſkaps drift*, armentum. Belg. id. Angl. *drove*. Uſurpatur etiam in re venatoria, de canibus ferarum veſtigiis inſiſtentibus: In L. Cambro-Britannica *adrywedd* notat odorem canum feras inſequentium, teſte Boxhornio.

III. Fecit ejusmodi pecudum ferarumque error, ut *driſwa* neutraliter poſitum idem ſit ac vagari, otiari. Hinc in Lege Dalica, *Thiuf B.* cap. 12: 9. *Driſwari oc tiäniſtolós*, erro atque nullius familiæ adſcriptus.

IV. Ex ſuperiore ſignificatione ducta metaphora, denotat majorem populi confluxum, quo in unum quaſi advenientes aguntur. Heims Kr. Tom. I. p. 383. *Dreif þa micit fiolemenni til hans:* magna vis hominum ad eum confluxit. Knytl. S. p. 228. *drifu men þangat*, confluxit eo turba. A. S. *drafe*, turba hominum. v. Junii *Etym.* in v. *drove*. Simile omnino loquendi genus eſt, ubi de nivibus magna copia acervatis adhibetur, ut Heims Kr. l. c. p. 189. *dreif mioc*, nix magna copia magnoque impetu decidit. Eſt hinc, quod *driſwa* appelletur acervus congeſtæ nivis. Angl. *drift of ſnow*, nivium vis, procella. Conf. Runolphi Jonæ *Gram Iſl.* p. 190.

V. A ſenſu trudendi eſt, quod pharmaca, quæ alvum cient, dicantur *driſwa*.

VI. Notat percutere, verberare. *driſwa til en.* Ol. Trygg. S. p. 193. *dreif ec til eins:* percuſſi unum. Conf. *Bibl. Iſl.* Job. 40. Belg. *dreve*, ictus. Adde illa, quæ mox ad vocem *drypa* ſequentur.

VII. Ab actu phyſico ad moralem traducitur, notatque criminis alicujus convincere. *Driſwa på en något.* Simili modo in Latio dicitur, accuſatione ferire, crimen impingere. Antiquus eſt hic uſus, & in Scriptore Alemannorum omnium vetuſtiſſimo reperiundus: Keronem puta, *in Reg.* S. Bened. p. 20. *dreuui*, *piſuueri*, *reſſi*: argue, obſecra, increpa.

VIII. De Metallis uſurpatum idem valet, ac cælare. Hinc *driſwit arbete*, opus paſtulatum. Belg. *gedrewen werk*. Invenimus veſtigia hujus ſignificatus in veteri Mœſogothica Lingua. Marc. 15: 46. ubi ſepulcrum Chriſti, e ſaxo tundendo excavatum, vocatur *gadraban us ſtaina*. A. S. *adrifene fatu*, cælata vaſa. v. Junii *Gloſſ. Ulphil.* p. 144. & adde annot. meas ad Fragm. Ulphilanum, p. 83. ubi fateor, me ſuſpicari, in Codice Argenteo pro *gagraban gadraban* irrepſiſſe, errore amanuenſis. Addo nunc, confirmari hanc conjecturam auctoritate Otfridi, qui Lib. IV. Cap. XXXV: 71. habet *In felifon irgrabanaz.*

DRIFWA, exercere. *Driſwa handel*, mercaturam exercere, *driſwa hor*, adulterium committere. Germani ſimiliter dicunt *wirtſchaft treiben*, cauponariam tractare, *blutſchande treiben*, exercere inceſtum. v. Wachterus in *Gloſſar.* Arbitror, hanc vocem a priori origine plane eſſe diverſam, & referendam ad Iſl. *drygia*, quod eandem ſignificationem habet. In Decalogo legimus: *þu ſkallt ecke hordom drygia*, non mœchaberis. *Drygia vilia ſin*, voluntatem ſuam perficere. *g.* & *f.* literæ ſunt, ut ordine contiguæ, ita crebro alternantes.

DRILLA, tornare, circumagere. Vox peregrina, quæ cum exteris artificibus ad nos haud dubie pervenit. Germ. *trill* tornum notat, docente Wachtero, quam vocem factam putat a *drajen*, tornare. Cambris *trul* eſt cylindrus.

II. Tornando terebrare. Ang. *drill* Belg. *drillen*. Ital. *trivellare*. Junius hanc vocis ſignificationem refert ad A. S. *thirlian*, perforare, per literarum transpoſitionem.

III. In muſicis notat vocem inter canendum criſpare, id quod Feſtus vocat *vibriſſare*: unde *drill*, cantus ejusmodi tremulus, vel, ut A. Gellii voce utar, frequentamentum cantus. Germ. *trill*. Itali, quibus in arte muſica magi-

ſtris fere reliqui Europæ incolæ uſi ſunt, *trillo* dicunt.

IV. Metaphorice habet vim circumveniendi, technas ſtruendi. *Drilla en ſak*, cauſſam aliquam ſtrophis implicare, perplexam reddere.

DRISTIG, audax. A. S. *thriſte*, id. *thriſtlice*, temerarie. Germ. *dreiſt*. Dicimus alias *tröſt* eodem ſenſu, ut infra ſuo loco patebit. Facta vero hæc ſunt per literarum quandam metathesin: naturalem enim earum ordinem conſpicimus in A.S. *dyrſteg*, audax, *dyrſtignesſe*, audacia: quæ nos ducunt ad Al. *durren*, audere. Ulph. *gadauran*. Germ. *thuren*, Sveth. *töras*, quod vide.

DROMUNDER. Navigii genus apud veteres, quod Latini inferioris ævi *dromones* nec non *dromundos* dixere. v. Du Fresne, in *Gloſſ.* & Cassiodorus, Lib. 5. Epiſt. 17. Gall. vet. *dromond*. Angl. *drumbler*. v. Nicod. *Lex. Angl.* Iſtiusmodi navigium deprehendiſſe Ragvaldus Jarl ſub itinere Hieroſolymitano narratur a Sturlonide, Tom. II. p. 339. *Enn Rögnnvaldur Jarl oc Erlingur Skacki bitto a dromund eirn i haſi:* Ragvaldus & Erlingus Skacki incidebant in dromonem quendam. cfr. pag. ſeq. A Græco δρόμος, curſus, derivat Spelmannus, & cum illo quicquid fere eſt Criticorum. Solus in diverſa abit Verelius, qui exinde, quod *dromunder* apud nos naves onerarias tantum deſignare videtur, eas a Gothico *droma*, lento gradu procedere, derivat. Ego vero prius malim, inprimis quum in frequens non ſit, ut nomina rebus impoſita ad cognatas ſpecies transferantur. Quod vero ad hanc Verelii Etymologiam attinet, ſuſpicor illam immerito Viro huic erudito aſſignari: quum me obſervare meminerim, in autographo Vereliano, quod in Bibliotheca Gymnaſii Gevalienſis aſſervatur, nihil tale deprehendi. Olaus Rudbeckius, qui *Indicem Scytho-Scandicum* edendo haud mediocrem ab erudito orbe gratiam iniit, hanc, niſi fallor, annotationem addidit, uti alias etiam non raro Verelio quæpiam vel addidit vel ſubtraxit, quod tamen factum ego noluiſſem. Inprimis dolendum eſt, pulcros hosce Verelii labores erroribus typographicis adeo deturpatos eſſe, ut mera monſtra verborum ſæpius præferant, atque adeo a quovis magna cum cautione uſurpari debeant.

DROSSA, cadere. Dicitur de ſemine ſiliquis per ariditatem excidente. *Säden droſſar ut.* v. Brookmans *Husbålsbok*, Part. 2. p. 75. In cantico vetere: *Perlor och wippor droſſa till jord*: margaritæ & tæniæ in terram defluunt. Ultimam vocis antiquitatem teſtatur Ulphilanum *driuſan*, cadere. Luc. 16: 17. *draus*, cecidit. Marc. 7. 25. unde Alemanni, eliſa prima litera, *rieſen* fecere. v. Benzelii *Ulph.* p. 15.

DROSSE, acervus, ant. *druſe*, unde in Leg. Ostg. *Byg.* B. c. 14. *Druſi aldinfull*, acervus glandium. Junius in *Etymol. Angl.* v. *truſſ* docet, Belgarum *troſſ* ſignificare quasvis res in unum compactas conſtipatasqve, quod vero an noſtro affine ſit, non dixero. Apud Anglo-Saxonas *throſme* acervum notat. v. Bensonius. Gallicum *dru* uſurpatur de ſegete denſa.

DROTT, vel *drottin*, dominus. A. S. *drihten*, *dryhten* Al. *druhtin*, *thrutin*. Iſl. *drottin*. Dialectus Ulphilana inter Gothicas ſola eſt, quæ hujus vocabuli veſtigia non retineat, quippe quæ illius loco uſurpat *frauja* & *fan*, de quibus alias plura. Iſlandica Bibliorum verſio hac voce ubique exprimit Ebræum יהוה, ut Deut. 6 *Drottin Gud vor er eirn Drottin*. Dominus Deus noſter unus dominus eſt. Una cum Odino in Septentrionem noſtrum hunc honoris titulum tranſiiſſe, inde mihi veriſimile ſit, quod apud Sturlæsonium, Tom I. p. 2. legitur, eundem Conſiliariis Ejus & Sacrorum Adminiſtris tanquam peculiarem tributum fuiſſe. *þat var þar ſidur, at tolf hofgodar voro özter: ſkyldo þeir raþa ſyrir blotom oc domom manna imille. þat ero Diar kallaþer eþur Drottnar.* hoc eſt interprete Peringsköldio: *ibi mos obtinuit, ut duodecim præfecti ceteris eminentiores*, Diar *ſeu* Drottnar, *hoc eſt Principes ſeu domini dicti*, *curam gererent ſacrorum*, *& populo jus dicerent.* Dein, qui apud majores noſtros ſummæ rerum præerant, *Drottin* appellabantur, donec tandem Regium nomen invaluit primum apud Danos, regnante Dano Rege, & dein apud Svionas ſub ipſius nepote Dyggvio. Verba Sturlæsonii hæc ſunt, l. c. p. 20. *Moþer DYGGVA var DROTT, dotter DANURS Kongs, ſonar RINGS, er fyrſtur var kongur kallaþur a Danſka tungo: hanns ättmenn hauf þo avallt ſiþann kongsnafn fyrer et äzta Tignarnafn. DYGGVI var fyrſtur kongur kallaþur ſinna ættmanna*

manna, enn aþur voru þeir Drottnar kallaþer, enn konor þeirra Drottningar, en Drott Hirþſveitinn: DYGVONIS mater DROTTA fuit; filia DANI Regis RINGONIS filii, qui primus Danorum idiomate Rex fuit appellatus. Cujus dein familiæ propagines regium nomen veluti ſummum honoris titulum retinuere. DYGGVO ſuæ ſtirpis primus Rex nuncupatus eſt, ante hac enim *Drottnar* vocabantur (h. e. domini) Conjuges vero eorum *Drottningar* (h. e. dominæ vel Reginæ), Aulæ vero famulitium *Drott.* Quod ad originem vocis attinet, arbitratur WACHTERUS, *drottin* dictum eſſe a *drottna*, imperare, quod tamen perinde eſt, ac ſi diceres, a filia matrem genitam, aut etiam dominum a dominando appellatum eſſe. Terminatio vero verborum in *na* in noſtrate lingua indicat originem ab aliquo ſubſtantivo, ut a *röd*, rufus, *rodna*, rubeſcere: ab *hård*, durus, *hårdna*, dureſcere. v. infra in v. *Stadna.* Mihi veriſimilis videtur conjectura GUDMUNDI ANDREÆ docentis, *drottin* dictum eſſe a *drott* vel *drött*, familia, populus, quaſi familiæ vel populi dominatorem In robur hujus etymologiæ addo, ſolenne eſſe apud Septentrionales, ut a populo ejus præſides nomina ſortiantur: ſic apud Mœſogothos a *thiuda*, populus, rex *thiudans* dicitur, & apud Poëtas Iſlandos idem *filkir* audit, a *folk*, populus.

LANDSDROTT, Rex, dominus territorii.

LANARDROTT, Territorii Præfectus. GUDMUND. AND. *Lex. Iſl.* p. 54.

JORDDROTT, id. SKÅNE L. p. m. 43.

KIRKIUDROTT. WESTG. L. *kirk.* B. c. 8. dicitur Oeconomus templi, qui alias *kirkiuwårjande* vel *kirkiugömare* in Legibus Patriis dici ſolet, ut ad hunc locum obſervat CAROLUS LUNDIUS. p. 83. Niſi hæc eſſent, dicerem fortaſſis, hoc titulo adminiſtrum potius templi, quam dominum indicari. Conſtat certe, in dialecto Iſlandica *drottin*, ſervum appellari, & *drattur*, id. apud GUDM. AND. *Lex. Iſl.* p. 52. In Lingua etiam Theotiſca id inter *drubtin* & *drutin* diſcriminis eſt, ut illud dominum ſignificet, hoc ſervum, atque etiam fidum. Unde eſt, quod Vaſalli *drute* in veteribus monumentis Alemannicis dicantur, & apud OTFRIDUM Apoſtoli *Druti* CHRISTI. v. SCHILT. *Gloſſ.* p. 244.

DROTTNING, Regina, qui titulus apud nos inde ab antiquo ævo, quo ipſi Reges *Drottar* audiebant, reſiduus eſt. Terminatio *ing* ex illarum numero eſt, quæ a maſculino genere femininum formant, perinde ac a *karl* fit *karling*, femina, & ſpeciatim anus.

DROTTSÆT: Nomen præcipui olim regni Officialium, quique ſecundum Regem primas in imperio peregit partes. Vocatur alias *Droxet*, *Drozt*, *Droſt* & *Droxiet*. Nihil enim mihi agere videntur, qui inter *Droſt* & *Drotſæt* aliquid diſcriminis quærunt, ita ſcilicet, ut hoc Dapiferum Regium illud Proregem ſignificet, licet in ea opinione ſit præter DOLMERUM, in notis ad *Jus Aulicum*, WACHTERUS quoque, in *Gloſſ.* p. 309. De etymo hujus tituli ambigunt Eruditi: nec certi quid affirmari poteſt, antequam ſciatur, a Germanisne ad nos, an verſa vice a nobis ad illos dimanaverit. Nam ſi prius fuerit, & *Drottſet* noſtrum idem ſit, ac Germ. *Truchſeſs*, facile adſentior WACHTERO, qui eum ita dictum putat a *tragen*, *trug*, ferre, & *eſſen*, dapes: ut adeo effictum ſit ad formam Latini Dapifer, quo nomine appellabantur, qui hoc munus obivere. In jure etiam Aulico Norwegico, ubi de Drotſetis eorumque officiis & electione ſingulare caput occurrit, videmus, primarias illius partes fuiſſe, menſam regiam inſtruere, illique adjungi *Skenkiare*, Pincernam, cui cel a aulica commiſſa erat. Et, ut verum fatear, propendeo facile in hanc ſententiam, in primis quum ex eodem *Jure Aulico* mihi obſervare videar, tanquam ad exterarum gentium imitationem, hanc dignitatem a BoreaIibus adoptatam eſſe, & adeo veriſimile fieri, cum re ipſa nomen quoque ad nos commigraſſe. Verba citat. *Juris*, c. 25. hæc ſunt. *Er þat ſidur i fleſtum lendum, at hin bæſtum höfdingiar velja almiok menn til þes ſtarfs þui at almikit mega þeir adgora, og umraada, at fagurliga komi fram matur og drickur hverium eptir ſinum ſtiet.* Id more receptum eſt apud pleraſque gentes, ut ad hoc munus præcipuæ dignitatis viros eligant. Permultum enim eorum opera confert ad inſtruendam menſam regiam, & ut cibus potusque decore miniſtretur cuilibet pro dignitate ſua. Id certe conſtat, antiquiori ævo, & antequam peregrini orbis faſtus in has oras commigravit, Dapiferorum vel Drotſetorum officium non nominari. In Aula CAROLI VIII. hoc munus conſtitutum fuiſſe, vidi, teſte epiſtola ejus data, DANTISCI, die GEORGII 1457 ubi dum de perfidia Archiepiſcopi JOANNIS BENEDICTI conqueritur, docet, præcipuos Aulæ ſuæ miniſtros illius fuiſſe conſanguineos, carptorem ciborum illius fuiſſe Conſobrinum & Drotſetum, *Trockezes*, NICOLAUM CHRISTIERNI, illius Avunculum. Qui vero domi noſtræ hunc titulum natum credunt, in diverſa abeunt. Alii enim cum WACHTERO primam ejus partem referunt ad

Digitized by Google

ad *drott* turba, cui ubi *ſet*, a voce *ſätta*, ponere, conſtituere, adjungitur, emergit *Drotſet*, ſeu populi præfectus. Cur autem huic conjecturæ non ſubſcribam, ratio eſt, quod *ſätta* in veteri lingua ponere, non vero præponere aut præficere denotet. Et hæc eadem difficultas premit etymologiam SCHILTERI, qui in *Gloſſ.* p. 243. *Drotſet* a *Drott*, dominus, eodemque *ſätta* deducit, ut deſignet a Domino præfectum. Simplicius foret, meo judicio, hac eadem ſtante hypotheſi, *Drotſet* derivare a *ſæte*, quod in compoſitione ſeſſorem denotat, vel qui cuipiam proximus aſſidet. Hinc in noſtrate Lingua *Brudſæta* dicitur pronuba, vel quæ in nuptiis ſponſæ adſidet, ut hoc idem *Droxiet* in LEGE GOTHLANDICA, c. 24. §. 3. denotat paranymphum, qui ſponſi latus tegit, illique in ſacris nuptialibus ad manus eſt. *A þriþia dagbi þa baſin ſielfs wald um at biauda atr Droxietum oc Gerdamannum oc neſtu frendum*: tertio die poteſtas ipſi ſit invitandi paranymphos, officiales & proximos neceſſarios. Et ita *Drotſet* erit, qui in conventibus publicis ſedem occupat regiæ dignitati proximam, quæ antequam *Drotſeti* nomen invaluit, *Stallareſtol* dicebatur. v. HEIMS KR. T. II. p. 189, nec non T. I. p. 435. Et hæc de utraque derivandi ratione allata ſufficiant, quæ in concordiam facile redigi poterunt, ſi dixerimus, a *Truchſeſs*, emollita pronunciatione, primum *Droxiet* factum fuiſſe, & dein levi mutatione a voce Teutonica, caſu potius quam conſilio, diverſæ originis Gothicam emerſiſſe, eamque oppido commodam, reſpectu aulici Dapiferi officii, quod dein primarium in univerſo imperio factum eſt. Obſervat quippe DOLMERUS, l. c. poſtquam *Jarlorum* nomen in Norrwegia in deſuetudinem ſenſim venit, *Drotſetos* vel *Droſtios* inſtitutos fuiſſe, quorum erat, regio nomine imperio præeſſe, & petentibus civibus jus dicere. In noſtra patria ſub ERICO POMERANO, inque Actu coronationis Ejus, *Drotſeti* officium ſolenniter inſtitutum fuit una cum Mareſchallatu: ut, abſente inprimis Rege, hic rei bellicæ, ille civilibus negotiis præeſſet. *Drotzen ſkal hawa ſvadan macht ſom konungen ſielf nær wore i alla domma, öfver alla andra domare.* Drotſetus eandem poteſtatem habebit, ac rex ipſe, ſi præſens eſſet in omnibus judiciis & ſuper omnes judices. v. CHRON. RHYTHM. p. 214. ſeq. & inprimis *Renovat. Unionis Calmar.* apud HADORPHIUM l. c. p. 118.

DRÖG, traha major. Angl. *dray*. It. *treggia*. Lat. *traga*, *tragula*. v. VARRO de *L. L.* p. m. 22. ubi ait: *tragula ab eo, quod trahitur per terram.* Conf. SERVIUS ad *Georg.* Lib. I. v. 165. ubi *trabam* explicat vehiculum ſine rotis. Ut autem *traba* vel *trahea* a trahendo nomen accepit, ita *drög* a *draga*.

DRÖJA, cunctari. Uſurpatur de qualibet mora, tam quæ ab inertia provenit, quam quæ vitio caret. Prior vero ſignificatio antiquior videtur, orta ab Iſl. *trega*, tardare, unde *tregur*, tardus, hodie *trög*. Germ. *træg*. Apud Anglo-S. *thræge* eſt, qui diu moratur. v. HICKESII *Gram. A. S.* p. 118. Scotis *dretche*, moras nectere, cunctari, & Friſiis *dræjen*, idem. A Gothico *trega* haud dubie Itali habent *tregare*, ceſſare. Conf. Lat., *ſtrigare*, i. e. ceſſare, quieſcere. Gallice *traigner, trainer*, moras nectere. LYE ad JUNIUM originem horum omnium petit in Gothico *dryg, driugr*, prolixus: ego a *draga* malim, ut Latini trahere moras dicunt, & fere lente procedunt, qui graviora onera portant. cfr. infra *fördrag*, mora.

DRÖM, ſomnium. Iſl. *draumur*. Al. *troum, traum*. Belg. *droom*. Angl. *dream* Germ. *traum*. A dormiendo plerique derivant, unde per metatheſin *dröm* facile fieri potuit: qui vero hoc parum exquiſitum judicant, illud deducunt vel a Gr. δέρμα, pellis, quod facit SCALIGER, quum frugalis antiquitas pro ſtragulis pellibus animalium uſa ſit, vel etiam, præeunte CASAUBONO, de *Lingua* A. S. a δρᾶμα, fabula, quum ſomnia velut in theatro res varias hominum animis repræſentent. Mihi vero omnium ſimpliciſſimum videtur, *dröm* derivare a Celtico *drem*, viſio, quod affert BOXHORNIUS, in *Lexico Britanico*: quid quippe aliud eſt ſomnium, quam viſus nocturnus?

DRÖN, convicii genus, quo reſides & tardos appellare ſolemus. Apud Oſtrogothos *drön* & *drönje* fucum notat, quam veram & genuinam vocis ideam eſſe, arbitror, & deinde, quum hoc animal otioſum ſit, creditumque, ſtipata apum mella conſumere, per metaphoram ad pigros quoslibet tranſlatam. Angli hoc animal etiam *dron* appellant, quod affinitatem habere videtur cum Gr. θρώναξ, quod, HESYCHIO teſte, apud Laconas fucum denotabat. A. S. *dran*, *dræn*: de cujus origine conſule JUNIUM in *Etym. Angl.* quæque illi ſubjicit EDV. LYE.

DRUCKEN, ebrius v. ſupra in *dricka*.

DRUFWA, uva. Iſl. *druga*. Al. *thruuo*, *drubo*, *drupo*. Germ. *traube*. Per metatheſin multis factum creditur a Latino

Digitized by Google

tino *botrus.* Non enim placet Junius, qui in *notis* ad Willeramum, p. 49. derivat ab Alemannico *thruuuen*, pati, tolerare, quum, ut ait, multa pati debeant uvæ, antequam ſuo ſucco mortales exhilarent: unde etjam Plinius, *Hiſt. Nat. Lib.* 14. 1. a patientia *paſſas* uvas dici obſervat.

DRYFTA, ventilare. v. *Gloſſas* in *Jerem.* 51. 2. Frequentativum verbi Iſl. *dryſa*, hodie *driſva*, quod inter alia ſpargere notat, auctore Gudmundo Andreæ *Lex. Iſl.* p. 53.

DRYG, ingens, gravis. *Dryg börda*, grave onus, & metaphorice ſuperbus, *vara dryg på ſig.* Originem ducit ab Iſl. *driugr*, quod ſimiliter grandem nec non potentem denotat. *Hiſtoria* Erici Raude: *Dringare var hinn raudſkeggadi*: potentior erat vir ille barba rufa.

DRYGA, perficere, effectui dare. Skånel. p. m. 18. *Gitær ej drugit lagh*, ſi juramentum præſtare nequiverit. Codex impreſſus male habet *otrugit*, ut notat ad calcem ſuæ editionis Hadorphius. conf. p. 31. *dryghæ til winningæ lagh*, præſtare juramentum rei repertæ. Iſlandi *drygia* hoc ſenſu ſæpe uſurpant. e. g. *drygia hor*, quod eſt, ſtuprum committere, *drygia villia ſinn*, voluntatem ſuam effectui dare. v. Verelii *Index*, & ſupra in *driſva*, exercere.

DRYPA, ſtillare, Ant. *dröpa*, v. *Vita* Ansgarii *p.* 37. Iſl. *dropa.* A. S. *drypan*, *droppan*, *dropian.* Al. *thriuffan.* Belg. *druippen.* Ang. *drop.* Germ. *trieffen*, *treuffen.* Creditur, radicem aliquando communem habuiſſe cum Græco θρόμβος, ſtilla. v. Luc. 22: 44.

II. Activa ſignificatione notat guttatim infundere. Iſl. *dreipa.* Halfdans S. *p.* 18. *Dreiptu þeir vin a varin þeim*, infundebant vinum labiis eorum.

DRÖPPE, gutta: unde *droppis*, ſtiria, & *dropparum* in Veterum Legg. quod eſt interſtitium inter duas ædes, vacuum relinquendum ſtillicidii ergo.

III. Procidere, ut ſolent guttæ deciduæ. Iſl. *dreipa.* Ol. Tryggv. S. *þeir driupu nider hofdi*, capita ſubmittebant, ut mos eſt pudibundorum. Angl. *drop*, idem.

DRYPA, verberare: alias *driſva till en*, alicui ictum impingere. Iſl. *dreifa.* Græce τρίβειν, terere, verberare.

DRYP, ictus.

DU, tu, quod etiam *tu* in noſtra lingua ſcribitur. Æol. τύ. Pers. *tu* Ulph. *thu* Camb. *ti.* Arm. *te.* Al. *thu*, *du.* Iſl. *þu.* Gall. Ital. & Hiſp. *tu.* Angl. *thou.*

DU QVEDA, in *Lege Weſtrogothica* eſt per contemtum tuiſſare, ut loquuntur Latini recentiores. Gall. *tutoyer.* Germ. *dautzen* & *duzen.* Non vero, ut id obiter moneam, hanc vocem agnoſco apud Otfridum *Lib. I. c. II:* 87. ubi de Christo.

Uuola thiu nan duzta,
Inti in ira barm ſazta.

Qvod ab interprete explicatur:

Beata, quæ illam tuiſſavit,
Inque ſuo gremio poſuit.

Non enim Otfridi ævo adeo infrequens fuit, quemadmodum Deum, ita etiam Regias perſonas in ſecunda perſona ſingulari alloqui, ut id in magna felicitate poneret Poëta. Sed eſt hic *duzen* haud dubie idem verbi, ac *duſſa* Suethicum, quod de matribus nutricibusque uſurpatur, infantem brachiis ventilantibus. Dixi, ſolenne fuiſſe antiquis, omnis conditionis homines pro naturali loquendi modo, in ſecunda perſona ſingulari alloqui: quod ſi teſtimonio indigeret, adferre poſſem gravem Thorgnyi orationem ad Olavum Skautkonung, ubi inter alia apud Sturlæsonium. *Tom. I. p.* 485. hæcce profert. *Nu er þat vilie var buanda, at þu Olafer Kongur*, &c. Id volumus Bondones, ut tu Rex &c. ita etiam in formula inaugurationis Regum Norvegiæ, referente *Jure Aulico p.* 45. *edit.* Dolm. legimus. *Kongsnafn, þat ſem Gud lier þier, og þu er tilborin* - - *legg eg a þik*: regium nomen, quod Deus tibi concedit - - tibi addo. Non niſi ſerior ætas apud nos id introduxit, ut perſonas ſingulares, quantæcunque dignitatis, in plurium numero compellaremus.

DUBBA, gladio nudato equitem creandum perſtringere. A. S. *dubban.* Iſl. *dubba.* Wilk. S. apud Verelium. *Dubbar Kongrin han til Riddare*, Rex ipſum equitem creat. Eſt hic terminus huic ceremoniæ proprius, ſed cujas ille ſit, inter Philologos jam diu diſceptatum eſt. Franciscus Junius, in *Etymologico Anglicano*, ingenio ſuo nimium indulget, dum eum derivat ab A. S. *dyppan*, baptizare, idque ex illa ratione, quod quemadmodum in ſacro lavacro nomina νεοφύτοις induntur; ita novus dignitatis gradus per hanc ceremoniam creato equiti.

Hick

Hickesius, & poſt eum Wachterus, a Septentrione noſtro ad Anglos hoc vocabulum tranſiiſſe tradunt, arbitrati, *dubba* apud Iſlandos in genere percutiendi ſignificationem habere. Verum, quantum quidem vetuſta Iſlandorum monumenta pervolvi, nunquam *dubba* inveni, niſi ſpeciali hoc ſignificatu, adeo ut mihi veriſimilius videatur, una cum inſtituto ipſo peregre ad nos vocabulum hoc technicum perveniſſe, immo fruſtra eſſe laudatum Wachterum, qui vocem novitiam a Græco *τύπτειν*, percutere, deductum it. Concedo potius in eorum caſtra, qui *dubba* natum credunt a Latino-Barbaro *adobare*, quod idem plane ſignificat. Sed ſi porro, quid id vocabuli ſit, quæratur, omnino ſubſcribo conjecturæ Du Fresnii, qui illiterati ſeculi licentia *adobare* ab *adoptare* natum putat, idque ex illa ratione, quod olim ſimili gladii ictu adoptatio peracta fuerit, quique ita per arma initiabantur, alterius filii adoptivi cenſerentur. Notabilis in hanc rem locus eſt Cassiodori, quem adfert Du Fresne *ex Var. Ep.* Lib. 4. Ep. 2. *Per arma poſſe fieri filium, grande inter gentes conſtat eſſe præconium, quia non eſt dignus adoptari, niſi qui fortiſſimus meretur agnoſci.* Ita *adobare* primum erat, gladii ictu in familiam adſciſcere, & dein ſimili ritu equeſtris ordinis inſignia conferre. Ceterum facere non poſſum, quin commemorem, in *Lexico Iſlandico*, Gudmundi Andreæ voci *dubba* adjurandi ſignificationem addi: quod ſi ratum fuerit, inſtituto huic oppido accommodum fuerit, quum norimus, recentes Equites jurata fide ſub ſua creatione varia promiſiſſe, fore nempe, ut Regi ſubjectionem debitam præſtent, veram fidem tueantur, matronarum virginumque pudori patrocinentur, nulla pericula vitent, &c. Ut dignitatis hujus inſignia, ita vocabulum hoc jam diu in Suecia obſoleverat, donec auſpiciis immortalis memoriæ *Regis*, Friederici *I.* Equeſter honos poſtliminio reduceretur, variisqve ſtatutis confirmaretur.

DUBBEL, geminus. Gr. *διπλόος, διπλῦς.* Lat. duplus, Camb. *dubl, dyblyg.* Germ. *doppel.* Angl. *double.* Gall. id. It. *doppio.* Metaphorice ita appellatur, qui aliud fronte præfert, aliud intus gerit, verſutus, duplex. v. Bentlejus ad Horat. *Od. I. 6.*

DUBBLA, alias DOBBLA, alea ludere, Germ. *dobbeln, doppelen.* Si vocabulum hoc adeo antiquum eſt, ac ludendi cacoëthes diu Gentibus Septentrionalibus familiare fuit, jam ultra C. Taciti ævum illius originem quæſitum ire, oportet. Tanquam ſingulare quid & ceteræ gentis gravitati parum conveniens ille quippe Scriptor Germanorum refert in aleam immodicam propenſionem, de *Mor. Germ. c. 24. Aleam,* inquit, *quod mireris, ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam ſervitutem adit, quamvis junior, quamvis robuſtior: alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re prava pervicacia: ipſi fidem vocant. Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut ſe quoque pudore victoriæ exſolvant.* Quod etjam noſtri majores ludo deditiſſimi fuerint, vel inde conſtiterit, quod in *Codice* Christophoriano ſingularis titulus de alea, *Dobblare Balken,* inveniatur, isqve commodiſſime locatus, quum Titulum de Furto immediate ſequatur. Quid enim aleatores aliud agunt, quam quod furtis ſuis honeſtam ſpeciem induant? In Conſtitutionibus etiam Aulicis Erici XII, Magni F. nec non Margaretæ R. varia de aleæ luſu ſanciuntur, v. c. ne poſt cœnam quiſpiam teſſeras tractet, ne ludo exponat ultra id, quod repræſentare valeat, nedum arma ſua & id genus alia. Quod vero ad hoc *dubbla* attinet, apud veteres Alemannos reperitur *topeln*, unde *topelſpil*, aleæ ludus. v. Goldastus, ad *Parænesin* Vinsbekii *p. 25. Edit.* Schilter. *Topel* vero illud idem eſt, ac quod alias *tafel, zapl* appellatur, unde *taflbord*, alveus latrunculorum. C. B. *Tawlbwrd; Skacktafel*, ludus latrunculorum, *tafla*, alea decertare, quod vide ſuo loco. Cuncta ingenioſe derivat Wachterus a Cambrico *taflu*, jacio. Videmus ita, *dobbel & tafl* eandem vocem eſſe, licet fecerit uſus, ut illis diverſa ſignificatio tribuatur: ita quidem ut *tafel* de ludo Scackorum adhibeatur, *dobbel* vero de ludo aleæ. Diſcrimen patet ex citato *Jure Aulico* Magni R. §. 8. *Samu rätter ware wm tafwelleker ſwm wm dobel.* De ludo latrunculorum *(taffwel)* idem jus eſto, ac de ludo alearum *(dobbel)* v. Hadorphii *mantiſſam* ad Leg. Birc. *p. 9. & 33.*

Digitized by Google

DUFWA, columba. Ulph. *dubo*, ut patet ex compoſito *braiwadubo*, turtur. Luc. 2: 24. de qua voce nonnulla inferius occurrent ad v. *ræſ.* Al. *duba.* Iſl. *dufa.* Belg. *duive.* Germ. *taube.* Dixero fere, ab alitis hujus gemitu, nomen per ὀνοματοποιΐαν illi inditum, quod pluribus aliis accidiſſe obſervamus in L. tam Gothica, quam Latina aliisque. Cfr. *ulula*, *bubo*, *upupa*, *uf.* Ceterum, cui hoc non arriſerit, optio eſſe poterit inter etyma Junii atque Stiernhielmii, quorum hic, neſcio tamen quam feliciter, *dufwa* ab actu irruendi derivat, docens, Suethice dici *dufwa på en*, in aliquem involare, *komma dufwande*, præcipiti curſu ruere: ille a *dufjan*, quod in Lingua A. S. denotat immergere, quum norimus, alites hos, puritatis amantiſſimos, lubenter aqua ſe proluere, ut ſolent, cadente imbre, deciduam undam omnibus expanſis plumis excipere. Cfr. C. B. *dwfr*, aqua. Simili ex cauſſa columba Latine dici putatur a κολυμβᾷν, urinari.

DUFWEN, languidus, cui ex naturali vigore aliquid deeſt. Uſurpatur tam de hominibus poſt fatigationem ægris, quam aliis rebus, utpote vino & cereviſia vapida, & ſapore ſuo defecta. De familia & origine vocis conſuli poterunt, quæ ſupra in v. *dofna* diſſeruimus.

DUGA, *doga*, valere, præſtare. Chron. Rhythm. *Maj.* p. 349.

Thet kunde ei ſwa långer duga.
Nil valuit amplius, ita agere.

A.S. *dugan.* Al. id. Germ. *taugen.* Belg. *deughen.* Sax. *tögen.* Longius paulo recedunt Cambro Britanni, qui *dichon*, *dichyn* habent, notante Wachtero. In L. vetere Gothica & Iſlandica *duga* in primis opem præſtare, præſidio eſſe notat, nec non ſufficere. *Hiſt.* Ol. Tryggv. Skalh. Part. I. p. 131. *Bondur kolludu hina meſta naudſyn, at duga hanom.* Cives e re maxime eſſe dicebant, ei ſubvenire. *Hiſt.* Alex. M. *Rhythm.*

Tu tänker tin högfærd wil tig doga.
Credis, præſidio tibi futuram ſuperbiam tuam.

Oddo *Monachus* in *Fragm. Hiſt.* Olavi S. Eric *Jarl beder ſina men vel duga.* Ericus Comes milites ſuos ſtrenuam opem ferre jubet. Ab hac radice ortum ducit ſolennis ille honoris titulus *Dugande man*, qui viris præſtantibus olim dabatur, de quo quum ſupra in v. *Danneman* pluribus egerimus, eo B. L. remittere liceat.

DUGTIG, præſtans, fortis. A.S. *dohtig*, fortis, nobilis. Benson. Angl. *doughtie.* v. Jun. *Etymolog.*

DUGSE, *dogſe*, validus, utilis, unde *odogſe*, inutilis. *Pſ.* 14: 3.

DYGD, quod quære ſuo loco.

DUGG, pluvia minuta. Iſl. *dogg*, apud Wormium in *Lex. Run.* Saxonice *daken* dicitur de nebula guttatim decidente: quo neſcio an pertineat Angl. *dank*, uvidus, *dankiſh*, id. Originem præbet Gr. δεύω, irrigo, cujus matris quam numeroſa in orbe Boreali proſapia ſit, ſupra in v. *dagg* annotavimus.

DUK, pannus cujuscunque generis. Iſl. id. Edda, Oþin *atte ſkip, er ſkiþblaþner het, er han matte veſſja ſaman ſem duk*, Odinus navem habuit nomine *ſkidbladner*, inſtar panni plicatilem. Al. *tuoh.* Germ. *tuch.* Dicitur ita haud dubie a tegendo, Germ. *decken.*

BORDDUK, mappa, pannus lineus, quo menſa inſternitur. Omitti ut plurimum ſolet prima compoſiti pars, proque toto ſimplex *duk* poni: unde *duka*, menſam tegere: *gå till ens diſk och duk*, communi alicujus menſa uti. *Duktyg*, lintea ad menſam pertinentia, mappæ & mantilia.

DUKA, deprimere, a qvo *underduka.* Chron. Rhythm. *Min.* p. 143.

Timan then alla bæſta forgick,
Som han ſkulle hafwa ſig brukat,
Och ſina owänner underdukat.
Occaſio optima præteriit,
Qua viribus ſuis uti debuiſſet,
Ad hoſtes ſuos deprimendos.

Al. *duchan*, Germ. *ducken.* Sax. *ſich ducken*, conquiniſcere. Angl. *douke.* In Lingua Anglo-Saxonum *thycgan* eſt comprimere. In pluribus etiam Sueciæ partibus dicimus *tocka neder*, deprimere.

DUKA, emergere, caput exſerere, & metaphorice aliquem ſubſiſtere, ſeſe alicui opponere. Germ. *aufducken.* Credo, metaphoram ſumtam eſſe ab urinatoribus, qui dum in aqua decertabant, qui debilior erat, ſub aqua, qvoad potuit, delituit, donec recuperatis viribus certamini ſe iterum offerre auderet, cujusmodi maritimæ luctæ plura exempla in hiſtoriis noſtris habemus. v. Ol. Tryggv. S. de Kiartano, Part. 2. p. 91. deque Eindrido ib. p. 262. Confer Angl. *duck*, urinari; Belg. *duyken*, Sueth. *dyka.* Hinc *duka upp emot någon*, cum aliquo congredi audere, *Lev.* 26: 38. *Duka ſig upp*

fòr ſin fiende: Hoſti pugnæ copiam facere. STIERNMANS *Acta Publica, Tom.* 1. p. 21 *Tå ſans ingen i Swerige, ſom torde ſig emot thenne ochriſtelige gerning updúka.* Tum nemo in Suecia erat, qvi impii ejusmodi facinoris vindicem ſe profiteri auderet. SPEGELIUS in *Gloſſario* Isl. *duga*, auxiliari, ſubſidio venire, noſtræ huic voci originem dediſſe putat.

DUM, elinguis, mutus. Al. *dumba*, Germ *dumb*. Qvi peregrinas & longe diſſitas origines ſectatur, dixerit utiqve *dum* eſſe a דום, dum, ſiluit: quis enim magis elinguis, qvam qui loquendi organis privatus eſt? Si vero Latino *mutus* terminationem tantum demſeris, vocem Gothicam inverſam habebis: confer C. B. *mud*, mutus. Alias pro hoc *dum* nos, aliique cognatis dialectis utentes, *ſtum* dicere ſolemus, ut *s* euphoniæ cauſſa præpoſitum *d* in *t* ſæpe convertit, ut a *dåmma*, obſtruere, fit *ſtåmma*, a *dòpa*, tingere, *ſtòpa*, a *doſt*, pulvis, *ſtoſt*, a a *dull*, fatuus, *ſtolle*.

II. Hebes, ſtolidus. Germ. *dum*. Belg. *dom*. *Ett dumbuſwud*, homo ſtupidus Ita ſolent ſenſus externi ad internos referri, id quod ad v. *dóſ* etiam ob ſervavimus.

DUN, pluma lanuginoſa volucrum aut carduorum areſcentium, unde *dun bedd*, *dunkudde*, culcita plumea. Isl. id. v. RUN. JONÆ, *Gram.* in *Ind.* ubi notat HICKESIUS, Anglos *doun* eodem ſenſu uſurpare. Germ. *dunen*, plumæ, *edder-dunen*, plumæ avium molliores. Radicem hujus vocis induſtriæ debeo WACHTERI, qui notat, apud Saxones *dunen* idem eſſe, ac intumeſcere: & certe illa natura eſt plumarum, ut depreſſæ reſurgant & eleventur. Vid. RICHEYI *Idiot. Hamb.* p. 46. cfr. infra *dyna*.

DUNDER, ſtrepitus, in primis qui tonando excitatur. A. S. *thunor*. Al. *thonor*, *donre*. Gall. *tonnere*. Belg. *donder*. Cymr. *taran*, a qua voce veteres Celtæ Jovem *Taranim* appellavere, ut obſervat JUNIUS, & ante eum VOSSIUS de *Theol. Gent.* Lib. I: c. 35. & Lib. 2. c. 33. De origine & familia vocis nonnihil antea diximus ad v. *dona*.

DUNDRA, tumultuari, tonare.

DUNGE, lucus, parvula ſilva, vel mons arboribus obſitus. STIERNHIELMIUS alicubi hoc a Latino *dumetum* factum putat: ſed præſtiterit, illud adſcribere familiæ AngloSaxonici illius *dun*, mons.

DUNKEL, obſcurus. Germ. id. Belg. *doncker*, proprie tectum, abſconditum notare, a WACHTERO traditur. Apud Alemannos *in tougli* denotat in occulto, a *dougen* vel *tougen*, occultare. Nos ad vocem *dok* nuper obſervavimus, in Iſlandorum Lingua *daukr* nigrum notare, a quo inſerto *n dunkel* fieri potuit.

FÖRDUNKLA, obfuſcare.

DUNKEN, mucidus, quive vaporem tetrum edit, ut ædificia diu clauſa vel loca ſubterranea. Germanice *dumpſig*, Belgice, *duffig*, a *duf*, mucor. Prima vocis ſignificatio udorem indicat, ut adeo inter illas collocari poſſit, quæ a Gr. δεύω provenere, quarum longum agmen exhibuimus ſupra in v. *dagg*. Alio vocabulo etiam in noſtrate lingua *unken* dicitur.

DUNKENHET, udor, humiditas. ORDIN. ECCLES. *Ant.* p 48. *At klædher icke forderfwas genom dropp, dunkenhet eller annat:* Ne veſtes ſacræ perdantur ſtillicidio, udore aut quacunque alia re.

DUNST, vapor. Germ. id. Belg. *donſt*. In antiqua Alemannorum Lingua *duniſt* ſcribitur, notatque procellam, tempeſtatem: ut apud NOTKERUM, *Pſalmo* 54:9. *Duniſte dirre werlt*, procellæ hujus ſeculi, & *Pſalmo* 10: 6. *duniſtig wint*, ſpiritus procellarum. Deinde, ut inſtabiles ſunt verborum vices, ita a tempeſtate ad vapores translatum eſt. Etymon quærit WACHTERUS in Germanico *dunſen* vel *dunen*, intumeſcere, Belg. *duynen*, unde KILIANUS docet fluctum decumanum dici *duyninge*, nobis *dyning*.

DUNSTA, exhalare, *utdunſta*, id.

DUNT, ictus. WESTG. L. *Forn. B. c.* 3. 2. *Flar madher aldhenwidhu a landsallmänninge, wardir taken wider, tha then han taker wider, taki af honom öxe ok klæde, ok alt thet han far med, at ſaklöſo, ok hawi ſialwer. Kan han ok ſa, at ſla honom nokon dynt, våri ok ſaklöſt*, id eſt, interprete LOCCENIO, Si quis decorticet arborem glandiferam in communi poſſeſſione provinciæ aut territorii, & in ipſo actu deprehendatur, is, qui deprehendit eum, capiet ab eo ſecurim & veſtem, & omne, quod ſecum vehit, & ipſe ſibi habebit. Si etiam forte leviter eum percutiat, impune eſto. Vocem hanc cum AngloSaxonica communem habet L. Suiogothica, ubi *dynt*, ictum, plagam notat. v. HICKESII *Diſſertatio Ep.* p. 91. §.

Gif dynt ſie, ſi plaga fuerit. Recentiores Angli *dint* dicunt, quod & *dent*, ſcribi, obſervat JUNIUS, in *Etymologico*. Belgice *donſen* eſt pugno dorſum percutere. v. KILIANUS. A ſono percutientis, hoc eſt a *don*, Iſl. *dunur*, nominis notationem petit VERELIUS, in *Indice*, quod prætulero conjecturæ JUNII, qui in notis ad WILLERAMUM, p. 239. ex Hellade, pro more ſuo, illius etymon quærit, & quidem a θείνω, ferio, percutio. Cognatum Gothico huic videtur Latinum *tundo*.

FÆSTEDUNT dicebatur ictus, qui olim impingebatur ſub ſolennibus nuptiarum, & de quo OLAVUS MAGNI, *Hiſt.* Lib. 14. c. 15. hæc commemorat. *Nec ſilendum eſt, quod ſub ipſa annuli impoſitione dorſotenus pugno ſeſe aſtantes impetunt, ut eadem ratione actum corroborent, uti in aurati militis creatione, ut memor ſit, ſervari ſolet*, Conf. KAMMECKERS diſſ. de *Rit. Nuptiarum*.

DUNKA, palpitare, tremere; ut ſolent vi perculſa. *Hiertat dunkar*, cor palpitat. Iſl. id. v. VERELIUS l. c. p. 54.

DUNSA, cum impetu & fragore procedere. *Dunſa i backen*, ad terram cum impetu prolabi. Belg. *donſen*, icere. v. MYLII *Archæol. Teuto.* p. 4. cui tamen non adſtipulor, dum *aftertbunſun*, quod in *Gloſſario* LIPSIANO notat detrahere, hinc explicandum judicat. Eſt enim hoc a *thinſan*, *dinſan*, quod in Lingua Mœſogothica & Alemannica notat trahere. v. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 228, & 790, nec non STIERNHJELMII *Gloſſ. Ulphil.* p. 18.

DUR, ſomnus levis: ab Iſl. *dur*, id. VEREL. Brevitas vocis antiquitatem teſtari videtur, ut adeo non forſan erraverit, qui ab hac radice Lat. *dormio* arceſſiverit. Alias, *d* in *l* mutato, *lur* pro ejusmodi levi ſomno uſurpatur, ut quum meridiantes dicuntur *taga ſig en lur*. Conf. GUDM. ANDREÆ *Lex.* in v.

DURA, permanere, durare. *Han durar ej långe ut ther med*: diu hoc non perferet. Germ. *dauren*. Gall. *durer*, *endurer*, It. *durar*. A communi fonte ſingula hæc proficiſcuntur, nempe a Græco δηρὸν, diu.

DURA Uplandis dicitur, quum pluvia minuta decidit. *Thet durar*. Radicem ſervat Lingua Cambrica, in qua *dur* aquam denotat.

DUS, dicitur de græcantibus, *leſva i ſus och dus*, compotationibus continuis indulgere. SPEGELIUS in *Gloſſario Suiogothico*, hoc noſtrum affine putat Ulphilano *daubt*, convivium, *Luc.* 5: 29. a quo non procul abludit Græcum δαὶς, id. OL. vero RUDBECKIUS *Jun.* in *Thes. Lingu. Manuſcripto*, *dus* hoc profectum putat ab Ebræo Chaldæoque דוץ, gaudere, exſultare. Si ſenſum ſpectes, utraque conjectura ad id prope accedit, quod hac voce indicari ſolet: ceterum mihi in mentem venit, eadem nil aliud ſignificari, quam crapulam, illamque voluntariam vertiginem, quæ helluones ineptos reddit negotiis ſuis obeundis. Et hinc eſt, quod eum, cui caput officium denegat, *duſig* appellemus. Saxon. *dóſig*. IDIOT. HAMBURGENSE, p. 38. *duſigkeit*, vertigo capitis, ib. p. 47. Belg. *duyſigkeit*. Iſl. *dóſaſt*, vertigine percelli. v. OL. TRYGGV. S. Ed. Skalt. Part. I. p. 111. In Lingua AngloSaxonica *dyſi* vel *dyſig* ſtultum, fatuum denotat, quæ ſignificatio a priori ſola duratione differt: hinc *dyſineſſe*, ſtultitia, unde Angli hodieque *dizzineſs* habent, quo vertiginem exprimunt.

DUSSA, infantem brachiis jactare, motitare. v. ſupra in *du*, & conf. Angl. *toſſe*, jactare.

DUSSIN, duodecim. Gall. *douzaine*. It. *dozina*. Hiſp. *dozena* Angl. *doſen*. Belg. *doſiine*, corrupta a Lat. *duodecim*.

DUST, v. *dyſt*.

DWALA, ſtupor, vel, ut STIERNHJELMII verbis utar in *Gloſſario Ulphilano* p. 37, ſopor gravis, medius inter vitam & mortem, quaſi gravantur hyeme muſcæ, & profundo merſæ hirundines, quæ dicuntur *ligga i dwala*, jacere in ſopore. Cognatis dialectis Gothicis vox hæc peregrina non eſt, quæ licet ſignificatione aliquantum diſcrepent, in eo tamen omnes conſpirant, quod inordinatum mentis ſtatum hac voce deſignent. Exteri Gothi fatuum *dwala* dixere, teſte CODICE ARGENTEO, *Matth.* 5: 22. unde *dwalmon*, inſanire. *Joh.* 10: 20. Magnæ Britanniæ nonnulli incolæ *dwaule* appellant mentis illam alienationem, ſub qua ægrotantes deliria proferunt. v. JUNII. *Etym.* in hac voce, nec non in *dwalming*. Apud WILLERAMUM in *Cant. Cant.* p. 143 *dwalm* ſtuporem, torporem mentis denotat. *Thiu uzera rinda* ejusdem pomi mandragoræ, *in wine drunchan dwalm machot then thie man ſcal ſnithan other brennan*: radix externa in vino bibita torporem his inducit, qui ſecandi aut urendi ſunt. v. STADENIUS in *Explic. voc. Bibl.* p. 641. In L. AngloSaxonica *dwelian*, *dwolian* errare notat, quod congruit cum Belg. *dwælen*, *dolen*, id. nec non Saxon. *dwælen*,

len, ineptias agere. Apud Smolandos *dolma* dicitur, quando quis ſemiſopitus nec vigilat nec pleno ſomno utitur. STIERNHJELMIUS l. c. veterem Linguam Suethicam primarium vocis ſignificatum retinere putat, quippe in qua *dwala*, vaporare notat, unde *awalm*, vapor, qui ut aëri caliginem vulgo obducit; ita inde ad mentis tenebras metaphoram mutuatam arbitratur. Ego facile crediderim, etiam hoc vocabulum in eorum claſſem eſſe referendum, quæ, a *då* orta, animi deliquium denotant: & adeo propinqua neceſſitudine tangere illud *dålig*, quod ibi explicuimus. Nec cuiquam negotium faceſſere debet inſertum *v*, cujusmodi exempla non rara occurrunt, & inter alia ſub citata radice *dåſe*. fatuus, quod in Lingua AngloSaxonica *dwæs*, ſonat.

II. Mora, quies. CHRON. RHYTHM. *Maj. p.* 279.

Ok hafvom her ænga långer dwala.
Hic amplius moras ne nectamus.

id. p. 185.

INGILBRICHT *red tijt uthan dwala.*
ENGELBERTUS eo abiit ſine mora.

Sic etiam *Vita* ANSCHARII p. 131. & KON. STYRILSE. p. 184. legimus *utan alla dwala*, ſine ulla cunctatione, quod Alemanni dicunt, *ana dwala*. v. OTFRID. *Lib. III.* c. XI: v. 61. KERO II: 3. nec non SCHERZIUS ad *Rhythmum* de *Expeditione* CAROLI M. *Hiſpanica*, p. 11. Iſl. *dvol.* id. HEIMS KR. T. 2. p. 310. *Laung dwol*, longa mora.

DWÆLJAS, morari, quod ſub hac radice, etiamſi prohibente STIERNHJELMIO, in *Gloſſ. Ulphilano* p. 37. colloco. Nam licet ſignificatus ſtuporis vel ſtultitiæ haud parum diſſideat a mora & actu habitandi; novimus tamen, quæ conſvetudinis vis ſit, & quam procul a primo ſuo valore vocabula ſæpe aberrent. Idem ſi huic vocabulo accidit, dixero, *dwala* quod primum mentis quendam ſtuporem, uti modo diximus, ſignificavit, deinde adhibitum fuiſſe ad denotandum fluctuationem, dubitationem; quod affirmo, teſte Lingua AngloSaxonica, ubi *dwala* dubium notat. Quum vero homo ita fluctuans anceps quaſi attonitusque in veſtigio hæreat; (cfr. Suet. *dwala*, quod mox adferetur,) hinc apud Alemannos *dwalen*, eſt morari, cunctari, cui ſignificationi tandem omne tarditatis vitium deterſum eſt, ita ut ſimpliciter pro morandi habitandique actu ponatur, perinde ac Anglorum *dwell*, Danorumque *dvåle*. v. DANSKE MAGAZIN Part. 59. p. 343. Scio, fuiſſe inter eruditos, qui vocem hanc derivarint a *διαυλίζεσθαι*, commorari, vel a *τελῶ*, ſub ditione ſum: ſed hæc & ſimilia demonſtrant, illos Græce doctos fuiſſe, non vero Gothice.

DWALA, cunctari. In hymno Eccleſ. n. 237, v. 2. *Och war en lång tid dwalat*, *Til ena tilſkickada ſtund*, diu res dilata fuit ad tempus conſtitutum. Al. *dwalen*. v. SCHILTERI *Gloſſ.* Eſt etiam ubi active uſurpetur, et differre, retardare notet: ut in KON. STYR. p. 56. *Dwæl hæmdena, ther til wreden är iwi gangin*: differ vindictam, donec ira præterierit.

DWELK, panni linei genus, Germanis *zwilch* dictum a duobus liciis, ut *trilch* a tribus v. ſupra in *drell*.

DWERG, nanus, pygmæus. Crebra horum in hiſtoriis patriis fit mentio, utpote qui narrantur, ſub rupibus & cavernis ſua habuiſſe domicilia, multo auro rerumque pretioſarum copia referta. Inprimis vero hi pygmæi credebantur, artis fabrilis fuiſſe periti, atque magni gladiorum artifices, qui ideo *dwergaſmid* olim nuncupabantur, quorumque unum deſcribit hiſtoria EIGILLI, p. 8. OLAUS PETRI in præfatione *Chronicorum Suiog.* pulcre conjicit, ab antiquis fabularum amatoribus, illis, qui robore pollebant, aliorumque vitæ graves imminebant, ingentem additam corporis molem, unde Gigantes extitere: ex aliis vero, qui majori calliditate quam viribus pugnabant, pygmæos effictos, varieque narratum, quomodo ope pileorum magicorum, *Dwergshattar* dictorum, viſui hominum ſe ſubtrahere, per aëra volare, et varia id genus artificia exercere, valuerint. Una cum mythologia Borealium ODINUM hoc nomen ex Scythicis regionibus ad nos traduxiſſe, non dubito: occurrit certe in plerisque dialectis veterum. A. S. *dwerg*, *dweorh*. Iſland. *dwergur*, unde Germani *zwerg* formarunt. Angli *durgen*, et g in *f* mutato, *dwarf*, ad quod prope accedit Gothicum *dwærf*, quod in hiſtoria ALEXANDRI M. occurrit.

Ther bygde folk i the berg
Qwinnor och mæn för mycken dwærf.
Ibi habitabant in montibus
Viri feminæque, ingensque copia nanorum.

Probata cana vocabuli antiquitate, etymi indagine me ſuperſedere poſſe, arbitror, idque tanto potiori jure, quanto minus bonæ frugis invenio in conjecturis Virorum eruditorum huc ſpe-

Digitized by Google

ſpectantibus. MARTINIUS *dwerg* dici putat quaſi *divergium*, quum pumili ſint *divergium naturæ communis*: diceres, credidiſſe virum eruditum, in Scythia collegium fuiſſe onomatologicum, quod ex variarum linguarum penu rebus nomina artificioſa fabricaverit. GUDMUNDUS ANDREÆ, in notis ad VOLUSPA, *dwerg* Græcæ originis eſſe, credit, dictumque quaſi Θεουργὸν h. e. divinum artificem, ob decantatam pygmæorum fabricandi dexteritatem. WACHTERUS vero *zwerch* Germ. deducit a *zwerch*, malus, quum nani ſint naturæ deficientis errores, idque omnium maxime in oculis veterum Germanorum, quorum famoſa erat corporis magnitudo.

DWERGAMAL, echo, quum repercuſſas voces crediderit antiquitas, reſponsa eſſe in antris montiumque cavernis habitantium pygmæorum.

II. Araneus. Neſcio utrum nendi dexteritas hiſce animalculis nomen dederit cum pygmæis commune, an forte in mythologia veterum quidpiam fuerit, quod illi occaſionem præbuerit, ſimile Græcorum narrationi de ARACHNE in arenam commutata. Notare interea haud indignum eſt, in Lingua Cambrica *corr* et animal hoc et nanum ſignificare. v. BOXHORNII *Orig. Gall.* p. 17. Dalekarlorum *Jerf* ſimilis eſt amplitudinis, ut mihi narrarunt hujus dialecti periti.

DWERGSNÆT, tela araneæ. Job. 8: 14. Eſa 59: 5, 6.

DY, palus, cænum. Hymn. Eccleſ. n. 292. *Hwarthæn ſkall jag dock fly, ur ſyndſens djupa dy.* Quo me recipiam peccatorum illuvie liber. Dicitur *dyande* in SKÅNE L. p. 33. *J kär ällär dyande*, in palude aut cœno. Iſl. *dy*, id. & puteus. v. RUNOLPHI JONÆ *Grammat. Iſl. in Indice*

HÆNGDY dicitur ejuſmodi locus, ubi cænum ſubjacens paluſtribus herbis quidem tectum eſt, ſed ita tamen, ut greſſus hominum ægre ferat, & pedibus preſſum tremat: an ab Iſl. *dy*, *dude*, quaſſo, quaſſavi?

DYGD, virtus. C. B. *digoniant* A. S. *duguth.* Al. *tugend*, *tuged.* Belg. *deught.* Germ. *tugend.* Ut Latini virtutem a viribus appellavere, ita et nos a valendo. *Duga* enim vel *doga* primum viribus pollere, deinde vires ſuas aliorum uſui & auxilio impendere, notat, uti ſupra docuimus. Gothi exteri unam etiam hanc virtutem agnoviſſe videntur, dum ſapientiam *handugei* appellabant ab *handus*, manus, unde nos hodieque *händig* habemus, quod nomen illis tribuimus, qui ad varia opera manuaria exercenda habiles ſunt. Sed, ut ad noſtrum revertamur, notat, uti diximus, *dygd* proprie fortitudinem, et verſa vice *odygd* inertiam, ut KON. STYR. p. 198. *Hwa ther wardr röntr i rædde ok odygd, han ſkal warda nidradr med blygd ok ſkada:* quicunque timidus & ignavus deprehenſus fuerit, de gradu dejicietur cum pudore et damno. II. auxilium, ut in Conſtit. CHRISTOPHORI Regis de anno 1441. *med gudz hielp*, *dygd* och *nadh* i. e. divino favente auxilio & gratia. III. Uſurpari cœptum eſt pro qualibet alia virtute morali, unde *odygd*, vitium, *dygdig*, virtuoſus.

DYGN, ſpatium quatuor & viginti horarum, νυχθήμερον: antiquis *dögr* dicebatur. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 3. §. 1. *Tha ſkall han dögreno förſta och dagenom næſta ſoknene bud fa*: quod explicat LOCCENIUS: primo die naturali et proximo ſubſequenti die ad parœcianos mittet. Senſus eſt Epiſcopum proximo die, et antequam ſpatium 24. horarum effluxerit, convocatam multitudinem certiorem facere debere de cauſſis abſentiæ ſuæ. A *dag* dies hocce eſſe derivatum, me non monente, quivis videt.

SAMDYGNIS, eodem die. HELSING. L. *Manh.* B. c. 35.

DYKA, urinari, immergere ſe aquæ. Belg. *duyken*, quod frequentativum eſſe arbitror Anglo-Saxonici *duſian*, a quo Angl. *dive*, quod manifeſtam originem ab Æol. δύφω pro δύω, ſubeo, prodere, putat FRANC. JUNIUS in Etymol. Διφᾶν apud HESYCHIUM notat ζητεῖν, ἐρευνᾶν, quærere, indagare.

DYKARE urinator.

DYKA, Uplandis eſt citato greſſu multoque impetu currere, ab Iſl. *dyka*, id. v. GUDMUNDUS ANDREÆ. *Lex.* p. 49. unde *dik*, curſus. conf. RUNOLPHI JONÆ. *Gram.* in indice.

DYMMELWEKA, hebdomas feſtum Paſchatos proxime antecedens. De vocis origine tres in primis circumferuntur conjecturæ, quarum prima et vulgatior eſt a *dumn*, mutus, ſilens, idque ex ea ratione, quod tum ſilere olim juberentur campanæ, ejusque loco piſtillo vel tudite pulſabatur tabula lignea ad convocandum membra eccleſiæ. v. DU FRESNE, in *tabula* & *tabuſtellus*.

lus. Commendare hanc opinionem videtur, quod non tantum apud Helvetios hebdomas hæc vocetur *die taube woche*, hebdomas ſurda, ſed etiam expreſſe ſanciatur in Legibus noſtris eccleſiaſticis, ut a die Mercurii (*klokno odens dagh* dicto in WESTG. L. *kirk*. B. c. 17. et Lat. *ſuccinctio campanarum*. v. H. GRAM. loco mox citando p. 162.) usque ad feſtum Paſchatos ſilerent omnes campanæ. ÖSTG. L. h. t. c. 22. §. 1. *Nu ganger in Paſkafridher a odhins daghinum i dymbilwiku, tha upbindas klukur*. Die Mercurii hebdomadis ſacræ, ubi ſuccinguntur campanæ, init ſecuritas Paſchalis. GRAMIUS vero in erudita et, ut ſolent omnia ejus eſſe, lectu jucunda diſſertatione de hac voce *dymmel*, inſerta Parti II. ACTORUM HAUNIENS. p. 147. improbat hanc conjecturam eo inprimis argumento, quod *l* annexum vocis aliam radicem prodere videatur. Altera derivatio eſt GUDMUNDI ANDREÆ, qui in *Lex. Iſlandico* hebdomada hanc nomen ſortitam credit a *thumbol*, quod eſt piſtillum illud ligneum, quo, ut antea dictum eſt, ad ſacra celebranda conciebatur multitudo. Suſpectam vero modo laudatus GRAMIUS hanc vocem habet, utpote in nulla cognatarum linguarum reperiundam. Tertiam ipſe profert a *dimmur*, obſcurus, de quo ſupra pluribus egimus p. 329. Obſervat ſcilicet Vir literatiſſimus, non tantum grandiores cereos die Mercurii hujus hebdomadis extinctos fuiſſe, non accendendos ante veſperam feſtum Paſchatos præcedentem, ut perhibent omnes Ritualium et Officiorum ſacrorum enarratores, ſed etiam, quod huc inprimis facit, inde ab antiquis temporibus cultum ſacrum, qui ſub hoc intervallo, peragebatur, vocatum fuiſſe *tenebras*, uti hodieque apud GALLOS appellantur *les tenebres*. Fateor, me dubium hærere, ſi mediam etymologiam, donec locupletiores adhibeantur teſtes, miſſam fecerimus, utri duarum reliquarum ſit accedendum, quum æque id, quod oculos, quam quod aures movit, appellationi occaſionem dare potuerit: interim, neſcio qui, prima me magis movet, idque ex ea in primis ratione, quod, dum cereos ſilent acta noſtra publica, eorumque extinctionem, campanarum ſuccinctionem expreſſe præcipiant, & ab hoc actu medium hebdomadis diem nuncupent: quidni igitur idem toti hebdomadi contingere potuit? Nec negotium mihi faceſſit additum *l* vel *el*, utpote quod in centenis vocabulis aliis noſtra lingua adſciſcit: ut a *rinna* fluere, *rænnil*, ſcatebra, ab *hæfwa*, levare, *hæfwel*, vectis, a *rund*, teres, *rundel*, rotunditas, turris rotunda etc.

DYNA, culcita. Iſl. id. utrumque a *dun*, pluma. Apud Iſlandos exigua cum variatione ad volucres nomen hoc transiit; obſervat enim GUDMUNDUS ANDREÆ, *dyna* culcitam hominum, *dyngia* vero avium ferarumque ſtratum, notare.

DYNSTOCKAR dicuntur trabes, quæ humi jacentes pavimentum ſuſtinent, & quibus aſſeres innituntur, uti culcitæ homines.

DYNGA, fimus, lætamen. Fennon. *tungio*. A. S. *dincg*, unde *dyngan*, ſtercorare. Germ. *dungen*. Angl. *dung*. Quum videam, *f* aliarum nationum apud nos non raro in *d* tranſire, ſuſpicatus aliquando ſum, *dynga* ortum eſſe a Lat. *fimus*. Sed veri ſimilius mihi videtur, eo non tam ipſas ſordes, quam tumulum congeſti lætaminis ſignificari, a *dun*, quod in variis dialectis collem, tumulum, denotat. Hunc certe ejus ſenſum offendimus in *Hiſtoria* HERWORÆ, ubi RÖRIKUS templum JUMALÆ quæſitum abiens, nil dicitur invenisſe præter *oſkudyngia* h. e. acervum cinerum. Scani ſterquilinium appellant *mödding*, a *mög*, ſtercus et *dyng*, cumulus. WACHTERUS derivat a τέγγω, irrigo, ſed nullis addicentibus auſpiciis.

DYNING, agitatio maris, fluctus decumani v. ſupra in *dunſt*.

DYNT, cænum, ſordes. Iſl. id. Gr. τυντλὸς apud HESYCHIUM notat lutum, cui concinit Chald. טינא, id. ut obſervat RUDBECKIUS in *Theſauro Manuſcr*. 2014.

II. Vocatur ita morbus ſuillus, quo caro glanduloſa redditur, atque adeo eſui inepta.

DYR, pretioſus. A. S. *deor*, *dior*, Al. *diur*, *tiur*, Iſl. *dyr*. Belg. *dier*, *duyr*. Angl. *dear*. Primaria ſignificatione, id, quod in ſuo genere magnum & præſtans eſt, denotare arbitror, atque adeo idem eſſe, quod Iſlandicum *digur*. Suet. *diger*: ut ſolet *g* nonnunquam euphonice inter duas vocales inſeri, ut a *tro*, fidere & *troen*, fidus, fit *trogen*, a *bo*, præparare, *redeboen* & *redebogen*, &c. Occurrit hoc ſenſu in CHRON. RHYTHM. *Min*. p. 295. *All*

All then ſkatt till riket börde
Konungen då till Gotland förde
Han bade ej dyrt epter glömpt.
Omnem gazam, quæ publica fuit,
Rex ad Gotlandiam deportaverat,
Nihil, quod alicujus momenti eſſet, reliquerat.

Dalekarli eodem dicendi genere hodieque utuntur *icke dert* pro eo, quod nos dicimus *icke ſtort*, nihil magni. Hinc ut magnitudo rei valorem ſæpe adauget, denotat quoque, ut diximus, carum, ſeu quod magno conſtat. *Dyrgripr*, res pretioſæ, cimelia. Tandem quia, quæ ingenti pretio emuntur, in honore fere ſunt, factum eſt, ut *dyr* ſignificationem excellentiæ, gloriæ, honoris habeat. *Dyrt är drottins ord*, magni momenti eſt verbum Regis. *Dyre Meſtare*, experientes Doctores vel excellentes artis ſalutaris Magiſtri. CHRON. RHYTHM. *Min.* p. 173. *En dyr ed*, ſolenne jus jurandum: unde *bedyra.* Germ. *beteuren*, religioſe affirmare, *dyrd*, gloria, majeſtas.

DYRKA pro diverſa radicis ſignificatione denotat 1. carum reddere, *dyrka en wara*, mercis alicujus pretium intendere. 2. Venerari, colere. *dyrka Gud*, Deum colere. *Dyrkan*, cultus. Neſcio vero, utrum ad imitationem Latiniſmi factum ſit, ut in aliquibus Sueciæ partibus dicatur *dyrka jorden*, colere terram; an vero veſtigia heic habeamus gæolatriæ veterum. Confer quæ antea diſſeruimus ad vocem *æra.*

DYRCK, *Dirck*, clavis adulterina, qua ad aperiendas ſeras utuntur fures, aut amiſſa clavi domini. Germ. *dietrich.* Apud WACHTERUM, qui mihi ſæpe facem præfert, vocem hanc fruſtra quæſivi: mihi interea de ejus origine ſatis incerto, donec meliora edoctus fuero, ſuſpicari ſubiit, peregrinam eſſe, et natam a Latii cadentis voce *directarius*, quo ſignificabant eum, qui furandi cauſſa aliorum fores aperit. Gloſſæ Græco-Lat. apud Du FRESNE Θυρεκανόικτην appellant. Hinc *clavis directaria* erat ejusmodi inſtrumentum, quo quælibet ſera aperitur. Conf. BRISSONIUS, de *verb. ſignif.* et ÆG. MENAGII *Amœnit. Juris.* p. m. 299. Verbum hinc fecimus *dyrcka*, quod eſt ejusmodi inſtrumento ſeram aperire, pro quo alias dicitur *lircka* ab alia radice.

DYSING, monile. In Præf. CHRON. RHYTHM.
Sölf och gull bade dyſing och ſmijde
Argentum & aurum monilia & cimelia.

Quum ante aliquot annos diſſertationem de Ordinibus equeſtribus meditaretur Vir maxime Reverendus, Dom. Doctor OL. CELSIUS Junior, tum Hiſtoriarum apud nos Profeſſor laudatiſſimus; interrogabar, quid genus ornamenti hoc eſſet, quod inter inſignia Equeſtris Ordinis in CHRONICO MARGARETÆ WADSTENENSIS p. 14 recenſetur, quodque Reverendiſſimus editor, Dom. Doctor ERICUS BENZELIUS, Archiep. dein Upſalienſis, nunquam ſatis laudandus, inexplicatum reliquit. Reſpondebam tum in Epiſtola ad Dom. CELSIUM data, citatæque diſſertationi inſerta, mihi videri, per *dyſing* intelligi campanulas illas, quas oris veſtimentorum ante aliquot ſecula aſſuebant Aulici & Optimates alii. Deduxit me in illam opinionem Alemannicum *diezen*, ſonare, a quo *duſing* vel *dyſing* commode fieri potuiſſe, credidi. Jam vero meliora me doctum arbitror, poſtquam animadverti, Lingua Belgica *duyſing* dici monile. v. JUNII *Etymolog. Angl.* in v. *bawdrick*, & KILIANUS, in v. *duyſing*: ut adeo *dyſing* ſit torques ille, quem collo geſtant Equites noſtri Seraphici, quique alias Gallico vocabulo *Carcant* appellari conſuevit. v. WERWINGS *Hiſt.* SIGISMUNDI Tom. 2. p. 165, 174.

DYST, DUST, tumultus, fragor. Iſl. þys. BIBL. ISL. *Sem nu Joſua heyrde folkſins heroop and* þys. Quum vero Joſua audiret populi clamorem & ſonitum. HEIMS KR. Tom. II. p. 373. þys *mikill oc wapnabrak*; fragor multus & armorum crepitatio. Al. *thuz.* v. RHYTHM. de *Expeditione* CAROLI M. *Hiſp.* Sect. 13. v. 11. nec non *doz*, ut apud NOTKERUM Pſ. 64: 7. *dero uuellono doz*, fragor undarum. Radicem habent præter Alemannos, qui *diezen*, reſonare, dicunt, cui adjunge Belg. *dæſen*, cum impetu & fragore pulſare, etiam Iſlandi. Adi HEIMS KR. l. c. p. 411. *þuſti hær ira framm:* cum ſonitu perrupit exercitus Irlandorum, & Tom. I. p. 145. *þa þuſto bönder at Kongi*, tum ruſtici cum ſtrepitu pedem promovebant verſus Regem.

II. Prælium equeſtre, decurſus torneamenti. CHRON. RHYTHM. p. 49.
Med dyſt, ſwa at ſtanga gingo ſunder.
Cum fragore, ita ut lanceæ rumperentur.

HIST.

Hiſt. Alex. Magni.

Diuſt at rida utan alt meen.

Decurrere ſine omni vitio.

& mox.

Hwa ther wille rånna dioſt.

Quicunque ibi certamen inire voluit. Nomen huic decurſui dedit fragor ille concuſſorum armorum, quo alter alterum de equo deturbare, aut alias de gradu dejicere annitebatur. Ol. Wormius in *Monumentis Danicis* p. 118. terminum hunc *rænna dyſt* invaluiſſe docet, quod in honorem Disæ, Deæ Septentrionalium, ludicrum hoc primum inſtitutum fuit. Sed, ut id ſine teſte affirmatur, ita conjecturam hanc erudito auctori ultro remittimus.

DYSTER, obſcurus. A. S. *thyſter, theoſtre.* Belg. *duiſter.* Germ. *düſter.* Vox hæc an apud nos diu civitatem habuerit, haud ſatis ſcio: nec ſuccurrit, me eam in monumentis Iſlandicis Gothicisve offendere. Ceterum radicem ejus ponit Leibnitius in *Etymologicis* p. 42 *duſt*, pulvis, vel *dunſt*, exhalatio, Wachterus autem Celticum *du*, nigredo, quod poſterius ut praoptem, facit vox *dywog*, obſcurus, quam in ſcriptis medii ævi offendo. Interpres Vetus Evang. p. m. 83. *Som mörkt och dywugt är af ſig*, quod in ſe obſcurum & tenebroſum eſt.

E. Vocalis tam longa, quam brevis. Ut habemus literas, quæ noſtræ linguæ propriæ non ſunt, ita nec mirum, ſi omnes noſtri idiomatis ſonos, qua oportuit accuratione, non exprimant: certum interea eſt, magno exteris Linguæ noſtræ amatoribus ſubſidio futurum fuiſſe, ſi calamus diſcrimen exprimere poſſet, quod inter *e* breve longumque intercedit. Ex. *bete* (imper. verbi *bete*, oſtendere, præſtare) & *bete*, paſcuum. Et poſſet hoc fieri vel inducta linea vel alio quocunque ſigno, de quo cogitent alii.

E, quisque. Skåne L. Lib. V. c. 38. *J them tolf ſcal ey minni e eghn hauæ, än til ſiäx marc:* inter hos duodecim nemo eorum minus in bonis habebit, quam ſex marcas. Hodie vox hæc nunquam ſeparatim ponitur, ſed coaleſcens cum alio pronomine vel adverbio, diſtributionis nota eſt, qua ſenſum omnino reſpondens Latino *cunque*, a fine adjungi ſolito. Ita a

Når, quando.	*Enår*, quandocunque.
Ho, quis.	*Eho*, quicunque.
Hwilken, quis.	*Ehwilken*, id. Hist. Alex. M.
Huru, quomodo.	*Ehuru*, quomodocunq.
Hwart, quo.	*Ehwart*, quocunque.
Hwadan, unde.	*Ehwadan*, undecunque. *Vita* Anscharii. p. 143.

Repeti ad hujus particulæ illuſtrationem deberent, quæ ad voculam Æ. in ſuperioribus annotavi: ubi commonſtravi, illam modo cum vocali *æ* ſcribi, ut in Bibl. Isl. Rom. 7. *Æ. ſo leinge han lifer*, quamdiucunque vixerit: modo cum ſimplici *e*, ut in allatis exemplis. Addo tantum, hinc eſſe, quod in Tabulis Legum noſtrarum *æhuru*, quomodocunque, ſcriptum inveniamus, et *æhwarjahanda*, cujuscunque generis, in L. L. *Dråp B. m. wåde* c. 10. Sequens ætas ad imitationem Germanorum primum *je* inde fecit, dein *ju*, quod a ſua voce ſeparatum poſuere. *Ju ſå många the åro*, quotcunque fuerint. Anglo Saxones pro hoc *e æg* ponunt ut a *hwanon*, unde, *æghwanon*, undecunque, a *hwilc*, quis, *æghwilc*, unusquisque. Alemanni vero *eoc* et *eo*, ut patet ex *eocuuen*, usquequaque, *eocouuelic*, quisque. *Eo ſo uuer*, id. *eo ſo uuanne*, quandoque.

E, particula poſtpoſitiva diſtributionem notans, eandemque vim habens, ac dum vocibus præfigitur. Animadvertitur illa in *hwarre*, quicunque, pro quo hodie *hwarje* utimur. Kon. Styr. p. 106. *Thet år ok kununx hedr ok åra, hawa wittra ok rönta ſyſlomån i hwarre ſyſlo:* Regi quoque honorificum, ſi habeat miniſtros prudentes peritosque ad quælibet miniſteria. Videmus ita, quod *e* hoc diſtributivum voces et incipiat et claudat. Subjungere debeo, idem etiam ſeparatim poſitum aliquando inveniri. *Conſtit.* Magni Ladulås de anno 1280 §. I. (v. Hadorph. append. ad *Leg. Birc.*) *E i hwat land i wart Riki vir kunnum i koma:* in quamcunque regionem regni noſtri venire poterimus.

E, particula inſeparabilis, inferens univerſalitatem & perpetuitatem. Apparet illa in *Ewärlig*, perennis, ab *e* & *wara*, quod ſuo loco occurret. *Emedan*, ſemper, donec, ut in prov. *Man lärer emedan man lefver.* Quamdiu cun-

Digitized by Google

cunque vivimus, aliquid diſcimus, quod *ee mæn* ſcribitur in Jure Bircensi. c. 8: 4. *Ee mæn marknadin ſtandir:* quamdiu nundinæ duraverint. Dixi, particulam hanc eſſe inſeparabilem: ſed addere tamen debeo, eſſe ubi illa ſeparatim ponatur, ut in Lege Westg. *Bard.* B. c. 7. *E a wärjande vitu:* Reo ſemper ſui defendendi facultas eſto.

E euphonicum præmittitur non raro particulis, ut dum a *mot* contra fit *emot*, quod etiam apud veteres *æmot* ſcriptum invenitur & *åmot:* v. *Kon. B.* L. L. c. 10. *Å mot rikena*, contra regnum. Sic *mellan*, inter, & *emellan*, *ſom oftaſt*, ſæpiſſime, & *eſom oftaſt* promiſcue occurrunt.

E, particula negandi reſpondens Græco οὐ. Östg. L. *Byg. B.* c. 27. *Bötin alli ther medh hanum, ſum gagn toku af Kiälduune, älla dyli med tolf manna edhe, at han tok e gagn af thöre kiäldu.* Mulctam ſolvent omnes illi, qui fructum capiunt ex illo fonte, aut probatum dent 12 virorum juramento, ſe fonte iſto non uti. conf. *Arfd. B.* c. 11. Nos hodie, *j* adjecto, *ej* dicimus, perinde ac antiquum *ne*, non, eadem ratione auctius reddimus, *nej* dicentes. Quod Iſlandi perinde ac Græci in οὐχὶ ulteriori paragoge *gi* particulam hanc auxerint, unde *eigi* emerſit, alias obſervatur. Vide infra in v. *icke.*

E, Lex, jus. A. S. *æ*, unde *Chriſtes æ*, Euangelium, vel proprie Chriſti Lex, *æbec*, codex legis. Alem. *e*, *ee.*, *euu* unde *euuart*, Sacerdos. Primaria hæc videtur & radicalis vocis ſignificatio, quæ licet in noſtræ patriæ ſcriptis obvia non ſit, huc tamen peregre advocanda fuit, ut lux aliqua inde oriundis ſignificationibus affundatur. Wachterus hoc *e* ab *æ*, ſemper, quod ſuo loco attulimus, alienum non putat, quum conſuetudines perpetuo uſu firmatæ in Leges fere abierint, & aliud non continuerint veterum tabulæ, quam obſervationes antiqui moris. Hinc quoque eſſe credit, quod hoc *e* ſignificetur

II. Conſuetudo, mos, agendi modus. Lat. Barb. *Eua*, unde *Eua Saxonum* pro conſuetudine Saxonum, aut jure conſuetudinario eorundem. Attulimus ſupra ad v. *Æſe* ex hiſtoria Alexandri Magni duo loca.

Han wille Cleophilis *ſee.*
Henne pallats oc henne ee
Voluit Cleophilin videre
Ejus palatium, ejusque mores.

Et alio loco ejusdem poëmatis

Swa år min Herra Alexanders *ee*
Illa eſt conſuetudo Domini mei,
Alexandri.

III. Conjugium, tanquam actus legalis, & legitimis ceremoniis confirmatus: *Stat.* Joh. Regis in Danske Magazin, Tom. 3. p. 334. *Taga ſig huſtru till ee,* uxorem ducat in connubium. Germani aſpiratione inſerta hodieque *ehe* uſurpant.

E, temporis periodus, ævum. Chron. Rhythm. *Maj.* p. 118.

Then ſkatt the gåſvo af gamla ee
Tributum, quod pendebant ab antiquo ævo.

Alemanni ſimiliter dicunt *die alte é.* v. *Parænеſin* Tyrolis in *Theſauro* Schilteriano p. 12. ibique annotata Goldasti, cui opponitur *die neue ee* in *Expedit.* Caroli M. *Hiſp.* p. 95. In antecedentibus p. 20. obſervavimus, *æfe* apud Iſlandos eandem ſignificationem habere, cum quo concinit Alem. *euu.* Belg. *euwe*, ſeculum, nec non Latinum *ævum* Græcumque αἰὼν. Stante illa derivatione, vox hæc a priori plane diverſa erit. Ceterum, quum *e* & *euua* apud Alemannos præter recenſitas ſignificationes etiam denotet pactum & teſtamentum, tanquam actus legales, unde apud Notkerum *dera allten euua job dero niuun* explicatur veteris & novi teſtamenti, ſuſpicari liceret, ad temporis periodum determinandam proverbiali dicendi genere translatum eſſe hoc *e* vel *ee*, remotiſſimique ævi facta denominari a veteri teſtamento.

ED, iſthmus, vel terra anguſta in mare procurrens. Iſl. *eiþ.* Heims Kr. Tom. II. p. 214. *Eiþ. miott er i melli*, tenuis iſthmus interjacet. Veteres Danos *eeth* hoc ſenſu uſurpaſſe, teſtimonio ſunt verba allata in Danske Magazin. Tom. I. *Min gaard liggendes mellem Roſchild oc Kobmanhaven affſides ut fra ſnubbe kors udi eeth, ſom heder holme:* hoc eſt villam meam ſitam inter Roſchildum & Haunniam, deviam e regione loci, *ſnubbe kors* dicti, in iſthmo dicto *holme.*

ED, jusjurandum. Ulph. *aiths.* A. S. *ath.* Al. *eid.* Angl. *oath.* L. B. *atha.* Conſpirant Wachterus & Sthiernhielmius circa hujus vocabuli etymon, dum illud ambo derivant ab antiquo *e:* hic prout illud jus & legem notat, ille

ille prout religionem. Utraque conjectura id incommodi habet, quod negligat *d* illud vel *th* quod in omnibus dialectis ut eſſentiale adeſt: interea tamen conjecturæ STIERNHIELMIANÆ præ altera id favet, quod ſimili modo in L. Gothica *Lag*, Lex, pro jure jurando, tanquam actu legali, etiam uſurpatum inveniatur, unde in Codicibus Legum *ganga lag*, juramentum præſtare, *bjuda lag*, jusjurandum offerre &c. quodque hic *d* illud, quod nos deſiderari diximus, aliquando adfuerit, veriſimile eſſe poſſit. Video enim quod in L. Hibernica *adh* hodieque legem denotet. Quicquid hujus ſit, utramque etymologiam ego prætulero BIÖRNERIANÆ illi, quam habet in *Cogit. Criticis* p. 10 ab *eid*, deſolare, unde *eide*, deſertum, idque ex illa ratione, quod jusjurandum controverſiam dirimat, & velut evacuet. Sed ſi adeo in verborum etymis ludere liceat, nihil facilius erit, quam cuivis pedi quemlibet aptare cothurnum. OL. RUDBECKIUS, in Opere Etymol. Manuſcripto, *ed* derivat a Gr. ἔτος, unde ἔτυμος, verus, quum jurantes nihil aliud agant, quam ut ſolemni fide promittant, ſe, quod verum eſt, dicturos. MARTINIUS & poſt eum JUNIUS, quorum ambobus, vocum origines rimantibus, Græca fere incidere ſolent, *ath*, quæ prima hujus vocis forma eſt, derivant ab ᾅδης, quum per infernum jurantes dii hominesque religioſiſſime ſe obſtrinxiſſe, ſub gentilismo crederent. Alii tandem, a quibus nec ſe alienum modo laudatus MARTINIUS profitetur, id, quod quærunt, ſe inveniſſe putant in Ebr. עד, ed, teſtimonium, ab עוד, teſtatus eſt. Mihi ſemper nimium audax videtur, Scythicas illas radices ad examen vocare, & in tanta Linguæ veteris penuria vocum fontes quæſitum ire. Si in hodiernis dialectis id tentamus, id agimus, quod noſtri eſt officii, veteribus Linguis recentioribus facem præferentibus, ſed ubi ad Ulphilana, hoc eſt Scythica perventum eſt, noctuam Athenis inferimus.

MENED, perjurium. A. S. *manath* Al. *meineido.* Germ. *meineid.* a *men*, defectus, vitium, quod vide.

EDSÖRE, jusjurandum, quod alias *edhsöre* & *ezwore* ſcribitur in *ſtatuto* MAGNI R ad finem LEG. BIRC. p. 18. a *ſöre*, actus jurandi. Iſl. *eg ſære*, juro. Hinc *bryta Konungens edſöre* eſt jus jurandum regium violare, id ſcilicet, quod ſceptra capeſſens edidit de pace publica præſtanda. Hinc qui alterum aut ſuæ domi, aut in templo aliove loco ſacratiore lædit, dicitur *bryta Konungens edſöre*, dum contra cives & inprimis Vaſalli Regii jurata fide promitterent, ſe ſecundas Regi acturos, omnique opera annixuros, ut fidem, quam dedit, liberare poſſet. Hinc *edſöres ſak*, *edſöres brott* eſt gravius delictum adverſus pacem publicam. Conſpirant dialecti cognatæ. A. S. *athſvara*, *athſvaring.* Al. *eidſuuart*,. Iſl. *eidſöre.* Germ. *eidſchwur.* v. infra in *ſwärja*

EDSÖRT dicitur in LEG. BIRC. c. 9. §. 4 illud tempus, quo coram tribunali juramentum edere per leges Canonicas non erat vetitum e.c. a dominica Septuageſima ad octavas Paſchatis, ab Adventu Domini ad octavas Epiphaniæ &c. v. CONCILIUM BURDEGALENSE anni 1255, c. 7 In titulo c. 17. *Kyrk.* B. WESTG. L. nec non ÖSTG. L. *Kriſt.* B c. 19. §. 1. ſcribitur *edfort*, quod tamen erroneum eſſe arbitror: alias *edgängt*, l. c. §. 1.

ATERGANGS ED dicitur juramentum falſum, & legaliter irritum redditum. Quantum multæ perjuris impoſitum fuerit, docet WESTG. L. *Thing. B.* c. 9. §. 11. Occurrit alias numeroſa cohors juramentorum, nominibus diſtinctivis appellatorum, e. g. in ÖSTG. L. *Chr.* B. c. 13. § 4. *Uprættar edh*, *forſals edh*, *gödſlu edh*, *ſätis edh.* Sed hæc omnia aut juris peritis examinanda relinqui debent, aut ſuis locis, hoc eſt ſub altera voce componente, melius, ubi ita res fert, explicabuntur.

EDA, aut, ſive. GOTHL. L. c. 7. §. 4. *þa en verelz maþr wil aign til Cloſter giefa eþa til Kirkiur.* Si homo ſecularis coenobio cuidam aut templo bona ſua immobilia legare voluerit. cfr. c. 2. §. 6. Græci ἤ habent, ἤτε vel ἤτο, Alemanni *edo* & *odo*, a quibus Saxones hodierni *edder*, reliqui Germani *oder* formarunt. Ulphilanum eſt *aiththau* & *aiththan*, ad quod proxime accedit Anglo-Saxonum *oththe* et *oththa.*

EDA, cupere, velle, placere. Occurrit hoc vocabulum non raro in ſcriptis medii ævi, ut monſtrant ſequentia. CHRON. RHYTHM. p. 80.

Och ſagde, ſom then man illa eeder.
Dixit, ut cui male quis cupit.

p. 107.

Thet edde Konungen icke vål.
Id parum Regi placuit.

p. 80.

Tå tok K. BIRGER illa eda.
Tum Regi BIRGERO minus hoc placere incepit

p. 137.

The

The edde them ther alla illa.

Minus bene illis omnibus cupiebant. Sic etiam in *Hiſtoria* OL. S. *Rhythmica* p. 56.

Rike KNUT *thet illa edde.*

CANUTO magno id parum placuit. Quum nec in L. Iſlandica hujus vocis ulla veſtigia reperiam, nec in alia quapiam cognata, ſuſpicari ſubiit, *edde* invaluiſſe pro *eirde*, quod eodem ſenſu olim invenitur uſurpatum. STURLÖGERS S. p. 56. *þetta eirer bonom illa*, illi hoc diſplicet. OL. TRYGGV. S. Ed. Skalh. P. I. p. 134. *En* ALFUMI *eyrer illa*: ALFUMO vero non ſatis bene placet. *Eira* vero hoc notat acquieſcere, nec non paciſci, cum quo appoſite Gr. εἰρήνη confert GUDMUNDUS ANDREÆ, *oeird*, moleſtia.

EDER, veſter, vobis: pronomen poſſeſſivum & primitivum ſecundæ perſonæ pl. in obliquis. Iſl. *idar*. Ant. Goth. *idvar*, *idar*. Ulph. *izvar*. A. S. *eover*. Al. *iuuer*, *iuuo*. Angl. *your*. Quum prima perſona hujus nominis ſit *I*, vos, videri poſſit, rectius dixiſſe veteres *ider*, *idert*, quod ut hodie ſequeremur, in literis ad me datis auctor fuit illuſtriſſimus R. Regnique Sueciæ Senator, Liber Baro, Dom. ERICUS WRANGEL quem æternaturæ reverentiæ ergo heic nominare liceat.

EFSING, extrema peniculamenta telæ, quæ amputantur. Radicem vocis ſervat Lingua A. S. ubi *efeſian* eſt tondere, *efeſung*, tonſura. BENSON.

EFTER, poſt. Ant. *iſtir*, *iſti*, *auſt*, *uſti*, quæ omnia in cippis noſtris Runicis crebro occurrunt. Iſl. *eptir* inque Legum antiquarum Tabulis *aptur*, *äptir*, *ater*, *atir*. Gr. αὐτὰρ, unde αὐτὰρ ἐπεὶ, poſtea vero, apud HOMERUM. Ulph. *afar*, Math. 26: 73. *afar leitil*, poſt paulo, & Marc. 13: 24. *afar aglon*, poſt afflictionem. Videor mihi obſervare, eandem particulæ hujus formam Gothis indigenis inuſitatam non fuiſſe, quod colligo ex comparativo *æfri*, *ofri*, *yfri*, poſterior, nec non ſuperlativo *æfſt*, poſtremus, cujus utriusque exempla haud pauca in vetere lingua habemus. HEIMS KR. *Tom.* II. p. 44. *þa var friþur goþur en ofra lut vetrar:* Tum pax bona fuit poſteriori parte hyemis. Sic *yfru Maria Meſſu* in LEGE GOTHL. c. 59. dicitur Feſtum Mariæ poſterius, incidens in d. 6. Septembr. quodque in CHRON. RHYTHM. *min.* p. 75. vocatur *Warfro dag then ofvermeer*. Porro in LEGE WESTROGOTHICA. *Ärfd.* B. Cap. 2. *I æfſta gifte* eſt in poſterioribus nuptiis, & in GULATH. CHRIST. c. 52. *Æſta dagr heimſins*, ultimus dies mundi. A.S. *æfter*. Al. *after*. Angl. *after*. Circa voculam hanc duas ſubjungemus obſervationes, quarum prima ad orthographiam ſpectat, quæ, quum omnes jam modo recenſitæ dialecti Gothicæ *a* conſtanter præferant, *æ* ab initio requirere videretur. Verum quum intercedat vetus Saxorum Literatorum ſcriptura, *i* ſæpiſſime uſurpans, *iſtir*; a vulgato ſcribendi modo recedere noluimus. Altera erit, quod particula hæc, æque ac Latinorum poſt, tam præpoſitionis, quam adverbii partes ſuſtineat. Nos præcipuas ſignificationes recenſituri, initium facimus a præpoſitione, quæ, reſpectu temporis, id denotat, quod inſequitur, ut *efter få dagar*, poſt paucos dies, *efter moln ſkiner ſolen*, poſt nubila Phœbus.

II. Juxta, ſecundum. *Efter wanligheten*, ſecundum conſuetudinem. *Rätta ſig efter en*, ad alterum ſe componere. *Thet är ej efter min ſmak*, non eſt meo palato conveniens. Ulph. *afar*, id. Luc. 5: 5. *afar vaurda theinamma*, ſecundum verbum tuum.

III. Componitur cum verbis, motum ad locum ſignificantibus. *Söka efter en*, aliquem quærere, *fara efter en*, aliquem inſequi. *Se efter ſitt*, rebus ſuis proſpicere. *Täncka efter en ting*, cogitationem in re aliqua defigere. Alemanni Veteres *after* ſimili modo adhibuerunt. RHYTHM. de S. ANNONE v. 374.

Trojen warin in der werilte
Widin irri after ſedile.
Trojani erant in mundo
Late quærentes ſedem.

Germanos pari modo *nach* & Gallos *après* uſurpare, inter omnes conſtat.

IV. In compoſitione cum nomine notat verſus, ut *fara norrefter*, i. e. boream verſus iter facere: alias dicimus *norr åt.*

EFTER, adverbium, æquivalet Latino poſt. *Han blef efter*, ſerior & poſt alios venit. Præterea ſignificat etiam

II. quoniam. *Efter du ſå vill*, quoniam ita vis. Addi heic *ſom* ſæpe ſolet, *Efter ſom du ſå will.* Crediderо, hoc genus dicendi peregrinitatis aliquid habere. Novimus certe, apud Germanos *nach dem* eodem ſenſu occurrere.

III. Æquivalet Latinorum *re*, in remittere. e. g. *gifva efter ſkuld*, remit-

um intime lætatur. Gr. εἶα Lat. *eja*, *euge*.

II. Optantis, ut in eodem libro hymnorum. *Eja Gud gifve then ſaliga dag*: Deus hunc fortunatum diem mittat. Gr. *εἰ*.

EK, quercus. A. S. *æc. ac.* Al. *eih*, *eich*. Angl. *oake*. Belg. *eike*. Germ. *eiche* WACHTERUS hanc arborem, tanquam præ ceteris venerabilem, & ſub ſuperſtitione paganica præcipuo in honore habitam, ab ant. *ogan*, timere, dictam putat. JUNIUS vero obſervat, in L. AngloSaxonica *ac* non arborem modo ſed etiam firmitudinem, robur ſignificare: & hinc, ſimili ratione ac robur apud Latinos duplicem ſignificatum habet, huic voci eveniſſe, ut etiam arbori, ſua duritie inſigni, ſignificandæ data fuerit. Sunt porro alii, qui arborem hanc glandiferam ab ὀχὴ, cibus, nomen ſortitam putent: quod ab ἔχω, ſuſtento, ut æſculus ab eſca.

EKA, EKSTOCK, ſcapha; inde dicta, quod ab excavato robore confecta fuerit, quod genus navigiorum ſine dubio omnium antiquiſſimum fuit, & quo præcipue uſos fuiſſe veteres Gothos & Germanos, apud Auctores relatum legimus. ARRHIANUS de *Expedit*. ALEX. M. p. 9. Edit GRONOV. nominat eorum πλοῖα μονόξυλα, quorum apud Getas πολλὴν εὐπορίαν fuiſſe dicit. PLINIUS Lib. 16. c. 40. *Hiſt. Nat.* perhibet, *Germaniæ prædones ſingulis arboribus cavatis navigaſſe, earumque quaſdam triginta hominum tuliſſe*. Nec dubito, quin Veterum caudicæ ejusdem formæ fuerint, de quibus A. GELLIUS, *Noctium Att.* Lib. 10. c. 24 cfr. SENECA de *Bervitate Vitæ* p. m. 509, & ibi notas.

EKORN, ſciurus. v. *Ickorn*

EKTA, legitimus, alias *Äckta*, unde *Ekta maka*, conjux legitima, *ekta barn*, infantes legitimi. Germani, quibuscum ſolis hanc vocem nos vicinique Dani communem habemus, *echt* dicunt, ab *e*, *ee* & *ehe*, lex, jus.

II. Genuinum, probum. *Ekta ſtenar*, gemmæ naturales, *ekta träd*, arbores genuinæ, quibus opponuntur ſylveſtres. e. g. pomi, pyri. Communiter hoc nomen gerunt illæ arbores, quarum ſtipiti nobilius genus, opera hortulanorum, inſitum eſt.

EKTENSKAP, matrimonium, cohabitatio legitima duarum perſonarum diverſi ſexus. Iſl. *ektaſkapr* G. ANDREÆ, *Lex. Iſl.* p. 60.

ELAK, malus. *Elak art*, mala indoles, *elak wäg*, via moleſta. Si SPEGELIUM audimus, proprie notat tenuem, parvum, ortumque debebit Gr. ἐλαχὺς, unde ἐλάχιστος; ſin vero STIERNHIELMIUM, miſerum, ab A. S. *aglak*, miſeria, *æglæca*, miſer. Ego vero in neutrius partes conceſſero, ſed potius *elak* ortum dixero ab Iſl. *illug*, *illugr*, *illugligr*, quod etiam malum notat. G vero & *k* literæ ſunt alternantes. Fennones malum, malignum cognato vocabulo *ilkeiæ*, appellant, *ilkeys*, malitiam. Norrw. *laak*. malus.

ELÄNDE duas in lingua tam noſtrate quam Germanica ſignificationes habet: calamitates nempe illarumque compendium, exſilium notat. Utra vero prima ſit & originaria, dubitatur. Pro prima ſententiam dicit WACHTERUS, arbitratus *elend*, ortum eſſe ab *el*, alius, peregrinus & *land*, terra, unde *elilente* compoſitum, quod apud OTFRIDUM notat terram peregrinam. Lib. V. c. IX. 33.

Biſt thu eino ir elilente
Ir anderemo lante?
Tune unus ex peregrinitate
Ex alia regione?

In Lingua A.S. ab eodem fonte eſt *ellende*, procul. v. BENSONIUS Occurrit idem ſenſus in noſtrate lingua. Litteræ CAROLI VIII. Regis ad Capitulares Upſalienſes de anno 1464. *Wi hade ei annat kor, än fly bort i älände:* nulla alia conditio relicta erat, quam ut in exſilium abiremus. Mihi aliquando in mentem venit, *elände* idem eſſe ac AngloSaxonicum *ealand*, *ealond*. Germ. *eyland*, inſula nominique originem dediſſe pœnam deportationis apud Veteres, inprimis Italiæ incolas, uſitatam, qua damnatos ſcaphæ, gubernaculo & remigio nudatæ, imponebant, illosque fluctuum æquorisque arbitrio permittebant, donec caſus eos in aliquam maris Mediterranei inſulam auferret. Vocabatur hoc exſilii genus *deportatio in inſulas*: de quo jus Romanum non uno in loco mentionem facit. cfr. TURNEBI *Adv.* L. XX. c. 16. Jam vero probabilius mihi videtur, *elände* derivatum dicere ab *ill* malus, miſer, unde *illende* vel *illände* non inſolito derivationis lege profluit. Occurrit certe vox illa in monumentis Iſlandicis, ut fidem facient verba Hiſtoriæ HEDINI & HOGNII, impreſſæ heic Upſaliæ, cura OL. RUDBECKII, & poſtea inſerta Hiſtoriæ OL. TRYGGVASONII Skalholtenſi Part. 2. p. 55. *Mer er þo eingirnn gledi, at ſea þik i miklum illendum end erfidis munum*, me tamen non

non delectat te conſtitutum videre in multis miſeriis & laboribus, Quod ad orthographiam attinet, eſt illa oppido varians: ſcribitur enim jam *ælände*, jam *elende*, jam tandem *ælænde*; qui vero in ſtipitem vocis inquiſiverit, dubitare nequit, quin illa, quam nos adoptavimus, verior ſit, & ad analogiam vocum aliarum ejusd. terminationis propius accedens. Confer *tidende* a *tida*, *ſeende*, unde *benſeende*, a *ſe*.

11. Miſeriam, quum exſilium omnium infortuniorum maximum a patriæ amantibus exiſtimetur.

ELD, ignis, ant. *æld*. *Thet år ingen rök utan eld*, nunquam fumum vides, cui non ſubſit ignis: Locutio prov. A. S. *æled*. Veteres Perſæ ignem *ala* appellarunt, teſte HADR. RELANDO, de *L. Perſica*. Iſl. *eldur*. Dan *ild*. Supereſt adhuc in L. Gothica radix *ala*, quæ accendere et item alere notat, de qua quum loco ſuo egerimus, nunc nihil addimus. Germ. *feur* dicunt, quibus accedunt Angli, *fire* & Græci πῦρ uſurpantes, a quo fonte licet tantum non omnes credant, Gothicas nationes ſua habere, aliud tamen ſenſit PLATO, cujus verba ex CRATYLO attuli in præf. ad *Specimen Gloſſarii Ulphil*. II. Quum vero obſervatu oppido digna ſint, eadem heic repetam: *Scis, qua ratione ignis πῦρ nominetur: vide quid de boc ſuſpicer. Reor, multa nomina Græcos a Barbaris, eos præſertim, qui ſub Barbaris ſunt, accepiſſe. Vides igitur, quod boc nomen πῦρ barbaricum ſit: Neque enim eſt, illud Græcæ linguæ accomodare, conſtatque boc Phryges nominare, parum quid declinantes, ut ὕδωρ & κύνας aliaque bene multa.* Quod ad reliqua illa vocabula attinet, quæ heic adferuntur, dubitari non poteſt, quin in illis æque accuratus fuerit PLATO. Ὕδωρ certe idem eſt ac *udr* Iſlandorum, quippe quod aquam denotat, unde *ude*, pluvia minuta ſed denſa, *uduger*, madidus, quæ omnia habet GUDMUNDUS ANDREÆ in *Lex. Iſl.* Quod vero ad κυῶν attinet, invenientur huc pertinentia plura ſub voce *hund*.

ÆLDARE, incendiarius WESTG. L. *Bard. B.* c. 6.

ELDEBUTER, ib. *Jord* B. c. 9. ligna quibus focus inſtruitur. v. ſupra in *böta*.

ELEFANT, elephas, a Gr. ἐλέφας, quod ab Ebræo ראם, bos ortum credunt eruditi. Nec quemquam turbare debet boum ab elephantibus diverſitas: nam præterquam quod etiam Latini elephantos boves Lucas appellaverint, cuivis inſuper notum eſt, quam ſæpe animantium nomina inter ſe confundantur. Immo aliud ejus exemplum præbet vox hæc eadem, quæ paullulum, pro cujusvis gentis genio, immutata, in omnibus Gothicis dialectis pro camelo ſumitur. In Mœſogothica *ulbandus* dicitur. Marc. 1: 6 ubi de JOHANNE legimus: *gavaſiths vas taglam ulbandaus*, quod AngloSaxo interpretatur *mid oluendes bærum*, & TATIANUS c. 13. *olbentono barirum*. Islandi adhuc paullo longius abeunt, camelumque *ulfold*, *ullfald*, *ulfbald* appellant. Gen. 24. *þa bvylde ban ſina ulfballda utan borgar*, tum quieſcere fecit camelos extra civitatem: & infra, *gieſa ulföldum at dricka*, adaquare camelos. Et ſic Leu. 11. aliasque. De nomine hujus animantis Gothico *fil* v. infra ſuo loco.

ELF, fluvius. Iſl. id. Inter *Å* & *Elf* idem obſervatur diſcriminis, quod inter amnem & fluvium, ut inquam hoc majorem aquarum collectionem patentioremque alveum deſignet, quam prius, hinc dicimus *Dalelfven*, *Gothaelf*, *Upſala* a GUDMUNDUS ADREÆ vocem origene Ebræam eſſe credit, ortamque a יבל, profluxit.

ELG, fera ſilveſtris, quam communiter alcen appellant. Gr. ἄλξ, ἄλκη. Docet vero Rev. Dom. Doctor & Archi Ep. ERICUS BENZELIUS in notis ad ULPHILÆ Marc. 11: 25. diverſos fuiſſe veterum alces ab iis animantibus, quæ apud nos hodie hoc nominis gerunt. Nec cuiquam mirum obvenire debet, ſi forma, quam huic feræ dant veteres, CÆSAR, PLINIUS aliique, noſtro animanti non conveniat, quum obſervarint eruditi, alcen fuiſſe nomen generale, quod ab ἀλκή, h. e. ob robur variis animantibus, leoni, apro &c. inditum fuerit, ut id ab HOMERO factum ex MARTINIO, in *Gloſſario* obſervat WACHTERUS. Interea nobiſcum conſpirat A. S. *elcb*. Al. *elacb*. Angl. *elk*. Iſl. *yllgur*. VOLSUNGA S. p. 11. Germ. *elcb*, *elend*. In Lingua vero Cambrica *elain*, hinnulum notat & *belabun* tragelaphum. v. BOXHORNII *Lex. Britan*. S. PELLOUTIER in ſua Celtarum Hiſtoria p. 450. alces fuiſſe putat, qui a veteribus Biſontes nominantur, cui etiam l. c. adſtipulatur BENZELIUS. Quod vero ad nominis noſtri originem attinet, petitur

titur illa communiter a dicto ἀλκή, robur, quum animal hoc omnium conſeſſione robuſtiſſimum ſit, ita ut lupos ſolo ungulæ ictu ſæpe enecet. (v. OLAUS M. de *Reb. Sept.* Lib. 11: 36.) & domitum curruique junctum duplo plus viæ conficiat, quam equus velocisſimus. Belgæ eapropter animal hoc itidem *ſterk* appellant. Quod CHRISTINA Regina traha, cui alces juncti fuerint, per gelu constrictos lacus lata fuerit, docet D. AKKENHOLTZ in Ejus vita, Tom. 1. p. 452. Alias id genus jumenti prohibitum fuiſſe, conſtat, (v. OLAUS MAGNUS l. c.) ne pernicitate ejus abuterentur, qui ſceleſta patraverant.

ELLER, aut: varie ſcribitur *æller*, *ællas.* v. ÖSTG. L. *Eds. B.* c. I. & 2. *Alla.* ib. *Byg. B.* c. 36. §. 2. *At han ſik hvarte bud alla budkafle*, quod nec nuntium, nec baculum nuntiatorium acceperit. De induſtria hanc vocis forman obſervo, quum ſenſim nos ad antiquiorem ducat. Veteres enim Alemanni *alde* dixere. NOTKERUS Pſalm. 48. 3. *Demo ereſten* ADAME *alde demo anderen:* ADAMO priori aut ſecundo. Idem illud *alde* adverſativam ſignificationem habet, æquivalens Lat. vero, ſed, quo ſenſu Iſlandi *heldur* uſurpant Pſ. I. v. 2. *Heldur hefur ſyna lyſtning i Lögmale Drottins*, ſed voluntatem ſuam habet in lege Dei. Poſteriorem hanc ſignificationem altera priorem arbitror, ortamque a Græco ἀλλά, ſed. In ſtilo medii ævi *eller* geminatum occurrit, ut JUS AUL. DAN. edit. DOLM. p.603 *Æller fællis æller værjaz*: aut condemnatur, aut liberatur. SKÅNE L. p. 2: *ällär döth ællær quik*: Sive vivat, ſive mortuus. Ceterum agetur ad v. *heller* de differentia illius particulæ ab hac noſtra.

ELLOFWA, undecim. A. S. *ændleſen*, *endleofen*, *endluſan.* Al. *einlif.* Belg. *elve*, *elf*, *eilf.* Angl. *eleven.* Iſl. *ellefu.* Germ. *elf*, *eilf.* Proprie notat unum ſuper reliquos decem. Scilicet ut veteres, digitorum articulis ad computandum uſi, per denarios numerabant; ita illud, quod decada digitorum ſuperabat, ſi unum eſſet, *andleſen*, *einlif* appellarunt, ſi duo *tvalib* vel *twalif*, quæ ambo Mœſogothica ſunt. Luc. 6: 13. Joh. 11: 9. & unde nos *tolf* deinde fecimus. Partes componentes ſunt *en*, unus, & *leſva*, relinquere, ſuper-eſſe. Al. *liban*, *biliban.* Obſervat JUNIUS, Cymræcos pari ratione dicere *un ar deg*, quod eſt unum ſupra decem.

EM, vel IM, IME, fumus tenuis. Iſl. *eimur.* v. SPEGELS *Gloſſ.* p. 91. & GUDMUNDI ANDREÆ *Lex. Iſl.* a Gr. ἀτμίς vel ἄτμος, quod Gloſſographi veteres interpretantur, ἡ ἐξ ὑγρᾶ ἀνάδοσις, vel ἡ τᾶ ὕδατος ἀναπνοή. Clariora Græcæ originis veſtigia ſervat Lingua A. S. ubi *ædm* vaporem notat & *ædmian* exæſtuare. v. GRAMMII *Uſus L. AngloSax.* in *Actis Haun.* Tom. V. p. 137. Iſlandice *ilm* etiam vaporem notat. Fenn. *ilma.*

EMBAR, amphora. v. *Ämbar.*

EMELLAN, inter. v. *mellan.*

EMNE, materia. v. *Ämne.*

EN, juniperus. Iſl. *einer*, *einberiartrie.* Job 30. Dicitur forte ita quaſi *eingberiar trie.* *Eingber* vero vi vocis erat bacca pratenſis, quum ubertim in pratis & locis ſiccioribus proveniant. Hiſpani *enebro* juniperum appellant, quod ut a Latino ortum, ita ſuadere videretur, noſtram vocem ad eandem claſſem eſſe referendam, atque adeo primum *enbärs träd* dictum fuiſſe, deinde *en*, quaſi ultima ſyllaba baccas arboris indicaret.

EN, unus. Ant. *an* & *annan*, unde *hvarannan* occurrit pro *hvar en.* v. infra in *hvar.* A. S. *æn.* Al. *ein*, *einer* Camb. *un.* Iſl. *eirn*: Angl. *an*, *one.* Conſpirat Græcum εἷς, ἕν. ἔνιοι, aliqui: quo loco inobſervatum forte dimitti non debet, pro εἷς veteres Græcos ἕν aliquando dixiſſe ex obſervatione HESYCHII. Ulph. *ains*, unus *ainshun.* Præfixo μ Græci μόνος, unus, inde feciſſe videntur. Nec minor in inſequentibus numeris minusve manifeſta harmonia conſpicitur inter Græcos, Romanos, Gothicaque Lingua utentes omnes. Quis enim negare auſit, affinia eſſe, atque ex eodem fonte profluxiſſe, εἷς, δύο, τρεῖς: *unus*, *duo*, *tres*, & *en*, *två*, *tre* &c. atque adeo eorum linguas, qui hac numerandi ratione utebantur, cognatione propiori junctas fuiſſe. Vir ſummus, G. G. LEIBNITIUS, in *Cogitationibus de emendatione L. Germanicæ* arbitratur quidem, hanc harmoniam ſuam originem forte debere artis Arithmeticæ magiſtris, qui hos terminos tanquam technicos diſſeminarunt, ſed mihi non ſit veriſimile, ullam fuiſſe ætatem, qua ſimplicibus numeris caruerint mortales, adeoque pri-

Digitized by Google

primos Magiſtros, modum potius utendi numeris, quam numerorum nomina oſtendiſſe. Immo vero aliquis huic conjecturæ locus eſſe poſſet, niſi tanta alias ubique inter has tres linguas obſervaretur harmonia, quam æque abſonum foret, caſui adſcribere, ac in animum inducere, per commercia aut expeditiones militares tantam verborum Græcorum Romanorumque copiam in Gothicum ſermonem illatum fuiſſe: quaſi vero, quomodo pes, naſus, auris appellandus eſſet ignoraſſent Gothi, antequam ex Schola Græcanica id addidiciſſent, aut quaſi in illius gratiam domeſtica nomina voluntaria oblivione obterere voluiſſent noſtri majores. Præſtat itaque, ſimpliciter dicere, ſorores eſſe tres has linguas, & ex communi parente ortas. Adſcribam verba Boxhornii, quibus *Grammaticam Regiam* in uſum Christinæ R. conſcriptam finit. *Hujus*, inquit, *συμφωνίας quæ cauſſa ſit, ſi quæras, erunt, qui reſpondebunt, Germanos a Græcis & Romanis ejusmodi vocabula accepiſſe. Quod mihi neutiquam probatur. Imo falſum eſſe, res ipſa ac ratio arguunt. Quid enim? Mutos ac elingues & ab omni ſermonis, quo ſuæ cuique domi res ſignificantur, uſu deſtitutos aliquando fuiſſe majores noſtros, ſtatuendum eſt, ſi Patrem (hoc enim exemplum ad inſtar omnium nunc erit) aut matrem nullo ſuo, ſed tantum accepto a Græcis aut Romanis nomine potuerint appellare. Reſtat ergo, ut dicamus, ejusdem & communis, hoc eſt, Scythicæ originis harum nationum linguas eſſe.*

II. Similis. *Wara af ett innehåll*, ejusdem argumenti eſſe. *Wara af ett ſinne*: ſimilem voluntatem habere, concordes eſſe.

III. Unicus, ſolus. Kon. Styr. p. 7. *Nu hawa all wärulzlik djur af ſin naturlik ſkipelſe, thet the mågo ſik med hylia, ok wåria ſiri allo thy, them ma ſkada, utan mannen ån*: Cuncta porro animalia ita condita ſunt a natura, ut tegere ſeſe queant, ac defendere contra injurias, ſi qua ipſis inferantur, excepto ſolo homine. In Hymno Eccl. N. 124, v. 5. *I then börd åſt tu en*, in id genus nativitate ſolus & ſine exemplo es. Et hoc ſenſu occurrit vox illa in Lege Westrog. *Kirk. B.* c. I. §. 3. *Hånder barn ſiukdomber, ok år kona een inne, tha ſkal hun döpa thåt*: Si infans ægrotaverit, & puerpera ſola domi fuerit, illa infantem baptizabit. Sermo eſt de baptiſmo extra ordinem ab ipſa matre in caſu neceſſitatis adminiſtrando. v. Upl. L. *Kirk. B.* c. 11. ubi pro *en* ponitur *enſamin.* Loccenius vertit: Si infans infirmus ſit, dum mater adhuc domi eſt: quod, quantum mihi videtur, ſenſum parum comodum vel nullum potius fundit. Uſurpatur eodem, quo dixi, ſenſu vox hæc apud Gothos exteros. Joh. 6: 15. *aſiddia aftra in fairguni is ains*, receſſit iterum in montem is ſolus. Nec non apud A. S. *an.* Marc. 10: 18. *Nis nan mann god, buton God ana*: nemo eſt bonus præter Deum unum. Quibus addo Alemannicum *ein.* Tatianus, c. 63: 3. ubi Martha inducitur loquens, *Liez mih einun ambahtan*, ſivit, ut ſola miniſtrarem. cfr. c. 173: 3. Notkerus, Pſalm. 21: 30. Nec non Iſl. *ein*, Rolf. Krakes S. p. 107. *Honum þyker illt einum ad vera*, queritur, ſolum ſe & ſine pare relictum eſſe.

IV. Imperſonaliter ponitur pro *man.* Gall. *on.* Angl. *one.* *En får ej tala ett ord, förr ån thet fóres i kring*: ne verbum quidem mittere licet, antequam divulgetur. Inprimis hoc uſurpatur in caſibus obliquis, ubi *man* poni nequit. *Om en betages tillfålle*, ſi occaſio præripiatur. In L. Iſlandica loco particulæ demonſtrativæ ad modum Græcorum ὁ ἡ τὸ ponitur: e. g. Heims Kr. Tom. II. p. 276. *Han þackadi varom Drottni oc enom helga* Olafi *Kongi*, gratias egit Deo & Olavo Regi Sancto. Ita idem Auctor ab initio operis nominat *Suiþiod ena miklu*, Sueciam magnam, hoc eſt, Scythiam.

V. Vocibus *hvad för* poſtpoſitum denotat qualis. *Tu ſer hvad för en ſvårhet thet år*: vides, quanta adſit difficultas. Iſlandi ſimiliter. Syr. 11. *Hvad huer hefur verid fyrer eirn mann*, qualis fuerit quisque.

VI. Numeralibus additum aut notat circiter, aut παρέλκει. *Han will låna till en ſextio daler*: mutuare vult ad ſexaginta thaleros. Kon. Eriks *Förſäkran* till K. Gustaf apud Ericum Tegel, in *Hiſt.* Gustavi I. Part 2. p. 358, 359. *Wid ån 500 hæſtar*, ad quingentos circiter equos. *Rationes depoſ.* Erici XIV. p. m. 297. *Item ſarget och forderffuet til ån ſextiyo perſoner*, nec non vulneraverit, mutilaveritque ad 60 homines. Germani pariter dicunt

ein

ein gulden 60. Penitus vero abundare videtur, ubi cum *mång* junctum occurrit, ut in *Hiſt.* ALEX. MAGNI.

Förſöktbe tber en Riddare mång.

Experiebatur ibi non unum equitem. Utuntur eodem idiotiſmo Iſlandi. HEIMS KR. T. I. p. 564. *Enn tvo hundrud*, circiter ducenti. Qui Linguæ noſtræ cauſſas accuratius indagat, animadvertet, hinc eſſe, quod vulgo *mången* dicamus, quaſi *mång-en*, *ingen*, quaſi *eig en.*

ENAHANDA, ejusdem generis. v. *band*, genus.

ENHVAR, quisque. *En bwar wet tbet*: quilibet id novit. Antiquitatem hujus pronominis teſtatur Ulphilanum *ain bvarja*, quilibet, inde *ainbvarjancb izze*, quemlibet eorum. Luc. 4: 40. In L. ISLANDICA *ein bvar* eſt aliquis, quo ſenſu etjam *enbvar* occurrit in WESTG. L. *Mandr. B.* c. 12. *Wärder en bvar fall*: ſi quispiam eorum cauſſa ceciderit.

ENTHERA, ETTHERA, alteruter, a, um. Compoſitum ab *en* & *tbera*, genitivo plurali antiquo pron. *tben*. Eadem conjunctionis ratione in UPL. L. *Gipt. B.* Cap. 2. dicitur *tbet tbera*, id eorum: alias, *bvartbera*, *någontbera.*

MED ETT, ſemper. *Tbet regnar allt med ett*, pluvia continua cadit. Cognatum huic eſt illud *under ens*, quod habet Auctor *Hiſt.* ALEX. MAGNI.

Uuder ens æ utb ok utb.

Continue & ſine intervallo.

ENDE, unicus. *Ende ſonen*, unicus filius. Format hoc ſuperlativum *endaſt*, quod adverbialiter poſitum notat unice, tantummodo. Ant. *enuſt*. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 12. Hinc *at enaſt*, ſolum modo: hodie *allenaſt*, quod vide ſuo loco.

ENIG, unicus. *En enig Gud*, Deus unicus. Deut. 6. Al. *einog*, *einag*. Ulph. *ainaba*. Luc. 7: 12.

II. Concors. *Tbe äro mycket enige*, ſumma inter eos concordia eſt. Iſl. *eining*, unio.

ENKANNERLIGA, ſingulariter. Iſl. *einkanliga*, *einkannliga*. OL. TRYGGV. S. p. 410. In KON. STYR. p. 46. ſcribitur *enkanlika*. *Byg.* B. L. L. c. 21. *Alla tbe ſin enkannilikin duk ok diſk bafva*, omnes, qui ſua ſibi propria menſa utuntur. Apud veteres Angloſaxones *incund freond* notat amicum ſingularem, vel, ut Latini dicere ſolent, unicum, a *cuþ* vel *cund*, notus, quaſi intime notus. v. infra in *enkom*.

ENKE, ant. *enge*, unicus. WESTG. L. *Arf.* B. c. I. §. 7. *Modbir takir ſyna arff till enke ſun dör*: Mater filiorum hereditatem cernit, usque dum unicus filius moriatur.

II. Separatus, ſolitarius, ut in Legibus patriis. *Enka aker*, ager a reliquo fundo ſeparatus. De voce *Enka*, vidua, vide infra ſuo loco.

III. Certus, cum ſtudio factus. *Litteræ Orat. Suetbicorum ad Senatores Danicos de* anno 1442. in *Actis publicis* HADORPHIANIS p. 149. *Skrifven oſs in i riket ett einkit ſvar.* Scribite nobis & regno literas ad rem facientes. Accedere hæc vocis ſignificatio videtur ad ſequens *ena*, cum ſtudio & animi intentione aliquid agere.

ENKEL, ſimplus, opponitur duplo. *En enkel Riksdaler*, Imperialis ſimplex. Germ. *einkel.* Belg. *enkel*

ENKOM, ſingulariter. *Jag reſte enkom dit för bans ſkull*, unice, ſigillatim ejus ergo illuc profectus ſum. A. S. *Ancummum.* Iſl. *einkun.* Dicerem, hoc ceteris minus vitiatum eſſe, originemque prodere ab *ein* & *kyn*, genus, quod naturam deſcribit rerum ſingularium, niſi malis *om* pro mera terminatione habere, ab *enke*, ſolus.

ENLIG, conformis. *Tbet är ej enligt med ditt ſinnelag*, id tuo ingenio conforme non eſt. Retuli hanc vocem ſub claſſem præſentem, etiamſi certum ſit, illam eo non pertinere. Eſt enim procul dubio idem ac Germ. *änlicb*, Al. *anacbilico*, & A. S *anlic*, quod habet WACHTERUS, in *Gloſſ.* p. 25. ab *an* particula, & *lik* vel *lig*, ſimilis. Nonnemo credit, *enlig*, & forte cetera, facta eſſe ab *analogus.*

ENS, quidem. *Han will icke ens ſe på mig*, me ne quidem reſpicere dignatur. Alias dicere conſuevimus, *icke en gång*, quod eodem recidere arbitror. Factum enim eſt hoc *ens* ab Alem. *einzen* Germ. *einſt*, *einſten*, quod compoſitum eſt ab *ein*, unus, & *ſin*, vices. Quod vel ideo addere, e re fuit, quum videamus ad hunc lapidem impegiſſe WACHTERUM.

ENSAM, ſolum. Suffixum illud *ſam* vel catachreſticum eſt, v. *infra* in *ſaman* vel nota ſimilitudinis, ut eleganter obſervat modo laudatus WACHTERUS, in *Prolegom.* Sect. VI. Iſlandi *einſamal* dicunt. VOLSUNGA S. p. 36. *At einſamal*, ſolus comedebat, nec non, *einir ſaman*, ſoli, ut in *Hiſt.* OLAVI TRYGGV. p. 24 Ceterum *einſomum* adverbialiter ponitur pro unice, tantummodo. 1. MACCHAB. 7. *þar voru einſomum ſvik*, erant meræ technæ, tantummodo dolus.

ENSE, unitus, concors, unanimis. Germ. *eins*. id. *eins ſeyn*, concordare. Terminatio illa *ſe* non inſolita eſt in adjectivis Suethicis, ut *dogſe*, utilis, *barmſe*, iratus, *ſorgſe*, triſtis. Ceterum antiqui pro hoc enſe *till ens* dixere. e. g *wi äre till ens om tbet*, de ea re inter nos convenit. v. *Ordinantia* FRIED. II. Dan. R. c. 3. *Oenſe* diſcordem notat.

ENUNG, ſimplex. *Enunga bot*, mulcta ſimplex. UPL. L. *Kirk. B.* c. 19. Sic

enon-

Digitized by Google

enonga eld. WESTM. L. c. 61. incendium ſimplex, quoque plures villæ non involvuntur. *Enæng thin*, tibi privus. WESTGÖTH. L. B. B. c. 6.

ENALUND, uno eodemque modo. *Litt.* MAGNI R. ad calcem Legis WESTG. p. 91. *At theſſi war ſkipån matti enålund haues iwir alt rikit*, ut hæc conſtitutio ſervetur pariter per omne regnum.

ENDAGA. WESTG. L. *Thing.* B. c. 13. judicium peremtorium, uno eodemque die perficiendum. Vocatur alias *ennät ting*, ab *en*, & *natt*, nox, ut prius a *dag*, dies. Novimus, Veterum dies a nocte incepiſſe, & ab illa proinde ſæpe nomen ſortiri, ut in modo nominata LEGE WESTROGOTHICA *Sjunätting* dicitur judicium ſeptimo a citatione die celebrandum. v. *Bard.* B. c. 1. LOCCENIUS heic vertit judicium inſpectionis, ſed nobiſcum facit locus citatus, quippe ubi ſancitur, illud ſeptimo die eſſe habendum.

ENDRÅGTIG, concors, a *draga*, trahere: metaphora deſumta a jugalibus, qui concordi parique niſu oneri ſubeunt, alias *ſamdrågtig*. Belg. *eendrachtig*. uti contra *tvedrägt* dicitur, ubi in diverſa trahunt. WACHTERUS horum natales petit a *tragen*, deſiderare, quod tamen minus convenit: non enim ſemper eorum unitiſſima eſt voluntas, quorum deſideria in idem feruntur. Vide Eum in v. *eintracht*, concordia. Cambri ſimiliter unanimem appellant *cyttyn* a *cyd*, una, cum, & *tynnu*, trahere, teſte THOMA RICHARDS, in *Lex. Brit.*

ENFALDIG, ſimplex. Amiſſa propria ſignificatione, nunc tantum modo metaphoricam retinet, qua ad animum relatum, notat dolis & ingenio, ad lædendum apto, carentem, quæ, eadem vis eſt Ulphilani *ainfalths.* Matth. 6: 22. A. S. *anfeald.* Al. *einfalt.* Ill. *einfalldur* Belg. *eenvoudig*, *eenvouldig:* a quibus compoſitionis ratione non differunt Lat. ſimplex. Gr. ἁπλῶς, quod ſequitur διπλῶς, τριπλῶς. Gothicam vocem compoſitam eſſe, cernimus, ab *en* & *faldig*, quod ab Al. *falden*, plicare. Suet. *fålla*, id. ut adeo *enfaldig* ſit proprie ſemel plicatus, ut *twefald* bis plicatus, & ſic in ceteris. Poſtquam vero duplex (ut apud HORATIUM duplex ULYSSES) ſubdolum denotare cœpit, Gall. double, ſimplex illi opponi ſuevit, tanquam qui in reconditis receſſibus nil fraudis conderet. WACHTERUS ſolus eſt, qui *enfaldig* ab *en* profectum neget, credens, initium vocis ortum trahere a particula negativa *un.* Verba ejus hæc ſunt. *Ein hoc loco non eſt unus*, *ſed potius idem, quod negativum*, *un: quia per ſimplicem omnes intelligunt eum*, *non qui unam habet plicam*, *ſed qui nullas.* Sed viro huic erudito, cui alias tam lubenter aſſurgo, in præſentia adſtipulari nequeo. Retragatur enim Lingua Mœſogothica, quæ evidenter communiori etymologiæ favet. *Ans* enim ibi unum notat, negandi vero particula eſt *un.* In tranſcurſu addam, non adeo certum eſſe, vocem Latinam ſimplex idem ſonare, ac qui ſine plica eſt, etiamſi vulgus Etymologorum, inde a tempore VARRONIS, nos id credere jubeat. Jam enim in Specimine II:do *Gloſſarii Ulphilani* indicavi, mihi videri, *ſim* illud eſſe notam unitatis, quemadmodum *ſin* in vetere L. Gothica, conferendaque monui, *ſinguli*, *ſemita*, hoc eſt via, quam ſinguli calcant. Quod vocis Græcæ eadem ſit ratio, h. e. quod α in ἁπλῶς relationem habeat ad διπλῶς, atque adeo ortum ſit ab εἷς, nota numerali, Linguæ cognatæ indicare videntur.

ENFÅ, præcipuum illud, quod uxori poſt fata mariti, aut marito poſt mortem uxoris cedit: e. g. veſtes, arma, mundus. SUDERM. L. *Gipt.* B. c. 6. ab *en* & *fæ*, opes.

ENHÅLLIG, unanimis, concors. Germ. *einhellig.* Vocem in Germania recentem eſſe, obſervat WACHTERUS; ſi a nobis mutuata eſſet, non dubitarem, ortam dicere, ab *en* & *hålla*, uti dicimus de teſtibus eadem profitentibus, *the hålla ett*, & alias concordem appellamus *ſamhållig*, conſpirare, *hålla ſamman.* Si vero a Germanis ad nos tranſierit, vera forte eſſe poterit etymologia WACHTERIANA, ab *ein*, una, & *hellig* ſonorus, uti ſolet ſonorum harmonia ad conſpirationem animorum transferri.

ENÖGD, unoculus. Math. 18: 9. Germ. *einaugig.* Iſl. *einſyn:* ab, *in*, unus, & *öga.*

ENSAK, mulcta actori ſoli pendenda, nec, ut alias, tripartito dividenda, a *ſak* mulcta, de quo ſuo loco.

ENSIDIG, particularis. Sumitur pro vitio actus, ubi circumſtantiæ deficiunt, in foro adeſſe debitæ. *Enſidig ſyn*, inſpectio privata, vicinis aliisve, quorum intereſt, abſentibus inſtituta, a *ſida*, latus, quod vide.

ENSKILD, particularis. UPL. L. *Jord.* B. c. 16. *Bòta af ſina enſkyldu*, de proprio multam pendere, Conf. SUDERM. L. *Arfd.* B. c. 5. *af ſins enſkyllum penningom*, de propria pecunia. Ortum vulgo creditur a *ſkild*, ſeparatus, uti *ſärſkild*, id. Quod ſi eſſet, patet, rectius cum *i* ſcribi quam *y.* Obſervarunt id Editores Codicis FRIDERICIANI, qui adeo in editione prima inter corrigenda hanc obſervationem calci operis addidere. Sed merito hæc etymologia in dubium vocatur: in primis quum evidens ſit, *ſkylld* notare id, in quod quis jus habet, *ſkyldig*, id. v. infra in hac voce. cfr. ST. L. B. B. c. 21.

ENSPÆNNARE, Nuntius, qui in negotiis publicis huc illuc mittitur. Germ. *einſpænniger.* Oritur a *ſpannen*, quod in re vehiculari equos currui adjungere denotat.

Digitized by Google

ENSTAKA, ſingularis. Kon. Styr. p 9. *Ej år got mannenom enſtaka wara*: bonum non eſt homini, eſſe ſoli. Sic in Legibus Provincialibus. *Byg. B.* c. 21 §. 4 nominatur *enſtaka qwinna*. i. e. ut Loccenius interpretatur, vidua. *Enſtaka folk* in Bibl. Islandicis. *Greinir of Eſther*. c. 1. populus ſolitarius, ſingularis. *Einſtaka vig*, pugna ſolitaria. *Hiſt.* Ol. Tryggv. Part 1. p. 163. Poſterior vocis pars nata videtur ab Iſl. *ſtakur*, ſolitarius. v. Gudm. Andreæ *Lex*. Iſl. p. 222.

ENSTÖDING, ſolitarius; quaſi, qui ſolus ſtat, a *ſtå*, ſtare. Vocatur *enſtödingbsdag* in Lege Westm. *Kriſt. B.* c. 26. *ther ej år genfaſtæ gen*, quod jejunium non antecedit.

II. Per contemtum ita dicitur homo cælebs & ætate provectior: apud Germanos *Hageſtoltz*. Islandi talem *einſtädingur* appellant, qui, ut habet Gudmundus Andreæ, nullum habet amicum, qui ſibi ſoli relictus eſt.

ENWÅLDE, monarchia. Vox vetus, neſcio tamen annon ad imitationem Græcæ facta. v. Gautreks S. c. 31. Suderm. L. *Kyrk.* B. c. 1. Herv. S. c. 20. Datum olim id nominis, inprimis in oratione ligata, Principibus, qui ſoli & absque imperii ſocio regnaverunt, non tamen ea propter abſoluta & legibus carente poteſtate uſi fuerunt. Quod enim vetuſtiorum Sueciæ Regum poteſtas nimınus quam abſoluta fuerit, innumeris teſtimoniis probari poſſet, quæ tamen in præſentia omittimus. Qui interim dubitat, adire poterit Orationem Torgnyi, Legiferi Uplandici, ad Olavum Skottkonung, inſertam hiſtoriæ Olavi Crassi Sturlæsonianæ, c. 81. Ab anno 1719, quo thronum Suiogothicum conſcendet Udalrica Eleonora, R. abſoluti imperii jugum, quod Suecis pæne inſciis erat injectum, ſolenni ſacramenti formula ejuravimus.

ENWIG, pugna ſingularis. Berings S. *Hiarta oc aſl ſkal i einwig haſa, enn ecki gallra ne giorninga*: animum intrepidum viresque in certamen afferre debemus, non vero incantationes aut artes magicas. Al. *einuuig*. Otfridus. Lib. IV. XII: 123.

In einuuig er nan ſtreuuita.
Duello illum proſtravit

Ita quippe conjunctim legendum, non, ut habent Codices impreſſi, in *ein uuigi*. Compoſitum eſt ab *en*, unus, & *wig*, certamen. Conſtat hinc, eos vocis natales non conſulere, qui certamen ſingulare appellant *enviges kamp*: quivis enim facile videt, ultimam vocem, utpote abundantem, imperite adjici, etiamſi ſimilis tautologia exemplis non careat.

ENA, firmiter ſibi aliquid proponere. Uſitatum hoc vocabulum eſt in pluribus Gothiæ partibus. e. g. *Han enade ſig på, att förtreta mig*: omni ſtudio id egit, ut me irritaret: nec dubito, quin communior ejus uſus olim fuerit, quod conjicio cum ex dialectis cognatis, quæ eandem vocem agnoſcunt, tum ex pluribus ejus in L. noſtra reſiduis ſurculis. Apud Alemannos *einon* hoc ſenſu non raro occurrit. Willeramus, *Cant.* c. 7: 8. *Ih. habo mich geeinot, uffen palmboum ze ſtigene.* Cum animo meo ſtatui, palmam conſcendere. Otfridus Lib. I. xvii: 51.

Bithiu birum uuir geeinot.
Ideoque nunc ſtatuimus.

Conf. Schilterus, *Gloſſ.* p. 259. Fieri poteſt, ut ab *en*, unus, originem trahat, quum, cui certa ſedet ſententia menti, omnia animi cogitata in unum conferat, inde digredi neſcius. Hinc orta habemus

ENBENDER, contumax. Suderm. L. *Kyrk.* B. c. 1. *Kan nokor ſwa enbender wara*: Si quiſpiam adeo pertinax fuerit. *Hiſt.* Alex. Magni.

War ej enbåndin ſwa i tin boga.
Ne ſis adeo contumax in tuo animo.

Ortum ab *en*, quod in compoſitione firmitatem pertinacemque niſum vel reniſum denotat. *Bånda* vero eſt flectere, diciturque fere de arcubus, ubi adducuntur.

ENDAG, dies præfixus, terminus peremtorius. Norrska Hirdskrå. p. 228. *Setter Kongr honum enndaga til apturkuamu*, ſi Rex ipſi diem certum ad reditum prodixerit. Westg. L. *Kirk.* B. c. 4. *Innan förſta endagha*, primo termino indicto.

ENHÆRDE, contumacia. Kon. Styr. p. 114. *Enhærde mote ſinom ſkiælom ok tarflikt rad*: contumacia contra rationem & ſalutaria conſilia. Hinc *enhærdig*, contumax, ab *hård*, durus. Habent & ceteræ dialecti vocabula ſimilis compoſitionis, ut Al. *einſtritti*, obſtinatio, in *Gloſſis* Pezianis & *einſtrittig*, pertinax. Apud Keronem *einſtritter*. Saxon. *inſtridigh*. v. Mylii *Archæol.* p. 47. quo vocabulo Vir, etiam in hoc ſtudiorum genere inter ſummos numerandus, G. G. Leibnitius male putavit, proprie deſignari eum, qui ſolus dimicet. A. S. *anwilla*, id. Belg. *eenwilligh*. Saxon. *eenlatiſch*. v. Idiot. Hamburg. p. 53. Præterea alia id genus, & ad noſtra me iterum confero.

EINRADA, conſilium immobile capere. Heims Kr. Tom. 1 p. 755 *Han hafþi þa einraþit ſier, at fara ſlikt ſem aþur*: ipſe nihilominus perſtitit in propoſito iter ſuum continuandi, ut antea. Apud Tatianum exſtat *einratlichho*, conſtanter. c. 196.

Digitized by Google

c. 196. v. 6. *einratlibbo ruogendo inan*, enixe cum criminantes. A *råd*, conſilium.

ENSWÅGEN, contumax, durus. CHRON. RH. min. p. 130.
The ſågo ät thet war enſwåget.
Videbant, rem duram eſſe.
Swiga eſt cedere; qui adeo ægre cedit, *enſvågen* appellatur.

ENSINNIG, pertinax; alias *egenſinnig*. Germ. *eigenſinnig*. Belg. *eygenſinnig*, hoc eſt, qui ſuæ ubique opinionis eſt.

ENTELIGEN, firmiter, obnixe. BIBL ISL. 1. Sam. 20. *Hade endeliga einet ſier*, firmiter ſibi propoſuerant. S hodieque: *Han wille enteligen, att ſå ſke ſkulle*, omnino voluit, ut ita fieret. BIBL. ISL. Act. c. 28. *Endeliga man þeſſe mandrapare wera*: omnino hic homicida fuerit: A. S. *æninga*. id. v. HICKESII *Gram.* A. S. pag. 59. in fol.

ENTRÆGEN, id. inprimis, qui orando obtundit, a *trægen*, id. Dicitur etiam *entræguas*, obtundere.

ENTRÆTEN, litigator, qui in litigando pertinax eſt. Rom. 2: 8. 1 Cor. 11: 16.

EINTYCKUR, Iſl. moroſus, qui ſuo abundat ſenſu. HEIMS Kr. Tom. 1. p. 338. *þuiat eg er einþyckur miok*: nam ſum moroſioris ingenii: a *þycka*, putare.

ENWIS, moroſus, obſtinatus, qui ſibi ſoli ſapiens videtur, adeoque nullius monitis adſurgit. *a wis*, ſapiens. Dicitur, alias *enſint*, & etiam *egenſinnad*, ut alias obſervamus.

ENGER, tarmes, vermiculus in carnibus generatus: Vocis antiquitatem ſuo teſtimonio comprobant GLOSSÆ FLORENTINÆ, in quibus per *engiring* explicat vocem Latinam gurgulio.

ENKA, vidua: unde *EnkeDrottning*, Regina vidua, *enkeſtånd*, conditio viduæ, quod dicitur *enkedom* 2. Sam. 20: 3. Eſt vox hæc Boreæ noſtro, quantum ſcio, propria, dum ceteræ Latinum vidua magis minusve variatum ſuæ linguæ adaptarunt. Ulph. *widuwo*. A S. *widewe*. Al. *uuituua*. Germ. *wittwe*. Quod vero ad noſtrum *Enka* attinet, videri poterit derivandum ab *en* vel inde orto *enka*, ſolitarius, quum viduæ a maritis derelictæ ſolæ mœrentesque ſæpe vitam trahant. Simili loquendi genere in LEGIBUS NORRMANNICIS *monæ* dictæ reperiuntur, a Gr. *μόνος*, ſolus. v. LUDWIGS *Anecdota*. Tom. I. p. 294. ubi titulus eſt *de protectione Monarum & Orphanorum*. Eſt ex eadem ratione, quod Philologorum nonnulli Latinum vidua, non ab iduare deducendum putent, ſed ab *ἴα*, quod HESYCHIUS interpretatur *μόνην*, qui idem teſtatur, Cretenſes *ἓν*, unum, appellare *ἴττον*, quod in transcurſu monuero pæne Suethicum eſſe, nihilque differre a noſtro *ett*, quod ad tempora usque GUSTAVI I. *itt* ſcriptum eſt. Et hæc de origine vocis *enka* dicta ſufficere poſſent, niſi ſuſpicari, liceret, fore, ut ſcrupulum cuiquam injiciat, quid vidua in Vetere L. Iſlandica non *Enka* ſed *Eckia* dicatur, quod etymologiam ſuperius allatam reſpuere videtur, potiusque nos ducere ad vocem ejusdem Linguæ *ecke*, mœror, planctus. v. GUDMUNDUS ANDREÆ *Lex. Iſl.* p. 60. qui hanc derivationem non improbat. Ut neutrum etymon aliquid incommodi habet, ita Lectori meo facile optionem reliquero: interea eum celare non debeo, *n* ante conſonam apud Iſlandos ſæpe excludi: e. g. *beckiar*, ſcamna, pro *bånckar*: *breckur*, rupes, hodie *brink*: *fraekur*, Francus, &c.

ENKLING, viduus. Terminatio illa *ling*, diminutionis alias nota, aliquid habet, quod vitium in re deſignat: e. g. *ſiukling*, homo morbidus, *krympling*, membris captus.

ENTLEDIGA, liberum, immunem reddere, a *ledig*, vacuus, liber, otioſus. Vox nova & mere Germanica.

ER, æs, æris. *Hiſt.* ALEX. M. *Han tog ett kar alt giort af eer*: cepit vas, totum ex ære factum. A. S. *ær*, *ar*. Al. *ær*. Iſl. *eyr*. In LEGE GOTHL. *er* pro ora, nummi genere, occurrit. v. infra in *öre*.

ER, particula ſeparabibis & relativa, reſpondens Lat. qui, quæ, quod. Uſurpatur ſæpiſſime apud Iſlandos: e. g. *ſa er*, ille qui, *their er*, illi qui: & in veteribus legum noſtrarum tabulis non raro. SKÅN. L. p. 5. *Thät ſamæ är rät um gull, är um jordt*: de auro idem ſtatuitur, quod de bonis ſoli. Et ſic alias non raro.

ER, particula inſeparabilis, verbis præfigi ſolita, ut in *erkänna*, *ertappa*. Æquivalet partim Latino *re*, metatheſin paſſo, ut in reponere, *erſätta* &c. partim eorundem ad, quod in vetere Latio *ar* dictum fuiſſe, docent Philologi, fidemque facit adhuc uſitatum arceſſo &c. Ceterum obſervari velim, vocabula omnia, quæ cum hac particula conjuncta ſunt, in noſtro orbe recentia eſſe, & una cum advenis Germanis huc inducta. Scribuntur rectius

Digitized by Google

us cum *e* ſimplici, utpote, quod illis domeſticum eſt.

ERBARMA, miſereri. Germ. *erbarmen*, quod apud nos fere obſolevit, niſi quod ſupereſt in *erbarmelig*, miſerandus.

ERBJUDA, offerre. *Erbjuda ſig till något*, ſeſe alicui rei perficiendæ offerre: a *bjuda*, invitare.

ERFARA, experiri. Germ. *erfaren*. a *fara*, id. quod pluribus demonſtrabimus ad voces *fara* & *förfara*, quo, ne ſæpius eadem dicere cogamur, Lectorem remittimus.

ERIK, nomen proprium multis, &, ſi Johanni Magni fides habeatur, quatuordecim Sueciæ Regibus commune. Unde vero id ortum ſit, in tanta nominum variatione oppido eſt incertum. Nam licet *Erich* nomen Martis fuiſſe, multi putent, unde apud Auſtriacos dies tertius hebdomadis *erchtag* hodieque appelletur; alii primam vocis ſyllabam derivent ab *ehe*, lex, vel *ær*, æs, ferrum, vel tandem a Cambrico *aer*, prælium, pugna; fieri tamen facile poterit, ut omnia hæc falſa ſint, hocque *Erik* mera ſit contractio longioris alius nominis. Conjecturæ huic locum facit, quod hinc videam, ab Auctore *Vitæ* Ansgarii, p. 47 perhiberi, *Ericus* idem nominis eſſe, ac *Herigarius*; inde obſervem, *Ericus* & *Henricus* promiſcue poni, ita quidem ut ipſimet Galli eos ſuorum Regum *Erricos* appellent, qui alias *Henrici* communiter nuncupantur. Vide inter alios Turnebum, in *Adverſariis* L. 24. c. 10. Henr. Stephani *Conformitè du language François avec le Grec*. p. 5. & forte quæ diſſerui in *Notis Criticis ad Catal. Regum Suiog*. p. 124.

ERIKS GATA dicebatur olim ſolennis illa circuitio, qua recens conſecrati Reges Suionum Regni provincias obibant, fidem civibus ſuis daturi, & eorum viciſſim accepturi. Lex Uplandica, *Kon*. B. c. 2. *Nu a Kunung Eriks gatu ridhæ*: jam Rex iter per imperium inſtituendum habet. De origine hujus vocis quum jam ante aliquot annos nonnulla diſſeruerim in diſſertatione de *Initiatione Regum Suiogothicorum*, quam publice defendit Juvenis Generoſiſſimi ortus, ſuisque natalibus non inficiandus, Perilluſtris Comes, Dominus Carolus Johannes Gyllenborg, filius Henningi Adolphi Gyllenborg, Regis Regnique Sueog. Senatoris & Commendatoris Ord. de Stella Boreali, Mæcenatis mei ſummi, & venerationis cauſſa a me heic nominandi. Ut autem in præſentia labori meo parcam, ex illa transferam, quæ huc faciunt. Si quæſiveris, undenam illud nomen in noſtram linguam pervenerit, varias variorum opiniones, quarum tamen nulla mihi plane arriſit, invenies. Id certe firmiter aſſeverare, auſim, omnino falſam eſſe eorum ſententiam, qui ab Erico Sancto hoc nomen profluxiſſe autumant, ad quod evincendum alio non opus eſt argumento, quam quod jam ante Ericum Ragvaldus iſtiusmodi circulum obiviſſe legatur, utpote qui, ob neglectum vadimonium, ad introitum regionis præſtandum, a Weſtrogothis, tenaciſſimis jurium ſuorum cuſtodibus, interficiebatur. Majore itaque ſpecie dicitur, quod habet Verelius in *notis* ad Hervoræ *Hiſtoriam*, p. 102, quod nempe *Eriksgata* oriatur a *ræka*, quod, inter alia, circumeundi ſignificatum habere. Vir ille, harum literarum peritiſſimus, affirmat. Sed, qui de hac voce mox plura dicturi ſumus, heic tantum annotabimus, illi non tam circumeundi notionem, ex uſu veterum, addi debere, quam potius vagandi aut impellendi: Citerior ætas, præfixo *w*, ſignificatum utrumque hodieque ſervat in *wræka*. Apud Sturlonidem ſæpius invenimus *ræka flottan*, hoſtes fugientes pellere, illisque inſtare: atque hinc indidem eſt vetus illud vocabulum *vagræk*, quod in *varec*, *jus varec* mutatum, Juris Alemannici interpretibus tantum faceſſivit negotii. Denotatur vero illo res, poſt naufragium factum, ad littus fluitans, & quam dura lege ſibi vindicavere multi maris accolæ: vel vi vocis, id *quod in fluctibus vagatur*, vel, *quod fluctus impellunt*. Sed ut ad inſtitutum noſtrum redeamus, ſi, præeunte Verelio, *Eriksgata* a *ræka*, derivaremus, tum denotaret, aut vagum Regum errorem aut violentam impulſionem, quorum utrumque incommodum, ne quid durius dicam: uti nec commodius *E* illud tanquam παρέλκον conſideratur. Scheffero melius nec rem ſucceſſiſſe, arbitror, qui *Eriksgata* ab *åra* derivat, quaſi iter glorioſum denotaturum, quod etymon ſi tam verum eſſet, quam recte obſervatum, auguſtam hanc fuisſe profectionem, nihil certe verius dici poſſet: jam autem alluſio mihi potius videtur, quam vocis explicatio. Omnium proxime ad veritatem mihi

hi acceſſiſſe videtur Juriſconſultorum in patria noſtra olim Coryphæus, CAROLUS LUNDIUS, qui *Eriksgata* quondam *Riksgata* audiiſſe credidit, immo codices, neſcio quos, viderat, ubi *E* illud, præmitti ſolitum, aberat. Sed, quantum quidem ego judico, ſi quod tale uſpiam inventum eſt, infeliciter certe hæc litera abſuit. Etenim *Eriksgata* ſeu *Æriksgata* haud dubie ortum ducit ab *æ*, quod omnem, univerſum, in veteri lingua denotat, & *rike*, regnum, ut adeo *Æriksgata* ſimpliciſſime iter per univerſum regnum notet. Dixi, *æ* illud omnem notare, de quo nec tu dubitabis, mi Lector, ſi memineris, illud cum *all* in quamplurimis vocibus alternare, atque adeo univerſitatem, tam temporis, quam ceterorum objectorum, indicare. Sic *ætid* eſt ſemper, *alltid*, ut in BIBLIIS ISLANDICIS *Sirac.* c. 40. v. infra in *e*.

ERINRA, admonere. *Erinra ſig något*, alicujus rei recordari. TEGELS *Hiſt.* GUST. I. Part. 2. p. 304. *Efter K.* GUSTAF *wiſte ſig icke at erinnra.* Belg. *erinneren.* Germ. *erinnern.* Uſurpatur alias ab iisdem *inne werden*, quod genus loquendi jam apud WILLERAMUM occurrit, annotante JUNIO, in Obſervat. p. 66. *Her thes innen is uuorthan*, reſcivit, animadvertit. Germanicam hanc vocem ortam idem Vir doctus docet ab obſoleto *innan*, animadvertere. Sed hujus vocabuli quum non ſatis certa ſit auctoritas, ſuccenturiatum dabo Iſl. *inna*, quod commemorare, recenſere denotat. HEIMS KR. Tom. 2. p. 112. HACON *innir þa up einka mal þeira* FINS. Admonet tum HAQUINUS pactionis initæ cum FINNO: alias notat etiam referre, inquirere. v. GUDMUNDI ANDREÆ *Lex. Iſl.* p. 132. Ab hoc *inna* forte alienum non fuerit Alemannicum *geeinon*, cogitare, quod apud OTFRIDUM aliosque occurrit. WACHTERUS communem horum fontem ſtatuit Gr. ἐννοέομαι, cogito, miraturque, id JUNIO, viro Græcarum originum amantiſſimo, non ſuboluiſſe. Ego potius dixero, omnia proſeminata eſſe ab adverbio *inne*, intus. Videmus certe, omnes hos ſignificatus admonendi, reminiſcendi, commemorandi relationem habere ad interiores mentis noſtræ motus, eorumque excitationem. Quicquid vero hujus ſit, evidens certe eſt, illos nullam rationem ſequi, qui *erbindra* ſcribunt.

ERKÄNNA, agnoſcere, ſive collata beneficia ſive commiſſa facinora: factum a *kænna*, ut agnoſco a ſuo primitivo. Germ. *erkennen.*

ERT, piſum. Latine *ervum.* Al. *arauuitz.* Belg. *erwet* unde per contractionem factum eſt *ert.* Radix communis Gr. ὄροβος, *ervum.* Eſt genus piſorum, quod *kikert* apellamus: ſed cave credas, hoc vocabulum ejusdem, ac alterum, eſſe originis. Eſt potius inter illa, in quibus uſus cum etymologis ludere voluit, peregrinis vocabulis domeſticam perſonam imponendo. Eſt enim revera a Lat. *cicer*, a quo, ut *c* olim ſonum τῦ *k* ubique habuit, *kiker* fecimus, ad quod complendum quum vulgus imperitum, hoc noſtrum *ert* in animo habens, *t* requiri crediderit, *kikert* inde fecit.

ERTAPPA, recipere fugitivum, deprehendere. *Ertappa en, ſom bortrymt.* WACHTERUS, qui in hac voce perbrevis eſt, verbo innuit, illam originem debere radici *tappen*, palpare manibus. Mihi in mentem venit, quum, ipſomet docente Viro doctiſſimo, particula *er* eandem poteſtatem aliquando habeat ac Latinum *re* in recludo, revelo, refero, ut nempe contrarium ſenſum inducat, cujus exemplum eſt *erblöden*, audere, ortum a *blöd*, timidus; *ertappa* ortum eſſe a noſtro, quotidiano uſu tritiſſimo, *tappa*, perdere, ut adeo notet id, quod perditum eſt, iterum invenire. Nunc extra forum in uſu fere non eſt.

ERTS, metallum cujuscunque coloris, ab antiquo *ær*, quod ſuo loco attulimus. Uſus vero illud reſtrinxit fere ad plumbeum genus, unde *blyerts* metallum plumbeum, & porro *blyertspenna*, inſtrumentum ſcriptorium, ubi plumbum, cavato ligno inditum, pingendis literis inſervit.

ERTZL: occurrit vox illa in L. SUDERM. B. B. c. 5. *Wardhir ertzl gör i akrum eller engium*: Si depaſtio fiat in agro vel prato alterius. Vitium exſcriptoris credo pro *etzel*, ab *ata* paſco.

ERTS, nominibus additum notat principatum vel eminentiam præ reliquis ejusdem generis. Finitimi Germani hinc dicunt *Erzbiſchof.* A. S. *Arce-biſceop.* It. *Arciveſcovo.* Hiſp. *Arcobiſpo.* Gall. *Archeveque.* Angl. *Archbishop*, quod ortum omnes vident a Gr. ἀρχὴ, eodem ſenſu vocibus præfigi ſolito. e. g. ἀρχιδιάκονος, ἀρχάγγελος. Obliterata veri

ri principatus ſignificatione, apud nos hodie tantum uſurpatur in malam partem. e. g. *ertsſkelm*, homo nequiſſimus, *ertstjuf*, trifur. Belgæ, Germani Anglique eodem loquendi genere utuntur. v. Junii *Etym.* in. v. *arch*.

ERTSKOCKA. Belg. *artiſchock.* Angl. *artechoke.* Gall. *artichau*. Hiſp. *Artichoſa* Germani *erdſchocken* radicem hanc culinariam appellant ab *erde*, terra, quemadmodum nos ab eadem magna matre *jorpæron* eam nuncupamus.

ETTER, venenum. *Draka etter*, Deut. 32: 33. virus Draconis A. S. *ætter*, *ættor*, *ater*. Al. *eitir*. Iſl. *eiter*. Germ. id. Belg. *eyter*, pus, ſanies. Wachterus aliique Philologi communi conſenſu horum omnium originem referunt ad Al. *eiten*, urere, quum pleraque venenata ſint calidæ urentisque naturæ. Apparet derivationis veritas in noſtro *etternäſſla*, quod notat urticam urentem, alio nomine *brännäſſla* a nobis dictam: oriuntur ab eodem ſtipite *etterböld*, ulcus urens, *etterorm*, ſerpens venenatus, *etterflod*, 2. Sam. 3: 29. fluxus ſaniei.

ETTIKA, acetum. Tranſpoſitæ literæ impediunt, quominus ſtatim agnoſcamus, utriusque Linguæ voces origine easdem eſſe. Ceterum ad Latinum propius accedunt Ulphilanum *akeits* Matth. 27: 48. et A. S. *eced*. Ceteræ Linguæ metatheſi literarum fere utuntur, ut Iſl. *edik*. Belg. *edick* Alem. *ezzih* & Germ. *eſſig*. Ut Græci vinum hoc aceſcens a pungendo, quum linguam veluti fodicet, nominant; ita Wachterus, *akeit*, *eced*, ipſumque *acetum* ab *ecke*, *egg*, cuſpis, acies, appellata credit.

EWÅRDELIG, perpetuus, perennis. *I ewærdeliga tider*, in omne ævum. Syllaba prima indubiam præ ſe fert originem ab *e* vel *æ*, ſemper. Quod reliquum eſt vocis, oriri potuit, vel a *wara* eſſe, durare, pari ratione ac in Lingua Alemannica *jeweſcon* dicitur æternus, ab eodem *e* vel *ei* & *weſen*, eſſe. v. *Gloſſ.* Lipsianum, vel etiam a *werold*, *werld*, quod ſeculum notare, infra docebimus. Et huic poſteriori etymologiæ patrocinatur antiqua ſcripturæ ratio *æwårulſlik*, quæ occurrit tam in aliis ſcriptis medii ævi, quam in Konunga Styrilse, ſive Inſtitutione Regia. *Åwærulzlik bugnad*, p. 118. æternum ſolatium, *æwærulz pina*, p. 126 cruciatus ſempiternus. Si hoc poſterius aſſumatur, orthographicæ regulæ ſuadent, ut *ewerdelig* vel etiam *ewerldelig* ſcribamus.

EWIG, æternus. *Ewigt lif*, vita æterna. Ulph. *aiweino libains*. Joh. 17: 3. Al. *euuin lib*. Tatian. c. 81: 8. A. S. *Eclife* in Symbolo Apoſtol. Belg. *eewig*. Germ. *ewig*. Græci æternitatem αἰὼν appellant, quaſi ἀεὶ ὢν, ſemper exiſtens. Particulam eandem in Lingua Gothica ſupereſſe, antea in v. *æ* monſtravimus, ubi etiam ex Codice Argenteo attulimus *aiv*, ſemper, unde *aiva dage*, dies æterni, *du aiva in aivin*, ab æterno in æternum.

EWINNERLIG, æternus. *Ewinnerlig eld*, ignis æternus, *ewinnerliga bydder*. Luc. 16: 9. æterna tabernacula. Additamentum hujus vocis originem ſuam debere videtur Ulphilano *aiweino*.

EWIGHET, æternitas.

EWIGLIGA, æternum. Pſalm. 61: 8.

EWIG, quisque, ut dum in ſermone familiari dicimus. *Hwar ewig en*, vel etiam *hwar ewelig en*. Mutuatum credo hoc dicendi genus ab Anglico *everie*, *everie one*, quilibet, quisque, quod ab *ever*, ſemper, originem ducit: metaphora vero ducta eſt ab univerſalitate temporis ad complexum omnium individuorum. Licentia uſus hinc etiam format ſuperlativum *hwar ewigſte*.

F littera inter Runicas prima, quæ apud nos duplicem ſonum habet, alterum duriorem ab initio ſyllabæ, alterum in medio & ad finem ejus leniorem, & a *w* pronuntiatione non diſcernendum. Et hinc eſt, quod majores noſtri, ut Lectori conſtaret, ubi lenius hæc littera, in medio alicujus vocis occurrens, eſſet efferenda, *w* illi fere adjecerint, ut *håſwa*, *giſwa*. Sunt Criticorum noſtratium multi, qui alterutram eliminandam volunt, his pro *f* illis pro *w* cauſſam dicentibus. Nos, donec Senatus Populusque Suecanus ſententiam pronunciaverit, antiquos limites non turbamus.

FACKLA, tæda. Cambr. *fagl.* A. S. *facele*. Al. *fachala*. Latini etiam *facem* appellant, cujus diminutivum eſt *facula*, a quo ſua ceteræ nationes ſumſiſſe videntur.

FADER, genitor. Gr. πατὴρ. Lat. *pater*.
Pers

Perſ. *pâder* A. S. *fæder* Al. *fater* Germ. *vater*. Angl. *father*. Belg. *vader*. Gothi exteri illi cognatum *atta* uſurparunt, ita tamen, ut etiam hujus veſtigia compareant in *fadrein*, parentes, nec non *fadreins*, familia. Credi poſſet, quemadmodum etiam poſt STIERNHIELMIUM eruditorum haud pauci credidere, *fader* a *föda* olim dictum fuiſſe, quam vocem duplicem habere ſignificationem gignendi & alendi, utrumque patri optime convenientem, mox ſumus viſuri. Etymologiam hanc confirmare videtur Lingua Mœſogothica; in qua, uti parentes, ceu modo monuimus, *fadrein* appellantur, ita alio nomine dicuntur *berusjos*, a *bæra*. Ulph. *bairan*, parere.

FADDER, compater, commater, ſeu qui infantis baptiſmo, tanquam ſponſor adſiſtit. *Stå fadder åt ett barn*, infanti baptizando adeſſe. Appellatur ejusmodi ſponſor, qui virilis ſexus eſt, infantis *gudfader*. Angl. *godfather*, tanquam pater in Deo, ob cognationem ſpiritualem, quæ contracta putabatur inter patrem luſtricum & infantem, quæque tanto naturali quavis ſanctior habebatur, quanto magis ſpiritualia ea antecellunt, quæ a carne proficiſcuntur. Germani *gevater* dicunt, voce eadem haud dubie per pronuntiantium oſcitantiam depravata. Nugas quippe mihi agere videntur, qui illam derivandam putant a Lat. *votor*, hoc eſt, qui vovet pro infante.

FADDERGOFWA, donum, quo patrimus filium luſtricum auget, quodque ratione originis ſuæ inſtar hereditatis eſt, a ſpirituali hoc patre adeundæ. Lat. Barbari *Filiaticum* appellant, ut docet DU FRESNE in *Gloſſ.* ſub. v. Adoptari. Sunt autem, qui originem hujus ritus longius repetant, exinde nempe, quod in Ethnicismo apud nos munera infantibus dabantur, quo die aqua aſperſi nomen ſuum accipiebant: vocabantur illa *nafnfeſte*, quæ, deinde in ejusmodi filiatica fuiſſe mutata, credunt.

FÆDERNE, genus paternum, cui opponitur *Möderne*. v. *Upl. L. Årfd.* B. c. 16. ubi *Fäderne* & *Möderne* ponitur pro Patre & Matre. 2. Notat patrimonium. *Han har intet i fäderne*, nihil ipſi hereditatis a patre relictum. Eſt vero hoc ellipticum genus dicendi pro *fædernes arf*. In LEGE OSTRO-GOTH. *Egn.* S. c. 19. diſtinctio fit inter *forna fadbrene*, bona a majoribus transmiſſa, & *fang fædbrene*, quod pater acquiſivit, liberisque hereditatis jure ceſſit.

FADERLIG, paternus. *Faderligt ſinnelag*, animus paternus. In LEGE CHRISTOPHORIANA nec non in *Chronico Epiſcoporum Lincopenſium*, ab ER. BENZELIO edito, p. 117. *Faderlig rätt* vocatur jus illud, quod Latini patronatus appellare ſolent.

FÄDGAR, nomen pluralis numeri, patrem filiumque conjunctim denotans. WESTG. L. *Gipt*, B. c. 7. §. 4. *Ägha fadgar tver ena kono*: ſi pater filiusque cum eadem femina rem habuerint. *Tjuf.* B. c. 2. §. 5. *Stiäla hver fadgar, hange fader uppi ok ſun, än maghandi madhur ar*: ſi pater filiusque furtum commiſerint, ſuſpendatur pater, & filius quoque, ſi puber fuerit. Simili modo *modgar* dicuntur mater & filia. Eſt hoc verbum inter alia documentum ubertatis L. Scandicæ: vix enim credo aliam eſſe linguam, quæ hunc neceſſitudinis gradum uno vocabulo exprimere valeat. *Langfædgar* dicuntur majores vel atavi. v. STURLÖGERS S. p. 21. HEIMS Kr. T. 1. p. 407.

FÖRFÆDER, majores. Al. *forderon* OTFR. Lib. 1. c. 11: 44.

FAGER, pulcer, concinnus. KNYTL. S. p. 48. *þat er konungens prydi, at han ſe fridr oc fagr*: id Regi decus conciliat, ſi ſit pulcer & formoſus. Inter ſynonyma ſolis poëtica refert EDDA *fagra hwel* orbem vel rotam pulcram, & hodieque, proverbiali tamen loquendi genere, dicimus *fagra ord*, ſpecioſa verba, *fagert ſkinn*, pulcra cutis. A. S. *fæger*, Al. *fager*. Mœſogothica Lingua *fagr* habet, ſed paullum immutato ſenſu; ibi enim non ſpecioſum, ſed utile, conveniens denotat. Diceres, ſeveram hanc gentem aliam formam neglexiſſe, quam quæ uſui accomoda fuerit. Occurit Luc. 14: 35. *Nih du airtha ni du maihſtau fagr iſt*, neque in terram neque in ſterquilinium utile eſt. JUNIUS tam in *Etymologico Anglicano*, quam in *Gloſſ. Ulphilano* arbitratur, ad eandem hanc radicem nomen mundi Gothicum *fairqhus* referri debere. Scilicet tam in Græca L. quam etiam Latina admiranda hæc univerſi compages, quæ ſua pulcritudine & concinno ordine omnes in admirationem rapit, a ſpecioſo adſpectu & forma nomen ſibi inditum habet, unde vocatus fuit κοσμος & mundus, & a PLATONE καλλιεργος, uti auctor eſt PHILO. Lib. 1. de *Mundo*. Probabile itaque videri poterit, Gothos fingere voluiſſe verbum, quod rem eadem emphaſi exprimeret. Hiſce a JUNIO allatis addi debuiſſet *gafahrida* quod Luc, 1: 17, occurrit, ubi textus Græcus habet κατεσκευασμένον, perfectum. Idem doctiſſimus Vir hæc omnia orta

hæc colligere, Lexicographorum cura eſto: nos nonnullas vocum ſignificationes notabiliores ſtrictim adferemus.

II. Mori. *Falla i ett ſlag*, in prælio mori. A. S. *mannafall* dicitur ſtrages. Alemanni ſimili loquendi modo *fallen* dicunt: quum, qui in prælio concidunt, ab hoſte fere interemti ſint. Alias cum particula *från* junctum, de quovis mortis genere uſurpatur, *falla ifrån ſina barn*, liberos orbos relinquere: hinc *frånfall*, obitus.

III. Naſci, ſenſu priori plane contrario. Dicitur hoc vero tantummodo de animantibus cicuribus, equis, puta, bobusque, idque eadem ratione, qua Latini concidere matris ab alvo uſurpant. Germanos hoc eodem ſenſu *fallen* adhibere, annotat Wachterus. *Håſten är fallen vid min gård*, equus in villa mea natus eſt.

IV. Deficere. v. ſupra in *affal* & *bifalla*, ubi docetur, verbum hoc militare eſſe, & ſæpe ad varios motus bellicos deſcribendos adhiberi. Hinc *falla emot*, oppugnare. Hist. Alex. M.

At han tör mot Dario *falla*,
Ut auſit Dario ſe opponere.

et infra,

Mondo mot Alexandro *falla*.
Alexandro obviam ire, in animum induxere.

V. Vileſcere: ut dum dicimus *ſåden faller*, quod tamen rectius diceretur, *ſådeskipet faller*, annona laxatur, pretium trumenti vileſcit.

VI. Placere. Kon. B. L. L. c. 8. *Konungen ægher Rådh ſitt tagka och wälja: förſt ErcheBiſcop, och ſwå Lydh-Biſcopa ſwå många af them, ſom honom fallit är.* Rex ſenatum ſuum eliget. Omnium primo ArchiEpiſcopum, deinde Suffraganeorum, quot ei viſum fuerit. Hinc *falla i ſmaken, falla i tycket*, palato convenire, *bogfällas*, deſiderare. Germ. *gefallen*. Wachterus Gr. φιλεῖν ad eandem hanc claſſem pertinere putat.

VII. Quadrare, aptum eſſe. *Thet faller ſig ej väl:* non bene convenit.

VIII. Accidere. *Thet föll ſig ſå*, ita accidit. *Saken föll ſå rätt*, res ita cecidit. Hadorphii *Acta Publica* Chron. Rhythm. p. 85. *Ware thet oc ſwa, at thet ſwa kunne falla*, ſi quoque ita accidere potuerit.

FALLEN, aptus, commodus. Westg. L. *Byg. B.* c. 13. *Alli ſkulu byggia wargagarda, ther ſum til är fallit*, omnes conſtruent decipulas capiundis lupis, ubi loci natura id fert, vel ubi commodum eſt. Hinc dicimus *fallen att blifwa ſoldat*, rei militari aptus. Isl. *fallin* & *tilfallin*, id. Heims Kr. Tom 2. p. 29. *Seeg aunguann mann jamvel tilfallin ſom* Svein Ulfs son. Neminem huic ſpartæ æque idoneum video ac Suenonem Ulphonis. Ans. S. p. 22. *Kongur velur tolf menn, er bonom þotte beſt tilfallner*: Rex eligit 12 viros, qui maxime idonei videbantur. *Felldr*, id. v. Knytl. S. p. 166.

FALL, caſus, idque prout vel 1. motum phyſicum ſignificat, e. g. dum dicimus *högmod går för fall*: ſuperbiam ſequitur fere lapſus: vel 2. ubi pro eventu vel circumſtantia ponitur: e. g. *i ſådant fall*, in tali caſu, *i annat fall*, in alio caſu vel alias, *i fall*, ſi. Galli dicunt *en cas que*. Chron. Rhythm. min. p. 29.

Theſſelund ta wåro hans fall.
Iſtiusmodi tum erant circumſtantiæ vel rerum ejus conditio.

L. L. *Kon.* B. c. 7. *Efter wilja ok fallom ſinom*, pro ſua voluntate, & ut res ejus ferunt. 3. Uſurpatur in ſenſu juridico, pro mulcta, quæ cauſſa cadentibus imponitur. *Sakfall*, Germ. *ſtraffälle*, unde *ſakfallsgods*, bona caduca vel fiſco adjudicata. v. Östg. L. B. B. c. 29. 1. 4. Ponitur pro peccato, tanquam caſu morali. *Adams fall*, labes Adami. 5. Ceſſationem actionis. Huc pertinet *Meſſefall*, ceſſatio miſſæ, quando miſſæ Sacra non obeuntur. *Tings fall*, quando judicium non habetur, vel haberi negligitur. Hels L. *Ting* B. c. 6. *Fylgiefall*, ceſſatio comitatus. ib. c. 4. Cum hoc *fall* varia vocabula compoſita extant, ut *wattnfall*, catarrhacta, *ſnöfall*, imber nivis: quibus addidero *bofällig*, quod dicitur de ædibus, ubi vitium faciunt, & ruinam minantur. Isl. *afelli*, infortunium Ol. Tryggv. S. Edit. Skalh. P. 1. p. 95.

FÄLLA, decipula. Al. *valla*. Germ. *fälle*: dicitur ita ex illa ratione, quod in his tendiculis ſemper aliquid ſit, quod demittitur, feræque exitum præſtruit. 2. concædes arborum. *Hugga en fælla i ſkogen*, locum aliquem arboribus nudare, ut ſolent, qui ſubjecto igne ſilvas incendunt, agrum arationi aptaturi.

FÆLLA, verbum factivum, ut termino utar Wachteriano, a *falla*, denotans, dejicere, demittere, vel potius facere ut quid decidat. A. S. *afælan*, *befælan*. Al. *fellen* Belg. *vellen*. Angl. *fell*, quod ultimum Junius non feliciter derivatum it a *feld*, campus, quam Casaubonus a βεβλημένος: ille in *Etymologico Anglicano*: hic in Diſſ. de *Lingua AngloSax*. Eſt enim, ut modo dixi, immediate ortum a *falla*, cujus *a* prius, ubi in *ä* permutatur, ſignificationem,

ut

Digitized by Google

ut ſolet, factivam ſortitur. Scilicet, ut id in transcurſu notem, habemus varia ejusmodi verba, quæ ratione primitivorum eandem ſignificationem habent, ac quæ in L. Ebræa Conjugationis Hiphil ſunt: exempli loco inter plura alia ſunto ſequentia.

Sitta, ſedere.	*Sätta*, collocare.
Ligga, jacere.	*Lägga*, ponere.
Slippa, exire.	*Släppa*, emittere.
Sjunka, mergi.	*Sänka*, mergere.
Drunkna, id.	*Dränka*, aquis ſuffocare.
Dia, lactere.	*Dägga*, lactare.
Stiga, ſurgere.	*Stegra*, elevare.
Fara, timere.	*Förſära*, terrere.
Förtryta, ægre ferre.	*Förtreta*, irritare.
Brinna, flagrare.	*Bränna*, urere.
Springa, diſſilire.	*Spränga*, disrumpere.
Waka, vigilare.	*Wäcka*, excitare.
Spricka, rimas agere.	*Sprœcka*, diffindere.

Obſervationi huic duas alias addam. 1. Lectorem meum obſervare jubebo, in Lingua noſtra omnia verba factiva vocalem radicis ſuæ in *e*, vel *æ* potius, commutare. 2. verbo monebo, eandem plane eſſe rationem L. Mœſogothicæ hoc in puncto. Sic Matth. 5: 45, *urranneith* eſt oriri facit, uti *urrinnith* Joh. 15: 26, ortus eſt, procedit. *Urrasjan*, ſuſcitare, Luc. 3: 8, *Urreiſan* vero ſurgere, Luc: 9: 22. Conf. Annot. meas ad *Fragmenta Ulphilana*, p. 23. Sed ut e diverticulo ad noſtrum *falla* redeam, habet ſignificationem tam propriam & phyſicam, uti *fælla ett træd*, arborem concidere, *fälla ſegel*, vela demittere, quam moralem & metaphoricam, & tum notat

2 Damnare. Björkö R. c. 11. *þa ſkulu tolf mæn wærja han æller fella*: tum XII viri eum abſolvent, aut condemnabunt.

3. Edere, e. g. *fælla dom*, ſententiam pronuntiare, *fälla ſitt omdöme*, judicium ſuum expromere. *Fælla förböner*, *fälla ett godt ord för en*, pro altero intercedere. Phraſes hæ, quæ proprie ſunt juridicæ, de quavis ſententia uſurpantur, quamvis ſua natura non niſi damnatoriam denotent.

4. *Fælla neder* in Legibus patriis idem eſt ac negligere. *Fælla nider dagswerke*, operam conferendam negligere. Kirk. B. L. L. c. 1. Sic *fælla meſſu nider* dicitur ſacerdos, ubi cultum Dei publicum obire negligit: unde *meſſfall*, ceſſatio cultus publici.

5. Complicare, connectere. v. in *fäll*

FALSK, doloſus. C. B. *ffals*. Hib. *falſa*. Angl. *falſe*. Belg. *valſch*. Iſl. *falſkur*. Germ. *falſch*. Gall. *faux*. Credi poſſet, Gothica hæc omnia a Latino *fala*, quæ vox fallaciam olim denotavit, ut auctor eſt Festus, vel potius a *falſus* orta eſſe, & quam vellem in laudem gentis noſtræ dici poſſe, illam mendacia & fallendi artes ne nominare quidem potuiſſe, antequam id a Latinis didicerit! Sed vincat amor veri: vox eſt mere Gothica, & eadem derivationis ratione a *fæla*, *fela*, tegere, occultare (vide infra in *fela*) orta, ac falſus a fallendo, cujus primitiva ſignificatio eſt latere, ut in illo Horatiano, *falle vivens*, quo exprimit Græci Sapientis λάθε βιώσας. Uti vero tectus apud Latinos hominem ſubdolum, quique clandeſtinis artibus alium captat, denotat, & *dolſk*, doloſus, in noſtrate lingua a *dölja* ortum eſt; ita *falſk* quoque, a tegendo dictus, verſutum exprimit. Hæc adeo ſimplicia arbitror, ut opus non ſit, confugere ad Alemannicum *fal*, rapina, collatum cum A. S. *falæca*, hoſtilis, uti vult Schilterus, vel ad *fællen*, decipere, quod Wachterus, nullo veterum teſtimonio ſubnixus, profert; aut tandem ad Φηλᾶν, quod Suidas exponit ἀπατᾶν, decipere, quæ ultima derivandi ratio eſt Juniana. Brevitatis ergo prætereo, quæ de hac voce adferunt Monachi Benedictini, in additamentis ad *Gloſſarium* Du Fresnianum, in v. *Fala*, quæque Gothicæ L. imperitis condonari debent.

FALSA, decipere. Heims Kr. Tom. 1. p. 4. *þa grunaþi* Vani *at* Aser *munde haſa falſad þa*. Tum ſuſpicabantur Vani ſe ab Aſis deceptos fuiſſe.

FALS, falſitas, aut quod quis dicit, cui dolus ſubeſt. Knytl. S. p. 132. *Bad han eigi vara ſva diarfan, at ſegia ſlikt*: eum adeo audacem non eſſe juſſit, ut tale mendacium diceret. In Legibus vero Patriæ ſpeciatim voce hac notatur merx adulterata, uti quum pro argento ſincero venditur ſubæratum *Köp. B.* Sr. L. c. 2. §. 1. *Sæl Gulſmider fals*, ſi aurifaber argentum adulterinum vendiderit. Leges eædem definiunt *fals* eſſe, *ther man ſkyler undt medh godho*, ubi conditur malum ſub bono. v. infra in v. *flærd*.

FALSKAS, doloſe agere, technas ſtruere.

FALSKBRACKA, deceptor. Metaphora ſumta a canibus, qui inter blandiendum, data occaſione, morſicant: a vetere Al. *brac*, canis, L. B. *bracco*, unde in Legibus Friſonum *barmbracko*, canis Melitæus. Nos, demto *b*, *racka* dicere, ſuo loco docebitur.

FALSKHET, verſutia. *Falſkhet ſlår ſin egen herre på nacken*; fraus in auctorem ſæpe recidit.

FALSKE, favilla, contracte pro *fallaſka*, uti communiter dici ſolet. Occurrit id

Digitized by Google

pro ratione pronuntiandi in Gothiæ nonnullis partibus recepta, SAPIENTIÆ 2: 3. *Nær thet utſlæckt år, ſå år lifwet borto ſom en falſke.* Quum illa ſcintilla extincta eſt, abiit vita inſtar favillæ. Interpres Iſlandus idem vocabulum habet. *þegar ſa neiſte ſlocknar, þa er lifet i burtu, ſem ein fölſku.* Ratio compoſitionis manifeſta eſt a *fæla*, tegere, & *aſka*, cinis, quum favilla ſit id, quod ſuppoſitum ignem tegit. Ab eadem radice opinor Latinum hoc *favilla* ortum, ut ſolet *v* cum ſua vocali interdum ad producendas voces inſeri, ut a *Mars* fit *Mavors*, ab *æternus*, *æviternus*, &c. Ut vero ad hoc noſtrum *falaſka* redeam, pæne oblitus eram, monere, occurrere id in Lingua Alemannica, etiamſi aut inobſervatum Lexicographis, aut temere ſuſpectum. Habet OTFRIDUS Lib. V. xx: 49. *falauuiſgu*, quod nihil aliud eſt, quam noſtrum *falaſka.* Verba ejus hæc ſunt:

Thieſelben irſtantent alle - -
Uz fon thero aſgu,
Fon thera falauuiſgu.

Sermo eſt de reſurrecturis in ſupremo judicio, de quibus Auctor ait:

Illi reſurgent omnes
Ab eorum cinere,
Ab eorum favilla.

Evidens eſt, tanquam ſynonymum poſterius hoc poni. SCHILTERUS heic nimium eſt operoſus, utpote qui 1:o ab una voce duas formandas eſſe putat. 2. alteram emendandam, ut pro *fala*, *fula*, legatur. 3. hæc duo reddit a *putri prato*, quod idem eſſe docet, ac a cœmeterio. Sic ignorantia noſtra nos ſæpe Oedipos facit. Plura huc facientia v. in *fela*.

FAMLA, manibus ultro citroque pertentare, ut ſolent, qui in tenebris obambulant. Iſlandi hujus loco *falma* dicunt, quod ſine dubio verius, & origini vocabuli magis conforme. *Folmo* enim Alemannis palmum denotat, ut in illo ESAIÆ loco ab ISIDORO, *adv. Judæos* c. 4. §. 6. allato: *Huuer uuac bimila ſinero folmo*, quis ponderavit cælos palmo ſuo. PALTHENIUS eſt, cujus eruditæ obſervationi in hunc Auctorem hoc debeo, quem adi p. 406. Latinum *palmum* ejuſdem eſſe familiæ ac Alemannicum hoc *folmo*, quilibet facile perſpicit. Apud Anglos *famble* eſt hæſitare inter loquendum.

FAMN, ſinus, pars corporis inter duo brachia. Ant. *fadm.* A. S. *fæthm.* Iſl. *fadmur*, quod etiam *badmur* in EDDA Iſlandica dicitur. v. GUDM. ANDREÆ *Lexic. Iſl.* p. 21. Huic tribui WACHTERUS recte adſcribit vocem LEGIS RIPUARIÆ *adfatimire*, quæ notat conjectu feſtucæ in ſinum alterius, illum rei venditæ legitimum poſſeſſorem declarare. Dicitur idem actus in Patriæ monumentis *ſkötning* & L. B. *ſcotatio*, a *ſköt* ſinus, cui adjunge illud *laiſowerpire*, quod apud MARCULPHUM occurrit, ortum a *laiſo*, h. e. ſinu, & *werfſen*, jacere, mittere.

II. Eſt menſuræ genus, quantum vel exporrectis ulnis complecti poſſumus. Angl. *fathom.* Belg. *vadem*, *vaam*, Sax. *fadm.* *En famn hö*, quantum fœni utroque brachio tenere valemus; vel etjam eo, in longitudinem extenſo, emetiri; ita dicimus *en famn rep*, reſtis trium ulnarum, *en famn ved*, lignorum conciſorum ſtrues, tres ulnas longa & totidem lata. Originem hoc ſuam prodit ab antiquo *fatta*, capere, comprehendere.

FAMTAG, amplexus.

FAMNA, amplexari. *Hiſt.* ALEX. M. *Han famte* DARIUM *om ſin hals.* DARII collum amplexu circumdedit.

FANA, pannus. Occurrit hoc ſenſu in Lingua Moeſogothica, *fanins niujis plat*, Marc. 2: 21, panni novi aſſumentum, cui loco adde parallelum Matth. 9: 16, *duplata fanan tharibis*, aſſumentum panni rudis. Fontem vocis quærit WACHTERUS in Lat. *pannus*, hujusque in Gr. L. cognato πῆνος, tela, textura. Ut ſignificatione ſua generali vox hæc pannum denotat; ita ſpeciatim applicatur ad cujusvis generis laneas lineasve veſtes. Hinc apud Alemannos *tiſchfano* eſt mappula, *angſane*, ſudarium, & ſic alia. Inprimis vero, & frequentiore noſtri ævi uſu, deſignat

II. Vexillum. A. S. *fana.* Angl. *fane*, utpote quod conſtat ſindone perticæ affixo: Al. *Gundfano*, vexillum militare. Una cum militibus mercenariis e Germania arceſſitis, vocem hanc aliosque terminos artis bellicæ in patriam introducta fuiſſe, arbitror. Antiqui enim Scriptores ſigna ſua militaria, quæ Ducibus & Comitibus tanquam pignora dignitatis dabantur, appellata fuere, *märki* & *baner.* v. NORRSKA HIRDSKRÅ, p. 72, 102 &c. FRANC. JUNIUS nomen hoc derivat in *Etymol. Angl.* a *Φαίνειν*, oſtendere, ejus vero Editor a *ben-*

Digitized by Google

a *benda.* ill: innuere, ſignificare: ſed ſuperius allata faciunt, ut neutrius in partes concedamus.

FÅNIKA, diminutivum prioris. Ponitur tam pro ipſa aquila vel ſigno militari, quam pro certo numero peditum, hoc ſignum ſequentium. *En fænika knecktar*, ut apud ERICUM TEGEL alios que Scriptores coævos paſſim. Dico peditum, id enim diſcriminis obſervari video, ut dicatur *faner ryttare* & *fånicka fotfolk.* 2. Poſitum invenitur pro ſupparo navium. *Fæniko på maſtena*, ſupparum in malo, Eſa. 33: 23.

FÆNDRIK, ſignifer. Germ. *Fændrich*, a *fana* & *tragen*, portare.

FANEN, cacodæmon. Apud Ulphilam *Fan* reſpondet Græco κύριος, (Sarmatice *pan*) atque κατ' ἐξοχὴν tribuitur domino dominantium, Deo, uti *Marc.* 12: 29. *Fan goth unſar fan ains iſt*: Dominus, Deus noſter, Dominus unus eſt: cujus antiquæ vocis varia veſtigia in L. Latiali deprehendimus, ut dum *Fanus, a, um*, pro divino ſumitur. v. GESNERI *Theſ.* in Fanum: ſuosque Deaſtros, Panas, Faunos, Fones appellabant. Notabilis locus eſt MART. CAPELLÆ, Lib. 2. p. 41. *Ipſum quoque terram, quæ hominibus invia eſt, referciunt longævorum chori, qui habitant ſilvas, nemora, lucus, lacos, fontes ac fluvios: appellantur Panes, Fauni, Fones, Satyri Sylvani, Nymphæ, Fatus, Fatuæque, vel Fanticæ vel etiam Fanæ, a quibus fana dicta, quod ſoleant divinare.* Ab hoc vocabulo, poſtquam Theologia gentilium tot impuritatibus contaminata fuit, in abominationem a Chriſtianis converſo, ortum fuiſſe præſens, quo malum genium appellamus, auctor eſt non ſolum OL. VERELIUS, vir doctiſſimus, qui peculiare ſchediasma de hac voce Upſaliæ Anno 1698 in forma maxima edidit, ſed etiam GEORG. STIERNHIELM, in *Gloſſ. Ulphilano*; WACHTERUS in v. *Ban.* G. G. LEIBNITIUS in *Ep.* ad SPARFVENFELDIUM inſerta *Monum.* SUEN. BRING P. 2. p. 147. LOCCENIUS *Ant. Sueog.* Lib. I. c. 3. SCHILTERUS in *Gloſſ.* in v. *Fan*, & quot vidi eruditorum omnes. Sed intrepide affirmo, errare eos, & utcunque ſono congruant Ulphilanum *fan*, & Suethicum *fanen*, origine tamen ea toto cælo diſtare. Ut autem hoc certius conſtet, ſciendum eſt, veteres non *fanen* ſed *fanden* dixiſſe, uti id hodieque apud Scanos Danosque retinetur. CHRON. RHYTHM. Maj. p. 375.

The ſwaro at fanden var ther mæder,
Jurabant, Diabolum in ſocietate ejus eſſe.

Hoc vero noſtrum *fanden*, nil aliud eſt, quam *fianden*, id eſt inimicus, quo nomine in ſpecie appellatur generis humani hoſtis hic, alias in Hiſtoria OLAVI TRYGGV. p. 141. nuncupatus *ovinur allz mans kyns*, totius generis humani hoſtis. Teſtem dabo STURLÆSONIUM, Tom. 2. p. 258. *Me-þan þu brittiaþir blamen fyrir fiandann a Serklandi:* donec tu immolabas Mauros in Africa generis humani hoſti. Ita apud eundem *fianda kraft* dicitur ars diabolica. THORSTEN WIKINGS. S. p. 12. *Lioter ſem fiandenn*, deformis ut cacodæmon. In *Gloſſario* LIPSIANO *d' fiunt* exponitur diabolus, & apud AngloSaxones *feond* & *fende* eundem ſignificatum habuiſſe, docet JUNIUS in *Etym. Anglicano* in v. *fiend.* cujus hæc verba ſunt. *Cæterum uti feond Ang. Saxonibus quemvis in genere inimicum denotat; ita ſæpe Diabolus, ob inſigne humani generis odium peculiariter feond vocatur; ac Diaboli fynd, utrumque habet* CÆDMON, *pag. octavæ linea 3 & 20, quæ ipſa paſſim quoque in aliis A. S. Allamannicisque monumentis occurrunt.* Quibus addo ex fragmento *vitæ* S. MARGARETÆ, quod *Grammaticæ* hujus linguæ p. 225. edit. in fol. annexuit HICKESIUS.

He ſervede nit ant day fendes in helle.
Alle that leuedett on IHU CHRIST *e heitt hem aquelle.*

Serviit noctes dieſque Diabolis in inferno.
Omneſque credentes in JESUM CHRISTUM juſſit interficiendos.

In lingua Mœſogothica diabolus pari denominationis ratione vocatur *unbultho.* Marc. 7; 29. a part. negativa & *bulths*, amicus, unde A. S. *unhold*, inimicus, a qua voce profluxiſſe credo illam cacodæmonis appellationem, qua eum *hin hole* dicimus pro *hin obolde*, uti etiam eum *then elake* dici, SPEGELIUS obſervat in *Gloſſario.* Conf. FRAGMENTA ULPHILANA p. 22. Poſtquam hæc ita ſcripſeram, per litteras mihi narrat ex Anglia amicus, JOHANNEM GORDON, in nuper edito *Specimine Animadverſionum Criticarum in Euangelia Gothica* ſuſpicari FA, quod in C. A. occurrit, abbreviationem eſſe, quæ non *fan*

Digitized by Google

fan ſed *frauja* indicet. Scilicet ſolet Ulphilas iſtiusmodi ſcriptionis compendio primam tantum literam & terminationem nominum divinorum ponere, e.g. Jus pro Jaisus &c. Et hoc ſi tam verum eſt, quam mihi veri ſimile, excedit *Fan* e Lingua Mœſogothica.

FANSUN, forma, figura, adumbratio rei exſtruendæ aut conficiendæ. *Ezech.* 43: 11. Eſt haud dubie peregrinum, ortumque a Gallico *façon* vel It. *faccione*, quod Hiſpani *facion* exprimunt. Angli inde *faſhon* fecere & Belgæ *fatſoen*, a quibus nos forte vocabulum hoc mutuavimus. Erat, quum ex eodem hoc *fanſun* formatum verbum uſurparent Boreales, *fanſa*, hoc eſt ornare, formam ſpeciemque rei alicui addere. Utitur eo Walkendorffius, Archi-Ep. Lund. in *Litteris* ad Christiernum II. Regem, in Danske, Magazin. Tom. 2. p. 28. *Jeg lod folket följe mig til Kirkiæ wel fanzede,* meos me inſequi juſſi ad templum, rite ornatos inſtructosque. Sed ſi hoc vocabulum uſus obliteravit, veniam dedit alteri, ex eadem ſtirpe orto, *faſonlig*, decorus, formoſus. Sax. *faſſunlich.* Belg. *fatſoenlijck.* Spegelius in *Gloſſario* auguratur, *fans* vel *fant* olim formam, figuram ſignificaſſe, atque inde natales ducere tam præſens hoc, quam *ofantelig*, informis.

FANT, ſervus, cacula, famulus. Chron. Rhythm. min. p. 165.

The lupo uth och in ſom fånta.

Diſcurſitabant, ut famuli.

Chron. Maj. p. 123.

Med hofdreingom och fantom.

Cum miniſtris aulicis & ſatellitibus. In Lege Westrog. *Bard- B. c.* 5. recenſentur inter ſequioris conditionis homines. *Hvilcken legho madher, mylæra, bryti, fanter ålla allmänninx bonde*: quicunque mercenarius, molitor, actor, ſatelles aut ruſticus &c. In Lege Prov. *Saram. m. wåda.* c. 7. *Tieniſtomen eller Fånta* dicuntur illi milites aut potius armigeri, qui viro nobili & feudatario, in militiam abituro, comites erant: hoc eſt, ut ibi dicitur, *the ſom ſinom husbonda tjene och följa, ſom frælſt tjåna*: qui ſequuntur herum nobilem. Quæ verba perquam incommode tranſtulit Loccenius: qui ſuo domino ſerviunt, eumque ſequuntur, & ſpe libertatis ſerviunt. Quid vero ſit *tjåna frælſt*, explicuimus ad vocem *adel.* Sed ut ad v. *fant* iterum redeamus, habemus illam communem cum Italis, qui ſervum utriusque ſexus *fante* appellant, haud dubie inde ab eo tempore, quo Gothus multum ſuæ rei Italis demſit, multum ſui ſermonis illis relinquens. Germ. *fent.* Belg. *vent*, quod etiam præpoſita *q*, litera, *quant* & *quantje* dicitur. Wachterus a German. *fus.* A. S. *fet*, per epentheſin *fant*, hoc eſt peditem, factum putat. Sed, niſi nimium fallor, impeditior multis videbitur hæc Viri docti etymologia. Mihi in mentem venit, apud nos olim *fanter* dictos fuiſſe vilioris ſortis milites, quique impedimenta ſervabant poſt aciem, vel etiam in militiam abeuntis heri arma & ſupellectilem aliam portabant, ab Iſlandico *fans*, quod impedimenta & ſupellectilem militarem notat. Bibl. Isl. Lib. I. *Sam.* c. 17. *David lieti geimſlu þat han bar, bia þeim, ſem fanſen geymde*: David, quæ portabat, illis ſervanda dedit, qui impedimenta ſequebantur. Ut vero officiorum titulis nihil inconſtantius eſſe ſolet; ita tractu temporis nomen illud latius dimanavit, omnibus commune factum, qui dominorum juſſa faceſſebant. Aliam derivandi rationem affert Gudmundus Andreæ *Lex.* p. 65. Scilicet a *fana*, temere feſtino.

FÅNTA, ancilla. Dicitur proprie de juvenculis.

INFANTERIE, peditatus. Convenit fere inter eruditos, a *fant* hoc nomen originem ducere, ſi ab uno diſcedas Wachtero, qui, quum *fant* tam de equite, quam de pedite dici poſſe putet, vocem hanc, quam ipſi Galli peregrinam habent, derivandam vult ab Alemannico *fendeo*, phalanx. Quænam vero ratio ſit præpoſitæ primæ ſyllabæ *in*, utrobique æque difficile eſt inventu.

DRABANT, Satelles. Ol. Verelius in *Ind* p. 63. *drabant*, *drawant* corrupte dici putat pro *dragfant*; compoſitum vero tum exiſtimabitur, a *draga*, portare, Angl. *draw*, & *fant*, *fans*, impedimenta, ut ita proprie notet ſervum bajulum & in ſpecie armigerum. Nam etiamſi qui hunc titulum gerunt, tanquam Prætoriani ſatellites in honore noſtro ævo habeantur, olim tamen hoc nominis infimæ ſortis hominibus proprium fuiſſe, declarat Lex Aulica Gustavi I. quam invenies in collectione Schmedmanniana. Inter hæc ſcribendum incidi in catalogum vocum Gotho-Perſicarum, quem conſignavit Dom. Doct. Henr. Benzelius, Archi Ep. nuper Upſalienſ. ubi notat *derbaan* apud Perſas janitorem notare, quod forte vera eſt hujus

Digitized by Google

hujus vocis etymologia. FRANC FORIS OTROKOTSI in *Originibus Hungaricis* notat דרבנאין, darbonain, ſervum atrienſem Chaldaice notare.

FARA, timere. CHRON. RHYTHM. min. p. 303.

Både ſkulle venner vara,
Och ingen för annan fara.
Ambo eſſe deberent amici,
Et neuter alterum timere.

Hiſtoria ALEXANDRI M.

Och wj äre faa, thes hafven i fara.
Et nos pauci ſumus, & tamen nos timetis.

ÖSTG. L. *Eds. B.* c. 1. § 3. *Kunnu their ſiri fara, och vilja ſlya*: ſi timere inceperint, & in fugam ſe conjicere. Hodie obſolevit, ſed ita tamen, ut ſuperſit tam in compoſitis, *befara*, id. *farhoga*, timiditas; quam in linguis cognatis. Ang. *fear*, timere. Germ. *faren*, terrere. v. WACHTERUS in v. Galli *effaré* vocant attonitum, & timore ſtupentem. Ex eodem fonte ac Latinum *vereri* ortum putat WACHTERUS, cui favet uſus, qui *v* & *f* in Linguis antiquis ſæpe permiſcet. Addo *periculum* cujus radix eſſe debuit *paro* vel *pero*.

FARA, timor. Hoc ſenſu vocis dicimus, *thet är fara wärdt*, res anceps eſt, & quæ timore non careat. Belg. *vaer*. Angl. *fear*. Gall. *peur*. 2. Periculum, pari ratione ac Gr. *δεῖμα* timorem ſimul ac rem timendam denotat. *Wara i fara*, in periculo eſſe. *Stå i fara*, belli aleam experiri. v. CHRON. RHYTHM p. 398. LEX. GOTHL. phraſi illa utitur. *ligga i barnſarum*, quod eſt eniti, in actu puerperii eſſe conſtitutam, a periculo, quod puerperis minitari ſolet. Germani non abſimili modo dicunt, *in kindes nöten*.

FÆRA, terrere: verbum factivum ex ſuperiore *fara*, & perinde ac illud in ſola progenie agnoſcendum. Habemus enim *förfæra*, id. A S. *færan*, *afæran*. Al. *ferron*, *irferon*, ut docet WACHTERUS.

FARLIG, periculoſus. Belg. *gevaerlich*. Germ. *gefärlich*. A. Saxonicum *færolic*, *ferlic*, notat id, quod improviſum, inſolitum eſt. Et forte hinc eſt, quod dicamus *farlig wacker*, mire pulcer, *farlig god*, mire bonus, quo eodem ſenſu Iſlandi *ferlig* uſurpant. OL. TRYGGV. S. Edit. Skalh. Part. I. p. 137. *Eitt ferlega djupt fen*, palus mire profunda.

FARA, proficiſci ſeu terra ſiue mari. Ulph. *faran*. A. S. *færan*. Al. *faren*. Germ. *faren*. Belg. *vaeren*. Angl. *fare*. Qui vocis adeo antiquæ fontem indagare ſtudent, eam ſibi inveniſſe viſi ſunt vel in *Φέρειν* ferre, ut STIERNHIELMIUS, in *Gloſſ. Ulph.* vel in *περᾶν*, tranſire, ut JUNIUS, vel in Laconum *πὸρ*, pes. Uſurpatur verbum illud proprie de motu phyſico ab uno loco in alium: methaphoricos vero ſignificatus varios habet, inprimis, de curſu & profectu rei alicujus adhibitum, idem eſt, ac

II. Perire. Hinc *faren* dicitur, qui eſſe deſiit. Hiſt. ALEX. MAGNI RHYTHM.

Swa åra farne marge Kämpa ſlera.
Ita eſſe deſiere multi Heroes.

Iſl. id. HEIMS KR. Tom. I. p. 379. *Sviar mæla þeſſu i mot, oc telia hiegoma, at þar hafi men fariþ*: verum contradicunt Suiones, nugaſque eos agere ajunt, qui perhibent, aliquos ibi periiſſe. OL. TRYGGV. S. P. 2. p. 26. *Gorumſt ver nu farner af lauſa fe*: jam perdidimus pecuniam noſtram. Vide plura infra in *förfara*: & confer Lat. *pereo perdo*, interque conferendum cogita, utrum deſtruendi ſignificatio particulæ *per* ſit adſignanda, an vero alius fontis ſit vocabulum.

III. Notat agere, agendi modum ſequi. *Fara väl med en*, clementer quempiam habere. HEIMS KR. T. I. p. 145 *Hvi fer Kongurin nu ſva*, cur Rex ita agit: eſt hinc quod *fora* pro conſuetudine vel modo agendi uſurpetur. *Hvad är thet för fora*, quis hic agendi modus eſt? *Skamföra* eſt ignominioſe tractare.

IV. In veneficiis uſurpatur, de infortuniis & damnis, quæ arte diabolica emittuntur. Hinc in Pſalmo DAVIDICO, *then ſjuka ſom om middagen far*, morbus, qui meridie emittitur. Belgice *varende wyf* vocatur venefica, quæ per aëra vagatur, nec non turbo ſubitus, utpote qui magicis artibus excitari creditur.

FARSOT, morbus mala arte immiſſus, & dein qui late vagatus alios inficit, uti peſtis & id genus alia, niſi potius hac voce intelligi debeat morbus repente enecans, uti AngloSaxones *færdeath* appellant mortem repentinam, *færcvealme*, id. Conf. *færinga*, ſubito, *færlice*, id. *fær*, ſubitaneus.

V. Valere. Eſt hinc, quod ſalutandi formulam habemus, *farväl*, vale. Angl. *farewell*. Iidem, quid agant amici, quæſituri, *how fareth he* dicunt, i. e. quomodo valet. Belg. *hoe vaert hij*. v. KILIAN.

VI. Colere, ubi de agro exercendo ſermo eſt. WESTM. L. *Jord. B.* c. 36. *Hawer man eghn i by annars, will ej ſialfver fara*: Si quis agrum habeat in

in villa aliena, eumque ipſe colere noluerit. *Bygg.* B. L. L. c. 56 *Far någor gamla ſkipt, ſedan ny år akommen:* Si quis coluerit arva antiqua, poſtquam nova ſupervenit partitio. Notari meretur, in LEGIBUS BURGUNDIONUM, colonos, qui aliena arva colebant, appellatos fuiſſe *faramannos*. Derivatum hinc eſt *fòrſara*, negligere, incultum relinquere, pro ſolita particulæ *fòr* ſignificatione deſtructiva. Pæne oblitus eram, addere, HESYCHIO teſte, veteres Græcos Φαρεῖν dixiſſe pro ἀρεῖν, arare. Conf. H. STEPHANI, *Thes.* T. I. p. 543. Nonne id Græci primis regionis hujus incolis, Scythis, debent?

VI. Induere, *fara i ſin båſta klådher*, optimas veſtes ſuas induere. MARG. WADSTEN. CHRON. p. 10. Conf. ÖSTG. L. *Gipt. B.* c. 15. Similiter *fara ur* eſt exuere, quo utroque loquendi modo utuntur etjam Iſlandi.

VII. Inceſſere, ut dum dicimus *fara öfver en med hugg och ſlag*, verberibus aliquem petere. *Han for öfwer mig med ſkällsord:* conviciis me oneravit. Occurrit etjam non raro *iverfara* in veteribus Statutis in ſenſu violentiam exercendi. Vide *Addit.* ad BIÖRKÖ R. p. 13. §. 11. *Bidium wi alla mæn the iwer bawa farit*, rogamus omnes, qui alios læſerunt. cfr. p. 18. §. 24. Hinc *orþafari*, convicia. BIÖRKÖ R. c. 20. §. 5. *Iorþafari æru þær eig högre en andri mæn.* Quod ad convicia attinet, (lictoribus illata) gravius non plectuntur, quam in alios ingeſta.

FARKOST, omne id, quo iter fit, equus, navis &c. HELS. L. *Wider. B.* Cap. 24. *Taker man hæſt annars, æller bath, æller adhra farkoſti:* ſi quis capiat equum alterius, aut ſcapham aut aliud itineris inſtrumentum. v. infra in *koſt.*

FARTYG, id. Hodie utrumque uſus reſtrinxit ad navigia.

FARDAG, tempus in lege conſtitutum, quo veteres coloni migrant, locum facturi novis. v. L. L. *Jord. B.* c 24. WESTG. L. h. t. c. 14.

FARFÄST, vector, qui pro naulo locum ſibi in nave pactus eſt: a *fæſta*, paciſci. LEG. BIRC. c. 19. *Þa ſkulu þer raþa, ſum flere eru farfäſte:* tum illa ſententia prævalebit, in quam plures vectorum conceſſerint. Ita nempe locus hic legendus, qui in Codice impreſſo peſſime habitus eſt. Confer. *Skipm. B.* c. 11.

FARLATIN, in itinere impeditus, qui perdit iter ſuum, DAL. L. c. 20. *Görs bonde farlatin.* Contrarium eſt *farboen*, itineri accinctus.

FARNÖTE, ſocietas. Iſl. *faroneiti*, id. In Legibus patriis ſæpe occurrit, *vara i flock och farnöte*, eſſe in comitatu perpetrantium aliquod facinus. v. infra in *note.*

FART, curſus: *Skeppet år i fart*, navis in curſu eſt. Deinde de quovis velociori progreſſu ſumitur. Ut dum de tardo dicimus, *Det har ingen fart med honom:* actiones ejus non procedunt, nil movet. *Med fart*, adverbialiter uſurpatum cito notat. *Framfart*, ſucceſſus: Conf. dicta ad vocem *farſjuka.*

FARWÆG, via publica.

FÆRD, curſus, iter. v. ſuo loco.

FORA, vectura, item modus agendi, uti ſupra notatum.

FARA, acquirere. Occurrit hocce ſenſu in WESTG. L. *Jord. B.* c. 8. §. 3. *Wårdher jordh farin, ſidhan hjon tu komæ ſamæn:* Si ager acquiratur, poſtquam duo conjuges in matrimonium convenerunt. LOCCENIUS hoc loco vertit, colatur, ſed emendatur a CAR. LUNDIO, facem præferente ſerie orationis. Conſpirat Latinum *paro*, *comparo.*

FARA, experiri. Al. *faran.* Iſl. *fara.* HEIMS KR. Tom. I. p. 38. *Wel orþum farin*, bene in loquendo peritus, expertus. cfr. KNYTL. S. p. 18. Habemus hinc reſidua *erfara*, *förſara.* id. *erfarenhet*, uſus, pro habitu ſumtus, *förfarenhet*, experientia pro actu. *Lagfaren*, juris peritus. Latium ægre docuerit, unde habeat *experiri*, *peritus*, niſi nos radicem monſtremus. Nec procul abludit Gr. πειράζω, tento. Oblitus eram monere, Anglo-Saxones vel potius Norrmanno-Saxones *aferen* hoc ſenſu uſurpaſſe, quod me docet Hiſtoria S. MARGARETÆ, allata ab HICKESIO in *Grammat.* A. S. p. 228. v. 41.

FARA, coire. Al. *faren.* Iſl. *fara*, unde *kuennafar*, coitus cum muliere. OL. TRYGGV. *Hiſt.* Ed. Skalh. P. 1. p. 231. *ſamfaraſt*, coire: HEIMS KR. Tom. I. p. 10. *Hun vilde ecke vid han ſamfaraſt:* noluit, cum cum eo rem habere. Apud Longobardos *fara* generationem, familiam denotavit, id quod WACHTERUS probat auctoritate PAULI DIACONI Legumque Longobardicarum. Prioris verba in *Hiſtoria* hujus gentis Lib. 2: c. 9. hæc legimus: GISULFUS *non prius ſe regimen civitatis & populi ſuſcepturum edixit, niſi ei, quas ipſe eligere voluiſſet, Longobardorum* PHARAS, *hoc eſt, generationes vel lineas tri-*

Digitized by Google

tribueret. Legis vero, quæ citat, verba hæc ſunt, Lib. 3. Tit. 14. *Si quis liber homo migrare voluerit aliquo, poteſtatem habeat - - cum* FARA *ſua migrandi, quo voluerit.* Credit idem vir doctiſſimus Latinorum *omnifarius*, quod eſt omnigenus, ex eodem hoc fonte profluxiſſe. Dixero idem de voce *pario*, quod licet uſus reſtrinxerit ad actum enitendi, adeoque feminino ſexui proprium fecerit, oſtendit tamen vox *parentis*, utrique communis, latiorem ejus olim fuiſſe ſignificatum.

FARGALT, verres. Germanis *farr*, bovem initorem notat. A. S. *fearr*, taurus. Latinos olim aliquid hujusmodi habuiſſe, indicare videntur *vervex*, *veretrum*, *verpus*, &c.

FARA, dolus: in formula *utan fara.* v. infra in *ongefær.*

FASA, vereri. *Jag faſar therfӧre*, rem hanc horreo, unde *faſelig*, terribilis. SPEGEL in *Gloſſ.* aliquam affinitatem hæc inter & Lat. *faſcino* intercedere credit. Mihi vero ſedet, nihil differre hanc vocem a priori *fara*, timere, niſi quod *ſ* locum τȣ *r* heic occupet, quo in Linguis Aquilonaribus nihil eſt frequentius: e. g. *fӧrlora*, perdere. *fӧrliſa.* id. *kora*, eligere, *keſa.* id. *hare*, lepus, Germ. *haſe. kar*, vas, *kas*, Ulph. id. ut innumera alia prætercam.

FAST, firmus, immobilis: *faſt egendom*, bona ſoli, quibus opponuntur *lӧs egendom*, bona mobilia. A. S. *faſt, fæſt.* Al. *veſti, faſto.* Belg. *vaſt.* Iſl. *faſtur.* Germ. *veſt.* In Lingua Mœſogothica veſtigia hujus vocis proſtant in *faſtan*, ſervare, unde eſt *vitodafaſteis*, legis ſervator. Luc. 10: 25.

II. Deprehenſus, captus. *Taga en faſt*, aliquem injecta manu prehendere. Et quemadmodum Latini dicunt, deprehendi criminis, ita nos quoque dicimus, *han är faſt fӧr then beſkyllningen:* metaphorice de eo uſurpatur, qui rem aliquam forte fortuna emendo ſuam fecit, *han är faſt therfӧre.* Conf. Angl. *faſten upon*, apprehendere. Germ. *faſſen*, id.

III. Contiguus. Hinc in Legibus Patriis pratum, quod immediate agro cohæret, dicitur *åkerfaſt äng.* In CODICE GOTHL. c. 25. §. 4. *þair ſum aighn aighu a faſta*, qui terras habent continentes. In iisdem legibus *akr tafaſtr* eſt ager, qui viæ adjacet, a *tæ*, via inter duas ſepes.

IV. Dicitur de jumentis, quæ caſtrata non ſunt. LEX. GOTHL. c. 17. §. 4. *Galltr en han þria vintra faſtr gångit:* verres, ſi tres annos habeat, nondum caſtratus, cfr. c. 43. HADORPHIUS in jndice ad haſce leges contrarium voci ſenſum tribuit, ſed abnuente ſerie orationis.

FAST, firmiter, ut ægre demoveri queat. *Sitta faſt i ſadelen:* firmiter ephippio inhærere. 2. Adjectivis præpoſitum ſignificationem intendit: ut in hymno Sacro, N:o 410: v. 4. *faſt lik*, valde ſimilis vel ſimillimus, *faſt ogerna*, ægerrime. Germani *faſt* eodem ſenſu uſurpant, ut Pſ. 89: 8. obſervante WACHTERO, *Gott iſt. faſt mächtig*, Deus valde potens eſt. Docet HICKESIUS in *Grammatica* A. S. edit. in 4:to p. 21. in illa Lingua *fæſt* a comparativo ſuperlativum, perinde ac apud nos, formare, ſed ita tamen, ut ibi poſtponatur ſuæ voci, e. g. *valdurfæſt*, valde glorioſus. 3. Notat cito, celeriter. CHRON. RHYTHM.

INGELBRICKT *lot tédhan haſta*,
Til Nykӧping red han faſta.
ENGELBERTUS inde feſtinans
Curſu propero Nycopiam petit.

C. B. *ffeſt*, properus, citus. Angl. *faſt: faſt in pace.* Iſl. *faſt.* 2. *Reg.* 4. *Keyr faſt*, accelera gradum. Latinum *feſtinus* ſi ex communi fonte pullulaſſe, dixero, minus credo abſurdus fuero, quam VERRIUS FLACCUS, qui feſtinare a fando derivavit, aut etiam A. GELLIUS, in *Noctibus Atticis*, Lib. XVI. c. 14. qui FLACCUM emendaturus, a *feſſus* hanc vocem derivat. Confer *fus*, citus, *fyſa*, properare.

FAST, quamvis: *Faſt bӧrjan är ſwår, kan åndan bliſwa lyckelig:* Utut initium grave ſit, finis felix eſſe poterit. Addi ſolet *än*, *faſtän*, id. Iſlandi pro eo *fyrſt* uſurpant. ROLF KRAKES S. p. 75. *Husbondinn ſagdeſt ecki viſa bonum i burt a nattar Þele, fyrſt han væri okunnuger:* herus dicebat, ſe eum non arcere domo, qvamvis ignotus eſſet. Fieri vero facile potuit, ut *fyrſt* in *farſt*, & dein in *faſt* commutaretur.

FASTA dicitur actus ille forenſis, quo emtori plenaria rei venditæ poſſeſſio adjudicatur, poſtquam certo, & in Lege definito, tempore contractus hic publice annuntiatus eſt. Ortum trahere creditur a *faſt*, firmus, quum contractum firmet roboretque, vel etiam a *feſtuca*, uti vult SPEGELIUS in *Gloſſ.* p. 101. quia nempe in more poſitum fuit veteribus, ut venditores, in ſignum factæ abalienationis, feſtucam in emtoris ſinum mitterent. In poſteriore vero hac Etymologia id me movet, quod peregrina ſit, nec veri videatur ſimile, Majores noſtros phraſin exoticam in re adeo crebri uſus adhibere voluiſſe. Mihi in mentem venit, quum veteres utplurimum junctis dextris omnes ſuas conventiones abſolverent, (id quod de emtionibus in ſpecie & præciſe ſancit LEX

 WE-

Digitized by Google

WESTROG. *Jord.* B. c. 2. *Köpe ſkal taka at thes hænde, är jord ſæt*: Emtor illius dextram tangere debet, qui vendit, & infra: *ther aller ſkulu taka i hand - - - tha är ok köp fäſtum bundit*: illi omnes dextras jungent, & tum rata erit emtio;) *faſta* nil aliud proprie ſignificare, quam dextram coram judice a venditore emtori datam, qui actus *fæſta* & *handfæſta* in veteri lingua dicebatur. HEIMS. KR. Tom. I. p. 648. *Geck þa Þorer fram til feſto*: tum prodiens THORERUS ſtipulata manu vadimonium accepit. Ib. p. 548. *Geck þa Þorcel til, oc feſte Jarli þetta alt.* Proceſſit itaque THORKILLUS, & ſtipulata manu hæc omnia Comiti promiſit. cfr. p. 547 STURLÖG. S. *Rietter Jarl framm höndinna, og feſter könge döttur ſina*: Porrigit Comes dextram, regique promittit filiam ſuam. Hinc *handfeſtning* dicitur promiſſio facta ſtipulata manu vel junctis dextris: l. c. Tom. 2. p.: 260. *Han ſagþiſt hafa geſit handfeſtning uppa þat*, dixit enim, ſe juncta dextra id promiſiſſe: *wara i feſto* dicitur res, quam alter alteri data manu promiſit. ib. p. 169. AngloSaxonum *handfæſtan* eſt promittere, mancipare, quod alias *handſyllan* dicitur, & *handfæſtung*, teſte SOMNERO, mancipatio. In eadem AngloSaxonum Lingua *fæſtan* & *befæſtan* notat etiam tradere: e. g. Luc. 12: 48. *tham the hig mycel befæſtun, hi mycel biddath*: cui multa tradita, multa eum poſcit: quæ ſignificatio in contractibus appoſite locum habet, quum traditio ibi utramque olim paginam fecerit. cfr. Cap. 25: 27. Eſt ex hoc noſtro *faſta, fæſta*, quod viri eruditi, SCHILTERUS & GUNDLINGIUS ortam credant diſtinctionem veteris Fori inter pacta nuda & *veſtita*, qua poſteriori voce intelliguntur ejuſmodi pacta, quæ ſolenni aliquo ritu confirmata ſunt, ſecus ac priora, quæ ſola contrahentium fide nituntur. v. GUNDLINGIANA, Part. 12. p. 162. Quibus addi poterit, ex eodem fonte haud dubie promanaſſe celebrem *inveſtituræ* terminum, quæ nihil aliud eſt, quam ſolennis addictio feudi alicujus, facta ſive ſtipulata manu, ſive alio quocunque ſymbolo externo.

FASTEBREF dicitur teſtimonium illud, quo judex ſolenni formula, chartæ mandata, rei venditæ quempiam legitimum eſſe poſſeſſorem, fidem facit. Brevitatis ergo omittitur interdum *bref*, litteræque ipſæ *faſta* dicuntur, quemadmodum apud Alemannos *feſti* uſurpatum invenitur pro chirographo & conſcriptione quacumque. v. SCHILTERI *Gloſſ* p. 295. LEX vetus ALEMANNICA apud eundem. *Wir ſprechen das brief beſſer ſein als gezeugen. Wann die gezeugen ſterben, ſo bleiben die briefe ymmer ſtet: das heiſſent Hantfeſten*: Statuimus, literas meliores eſſe teſtibus. Quum enim teſtes moriuntur, litera ſcripta manet, id vocatur *Handtfeſte*.

FASTA vel *faſter* dicebatur: qui contractui inito ita aderat, ut dextram ſuam contrahentium dextris adjungeret, & fidejuberet, contractum hunc ratum futurum. A. S. *faſter man*, fidejuſſor. In Codice CHRISTOPHORIANO 12 ejuſmodi fidejuſſores requiruntur. L. L. *Jord.* B. c. 10. qui in pandectis noſtris ubique diſtinguuntur a *wittnen* ſeu teſtibus, uti dum in JURE HELSINGICO de dono ſponſi, poſtridie nuptiarum ſponſæ conferendo, ſancitur, ſi bona ſoli fuerint, adeſſe debere fidejuſſores, *faſtar*; ſin vero bona mobilia, ſatis eſſe, ſi id fiat in præſentia teſtium. Ceterum pro diverſitate contractuum diverſa nomina ſortiebantur hi fidejuſſores, *Odalfaſta, ſtyrisfaſta* &c. v. WESTG. L. *Jord.* B. c. 2. §. 3. & quæ de his commentantur Juriſperiti.

FASTNA, adhæreſcere: ut ſolent deſinentia in *na* æquipollere verbis Latinorum in *ſco* exeuntibus, ut amplius docetur ad v. *ſtadna*.

FÆSTA, firmare quocunque modo, phyſico aut morali, *fäſta i ſitt minne*, memoriæ firmiter imprimere. A. S. *fæſtnian*. 2 Senſu eccleſiaſtico notat ſponſalium ſolenni ritu ſponſam ſponſo addicere: unde *fäſtemö*, ſponſa, *fäſteman*, ſponſus, *fäſtningering*, annulus pronubus: *faſta* & *handfæſtnad*, ſponſalia. WESTG. L. *Gipt.* B. c. 2. ſcilicet ab actu dextras jungendi, unde heic additur: *thagbar är handum ſamantakit*: ubi dextræ junctæ fuerint. 3. Senſu forenſi varie uſurpatur: e. g. *fæſta ed*, quod eſt de juramento præſtando cautionem dare. v. L. L. *Kirk.* B. c. 15. Latino Barbari, *wadiare* legem dixere & ADRHAMIRE. v. SPELMANNI *Archæol.* p. 364. & infra in *ram*, manus. Apud eoſdem *firmare* juramentum, eſt juramentum calumniæ edere, docente DU FRESNE in *Gloſſario Lat.* Præter hæc, *fæſta köp*, eſt de futura emtione ſtipulari, unde *fæſtepening* dicitur arrha, quæ datur pignori futuræ emtionis. *Fæſtandafæ*, in L. UPLANDICA, *Arfd.* B. c. 1. §. 1. vocatur donum a ſponſo futuro ſocero aut proximo cognato dandum, tanquam arrha inſecuturi matrimonii.

FÄSTE, firmamentum. A. S *fæſtenne*, Germ. *veſte*. Uſurpatur in genere de quovis fulcro & actu firmandi comprehendendive. Ita dicimus, *få fäſte på*, alicui adeo appropinquare, ut manum injicere queas. *Få ögonfäſte på något*, oculis inſequi, & velut apprehendere. Non dubito, quin Latium aliquid habuerit, quod huic lucem addere potuiſſet, ſi veterem illius ſermonem ſuperſtitem haberemus. *Manifeſtus* enim nil aliud indicat, niſi quem manu prehendere queas, uti etiam *infeſtus* proprie is eſt, qui te, quaſi prehenſurus, adoritur, unde

de

Digitized by Google

de *infeſto* gladio petere, *infeſta* ſigna inferre. 2. De cælo, ut patet ex hiſtoria creationis. Novus vero hic ſignificatus eſt, formatusque ad exprimendum Lat. firmamentum. 3. de arce, munimento. A. S. *fæſten*, *fæſtenne*. Al. *veſti*. Germ. *veſte*. Hinc *fåſtning*, id. 4. notat retinaculum vel funem, qui navim alligat. v. Act 27: 32.

FÆSTBANDS STOCK, faſtigium ſive trabs ſuprema, quæ in ipſo culmine ædificium continet. Latini inferiores *feſtum* eodem ſenſu uſurparunt, unde *feſtagium*, de quo conſuli poterit Du Fresne. Galli ſuum *faite* inde ſumſiſſe videntur.

FASTA, jejunare. Ulph. *faſtan*. Marc. 2: 19. A. S. *faſtan*. Iſl. *faſta*. Germ. *faſten*. Angl. *faſte*. Fenn. *paaſton*. Orta hæc omnia docet quidem Junius a Gr. *ἄπαςος*, jejunus, qui nihil deguſtavit, ſed hanc etymologiam merito in dubium vocat Wachterus; ſatius ducens, credere, *faſta* hoc origine nihil differre a Mœſogothico *faſtan*, ſervare. Joh. 8: 55. *Vaurds is faſta*, ſermonem ejus ſervo; quum jejunia, tanquam peculiaris eccleſiæ obſervantia, non tantum ſingulari religione obita fuerint, ſed & præcipuum lithurgiæ caput conſtituerint. Quod in primis Virum eruditum, ut hanc etymologiam amplecteretur, permovit, fuit, quod apud Scriptores Eccleſiaſticos *obſervare* & *jejunare* pro ſynonymis uſurpentur. Ego ad confirmandam hanc ejus opinionem addo, in Lingua Anglo-Saxonum jejunare dici *æw faſtan*, quod proprie notat legem obſervare: uti in legibus patriis dies jejuniorum nuncupantur *ſatta faſtudaga ok ſkipada*, h. e. dies abſtinentiæ conſtituti & injuncti. Upl. L. *Kirk. B.* c. 17: conf. Tertullianus de *Jejun.* c. 13. Generali appellatione hæ cerithe moniæ in veteri Lingua Iſlandica appellantur *bindindi*, a *binda*, ligare. v. *Hiſt.* Olavi Tryggv. Ed. Skalh. P. 2. p. 5. Quæ heic attulimus, etiam lucem inde fœnerari videntur, quod vetus eccleſia diſtinctionem fecerit inter ſtationes & jejunia: illæ nempe erant *ſtatutorum dierum obſervatio ex lege præcepta*, ut habet Rhabanus Maurus, de *Inſtit. Clericorum: Lib. 1. Cap. 18.* jejunium vero fuit cujuslibet alterius diei abſtinentia. Conf. infra in *fórma*. Carolus Fr. Liungberg in libro, cui titulum dedit, *Svenſka ſpråkets redighet*, *faſta* derivandum putat a *föda* (p. 64.) Sed præterquam quod ita vis inferatur literis, ægre cuiquam perſuaſerit, jejunia per meram antiphraſin ab alendo dici. Simile eſt, quod Perottus famem derivat *ἀπὸ τῦ φαγεῖν*, ab edendo.

FASTA, jejunium. *Hålla faſta*, jejunium obſervare. Apud Iſlandos, uti nuper monitum, dicitur *bindendi* vel *bindende*, a voluntaria illa obligatione, quam ineunt jejunium obſervaturi. Ol. Tryggv. S. P. 2. p. 5. *þionudu Gud med margfaldri bindindi*: Deo ſervierunt variis obſervationibus. 2. Ipſum jejunii tempus, in primis illud quadrageſimale, alias *longfaſtan* a nobis dictum: cujus medium dicitur *midfaſta*, & feſtum conceptionis B. Virginis, *Wårfrudag i faſtan*.

FASTELAGEN, dies Lunæ poſt dominicam Eſto mihi. Germ. *faſtelabend*. Belg. *vaſtelavon*. Dan. *faſtelaun*: unde *g*, ut ſæpe, inſerto, *faſtelagen* fecimus. Ad vocem *afton* vero obſervavimus, vigilias diesque feſtum aliquod præcedentes, *afton*, *abend*, dici ſolere. Quum porro hoc tempore variis in locis incipiant ludi illi mimici, qui vix animo ad gravitatem compoſito, nedum Chriſtiano cœtui, mortem Salvatoris ſui commemoraturo, conveniunt; hinc *faſtelagen* ſumi ſolet pro ludicro. Sic narratur Petrus Sunnanvåder a Tegelio, in *Hiſt.* Gust. I. in urbem Holmenſem inductus fuiſſe, *med faſtelagen och ſpått*, cum ignominia & irriſione. Apud eundem, Tom. I: p. 128. timuiſſe dicitur Rex hic glorioſiſſimus, *att ſlika faſtelager fóretogos med Honom, ſom med framfarna Herrar i Sverige:* ne eodem modo ille ludus fiat, ac olim Principum perſonæ in Suecia. Conf. p. 160. Recess. Arosiensis, apud Stiernmannum, in *Actis Publicis*. Tom. I. p. 58. & 65. *Dialogus* de *Miſſa*, p. 35.

FAT, vas cujuscunque generis: A. S. *fat*, *fatta*. Al. *faz*. C. B. *ffettan*. Germ. *faſſ*. Belg. *vat*. Angl. *fatt*. Hinc. *twættfat*, gutturnium, *ölfat*, cadus cereviſiæ condendæ deſtinatus. Inter vocem Suethicam & Latinam manifeſtam cognationem deprehenderit, qui in ſtudio Etymologico plane hoſpes non fuerit, noritque, nihil fieri frequentius, quam ut *v* & *f* nec non *ſ* & *t* alternent vices. Utriusque mutationis exempla alibi paſſim damus. Sed ita tamen nondum conſtat, utrum eandem vocem nos Latio debeamus, an illud nobis. Communiter tamen *fat*, prout receptaculum notat, quo res tam liquidæ quam aliæ conduntur. e. g. Iſl. *budfat*, mantica coriacea, *winfat* cadus vini, ortum creditur a *fátta*, Germ.

faſſen, capere, continere. Gothi exteri pro noſtro fat, *kas* uſurpant, teſte Codice Argenteo, *f* in *k* tranſeunte.

II. Sive contentum ponatur pro continente, ſive quod vaſa magnam rei domeſticæ partem apud veteres conſtituerint, uſurpatur pro ſupellectile quavis. Westg. L. *Kyrk. B.* c. 12. §. 4. *Gåſter dör at bonda, taki öres mun af fatum bans, ock giwi Præſtin ſiri lægerſtad*: Si hoſpes moriatur apud patrem familias, ſolidi æſtimatio capietur ex ejus ſupellectile, deturque Presbytero pro ſepultura ejus. Heims. Kr. Tom. 2. p. 18. *Bidia buſkarla mina baſa hvort fat a ſkipi*: jube ſervos meos, omnem ſupellectilem meam in naves aſportare. Docent Lexicographi L. Latinæ, ſenſu plane gemino *vas* apud veteres uſurpari, unde conclamare vaſa, &c.

III. Notat veſtes: pro quo alias *wat*, *wad*, occurrit, ut ſuo loco trademus. Bibl. Isl. Matth. 9: 16. *Eingen ſettur boot aff nyu klæde a gammalt fat*, nemo ponit commiſſuram panni novi in veſtimento veteri. Lev. 15. *þvo ſin föt*, veſtes ſuas lavare. Hinc in Lege Westrogothica *meſſufat*, habitus ſacerdotalis, quo inter ſacra faciendum utitur. Belg. *meſſgewat*. Germ. *gewand*. Galli Languedocienſes *fato* appellant veſtes laceras & detritas. ut docet Dictionaire Languedocien, p. 199.

IV. Specialim ponitur pro lance, quæ menſis apponitur: Latinum *patina* cognatæ originis eſſe videtur.

V. Eſt menſura tam liquidorum, quam aridorum: priori modo ſumtum dolium indicat 60 cantharorum, poſteriori vero 64:tam tonnæ partem. Belgæ etiam *vat* hoc ſenſu uſurpant, *vat korens*, quod Kilianus interpretatur *twee veertelen*.

FATABUR, domus, in qua veſtes & alia utenſilia conduntur. Matth. 12: 35 a *bur*, domus, quod ſuo loco quære. Galli *guarderobe* dicunt.

FAT, defectus, ubi numero vel quantitati debitæ aliquid deeſt. Chron. Rhythm. p. 25.

Tha them var faat, lade han til.
Quum aliquid dedrat, ipſe ſupplevit.

Östg. L. *Wad. B.* c. 1. §. 9. *Gialdi thet, ſum fat är*: Rependat id, quod deficit. St. L. *Kirk. B.* c. 3. *Båttra til thet fatar*, reparare id, quod deficit. Ab initio videtur tantummodo uſurpatum de defectu in numero, a *få*, paucus, & tandem tranſlatum ad omne id, quod in re quavis parum eſt. Uſurpatur etiam frequenter in ſcriptis medii ævi cum præfixo *a*, *afat*, ut ſupra p. 64. obſervavimus.

FATAS, vel, ut communior ſcripturæ pronuntiationisque ratio eſt, *fattas*, deficere, deeſſe. Iſl. *fataſt*, quod vi vocis denotat numero diminui, alias *fæckaſt*. Pſ. 12. *Hiner beiloger eru fæckader*, Sancti ad paucitatem redacti ſunt: nec non *færras*. Upl. L. *Jord.* B. c. 3. *Kunna pæningar færras*, accidere poteſt, ut opes diminuantur, & tandem *fætta*. Heims. Kr. Tom. 1. p. 576. *Röddi.* Sigurþur *þa um at fætta ſkylldi buſkarla.* Monuit Sigurdus, ut numerum domeſticorum minueret. Ab hoc *fätta*, dimunere, eſt verbum neutrum *fataſt*, diminui, deficere.

AFLFATTR, quem vires deficiunt. Ab *afl*, vis. Ol. Tryggv. S. Part. 2. p. 206. edit. Skalh. Latini *fatiſcor*, & inde ortum, *defetiſcor*, habent, neſcii, qui vocis hujus ſuæ natales ſint: quam enim Etymogi afferunt originem a *fatim* & *bisco*, inſulſa nemini non videbitur.

ANDFÅDD, aſthmaticus, qui ægre anhelitum ducit: proprie cui deſit anhelitus, quaſi *andfatt*.

FAT, clitellæ vel quantum clitellis imponi poteſt. Skåne L. Lib. 8: c. 1. *Ridher han, är förſt bitter, takæ ſæ bæſtfat*: Si equo vehatur, qui primus (mortuam balænam) invenerit, ſibi habeat, quantum clitellis imponere valuerit. Crediderо, idem eſſe vocabulum, quod Germani *baſt*, Itali *baſto*, Galli *bat*, Latino Barbari *baſta*, *baſtum* appellant, ut ſolet in noſtra lingua *b* & *f* alternis poni. Italicum *baſto* Ferrarius ortum putat a *βαςάζω*, porto, bajulo.

FATING, faſcia, ab humero transverſum corpus cingens, & ordinis alicujus militaris teſſera diſtinctiva. Vocula illa occurrit in *Chronico* Margaretæ Wadſtenenſis, p. 14. inter ornamenta equeſtria Caroli, filii S. Brigittæ. In epiſtola, quam ad Olavum Celsium, S. S. Theologiæ Doctorem & Paſtorem ad S. Jacobi Metropoleos noſtræ, tunc Hiſtoriarum Profeſſorem Celeberrimum Scripſi, inſerta diſſertationi de *Ordinibus Equeſtribus Sueciæ* conjeci, voce hac intelligi fibulam, qua conſtringebantur laxiores veterum veſtes, *fattwing* in *fating* contracto, a *fat*, veſtis & *twinga*, conſtringere: pari modo ac ab eadem origine calceorum corrigias *ſkotväng* dictas fuiſſe, conſtat. Ut vero dies diem docet; ita poſtea anim-

ad-

Digitized by Google

madverti, peregrinam vocem eſſe, quæque cum ipſis dignitatis hujus inſignibus in patriam noſtram immigraverit. Denotat illa vero, uti dixi, faſciam illam, quam ordinis ſui inſigne Equites Aurati geſtant. Didici id ex veteri Gloſſario, GEMMA GEMMARUM dicto, ubi *vatting* pro ejusmodi inſtita occurrit, ortum, uti videtur, a *vatten*, comprehendere, ambire. Verba ejus hæc ſunt. *Halsbant*, *kelbant*, *ketten*, *boſken*, *vatinge*, *worpel*, *ſele*, quæ Latine ſic explicantur: Collarium, murænula, catenula. Videmus ibi *vatting*, *werpel* & *ſele* tanquam ſynonyma conjungi: *ſele* vero eſt jugum quod collo eqorum immittitur, & per metaphoram, in inferioribus Sueciæ partibus, faſcia ab humeris pendula, cui innexa femoralia ſuſtentantur, ne defluant.

FATT, conſtitutus, factus, ut dum dicimus *i ſå fatta omſtåndigheter*, in tali rerum articulo, quod alias dicitur *i ſå beſkaffade omſtåndigheter: jag wet ej huru thet år fatt*, neſcio, quomodo ſe res habeat. Vox novitia eſt, & quam neſcio, an peregre mutuaverimus, forte a Gallico *fait*. It. *fatto*. Lat. *factus*. Nam loco ejus quod Galli habent, *il eſt tellement fait*, nos dicimus *han år ſå fatt*.

OFATT, ineptus. *Bæra ſig ofatt åt*, inepte ſe gerere: *ofatt ſtor*, qui immodice magnus eſt.

OFANTELIG dicitur de iis, qui nimia mole laborant; *n* per epentheſin in noſtra L. ſæpe inſeri, & inprimis in medio vocis locum occupare conſonæ geminatæ, pluribus exemplis alias demonſtravimus v. *Catalogus Regum not. Criticis illuſtrat.* p. 115.

FATTA, capere, prehendere: Belg. *vatten*. Germ. *faſſen*. In antiquioribus dialectis vocem hanc non inveniri, obſervat, & ſimul miratur WACHTERUS, dum tot tamen ejus exſtant manifeſtæ vetuſtatis derivata. Sed utcunque raro virum ſolertiſſimum quidpiam hujusmodi prætereat; videbimus tamen mox, illam AngloSaxonibus haud quaquam fuiſſe peregrinam. Eſt vero *fatta* frequentativum verbi *få*, quod in præterito *feck* habet. Hoc noſtrum manifeſta cognatione attingunt A. S. *feccan*, *fecceau*, *fettan*, *fettigean*, quæ, etſi omiſſa a Gloſſographis, SOMNERO & BENSONIO, adſero tamen fide FRANCISCI JUNII, qui ea in monumentis hujus linguæ occurrere, docet. Recentiores Britanni inde *fetch* fecere, quod paululum immutata ſignificatione, notat repetere, adducere, cujusque præteritum antiquum eſt *fet*, uti docet LYE in notis ad JUNII *Etymol.* Quod vero ad vocis poteſtatem attinet, proprie uſurpatur de quavis apprehenſione phyſica: deinde, haud inſolita metaphora, de animæ motibus uſurpata, denotat percipere vel intelligere: *ſå wida jag kan fatta*, quantum ego comprehendere queo, vel alias, perinde ac Lat. capere, adhibetur de animi decretis: *ut fatta råd*, capere conſilium, *fatta mod*, animum colligere, *fatta ſtånd*, dicitur de fugitivo, qui gradum ſiſtit, animumque colligit. Ex eadem hac radice proveniſſe putat WACHTERUS Ulphilanum *faſkja*, quod Joh. 11: 44. uſurpatur de inſtita, qua mortui pedes manusque colligatæ erant, cui cognata videtur C. B. *ffasgau* & Lat. *faſcia*: nec non alteram Mœſogothicam vocem *fatha*, ſepes, utramque nempe ab ambiendi & comprehendendi actu ortum ducentem. Ego vero, ut ſemper timide Scythica vocabula ad ſuos fontes reduco, ita hic WACHTERO ægre aſſentior. Nam quod ad *faſkja* & *faſcia* attinet, meminiſſe oportet, *ſ* radici *faſſen* non eſſe proprium, ſed a Germanismo, hujus literæ amante, aſſumtum: in altero vocabulo *fatha* non *t* ſed *th* comparet, quod ſemper radicale eſt, dum tamen hoc *t* ad vocis eſſentiam non pertinere, antea viderimus. Ex hac radice oriunda uſurpamus.

FATT, apprehenſio: uſurpatur tantummodo in phraſi illa *få fatt uppå en*, manum alicui injicere.

BEFATTA, quod antea ſuo loco tetigimus.

FÖRFATTA, componere: dicitur communiter de ſcriptis, *i pennan författa*, calamo aliquid exarare. Germ. *verfaſſen*.

INNEFATTA, includere, comprehendere.

FATTIG, pauper. Ant. *fatök*, *fatækr*, *fatökr*: vulgo ita dicebantur, qui manuum labore victitabant. KONUNGA STYRELSE, p. 186. populum cujusvis regni dividit in *Ridderſkap*, *Almoga och fatökt årvodis folk*. i. e. ordinem equeſtrem, medium (qui eſt colonorum, opificum & mercatorum) & denique paupertinorum: ultimi hi ita recenſentur UPL. L. *Kirk. B.* c. 9. *Fatökt folk kallum wir husſättis folk ok malakarla, lægbubion ok hemobion, ok ſtaf*

Digitized by Google

ſtaſkarla: etc. Pauperum autem numero, comprehendimus commorantes in ædibus alienis cum Domino, aut uſum domus habente, carentes, fundo ac pecore; qui vivunt ſive mercede, ſive gratis habitant, non decimas, ſed exiguam aliam penſionem nummariam ſolventes; mercenarii, inquam, mancipia ruſtica, & mendici. Ad eundem modum in Tabulis Legum antiquarum pauperes dicuntur *busſætis folk*, *malakarla*, *legbubion*, *frembion oc ſtaſkarla*: inquilini, diurno labore viventes, famuli vernæ, mendici. v. Verelii *Index*, in v. Quod ad originem vocis attinet, compoſita exiſtimatur, ex *få*, parvus, exiguus, & *taka*, accipere: ut honeſta circumlocutione mendicus vel operarius dicatur, qui exiguam ſtipem ab aliorum manibus accipit, uti Gr. δέκτης mendicus dicitur a δέχεσθαι, accipere. Animadvertitur eadem compoſitionis ratio in plurimis aliis: ita *famåll* dicitur, qui parum loquitur, *fanytr*, qui exiguo uſui eſt &c. Alii, nec incommode, *fatåkr* derivandum putant a *fataſt*, deficere, & *ega*, poſſidere, unde A.S. *æbt*, poſſeſſio. Simili certe ratione in eadem AngloSaxonum lingua pauper dicitur, *onåbte*. i. e poſſeſſione carens, & ab *bæſene*, quod res, facultates denotat, *hæſenleas*, *vanbaſa*, *næſig*. v. Junii *Gloſſarium* Ulph. p. 179. Idem Græcis ἄχης audit, quaſi ἀεχῆς, qui nihil poſſidet. & Iſlandis *fælaus*, a *fæ*, quod jam mox occurret. Conf. *faravda*, id. a *far*, paucus & *aud*, poſſeſſio. *Bibl. Iſl.* Pſ. 82.

FATÖKT, paupertas. v. Suderm. L. *Jord. B.* c. 11. & alibi paſſim. Hodie *fattigdom* dicimus.

FÆ, facultates, poſſeſſio, cujuscunque generis. In Legibus patriis nominantur *inlagsfæ*, depoſitum, *gangande fæ*, bona mobilia, *liggande fæ*, bona immobilia, quem utrumque terminum habent Anglo-Saxones *gangend feob* et *licgend feob*. In L. Mœſogothica *faibu* opes notat, *faibufrikai*, avari. Luc. 16: 14. *faibutraibna*, mammon. Luc. 16: 9. *faibubabandans*, divites. ib. c. 18: v. 24. *faibuſkulands*, debitor. ib. c. 16: 5. Alemannica ſunt *febo*, *fio*. Germ. *vieb*. Notum eſt, & mox etiam demonſtrabitur, duplicem vocis eſſe ſignificatum, alterum, quem modo tetigimus, alterum, quo pecus notat. Dubitari vero poterit, uter alteri originem dederit, hoc eſt, ab ideane generali opum ad ſpecialem deſcenſum ſit; an vero pecora, tanquam præcipua rei domeſticæ portio, omnibus in univerſum facultatibus nomen impertiverit, ut apud Latinos a *pecude pecunia* dici putatur, & animantium diverſæ ſpecies æris ſignati loco etiam inter loquendum uſurpabantur, conf. ἀλφεσίβοιος, &c. Si prius eſt, procul non abludere videtur, quod adfert Junius, Græcum πάω, poſſideo, unde πῶϋ, quod pro pecorum grege uſurpatum invenitur, cuique concinit vetus Britannicum *piau* vel *biau*, poſſideo, quod ex Boxhornio adfert Wachterus. Si poſterius prætuleris, duplex etymon Gothicum affert Stiernhielmius, in *Gloſſ.* Ulph. p 39. alterum *föda* vel *föa*, gignere, quod in feturam pecudum non male conveniret, niſi intercederet *d*, ad vocis eſſentiam utique pertinens, ſed hic omiſſum: alterum Iſl. *fior*. A. S. *feorb*, vita, anima: quum in aliis quoque linguis pecora nomen a vita ſortiri ſoleant, ut ζῶον, animal, &c. Wachterus diverſa via eodem tendit, inque partes vocat Aremoricum *byw*, *biw*, quod vivum notat & ſimul vaccam.

II. Pecora: unde *fæhus*, bovile, *fæwäg*, callis, qua aguntur pecora, *fæherde*, paſtor. Obſervavimus ſupra in v. *bo* idem illi, quod huic voci, accidere, ut nempe rem omnem familiarem & ſimul ſpeciali ſignificatu armenta denotet, quippe quæ, ut docet Tacitus de M. G. c. 5. *ſolæ & gratiſſimæ* veterum *opes fuerant*.

FÆLAD, paſcuum, campus, quo paſtum aguntur pecora: vel ab Iſl. *lad*, *blad*, ſolum, terra, vel etiam a *låta*, mittere, ut notet paſcuum, in quod mittuntur pecora. Hoc poſterius confirmare videtur Lex Scanica, ubi p. m. 34. diviſim ſcribitur *fæ latb. Ár annars mans bægnaab gen annars fæ latb*: ſi alterius ager conſeptus ſit vicinus alterius paſcuo. Ceterum pro ipſo pecore paſcente olim vox hæc uſurpata invenitur, unde in Lege Gothlandica c. 40. oves vocantur *ſma fileþi*. Dalekarli contracte hodieque *flæd* eodem ſenſu uſurpant.

FÆLAGE, ſocius, qui cum altero bona communia habet: a *lægga*, ſocietatem inire, quod vide: Angl. *fellow*. In Legibus AngloSaxonum Latinis appellatur *fælagus*, quod a *fe*, fide, & *lag*, ligatus, male vulgo derivatur. v. Spelmannus, in *Archæologo*, qui obſervat, commiſſo homicidio, ubi defuerunt proximi cognati, interfecti ſocio vel *felago* tam mulctam, quam occiſi arma, jure com-

Digitized by Google

communionis bonorum ceſſiſſe. In cippis Runicis crebra *fælage*, *filage* mentio fit, dum ſuperſtes amicus defuncti manibus monumentum erexit. vid. Wormii *Mon.* Lib. 3. c. 12. Ab hoc *fælage* ortum ducit modus loquendi in Legibus Scanicis occurrens *baſwa til fællis*, rem aliquam communem habere: quaſi *til fælags*, niſi id ſit a *fælla*, conjungere, nec non converſari. v. infra in *fäll*.

FÅNAD, armentum: olim dictum videtur *fånöt*, a *nöt*, bos, Iſl. *naut*, quod ſuo loco occurret.

FÅGNA, exhilarare, lætum reddere. *Fågna ſig*, gaudere. Vox antiqua nec Gothis exteris ignota. Occurrit enim in Codice Argenteo *faginon*, gaudere. Luc. 5:32. *fagino*, gaudeo. Joh. 11: 15. Atque ut in veteri hac lingua *g* et *h* literæ erant permutabiles; ita huc referri debet *fabeds*, gaudium. Luc. 1: 14. et *fabeid*. c. 2:10. illudque *fiſaida*, quod Joh. 8: 56. et Rom. 15: 10, occurrit. AngloSaxones habent *fægnian*, gaudere, lætari. v. Junii *Gloſſ. Ulph.* p. 150. nec non *gefeban* et *gefeaga*, gaudere. *gefeo*, gaudium. v. Benson. in *Vocab.* Iſl. *fagna*, lætari, unde *fagnadur*, lætitia. Quod ad noſtrum attinet, frequentativum eſt vocis *få*: perinde ac a *frå*, reſciſcere, eſt *frægna*: a *trå*, deſiderare, *trægnas*. Etymologiam hanc, meo judicio, confirmat A. S. *gifea*, quod etiam gaudium notat. Luc. 8:13, & ad hanc radicem qvam certiſſime pertinet.

II. Benigno & læto animo accipere, ut ſolent, qui gratos advenas hoſpitio excipiunt. Hinc dicimus *fægna en wål*, laute aliquem accipere, cujus derivatum eſt *vælfægnad*, humanitas, quam hoſpes experitur. Referri eo debet *fagino*, quod in ſalutatione Angelica occurrit. Luc. 1:28. *fagino anſtai audabaſta*: χαῖρε, ave, gratia plena. Tranſlata acceptione veteres, ubi ſolemni inſtituto convivio, inſtantem hiemem ſalutabant, dicebantur *fagna vetri*. Heims Kr. Tom. 1. p. 558. *þat er ſiþur þeirra, at baſa blot a hauſt, oc fagna þa vetri:* Mos illorum eſt ut autumno vergente ſacrificium inſtituant ad ſalutandam hiemem. Animum ſubiit hic veterum loquendi modus, ubi apud Otfridum. Lib. IV, XX: 12. de Judæis, feſtum Paſchatis celebraturis, legi:

Mit reinidu giſamotin
Thio Oſtoron giſebotin.
In puritate conjunctim
Paſcha cum lætitia excipiebant.

Conf. Jo. Phil. Palthenius, in *notis* ad Tatianum p. 283, ubi hunc locum immerito ſuſpectum habet.

III. Adulari, ut ſolent vel puſiones, in occurſum parentum ruentes, aut canes hero abblandientes. A. S. *fægenian*, id. Ex Boethio hæc affert Junius in *Gloſſ. Ulphilano*, l. c. *þa ongan Cerberus fægenian mia bis ſteorte*: Tum cœpit Cerberus adulari cauda ſua.

FÆGNAD, gaudium, nec non epulæ, quæ hoſpiti apponuntur. Isl. *fagnadaraul*, convivium, quo hoſpes adveniens excipitur.

FÆGNESAM, lætus, item hoſpitalis.

FÆGEN, lætus. Isl. *feigin* A. S. *fægen*, unde Angli hodierni, brevitati ſtudentes, *fain* fecerunt. My *lips will be fain*. Pſ. 71: 21. labia mea exſultabunt. v. Lye ad Junii *Etymol.* in v. Uſurpatur hoc vocabulum, ut recte monet Lagerlöfwius in ſermone familiari magis, quam in ſcriptis oratoriis.

FÆLLA, evertere, v. *falla*.

FÆNGA, incendere, accendere. *Es.* 42: 25. *Herren fængde uppå them, men the ladet icke uppå hjertat:* Dominus ignem accendit ſuper eos, ſed illi animum non advertebant. Credi poterit, ortum eſſe a *fun*, *fon*, ignis, veteri Mœſogothorum vocabulo, & cujus derivata in varias linguas ſe diffudere, ut infra in hac voce ſumus dicturi: ſed, me judice rectius referetur ad *fanga*, arripere, factive poſito, ut denotet facere, ut quid accipiat vel arripiat ignem.

FÆNGKRUT, pulvis pyrius, orificio bombardæ additus, eique incendendo deſtinatus.

ELDFÆNGD, quod cito ignem arripit. v. infra ſub *få*, accinere.

AFENGIA DRYCKJUR, potus inebriantes, apud Iſlandos.

FÆNNER, vocula occurrens in Chronico Rhythm. p. 273. ubi Ericus Puke inducitur populum ad defectionem a Carolo Canuti, Regni Mareſchallo, pelliciens, ſuadensque, ut alium indigenam Regem eligerent.

Wi wiliom ther til en Bonde taka,
Hwem Sancte Eric *unner os raka,*
Och ſättiom honom på Moraſten utan ſkam,
Och kronan ther i fänners nampn.
Eligamus ibi civem,
Quem nobis offeret benignitas S. Erici,
Illumque in lapidem *Moraſten* elevemus,
Et diademate ornemus in nomine *Fænners*.

Editor

Digitized by Google

Editor HADORPHIUS in Codice Regio inveniri ait pro *fænners*, *fændens*, quod eſſet in nomine Diaboli, quod tamen, quam inconveniens ſit, nemo non ſua ſponte videt. Si vero quæris, quid vocis hoc ſit, reſpondebo, *fænners* contractum eſſe, ut ſolent jurandi formulæ mire diſtorqueri, a *fem unners* vel *unders*, & notare quinque Chriſti Salvatoris noſtri pro mundi ſalute accepta vulnera. Plenius id exaratum occurrit p. 516 ejusdem CHRONICI:

The altijd ſworo om the helge fäm under.

Semper jurabant per quinque ſacra vulnera. Cui addo alterum locum, occurrentem p 508, ubi CHRISTIANUS Oldenburgicus ſua lingua ita locutus inducitur.

Ik ſwere dat i dyſſene ſtunde,
Opp a dhe hilge ſy wunde.
Juro id hoc tempore
Per ſancta quinque vulnera.

Utitur hac eadem etiam voce LAURENTIUS PETRI, in *Dial.* de *Miſſa.* p. m. 74. *Man hörer af theras mun intet annat ån obhſwiſkheet, gabberi ock förfärliga eedher om Gud och hans helga nampn, hans helge blodh, hans hårdha och bittra dödh, hans helgha ſem undher.* Ex eorum ore non auditur niſi ſpurcities, irriſio & horrendæ exſecrationes per Deum, nomen ejus ſacrum, ſanguinem, atrocem mortem & quinque ſacra vulnera. Alia aliorum ſciens prætereo. *Und* vero & Germ. *wund* vulnus notant, unde in Legibus patriis *undad*, vulneratus, quod ſuo loco occurret. Eſt adhuc inter plebejos juris jurandi formula non infrequens, qua aliquid affeveraturi, vel re quadam inopina perculſi, dicunt *was ſemunder*, quod plene dictum foret *Wårs Herres ſem under.* Genuit hæc licentia aliam, qua pro *fæmunder*, *fæmingen* dicunt.

FÆNTA, virgo, puella. v. *fant.*

FÆRD, iter, *fara ſina färde.* Iter ſuum perſequi. Act. 17: 15. A. S. *fare.* Al. *ferti.* Germ. *fart.* Nemo non videt, ortam eſſe vocem a ſuperiore *fara.*

II. Notat curſum rerum, quod agimus, molimur. *Hwad år på färde?* quid rerum agitur. In Hymno Eccleſiæ, *Hær ær ſtor frögd på färde*: ingens lætitia nos jam habet.

OFÆRD, iter infelix, ut præfixum *o* ſæpe vitium rei indicat. Sic ab *år*, annus eſt *oår*, annus infelix, hoc eſt, meſſe tenui vota colonorum fruſtrans. A *græs*, herba, *ogræs*, zizania.

HÆRFÆRD, expeditio militaris. Al. *herivertt.* Germ. *heerfart.*

FÆRDAS, proficiſci. Iſl. *færdaſt.* Uti *d* in *l* ſæpe commutari ſolet, ita frequentiori uſu *fælas* uſurpamus, quod ſæpe pro vago curſu & impetu inconſiderato adhibetur. *Færdas* vel *fælas illa fram*, petulanter proruere. SPEGELIUS hoc refert ad *fæ*, pecus, ut ſit belluino more laſcivire, quod etymon etſi non approbem, non tamen indignabor, ſi perſuaderi poſſit illis, quorum protervia hanc notam meretur.

FÆRDIG, paratus, abſolutus. CHRON. RHYTHM. p. 412.

The woro cendels med harniſk och hæſt
Færdoge ſom nogra Hofmæn alla hæſt.
Erant inſtar Satellitum Regiorum
Inſtructi loricis & equis.

Proprie notat itineri accinctum. Al. *vartig.* Belg. *vaerdig.* Germ. *fertig.* Ultimum hoc deducit WACHTERUS a *fer* Islandico, quod facilem notare, apud VERELIUM traditum invenit. Sed commodius mihi videtur a *færd* derivari, etiamſi, ut verum fatear, inter hæc duo parum diſtet. *Fer* enim proprie pervium notat, per quod facile tranſitur. Ceterum obſervo, ut a *paro paratus*, ita a *fara færdig* fieri, quæ duo, ſi a terminatione diſceſſeris, ceteras literas radicales vel eaſdem vel homogeneas habent.

OFÆRDIG dicitur de claudo aut membro quodam debili, proprieque notat eum, qui itineri ſuſcipiendo ineptus eſt, deinde tranſlate uſurpatur de omni eo, cui ad rei integritatem deeſt aliquid.

FÆRG, color. Al. *faruua.* Germ. *farbe.* Scripta Iſlandica & vetera Gothica, quantum memini, hac voce carent, ejusque loco *lit*, *leet* uſurpant, ut adeo veriſimile ſit, nos eam ab Alemannis mutuam habere. Unde vero illi eam ſumſerint, non facile dixero, utrum a Latino *varius*, quod vult MARTINIUS, an vero ab ant. *maron*, videre, quod præoptat WACHTERUS. Si ſufficiens nobis adeſſet copia veterum Linguarum, inveniremus fortaſſis, aliunde fontem hujus vocabuli eſſe quærendum. Quod me ad hoc monendum inducit, eſt, quod videam SERVIUM, ubi *Æneid.* Lib. 8. explicat illud MARONIS, *virgatis lucent ſagulis*, annotare, *virga* lingua Gallica notare purpureum colorem. Fieri vero potuit, ut pro colore in genere, purpureum poſuerit, & adeo *faruua, varua, færg, virga* ad eandem aliquando familiam pertinuerint.

FÆRGA, tingere, colore imbuere.

FÆRI-

Digitized by Google

FÆRGARE, tinctor.

OFÆRGAD, non tinctus, metaphorice ponitur pro non fucato. *Med ofærgadt nit*, zelo non fucato.

FÆRJA, ratis, ponto, navis trajectoria. Belg. *veer*. Germani *fære* dicunt, quorum etjam eſt *færge*, navicula. Radix haud dubia eſt *fara*, cujus variis derivatis, antea allatis, nunc addere juvat Ulphilanum *farjan*, remigare. Joh. 6: 19. Luc. 8: 23. Al. *feren*, transfretare. Quam differentiam in vetere Lingua Theotiſca inter *feren* & *faran* obſervat PALTHENIUS, in *notis* ad TATIANUM, p. 373. quod nempe hoc notet proficiſci illud transfretare, eandem in L. vetere noſtrate deprehendere licet. *Fara* enim de itinere tam terreſtri, quam maritimo dicitur, unde *farare*, *Spaniefarare*, navis in Hiſpaniam dirigi ſolita: *færa* vero eſt ducere, traducere, hodie *föra*, unde *föra en öfwer*, navi aliquem transvehere. WACHTERUS huc referri poſſe cenſet Latinorum *paro*, *myoparo*, quæ nomina erant navium prædatoriarum, apud CICERONEM, JUSTINUM alioſque occurrentia: addere potuiſſet Græca πορεύω tranſeo, & πορθμεύω, transfreto.

FÆRJEKARL, remex portitor.

FÆRLA, inſectum generis papilionacei. Iſlandi, unde noſtra lingua hanc vocem habet, vocant *farfall*. Antiquos Gothos, qui Italiam ſui juris fecerunt, eandem habuiſſe, teſtatur ibi hodieque ſuperſtes *farfallo*.

FÆSSA. Occurrit vox illa in *Lexico Juris* Jo. LOCCENII, diciturque notare ſervum a pedibus, citato in rei fidem JURE OSTROGTHICO, *Drap.B.*c.14.Sed duplex heic error eſt: prior, quod pro *ſæſſa fæſſa* legat, alter, quod heic famulos intelligi putet, quum tamen *ſjuratigiſæſſa* denotet navim quadraginta remorum. v. *Sæſſa*.

FÆTIL, vinculum. Vox, quæ hodie in deſuetudinem abiit, ſed quæ in Legibus patriis hic illic occurrit. Vocatur vero ita faſcia, qua vulnerati brachium ſuſtentant. L. BIRC. c. 14. §. 10. nec non funiculus, quo bajuli onera ſua, dorſo imponenda, colligant: unde natum eſt proverbium, *fals fætillös byrda*, faſcis non conſtrictus decidit, quo per ambages indicatur, id quod validis rationibus non corroboratur, ſponte ſua concidere. ÖSTG. L. *Drap. B.* c. 3. §. 2. *Orkar egh annar tylſtar edbum, tha fals fætillös byrde:* Si altera duodecas jurare non ſuſtineat, tum invalida probatio per ſe irrita eſt.

II. Cingulum, manubrium, quo gladius prehenditur, unde *ufatlat ſwerd*, in LEGE SCANICA, p.27. gladius eſt manubrio carens. Ortum ducere creditur a *fatta*, comprehendere, ut Germanicum *feſſeln*, compedes, a *faſſen*, vel potius a *fittja*, ligare, quod infra occurrit, quum vinculi inſtar gladium obeat.

FÅ, pauci. Ulphil. *favai*. Matth. 7: 14. A. S. *fea*, *feava*. Al. *fabe*, *foi*, *fouue*. Iſl. *fair*. Angl. *few*. Gall. *peu*. Videmus, in omnibus his mutuam neceſſitudinem et relationem ad Gr. παῦροι. Lat. *paucus*, *parum*, *pauper*, *paullum*, *pauxillum*, quibus ſi ea demſerimus, quæ terminationem, cuilibet linguæ propriam, formant, ſupereſt *pau* radicale, quod quo ſimplicius, eo propius ad Gothicam dialectum accedit. Latinum quoque *paucus* non minus luculenta communis originis veſtigia agnoſcit in voce *föga*, exiguus, Saxon. *föge*, ab hac eadem radice *få* oriunda, et infra ſuo loco adferenda. Comparatio hujus vocis fit per *færre*, *færſt*, ut BIBL. IL. 2 *Maccbab.* 2. *Sammantaka ſummuna med færſtum ordum:* ſummam rei comprehendere pauciſſimis verbis.

FÆRAST, minui. UPL L. *Jord. B.* c. 3. *Fader kan nu penningar færds:* Patri pecunia imminui poteſt: alias *fækaſt*.

FÅFÅNG, vanus, proprie qui res exiguas captat, a *fænga*, *fånga*, ſectari, aucupari. Iſl. *fafeingiligr*, id. Alias ſumitur quoque 2:o pro irrito, e. g. *fåfång möda*, vanus, inutilis labor, et tandem 3:o pro inerti: *wara fåfång*, otiari. *Han kan alldrig wara fåfång*, nunquam otioſus eſſe poteſt. Huc referri debent *fåfänga*, vanitas, *fåfängas*, otiari.

FÅTALIG, qui parum loquitur. Iſl. *famalugr*, it. *famöll.* id.

FÅWIS, parum ſapiens, fatuus. Iſl. *fawitr*: hinc *fåviſka*, ſtultitia: ab Iſl. *wiſka*, ſapientia. *Sap.* 2. *Dröttenn giefur viſka:* Deus dat ſapientiam. Eodem εὐφημισμῷ genere, qui ſuæ mentis compos non eſt, In Codice CHRISTOPHORIANO, *Gipt.* B. c. 21. dicitur *litbet witande*, i. e parum ſciens, inque LEGE OSTROG. *Råſſla B.* c. 14. §. 1. *Witfärlinger*, quod pariter ortum eſt a *wit*, et *fä*, paucus, *færaſt*, paucum eſſe.

FÅKUNNIG, id. a *kunna*, ſcire. Dicitur etiam Iſlandice *fafrodur*. Prov. 1. a *fræde*, ſapientia, uti infelicitas eſt *fabeil*, ab *beil*, ſalus: & ſic in ceteris. Apud Latinos quoque parum idem ſæpe eſt ac nihil.

FÅ, accipere: Ulph. *faban*, *gafahan*, capere,

Digitized by Google

capere, prehendre. A. S. *fon.* Al. *fahan.* Iſl. *få.* Germ. *fahen.* Junius in *Gloſſario Ulphilano* p. 151. cum hoc noſtro affinitatem habere putat Græcum *πάειν*, comprehendere. Ceterum proprius accedere videtur *πάω*, quod poſſidere, et apud Euripidem aliosque acquirere notat, docente H. Stephano in *Theſauro.* In vetere Latio *apo* eundem ſignificatum habuiſſe, teſtantur non Etymologi tantum, ſed etiam reſidua *apiſcor*, unde *adipiſcor*, *indipiſcor.* v. Vossius, in *apia.* Hæc vero uti libenter in medio relinquimus; ita obſervamus, vocabulum hoc, pro vario hominum inter ſeſe commercio, diverſiſſimo ſenſu occurrere. Nos potiora tantum breviter allaturi, obſervamus, illud idem ſonare ac

II. Apprehendere. *Få uti en*, manum alicui injicere. Ad hanc claſſem refero, *få höra*, fama accipere, *få veta*, reſciſcere.

III. Poteſtatem habere. *Jag får ej göra thet*, mihi integrum non eſt, id facere. Exiſtimo hoc eſſe dicendi genus ellipticum, pro *få lof, att göra.*

IV. Dare, tradere. Dal. L. p. 1. *Havi tha Biſkoper vald, at fa them præſt, ſlikan thær han vill:* Habeat tum Epiſcopus poteſtatem ſacerdotem eis dandi, quem voluerit. Westg. L. *Kirk. B.* c. 1. §. 1. *Wardher barn til kyrkiu boret, ok bedis Kriſtnu, tha ſkal fadhir ok modhur Gudfadhur ok Gudmodher til fa:* Si infans in templum portatus fuerit, ut baptizetur, tum pater et mater illum tradent compatri. Chron. Rhythm. p. 322.

Tha ſkal han mik giſla få.
Tum mihi obſides dabit.

Eodem ſenſu in antiquioribus Bibliorum verſionibus Matth. 27: 58. legimus. *Tå bödh Pilatus, at han ſkulle warda honom fången*: Tum juſſit Pilatus, ut ipſi traderetur, pro quo recentiores habent *gifven.* Animadvertimus, interpretes Legum noſtrarum cum ſenſu primario hunc ſæpe permutaſſe, quod non poteſt non textui tenebras offundere. Exempli loco afferam Westg. L. *Jord. B.* c. 1. §. 1. *Far rätter ægbande ſær jordh af handum, huat thet är hälder giäf, äller kiöp, thet är fult fang Jordar, ehwat han ſtander ſiälf i Jorden, äller annorſtada, tha han far:* quod Loccenius vertit: Si verus proprietarius alienet terram, ſive per donationem, ſive venditionem, eſt plena acquiſitio terræ, ſive adquirens ipſe inſiſtat terræ, vel alibi verſetur, quando eam accipit. Sed errat, quum de acquirente ultima verba intelligi debeant. Sermo enim ibi eſt de alienante, verborumque ſenſus: Sive ille (alienans) præſens in terra vendita fuerit, ſive alibi verſetur, quando eam tradit, vel alieni juris facit. cfr. §. ſeq.

V. Acquirere, comparare. Upl. Lag. *Jord. B.* c. 12. *Fae ægbandhen ſik annan landbo:* Poſſeſſor alium colonum ſibi circumſpiciat. Conjungitur hoc ſenſu fere cum pronomine poſſeſſivo, ut dum dicimus, *få ſig mat*, cibum aſſumere, comedere.

VI. Poſſe, valere. Occurrit hic ſignificatus haud raro in Legum tabulis. Dal. L. p. 5. §. 24. *Far thenna ed gangit, vari ſaklös, far äi, bæte vidir tolf markir:* Si jusjurandum præſtare valeat, inſons judicetur, ſin vero minus, duodecim marcarum mulctam pendat. Westg. L. *Forn.* B. c. 3. §. 2. *Kan han okſå, at ſlå honom nokon dynt, vari ok ſaklöſt:* Si etiam valeat ictum illi impingere, impune ſit. Germani hinc *fæhig* habent, quod capacem, idoneum notat.

VII. Accidere. Westg. L. *Arfd. B.* c. 5. *Far nokor therræ at dræpæ, eller nokra höga giärning at giöra:* Si cui eorum accidat, alium interficere, aut gravius delictum committere. L. Birc. c. 10: 2. *Få han ſtiælæ*, ſi accidat, ut furetur: Dal. L. p 19. *Få misſlå annars äng*, ſi accidat, ut per errorem alienum pratum ſecet.

VIII. Incipere. B. B. L. L. c. 10. *Nu få the dela:* ſi incipiant litigare. Chron. Rhythm. Majus p. 273.

Om nakor mot honom ſäja få.
Si quis contradicere incipiat.

Germani hinc *anfang*, initium, *anfangen*, ordiri, habent. Neſcio, an ad imitationem Latiniſmi voci noſtræ hanc ſignificationem addiderimus: ibi ſcilicet a capio formatum eſt *incipio, occipio.*

IX. Amplecti. *Få om en*, ulnis aliquem circumdare: hinc *fång*, amplexus, ſinus, ut infra docebitur. Germanicum *umfahen* eſt ulnis comprehendere.

X. Tangere, *fås vid en*, aliquem tangere. *Dial.* Laur. Petri de *Miſſa*, p. 92. *Så moſte ingen bruka eelden, epter han är farlighin vidh fååſs, och ſå off-*
ta

ta åſtad komer ſtor ſkada: Sic nemo igne uteretur, quum tractatu ſit periculoſus, atque exinde perſæpe multum proveniat damni. *Han år ei god, att fås vid*, dicitur de iracundo, quem conſultum non eſt, attingere, vel quicum ægre brachia verſaveris.' Hinc eſt, quod idem hoc *fås* ponatur 1:o pro lucta & certamine. Bibl. Isl. *Gen.* 32. *Maþur nokur fiekſt wid han:* Vir quidam luctabatur cum eo. 2. Pro quavis conſuetudine et vitæ commercio. *Syr.* 8:14. *fås icke wid en laſtare*: nihil commercii habe cum calumniatore. Eſt hoc *fås* ex illis verbis, quæ in forma, quam Græci mediam appellant, uſurpantur, quæque ſub teminatione paſſiva ſignificationem activam ſervant. Sic uſurpamus *ſlåſs*, luctari, *brænnas*, urere, ut dum de urticis dicimus, *bon brænnes*, de igne, *elden brænnes*, quæ differunt a *ſlås*, percuti, et *brænnas*, uri.

XI. Paſſive ſumtum, cum addita particula *vid*, notat convaleſcere. Exod: 21: 19. *Fås han wid*, ſi ſanitatem recuperet. Habemus enim eum pro recuperato, quem e faucibus lethi eripi, videmus.

UNDFÅ, accipere. Vox nova, et quam imitationi vocis Germanicæ *entfahen*, hodie *empfahen*, debemus.

FÅNGA, accipere: In hymno Eccl. N. 205. *Medan jag godſet kan fånga*, dum opes acquirere poſſim. A. S. *fangan.* v. Junii *Gloſſ. Ulphil.* p. 151. Verbum hoc ſola paragoge a priore *få* differt. Haud inſolens enim eſt Gothicis dialectis, ut hoc modo verba ſua monoſyllaba dilatent, ſic a *gå*, *gånga*. Ulph. *gaggan.* a *ſlå*, *ſlånga.* Hodierna conſuetudo uſum hujus vocabuli ita reſtrinxit, ut tantum dicatur de iis rebus, quæ injecta manu apprehenduntur. e. g. *fånga fogel*, aves laqueo aliave arte capere, hinc

FÅNGE, captivus, et derivata *fångehus*, cuſtodia, carcer, *fångewaktare*, cuſtos captivorum, *fångſlig*, captivus, a, um, *fangelſe*, captivitas. Isl. *fangelſe*: cujus vocis ultimam partem non meram eſſe terminationem, facile quis in animum induxerit, ſed transpoſitis literis factam a *fanggidſla*, carcer, quod a *giåta*, cuſtodire: id certe mihi in mentem venit, ubi vocem hac ratione exaratam vidi in Heims Kr. T. I. p. 490. Rörekr *Kongr war tekinn i fanggåſlo:* Rörekus in captivitatem abductus erat. In Knytlinga S. p. 74. ſcribitur tamen *fangelſe: rekid hôfum ver þik i fangelſi*, in captivitatem te abduximus, cujus modi terminationes habemus plurimas alias, ut *bæktelſe*, *warelſe*, etc.

FÅNG, pro illa, quam oſtendimus, verbi *få* latitudine, varios in Lingua vetere hodiernaque ſignificatus habet, notatque 1. Facultates, poſſeſſiones. Skåne L. c. 14. §. 5. *Taki bonden giald fore ſin ſkada, ſwa ſum fang åru til*: Indemnis actor præſtetur, prout ſufficere poterunt lædentis opes vel facultates. Kon. Styr. p. 210. *Apte fangom witra manna ok foreaktuga borgara*, pro copia et facultate prudentium virorum cautorumque civium. Schefferus heic vertit, *ut a viris prudentibus cautisque habitatoribus accepimus:* quod vero genio Linguæ repugnat. Isl. *faung*, id. Ol. Tryggv. S. Part. 1. p. 173. Edit. Sk. *Þui at ei varu faung a, at komma til ſkogar.* Non enim poterant in ſylvam venire. 2. Modus acquirendi, ut in decantato canone Juris Agrarii, Cap. I. *Fæm åro lagha fång*: quinque ſunt modi acquirendi, ſcilicet hereditas, permutatio, emtio, donatio, et hypotheca. Hinc in Legibus patriis *fångaman* dicitur, a quo res in poſſeſſionem noſtram quocunque titulo venere, et qui evictionem præſtare debet. 3. Vitæ ſubſidia, neceſſaria omnia. Heims Kr. Tom. I. p. 445. *Hann let um hauſtit þangat flytia þau fang, er til veturviſtar þurfti:* commeatum victumque, per hiemem ſuffecturum, autumno eo transvehendum curavit. Ad hanc claſſem refero alium hujus vocis oppido frequentem uſum, quo notat 4. Lignum, quod quis in ſuos uſus cecidit. Westg. L. *Forn.* B. c. 5. *Takir madher huggin fang i ſkoge mans*: Si quis alterius ligna interceperit. c. 1. §. 9. *Tha a ſa fang, ær ågher a:* tum ille lignum poſſidet, cujus terra eſt. Conf. *Mandr. B* c. 13. *Thet næſt ær, ok thingat ſôker fång*, quod vicinum eſt, et quo lignatum abire ſolet. Hinc hodieque *fångeſkog* dicitur ſilva, ubi minores creſcunt arbores, alias *tarfſkog* appellata, cui opponitur *timberſkog*, ubi grandiores, materiæ et exſtruendis ædibus aptæ. Nonnunquam tamen *fang* etiam uſurpatur pro materia ædificiorum. v. *Byg. B.* c. 10. §. 1. *Åru fang afroten*: ſi materia (molendini) putrefacta fuerit. 5. Sinus, ſpatium inter duo brachia. Hinc *taka i fang*, amplecti. v. Olavi Tryggv. S. Part. 1. Edit. Skalh. p. 129. a qua eadem ſignificatione factum eſt, ut ad alia, quæ brachia includunt, traductum ſit. Pertinet huc menſura fœni, quantum nempe quis ulnis complecti poteſt. Upl. L. *Kon. B.* c. 10. §. 11. *Hvar bonde ſjugur fang bô:* quilibet colonorum afferet, quantum quater ulnis comprehendere valet. 6. Certamen, proprie quod lucta peragitur, et dum alter alterum brachiis involvit, ut humi affligat. Upl. L. *Kon. B.* c. 5. §. 3. *Nu faldær thæn fang bjudher:* ſi occumbat,

qui

qui certamen obtulit. Conf. Hels. L. h. t. c. 2.

FÖRFÅNG, præreptio, quod veteres *forneming* eodem loquendi genere dixere: illudja *få*, apprehendere, hoc a *näma*, capere. Hodie uſurpatur pro quovis damno, ab altero illato. Germanicum *verfang* contrarium ſenſum habet, notatque utilitatem, commodum.

FÆNGA, acquirere. Kon. Styr. p. 8. *Nu ärthet ey väl möglikt, att en man giti thet alt vanbuxat* (lege *ombuxat*) *fanget ok fänkt, thær han ma ſik mæd föda ok klåda ok vårja:* Vix fieri poteſt, ut homo ſolus omnia illa comparet & acquirat, quæ neceſſaria ſint ad victum, amictum & defenſionem ſui. Hodie obſolevit, ſuperſtite tamen non uno derivato: quo in numero ſunt *befängd*, obſeſſus, quaſi a dæmonio poſſeſſus, (Gall. poſſedé) *eldfængd*, qui facile ignem arripit, de quo nuper in *fänga*, accendere, & *fängta*, quod prioris eſt frequentativum, Suderm. L. *Kirk. B.* c. 3. denotans multo cum labore & moleſtia aliquid comparare, unde *förfängta*, præripere. Östg. L. B B. c. 30. §. 1. *fåfænga*, rerum minutarum ſectatio, vanitas, quod ſupra in *få* habuimus.

FÅLE, pullus. v. *fole*.

FÅLL, plica: *klådafåll* Matth. 9: 20. plica vel fimbria veſtis. Arbitratur Wachterus, origine hanc vocem nihil differre a Latina, *plica*, cui tanto lubentius aſſurgo, quanto major harmonia obſervatur utriusque hujus linguæ, immo etiam Græcæ, in uſu hujus vocabuli ejusque derivatorum, tam proprio, quam figurato. Cave enim credas, caſu factum eſſe, ut quæ ſimpla ſunt, quæque pluries repetita, a veſtium rugis nomen ſortita ſint, *enfald, twefald, trefald*, ſimplex, duplex, trilex, ἁπλῦς, διπλῦς, τριπλῦς, quodque candidus, & qui ſine artificiis eſt, trinæ hujus linguæ conſenſu ſemel plicatus, vel ut alii volunt, ſine plicis eſſe dicatur. v. ſupra in *enfaldig*. Veriſimile potius videtur, πλόος illud Græcum profectum eſſe a voce, plicam ſignificante, quam proxime refert Cambricum *pleth*, id. cui neſcio, an adjungendum ſit Ulphilanum *duplata*, commiſſura, interpolatio, tanquam qua duplicatur veluti veſtis. Matth. 9: 16. Ceterum Mœſogothi transpoſitis literis jam tum dicere amabant *fald*, ut docent derivata *faldan*, plicare. Luc. 4: 20. *ainfalths*, ſimplex: Matth. 6: 22. Sueth. *enfaldig*. *managfalths*, multiplex, Sueth. *mångfaldig*. Luc. 18: 30. Et hæc vocis facies in tota progenie remanſit. A. S. *feald*. Iſl. *fald*. Ang. *fold*. Ital. *falda*. Hiſp. id.

FÅLLA, plicare, uſurpatur hodie fere, quum ora panni, ut fortior ſit, duplicatur. Iſl. *falla*, id. Gudm. Andreæ *Lex.* p. 65.

FÆLLA, coaptare, committere, ut ſolent quæ duplicantur. Iſl. *fælla*, id. v. Gudm. Andreæ *Lex. Iſl.* p. 167. Uſurpatur vox hæc de quavis coaptatione, & inter alia de vitæ conjunctione & ſocietate. Bibl. Isl. *Actor.* 10. *þat er ecki leijfiligt þeim manne, ſem Gydingur er, at fella ſig vid, edur ganga til utlendra manna:* non licitum eſt viro Judæo, asſociari & commercium habere cum extraneo. In Jure Bircensi *fælla ſamman ſakir*, c. 9. eſt accuſationes plures conjungere, plures lites ſimul intentare, & apud Scanos *fælle* ſocium notat, *till fælles*, conjunctim, in ſocietate, niſi hæc potius referenda cenſeas ad *fælag*, de quo ſuo loco. Certe ab hoc verbo eſt, quod habemus *fålla i hop en bok*, librum complicare: & derivata *fällbänck* vel *fällbänck*, *fällſäng*, lectus plicatilis, *fällſtol*, ſella plicatilis, quæ ultima male hodie pronuntiantur *feltſäng*, *feltſtol*, quaſi quæ militiæ & in caſtris uſurpentur. Huc etiam referendum *ſamfälld*, contiguus, continens, quod vide ſuo loco.

FALTSA, complicare. Germ. *falzen*. adhibetur de bibliopegis, ubi philyram majorem in plures partes complicant. Inde etiam eſt *faltz*, ora, limbus cujuscunque rei, quippe qui reliquo corpore eminentior materiam quaſi duplicat.

FÅLLA, ſeptum animalium, ubi ſub dio ſtabulantur: *fæfålla*, id. Al *fald*, id. v. Schilterus, in *Gloſſario*, p. 282. A. S. *falæd*, *fald*, *fælde*, ſtabulum, *deorfald*, vivarium cervorum. Angl. *fold*. Isl. *fald*. L. B *falda*. Unde *faldagium*, jus ponendi ejusmodi ſeptum. It. *falda*. v. Du Fresne, in *falda*. Hisce omnibus forte antiquius eſt Celticum *ffald*, caula, quod habet Boxhornius, in *Lex. Britannico*. Junius in *Gloſſario Ulphilano*, p. 154 hoc vocabulum ad ſuperius *fålla*, plicare, pertinere arbitratur, atque adeo inde dici, quod ex complicatis cratibus conſtet. Wachterus autem in v. *feld* refert ad Latinum *palare*, quod eſt palis munire. Meo judicio ſatius erit, illud ortum dicere a *fælla*, conjungere, quum conſtent hæ caulæ transverſis lignis, ita inter ſe junctis, ut clauſtrum conſtituant: niſi forte in cognatis numerare debeamus vetus Latinorum *faliſca*, quod, ni fallor idem denotavit. Cato, de *Re Ruſtica* Cap. 4. nominat *faliſcas clathratas*, & Cap. 14. *præſepes bobus hibernas, & æſtivas faliſcas.*

FÅNE,

Digitized by Google

FÅNE, fatuus. *Hiſt.* Alex. M. Rhythm.
Untſigia han, och giöra ſom fana.
Minari ipſi, & more ſtultorum agere. Isl. *fane*, unde *fanaſt*, fatue ſe gerere. Angli Bor. *fonne*, fatuus, *fonne*, deſipere, infatuari. Germ. *fanzen*, nugas agere, a *fanzen*, id. Erat, quum crederem, Gothicam vocem ſimilis originis eſſe, ac ſynonyma illius *fåkunnig* & *fåviſk*, quæ ſupra attulimus, atque adeo ortam a *få*, paucus, & *nema*, diſcere, comprehendere, unde *fanemr*, & dein *fåne*. Sed jam ſatius mihi videtur, credere, non ſimplicem modo eſſe, ſed etiam antiquiſſimam, utpote cognatam obſoleto Latino, *fanus*, quod ſtultum denotaſſe, docent derivata *fanaticus*, *fantuus*, pro quo recentius Latium dixit *fatuus*. v. Stephanius, in notis ad Saxonem Grammat. p. 67. nec non Martianus Capella. L. 2. p. 41. Huc etiam refer *fanari*, hoc eſt inſanire, quam vocem, ſi lectioni Lipsianæ fidem habeamus, inter Mæcenatis vocabula inſolita recenſet Seneca, *Epiſtola* 114. In vetere Lingua Cambrica etiam veſtigia hujus radicis comparent: *afanas* enim, Richardo teſte, ſtultitiam denotat.

FÅNIG, delirus, ſtultus. Iſl. *fanytr* dicitur homo nihili, Italis huomo da poco.

FÅR, ovis. Danice *faar*. Non mihi ſubit, in ulla ceterarum dialectorum extra patriam hanc vocem inveniri. Ejus tamen antiquitatem teſtantur vetuſtiſſimæ Leges noſtræ, quarum pleræque eam, ut majoribus noſtris familiarem, adhibent. v. Upl. L. *Byg. B.* c. 23. §. 11. Lex Westrogothica tamen ejus loco *föd* uſurpat. v. *Forn. B.* c. 11. quod idem cum levicula variatione Islandi habent *fæd*, alias *kvickinde*. v. *Gen.* 22: 7, 8. Multis ortum creditur a *fæ*, nomine animalium generico, nec id male, niſi quis in animum inducat, literam *r* eſſentialem eſſe, idque confirmari credat Hesychiano βάρειον, quod ovem interpretatur, & βάρα, pecora. In Lingua Anglica *farrow* notat parere, propriumque eſſe ovibus nec non generi ſuillo, traditur a Junio. Suſpicari inde quis poterit, a fecunditate hæc animantia nomen primum accepiſſe. Martinius in v. *ovis* a *fehren*, timere, Suethice *fara*, nominis rationem petit.

FÅRHUS, caula ovium.

FÅRAHERDE, paſtor ovium.

FECKTA, pugnare, armis decertare. Al. *fehtan.* A. S. *feohtan*, *fyhtan*, unde *fyhtling*, miles. Angl. *fight.* Germ. *fechten.* Ad nos ſerius hoc vocabulum tranſiit, quippe in quorum hiſtoria antiquiori, ubi inita certamina utramque paginam faciant, id non occurrit, ſed ejus loco *berjaſt*, *legga*, *weita atgang*, *eiga leik*, *widurſkipti*, &c. Quum vero jam civitate noſtra donatum ſit, non abs re fuerit, indagare, unde domo ſit, & cujus originis. AngloSaxonicum *fyhtan*, ſi id ceteris ſincerius reputaverimus, quam proxime videtur accedere ad Gr. πυκτεύειν, pugnare, πύκτης, pugil, quod a πύξ, pugnus, ortum eſſe docent Etymologi, quum veteres pugnis prius decertaverint, quam armis; unde etiam a *pugno* Latini *pugnam* appellavere. v. Wachterus, in *Gloſſ.* p. 422. Qui vero dominatum dicere præoptant, referunt ad *fia*, odiſſe, indeque ortum *feigd*, inimicitia, bellum, A. S. *fæhth*, de quo mox, unde *fegda*, decertare, cui voci ſi durior pronunciatio accedat, ipſum hoc *feckta* emerget. Dicere, pæne oblitus eram, in L. Iſlandica *vega* etiam inter bellica vocabula eſſe, idemque notare, ac pugnare. Ut Thorst. Wik. S. p. 37. Ingialdur *hafdi arngeir ſtoran ad wega med.* Ingialdus habuit ingens pilum, quo cum decertabat. v. infra in *wæga*. *W* autem cum ſæpe locum τȣ̃ *f* occupet, & verſa vice: e. g. *Volo*, *flyga*, *folk*, *vulgus*, *lyfta*, *levare*. *fe a*, *velo*, &c. ſuſpicari poterimus, *fegta* vel *feckta* eſſe frequentativum vocis *vega*. Nunc non tantum de hoſtili concurſu uſurpatur, ſed etiam de imaginario certamine, ubi in athletarum ludo numeros ſuos implere, & cæſim punctimque ferire, addiſcunt juvenes: nec non de quovis impigro labore. *Feckta efter entjänſt* notat, munus aliquod magno certamine ambire. Utuntur Anglo Saxones ſimili loquendi genere. v. Joh. 18: 36. Quod ad ſcribendi rationem attinet, ſecuti ſumus orthographiam receptiorem. Si vero quis originem Gothicam præoptaverit, *g*, ut radicale, ſervandum duxerit, & ad imitationem Anglorum *fegta* ſcribendum.

ANFECKTA, oppugnare, proprie aperta vi, & metaphorice minis, pollicitationibus blanditiisque. Speciatim dicitur de obſeſſis a Diabolo: *anfecktas af djäfwulen.* Singulari metaphora, inde deducta, qui geſticulantur aut ingrato modo ora membrave contorquent, dicuntur *anfecktas*, *anfeckta ſig.*

FEG,

FEG, morti vicinus, idque ſive quis in eo jam eſt, ut naturæ debitum ſolvat, uti dum dicimus in proverbio, *ofta ſitter ſeger wid then ſjukas ſæng*, ſæpe ægrotanti aſſidet ipſe moriturus; ſive alterius manu mortem brevi inventurus eſt, quemadmodum in *Hiſt.* Herw. c. 20. *feigur er ydar Viſir*: morti vicinus eſt Dux veſter. Wilkina S. apud Verelium: *their verda at falla, er feiger eru:* illi cadunt, quos fata vocant; ſive tandem quis ob perpetrata crimina capitis damnatus, pœnas propediem eſt daturus, ut in Westm. L. *Manb.* B. c. 28. *Wari badhi fæg*, uterque mortis reus eſto. Voce illa dialecti cognatæ non carent, ut monſtrat A. S. *fæg*, *flægefæg*, ad cædem deſtinatus. v. Hickesii *Grammatica AngloS.* ed. in fol. p. 114. Iſl. *feigur*. Belg. *veegh*. Alem. *vaig*. Hodie apud Germanos *feig* timidum, meticuloſum ſignificat, quod haud dubie exinde natum eſt, quod vulgo credatur, mortis candidatos in anteceſſum, velut fati ſui præſcios, animo defici, dum contra audaces fortuna juvare ſolet. Wachterus in unum confundit *feg*, moribundus, *få*, paucus, & *fåga*, id illisque communem originem tribuit nempe Gr. παύειν, ceſſare. Sed hoc non magis mihi ſatisfacit, quam Gudmundi Andreæ conjectura in *notis* ad Voluspa, p. 73. *feg* ab Ebr. פגר, cadaver, deducentis.

FEGD, moribundi conditio, ſtatus. *Fara i fegden*, fato ſuo occurrere. Iſl. *feyd*. Thorst. Wikings. S. p. 17. *þott fleſtum, ſem feygd munde kallat* Wikingi: pleriſque videbatur, fato propinquum eſſe Wikingum.

FEGD, hoſtilitas, et illus ſumma, bellum. Occurrit hoc modo, dum dicimus *Tyſka fegden*, bellum Germanicum, *Danſka fegden*, bellum Danicum. Apud Iſlandos *fæd* ſimultatem notat, *kaſta ſed a nakran*, inimicitiam erga aliquem concipere. Knytl. S. p. 182. *Fæd var i milli þeirra*: inter eos inimicitia erat. A. S. *fæhth*. Al. *fede*. L. B. *faida*. Belg. *væde*. Angl. *fewd*. Uſurpantur vero modo recenſita apud antiquos fere de illa inimicitia, quæ inter occiſorem & occiſi heredes olim ſuſcipiebatur, dum his absque contumelia intergrum non erat, inultum facinus dimittere, ſed eousque pergendum habebant, donec homicida commiſſum facinus ſuo ſanguine expiaſſet: de cujus moris antiquitate v. C. Tacitus de M. G. c. 21. et Westm. L. *Manb.* c. 54. *Hvar ſum hempnir a annan fora gambla fegd:* quicunque veteres inimicitias ulciſcitur. Quod ad natales vocis attinet, in veteri Anglo-Saxonum Lingua *fa* inimicum notat, ortum a *fia*, *fian*, odiſſe, cui ſi addatur *bad*, quod ex indicio Spelmanni terminatio eſt, ſignificans qualitatem rei, emergit *fabad*, contracte *fæhth*, unde reliquæ linguæ ſuas voces formarunt. Ex hoc *fegd*, *fede*, varia in ſcriptis medii ævi occurrunt derivata, uti Al. *urfede*, cautio juratoria de ponenda inimicitia, & in ſpecie de non ulciſcenda injuria carceris: quod ab *ur*, ceſſationem ſtatus indicante, & *fede* compoſitum eſt. Dixi *ur* ceſſationem ſtatus denotare, cujus probatio licet infra commodiorem locum invenire poſſit, jam tamen, quum videam, ad hunc lapidem fere impingere Juris Publici Germanici Scriptores, paucis declarabitur. Quæ vero hujus particulæ vis ſit, manifeſtum erit conferenti *urtjuſva*, *góra ſig urtjuſwa*, furti crimen a ſe avertere, legaliter ſe a ſtatu furti eximere, *urſkulda ſig*, crimine ſe eximere, *urſaka ſig*, excuſare ſe, inſontem ſe probare. *urdel*, ſententia, ab *ur* et *dela*, lis, quippe quæ facit, ut lis ceſſet. Wachterus putat, *ur* hoc in *urfede* denotare priſtinam in amicitiam reditum: ſed ita vocabulum et res eo indicanda plane inter ſe adverſa ſunt. A Lat. Barbaro *faida* etiam vocabulum, puriori Latio non minus peregrinum, fecere *diffidare*, quod eſt ad pugnam provocare, quod Galli ſuum facientes, *defier* appellant.

FEGDA, bellum inferre. *Fegda uppåen*, phraſis eſt ævo Gustaviano perfamiliaris. Germ. *bevehden*.

FEIA vel **FÆIA**, purgare. Iſl. *fægia*. Ol. Tryggv. S. Part. I. p. 195. *þa mun mal at fægia ſarinn þau, er þer feingut i bardaganum*, tempus eſt abluendi vulnera, quæ in prælio accepiſti. Angl. Bor. *fei* vel *feigh*: *fei meadowes*, prata a ramis & quisquiliis purgare, *fey a pond*, vivarium purgare emiſſa aqua. v. Rayi *Collect.* p. 18. Addam locum Interpretis Iſlandi, *Syr.* 12. *Þo þu fæger af honum, ſo ſem af ſpeigle, blifur han þo rydugr*, quamvis eum purges inſtar ſpeculi, attamen manet ærugine plenus. Germ. *fegen*. Wachterus hoc verbum de ejusmodi purgatione proprie uſurpatum credit, quæ humido fit, adeoque ortum a *wage*, aqua. Quum

vero

Digitized by Google

vero derivata fere alio ducant. credi poſſet, ab initio, *feja*, *fega*, idem fuiſſe, ac polire, ſplendorem inducere, collatis A. S. *fag*, color, & Al. *fagar*, ſplendor, claritas, de quibus ſupra in v. *fager*. Et ſi hoc adoptaretur, facile conſtaret, unde politor armorum dicatur *ſwerdſejare*. Germ. *ſchwerdtfeger*, utpote qui enſes, deterſa rubigine, nitidos reddit. Poſtquam tot exemplis animadverti, quanta ſit inter veterem L. Latialem Scythicasque dialectos antiquiores harmonia & neceſſitudo, ſuſpicio enata eſt, noſtrum hoc *feja*, nil aliud eſſe, quam Latinum *piare*, *p* in cognatum *f* mutato, in qua inde confirmari mihi videbar, quod obſervarem, vocem *pius* propria ſignificatione denotare purum, & *piamen* id, quod purum reddit, ut, præter alios, docet SERVIUS in notis ad *Æneid.* 1. v. 378. Et hinc eſt, quod in formulis antiqui Latii *purus piusque* tanquam ſynonyma ſæpe conjungantur. Adi, præter alios, LIVIUM, Lib. 1. c. 32. ubi ANCO MARTIO ſententiam roganti reſpondetur, *puro pioque duello res quærendas cenſeo.* Hinc jam facile conſtabit, quæ ratio appellationis ſit Germanici vocabuli *feg-feur*, quo ignem purgatorium appellant, ſcilicet petendam illam non ab A. S. *fah*, inimicus, ut ſit flamma ultrix, nec a *wage*, aqua, ſed proprie eo denotari ignem expurgatorium, quæ eadem vis eſt Suethici *ſkærseld*, a *ſkæra*, mundare, purgare.

SWERDFEJARE, qui enſes conficit.

SKÄRSTENSFEJARE, qui fumarium a fuligine expurgat.

FEL, error. C. B. *ffael*, a quo deinde orta Germ. *feler*, Angl. *fault*. Gall. *faute*. Hiſp. *falta*. Incertum eſſe poterit, utrum ſubſtantivum hoc a verbo, an verſa vice ab hoc illud promanaverit. Ego id nullo in diſcrimine ponam, ſed obſervabo tantum, cum utroque manifeſtam cognationem habere Latinum *fallo* & Gr. σφάλλεσθαι, quorum poſterius nihil a ceteris differt, niſi quod literam ſibilantem ſibi præpoſitam habeat. Nec procul abludit φηλᾶν, decipere, φῆλος, impoſtor. Iſl. *vel*, technæ.

II. Defectus vel moralis vel etiam phyſicus. *Begå ett fel*, crimen committere, *haſwa fel*, vitium habere. Germ. *fehler*. Gall. *faute*. Majores noſtri *fal* dixere. DAL. L. p. 22. *Nu kan fal a farlid komma*: ſi vitium portæ ſepimenti accidat. ib. p. 23. *Hvar ſum bawir bolſtad*, *thær watn fal är uppå*: ſi quis agrum habeat, cui aqua vitium inferat.

FELA, errare. C. B. *ffaelu*. Germ. *fehlen*. Angl. *faile*. Gall. *faillir*. It. *fallire*. Lat. *falli*. Nova vocis ſignificatio eſt, qua deficere, deeſſe, delinquere, notat: ut dum dicimus, *thet felar icke mycket*, parum deeſt. It. *faltare* Hiſp. *faltar*, deficere. Angl. *faulter*. Gall. *falloir*. Suſpicantur quidam, non tam alium hunc ſignificatum eſſe, quam potius aliud vocabulum, ortum a *fä*, paucus: quid enim aliud eſt deeſſe, quam aliquo numero deficere? Ab hac eadem radice ortum certe eſſe *fattas*, deficere, antea monui. it. *fackas*, minui.

FELT, erronee. *Skjuta felt*, aberrare a ſcopo: *taga felt*, errare in capiendo, *ſlå felt*, aberrare, ſpem deſtituere.

FELA, tegere, condere, alias *fala* & *fiala*. Hiſt. ALEX. MAGNI Rhythm.

Jamſkót, ſom ſolen ſiäler ſig.
Quam primum ſol ſe condit.

Iſl. id. 1. *Macchab.* 1. *So ad þeir urþu ad geyma og fela ſig i holum*, ita ut ſeſe abſconderent in cavernis. Angl. Boreal. *feal*. Hib. *falaighim*. Al. *folubun*, conderent, *kifolubun uuerde*, condatur, quæ ex Gloſſis antiquis adfert SCHILTERUS, *Gloſſ.* p. 310. quibusque addere non dubito Ulphilanum *gafilhan*. Luc. 19: 42. *Gafilhan iſt faura augom theinaim*, abſconditum eſt ab oculis tuis, *gafalh*, abſcondit. Joh. 8: 59. *Jaiſus than gafalh ſik*, Jeſus autem abſcondidit ſe: nec non *affalht*, abſcondiſti. Luc. 10: 21. *affalht tho faura ſnutraim*, abſcondiſti hæc a ſapientibus, *fulgins*, occultus. Matth. 10: 26. *Nivaiht iſt fulgin, thatei ni uſkunnaidau*: nihil eſt occultum, quod non ſciatur. Veriſimile etiam mihi videtur, ad hanc radicem referendum eſſe illud *filigr*, *filegr*, quod occurrit Marc. 11: 17. & Luc. 19: 46. *jus ina gatavideduth du filegrja thiube*: vos illud feciſtis ſpelæum furum: vi vocis nempe denotat ſedem occultam, ab hoc *filhan* & *ligr*, cubile. Græcum φωλέω, lateo & φωλεύς, latibulum, eandem forte originem agnoſcunt, cui JUNIUS addit φελλός, φλοός, φλοιός, quæ omnia corticem denotant, ut arboris tegmen. Latini, *f* in *v* mutato, *velo* habent, unde *vellus*, quod etiam alia variatione ejusdem radicis *pellis* dicitur. Ulph. *fill*. Germ. *fell*. Sueth. id. Immo docent Critici, antiquiores Latii incolas, pro hoc velo *felo* dixiſſe, indeque *infulas* nomen habuiſſe, quæ, FESTO auctore,

Digitized by Google

erant *filamenta lanea, quibus Sacerdotes, hoſtiæ & templa velabantur.* Ingentem aliarum ab eodem ſtipite provenientium vocum numerum adducit STIERNHIELMIUS, in *Gloſſ. Ulphilano, pallam, pallium, paludamentum*, nec non *ſallo*, quod proprie occultare, latere ſignificat, ut in illo HORATII: *Nec vixit male, qui natus moriensque feſellit*, hoc eſt, qui ſecundum ſapientis effatum, vivens latuit. Omiſi id, quod ordine primum eſſe deberet, Ebræum, inquam, סלא, occultavit.

FALASKA, favilla. v. ſupra in *falſka.*

FALDI, peplum. HERW. S. c. 35. unde in HERRÖDS S. c. 11. *faldaſeyker*, quod erat nomen certi cantus, qui ſaltantes adeo concitavit, ut pepla mulierum quaquaverſum circumvolitarent. Apud Iſlandos occurrit etiam verbum *falda*, tegere, obnubere. OL. TRYGGW. S. Ed. Skalh. p. 167. Part. 1. *Brudernar falda ſer þa ſidt, ſva at ogeorla matti ſea þeirra yſirlit*: Sponſæ adeo obnubebant ſe, ut ægre vultus eorum conſpici poſſent

FALDA, teges, veſtis ſtragula. GOTHL. L. c. 20. §. 29. ſancitur, ut qui ex ſerva filium ſuſcepit, ipſi, matura ætate patriam domum relinquenti, præter pecuniam & arma lectum cum illius apparatu det *ſengaclæþi, faldu oc legwitu oc mengi*, h. e. ad ſternendum lectum tegetem, culcitam & cervical. Occurrunt ibi tria vocabula, quæ quoniam in Lexicis noſtris prætermiſſa ſunt, hac occaſione breviter explicabo. *Faldu* hoc, quod a *fala, fela* ſit, atque ita dicatur, quod corpus hominis tegat, ulteriori probatione non eget. *Legwitu* compoſitum videri poterit a *ligga* & *wat, wet*, pannus cujuscunque generis, quod hic ſpeciatim ponitur pro ejusmodi veſte ſtragula, quæ plumis ſufferta corpori jacentis ſubditur. Gothlandi tegetem lecti hodieque *lækta* appellant, quod contractum credi poſſit a *legwitu*: v. SV. ULLGRUNDS *Diſſ. de Dialectis L. Suiog.* Part. II. p. 6 Ultimum *mengi*, vitioſe legitur pro *wengi*; quo nomine hodieque cervical apud Gothlandos appellatur. Mœſogothice *waggari*, id. Marc. 4: 38 *ana wanggarja*, ſuper cervical. Germ. *wangen*, idque a *wang*, genæ. Iſl. id. EIGILS S. p. 51. *Reif af mier adra wangafillunu*: alterius genarum cutem decerpſit.

FJÅLSTER, locus occultus. ÖSTG. L. *Eds.* B. c. 25. *Bår i fiålſter, ok legger a lön*, ſi occiſi cadaver in locum occultum portet, & abſcondat. AngloSaxones latibula dicunt *beolſtra*, docente SOMNERO, ab *bela*, tegere.

FULA, res furto abſcondita, GOTHL. L. c. 37. c. 6. *þa en mandr bier manni fula i gard*, ſi quis rem furtivam domino inſcio in ædes ejus intulerit.

FULGIN, occultus, celatus. In LEGE WESTROG. *dagfulgit* vocatur dies finitus, vel conditus, quo ſenſu Poetæ dicunt condere ſoles. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 17. *Fran thy fyrſt dagas, ock til dagfulgit år*: a quo primum luceſcit, usque dum dies finitus eſt. STIERNHIELMIUS *fulgit* ortum putat a *fylla*, implere, ſed illud malo, utpote analogia firmatum. Ulph. *fulgins*, id.

FYLSKNI, occultatio. Conſpirat Ulph. *fulbsni*. Matth. 6: 6. Iſlandi etiam *fylsni* habent, ut in Hiſtoria OLAVI TRYGGV. P. I. p. 43. *þu munt vel vita vegu oc fylsni öll*: noſti tu perbene ſemitas omnes & latibula.

FÖLENG, occultatio, unde *fear föleng* in LEGE WESTROG. *Rättl. B.* c. 5. occultatio pecoris occiſi. *Dræper madher hors eller nöt firi manni, wetir fearföleng.* i. e. interprete LUNDIO, ſi quis interficiat equam vel juvencum alterius, & necatum etiam occultet. Emendat ita LOCCENIUM, qui parum concinne vertit: Si quis interficiat equum vel juvencum alterius, & probetur jacere in eo loco, ubi putreſcat. Cfr. VERELII *Index*, p. 67.

FELIG, ſecurus, qui extra periculum eſt. CHRON. RHYTHM. p. 357.

Wi hafde ej ett ſlott eller fæſte,
Ther wi måttom infara,
Och med wart hufvud felige wara.
Nullam arcem habuimus,
Quo nos conferre potuimus,
Et caput noſtrum tutum præſtare.

Vita ANSGARII, p. 20. *At han matte thes felaghare komma till ſitt rike*, ut tanto ſecurior in regnum ſuum rediret. Hinc eſt, quod armiſtitium vel induciæ in ſcriptis medii ævi vocentur *felig dag*, quaſi conventio de mutua ſecuritate. Germ. *feiliger tag* apud HALTAUSIUM. Obſervat LEIBNITIUS, in notis ad *Gloſſarium Chaucicum*, Bremenſibus *veblisch* eodem ſenſu in uſu eſſe, qui vero vir ſummus dum Iſl. *uheilagr*, non ſecurus, cum eo aliquid affinitatis habere credit, omnino errat: *heilag* enim, Sueth. *helig*, quod ſanctum & item ſecurum notat, Germ. *heilig*, cuique opponitur hoc *uheilagr*, cum præſenti voce plus commercii non habet, quam cum *fælage*, ſocius, quod tanquam etymon adfert SPEGEL, in *Gloſſario*. Ortum vero noſtrum puta ab A. S. *fale*, fidelis; ſolent enim fida & tuta communibus terminis in Linguis tantum non omnibus exprimi.

FELA, ſalvum conductum vel fidem publicam dare. OL. S. *Hiſt. Rhythm.* p. 21.

Tha

Digitized by Google

Tha Olaff *thetta ſpørja fick,*
Tha latha budin fela ſik.
Quando Olavus id reſcivit,
Tum nuntii ſalvum conductum petebant.

Chron Rhythm. p. 317.

The torde ej, förän the låto ſig fela:
Non audebant (venire) niſi accepto commeatu.

Hinc *framſela* eſt fide publica aliquem deducere. Ordin. Eccles. Anni 1571. *Thet är icke mer än en Patron, hwilken alla ſyndare föredagtingar och framſelar:* non eſt niſi unicus Patronus Eccleſiæ, qui peccatorum mediator, quique eos ſecuros ad Deum deducit.

FELIGHET, ſecuritas, fidelitas. Chron. Rhythm. p. 327.

Spurde Marſken tha,
Om the ſkulde troo uppa
Then ſtora tro och felighet,
Ther Niclis *hafde honum betedt.*
Quærebat a Mareſchallo,
An fidem habere poſſent
Solenni illi fidelitati,
Quam ipſi Nicolaus declaraverat.

Iſl. *fielighcit.* Bibl. Isl. 2 *Maccbab.* 4. *Gaf honum ſina hånd and ſinn eid uppa, at han kiæme til hans med fielígheit:* Eique manum & juratam fidem dedit, fore, ut cum ſecuritate ad eum veniret.

OFELIG, non ſatis tutus. *Littera Capituli Upſ.* de anno 1432. ad Ericum Pomeranum, apud Spegel, in *Allegat.* ad *Hiſt. Eccl* p. 32. *Han hafde gierna ſielf till Idher Nåd farid, uthan han ræddis, at ſiön ſkulle farlös varda, ofelikare än han nu är:* Ipſe ad Gratiam Veſtram veniſſet, ni timuiſſet, fore, ut glacies minus tuta evaderet. Belg. *ont-veylig:* id. *De wegbein ont-veyligben,* vias infeſtas reddere.

FELL, tegumentum quodvis & cujuscunque generis, inprimis quod animalium corpora tegit. Lat. *pellis.* Ulph. *fill.* A. S. & Al. *fell:* unde *fellberedare* dicitur, qui pelles animalium uſibus hominum præparat. Specialiſſime vero ſignificat tegumenta lectorum, ex pellibus ovium aliorumve animalium confecta. Radix eſt *fela*, tegere.

FELM. FELMTR. timor: unde apud Iſlandos *felmsfullur*, pavidus. *Marc* 5: 42. *Og their urdu omaatanlega felmſuller:* & timuerunt ſupra modum. ib. c. 9: 15. Apud Ulphilam habemus *usfilmei*, ſtupor. Luc. 5. 26. & *usfilmans vaurthun*, ſtupebant, Marc. 1: 22. Uſurpamus hodie, transpoſitis litteris, *flemta*, quod notat gravem anhelitum ducere, fortiter ſuſpirare, ut ſolent, qui præ metu exanimati ſunt, aut a vehementi curſu redeunt. Radix eſt *fæla*, *feila*, timere, revereri. Marc. 12: 6. *Their muna feila firi ſyne minum*, reverebuntur filium meum. v. Gudmundus Andreæ, p. 64.

FELT, campus, planities, A. S. *feld*, *fæld*, *fild.* Al. *feld*, *ueld.* Angl. *field.* Belg. *veld.* Germ. *feld.* Paulus Diaconus, Lib. I. c. 20. docet, apud Longabardos idem hoc vocabulum uſu viguiſſe. *Habitaverunt*, inquit, *in campis patentibus, qui ſermone Barbarico* feld *appellantur.* Quum inveniam, AngloSaxones veteres tam *feld*, quam etiam transpoſitis literis *flet* dixiſſe. v. Leges Hlotarii, allatas ab Hickesio, in *Diſſ. Epiſtolari*, §. 11, 12. haud improbabilis mihi viſa eſt conjectura, *flet*, & inde orlundum *feld*, orta eſſe a *flat*, patulus, æquus. Iſl. *fletia*, æquare, planum reddere, niſi ſimplicius arbitreris, *felt* vel *fælt*, derivatum dicere a *fala*, planities, de quo ſupra. Proprie certe locum æquum notat, unde eſt, quod Interpres AngloSaxo, Luc. 6: 17, τόπου πεδινοῦ, vertat *feldlicre ſtove.* Quæ Junii de hac voce opinio ſit, videri poterit in *Etymol. Anglicano*.

II. Notat aream Martis, ſimili ratione ac a campo fit *kamp*, certamen. *Gå i felt*, bello ſe accingere. Scilicet, dum omnia ſilvis conſita erant, pugnaturi ſedulo illa loca quærebant, ubi aciem ſuam explicare poſſent: unde factum eſt, ut in planitiem prodire, atque in certamen deſcendere, unum idemque fuerit. Diverſa methodo incedit Wachterus, belli notionem altera antiquiorem reputans, ſed non crediderо, cum id eruditis perſuaſurum eſſe.

FELTHERRE, belli dux, ab *Herre*, dominus.

FELTSTYCKE, tormentum bellicum, v. *Stycke.*

FELT-SKÆR, proprie tonſor caſtrenſis, dein ſumitur pro quovis chirurgo: a *ſkæra*, Germ. *ſcheren*, tondere.

FEM, quinque. Æol. πέμπε. Arm. *pemp.* Ulph. *fimf.* Iſl. *fimm.* A. S. *fif.* Al. *finf*, *fimf.* Precop. *fynf.* Angl. *five.* Belg. *vyf.* Wachterus, qui horum nihil non affert, una cum aliis credit, πέντε a πᾶν, omne, nomen fortitum fuiſſe, quum veteres computaturi, pro aba-

Digitized by Google

abaco digitis uterentur, & quinarium numerum adepti, totam manum adhibitam eſſe, ſignificarent: hæc vero derivatio ſi vera fuerit, ſimul verum erit, numerorum doctrinam a Græcis ad Scythas ceteraſque gentes dimanaſſe.

FEMTON, quindecim. Ulph. *fimftaibuns*. A. S. *fiftyn*. Terminatio itaque *ton* variatio eſt numeri denarii *tio*.

FEMTIO, quinquaginta. Ulph. *fimtiguns* A. S. *fiftig*.

FEMT, in Lege OSTROGOTHICA dicebatur judicium, ad quod quinto a citatione die, numerando a die Lunæ ad diem Saturni, (v. *Egna Saler*, c. 8.) comparere debebant litigantes. Erant tres ejuſmodi citationes, *förſta*, *andra och yſerſta femt*, quæ ſimul ſumtæ quindecim dierum erant. *Wins.* B. c. 6. *til högſtu fämtan natta fämtina.* Ab his provocabatur ad judicium ſuperius Lincopiæ habitum, *Liongatings femt*, ſed id nonniſi in cauſſis criminalibus. v. *Räſſla* B. c. 25. Contractum eſſe *femt* a *fem nattu ting*, infra ad v. *natt* obſervabitur.

FEN, palus, terra paludoſa. Iſl. id. A. S. *fenn*, unde *fennfugelas*, aves paluſtres. Apud Ulphilam *fani* lutum notat, quod a πίνος, ſordes, profluxiſſe, putat WACHTERUS. Eſt ab hac voce, quod STIERNHIELMIUS aliique autumant, Finlandiam nomen ſuum adeptam fuiſſe: quod etiam inde confirmari videtur, quod ſua lingua *Sooma* dicatur a *ſoo*, palus, & *ma*, terra. BEELIUS provinciæ hujus nomen derivat ab Hungarico. *fennieſſey*, ſplendor, (v. BAJERI Epiſt. in *Theſauro* CROZIANO. P. I. p. 280, & cfr. STRALENBERGS *Deſcript. Ruſſiæ Bor.* p. 66.) a qua conjectura adeo non diſtat OL. RUDBECKII, Senioris, in *Atl.* Tom. III. p. 749, qui a colore rutilo non Fennoniam modo, ſed innumera alia extra & intra patriam loca denominata putat. Alii tandem a Vanis, Aſorum in expeditione ad Septentrionem ſociis, nomen hoc ortum credunt: ſed adeo probabilis eſt prima Etymologia, ut aliam quærere, ſupervacaneum mihi videatur.

FENA, pinnæ piſcium. Iſl. *faun*, *fun*. v. GUDM. ANDREÆ. p. 65. Angl. *finnes*. Belg. *viſch-vinnen*, qui iidem, docente JUNIO, dicunt *viſch-vederen*. Concludit inde idem doctiſſimus Auctor, pinnas ita dici, quaſi pennas, ut apud Græcos πτερύγια. BENSONIUS A.S. *fin* vertit ſquama, *finiht*, pinnatus.

FENGKÅL, fœniculum. A. S. *fenol*, & in *Gloſſario* ÆLFRICI *fynel*. Al. *fenic*, *finachal*. Angl. *fennel*. Gall. *fenouil*. It. *finnochio*. v. VOSSII *Etymol.* in *fænum*.

FENSTER, *feneſtra*. C. B. *ffeneſter*. Al. *venſter*. Vox apud nos novitia eſt: veteres enim ejus loco *glærglugg* uſurpavere, a *glæra*, lucere, & *glugg*, foramen, vocem ſane aptam & veterum ſimplicitati convenientem. Non enim aliud habebant priſci Boreales, per quod lumen immitterent, quam facta in tecto & pariete foramina, quorum prius in LEGE WESTROG. *Ard.* B. §. 6. vocatur *liuræ*. *Skiuter madher in at liuræ*, ſi quis per feneſtram telum jecerit. Ut breviter conſtet, quæ fuerit architecturæ ratio apud veteres Suiogothos, ſcire juvat, docere hiſtorias noſtras, ignem in medio aulæ cujusque accenſum fuiſſe, cui exitum dedit apertura in faſtigio facta, & tum aliam viam lumini accipiendo relictam non fuiſſe, quam hanc & factum in pariete foramen. Poſtea vero, quando ad exemplum aliarum nationum focos & fumaria ſtruxere, & inprimis quando materiæ pellucidæ copia facta erat, uſus introduxit, ut in ipſo tecto feneſtræ ponerentur, quæ a loco & forma rotunda *windöga* nuncupabantur: *wind* enim notat ſupremam domus contignationem, *öga* oculum: vocares Latine oculum tecti. Angl. *window*: dicerem pæne, vetus Germanicum *tagloch* vel *tachloch* nihil aliud ſonare, atque a *dach*, tectum, potius quam a *tag*, dies, ortum eſſe. Quod ad noſtrum *fenſter* attinet, extra controverſiam eſt, illud æque atque Latinum feneſtra a luce vel lumine nomen habere; radicem vero, perinde eſſe poterit, ſive Græcam ſive Gothicam dicere volueris, habemus enim eam cum Hellade communem: quod quippe Græci φάινειν dicunt, id *fænna*, *funa* eſt lingua veteri, ortum a *fun*, ignis.

FERG, vocantur conti, qui ad continendum corticem, quo domus ruricolarum teguntur, faſtigio utrinque demittuntur. a *ferga*, *fergja*. Iſl. premere, unde *färg*, preſſura apud VERELIUM.

FERSK, recens, *ferſkt dricka*, cereviſia recens, *ferſkt ſmör*, butyrum recens: tranſlate *ferſk* dicitur de quovis edulii genere, quod nondum ſale conditum eſt: *ferſkt kött*, caro nondum ſalita.

Iſlan-

Digitized by Google

Iſlandi non tantum *ferſkr* habent, ſed &, eliſa litera canina, ut in medio vocis ſæpe ſolet, *feſk* vel *fæſk*. *Hiſt.* EGILLI, p. 58. *Hun er nu ſo feſk, ſem þo bun var afhoggin*: æque jam recens eſt, ac quum primum amputaretur. Ceteræ vero dialecti omnes metatheſi literarum mediarum gaudent. Arm. *freſc*, *freſb*. Gall. *frais*. Ital. *freſco*. Germ. *friſch*. Belgæ utrisque morem gerunt, quippe qui *friſch*, & *verſch* habent. Suo loco infra obſervabimus, nos etiam *friſk* dicere, quod licet de vegeto & alacri utplurimum uſurpetur, eſt tamen, ubi pro recenti ponatur: ut dum dicimus *friſka hæſtar*, equi recentes, nec non de non ſalito, *friſkt watn*, aqua dulcis. Ad etymon quærendum ſcire referret, utrum horum antiquius ſit: quod in tanto linguarum divortio difficile judico. Parum certe mihi ſatisfaciunt, qui noſtram vocem derivatum eunt, vel a *vireſcens*, vel a *frigidus*, quorum illud FERRARIO placet, hoc MARTINIO aliisque, uti nec ſcio, an acu rem tetigerit GUDMUNDUS ANDREÆ, qui fontem inveniſſe ſibi videtur in *fyrr*, prius.

II. Apud Juris Conſultos *ferſk gerning* notat factum recens. *Bliſwa tagen på ferſk gerning*, in ipſo facinore deprehendi, ἐπαυτοφώρῳ.

FET, pinguis. A. S. *fæt*. Angl. *fat*. Belg. *vet*. Iſl. *feitr*. Germ. *fett* & *feiſt*, a *fæda*, nutrire, alere, ut apud Latinos altilis pro pingui ſumitur.

FETTISDAG, dies Martis jejunium quadrageſimale præcedens. Gall. mardi gras.

FETT, adeps.

FJÅCKA, hunc illuc vagari. Vox hæc Uplandis hodie familiaris eſt, communioris vero uſus illam olim fuiſſe docet illud *piæcker*, quod in vetuſtis Legum tabulis occurit, notatque erronem, qui certo domicilio carens, aliorum liberalitate vivit. *Hæradspiæcker*, qui certum quoddam territorium mendicando obambulat. v. ÖSTG. L. *Drap.* B. c. 13. ubi ita deſcribitur, *then man ſum ganger bælagra manna mällum ok trænda ſinna, ok är hwargbin ſtadbnader*: qui viros pios ſuosque neceſſarios viſitat, & nuſpiam focum proprium habet. Ex GLOSSIS MONSEENSIBUS SCHILTERUS adfert *fibbarra*, alieni, quod an huc pertineat, videant eruditi. Ita certe vocari poſſunt, qui nuſpiam ſui ſunt. Dici videntur hi circumforanei ab Iſlandico *fiuka* & *fyka*, quod quidem proprie notat vento ferri. v. Indicem ad RUNOLPHI JONÆ *Gram. Iſl.* ſed deinde tamen tranſlatum reperitur ad quemvis motum ſubitum, ut in *Hiſtoria* THORSTANI WIK. *Fiki ſteinar ut a ſkipunum*: volitabant ſaxa miſſilia per naves. v. infra in v. *fika*, proficiſci vel citato greſſu ferri.

FJÄDER, penna, pluma. A. S. *fether*, *fyther*. Al. *fettacho*, *feter*. Iſl. *fiödur*, *fidur*. Belg. *veder*, *veer*. Angl. *feather*. Germ. *feder*. a Græco πτερὸν, pro quo videntur mollioris pronuntiationis ergo dixiſſe πετερόν. v. JUNII *Etymol. Angl.*

II. Elaterium, *urfiäder*, horologii primum mobile: ſignificatio hæc inde nata videtur, quod ab initio ad hos uſus pennæ uſurpatæ fuerint.

FJÄDERFÆ, omnis generis volatilia.

SOLFIÄDER, umbella plicatilis, quam ad arcendos ſolis radios tenent virgines noſtræ. Nomen a pennis habet, quum loco papyri, quæ nunc ſolennis ejus materia, olim a plumis pavonum aliorumque volucrum fieret, ut docent vetuſtæ imagines.

FJÅL, aſſer, tabula. Iſl. *fiel*, *fiol*. GUDM. ANDR. p. 68. Hinc *broſſjol* in LEGE OSTROGOTH. dicitur tabulatum, quod eſt ante ædium introitum. Ortum credi poteſt a *fælla*, coagmentare, quod vide ſupra in v. *fäll*.

FJÅLA apud Scanos Weſtrogothosque notat farcire: *fjåla pölſa*, farcire botulos: neſcio, utrum idem vocabuli ſit, ac *fjåla*, condere. v. ſupra in *fela*, an vero hoc ſit variatio vocis *fylla*. Oſtrogothi certe inteſtina animalium, quæ infarciuntur, *fjålſter* vocant.

FJÄLL, rupes, petra: dicitur proprie de jugo montium & rupium, atque in ſpecie illorum, qui hodie Norrwegiam a Suecia diſterminant: unde, qui ibi degunt Lappones, *Fjällappar* nuncupantur: Iſl. *fjäll*, id. *fjällbygder*, loca montana, ut Luc. 1. 39. MARIA dicitur abiiſſe *med flyter uppa fjallbygder til Juda borgar*, cum feſtinatione in montana in civitates Judæ. *Fjællwegur*. THORST. WIKINGS. S. c. 8. iter montanum. Al. *felis*, rupes. Germ. *fels*, id. Ad familiam hujus vocis pertinere videtur HESYCHIANUM φάλαι, quod interpretatur ὄρη & σκοπιαί, montes & ſpeculæ, nec non SUIDÆ. φελλεὺς h. e.

Digitized by Google

h. e. *τόποι πετρώδεις*, loca montana. Jam antea ad vocem *berg* indicavimus, veri nobis videri ſimile, *fiall* a *fela*, *fjæla* nomen accepiſſe, quum receptacula fuerint hominum, & a natura conceſſa præſidia adverſus vim & quoslibet inſultus. Ceterum Martinius Germanicum *fels*, quæque ſupra attulimus, derivat a *φαλὸς*, eminens.

FJÄLL, portio agri: unde *urfiäll* in tabulis legum noſtrarum eſt portio agri, extra limites prædii ſita. Upl. L. *Wid. B.* c. 17: §. 8. *Wingårdsfjällar*, Eſaiæ 5: 10. areæ vinearum. Nomen habet a *fial*, *fiol*, aſſer, tabula, quam forma refert, eodem modo ac Uplandi noſtri minorem arvorum portiunculam *ſpiäll* vocant, quod proprie tabulam notat. Iſl. *ſpeld*. Ulph. *ſpilda*.

FJÄLL, ſquama piſcium, ita dicta a *fjala*, *fela*, tegere, quum illa ſit piſcium tegmen. Ad eundem modum Germani eam *ſchuppe*, dicunt, a Græco *σκέπειν*, tegere, ſi Wachtero fidem habeamus. Diſpeſci ſolent piſces noſtri in duas claſſes, quarum alii *fjällfiſk* dicuntur, ſquamati, ut lucii, percæ, alii *ſkinfiſk*, qui ſola cute ſua teguntur, ut anguillæ. Conf. *φολὶς*, ſquama.

FJÄLLA, deſquamare.

FJÄLLPANSAR, lorica ſquamata. Germ. *Schuppicht panzar*. Galli eam cote de maille, Ital. camiſcia di maglia appellant. Nominis ratio manifeſta eſt, quum laminæ, quibus conſeritur, non aliter corpus tegant, quam ſquamæ piſces.

FJÄR, FJÄRRE, procul, porro. Chron. Rhythm. p. 487. *fiärre ok när*, procul & prope. Ulph. *fairra*. A. S. *feor*, *feorr*, *fyrr*. Al. *ferro*, *verro*. Belg. *varre*, *verre*. Angl. *farr*. Iſl. *far*, *fjar*, *firr*, *firmari*, remotior, *fiarſt*, *fierſt*, remotiſſime. Conſentit Gr. *πόῤῥω*, procul, & *πέρα*, ultra.

FJÄRRAN, procul, a loco remoto v. ſupra in *an*: *komma fjärran ifrån*, a locis remotis venire. Voluit tamen uſus, ut etiam tum uſurpetur, quando motus de loco non indicatur: ut in phraſi Biblica, *ware fjärran från mig*, procul a me abſit, Al. *fer ſii*. A. S. *feorla ſy*. 11. Ad imitationem Germanorum, *fiärran* etiam uſurparunt ævi Gustaviani Scriptores ſenſu reſtrictivo, quemadmodum Germ. *in ſo fern*, pro quo veteres Alemanni *als verre* uſurpavere. v. Jus Prov. Alemann. c. 126. §. 13. & alias ſæpe: vel ut nos non abſimili dicendi genere dicimus *ſå wida*. Ordinat. Eccles. anni 1571, in præf. *han hafwer ſå fiärran lag och ſtadgar behof*, in tantum lege & ſanctionibus indiget: & infra: *Så fiärran hon oſt något nyttigt påminner:* in quantum memoriæ noſtræ, quæ utilia ſint, ſuggerit. III. Apud eosdem etiam notat usque adeo: Laur. Petri *Poſtilla*, Dom. IV. Adv. *Helia ſatte ſig emot Iſraëls Kong ſå fiärran, att han ſtraffade hans afguderi*. Elias ſe regi Iſraëlitarum oppoſuit, usque adeo, ut reprehenderet illius idololatriam. Conf. Angl. *ſo far*. v. J. Sereni *Lex. Angl.*

FJÄRMARE, remotior, *fiärmaſt*, remotiſſimus, ut a *när*, prope, fit *närmare*, *närmaſt*. Comparatio heic fit per *mer* & *meſt*, plus, plurimum, ut infra notabitur ad v. *mer*.

FJÄRD, fretum. Ut *d* in *l* ſæpe liqueſcere ſolet, ita pronuntiatio noſtra *fiäl* adamat: ut *Skoffjälen*, *Gullfjälen*. Iſl. *fiord*. Quum proprie dicatur de aqua navigabili, ortum videri poteſt a *fara*, quod in Codice Argenteo notat navigare. Luc. 8: 23. *faridedun*, navigabant. Joh. 6: 19. *farjandans*, remigantes. v. infra *fore*. C. B. *ffordd*, iter, via, ejusdem eſt originis. Alii exiſtimant, *fjord* tranſpoſitas literas habere vocis Latinæ *fretum*.

FJÄRIL, papilio. Iſl. *fifrilde*, quod ita dici docet Gudmundus Andreæ, quaſi *fiidrilde*, a *fidr*, ala, & *ilde*, tetura, quaſi genus alatum. Gothlandi hodieque, hæc inſecta vocant *fiäderallde*. A. S. *fiffalde*, *fifeld*.

FJÄRT, vel FJERT potius, crepitus ventris. A. S. *feort*. Belg. *vert*. Angl. *fart*. Germ. *furtz*, a Gr. *πορδὴ*: unde *fjerta*, *πέρδω*. Iſlandi per metatheſin dicunt *freta*, nec id a Græcorum uſu abhorrens, utpote qui *φρέω* habent.

FJÄS, diſcurſus, qualis eſſe ſolet, dum magni hoſpites adveniunt, unde dicimus *göra fjäs af en*, multo apparatu aliquem excipere, aut etiam cuipiam quoquo modo blandiri, quod etiam *fjäſa* dicitur uno vocabulo.

FJÄSKA, ſatagere, multa agendo nihil agere, quique hujus ingenii eſt *fiäſkr* appellatur, homo mobilis, inconſtans. Oriuntur hæc omnia a veteri *fus*, citus, unde *fyſa*, properare, de quibus infra plura ſumus allaturi. Affinitatem, cum allatis habere videtur Iſl. *fiaſa*, adniti, *fias*, niſus. v. Gudm. Andreæ *Lex. Iſl.* p. 191.

FJÄT, veſtigium. In Legibus patriis ſæpe recenſetur tanquam legitimæ abſentiæ cauſſa, *vara i fjät ſear ſins*, inſequi veſtigia deperditi pecoris. Radix vocis eſt *fot*, quod apud Iſlandos in plurium numero habet *fætur*, unde *fet*, ve-

Digitized by Google

veſtigium, paſſus. Festus commemorat, veteres Latinos in eundem modum & aſſimili vocabulo veſtigium *pedam* appellaſſe a *pede*.

II. Paſſus, vel quantum divaricatis cruribus emetimur. Hels. L. *Wid. B.* c. 5. Iſl. *fet*. Job: 14. *þu beſur alt til reiâu taled min fet*: jam numeraſti paſſus meos.

FJÄTTER, pedica, ferrum, quo circumdantur captivorum pedes. *Syr.* 21: 22, latius & catachreſtice ſumitur pro vinculo manuum: *lägga fjätter både på händer och fötter*: manibus pedibusque vincula immittere. Iſl. *fjotur*, id. *fiotradur*, compedibus vinctus. Germ. *feſſel*, ant. *feſſer*. Radix haud dubia eſt *fot*, pes.

FJÄTTRA, compedibus, vel alio quocunque ligamine conſtringere. Upl. L. *Arfd. B.* c. 6. §. 2. *Nu kan man annan taka i ſäng mädh kunu ſinni, ok ſlar han thær i hæl, ällä badhin thöm: Tha ſkal han thöm badhin ſaman fiätra, dödh ok qwik, ällä badhin dödh, ok ſwa til thingx föra: Bulſter ok bläia ſkullu thär witne bära.* Si alius vir in lecto deprehendatur cum uxore ejus, & ille a marito ibidem interficiatur, vel tam vir quam femina; ambo conſtringet, mortuum & vivum, vel ambo mortuos, & ſic in judicium territoriale adducet: culcita & lodix ibi teſtimonium perhibebunt. Locum, utut prolixiorem, integrum adducere volui, ut conſtaret, quam rigide olim ſervatum fuerit connubiale fedus, & quam late ſeſe, eo rupto, extenderit mariti poteſtas.

FICK-FACK, præſtigiæ, quidquid clanculum ad decipiendos alios ſuſcipitur. Vocem hanc inter illas referendam, quæ in familiari potius ſermone, quam publicis ſcriptis occurrunt, præteriiſſem forte, niſi eandem inter reliquias L. Celticæ inveniſſem. Ibi enim *fig-fag*, Boxhornio teſte, idem eſt ac confuſe, mixtim: Scilicet ſimpliciter & aperte non agunt, qui id intendunt, ut alios decipiant. Apud Germanos inferiores, notante Grammio, in ſæpius citata diſſertatione, de *Uſu L. AngloSaxonicæ*, *fickfaken* ſignificat nugas agitare & *fickfaker*, ardelionem. Ceterum L. Gothicæ curioſus obſervabit, vocis noſtræ formam duplicatam uſurpari in pluribus vocabulis aliis, quæ fictitia ſunt, & vitium rei vel contemtum indicant. Exempli loco ſequentia junctim afferre juvat, quum eorum plurima ſuis locis fruſtra quæſiveris.

Miſkmaſk, congeries rerum multarum, quam eandem vocem adoptarunt Angli Gallique *mic-mac*.

Pickpack, reculæ, vaſa abiturientis.

Hwiſkhwaſk, ſuſurus, clandeſtina conſultatio.

Snickſnak, gerræ.

Willerwalla, confuſio.

Tiſtaſt, ſecretæ muſſitationes, Angl. *Titl-tatl*.

Dingldangl, de rebus pendulis & huc illuc fluitantibus.

Spingſpång ny plane novus: quibus adde

Fimbulfambe, Iſl. ſtultus. Havamal. Str. 92.

FIKANTERI, nugæ, luſus.

FICKLERI, nugæ, logi, Angli fallacem *fickle* appellant, ab A. S. *ficol*. id. unde *beſician*, circumvenire:

FICKA, pera. Lat. Barb. *ficacium*, apud Du Fresne. Ol. Rudbeckius, Jun. in ſchedis manuſcriptis putat *ficka* ortum eſſe a Germ. *fach*, quod proprie plicam veſtium notare putat, ut in *einfach*, ſimplex, *dreyfach*, triplex, nominis rationem in eo quærens, quod veteres in plicis togarum ſuos habuerint loculos, ut etiamnum ruſtici noſtri. Ingenioſa hæc & veri non diſſimilia: ceterum obſervandum eſt, *fach*, apud Wachterum, in genere notare loculamentum aut rei cujusvis receptaculum, a *fahen*, capere, Sueth. *få*, cujus imperfectum eſt *fick*. Veteres Gothi Iſlandique peram *poka* appellavere, unde *matarpoka*. 1 Sam. 9. mantica portandis eduliis adaptata, quæ vox, *p* in cognatum *f* mutato, plus non differt ab *fika*, quam ut affinia haberi poſſint. Gallos inde ſuum *poche* formaſſe, evidentius eſt, quam ut moneri debeat. Vide infra in *poſſe*.

FIDEL, FIDLA, hodie *fiol*, inſtrumentum muſicum. Gall. *violon*. A. S. *fithele*. Al. *uiedele*. Iſl. *fidla*. Germ. *fidel*. Angl. *fidle*. Belg. *vedele*, *vele*. Quum fidibus illud tenſum ſit, inde etiam nomen datum eſſe, communiter creditur. Verum, quum vetus Latium, utut non ἄμουσον, nihil tamen habuerit, quod hoc inſtrumentum muſicum referret, nedum ut aliquod eorum fides vel fidicula appellatum ſit; minime mihi veriſimile videtur, Barbaros inventores in aliena lingua ſuo invento nomen quæſitum ire, voluiſſe. Facile itaque aſſenſum me impetraturum, crediderim, ſi dixero, aliunde nomen hoc ortum non eſſe, quam a vetere Gothico & Iſlandico *fidra*,

Digitized by Google

fidra, quod eſt leviter tangere, quodque *fidla* vel *fitla* etiam dici, auctor eſt Gudmundus Andreæ p. 71. cfr. p. 68.

FIDLARE, fidicen. C. B. *ſpior*.

FIENDE, hoſtis. Ulph. *fijands. fiands.* Iſl. *fiande*. A. S. *feond*, *fynd*. Al. *fiant*. Belg. *vyand*. Angl. *fiend*, *feend*. Origo vocis manifeſta ab ant. *fia*, odiſſe, ut in Hymisquidu.

Gein vid aungli ſu, er Gud fia,
Umgiord nedan allra landa.
Devoravit hamum ille, quem Dii oderunt,
Gyrus inferior omnium terrarum.

Mœſogothi *fijan* habent. Matth. 5: 43. *Fiais fiand theinana*, odio habebis inimicum tuum. A. S. *figan*, *fian*. Al. *fien*, *figen*. Ab hoc *fia*, præter vocem præſentem, orta eſſe *fegd*, *fegta*, aliaque, ſupra annotatum reperietur.

II. In ſpecie notat generis humani hoſtem, diabolum, ut nuper in v. *fanen* probatum dedimus. *Fianda krapt* dicitur ars diabolica.

FIENDSKA: vox ab interprete Bibliorum, *Michæ* 7 8. ficta ad ſignificandam inimicam vel hoſtem, feminini generis.

FIENDSKAP, inimicitia: *ſkap* a fine additum denotat animi diſpoſitionem & affectum, ut ſuo dicetur loco.

FIKA, tendere aliquo, citato curſu ferri. Arbitror, hanc propriam eſſe vocis ſignificationem, unde & cum *fara* ſynonymice ſæpe conjungi ſolet, *fara och fika*. Videmus ſupra, in v. *fjäcka*, Iſlandicum *fyka* idem valere. Et, niſi me conjectura fallit, ſuperſunt in veteri Latio veſtigia hujus ejusdem radicis: *ficiſcor*, enim, unde *proficiſcor* in uſu eſt, ortum habet a ſimplici *ficor*, eadem ratione ac a meno, meniſcor, a fruor, fruiſcor. Hæret circa hanc vocem Vossius, in *Etymologico*, & Latine fatetur, ſe unde profecta ſit, ignorare: quod enim a proficio derivent nonnulli, ipſemet inſulſum eſſe, judicat. *Melius* ἔτυμον *inveniat*, inquit, *qui poterit*.

II. In re ruſtica notat terram colere, aut quamlibet aliam villæ partem, prata, ſilvas exercendo in ſuos uſus convertere. Quo ſenſu Virgilius, aut quicunque *Ætnæ* auctor eſt, dicit, *feſtinant arva coloni*. Recessus Calmar. de anno 1474, §. 25. *Then ſkattebonde ſom egher oc fiker thet godz, han är fullſædhe uppa:* Ruſticus cenſualis, qui tantum agri poſſidet colitque, quantum juſtæ ſationi ſufficit. Westm. L. B. B. c. 56. *Änckte bundare äller bolſtadher ma annors allmänning fara äller fikia*: nullum territorium aut villa agro alterius communi utendi jus habebit. conf. L. L. *b. t.* c. 29. §. 1.

III. Deſiderare: ut ſolent verba motus phyſici ad deſiderium animi ſæpe referri. Sic tendere apud Latinos & apud principem poëtarum:

- - *hoc regnum Dea gentibus eſſe,*
Si qua fata ſinant, jam tum tenditque foveṭque

Sic etiam *fara* in noſtra L. *Han far myeket efter, att få thet*: magno niſu id agit, ut ejus potiatur, ut plurima id genus alia omittam.

FIKEN & ant. *fikin*, avidus. *Hiſtoria* Alex. M.

Han war tho æpter æfwentyr fikin.
Erat rerum novarum cupidus.

Uſurpamus quotidie *nyfiken*, rerum novarum avidus, hoc eſt, qui lubenter reſciſcit, quid alibi agatur.

FIKT, ſtudium. Chron. Ep. Lincop. p. 139.

Han ſtod emot then Litburgian
Med allo fikt.
Lithurgiæ Papali ſe oppoſuit
Omni niſu.

Chron. Rhythm. in Præf.

Ther menar jak med Hertuga och Grefwa med ſin fikt
I Swerige tänckte, att lägga ſamman rikt.
Hoc intelligo de Ducibus & Comitibus eorumque avaritia,
Qui in Succia cumulare volebant opes.

2. A notione colendi, quam verbum *fika* habere oſtendi, tranſlata vox eſt ad denotandum omnem terræ proventum, & quod induſtria humana ex illius ſinu elicitur. *Hiſt.* Alex. M.

Forty landet är fullt och rikt
Af frucht oc allahanda fijkt.
Nam terra abundat
Fructu & omnis generis frugibus.

ibid.

Efter godz ok fijkt bade han baſt.
Opes & divitias mire deſiderabat.

FIX vel FIKS, alacer, promtus. Germ. id. Flandris *vits*, quod Junius in *Etymologico Anglicano*, ad v. *fitt*, interpretatur citus, agilis. Wachterus hoc *fix* a *fus*, citus, derivat: ſed credo nos omnibus his conjecturis carere poſſe, quum radix *fika* in pleno apud nos uſu ſit.

FIKON, ficus. Fructui peregrino Latinum nomen hæſit. Ulphilas eum *ſmakkans* appellavit, judice Wachtero, a *ſmaka*, *ſmacka*, ſapere: v. *Gloſſarium* Ejus, p. 426.

FIL,

Digitized by Google

FIL, elephas. Hiſt. Alex. M.

Han læt rætt fore unders ſaka
En fiil och ett Leijon taka.
Karitatis ergo
Elephantem & Leonem capiendos
juſſit.

Iſlandos eandem vocem habere, teſtatur Verelius. Quum ceteræ omnes dialecti, quantum mihi conſtat, nomen elephantis Græcum magis minusve variatum civitate donarint, mirari convenit, qui factum ſit, ut nos ex Oriente hanc appellationem hauſerimus. Linguæ enim Orientales illam habent: norunt certe earundem periti, in Targum ſæpe occurrere שן דפיל pro ebore. Idem etiam animal *Fijl* Arabice dici, obſervat Strahlenbergius, in *Deſcript. Ruſſiæ Bor.* p. 394.

FILSBEN, ebur. Wilkina S. p. 210.

FIL, lima, A. S. *feol.* Al. *fila*, Angl. *file.* Germ. *feile.* Cambro Britanni per metatheſin *llif.* Iſlandi, *f* in *th* verſo, *þiel*, unde *þiela*, polire. Wilkina S. p. 52. In indice ad Grammaticam Runolphi Jonæ *piel* ponitur pro lima, ſed arbitror, id vitio exſcriptoris eſſe tribuendum. Quod vero ad etymon vocis attinet, in mentem mihi venit, poſtquam in Glossis Florentinis pro *fila* ſcribi vidi *figila*, hoc poſterius, ut ſincerius, referendum eſſe ad noſtrum *feja*, *fega*, polire, de quibus ſuo loco. Edw. Lye, in additamentis ad *Etymologicon* Junianum, radicem ponit A. S. *filian*, fricare, quod ſane elegans eſt & appoſitum, adeo ut utrumlibet adoptes, opus non ſit, peregrinas quærere origines, vel a *polire*, vel etiam a Græco φαιδύνειν, ſplendidum reddere.

FILA, limare. A. S. *feolan.* Camb. *peilio.* Angl. *file.* Germ. *feilen.*

FILSPÅN, quod ferro limando abraditur

FIL, flos lactis. Fenn. *fili.* Unde *filbuncka*, lac cui flos non ademtus.

FILSKA, maculare. v. Spegelius in *Gloſſario*, p. 107. Cognata ſunt A. S. *fylth*, ſordes. Angl. *filth*, id. nec non Al. *biuellan*, maculare.

FILSKOT, ſordidus. Vox Scanis uſitata. Angl. *filthie.*

FILT, pannus ex lana denſatus. Al. *filza*, *filz.* A. S. *felt.* Belg. *vilt.* Ortum eſſe poterit, judice Wachtero, vel a Græco πιλεῖν, denſare, lanam cogere, vel a Latino *villus.* Alii a pelle animalium, quam longiuſculo flocco imitatur, nomen ortum putant. Latini recentiores ab Alemannicis Gothicisque *filtrum*, *feltrum*, fecere, unde Ital. *feltro*, & Gallicum *feutre.* v. præter Auctores a Wachtero allatos, Spelmanni *Archæol.* in v. *feltrum*, & Vossii *Etymol.* in coactilis.

II. Storea, teges ex ejusmodi panno coactili. L. B. *filtrum*, id. ut docet Du Fresne, in v.

FILT, lis, contentio. E. Tegel, in Hiſtoria Gustavi I. Part. 1. p 313. *At the icke mätte wara Swerige til filtis och ſkada:* ne Sueciam in contentiones & damna induerent. In L. Anglo-Saxonica *flitan*, facta literarum metatheſi, & in Anglica hodierna, *to flit* eſt rixari: unde *flitfull*, litigioſus, *flitgeorn*, vitilitigator, *flitercræft*, dialectica, Al. *flizzan*, contendere, *flyz*, contentio, apud Schilterum, in *Gloſſ.* p. 307. & Wacht. p. 457. qui *fliz* a Latino *lis* ortum eſſe, ut id in tranſcurſu moneam, arbitratur: quod ſi verum eſſet, in nos tranſpoſitionis culpa redundaret. Alias credidi, a verberibus ad verba tranſlationem eſſe factam, noſtrum nempe *filt* ortum eſſe ab Alem. *fillen*, verberare, unde apud Otfridum. Lib. III. c. XIII. v. 11. *bifillan* eſt verberare. v. Junii *Etymol.*

FILTAS, altercari.

FIMUR, celer, agilis. Thorsten Wik. S. c. 9. *fimur a alla leika*, celer in omni ludo: ib. c. 22. *fimbligt medfære*, geſtando aptum. Heims Kr. Tom. 2. p. 279. *vit fimt*, celeriter, cum feſtinatione. Wachterus ab hac voce feliciter deducit judicium Caroli Magni ſubitaneum, quo abſque cauſſæ cognitione ad ſupplicium ducebantur accuſati, *feimgericht* dictum. Lat. judicium *vemicum.*

FIMERSTÅNG, dicitur temo, medio currui alligatus, ut pote qui currum commode & celeriter huc illuc flectit: niſi potius ſit a Lat. *temo*, *f* in *t* mutato, ut id ſæpe fieri, infra ad v. *fly* probabimus.

FIN, ſubtilis. *fint kläde*, pannus ſubtilis. C. B. id. Belg. *fijn.* Germ. *fein* Gall. *fin.* Angl. *fine.* Dicitur vero apud nos de re quavis non tantum ſubtili, ſed etiam in ſuo genere præſtanti & incorrupto: *fint gull*, aurum purum. M. Casaubonus, ex obſervatione Junii, a *fine* hæc omnia facta putat, quum quæ egregia ſunt, finem ultimum perfectionis aſſecuta videantur, quem-

Digitized by Google

quemadmodum Græci a *τέλος*, finis, perfectum *τέλειον* appellare ſolent. Ceterum, ipſe Junius eo inclinat, ut *fin*, quippe quod etiam pro lucido non raro ponitur, ortum credat a *φαεινὸς*, lucidus. Alii a *vinulus* Latinorum, quod idem erat ac venuſtus, blandus. Plebecula noſtra, quod egregium eſt & præſtans, *finurlig* nominant, quocum convenit Hib. *finaligh*, id. item delicatus.

FINCKEL, ita dicitur vinum corruptum, lora, & de vino aduſto uſurpatum, id quod nimium dilutum eſt. Obſervo, Græcos recentiores *Φέκλη* appellare fæces vini uſtas, a Latino *fæcula*: neſcio vero, qua via vox illa ad nos pervenerit.

FINGR, digitus. Ulph. *figgr*. A. S. *finger*, Al. *fingar*, *uinger*. Iſl. *fingr*. Quum digiti inſtrumenta ſint capiendi, hinc a *fânga*, *fånga*, prehendere, *fång*, prehenſio, haud dubie nomen accepere. Cum ſua radice vocem hanc connectit Lex Gothlandica, c. 19. § 20. *þa en fingr er liþſtarkr, ſo & engin er ſengir at*: ſi digitorum quispiam debilis factus fuerit, ita ut eo prehendere nequeat. Latinum *digitus* ſi a *tigga*, accipere (de quo infra) derivares, voci huic dubiæ originis ſua conſtaret ratio.

FINGERGULL, annulus aureus, *Hiſt. Al. Magni fingergull aff idra bænder*, annulos ex digitis veſtris. Cfr. Herrauds S. c. 16. Ulph. *figgragulth*. *Luc.* 15: 22. & tranſpoſitis vocibus componentibus *gullfinger* in Westg. L. Kon. B. c. 2. §. 2. *Tha ſkal Kononger bonum ſtaf i band ſåtjå ok gullfingrinni*: tum Rex illi (Epiſcopo) pedum porriget & annulum aureum.

FINGERBORG, vulgo *fingerbor*: digitale, a *berga*, cuſtodire. v. ſupra in *berga*.

KLÅFINGRIG, cui digiti pruriunt, qui omnia attrectare vult.

FINKE, aviculæ genus, acanthis. Al. *uinco*, & in Glossis Flor. *fincho*. Belg. *vincke*. Angl. *finch*. Neſcio, an a ſono nomen acceperit: ita certe opinantem video Edv. Lye, in *Addit.* ad *Etymologicum* Junianum. Hinc *bofinke*, fringilla, Angl. *bulfinch*. Belg. *blutvincke*, Dan. *bogfinch*. Qui ſcire dabitur, cuinam horum ſervati veri nominis gloria ſit tribuenda?

FINNA, invenire. Dicitur alias *bitta*: ſed obſervat Verelius, inter hæc duo id eſſe diſcriminis, quod *finna* uſurpetur de ſtudio quæſitis, *bitta* vero de fortuitis. A. S. *findan*. Al. *findan*. *fintan*. Germ. *finden*. Angl. *find*. Belg. *vinden*. Vet. Gall. *finer*. v. Dict. Etymol. in v. *finance*. Apud Ulphilam *finthan* occurrit, ſed paululum variata ſignificatione: ibi enim notet ſcire, cognoſcere, reſcire, ut mox docebimus. Neſcio, utrum pro derivato habere debeam ſimplicis *få*, accipere, an quod ſuſpicantur eruditorum multi, cognatum ſit Lat. *invenio*, *v* in *f* abeunte, cujus mutationis crebra exſtare exempla, aliquoties monuimus. Erat etiam apud veteres Latinos *fendo*, quod notabat incidere, *ἐντυγχάνειν*, unde offendo. vide Vossii *Etymol.*

II. Scire. Ulph. *finthan*, *fanth*, cognovit. Non abſimilis interdum uſus eſt verbi Latini *invenio*, ut apud Ovidium, *faſt.* L. 1.

Rector in incerto eſt, nec quid fugiatve petatve,
Invenit.

III. Experiri: *jag finner, att thet är ſå*: animadverto, rem ita ſeſe habere. A. S. *afandjan*, probare, experiri. Cognata ſignificatio eſt, ubi dicimus de dolore, qui reſedit, *han finner ſig i ſin ſorg*: dolorem ſuum modice ferre incipit.

FYND dicitur, quum res naufragio deperditæ e mari extrahuntur: v. Östg. L. *Byg. B.* c. 37. deinde transfertur ad quaslibet res alterius ab altero inventas. L. L. *Tjuf. B.* c. 32. *Hwar ſom fynd hitter a wägh eller utan wägh*: quicunque res alterius deperditas invenit in via vel extra viam.

BEFINNA, animadvertere: *befinna ſig i gott välſtånd*: res ſuas feliciter agere, vel propius ad noſtri ſermonis genium: ſeſe videre in felici rerum ſtatu. Germ. ſimiliter *befinden* uſurpant.

INFINNA SIG, ſe præſentem ſiſtere. Dicitur etiam *infinna ſig med betalning*: debito ſolvendo ſe offerre.

FINNE, puſtula faciei. Germ. id. Wachtero aqua hæret, utrum etymon edere debeat Gr. *φῦμα*, tumor, an Latinum *pani*. Gallice apud Languedocienſes *panos*. Miror, Virum eruditum, qui quoties occaſio eſt, Celticas origines libenter amplectitur, vocem hanc deducere non maluiſſe a *fan*, vel *ban*, quod Boxhornius, in *Lex. Britannico*, vertit nævum vel maculam corporis, vel etiam ab A. S. *wenn*, unde *wenbyle*, carbunculus. Belgice *finne*, *finde*, teſte

teſte Skinnero, eſt lentigo porcina, grando, leproſitas.

FJOL, aſſer, tabula. v. *fjål.*

FJOL, multus. Ulph. *filu.* A. S. *feal*, *feala.* Al. *filo*, *filu.* Germ. *viel.* Belg. *veel.* Sclav. *wely:* a Græco πολὺς. Vox hæc in orbe Sueogothico obſoleſcens apud Iſlandos ſupereſt in compoſitis atque derivatis, ut *feolgaſt*, multiplicari, *fjolbyggder*, terra culta, frequens. *fjolkyngi*, quod proprie multiſcientiam, metaphorice vero artes magicas denotat, *fjolmenni*, turba frequens.

FJOLDE, multitudo, turba. Gall. *foule*, It. *folla.* haud dubie ex eadem radice.

FJOLL, fatuus, antique *fol.* *Hiſtoria* Alex. Magni.

Han ſkonar ej folum eller witer.
Non parcit nec fatuis nec ſapientibus.

C. B. *ffol.* Angl. *fool.* Gall. *fol*, *fou.* L. B. *follus.*

FJOLLIG, ineptus.

FJOLLA, ineptire. Gall. *folloyer*, *folatrer:* Goth. Ant. *fóla*, laſcivire, catulire. Östg. *L.* B. B. c. 51.

FOLAGRIPR, contrectatio fatua. Ita in Gothl. L. c. 23: 6. dicitur actio ejus, qui, levatis virginis veſtibus, impuras illi manus intulit: quæque non argento, ut dum infra genua petulantis contrectatio ſubſiſtit, ſed infamia punienda erat. *Heitir fola gripr: þar liggia engar febytr wiþr.*

FJOR, vita, nec non, qui vitæ ſedes & vehiculum eſt, ſanguis. AngloSaxonicum *feorth* utrumque, poëtico tamen magis quam ſoluto dicendi genere, denotat. Iſl. *fior*, id. Halfd. S. p. 27. *At han miſte ej fior*, ut vitam non perderet. Dum incertum eſt, utra ſignificatio altera antiquior ſit, origo ejus non poteſt non æque incerta eſſe. Si inde ab initio vitam denotavit, dicerem, *fjor* hoc nihil aliud eſſe, quam *βίος*, quod Æolicum eſt pro *βίος*, vita, *b* in *f* commutato, ut frequentiſſime ſolet. Si vero a ſanguine ad vitam facta eſt translatio, fieri poteſt, ut cognatum ſit Lat. *formus* i. e. calidus, quum ſanguis, donec ſpiramus, calidus per venas manet. Immo fuit, quum *formus* in Latio ſanguinem notaverit. Isidorus certe Lib. 10. rationem redditurus vocis *formidoloſus*, eam derivandam jubet a *formo, hoc eſt ſanguine.*

FJORLÆSTNING, læſio lethalis. Westg. L. *Kättl.* B. c. 5. §. 3. *Witni lata bæra, at (fæet) fick ther fjorlæſtninga a marcu therræ af handawärkum manne.* Teſtes adhibebit probaturos, pecudem vitam perdidiſſe intra eorum fines, & ab eorum manibus. Iſl. *Fiorleſte*, id. Havam *Str.* 106. Fit etiam in aliis vocabulis, ut in compoſitione hoc *fjor* lethale denotet, ſeu quod vitam deſtruit: *fjorrad*, inſidiæ vitæ ſtructæ, *fjorbrot*, agon mortis. Alamanni *ferch* inde formarunt: e. g. *ferchwunden*, vulnera lethalia, *fergweind*, inimicus mortalis. v. Schertzius ad Strickerum c. 7: 7. Notatu forte indignum non eſt, veteres Latinos mortem *feram* appellaſſe, (v. Martinius in v.) & *ferale*, quod ad mortuos pertinet.

FJORD, anno ſuperiore: *Chronicon* Olavi Sancti p. 26.

Thet ſkeer eij i aar beller än i fjord.
Non fiet hoc anno magis quam anno ſuperiore.

Conf. *Inſtructio* Gustavi I. *pro Oratoribus in Daniam mittendis*, apud Tegel, in *Hiſtoria* Ejus. Tom. 2. p. 26. Invenitur vox eadem, vel pæne eadem, in Linguis cognatis. Alemanni quippe eodem ſenſu *fert* dixere. *Parænefis* Winsbekii, §. 27.

Der bure is böſer denne fert.
Qui hoc anno pejor eſt, quam ſuperiore.

Carmen vetus apud Morhofium, de *Lingua & Poëſi Germanica*, p. 382.

Es bleibt doch heuer wie fert.
Manet tamen hoc anno ut priore.

Chaucerus, teſte Junio, pro hoc eodem habet *ferne yere*, anno præterito. Quod ad noſtram vocem attinet, in animum facile induco, nos eam Germanis debere, ita quidem, ut eorum *fert*, inter ora hominum volitando, in *fort* & demum *fjord* permutatum fuerit. Coronidis loco tamen addam, accuratiorem politioremque orationem hanc vocem, tanquam humilem, dedignari, & ejus loco *förra året* ponere: quam vellem in danda peregrinis civitate æque ſemper eſſemus difficiles!

FIRA, celebrare, feſtum colere. *Fira en högtid, fira ens födelſe dag*, diem alicujus natalem celebrare. Quod de hac voce certum tenemus, eſt, quod una cum Euangelii Præconibus Alemannicis in Sueciam inducta fuerit, quippe quorum ſermoni *firon* vel *firen* familiare fuit. Otfridus, Lib. III. c. XVI. I. *Tho thiu uuecha, ſo Got gibot, uuas halba gifirot:* quum hebdomas, a Deo præcepta, eſſet dimidia parte feriata. Germani hodierni dicunt *feyeren.* Unde vero majores eorum hanc vocem hauſerint, inter e-

ruditos

ruditos diſceptatur. Alii enim a *feur*, igne, eam arceſſunt, arbitrati, inde ab Ethnicismo illam uſu viguiſſe, ac tum denotaſſe ſacrificia, quæ in eorum aris adolevere: alii vero hoc *fira* nil aliud eſſe credunt, quam purum putumque Latinum *feriari*, quod mihi quoque non parum probabile videtur. Scimus enim, vocabula noſtra Eccleſiaſtica non pauca Latio deberi.

II. In honore habere, exquiſito honore proſequi. Proprie denotare videtur, adventum alicujus feſtum habere. Galli ſimili metaphora dicunt feter quelquun & Angli feaſt.

III. Cedere alicui, de via alicui decedere, ut ſolemus iis, qui in honore ſunt. CHRON. OL. S. p. 3.

Grefwa ocb Järla the wille alt ſtyra,
Engin wille androm fira.
Comites Jarlique omnia gubernare voluere,
Et nemo erat, qui alteri cederet.

FIRMA, alias *færma*, voce Latina in Legibus patriis dicitur, quando Epiſcopus oleo ſacro infantum manus & ora inungit, preces & vota ſubinde fundens. De hocce actu confirmationis, inter ſeptem ſacramenta Pontificiorum numerato, videri poſſunt, qui de ritibus eccleſiaſticis ſcripſere. Saxones *vormen* habent, pro quo KILIANUS rectius dici putat *vromen*, quod Belgice notat confirmare.

FIRN vel *firin*, ſcelus, facinus propudioſum. ÖSTG. L. *Räſſta. B.* c. 12. §. 2. *Annattiggja dyli firi bana, älla böte firina*: factum deneget, aut facinus luat: niſi forte hoc poſterius ſit craſis priorum vocum *firi bana*, uti ſæpe prima ſyllaba in *benne* vel *bana* omitti aut abſorberi ſolet. OLAVI TRYGGV. *Hiſt.* edit. Skalh. Part. 1. p. 146. *þikeſt ꝥo leinge bafa ſetit ſveini þau fyrn, er ban mundi æi oþrum þola*: viſus ſibi jam ſat diu indulſiſſe proterviæ adoleſcentis, quam in alio æque non tuliſſet. Videtur, proprie ſcelus ejusmodi denotare, quod auditum horrorem mentibus ingenerat, unde etiam de aliis rebus, quæ absque vitio morali mentes hominum vehementius percellunt, apud Iſlandos uſurpatum invenitur. e.g. *firnarbreſtur*, horrendus fragor, *firnardjarfur*, monſtrum audaciæ. OL. TRYGGV. S. Part. 1. p 143. Occurrit vox illa in omnibus veterum dialectis. Ulph. *fairina*, crimen, cauſſa: Joh. 18: 38 *fairino ainohun ni bigita in thamma*, cauſſam nullam invenio in illo. Matth. 5: 32. *Inuh fairina kalkinasſaus*, excepta cauſſa fornicationis. Marc. 15: 26. *Vas uſarmeli fairinos is uſarmelith*: erat titulus criminis ejus inſcriptus. A. S. *firn*, *ſyren*. Apud CÆDMONEM *firena fremman*, peccata patrare, quibus adde *firefull theod*, gens peccatrix, *firinade*, peccavi, *ne fyrena thu*, non mœchaberis, quæque plura affert JUNIUS, in *Gloſſario Ulphilano*. p. 153. Al. *firina*, ſcelus. SCHILTERUS *Gloſſ.* p. 303. *firndato*, idem, apud OTFRIDUM, Lib. V. c. xx: 6. *firinuuacharu*, pravæ uſuræ, *Firinari*, Publicani.

FYRNSKA, impuritas, GOTHL. L. c. 4. *Blotir iru mannum imer firilaþin, oc fyrnſka all, þaim ſum baidnu fylgir*: Sacrificia omnia prohibita ſunto, & impuritas omnis, quæ Ethnicismum conſequitur. Credo, heic ſigillatim prohiberi artes magicas, quæ apud Iſlandos vulgo appellari ſolent *fornæſkia*, unde *fremia forneſkju* apud VERELIUM eſt exercere artes magicas. Quum vox eadem antiquitatem denotet, creditur a *forn*, antiquus, derivata eſſe, & proprie ſignificare deſitas ſub Chriſtianismo ethnicorum malas artes. Sed veriſimilius tamen mihi videtur, duo eſſe vocabula *fornæſkja*, antiquitas, & *fyrnæſkja*, artes diabolicæ, eorumque poſterius ad hanc radicem eſſe referendum.

FIRNÄRWERK, crimen horrendum. Al. *firndato*. Speciatim ita appellatur adulterium in gradibus prohibitis, ut patet ex LEGE WESTROG. *Gipt.* B. c. 7. §. 4. *Agbu fádgar twer ena kono; Agbu Brödber twer ena kono; Ägbu Brödrungár twer ena kono; Ägbu ſyſtrungár twer ena kono; Ägbu Modgur twa en man; Ägbu Syſter twa en Man; Aggu Syſtrungur, eller Brödrungur twer en Man, thet är Firnarwärk.* Si duo, pater & filius, habeant unam feminam, & duo fratres unam feminam, & duo patrueles unam feminam, & duo amitini unam feminam: Si mater & filia ambæ unum virum habeant, & duæ ſorores unum virum, & conſobrinæ duæ, amitinæ aut patrueles unum virum; hæc omnia referuntur ad inceſtum. Confr *Kirk* B. c. 19. §. 1. Oſtendunt, quæ in antecedentibus attuli, quo in loco habenda ſint, quæ habet STIERNHÖK, de *Jure Sueonum vet.* p. 329, dum credit, veterum *firnarwerk* dici quaſi *fornärwerk*, formatum a *förnär*, juſto propius, quia cum juſto propinquioribus cognatis concubitus tum miſcetur. Jam diu eſſe, quod ab univerſaliore facti turpis ſignificatione ad inceſtum & Veneris

furta

Digitized by Google

furta hæc vox tranſlata ſit, docet Lingua vetus Britaninca, in qua *ffyrnigrwydd* fornicationem denotat, quibus adde AngloSaxonica *fyrenan*, mœchari, *fyrenligeran*, id. quorum hoc habet Junius l. c. illud Bensonius. Immo ipſum illud Latinum *fornicari* adeo noſtro ſimile eſt, ut ejusdem illud familiæ eſſe, facile crederes, niſi aliud docerent Etymologi noſtri, qui a fornice, ubi proſtabant hæ meretrices, illas appellatas fuiſſe, nos credere jubent.

FIRNERORD, ſcomma. In Westg. L. *Rättl.* B. c. 10. diſcrimen obſervatur inter *oqwædins ord* & *firnerord*, ita ut hoc de gravioribus opprobriis, illud de levioribus locum habeat.

FISA, pedere ſine crepitu. Sax. *fyſten*, *fiſſeln*. Belg. *vyſten*. Angl. *fiſte*. Gall. *veſſir*. It. *veſſare*. Lat. *viſire*, vel *viſſire:* unde apud Lucilium, viſſire minutim per commiſſuras rimarum. Græce Φῦσα vel Φύσσα eſt flatus, crepitus ventris. *Aſkefis* majores noſtri eum vocabant, qui, dum alii in expeditiones bellicas exibant, domi re. ſes latebat: forte ut exprimerent Latcinifſo, a Φυσάω, ſufflo.

FISK, piſcis. Camb. *pysg*. Arm. *pesg*. Ulph. *fiſks*. A. S. *fiſc*, in pl. *fixas*. Precop. *fiſcht*. Al. *fisg*. Gall. *poiſſon*. It. *peſce*. Iſl. *fiſkur*. Belg. *viſch*. Germ. *fiſch*. Quivis facile videt, ex eodem fonte hæc omnia promanaſſe: quisnam vero ille ſit, dictu difficile, etiam poſtquam ingenium ſuum in hoc ſtadio exercuit ὁ πάνυ, Vossius, in *Etymol.*

FISKEWÅR: Loca ubi gregatim coeunt piſces, cum tempore verno venerem exercent. Verelius v. infra in *wær*.

FISKATOL, retia & omne genus inſtrumenti piſcandi, a *tol*, inſtrumentum. *Bygg. B.* L. L. in tit. Cap. 25.

FISKELEK, luſus piſcium, id eſt, quum congregantur generis propagandi ergo. v. in *leka*.

FIT, acta, planities prope littus, vel extremitas terræ, in mare procurrentis. Erici Pomerani *Conſt.* ad finem Leg. Scan. p. m. 71. *Hwer man ſom ey hefwer egen fith*: unus quisque, qui proprium littus piſcatorium non habet. Ab hoc nomen nactum eſt *Agne fit*, locus prope Stockholmiam ubi Agne Rex fraude Reginæ interemtus fuit, quemque perfodit Olavus S. ne a Suionibus cum exercitu ſuo interciperetur. v. Heims Kr. Tom. I. p. 23 & 318. indidem nomen *Fittja* habent plurima Sueciæ loca.

FITTJA, colligare. Vox apud Gothlandos crebri uſus: qui iidem pedicas equorum vocant *fittbalder*, & *fittband* nodos, quibus ſecernuntur fila nondum glomerata, alias *paſmanband*. Saxones *fiſſe* appellan. v. Idioticon Hamburg. p. 55. Dixero facile, ab initio pro *fittia wittia* dictum fuiſſe, quod ut ſuſpicer, faciunt cognata veterum Linguarum, ut ſunt Ulphilanum *vithan*, conjungere, connectere, unde *gavath*, conjunxit. Marc. 10: 9. conf. Latina *vieo*, *vitilis*, *vitta*. Iſlandicum *fitia*, connectere, reperies apud Gudmundum Andreæ, p. 71. Quam ſæpe *w* & *f* inter ſe permutentur, innumera exempla comprobant.

FITTJA, faſciculus. Lex. Dalica, p. 2. *Af lini hwan ſåxtanda fitja:* de lino (decimæ dentur) ſextus decimus quisque faſciculus.

FÆTIL, ligamen. v. ſupra p. 449.

FJUKA, vento auferri, in aëre circumferri, ut ſolent quisquiliæ & folia vento agitata. *Eſaiæ* 29: 5. *Fjukande agnar*, paleæ vento circumagitatæ. Iſl. *fuka* vel *fjuka*, vento agitari, *feyka*, dispergere. Job. 21. *þeir munu werda ſem annat jordadupt*, *þui er ſtorwidre i burt feyker*: erunt tanquam pulvis, quem tempeſtas dispergit. Belg. *fuyken*, id.

FJUK, tempeſtas, quum circumagitatæ nives per aëra volitant. Verel.

FJUN, quaſi *fjukn*, floccus, atomi.

FLABB, os, a Lat. *labium*, præpoſito *f*, ut adeo proprie hanc oris partem denotet, deinde, illa pro toto poſita, faciem ſignificet. Apud Anglos *flapp* extremitatem cujusvis rei mobilis & pendulæ denotat, e. g. *flieflapp*, muſcarium, *throatflapp*, epiglottis. Junius, cui hoc debeo, vocem ortam credit a λέβος, flaccida & pendula rei cujusvis extremitas.

FLACK, planus. v. infra in *flat*.

FLACKA, circumcurſitare. Iſl. *flaka*; id. unde *flaksmadr*, circumforaneus: Apud Gudmundum Andreæ, p. 72. obſervatur, *flaka* etiam idem eſſe ac pendulum motari, unde nos habemus *flakſa*, id. *håret flakſar om ôronen*, capillus circum aures volitat. A. S. *flicerian* eſt motitare: in ſpecie vero de alis dicitur, ab avibus crebro motis. Cum noſtro *flacka* conferri poterit *lacka* curſitare, cui *f* videtur præpoſitum fuiſſe. Vide intra in *lacka*. Ceterum *flach* in Lingua Aremorica notat movere ſe, locum mutare. v. *Diction. Britann.* Pelletierii p. 305.

Digitized by Google

FLÅK, homo levis, ſtultus. *Sapientiæ* 2: 16. *Han håller oſs för flåk*: nos pro hominibus nihili habet. L. PETRI, in *Poſtilla*, Dom. V. poſt Nativit. *The ringa, hwilcka werlden håller för dårar och flåk*, viliores, quos mundus pro quisquiliis & ſtultis habet.

FLÅKOT, id. *Syr.* 42: 8. *Prov.* 14: 18. Ceterum duo hæc non incomode dici poſſunt, affinitatem habere cum Islandico *flyka*, quod apud VERELIUM eſt jocari, ludere, quo poſito, *flåkot* opponitur gravi & ſerio.

FLADDRA, languido motu agitari. Germ. *flattern* vel *fladdern*. Angl. *flutter*. Belg. *fladern*. A. S. *floteran* denotat omnem motum, & in ſpecie rerum fluctuantium, unde ad quamvis agitationem tranſlationem factam putat WACHTERUS. Si major nobis copia eſſet veteris Linguæ, aliud forte etymon inventuri eſſemus. Coronidis loco addere debeo, Iſlandice *fladra* dici de canibus, dum hero ſuo motitata cauda adulantur, a qua voce Gallicum *flatter* originem ducere, non nemo putat. v. infra in *flådr.*

FLAGE, pars avulſa, fragmen. *Snöflage*, flocculus nivis. A. S. *flacea*. Angl *flakes of ſnow*. Belg. *flocken ſnews*, Germ. *flock*. Videtur idem eſſe ac *flake*, quod rem quamlibet ſectilem, aut laminæ ſimilitudinem præferentem denotat: a *flåcka*, dividere, partiri. conf. C. B. *flochen*, fragmentum, pars arbrupta. In LEGE SCANICA c. 10. *flogulaſs* eſt vehes onuſta virgultis aut arborum fragmentis.

FLAGGA, apluſtre, vexillum navale. Iſl. *flagg*. Belg. *vlagge*. Angl. *flagg*. Quum huc illucque volitent, agitante vento, ortum putatur a *fiyga*, volare, unde etiam *flög* dicitur in *Chron.* OLAVI S. p. 36. Contr. Belg. *flaggern* volitare. *Flögſtång* pertica eſt, in quo triton affixus circumagitur.

FLAKE notat rem quamvis latam, & ad inſtar lanimæ extenſam: *isflake*, fruſtum glaciei abruptum, *ſkipsflaka*, tabula navis. HEIMS KR. Tom. 1. p. 325. a *flat*, latus, planus. Germ. *flach*. Gr. πλατὺς, idem. Græci tabulas πλάκας appellant. cfr. *placenta*. Gr. πλακοῦς. L. B. *flaca*, panis, *flaquerius*, piſtor, v. DU FRESNE, in v.

FLAKE, crates, vel texta lignea, quibus baliſtarum ictus excipiebantur, ne propugnacula læderent. v. DALINS *Hiſtoria Suiog.* Tom. I. p. 267. Tom II. p. 46. Adde GÖTR. S. c. 24. Nomen hoc habere potuit vel a forma, quia lata erat machina hæc, muros melius tectura, a *flat*: vel etiam a *flæta*, quum a connexis virgultis confecta fuerit. Videntur huc nos ducere, quæ habet auctor HEIMS KR. Tom. I. p. 384. ubi narratur, quemadmodum OLAVUS, R. Norrw. ejusmodi munimenta in tabulatis navium conſtruenda juſſerit, confecta *af vidar ſangom oc af blautom vidi*, connexa ex virgultis & viridi ligno. cfr. Angl. *fleak*. Belg. *vlecht*. In KON. STYRELSE p. 210, mendum occurrere arbitror, proque *ſtakum flakum* legendum. *Och ſwa mage torn ok barfridi wåria för blidokaſte med flakum ok fiålom*: & ita turres & propugnacula a baliſtarum impulſu defendi poſſunt objectu cratium & tabularum.

FLANK, portio grandior, ſegmentum. *ſkåra af en flank*, portionem ex toto decerpere. Iſl. *flycke* apud GUDMUNDUM ANDREÆ eſt portio majuſcula carnis, unde haud dubie Angli ſuccidiam vocant *flitch of a bacon*, & apud veteres Belgas *vlicke*, teſte TEUTONISTA, idem ſonuit. Suiogothi in medio vocis ante conſonam ſæpe *n* inſerunt, uti jam aliquoties monuimus. Natales vocis vide in *flenga* & *flæcka*.

FLANK, genus armaturæ bellicæ. v. STIERNMANS *Oecon. Förord.* Tom. I. p. 110. *Harneſk*, *flancker*, *ſkörter*, *ſadeler och annat ſådant.* Arbitror ita dictam fuiſſe thoracis partem, vel ferrum, quod ilia ab ictibus defendebat. Gall. *flanc*, inguen, ilia. Ital. *fianco*. Angl. *flank*.

FLARN, cortex abietis exterior & craſſior, qui cum aliis uſibus inſervit, tum retibus adjungi ſolet, ne fundum petant, utque videat piſcator, quousque procedat. Obliterata generaliore ſignificatione, ſpecialior apud Iſlandos in uſu eſt, teſte GUDMUNDO ANDREÆ, qui *flæ* vertit ſuſtentaculum reti alligatum. Conf. Gr. φλοιός, cortex, ſuber.

FLASA, laſcivire, vitulire. Iſl. id. quod docet GUDMUNDUS ANDREÆ, frequentativum eſſe a *flana*, præceps feror, incertus ruo. Confirmare hanc etymologiam videtur, quod apud Scanos *flaſot* audiat inconſtans, vagus, *flanswulen*, id. Tempore GUSTAVI I. *flatzlig* uſurpabatur pro ridiculo: DIALOGUS *de* MISSA, p. 53. *Men ther tu ſadhe om thet Latinſka målet, at thet ſkulle för the gamla edhla Romare jkull ſådanna*

ſkrifwet

ſrijhet haſſwa, år och wål flatzlighit: quum vero dicis de Lingua Latina', quod ob veteres nobileſque Romanos hoc privilegio frui debeat, id quidem ridiculum eſt. Sic p. 92. *Åndoch jagh år fullwiſs uppå, at tu ſielfuer, ſom ſådant frambår, thet icke ſkal kunna gilla, medhan mong aff theſſe ſtycke och ſå flatzlighen åro, at the ſtrax hafua medh ſigh een blygſl.* Quamvis perſuaſum habeam, te qui iſta profers, ipſummet hoc non probare, quum plurima horum argumentorum adeo ridicula ſint, illorum ut pudere debeat. Confer, quæ mox adferentur ad v. *flina*, diducto ore ridere.

FLASKA, lagena. Quantum ex conſenſu Linguarum Sclavonicarum colligere valeo, Scythicæ originis vox eſt. Appellant enim Poloni *flasba*, Bohemi *flaſſe*, Hungari *palaszk*, docente Wachtero. Ab his tempeſtive ad Græcos tranſiit. Hesychius enim jam tradit, fuiſſe εἶδος ποτηρίȣ quod Φλάσκων appellaretur: quale vero id fuerit, aliquo modo a Suida colligere poſſumus, qui docet πυτίνην, id eſt vaſculum e ſurculis nexum, ſua ætate appellatum fuiſſe Φλασκεῖον vel Φλάσκιον: ut adeo hoc nomen lagenis teſtaceis aut aliis fragilioris materiæ videatur inditum, quas, ne rumperentur, vimineis ſurculis, inter ſe connexis, muniebant. Materia & conſtructionis ratio fecit forte, ut apud Anglos *flaſket* uſurpetur pro ſporta vel calatho. Latino-Barbari vas ejusmodi *pilaſca* nuncupavere, quod dum Auctor *Gemmæ Gemmarum*, adſtipulante Isidoro, interpretatur *eyn wynvat myt ruwen leder owertaighen.* h. e. utrem piloſo corio obductum, nominis rationem petunt Philologorum nonnulli a *pilis* & ἀσκὸς, uter. Junius vero, in *Etymologico Anglicano*, v. *flaggon*, verbum hoc factum putat a *filaxa*, quod Teutonista explicat *eyn vat dair men wat in bewart*, filaxare, *bewaren* (a Gr. Φυλάσσειν). Wachterus, vir doctiſſimus, vocem hanc cadentis Latinitatis pro ceterarum omnium matre habet, cui tamen quo minus adſtipulari queamus, facit auctoritas Scriptorum Græcorum, qui utique manifeſtum faciunt, in uſu fuiſſe hoc vocabulum, antequam barbariem ſuam L. Latinæ interrent Monachi. Skinnerus in alia abit, vocisque etymon ponit Gr. λάγηνος, ſed quod nimium a noſtro diſſidere, videtur. Ego, uti jam monui, Scythicam vocem eſſe, arbitror, oriundam vel a *fläta*, nectere, plicare, ob rationem a Suida indicatam, vel a radice nobis ignota. Interea ſerpſit hoc nomen per omnes fere Europæ dialectos. C. B. *fflacced.* A. S. *flaxa.* Al. *vlaſca.* Germ. *flaſche.* Gall. *flacon.* Angl. *flagon* & *flaſk.* Hiſp. *flaſco.* It. *fiaſco.*

FLAT, planus, latus, ſed altitudinis expers: *flatt fat*, patella non profunda: *flat hand*, palma, explicata manus. Iſl. *flatr.* Al. *flatz*, *flabb*, apud Tatianum. 192: 2. *mit flabberu henti*, palmis: Sueth. *med flata händer.* Angl. *flat.* Gall. *plat.* It. *piatto.* Germani, *t* in *ch* mutato, *flach* dicunt, quod videmur adoptaſſe, dum planitiem *ett flackt land* appellamus, *ett flackt feldt*, id. Iſl. *flatlende.* A. S. *flet.* v. ſupra in *felt.* Manifeſta origo eſt a Gr. πλατὺς, id. cum quo etiam conferri poteſt Suethicum *platt*, ſuo loco quærendum. Ad illuſtrationem harmoniæ illius, quæ inter Græcam Linguam noſtramque intercedit, pertinet, quod affert Rev. Spegel, in *Gloſſario*: riſum nempe, qui patulo ore & diductis labiis fit, perinde in illa πλατὺν γέλωτα dici, ac a nobis *flatt löje.*

FLATKAKA, in Chron. Rhythm. appellatur libum vel panis tenuior. Germani *fladen* dicunt, cognatæ originis voce. Gr. πλακȣ̃ς.

FLATKIOL, Hels. L. *Widh.* B. c. 14. notat planitiem in ſummitate montis, ut interpretatur Verelius. Græcis πλὰξ ὄρȣς dicitur.

FLAT, ſubtriſtis, pudibundus, vel qualis eſſe ſolet illius vultus, qui ex inſperato aliquid audit videtve, quod ut oculos demittat, efficit. *Jag blef helt flat, når jag hörde thet*: totus erubui, hoc audiens. *Hiſtoria* Alex. M.

Alexander *ſtod a landit flaat:*

Alexander in littore ſtabat perculſus. Ut hoc cum priori nihil plane affinitatis habet; ita falli me non credidero, ſi dixero, illud, de quo in præſentia agimus, contractum eſſe ab Iſlandico *fålater*, triſtis, humilis. v. Gudm. Andreæ. p. 65. cujus ſynonymum eſt *litillatr*, (in Catal. *Epiſcoporum Scar.* ad finem Legg. Westrog. ſcribitur *lættater*) Compoſitum autem eſt hoc *fålatr*, a *få*, paucus, & *latr*, geſtus, corporis motus, quos, qui triſtes humilesque ſunt, exiguos habere ſolent: unde

de Iſlandice *lata lited yfer ſier* eſt humiliter ſe gerere, aliiſque obſecundare.

II. Indulgens. Uſurpatur fere in malam partem, ubi parentes liberis nimium connivent. *Syr.* 30: 9. *War ſlat för tin ſon, ſå måſte tu framdeles frukta för honom*: ſi nimium indulgens fueris erga filium, aliquando eum timebis. Neſcio, an huc pertineat Belgicum *flaw*, languidus, remiſſus, fractus animo, quod habet Junius in *Etymol.* ſub v., *flaw*. Apud Iſlandos *ſlat* notat fallacem. In Ans S. p. 11. proverbium eſt, *att tala ſagurt oy þeinkia ſlatt*, belle loqui, ſed ſubdole cogitare. *Flatſkapr* in Bibliis Isl. *Matth.* 22, exprimit Græcum πονηρία, & Cap. 13 ἀπάτη. *Flata* decipula in L. L. B. B. c. 19. *Hitter man ikorna i ſkoghe ſialſs ſins, ok löper firi hanum i ſkog annårs mans: ſaar han ſwa thæt ditur, at han ej hakna eller flatu ſätter*: ſi quis ſciuros invenerit in ſua ipſius ſilva, illi vero confugerint in alienam: Si ille tum eosdem prehendere poſſit nullis poſitis laqueis. Conf. Dal. L. p. 23. ubi occurrentes voculas *gåra flater* Hadorphius in Indice male interpretatur de arborum decorticatione, notatus ideo a Verelio, in *Indice*. Vocatur ibidem *låmugildr* a *læm* vel *lem*, tabula, quæ fallaci fulcro ſubnixa ad minimum attactum in feram incidit. *Flata* vel *flaka* etiam afferem notare, ſupra oſtenſum eſt: ſed hoc forte a *flata*, decipere, rectius derivaveris.

FLÅCKA, findere, partiri. *En flåckt örn* dicitur nobis aquila bipartita, quæ inſigne eſt Imperatoris Rom. Germanici. Iſl. *fleika* Asmunds S. p. 173. *flaka*, id. v. Gudmundum Andreæ p. 72. Unde *flack*, ſegmentum. Germ. *fleck*. id. Arem. *flecha*. Convenit Ebr. *palach*, diviſit. Saxones ab hac radice habent *flækhæring*, *goſeflæk*, de quibus v. Idioticon Hamburgense, p. 59.

FLÅCKTA, ventilare, motitare. v. *Flekta*.

FLÅDER, vanitas, ineptiæ. *Fara med flåder* dicitur, qui nugas & inania tractat vel ſectatur. Quum hæc vox in veteri Lingua non inveniatur, ſuſpicantur nonnulli, *flærd* antiquorum in *flæder*, mollioris pronuntiationis ergo, converſum fuiſſe. Commode etiam a *fladdra*, agitare, *flåddr* provenire potuit, ut denotet animum varium & inconſtantem, quique nunquam non ſententiam mutat. Aliis videtur, unam eandemque vocem eſſe *flåder* vel *flådder* & *flitter*, quæ proprie notant ornatum ad pompam compoſitum, ſed cui nihil veri ſubeſt, ut *flittergull*, aurum bracteatum, *flitterband*, vitta diſtincta auro ſpurio. v. infra in *flitter*. Utrumque originem ducit a ſuperius allata voce *flat*, ſubdolus, unde *flatſkap*, dolus, mala fraus. Quumque toties harmoniam Græciſmi cum noſtro ſermone animadverterimus; omitti non debet, φληδᾶν eſſe nugari, item φλήνεῖν, quæ omnia genus ducunt a ſimpliciori φλέω, id.

FLÅDER, FLÅDERTRÅ, ſambucus. Belgæ arborem *vlier*, *vlierboom* appellant, cujus cum prima dos ſit, quod flores ferat non tantum adſpectu gratos, ſed etiam vario medicamentorum generi aptos, creditur a Latino *flores* nomen illi datum.

FLÅDERMUS, veſpertilio: vel rectius *fledermus*. Belg. *vledermuys*. Angl. *flittermous*. Germ. *fledermaus*: eſt enim compoſitum a *fleder*, quod aliquando alam ſignificaſſe docet in *Gloſſario* ſuo Wachterus, & *mus*, mus, ut adeo denotet murem alatum. Dicitur alias *nattſkæfwa* & *nattbaka*: de quibus infra.

FLÅRD, dolus. Lex Christophoriana, *Köp*. B. L. L. c. 3. docet, quænam differentia ſit inter *flærd* & *fals*. *Flærd* eſſe dicit, *ther man ſæl ondt for godt, mångt for omångt*: hoc eſt, quum venditur malum pro bono, mixtum pro ſincero. *Fals* vero *ther man ſkyler ondt under godo, ſom koppar under guldhe, eller blandas med wax, ſtena ſlås i ſat med järn*: quum celatur malum bono, ut æs auro, vel quando piſa miſcentur ceræ, aut tandem lapides injiciuntur dolio, in quo ferrum vendendum poſitum eſt. Sed hanc differentiam conſtanter non obſervari, docent varia loca Legum noſtrarum, v. Upl. L. *Köp*: B. c. 1. §. 1. & 2. H. Spegel, in *Gloſſ.* ortam eſſe hanc vocem innuit a Gr. φλυαρέω, nugor, garrio, quam etymologiam confirmare videtur C. B. *fladr*, loquax, ſtultus, inſulſus, nec non Anglo-ſaxonicum *fleard*, quod Somnerus æque ac Bensonius vertunt nugæ. Et forte ab illo multum non diſſidebunt, qui, ducibus Verelio & Gudmundo Andreæ, vocabulum hoc deducunt ab Iſl. *flara*

Digitized by Google

vater, *flaradur*, id. ANS S. p. 10. *tala fagurt ok tenkia flatt*: pulcra loqui, & fallacia animo condita gerere. Inde *flara*, decipere. ROLF KRAKES S. p. 23. OLUF *drotning var flarad wid þetta*: OLUF Regina his decepta fuit. AngloSaxonum *fleardan* notat errare.

FLÅT, domus. v. *flet*.

FLÅTA, nectere. *flåta hår*, capillos plectere. C. B. *plega*. Apud PEZRONIUM in *Ant. Celt.* p. 360. Germ. *flechten*, a Gr. πλέκειν, texere, πλεκτός, textus.

FLÅTRING dicitur hordei genus apud Oſtrogothos, cujus grana ita junguntur, quaſi alterum alteri implicatum eſſet.

FLÅTTJA, ſvanitas, levitas. CHRON. RHYTHM. p. 518.

Wåsgötha the foro med flættia,
Och wille ſik mote herr STEEN *ſättia.*
Weſtrogothi animo leves erant,
Volebantque ſe D. STENONI opponere.

Quum *lættja* & *flættja* apud Scriptores noſtros ſæpe conjungantur, credi poſſet, non ſolum ſynonyma ea eſſe, ſed etiam unam eandemque vocem, *f* ſolum heic euphonice præpoſito, quod ſæpe fieri, pluribus exemplis edocemur. Sed forte verius exiſtimabitur ortum a *flåder*, id. *flar*, Iſl. doloſus, deceptor.

FLÅ, excoriare, deglubere. A. S. *flean*. Iſl. *flaa*, in participio *flegin*. EDDA: *þa var otrin flegin*: tum lutra excoriata fuit. Belg. *vlaen*, *vladen*. Angl. *flea*, *flaw*. Ingenioſa eſt conjectura JUNII, qui a Græco φλοιὸς, & inde oriundo φλοιόω. φλοΐζω, decortico, vocem præſentem derivat: ſciendum eſt enim, noſtrum hoc uſurpari non tantum de animalibus, ſed etiam de arboribus cortice nudatis. WESTG. L. *Forn.* B. c. 3. *flar madher ena ek aldinbæra*: ſi quis quercum frugiferam decorticaverit. L. L. B. B. c. 49. *flar man baſt*: ſi quis decorticet libros. Galli ſimili metaphora *écorcher* dicunt, a Latino cortex, v. SPEGEL, in *Gloſſ.* p. 110. Ceterum, ſi JUNIANA hæc etymologia minus arriſerit, in eorum ſententiam forte concedere poterimus, qui *fla* contractum putant ab inuſitato *fella*, quod Belgæ *villen* dicunt, a *vell*, Sueth. *fell*, pellis, quemadmodum a *ſkin* fit *ſkinna*, Germ. *ſchinden*, id. a *bark*, cortex, *barka*, corticem detrahere. Annuit huic derivationi Gallicum *peler*, quod eſt cutem extimam pomo aut alii rei ſimili detrahere, nec non C. B. *pelio*, deglubere. Quid apud LUCIANUM ſit ἀναφλᾶν, docent Lexicographi.

FLÅTTA, ut frequentativum prioris *flå*, notat penitus corio nudare, & metaphorice privare vel exuere re quapiam: *fletta af vopn*, armis aliquem nudare. Hinc *afflefter* dicitur corium, a feris lacerati animantis, quod, ut culpam a ſe amoliretur, referre & monſtrare debuit Paſtor. v. ſupra ſuo loco.

FLÆTT, decorticatio. *Næfraflætt*, corticis betulinæ ablatio. *Scoghæ flöt* in LEGE SCANICA, p. 36. ſilvæ decorticatio. Gr. φλεὸς, φλῶς, cortex.

FLÅK, homo inconſtans. v. in *flacka*.

FLÅSA, anhelare, ut ſolent poſt citatum curſum equi. De geneſi vocis diſſeruimus ſupra, in v. *blåſa*.

FLECK, macula. Iſl. *fleck*. Al. *flech*. v. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 306. Germ. *fleck*. WACHTERUS hoc mutatis labialibus ab antiquiori & genuino magis *blick*, quod adjective nigrum, ſubſtantive maculam denotat, derivandum eſſe, docet. Quod illa mutatio, ſiqua facta eſt, nupera non ſit, docere videtur βλαγὶς, quod HESYCHIUS Laconibus notare κηλῖν, maculam, docet.

FLECKA, maculare: *obefleckad*, immaculatus: Iſl. *fleicklaus*. Apud. NOTKERUM, Pſ. 100: 2. invenitur *ungeflechotomo uuege*, via immaculata.

FLECKRA, motitare. *Tobiæ*. 11: 9. *Tå lopp hunden framför åt, och fleckrade med ſin rumpo:* tum canis præcurrit, adulans cauda ſua: A. S. *flicerian* apud BENSONIUM eſt motitare alas, *flicceriend*, motitans. Angl. *flicker*. Belg. *fliggheren*. v. JUNII *Etymol. Angl.*

FLECKTA, motitare. *Ezech.* 11: 22. *Tå flecktade Cherubim med ſinom wingom:* Tum Cherubim alas ſuas motitabant. Cognatæ eum priore originis ut credam hoc eſſe, ſignificationis affinitas facit: interim cum illud ſpecialius uſurpetur de motu, qui flabello aliove modo fit ad excitandum ventum, prope accedere videtur ad Iſlandicum *blægta*, motari aura, quod a *blær*, aura, derivari, docet GUDMUNDUS ANDREÆ *Lex. Iſl.*

FLECKRA, adulari, eâdem metaphora, qua vox Latina proprie de cane, jactatione caudæ ſuæ domino abblandiente; metaphorice vero de quavis aſſentatione uſurpatur. KON. STYR. p. 57. *Han ſum är falſkr ok ſ.ikrar*, qui

qui ſubdolus eſt & adulatur. *Flikert*, adulatio. ib. p. 53. *Swaſum annat tikkis flikert*, *ſwa tikkis annat ilwili*: ut alterum adulationi, ita alterum ſimile eſt malignitati. Al. *flechen*, adulari, *flechara*, adulatores, *flebung*, adulatio. Belg. *vleyen*, adulari, *fletteren*, id. Gall. *flater*. Sax. *flickfloyen*, aſſentari, quod ab utraque dialecto, Gothica & Belgica, compoſitum videtur. WACHTERUS Germanicum *fleben*, nullis addicentibus auſpiciis, derivat a *litus*, quo nomine ſervum appellavere Latino-Barbari, credens, primos nomenclatores imitari voluiſſe Latinos, quorum adulari a Græco δȣ̃λος, ſervus, originem trahere, dicitur.

FLEMTA, anhelare, inter reſpirandum crebro ilia ducere. Quod ad originem attinet, jam ſupra ad v. *felm* diximus, fieri potuiſſe, ut *flemta* dicatur pro *felmta*, eoque proprie notari anhelitum, qualem reciprocat, qui ſubito terrore externatus trepidusque ilia ducit, niſi forte derivare malis a Belgico *fluyme*, pituita, unde *fluymen*, phlegmata excreare: quod qui faciunt, anhelitum fere impeditiorem habent.

FLEN, morbi genus, quo in inteſtinis dolor ſentitur, qui cum vomitu & dejectione fere conjunctus eſt. Gall. *felon*, *flon*, ut me docet H. SPEGEL, in *Gloſſario*. Angl. *fleane*. Hiſp. *flema*. It. *flegma*. a Gr. φλέγμα.

FLENHUS] dicitur extumescentia, quæ apoſtematis inſtar in facie aliave corporis parte exoritur. A. S. *flena* notat fluidum quid, apud BENSONIUM, quod quouſque huc faciat, medicos inter & Etymologos conveniat.

FLENGA, tundere, percutere. CHRON. RHYTHM. min. p. 261.

Han læter them ſtegla, bränna och bænga,
Och opta med riſom flænga.
Ille eos urendos ſuſpendendosque juſſit.
Et ſæpe flagris cædendos.

Fara och flenga dicitur de illo, qui, citato curſu pergens, crebris flagellorum ictibus equum ſuum incitat. Græce φλάω eſt tundo, ferio, unde C. B. *plau*, percutere, illiusque derivatum *flaw*, tribula. Germ. *flegel*. Gal. *fleau* quibus adde πληγεῖν, cædere, πληγή, ictus, ad quorum tribum pertinet *plaga*, nec non, Suet. *plâga*. In veteri Latio etiam *fligere* uſurpatum fuiſſe, docet LUCRETIUS, nec non derivata *affligere*, *confligere*: quæ quam prope ad Gothici ſermonis genium accedant, evidentius erit, ſi meminerimus, *n* in *flänga*, eſſe epentheticum, proque eo veteres *fleiga* dixiſſe, id quod in Lingua Iſlandica adhuc ſupereſt, notatque conjicere, mittere. Apud ULPHILAM occurrit *bliggvan*, cædere, flagellare. Addo, inter illa vocabula, quæ Latium ex hac radice orta habet, eſſe etiam *plango*, quod proprie percutere notat, &, ab actu ſub moerore pectora ferientium, dolere. Geminum huic ſignificatum habuiſſe Moeſogothorum *faifiokun* teſtatur *Luc*: 8. 52. *Gaigrotun than allai, jah faiflokun tho*: flebant autem omnes, & plangebant eam: ubi obſervandum, *fai* illud, quod vocabulum orditur, eſſe augmentum ſyllabicum, perinde ac *gai* in *gaigrotum*; ablato vero illo, reſtare *fleikan*, quod ipſum eſt Iſlandicum *fleiga* & Lat. *fligo*. Quo etiam referendum forte judicabis Gall. *flanquer*, dum dicunt flanquer un coup, ictum impingere.

FLENG, ictus, verber. Vetus Scriptor apud DIKMANNUM, in *Antiquit. Eccles.* p. 424. *Sargade med knyttom gaddaflengom*, ſauciati nodoſorum flagellorum ictibus: *fara i fullt fleng*, eſt citato equo vel iterato verbere currere.

HUDFLENGA] virgis cædere: proprie notat cutem ferire.

FLINGA, fruſtum, utpote quod percutiendo rumpitur. *Isflingor*, fruſta glaciei. A. S. *flob*. Angl. *flaw*.

FLENKA, Uplandis dicitur de trabibus, quum utrinque carpuntur, ita ut rotunditas illis dematur: hinc *flank* vocatur, quidquid toti demitur, inprimis portio grandior, de quo ſuo loco nonnihil diximus.

FLEIGR, Iſl. cuneus, quippe qui crebris ictibus ingeritur. Scan. *pligg*. Vulgo *plugg* apud nos dicitur lignum, quo foramen obturatur, quod quære ſuo loco.

FLEPER, homo ignavus, mollis. Iſlandicum *fleipra* eſt ineptire, futilia loqui. THORST. WIK. S. c. 23. Ad ſenſum vero propius accedit, quod veteres Galli *flebe* appellaverint, quaſi *flebilis*, quem nunc *foible* nuncupant. Videbimus mox, in noſtro ſermone *flipa* idem eſſe, ac flere, unde ſi hoc oriundum fuerit, proprie notabit hominem in lacrimas pronum, quod effeminati animi indicium, adeoque viro indignum apud noſtrates reputabatur,

Digitized by Google

tur, ſecus atque apud Græcos & Romanos, quorum Poetæ Heroas, & præ ceteris Virgilius pium ſuum Æneam, quavis data occaſione fato ſuo aliorumve illacrymantes inducunt. Noſtri Skaldi eos *flepar* appellaſſent.

FLERE, plures. Comparativus irregularis adjectivi *månge*, cujus ſuperlativus eſt *fleſte*, contractus ex *flereſte*, ut recte monet Stiernhielm, in *ind.* ad L. Westrog. Ant. *flairi*. v. Gothl. L. c. 19. §. 64. Iſl. *fleira*, *fleſter*, *fleſtar*. Qui naturam & rationem veterum Linguarum pernoſcere cupit, haud inobſervatum relinquet, eadem eſſe adiectiva in tribus Linguis, Græca, Latina & Gothica, quæ irregularem comparationem habeant. e. g. bonus, malus, multus, &, quod ad præſens attinet, Gothicum *flere* haud obſcuram cum Latino *plures* convenientiam præ ſe ferre. Immo fuiſſe eam olim majorem, hoc eſt, dixiſſe antiquos non ſolum plures ſed etiam *pleres*, indicio ſunt *plerique*, *plerumque*, &c. Conf. Festus in v. Superlativum vero *fleſter*, *fleiſter* pæne Græcum dixeris πλεῖστος. Obſervavimus ſimilem L. noſtræ ab Hellade in Latium tranſitum ad vocem *ær*, ſum.

FLESK, lardum. Kon. Styr. p. 198. *Hwa ſom hawer mykit fleſk, han ma ey mykit ærwoda:* quicunque obeſus eſt, multum laboris non perferet. Apud Germanos Angloſque hodiernos eorumque majores, Alemannos, inquam, & AngloSaxones, *fleiſch*, *flæſc* & *flæc* non tantum carnem ſuillam, ſed quamlibet aliam, vivam mortuamve, denotabat: unde vero vocabulum illud profectum ſit, ignorant etiam illi, qui aliorum ignorantiam juvare conati ſunt. Non attinet, varias Etymologorum conjecturas afferre: monebo tantum, Wachterum in *Gloſſario* ceteris minus frivolum videri, qui A. S. *flac*, quam primam & antiquiſſimam verbi formam eſſe credit, derivat ab Ulphilano *leik*, caro, litera initiali *f* aucto. *Marc.* 10: 8. *du leika ſamin*, in unam carnem. Sed quantumcunque magno auctore hæc derivatio nitatur, mihi tamen non plane arridet: ut, quod ſentio, dicam, arbitror, vocem hanc non minus qua formam, quam qua ſignificationem mutationem ſubiiſſe. *Flæc* vero, quam ego nativam vocis faciem eſſe autumo, ſegmentum, fruſtum notat, vel partem de toto demtam. Hinc AngloSaxonicum *flicce*, quod eſt ſuccidia vel portio carnis ſuillæ. Al. *flicci*. Belg. *vlyk*. Angl. *flitch*. Iſl. *flycke*. Gudm. Andreæ. p. 74. Ol. Tryggv. S. p. 2. p. 23. ubi quod *flyckis ſneid*, fruſtum lardi, dicitur, mox *fleſkysſneid* appellatur. Apud nos etiam *ett flåſk* ſpeciatim notat dimidium mactatæ ſuis, ſuccidiam, quam ſignificationem antiquiſſimam eſſe, harmonia ceterarum Linguarum oſtendere videtur. Conf. noſtrum *flåcka*, findere, partiri. Videtur itaque tutiſſimum eſſe, ſtatuere, *flæc*, *fleſk* *fleiſch* primo ſuccidiam notaſſe, dein quamlibet ſuillam, & tandem omnem cujuſcunque generis carnem. Adi Junii *Etymol.* in. v. *flitch*.

FLET, domus. Occurrit in formula juridica, *fara a flet*, quæ invenitur Westg. L. *Jord*. B. c. 6. §. 2. *Eigh ſkal a flæt faræ, num arwi wili*: id eſt, ex interpretatione Loccenii: non debet quis tradere ſe & ſua bona alterius poteſtati & domui pro perpetuo victu. Skåne L. p. 7. *Hin er flåtföràs wil:* ille, qui ſua omnia nutritio legare vult. Iſlandice *flet* vel *flæt* domum, aream domus notat, ut in Lege Isl. *Thiuf*. B. c. 2. *Thertil er han ſelet han bundin a flet Kongs Umbodsmans*: uſque dum eum vinctum duxerit in domum Prætoris Regii. A. S. *flet* vel *flette*, cata, domus. Apud Leibnitium, in notis ad *Gloſſ. Chaucicum*, p. 42, nec non Hickesium, in *Gramm*. A. S. p. 119. *flett* apud Bremenſes denotare dicitur cubiculum patris familias.

II. Lectus. Thorst. Wik. S. p. m. 77. *Odru meigin war flet mikid*, ab altera parte lectus erat ingens.

FLÅTFÖRING, ſenex ætate aut morbo debilitatus, qui in alterius familiam concedens, pro impetrando alimento bona ſua nutritio legat. Skåne. L. 2. §. 44. Vocatur in Östg. L. *Arfd. B.* c. 12. *gæftbræl*, hoc eſt ſervus dedititius, quum hujus conditio æque haberetur inhoneſta, ac mancipiorum, utpote quæ indicio eſſet, ob ingenii moroſitatem aliasve cauſſas, neminem eſſe neceſſariorum, qui eum intra ſuos parietes recipere velit.

FLIA Uplandis dicitur, quum calore verno nives glacieſve reſolvuntur. Ad originem vocis nos deducere poſſunt Belg. *flauw*, tepidus, pro quo antiquos *law* dixiſſe, docet Wachte-

RUS, in v. *flack*, tepidus. Nos ſenſu hoc *ly* uſurpamus, ut ſuo loco dicetur. conf. infra in *len.*

FLICKA, puella, adoleſcentula. *Wacker flicka*, pulcra puella. Uſurpatur proprie vel de virgine nondum adulta, vel etiam ὑποκοριϛικῶς, de adulta ſed amata. Eſt vox illa Boreæ noſtro peculiaris, niſi forte eam cognatione attingere dixeris Britanicum *plach*, quod puellam vel adoleſcentulam pulcram notare docet Abbas PEZRONIUS, in *Ant. Celticis* p. 358. quodque cum Gr. παλλάκη, amica, amaſia communem habere originem, idem Auctor ſuſpicatur. Ceterum crediderо potius, *flicka* diminutivum eſſe Iſlandici *fliod*, quod nomen erat, quo feminæ ornatiores appellabantur. HAVAMAL. v. 79. *Fagurt ſkal mæla oc fridt bjoda, ſa er fliods aſt vil fa.* Sermone placens & donis ſplendidus ſit, feminæ amorem qui lucrari voluerit. Ab hoc *fliod*, inquam, quod, Poëtis inprimis eſt familiare, *flidka* vel *flicka* facillime fieri poſſe, is haud ambiget, qui meminerit, *o* in *i* vel *y* fere tranſire, imprimis ubi diminutiva forma indicanda eſt, id quod pluribus exemplis ſupra ad v. *brygga*, pons, oſtendimus. Omnino vero improbanda mihi videntur, quæ habet OTHO SPERLING, in *Novis Liter. Maris Balthici*, Anni 1699. p. 119. putans, *flicka* proprie ſervam denotare, eamque nomen habere a *fleck*, macula, ſive quia ex conditione hanc maculam contraxit, ſive quia notam inuſſit dominus, ut dignoſceretur.

FLIK, lacinia, vel id, quod aſſuitur panno, ut laxior alicubi fiat. Hinc eſt, quod pro ſinu veſtis etjam uſurpetur. 1. Sam. 24: 12. *Min fader, ſe fliken af tin kiortel i mine band:* ecce, mi pater, laciniam togæ tuæ in manu mea. Proprie & vi vocis notat cuneum, idque a figura cuneata, hoc eſt, hinc lata, inde acuminata, cujus formæ immiſſura *flik* fere appellatur, dum cetera panni fruſta *lapp*, *ſtycken* &c. appellari ſolent. Confirmat ea, quæ dixi, vocabulum *kil*, quod ſimiliter & cuneum & aſſumentum, cunei formam referens, ſignificat. Originem vocis oſtendit Iſlandicum *fleig*, *fleigr*, cuneus, de quo ſupra, in v. *flenga*. Confr. C. B. *dyplyg*, plica. Alii *flik* ortum non ſine ſpecie credunt vel a Lat. *plica*, vel a Græco φλίδων, ſinus, ruga veſtis. WACHTERUS, inverſo ordine, *flik* & Germ. *fleik*, ſegmentum, a *flicka*, *flicken* derivat, & hoc idem eſſe ait ac ſecare, nullo tamen nixus vetuſtatis ſuffragio.

FLICKA, lacinias veſti immittere. Germ. *flicken*. Quum ejuſmodi laciniæ veſtibus non tantum ampliandis ſed etiam ſarciendis immittantur; hinc etiam uſu receptum eſt, ut interpolare notet. Huc refer AngloSaxonum *ſlybte*, immiſſura, aſſumentum, *ſlybtelath*, id. Belg. *flicke*.

SKOFLICKARE, qui vetera calceamenta ſarcit.

FLIMMA, illudere. VERELIUS, *Runographiæ* p. 2. *Han baſwer thet med mordersmåls rim utmärkt och flimat* verſibus vernaculis id notavit ac perſtrinxit. Iſl. *flim*, irriſio, *flimt*, id.

FLINA, diducto ore ridere. Al. *flannen*, ora contorquere. Germ. *flennen*. Iſlandos hac radice non caruiſſe, docet *fleingur*, irriſio, quod habet VERELIUS, in *Indice*, nec non *fleinſarar*, irriſores.

FLISSA, frequentativum prioris: Iſl. *fiyſſa*, id. *flis*, cachinnus. *fleſtr*, hjans. GUDMUNDUS ANDREÆ, in *Lex Iſl.* p. 73.

FLINK, agilis, celer, alacer, *En flincker Karl*, homo manu promtus, alacer. Saxones eandem vocem habent, a quibus non dubito, quin ad nos finitimosque Danos pervenerit. In aliis Germaniæ partibus coruſcum, nitidum hac voce notari obſervat Auctor *Idiotici Hamburgenſis*, unde *flincken*, ornare. Conf. A. S. *wlite*, decor, pulcritudo. Angli *flincker* habent, ſed ſenſu ab hoc noſtro toto cælo diverſo, ſonat enim ignavum, & clandeſtina fuga ſeſe a militia aliove labore injuncto ſubducentem.

FLINT, facies. *Slå en i flinten*, os vel ſinciput alicui verberare. Vox hæc, utut inter humiles & opicas hodie numeretur; proba tamen aliquando fuit, & quam nemo repudiaret. Iſlandi pro illo *fles* habent, quod a noſtro diverſum non eſſe, facile dabunt, qui norunt *ſ* in *t* non raro converti, *n* vero ante aliam conſonam euphonice in noſtra Lingua ſæpiſſime poni. Quid vero vocis hoc *fles* vel *flint* ſit, vel ſolus nos docere poterit Codex Argenteus, in quo *vlits* faciem denotat, a *vlaitan*, videre. Alibi docui *vlits* hoc idem eſſe ac Latinum *vultus*, qui ut ſedes eſt viſus, ita & a *vlaitan* multo commodius derivatur, quam a volvendo

Digitized by Google

vendo, ut alias docent Etymologi noſtri. v. ſupra in *anlete*, facies.

FLINTSKALLOT, calvus. *Hiſt.* Al. ex. M.

Flintſkallot huſwüd utan haar.
Calvus & ſine crinibus.

Proprie notat eum, in cujus fronte nulli crines comparent.

FLINTA, ſilex. A. S. *flint.* Angl. & Germ. id. Credo, ab eodem fonte promanaſſe hoc, ac mox adferendum *flis*, ubi vero ille ſit inveniendus, ibi tradetur. Mericus Casaubonus in collatione, quam inſtituit inter Linguam Anglicanam & Græcam, *flint* derivat a φελλεῖς, ſilices, Wachterus a πλήττειν, terire, alii a πλίνθος, later, ſono magis, quam ſenſu propitio, etiamſi exemplis non careat, ſpecierum nomina inter ſe permutari, cujus rei documentum forte eſſe poterit, quod Galli lapidem fulmineum *flin* appellant: niſi hoc forte originem ducat ab A. S. *flæn.* Iſl. *flein*, ſagitta, quum fulmina Jovis tela appellentur.

FLIPA plorare. Chron. Rhythm. p. 447.

Swerike maa wäl flipa och grata.
Succia jam ploret ejuletque.

Proprie uſurpatur de contorſione oris, quæ in plorantibus ſæpe obſervatur, ut adeo referri debeat ad ſuperius *flabb.* Gudmundus Andreæ, in *Lex. Iſl.* docet, *flipa* domi ſuæ ſæpe notare vulnus hians vel labrum vulneris pendulum. Ceterum pro hoc uſitatius eſt *lipa*, dempta proſtheſi.

FLIS, fragmen lapidis majoris, a *fliſaſt*, quod Iſlandice diffindi notat. v. Bibl. Isl. 2. *Chron.* 18. Alii hac voce proprie denotari credunt ipſam petram, quæ Alemannice *felis* dicitur, cui dum poſteriorem vocalem demſere Germani, formarunt *fels*, nos, uti putant, *flis*, auferendo primam. Sed obſervari meretur, apud Iſlandos *flis* hoc uſurpari etiam de aliarum rerum fragminibus, ut oſſium ruptorum, &c. v. Verelii *Ind.* Germani *flies* hodie tegulam appellant, de quo v. Wachterum, qui verbum *flieſen*, tegere, comminiſcitur, a quo præſens vocabulum derivat.

FLIT, diligentia. Al. *fliz.* Germ. *fleiſs.* Belg. *vlyt.* Wachterus arbitratur, ortu hoc nihil differre ab illo Alemannorum *flyz*, quod ſupra, ad v. *filt*, diximus litem notaſſe, ut adeo hujus vocabuli eadem amplitudo ſit, ac Latini contentio, quod & rixam & animi niſum, induſtriam denotat. Sed utcunque hæc ſpecioſa ſint, veteris tamen Gothicæ Linguæ peritum non perſuadebunt. Indubium enim eſt, *flit* natales ſuos repetere ab Iſl. *fliotr*, citus, celer. Angl. *fleet*, unde *flyta*, feſtinare, *flyter*, feſtinatio, *fliotleik*, id. Simplicius, adeoque antiquius, videtur *fly* illud, quod citum, feſtinum notat, ut ſuo loco docebitur. Anglorum *plie*, ſedulo incumbere, utut nec ſono nec ſenſu multum a noſtris hisce diſſideat, videtur tamen ab hoc diſtincta vox eſſe.

FLITTER, ornatus, ad ſolam ſpeciem compoſitus, in quo veri nihil, omnia ficta. Es. 3: 20. Sax. *flinter.* Germ. *flitter* v. Richeyi *Idiot. Hamb.* p. 63. cfr. *flincken*, ornare. Quod ad etymon vocis attinet, credi poſſet, quemadmodum apud nos uſu receptius eſt *glitter*, unde *glitterband*, vitta auro ſpurio diſtincta; ita quum *f* & *g*, ut ordine contiguæ, ita & præ ceteris facile permutabiles ſint, a poſteriori hoc alterum eſſe prognatum. Sed certior fortaſſis vocis origo petitur ab Iſl. *flatr*, fallax, unde in ſuperioribus deduximus *flåder* & *flåtja*.

FLO, vel *flor*, pavimentum, ſtratum. Iſl. *flaar*, ſtratum bovilis. Gudm. Andr. *Lex. Iſl.* p. 74. A. S. *flere*, *flering*, ſolum, *fler*, pavimentum. Germ. *flor flur.* Belg. *vloer.* Ang. *floor.* Apud Gallos *fleur* notat ſuperficiem cujusque rei, *a fleur d' eau*, *a fleur de terre*, ad ſuperficiem aquæ, terræ, quod tamen an huc faciat, haud liquido affirmavero. Daviesius orta eſſe credit a C. B. *llawr*, ſolum, fundus, area.

II. Stratum, quod ex diverſis rebus alternatim ponitur. Edda, *Mythol.* 65.

Var onnur flo af ſilfre eda gulle, enn onnur flo af molldu og grĭóte, erat alterum ſtratum ex argento aut auro, & alterum ex terra & lapide. Hinc *flotals* dicitur, quod per ſtrata ponitur.

FLOCK, ant. *fluck*, congregatio plurium ſive hominum ſive aliarum rerum viventium. Occurrit in Legibus patriis terminus *wara i flock och farnöte*, eſſe in ſocietate facinus quodpiam perpetrantium. Iſl. *flocker.* A. S. *floc*, *flocrade*, turma. Gr. λόχος, cohors, centuria. Junius, in *Etymol. Anglicano*, *flock* per metatheſin factum putat a *folk*, populus, ut ſolet Latinorum populus nonnunquam pro turba etiam mu-

 torum

Digitized by Google

torum animalium fumi. v. Ovidii *Metam.* Lib. xiii: 612. Skinnerus inepte deducit a Lat. *floccus.*

II. Carmen continuum abſque verſibus intercalaribus, quales, quod olim habuit, *drapa* appellabatur. Vide Heims Kr. Tom. I. p. 712. ubi Canutus Magnus Rex ſuccenſuiſſe dicitur Thoraro Poëtæ, qui *baſþe ort flock um han,* metra de illo concinnaverat, capitis poenam comminatus, niſi poſtridie *drapo* confeciſſet, i. e. odas, alias *ſtefiada viſur.*

III. Caput legis, *quod leges*, ut ait Loccenius, in *Antiqu. Suiog.* Lib. 3. c. 2. *in capita, velut in certas ſedes ac locos, coactæ & diſtinctæ coivere.* Ceterum, quum, ſi a congerie nomen inditum eſſet, aptius id conveniret integro titulo, utpote ex pluribus capitulis conſtante; veriſimilius idem Vir doctiſſimus putat, metaphoram deſumtam eſſe a trabibus, quibus incidebantur. In easdem partes concedit etiam vir ampliſſimus, & Aroſienſium hodie Archipræpoſitus, Dom. Mag. Daniel Hervéghr, qui in Diſſ. Academica, de *uſu antiquitatum in illuſtranda L. Suiogothica* p. 9. *flock*, *fluck* ejusdem proſapiæ eſſe docet, ac ſuperius *flake*, tabula, quocum conferendum Britanicum *flochen*, fragmentum, pars abrupta. Ita certe metaphoræ ratio evidens fit: ut enim ſingulæ tabulæ, *flakar*, caput conſtituebant, ita eædem junctæ, & alteræ alteris ſuperimpoſitæ, trabem forma referebant, *balk* Suethice dictum. Simili metaphora oracula Sacra in veteri Lingua Iſlandica *gudsſpiall.* Angl. *goſpel* dicuntur, a *ſpiald*, tabula. Ulph. *ſpilda*: unde *ſpialla*, particulatim narrare, Ulph. *ſpillon.* Et cui ignotum eſt, primas Romanorum leges a tabulis nomen habuiſſe, Græcorumque σανίδας ſimili ex ratione utramque ſignificationem ſuſtinuiſſe? conf. Lundii notas ad *Leges Uplandicas.* p. 149. Ol. Rudbeckii *Atlantica*, Tom. 3. p. 58. quæque nos breviter diſſeruimus ad v. *balk.*

FLOD, fluvius. A. S. *flod.* Al. *ulout.* v. Junii *Etym. Angl.* Iſl. *flood.* Angl. id. Belg. *vloed.* Germ. *fluſs.* Neſcio, quomodo Wachterus, tot obnitentibus teſtibus, ſtatuere potuerit, illam vocem, vel etiam hanc ejus ſignificationem novitiam eſſe. Ut Latinorum fluvius & flumen a fluendo, ita hoc a *flyta* nomen habet. Diverſum ab eo eſt Iſl. *flo*, palus, de quo infra in *fly.*

II. Inundatio. *Syndaflod*, in S. Codice vocatur cataclysmus, diluvium, *wârflod,* inundatio verna. Ulph. *aqhafiodus.* *Luc.* 6.46: Iſl. *flôd.* id. Gudm. Andr. *Lex. Iſl.* p. 74.

FLODA, undas agere, inundare. Iſl. *floa.* Verelius.

ÖFWERFLÖDA, ſuperfluere: hinc ÖFWRFLÖDIG. Germ. *überflüſſig*, ad imitationem Latini ſuperfluus.

FLODDIKE, collicia, foſſa ducta ad recipiendas abducendasque inundaturas aquas. In Lege Ostrogothica, B. B. Cap. 8. vocatur *flodguta*, quocum confer Belg. *gote*, canalis.

FLOGEL, holoſericum. *Ezech* 27: 16. *Silke och flogel*, ſericum & heteromallum. *Chronica* Brynolphi Ep. p. m. 78.

Han gaf try flugbels ſtycker for ſin ſiâl.
Tres holoſerici fasces dedit pro anima ſua.

In Bibliis Saxonicis Anni 1494 *fluel* occurrit *Ezechiel.* 27: 17, uti obſervat J. H. a Seelen, in *Select. Lit. p.* 235. Belgæ *fluweel* hodieque dicunt: quod forte factum a Gall. *velours.* It. *velluto.* Hiſp. *veluido.* Angl. *velvet*, nec non *fillup*, a quo deinde alia variatione *felb* fecimus. Pannus hic apud Gallos, Italos & Hiſpanos nomen accepiſſe creditur a *vellere*, idque ab forma hirſuta, quam præfert.

FLOGMATK, Eſ. 34: 4. Inſectum volans, quod alias *fjäril* vocatur, a *flyga*, volare.

FLOR, ſtatus florens. Vox peregrina, & e Latio arceſſita, ſed quæ hic perinde ac penes Germanos vix amplius in peregrinis numerari vult. Habemus ſimilem apud Veteres metaphoram in v. *blomma.* Ol. Tryggv. S. c. 6. *blomæſku þinæ*, flos ætatis tuæ, & apud Verelium *væn och blomligur*, pulcer florensque forma.

FLOR, nebula ſerica: ita forte dicta ab intextis floribus: hinc *florſikt*, cribrum confectum e tela rara, & pollinem transmittente.

FLOTT, adeps, proprie ille, qui juri ſupernatat. Ant. *flut.* St. L. *Kôp.* B. c. 3. A. S. *flotſmere*, id. Somnerus. Iſl. *flot* vel *flod.* Gudm. Andr. p. 74. a *fluta*, natare. Angl. *flote, flote upon the water.*

FLOTTA, claſſis. Germ. *flotte.* Gall. id. It. *flota.* Hiſp. id. Angl. *fleet.* Belg. *vlote.*

Digitized by Google

vlote. ab A.S. *fleotan*, *fluctuare.* Gall. *flotter.* Sueth. *flyta.*

FLOTTE, congeries trabium & materiei, inter ſe connexæ, & remis alio transvehendæ. Germ. *flöſſer.* Angl. *flote.* Belg. *vlot.* Dicuntur ita quoque rates compactæ ad transvehendum res majoris molis. cfr. B. B. L. L. c. 3. CHRON. RHYTHM. *min.* p. 185. Genere hanc vocem a priori diverſam eſſe, docet forma pluralis, quæ hic eſt *flottar*, 1 Reg. 5: 9. illic *flottor.*

FLOTTA *öfver något*, aliquid hac ratione transportare.

FLOTTSTOCKAR, trabes connnexæ & aquæ innatantes. Per contemtum ita a. gl. m. Rege GUSTAVO appellantur coloni inſtabiles, qui vagas ſedes habentes, nunc huc nunc illuc focum ſuum transferunt, ut Illius edicta docent.

FLOTTHOLME, inſula natans. v. *flytta.*

FLÖJA, ant. *flögja*, dicitur pecus ſepem tranſiliens. WESTG. L. *Rättl.* B. c. 7. §. 1. *Än fæ flögir i gärdi:* ſi pecus tranſiliat ſepem in agrum. Apud Iſlandos *fleiga* notat cum impetu projicere. THORST. WIK. S. p. 37. INGIALDUR *greip up ſtein og fleigdi til* HALDANAR. INGIALDUS lapidem ſumſit, eumque in HALDANUM vibravit. Uſurpatur hoc etiam de animalibus, cum impetu ſe quopiam projicientibus. *Matth.* 8: 32. *Oll Swinabiordinn fleygde ſier med ys mikilli i ſioen*, totus grex magno cum impetu ſe projiciebat in mare. Eſt etiam, ubi de hominibus adhibeatur hoc vocabulum: tum vero notat illos, quos ab athletis fere addiſcunt juvenes noſtri, numeros deſultorios, quibus ſe vel in altum elevant, vel ſuperne demittunt. KON. STYR. p. 136. *Ty ſkulu Ungara med lek ok ſkämtan rida ok ränna häſtom, löpa a fot, ok flögja fram ok ater:* Ideo filii prinncipales per ludum jocumque equos conſcendere, & immittere, pedibus currere, & ſubſultim corpus movere ultro citroque, debent addiſcere. Meo judicio indigna non eſſet vox hæc, quæ in uſum revocaretur.

FLÖT, cremor lactis. A. S. *flete.* Germ. *flotmilch.* Originem trahit vel a Belg. *vloten, vlieten het melck*, florem lactis demere. Angl. *fleet*, vel potius a *flyta*, ut ſuperius *flott*, vel tandem a Latino *flos.*

FLUGA, muſca. A. S. *fleoge.* Al. *uluga.* Belg. *vliege.* Iſl. *fluga.* Germ. *fliege:* a *flyga*, volare.

FLUKA, gurges aquæ ſtagnantis. *watn fluka.* C. B. *plwcca*, coenum. Gall. ant. *flachis*, *flachier*, palus. L. B. *flacco.* v. DU FRESNE, in v. A. S. *fleot*, gurges: videtur ejusdem familiæ eſſe, ac mox afferendum *fly.*

FLUNDRA, ſolea. Angl. *flounder.* Iſl. *flidra.* Confr. Gall. *flez*, idem.

FLUNSA, immergere. Weſtrogothis in uſu eſt, quando quis panem juri pinguiori intingit. Angl. *flounſe*, immergere. Belg. *plonſſen.* Apud Iſlandos *flenſare* eleganti vocabulo dicitur paraſitus, quippe cujus animus ſemper eſt in pinguibus aliorum patinis.

FLUSS, rheuma, humor defluens. Vox Germanica, & ignorata olim genti gelu duratæ. Ceterum orta eſt a *flieſſen*, fluere, ut Gr. ῥεῦμα a ῥέω.

FLUX, cito. *Judit.* 14: 15. *Så följer flux etter*, ſequimini illico. Germ. *flugs*, *flux*, Dan. id. Ortum eſt a *fly*, celer ant. *fliotr*, vel ut alii volunt, a Lat. *velox*, quorum tamen ego invertendam velim etymologiam. Nos enim noſtræ vocis indubiam rationem reddere valemus, Latini non item.

FLY, palus, ubi ſolo inſtabili aqua ſubeſt. *Hængfly.* id. Iſl. *floe.* VERELIUS. I. *Macchab.* 9. *Fjällar og floar*, montes & paludes. Confr. ſuperius *fluka*, & Lat. *palus*, quod cognatæ originis eſſe videtur.

FLY, citus, celer. Iſl. *fliotr*, *fiotlega*, cito. Nos eum, qui manu promtus eſt, & incepta cito perficit, appellamus *flybændt.* Uſurpatur alias de rebus edulibus, quæ cito conſumuntur, & velut fugaces ſunt: *flytt bröd*, panis, cujus facilis eſt conſumtio, cuique opponitur *ſpisſamt.*

FLY, fugere. Ant. *flya.* *Ai ma kona äller owormage frid flya:* non debet femina vel impuber fugere, aut paci publicæ ſe ſubtrahere, peregre abeundo. A. S. *fleon.* Al. *fliehen*, *fleoban.* Belg. *vlieden.* Angl. *flie.* Conſenſus tot dialectorum facit, ut pro idiotismo haberi debeat, quod Mœſogothi *f* in *th* permutaverint: illis enim *thliuban*, *gathliuban* eſt fugere, & *thlaus*, fuga. Obſervamus vero, non raro has literas inter ſe permutari, nam, ut prætercam Æolos, quibus ſolenne erat, φ pro θ ponere, ut pro θὴρ, φὴρ, pro θλίβειν φλίβειν; accidit id non raro in Gothicis dialectis. Sic pro *fil*, lima, Islandi

Digitized by Google

ſlandi *thil* dicunt, a Lat. *vitta* nos *hwiſ* fecimus, a *temo*, *ſimer*, a *forum*, *torg*. Unica litera *l* demta, Latinorum *fugere* & Græcorum φεύγειν facile ad hanc eandem familiam reduci poſſe, perſpicuum eſt. Illi vero unde ſua habeant, ipſiſmet dicere, haud ſatis pronum erit, dum noſtræ vocis origine nil manifeſtius eſſe poterit. Quid enim celeritatem æque requirit, ac imminens periculum, quod per fugam vitatur. Novimus etiam, apud Latinos fugere de quovis motu concitatiori dici, inprimis apud Poëtas, proprietatis verborum cuſtodes.

FLYKT, fuga. A. S. *flyht*. Al. *fluht*. Belg. *vlucht*, *vluyt*. Angl. *flight*. Germ. *flucht*. Habemus etiam *flygt*, volatus, cui quum *g* ſit radicale, ſecus ac huic, diſtincta eorum orthographia eſſe debet.

FLYKTA, fugitivum eſſe: *flyckting*, qui hoſtem fugiendo peregre verſatur.

TILLFLYKT, perfugium.

FLYKTIG, fugitivus. A. S. *flugol*. Uſurpatur fere per metaphoram de tempore fugace. 2. ita vocatur, qui faſtum in veſtitu amat: tum vero a durationis brevitate ad morum vanitatem metaphora videtur ſumta, niſi in cognatis numerare velis Germ. *flincken*, *fleyn*, ornare.

FLY, ordinare, aptare. *Rom.* 14: 16. *Flyr thet ſå*, ita ordinate, ita agite, ut &c. CHRON. RHYTHM. min. p. 143.

Fly, at alt landet giorde ok ſå:
Facere, ut tota regio idem ſequatur.

Iſl. *flya*: *flya land*, terram colere, & uſui adaptare. Gr. πολεῖν. Al. *fliehen*, apte aliquid collocare. v. PALTHENIUS ad TATIANUM, p. 343. Apud Saxones inferiores *fleyen*, *anfleyen* notat ornare, apte disponere, quæ eadem ſignificatio obſervatur in cantico ſacro, Num. 205: 5.

Jag will ſe huru the ſig flya: quod eſt, videre volo, quomodo, vel quam apte mihi conveniant. Forte Itali verborum phaleras *complimento* appellantes, Gothis vocis originem debent. Qui enim a complendo derivant, meminiſſe debuere, caſſis verbis & ſine mente ſono nil minus eſſe completum.

II. Suppeditare, acquirere. Num. 11: 4. *Ho kan fly oſs kött till att åta*: quis nobis ſuppeditabit carnem ad edendum. 1. *Macchab*: 14: 29. *fly ſino folke ſtor åra*: genti ſuæ magnam laudem acquirere.

III. Tradere. Scani dicunt, *fly mig thet*, da, trade mihi hoc.

FLYGA, volare. A. S. *fleogan*. Al. *fliegen*. Germ. id. Belg. *vliegen*. Angl. *flie*, a *fly*, citus, non vero a πληγεῖν, percutere, ut volunt MARTINIUS atque JUNIUS, idque ex ea ratione, quod volent aves, ut Poëta canit:

elifo percuſſis aëre pennis.

Lat. *volo*, demta prima vocali, cum noſtro neceſſitudinem prodit, *v*, ut ſæpe, in *f* abeunte.

FLYGT, actio volandi. A. S. *flyht*. Germ. *flugt*. In *Hiſtoria* AL. MAGNI. *tungoflög* pulcro vocabulo dicitur linguæ volubilitas.

FLYGEL, ala, apud Germanos: relicta vero indigenis propria vocis ſignificatione, eam tantum uſurpamus, qua in re bellica cornu aciei denotat. Carere tamen commodato hoc termino poterimus, pro quo veteres ſcriptores non minori cum emphaſi *arm*, brachium, uſurparunt.

FLYKT, area, ſpatium. Adhiberi hanc vocem audivi ab Uplandis, uti dum de ædibus dicunt: *thet huſet har en wid flykt*, hujus ædificii magna eſt amplitudo: *hela flykten*, totum latus, vel qua patet domus. Iſl. *fiöt*. *Hiſt. Judit.* ab init. *Tuttugu alnar a þyktena hwarn fiöt*: 20 ulnas craſſa a quovis latere. A. S. *flet*, area.

FLYTA, fluere, A.S. *flowan*, *fleowan*. Iſl. *fliota*. Al. *fleozan*, *fliezan*. Belg. *vloeden*, *vloeyn*. AngloSaxones & eorum poſteri, hodierni Britanni, ſimpliciorem verbi formam ſervaſſe, dixero: illa enim, quam nos habemus, frequentativa eſt, in eundem plane modum ac a Lat. *fluo* ſit *flucto*, & apud LUCRETIUM *fluto*, ſi modo vera eſt lectio DIONYSII LAMBINI; alii enim *fluctat* ibi legunt. v. TURNEBI *Adverſaria*, Lib. 29: c. 34.

II. Natare, innatare. Nos perinde ac Germani uni verbo geminam hanc ſignificationem damus: Sunt vero aliæ dialecti, quæ duo diſtincta habent, ut AngloSaxones, qui hoc poſteriori ſenſu *fleotan*, Angli, qui *fleete* & *floate*, nec non Belgæ, qui *vlotten*, (unde Gall. *flotter*,) dicunt.

FLOTTA, claſſis. v. ſuo loco.

FLOTTHOLME, inſula natans. In antiquis legibus *flutbulmur*. v. UPL. L. *Widerb.* B. c. 17. ſed hoc referre malim ad ſequens *flytta*.

FLYTTA, FLYTTJA, tranſportare ab

ab uno loco in alterum. Iſl. *flitja, flytja.* Heims Kr. Tom. 2. p. 379. *Let* Gregorius *flitja han til lands.* Gregorius eum in terram tranſportandum juſſit. Angl. *flitt.* Sæpiſſime vero in Lingua vetere metaphorice uſurpatur, ut dum legimus, *flitja mal ſit*, *flytja erinde*, negotium ſuum proferre, exſequi.

II. Neutraliter poſitum notat migrare.

FLUTFIELDER, portio in alterius agro, cujus menſura quidem certa, ſed locus terminis non deſcriptus. Dicitur ita, quum ab uno loco in alium transferri poſſit, nec certam fixamque ſedem habeat.

FLUTAFÄ dicitur mulcta illa, ab homicida aut vulnerante occiſi heredibus aut vulnerato oblata, & in manu tertii poſita, quam ſi illi accipere abnuerint, Præfectus Regius in ærarium inferebat: dicitur ita, quia ſic locum crebro mutat, ab uno in alterum migrans. Sciendum vero eſt, parum honeſtum a veteribus habitum fuiſſe, ejusmodi pecuniam acceptare, quod qui fecit, dicebatur, neceſſarios ſuos *i ſiod bæra*, in crumena ſua circumferre: Contra vero proxime cognatorum erat, vindictam a lædente expoſcere, qui ideo *Vigarſwar* dicebantur, hoc eſt, heredes certaminis. v. Hels. L. *Arfd. B.* c. 15. Videmus etiam, Legislatores huic vindictæ cupidini indulſiſſe, ita ut impune exerceretur, donec ſenſim a Birgero Jarl aliisque magis magisque circumſcriberetur. Ita in Bircensi Lege, c. 16, §. 17. prohibetur, ne arma portet ille, qui mulctam accipere recuſat, *þem ſum eig wildi wiþ botum taka*, quum offerenti id integrum eſſet. Dicebatur ille *wara i manbættum* (ab *bætta*, periclitari, in periculo eſſe) v. *Literas* Magni Regis, de Anno 1335. §. 2. *The mæn ſom i manættan æru, mugho full wappn bawa ſik til wærn, æn the willian böther biudhæ, ok brwt ſin bætræ, til thæs ok the wtſæſter æru ok borgadhæ, ſætt budne, ok oſæmio aflaghde:* Illi, qui vindictam timendam habet, jus eſt omnia arma portandi, ſi mulctam obtulerit, & factum ſuum luere voluerit, usque dum hæc (mulcta) promiſſa & fidejuſſore firmata fuerit, reconciliatio inita, & inimicitia depoſita. Editor harum legum Jo. Hadorphius hunc locum certe non intellexit, dum in ſumma harum conſtitutionum (ad calcem Leg. Birc. p. 11.) ſenſum ejus eſſe dicit, *at the ſom ſulle mans wett laſwa, måge ful wapen bæra*: illos, qui ad plenum rationis uſum pervenere, arma licite portare potuiſſe. Ex alia tamen, & 1444 edita conſtitutione, videmus, limitatam fuiſſe hanc licentiam, ita ut arma etiam hoc in caſu portare nefas haberetur, niſi impetrata ſpeciali venia Regis. v. ib. p. 16.

FNAS, proprie uſurpatur de vagina nucum, unde *fnaſa nötter*, nuces vagina ſua liberare: deinde de re qualibet tenui, flocco & id genus aliis. Germanorum *faſe* quum ad noſtrum ſenſu ſonoque prope accedat, quæris, utrum illi *n* medium ſuſtulerint, an nos addiderimus? ego prius maluero, utpote qui in animum induco, *fnas* noſtrum affine eſſe Latinorum *nauci*, quod apud veteres Latii incolas proprie interius nucis vel juglandis putamen denotaſſe, docent Philologi. Scilicet non infrequens eſt, ut c Latinorum in *ſ* apud nos convertatur: e. g. *baſun* a *buccina*, *penſel* a *penicillo*, &c. Ceterum lenior hujus literæ pronunciatio *fnugg* formavit, quod, perinde ac hoc, floccum aut quidvis tenue, veſtimentis aliisve rebus adhærescens, denotat. Confirmat me in illa, quam attuli, etymologia, quod quemadmodum Latini dicunt, ne nauci quidem facere, homo nauci, ita nos etiam vulgo in proverbii modum uſurpemus: *han är ej fnas.* Qui alias Germanicæ vocis etymologias videre cupit, adire poterit Wachterum, in v. *fæſlein.*

FNASKA, floccos colligere, & metaphorice, in re exigua laborare.

FNUGG. floccus. v. in voce præcedente.

FNYKA, vento agitari, ut ſolent paleæ oborta tempeſtate. v. Spegel in v. Belg. *fnuyken.* v. ſupra in *fjuka.*

FNURRA, FNUDRA, ſeſe in nodum contrahere, ut ſolent ſubito remiſſæ chordæ, *fnurra ihop ſig.* Hinc *fnurra*, nodus, ut dum dicimus, *en fnurra på tråden*, quando inter nendum filum nodo inæquabile redditur: vulgo *fura* dicitur, & metaphorice uſurpatur de ſuborta discordia inter amicos. *Thet har kommit en fura på tråden.* Nescio, an demto, quod ſæpe præponi ſolet, *f*, reliquæ literæ affinitatis quid prodant cum Lat. *nodus.* Dani dicunt *en kurre på traaden.*

FNYSA, rhonchos ducere, ut ſolent gravedine laborantes vel irati. A. S. *fnæſt*, *fnæſtan* vocatur actio aëra reciprocandi, quæ fit ore naribusque, *fneaſung*, id. Videri poſſet deſumtum a Græco πνέω, ſpirare, πνοὴ, ſpiritus: ſed mihi ſit veriſimilius, a *naſo*. Sueth. *næſa*, facta eſſe *nyſa*, ſternutare, *fnyſa*, rn-

ringi. Angl. *neeze*, *ſneeſe*, *ſneeze*, *ſneeſe*. Qui linguam noſtram etymologice norunt, ſciunt, *ſ* & *f* ab initio vocum conſonis ſæpe præponi. cfr. GRAMII diſſ. de *Uſu L. AngloSaxon. in Explicatione L. Danicæ*, p. 140.

FNYSKE, vel FNÔSKE, fomes, lucubrum. Iſl. *fnioſkur*. HEIMS KR. Tom. 2. p. 332. SIGURDUR *Slembir haſþi haſt a ſier elldsvirki, oc var fnioſkurin i valnito ſcurn innan, oc ſteypt um utan waxi.* i. e. interprete PERINGSCHÖLDIO: SIGURDUS inſtrumenta, eliciendo igni apta, ſecum geſtaverat, habebatque fomitem, nucleo incluſum, cui cera ſuperinducta erat. Proprie notat lignum aridum & emarcidum, utpote quod igni excipiendo adhiberi ſolet, ab Iſl. *funa*, putreſcere, unde *fuinn*, putridus. *Job.* 24: 20. *fuen fauſkur*, lignum aridum, *fnikur*, fœtor. VERELIUS in *Ind.* p. 74. Ceterum fuerint fortaſſe, qui credant, *fnöſke* factum eſſe ab Iſl. *fun*, ignis. Ulph. *fon*, *fun*, unde *funa*, ardere, perinde ac *tunder*, fomes, radicem habet *tända*, accendere. Ultima vocis pars, fallor an, terminatione ſola conſtat, niſi quis huc pertinere putet, quod in GLOSSIS FLORENTINIS fomes *iſca* appelletur. Gr. ὖσκα, Hiſp. *besca*. Sed malo prius: nec quemquam turbare debet literarum illa tranſpoſitio, quæ hac ſtante etymologia, occurrit: exemplum enim, ex eadem radice *funa* oriundum, habemus *fniſkur*, fœtor, apud GUDMUNDUM ANDREÆ, in *Lex.* p. 113.

FODER, theca, vagina. Ulph. *fodr. Job.* 18: 11. *Lagei thana hairu in fodr*, mitte gladium in vaginam. A. S. *fodder*, *bogefoddr*, pharetra. Belg. *voeder*. Germ. *futter*. Gall. *fourreau*. Ital. *fodro*. Sunt, qui opinentur, Latinum *pharetra* ſyncopatum in *foder* abiiſſe. Sed, quod ſemel monuiſſe ſufficiat, plus a nobis exigit, quam cui mortalium quisquam par ſit, qui voluerit, ut omnes voces Mœſogothicas ad ſuos fontes reducamus, aut etymologias oſtendamus Linguæ, cujus tam exigua rudera ſuperſunt. Nos, ubi huc pervenimus, quaſi ultra nihil eſſet, lubenter ſubſiſtimus.

FLASKFODER, theca lagenarum vitrearum, ubi ſervantur.

URFODER, theca, loculamentum horologii.

FODER, vellus, pellis, quam ut contra frigus munitiores ſimus, veſtibus ſubdimus. *Foderverk*, omnis generis pelles veſtibus ſubjiciendæ. Antequam vox hæc noſtræ ditionis eſſe cœpit, apud Gallos *feutre* dicebatur. L. B. *fodrum*. It. *feltrum*. Gr. Barb. φέλτρον. Germ. *futter*. Angl. *furr*. Nos Suethice *foder* dicimus, ſive quia uſus hanc variationem induxit, ſive quia in unum confuſa fuit vox hæc & ſuperior, quæ vaginam denotat. Gallicum Italicumque *feutre*, *feltro*, nomina ſunt formata ex materia pellicea, vel, ut alii volunt, villoſa, qua conſtabat: unde etiam panni hirſutiores, & villo ſuo quodammodo pelles ferarum referentes, dicti ſunt Ital. *velluto*. Gall. *velours*. Angl. *fillup*; quibus adde Ital. *felpa*. Gall. *pelluche*. Sueth. *filt* & *plys*: quæ omnia notant pannos villoſos & muniendis contra frigus veſtibus aptos. Qui Græcas origines amat, adire poterit JUNII *Etymologicon Angl.* in v. *fodder* & *furr*.

FODRA *kläder*, ſubdere veſti pellem animalium vel alium quemcunque pannum, aut veſtis aut corporis conſervandi ergo. Gall. vet. *feultrer*. Angl. *fodder*.

FODER, alimentum, ex uſu hodierno tantummodo notat pabulum jumentorum, licet latiorem ejus olim fuiſſe ſignificationem, indicare videatur tam radix *föda*. gignere, nutrire, quam uſus Linguæ AngloSaxonum, in qua *fodor*, teſte BENSONIO, eſt alimentum hominum, ut *fodre* pabulum animalium. Al. *fouter* & *four*, unde Gall. *fourrage*. Angl. *fodder*, *food*. Speciatim *foder*, *ett foder* eſt quantum una nocte equus comeſt. *Foderum* vero apud ſequioris ævi Latinos Scriptores ſumitur pro omni annona militari, unde *fodrarii* dicebantur Præfecti annonæ, quique, iter ſuſcipiente Rege, victum, pabulumque afferendum curare debuere, nobis olim *foderyarſk* appellati.

FODRA, alere, pabulum dare. Veteres Galli dixere *affourer les moutons*, quod a Latino farrago non deduxiſſent Philologi ejus regionis, ſi Gothice ſciviſſent.

FODERNÖT, pecudes alienæ, quas ſuo quis pabulo nutriens, tertiam accipere ſolet, aut aliam partem uſus fructus.

FODRA, exigere: *fodra ut geld*, debitum exigere. Habemus hanc vocem cum Germanis communem, qui *fodern* dicunt, vel uſitatius *fordern*, etiamſi poſterius vitioſum eſſe, rite mone-

at

Digitized by Google

at eruditiſſimus WACHTERUS, Gloſſ. p. 464. cujus hæc ſunt verba. *Differunt autem ex genio Linguæ* fordern *&* fodern. *Illud eſt promovere, hoc poſcere. Vulgo tamen confunduntur. Quæ confuſio etiamſi haud nupera ſit, & ad Francorum tempora pertingat, vitioſa tamen eſt, & imitatores habere non debet.* Idem diſcrimen inter ſcribendum a nobis obſervandum eſſe, monet Rev. SPEGEL. in *Gloſſ.* p. 113. Scilicet, ut *fordren*, *fordra*, orta eſſe a *för*, infra erimus oſtenſuri; ita hoc cognatum eſſe Latino *petere*, modo laudatus WACHTERUS docet, cui ego quoque lubenter acceſſero, cum eo tamen, ut credam, propius etymon eſſe ejusdem Linguæ *poſcere*, cujus ultimum *ſco*, ſi adſcititium eſſe, meminerimus, reſtabit *potere*, vel ſimile quid, quo nihil ad noſtri ſermonis vocabulum propius accedere poterit.

FODRING, debitum. *Sóka ut ſina fodringar*, debita exigere.

FOGA, conjungere, adaptare. A. S. *geſegan.* Germ. *fügen.* Angl. *fadge*, convenire, quadrare. Belg. *voegen*, conjungere, *focken*, accommodare; ab obſoleto Latinorum *pago*, unde *pango*, Gr. πήγω, πήγνυμι. Hinc quæ apta ſunt, dicuntur *foga ſig tillſamman. Omſtändigheten fogar ſig ſå*: ita ſeſe adaptant rationes, ita res fert. *Foga ſig* eſt adaptare ſe alicujus voluntati. Germ. *ſich fügen.* Dicitur etiam antique *fóga*, ut in *Hymno* S. n. 138: 5. *Mig till honom fóga*: me ad ipſum applicare. *Hiſt.* OL. SANCTI, p. 3.

Wälbyrdoga mæn i jord böga,
Stenrör om thera graf fóga.
Viros illuſtres humi ſepelire,
Saxaque circum ſepulcra aptare.

FOG, proprie, quod ſeſe alteri adaptat, junctura, commiſſura. A. S. *fog*, *gefog.* Germ, *fug.* Deinde II. quum, quæ æqua ſunt, aptius jungantur, hinc pro juſto & æquo metaphorice ſumitur. *Han har ej fog, att göra thet:* Jus non habet id faciendi, vel æquum non eſt, id ut faciat. Unde *befogad*, qui Jus habet, *obefogad*, qui eodem caret. Tandem *fog* etiam III. pro æquitate ſumitur, quando quis nempe de jure ſuo remittendo, deſiderio alterius ſeſe attemperat. CHRON. RHYTHM. p. 234.

Rikſens Råd thet för hænder togo,
Och förlikttes med en fógo:
Senatores Regni rem illam ſuſcipiebant,
Et reconciliabantur ex æquo & bono.

FOGLIG, aptus, commodus. *Foglig wind*, ventus commodus. Majores noſtri *fóga* dixere: ut *Hiſt.* ALEX. M. *Rhythmica* :

At han med ſwa fóga liſte
ALEXANDRUM *mala wiſte.*
Quod adeo commode & artificioſe
ALEXANDRI effigiem pingere noſſet.

II. Qui alteri ſeſe attemperat, *ett fogligt ſinne*, ingenium commodum.

FOGNING, junctura.

FOGA, accommodatio, quando quis alterius voluntati ſeſe ſubmittit. Hinc *falla till fóga*, alterius leges accipere. CHRON. RHYTHM. p. 327.

Herr CHRISTIERN *full til fóga tha.*
CHRISTIERNUS tum ſe ſubmittere cœpit.

Hiſt. ALEX. MAGNI.

Han gat thet kommit i the fóga,
Rem ita amice compoſuit.

OFÓGA, injuria. CHRON. RHYTHM. p. 132.

Awi then laſt och then ofógan.
Proh! quantum facinus, quantamque injuriam.

Hodie *ofog* dicimus.

TILLFOGA, afficere: dicitur de damno, quo jus alterius læditur. *Tillfoga ſkada.* Habemus hoc a Germanis: *ſchaden zufügen.*

FÓRFOGA, conferre, ire. v. ſuo loco.

FOGDE, præfectus. Ant. *fogat*, *fogati*, *fogat*, *fougte*, *foute*, tot enim modis ſcribitur. LEX BIRC. c. 20. *Hwilckin ſom laſtær æller illæ talær upa fogbotæn:* Quicunque maledicta ingesſerit in Præfectum. Peregrinam hanc vocem eſſe, licet inter omnes conveniat, in loco tamen ejus natali definiendo in diverſa abeunt eruditi. Qui acutius ſibi videre videntur, ab Ebræo פקד, præfectus, illud derivatum eunt: alii a Gr. βοηθὴς, adjutor, pars vero doctorum maxima illud arceſſunt a Latino *Advocatus*, quod, tanquam longiusculum, initio & fine privavit uſus, *c* inſuper in *g* mutato. Et certe nihil hoc certius eſſe poterit. Videmus enim, in quamplurimis veterum diplomatibus eos, qui noſtra lingua vocantur *Fogate på Stockholms*, *Weſterås Slott* &c. Latine dici Advocatos arcis Stockholmienſis, Aroſienſis, &c. Ut vero, quæ ratio ſit hujus tituli, conſtet, obſervandum eſt, licet florens Roma diſcrimen obſervaverit inter Advocatos & Patronos cauſſarum, ita ut hi reum actione ſua defenderent, illi tantummodo in jus citatum proſequerentur, ſe jus ei favere innocentemque habere, ſuo comitatu de-

Digitized by Google

declararent; poſtea tamen invaluiſſe, ut advocati dicerentur omnes, qui rei tutelam in foro ſuſcepere: unde factum eſt, ut hodieque Cauſſarum Patroni a nobis Advocati appellentur. Deinde ampliatus eſt vocis valor, adeo ut, quum advocati eſſet, clientem ſuum defendere, omnis defenſor, vel, qui patrocinium alterius ſuſcipit, Advocatus dicatur. Et hoc ſenſu Imperator R. German. ex præſcripto Capitulationum Imperii, appellatur Eccleſiæ Rom. Advocatus: *Der heiligen Römiſchen kirchen Vogt.*

II. Præfectus arcis: utpote cujus eſt, eam a quovis inſultu hoſtili tueri. CHRON. RHYTHM. p. 190.

> *Thermed ſkulle bönderne hemfara,*
> JÖSSE ERICSON *ſkulle ej Fougte wara.*
> MELCHIOR GIORDSON *fick tha thet fæſte.*
>
> Hinc domum redituri erant cives:
> JOANNES ERICI autem amplius eorum Præfectus non erat futurus:
> MELCHIORI GIORDSON arx illa tradenda erat.

Erat vero antiquitus ita conſtitutum, ut, quando arx quædam fidei cujuspiam mandabatur, aſſignaretur illi certa circumjacentis regionis portio, ex cujus pendendis tributis ſe & præſidium omne ſuſtentaret. Hinc eſt, quod ab arcibus vicina territoria appellata fuerint. e. g. *Bohuslän, Malmöhuslän, Näsgårdslän*: & deinde quum Præfectorum hinc in colonos exercita ſævitia, inde incuria in ſartis tectisque ſervandis muris, turribus ceterisque operibus, permoverit Reges noſtros, ut ipſi per officiales ſuos reditus hos acciperent, nec tanquam feuda Caſtellanis ſuis ulterius concederent; viris togatis curam ipſius arcis demandarunt, *Slottsfogde* appellatis, aliisque, ut vectigalia circumjacentis territorii colligerent, in mandatis dedere, *Hærads-fogde, Cronofogde*, dictis. Tandem, quum olim etiam privati, id quod de FOLKUNGIS, BOETIO JONÆ, AXELSONIIS aliisque in patria hiſtoria legimus, ſua munimenta habuerint, eosque, qui adverſus vim quamlibet hoſtilem eadem defenderent; hinc factum eſt, ut privati rerum œconomicarum adminiſtri *fogdar*, *gårdsfogdar* nuncuparentur, a *gård*, quod inter alia munimentum, arcem denotat. Ut officiorum titulis nihil inconſtantius unquam fuit; ita huic accidit idem; nunc enim infimi miniſtrorum publicorum, quorumque officium eſt, ſuum roſtris annulos indere, ne vireta lædere posſint, *brofogdar*, appellantur, a pontibus, quorum inſpectio illis ſimul olim erat concredita. Porro ille, qui, dum feras noxias ſectarentur territorii incolæ, modimperator venatorum erat, *ſkallſogathe* nuncupabatur. *Bygg.* B. L. L. c. 21. Immo ſuperiori ſeculo templa quoque noſtra *bundsfogdar* habuere, quorum officium erat, canes e templis abigere: quod hominum genus, longiuſculo conto canino generi & dormitantibus auditoribus verendum, nunc *ſpögubbar* appellamus. Legimus in *Hiſtoria* SIGISMUNDI WERWINGIANA, Tom. I. p. 233. OLAVUM SWERCHERIDIS ELFKARL, Secretarium Regium, qui ſub SIGISMUNDO ſummæ rerum præfuit, & ſub abſentia Regis omnia officia publica venum expoſuit, filium reliquiſſe SUERCHERUM, qui eo mendicitatis redactus ſit, ut tandem in felicitate poſuerit, *bundsfogde* fieri. Sic videmus, male parta ne primum quidem heredem ſemper ditare.

FÖGDERI, præfectura. Ant. *fogathi*. L. I., *Bygg. B.* c. 21. *fögbdi* in *K.* WALDEMARS *Förſkr. på Skåne*, p. 22. Sumitur tam de ipſo munere, quam de territorio, quod Præfecti curæ ſubeſt.

FOGEL, avis. Ulph. *fugls.* A. S. *fugle, fugel, fugol.* Al. *fugal. vocal.* Iſl. *fugl.* Belg. *vogel.* Angl. *fowle, foule.* Germ. *vogel.* JUNIUS *fugol* dici putat quaſi *flugol*, quod in Lingua AngloSaxonum fugacem notat, a *fleon*, volare. in quo certe nihil eſt, quod quempiam offendere poſſit, niſi quod *l* contra nimium conſtantem omnium dialectorum conſenſum abſit. Sed conſulamus hoc boni, donec quis meliora dederit.

II. Convicii genus eſt, dum dicimus *en ful fogel*: rationem neſcio, niſi ab aucupibus forte ad nos pervenerit, qui aves mali ominis, aut nimium cautos, ita forte appellarunt, & metaphorice alios parum acceptos. A piſcatoribus pariter habemus, quod *ful fiſk* hominem aſtutum, callidum, appellemus.

FOGLAREN in Legibus patriis dicitur exiguus trames, vel portio terræ libera inter viciniæ agros. WESTG. L. *Bygg. B.* c. 14. *Fiat. fram ſuglaren*, paſſus ſpatium a tramite. Ab avibus denominationem peti, video, forte ideo, quia hic limes adeo exiguus, ut non

Digitized by Google

non niſi aves in eo deambulare poſſe, videantur.

FOGELFRI, exilio damnatus, & quem æque impune ferire licet, ac in ſylvis avem. Uſitatius in Patriæ Legibus verbum eſt *fridlös*.

FOGLARE, tormenti bellici majoris genus, quod commemorant Hiſtoriæ patriæ Scriptores. CHRON. RHYTHM. min. p. 325.

För båda brooända,
Tiit the fiorton foglare wånda:
Ad utramque pontis extremitatem
Quatuordecim collocant tormenta.

Vox hæc peregrina haud dubie eſt. Galli hoc inſtrumentum *veuglaire* appellant. v. *Acta* ACADEMIÆ LITTERARUM HUM. STOCKHOLMIENSIS, p. 164.

FOLE, pullus equinus. Iſl. *fola.* Matth. 21. C. B. *ebewl.* Ulph. *fula.* A. S. *fole.* Angli Vet. *phu'y.* Germ. *fülle.* Belg. *vollen.* Gall. *poulain.* L. B. *puledrus*: a Gr. πῶλος, unde & Latini ſuam vocem ſumſere. Absque harum linguarum indicio facile *fole* & *följa* deduceremus ab A. S. *filian*, ſequi. Sueth. *följa*, quum nullum animalium matrem fere preſſius diutiusque ſequatur, quam pullus equinus.

FÖLJA, equa, quæ nondum peperit. Angl. *fillie.*

FÖLA, de equabus dicitur, ubi pariunt. Aliam vero ſignificationem habet *fölas* in LEGE OSTROGOTHICA. *Bygg. B.* c. 51. *Nu fölas hundſima mans, och fara æpte hænne hunda*: ſi laſciviat canis femina, currantque poſt eam canes. Hoc refer ad *fol. fjoll*, laſcivus, fatuus, *fjolla*, laſcivire.

IFÖL, equa prægnans. Ant. *ifol.* v. WESTG. L. *Thiuw.* B. c. 17.

FOLK, populus. A. S. *folc.* Al. id. Belg. *volk.* Angl. *folk.* Opinatur eruditorum pars maxima, aliunde non promanaſſe Gothicam vocem, quam ab Æolico ἔλχος, quod reliqua Græcia ὄχλος dixit, & unde præfixo digammate βέλχος factum eſt, nec non πέλκος, ut in nummo Gnoſiorum apud CHISHUL, in *Ant. Aſiaticis* p. 127. Eſt hic idem fons, a quo dimanaſſe creditur Latinum *vulgus*, quod etiam a noſtro non diſtat, niſi permutatione litterarum maxime congenerum. JUNIUS vero, qui tam ſedulo alias Græcas origines venatur in *Etymologico Anglico*, ab ingenio ſuo recedit noſtrum *folk* deducens ab A. S. *filgian*, ſequi, arbitratus, *folk* proprie dici eam turbam, quæ catervatim, novas ſedes quæſitura, ſub certo Duce erumpebat.

II. Humanum genus. Ita tanquam oppoſita ponuntur *folk och fæ*, hominum & animantium genus. Eſt hinc quod *folklik*, *folkſatt* dicatur de viro humanitatem morumque decentiam præ ſe ferente. *Folka ſig* nonnunquam idem eſt, ac morum elegantiæ adſueſcere.

III. Bellator. In Hiſtoria ALEXANDRI MAGNI legimus,

Fyra tuſand folk af then hær
Dödde fore the diwre ther.
Quater mille militum
Ab his animantibus occiſi periere.

CHRON. RHYTHM. min. p. 46.

Hundrade folk och icke mer,
Centum milites, nec amplius.

Obſervatu hæc vocis noſtræ ſignificatio vel ideo digna eſt, quod exinde plurima, inprimis in veteri Lingua, ſuperſunt derivata. Sunt in horum numero *fylking*, acies bellica, *fylke*, cohors, *fylkia lide*, aciem inſtruere, *folkwakn*, arma bellica, quæ in LEGE HELS. *Arfd.* B. c. 14. dividuntur in *boggwakn* & *lyſwakn* i. e. arma offenſiva & defenſiva. *Sun ſai folkwakn äptir fadher ſin, boggwakn & lyſwakn*: Filius mortui patris arma accipiat, tam quæ inferendis, quam quæ avertendis ictibus inſerviunt. In LEGE autem OSTROGOTICA, *Wad.* B. c. 6. generalius pro omni armorum genere ſumitur, unde inter *folkwakn* recenſentur *ſkiold*, *ſwärd ok kiætilhöd*, ſcutum, gladius & galea. In iisdem tabulis occurrit *Dr. B.* c. 17. ab eadem hac radice oriundum *folkfräls*, homo ingenuus: *Hittas widher fræls madher ok annödhugher, dræper hwarthera annan, tha är then frælſe gilder, oc thræl ogilder: thy at han war egh folkfræls*: ſi pugna oborta fuerit inter ingenuum & ſervum, illique mutuis vulneribus concidant, tum pro libero mulcta pendi debet, pro ſervo non item: ille enim armorum jus non habet, vel ejus conditionis non eſt, ut in aciem prodire queat. Novimus enim, apud Romanos aliasque gentes antiquas uſu fuiſſe receptum, ut ſervis nunquam, & vix ultima cogente neceſſitate, fas eſſet, adverſus hoſtes acie dimicare, nedum privatim arma induere: unde jus armorum habere, & liberum eſſe, unum idemque erat. Conf. cit. LEG. OSTROGOTHICAS, eodem titulo, c. 12.

IV. Conjuges. *Äckta folk*, *gift folk*, phraſes ſunt, quibus nihil eſt frequentius.

Digitized by Google

tius. Dicitur vero hoc eodem modo, quo Germani *ebeleute* uſurpare ſolent.

V. Familiares, ſervi & ancillæ. *Wäcka upp folcket*, ſervos ad opera ſua excitare, *folkets mat*, cibus ſecundarius, vel vilior, qui ſervis dari ſolet. Plenius olim dictum fuiſſe arbitror, *tjänſtefolk*, ſed brevitatis ſtudium primam vocis partem eliſiſſe.

FOLKLAND, provincia, ſub ſe continens plures centumpagos, *hundari*: proprie voce illa notari videtur terra, ut ita dicam, exercitualis, hoc eſt, quæ in aciem educere poterat legionem, aut juſtum militum numerum. Ita Uplandia olim in tres ejusmodi regiones dividebatur, *Tiundiam*, nempe, *Attbundiam* & *Fjerdbundiam*, quorum quæque plura continebant territoria, ſingula ſuis inſtructa tribunalibus: unde commemorat Jus WESTMANNICUM, B. B. c. 50, 51. appellationem a centumpago fuiſſe ad *Folklandsthing*, h. e. ad inſpectionem provincialem, & ab hac ad tribunal Regium. In Legibus Anglo-Saxonicis hi populi majores conventus vocabantur *folces mote*. v. SPELMANNI *Archæol.* in. v.

FYLKI, id. Definitionem illius dat hiſtoria OL. TRYGGVAS. c. 41. p. 150. *Wardir fylki kallat med Nordmonnum, ef gera ma af tolf ſkip allſkipud af monnum oc wopnum, oc af hueria ſkip ſextie manna edr ſiautige, ſom þa var ſidur til*: i. e. *Fylki* appellatur apud Normannos, unde confici poſſent 12 naves, viris armisque bene inſtructæ, ita ut in ſingulis ſint ſocii navales ſexaginta vel ſeptuaginta, prout tum moris fuerat. Ab ejusmodi *fylki* nomen habent *Fylkis Konungar*, qui erant reges tributarii, vel qui parti exercitus ſub auſpiciis Regis Upſalienſis præerant. v. *Hiſt.* GOTHRICI c. 2. & ibi a VERELIO annotata. Eſt hinc etiam, quod *fylkir* apud Iſlandos ponatur pro Regulo aut populi Præſide.

FOR, FORA, ſulcus. A. S. *furb*. Al. *furbe* & *furch*. Angl. *furrow*. Germ. *furche*. Belg. *vore*. JUNIUS, in *Etymologico Anglicano*, derivata hæc omnia cenſet ab A. S. *fyrian*, ſulcare, aratro proſcindere. Conf. Sueth. *fara*, terram exercere: quam etymologiam adeo probabilem eſſe, quivis judicaverit, ut fruſtra videri poſſet, alio cogitationem convertere. Mihi tamen, JUNIO nondum conſulto, in mentem venit, quum tot alia rei ruſticæ vocabula Lingua Latialis & Gothica communia habeant, AngloSaxonum *furb* nihil aliud eſſe, quam Latinorum *porca*, quæ vox apud rei agrariæ Scriptores uſurpatur partim pro ſulcis, qui ducuntur aquæ derivandæ cauſſa, ut habet FESTUS, (*watnforor*) partim pro elata inter duos ſulcos terra. Jam vero Lectoris judicium eſto, utrum ab altero prognatum dicere velit, *porcanea* *furb*, & id forte a *fyrian*, an verſa vice. FESTUS, quem modo nominavi, Latinam vocem a *porcendo*, i. e. a porro arcendo deducit. Oblitus pæne eram, monere, *foros* in Lingua Latina etiam pro ſulcis uſurpatum inveniri, ut dum COLUMELLA, Lib. 10. c. 92. de diligenti ſarritore hæc habet:

Anguſtosque foros adverſo limite ducens,
Rurſus in obliquum diſtringit tramite parvo.

A *fora*, diverſum eſſe *fåra*, norunt agricolæ, poſteriusque notare ſulcum, quo juſta area illis deſignatur, qui agros frumento conſerunt. Deinde etiam ponitur pro ipſa area ejusmodi, quam frumento conſpergere valet ſator. Eſt etiam apud Latinos *porca* certa terræ portio, de quo conſuli poſſunt Lexicographi.

FORA, vectura. Ponitur vero tam pro actu vehendi, quam pro ipſo onere currus vel vehi, nec non pro qualibet alia merce & facultatibus. *Hiſt.* ALEX. MAGNI:

DARIUS *Konung*
Laa ther inne med rikom forom.
DARIUS Rex
Ibi erat cum divite ſupellectile.
Aff idre myckla forom,
A veſtris magnis divitiis.

Conf. Gr. ἄπορος, pauper, egenus. Domeſticæ originis vox eſt, utpote formata a *föra*, ducere, agere. Ab hoc *fora* porro derivata ſunt *forbönder*, ruſtici, qui vecturam faciunt.

FORDA, promovere. KON. STYR. p. 167. *Thôn lag âru dôd ok fåfång, ther engin år then, thôn forda ok fulkoma.* Lex mortua inanisque habetur ubi nemo eſt, qui eam promoveat impleatque. BIÖRKÖ R. c. 8. *Fogathin a han främjä ok forda*: Præfectus arcis eum promovere & juvare debet. Genus ducit a particula *för*, ante, præ, ut *främja* a *fram*. Communius jam, & forte ad imitationem Germanorum, *forderen*, *fordra* dicere moris eſt, ut jam ſupra in v. *fodra* obſervavimus. Confer A. S. *fyrthrian*, Al. *furtheren*. Germ. *fördern*. Angl. *further*. Belg. *vorderen*.

Digitized by Google

II. Accelerare, quod nihil aliud eſt quam prioris ſignificationis intenſio. *Hiſtoria* ALEX. MAGNI.

Konung PORUS *i fordin ider*,
Genaſt breſ..*et læſit år*.
Rex PORE, citato gradu abi,
Simul ac literæ lectæ fuerint.

Hinc *fordug*, celer. In *Literis* CAROLI VIII. ad *Penninghyenſes*, apud HADORPHIUM, in *Actis publ.* annexis CHRON. RHYTHM. p. 253. *At i nu wele wara rede; thet fordugaſte i kunna*: ut parati ſitis, quam fieri poteſt, celerrime.

III. In tutum conferre, periculo ſubducere: forte quia id citato curſu fieri aſſolet. *Gen.* 19. *Firda þier þa*. recipe te eo. Affert VERELIUS proverbium Iſland. *Ey mun feigum forda, enn ey komr uſlig i vel*: nil fato damnatum tueri poteſt, nec debilis moritur: (ſc. fatis non impellentibus). Aliquando etiam *fordaſt* idem eſt ac timere, timidum eſſe. *Fordaſt wandrædi*, timere pericula.

FORDA, nutrire, ſuſtentare. Ut dum Uplandi dicunt: *han fordar ſig wäl*, habet, quo laute ſe tueri poſſit. Crediderо, origine hoc a priori eſſe diverſum, derivandumque ab Iſlandico *forde*, victus. Al. *fuora*. NOTKERUS: *Gibet hungeregen fuora*, date eſcam eſurientibus. Germ. *fur*, *fuer*, id. *furen*, nutrire. v. HEUMANNI *Opuſcula*, p. 429. & in primis STIERNHIELMIUS, in *Gloſſ. Ulphilano*, in. v. *fodan*.

FORDENSKAP, nutrimentum. II Inſtrumenta itineris, ut ſunt equi, carri, &c. Prior ſignificatio huic poſteriori radici originem debere videtur, poſterior vero proxime antecedenti.

FORDAN, id. Vita ANSCHARII, p. 129. *Fatiko folke til fodhan ock uppehelle*, in pauperum ſuſtentationem.

FORDOM, olim. Iſl. *fordum*. VOLUSPA, Strophe 2. *þar er fordum mig frædda hofdu*, qui me olim erudiverunt. *Hiſtoria* ALEX. M. ſtatim ab initio *fordum* habet.

Wilin I märkia och höra,
Hwad fordum kunno the hädno göra;
Si vultis obſervare & audire,
Quid olim potuerint ethnici facere.

In *Conſtitutione* MAGNI Regis, de anno 1335. §. 2. apud HADORPHIUM, ad LEG. BIRCENS. p. 12. *fyri dymum* legimus: *ſum ok hawær ſyri dymum wærit*: uti & olim uſitatum fuit. Viſa ita antiqua vocis facie, proximum eſt, ut, unde illa provenerit, diſpiciamus. Videor vero mihi, tres potiſſimum obſervare diverſas de hujus vocis origine eruditorum opiniones. Prima illorum eſt, qui contractum eſſe putant a *fordagom*, vel *fyrre dagum* (ita ſcriptum invenio in KOMUNDIR GRIPS. S. p. 5.) ut ſit quaſi tempore priori: cui etymologiæ nihil obeſt, quod ſubjungi ſoleat *dag* & *tid*, *fordomdags*, *i fordom tid*. v. BIBL. ISLAND. *Deut.* 2. *So bioggu ok einnen fordumdaga i Seir þeir Horitis*: ita etiam Seiri olim habitabant Horites. Ibid. 1. *Sam* 9. *þa ſömu kolluþu men i fordum tid ſiaendur*: hos olim appellare videntes, moris erat. Obſervamus quippe haud raro ejuſmodi pleonaſmos in L. noſtra, in primis dum in deſuetudinem ſimplicia venere, vel tempus formam vocis aliquantulum variavit, uti dum dicimus *enwiges kamp*, pugna ſingularis a *wig*, pugna: *rödlett färg*, rubeus color a *lett*, color. &c. Altera claſſis eorum eſt, qui *fordom* factum ſuſpicantur a Germanico *vor dem*, ante hac: cui conjecturæ etſi ſua non deſit ſpecies, videmus tamen ex allato VOLUSPÆ loco, vocem hanc antiquiorem eſſe, quam ut peregrina vel aliunde mutuata cenſeri debeat. Tertia opinio eorum eſt, qui credunt, *om* nudam eſſe terminationem; ut in *ſtundom*; aliquando, *ömſom*, per vices; qua demta, ſuperſit radix *för*, ante: ſed repugnat illis, quod *om* illud, vocibus a fine additum viciſſitudinem fere denotet, quæ heic locum non habet, & præter hoc quoque *d* illud, medio inſertum, alio nos ducere videtur.

FORDRA, promovere, juvare. Originem & familiam vocis ſupra in *forda* dedimus. Derivata inde habemus *befordra* & *förfordra*, id. *befordrare*, promotor.

FORELL, trutta, piſcis genus. Germ. *for*, *forl*. A. S. *forn*. Quum apud ISIDORUM hoc piſcis genus *varius* vel *variolus* audiat, WACHTERUS, præeunte Voſſio, inde etymon noſtræ vocis ſcite quærit. *V* enim & *f* crebro alternant.

FORK, contus, longurius, ut quibus ſcaphas ſubigunt nautæ. Iſl. id. HEIMS. KR. Tom. 2. p. 161. *toko þeir forka ſtora oc ſkuto balino oſan i byinn*. arreptis contis pyram in pagum moliti ſunt. C. B. *ffwrch*, *forch*. Angl. *fork*. Belg. *vorc*. Germ. *furch*. Gall. *fourche*. A Lat. *furca*.

FORN, antiquus, præteritus: *forna tider*, vetuſta tempora. *forna fædberne.* ÖSTG. L. *Egn.* S. c. 19. bona ab atavis relicta. Ulph. *fairni. Luc.* 5: 37. *Ainsbun ni giutid vein niujata in balgins fairnjans:* nemo mittit vinum novum in utres veteres: quod Iſlandus interpretatur: *eingen lætur nytt wijn i forna belge.* Germ. *firn.* Propria & antiquiſſima ſignificatione id denotaſſe videtur, quod remotum eſt, ſive de loco, ſive de tempore ſermo fuerit, adeoque oriundum ab Ulph. *fairra*, procul. Gr. πόῤῥω. Vide ſupra in *fiär.*

FYRNAS, veteraſcere. WESTG. L. *Kirk.* B. c. 6. *Nu taker kyrkja at fyrnas:* jam incipit templum veteraſcere vel vitium facere.

FYRNING, præſcriptio. UPL. L. *Jord.* B. c. 19: 45. *Gripa til fyrning*, immemoriali poſſeſſione ſe tueri. In Legibus Iſlandicis dicitur *fyrnſka.* *þar ſkal aldri fyrnſkan fyriganga, medan ſkilrik ero vitni til.* FROSTAT. *Arfd.* B. c. 30. h. e. Immemorialis præſcriptio non admittitur, quamdiu in contrarium certa teſtimonia & probationes inveniuntur. v. VERELII *Index.* Conf. *fyrna.* WESTM. L. *Jord.* B. c. 19. præſcriptione agere. Ceterum eadem vox denotat etiam ſuperſtitiones paganicas, ut in LEGE GOTHL: c. 4. *þet er nu þy neſt, et blotir iru mannum inier firibudin; oc fyrnsca all, þaim ſum haiþnu fylgir:* proximum eſt, ut omne ſacrificium idololatricum ſit prohibitum, & impietas omnis, quæ ethnicismo originem debet. Conf. Iſl. *forneſkia*, ars magica.

FORS, vehementia: Obſervat hunc vocis hujus ſignificatum VERELIUS, & auctoritate Hiſtoriæ GOTHRICI confirmat. Uſurpamus eandem hodieque, ſed tanquam Gallicam, quum eorum Lingua, paululum immutata ſcribendi ratione, eandem vocem habeat, *force.* Credunt illi, Latino *fortis* ſuam vocem, æque ac Italorum *forza* Anglorumque *force*, deberi, quod quoque veri videtur ſimile: ceterum apud nos, *för* pro *forti*, robuſto, uſurpatur, ut mox ſumus dicturi.

II. Cataracta, catadupa, flumen rapidum & vehemens. ÖST. L. *B. B.* c. 1. *Fiſkia ålla forſa*, piſcaturam aut flumina. Iſlandi euphoniæ cauſſa *foſs* dicunt. 1. *Sam.* 15. *þa ſette han launſåter hia einum foſſe:* tum inſidias ponit juxta flumen. Anglicum *forces* hoc ſenſu occurrere, docet *Etymol.* SKINNERI.

FORSA, cum impetu decidere.

FORSKA, indagare, quærere. Al. *forſcon.* Germ. *forſchen.* Veteres Alemanni etiam *uorthen & uortheren* dixere, ut apud WILLERAMUM, p. 42. *Ich uortheroda minen uuino*, quæſivi amicum meum. v. FR. JUNII *Obſervationes* ad eundem. p. 88. Hujus *uorthen* ſunt, qui opinentur, frequentativum eſſe noſtrum hoc *forſka*, atque adeo opus non eſſe, ſeſe recipere ad Latinum *vorſare*, quod faciunt MARTINIUS & WACHTERUS. Meo vero judicio utrique harum præferri debet conjectura eorum, qui putant, *forſka*, poſt factam literarum metatheſin, frequentativum eſſe verbi *fråga*, quaſi *fråſka.*

FORT, via communis, SKÅNE L. p. 11. *Kiærær ſumme grannæ, at annær man hauir buſat gatu oc forta:* ſi quis vicinorum queratur, quod alter ædibus ſuis viam ipſius aut actum obſtruxerit. In LEGIBUS JUTHICIS *fort* eodem ſenſu occurrit. Cambr. *ffordd*, via, iter. A. S. *fort.* Al. *furt.* Videtur communem originem habere cum Suethico *færde*, iter. Iſl. *for*, id. Gr. πόρος, adeoque ortum a *fara*, proficiſci, ejusque cognato πορεύομαι. Ceterum ultimæ antiquitatis eſſe hoc vocabulum, mihi videor conjicere poſſe ex Latino *angiportus*, quod in *Specimine Gloſſarii Ulphilani* mere Gothicum eſſe, demonſtratum dedi, utpote compoſitum ab Ulphilano *aggvus*, anguſtus, & *fort*, via, ut adeo DONATUS, in *notis* ad TERENTIUM accurate doceat; illa voce ſignificari *anguſtam & curvam viam.* Sed Lectoris mei venia, ſpero, fiet, ut ex dicto Specimine, p. 30. quæ huc pertinent, transſcribam. *Denotat angiportus vel angiportum anguſtam viam: quod uti dubio caret, ita quid hoc vocis ſit, timide docent Critici. Poſterior ejus pars cum portu plurimum affinitatis habet, ideoque dicunt, vel aditum eo notari ad portum, vel portus nomine appellari quælibet concluſa loca, quo tendit* ULPIANUS, *de Verbor. ſignif. apud* VOSSIUM *in Etymolog.* CÆLIUS CALCAGNINUS *optime tradit, angiportum dici ab ango & portus, quatenus ea vox antiquis viam denotat: ſed melius feciſſet, ſi, ubi vox hæc eo ſenſu in Latio occurrat, docere voluiſſet. Nos interea, dum alii meliora attulerint, quæ noſtrum penu proferre poſſit, communicabimus. In Lingua Mæſogothica*

Ag-

Digitized by Google

Aggvu *notat anguſtum: Matth. VII. 14.* Huan aggvu thata daur ſa briggandа in libainai, *i. e. quam anguſta porta, quæ ducit ad vitam. Notum vero eſt, præcedens g, more Græcorum inſtar n noſtrum prolatum fuiſſe. Germ. Eng. Cambr. Ing. apud* Boxhorn. *in Origg. Gallicis conf. Latin. ango, anguſtus. Fennon. ängen; arcto. Altera vox portus neceſſario viam denotabit, ſed quanam addicente auctoritate, aut qua Lingua ſignificationem iſtam dictante? Niſi tædeat Latium, Gothicam Linguam ſuppetias ferentem audire, monebo, AngloSaxonibus fort viam dici,* Bensonio *teſte, & eundem quoque vocem majoribus noſtris familiarem fuiſſe.* Legg. Westrog. *Bygg. B. c. 10. ubi probibetur, ne viæ publicæ privatæque claudantur tranſeuntibus, babet* eig waguñ manne eigh forta grannæ, *non viæ communes, nec itinera ad viciniam ducentia. In Legibus Danicis forte eundem ſenſum babet, & CambroBritannorum fford.*

FORT, cito. Germ. id. Diverſa quidem vox hæc a priori eſt, ſed a communi tamen ſtipite pullulans. Utraque enim ſtirpem habet *fara*, proficiſci. Compoſita inde fecimus *fortkomſt*, *fortgång*, &c.

FOSS, procax, protervus. Proprie citum & cum impetu prorumpentem denotat, a veteri Gothico *fus*, citus, unde *framfus*, id.

FOSTER, partus, progenies. A. S. *foſter* notat victum nec non nutricem. In Codice precum, noſtra Lingua ante aliquot ſecula exarato, ſcribitur *folſter* & *folſterfader*, nutritius, quod ejusdem commatis eſſe, credo ac illud *affolſter*, quod in *Köp. B.* L. L. c. 5. occurrit pro fetura, & de qua jam egimus ad v. *ala*, p. 78. Recte vero obſervat Junius in *Etymol. Angl. foſter* dici quaſi *fodſter* a *föda*, quod mox dicemus, tam pariendi quam alendi vim habere.

FOSTRA, nutrire, educare. Heims Kr. Tom. I. p. 121. *Þat er mal manna, aþ ſa er otignari, er foſtraþi oþrom barn:* vulgo dicebatur, illum honore eſſe inferiorem, qui alterius liberos educandos accipit. Angl. *foſter*. Hinc *foſtra upp*, id. *uppfoſtran*, educatio.

FOSTRI, alumnus, qui ab alio educatur: ita Haquinus, Norrwegiæ. R. vocatur cognomine Adalstens *Foſtre*, Alumnus Adelstenii.

FOSTRE, verna, ſervus domi educatus, & melius paullo habitus, quam qui *thræl* aut *annödig bjon* appellabatur. Conditio illius dijudicari poteſt ex iis, quæ tradit Lex Ostrogothica, *Ærfd.* B. c. 29. ubi ſancitur. 1. Quod ſi quisquam ingenuo in matrimonium offerat nativam (ita Latine appellatur *foſtra* in Legg. AngloSaxonum. v. Spelmanni *Archæol.*) illamque pro ingenua venditet; non ſolum illi eandem dotem ac ingenuæ deberi, liberosque ingenuos cenſeri, ſed etiam dominium ejus nativi jus ſuum, infra explicandum (*mun* dicebatur. cfr. *Egna* S. c. 23.) amittere. Eadem etiam ratio erat, ſi ingenuæ maritus verna datus fuerat. Si vero quis nativam ſuam nativo alterius in matrimonium dederat, tum, his in fata concedentibus, dominus mariti duas bonorum omnium relictorumque liberorum partes ſibi vindicabat, dominus vero maritæ tertiam. Si tandem nativus clanculum inſcioque domino ſuo cum nativa contubernium habuerat, ſancitum erat, ut nihil in liberos juris haberet, ſed valeret tum *egh a kiupſir i barnom*, ſervus juris nihil in liberos habet. Östg. L. l. c. West. L. h. t. c. 2. §. 6. Ceterum videtur, horum nativorum duo genera fuiſſe, quorum aliqui ingenui cenſebantur, *frælſe foſtre* in Leg. Westrog. *Gipt.* B. c. 6. §. 3. nominati, ubi illi, qui libertinæ, *frælſe foſtra*, vitium offert, mulcta 12 orarum imponitur, ei vero, qui ſervam conſtuprat (*ambat*) ſex orarum: alii vero ſervilis conditionis erant. Vide. l. c. *Ärfd.* B. c. 7. ubi qui nuper *ambat eller thræl* vocatur, mox *foſtre* dicitur. *Ågbu barn ambut eller thræl -- tha ſkal foſtræ firi bo ſitia:* Si infantes ſervum habeant, tum hic (*foſtre*) prædio præerit. Ex Lege Ostrogothica *B. B.* cap. 13. obſervamus porro, ſervum inteſtabilem fuiſſe, non etiam nativum, dumque illius cædes non niſi tribus marcis luebatur, hujus octonis marcis conſtitiſſe.

FOSTRA, nativa: libertina, ſerva melioris conditionis.

FOSTERFADER, nutritor. A. S. *foſterfæder*. Belg. *voeſtervader*. Iſl. *foſtre*. Conf. Ostg. L. B. B. cap. 45.

FOSTERBRODER. Multi proprie ita eos dici putant, qui una, inque eadem domo, educati ſunt. A. S. *foſterbrothor*, collactaneus, uſum vero vocem hanc tranſtuliſſe ad denotandos illos, qui æternaturam inter ſe paciſcebantur amicitiam, & talem, qualis inter eos eſſe ſolet, qui junctim ab infantia adolevere. Petrus Salanus, in *Indice* ad *Hiſt.* Asmundi & Eigilli, credit, *foſtbroder*, uti fere ſcribi ſolet, originem habere non a *foſtra*, ſed a *foſt* vel *fuſt*, firmus, ob federis conſtantiam, vel quia junctis dextris, mu-

tu-

tuam inter ſeſe fidem paciſcebantur: hoc enim *fæſta*, *foſta* proprie notare, ſuo loco dictum eſt. Sic in Heims Kr. T. I. p. 281. de ſorore Olai R. dicitur *var hon foſtnad* Erlingi: Erlingo pacta fuit. Et hoc ſtante, *foſtbroder* erit frater pactitius, qui alias *ſvarabroder* nuncupabatur, h. e. frater juratus, quemadmodum afferendis exemplis docetur infra ad v. *ſværfader*. Sed malim tamen credere, *foſterbroder* a *foſtra* nomen habere, nec video, qui alias Haraldus Grånske apud Sturlesonium T. I. p. 59. *foſterbroder* Reginæ Sigridis appellari potuerit, vel quod idem eſt, quomodo in ejusmodi ſocietatem femina adſciſci potuerit. Erat autem conditio devotæ hujus amicitiæ, qualis fere apud Cæsarem. *Bell. Gall.* L. 3. c. 22. pietas Soldurioruin, aut, ut ab aliis dicuntur, Silodurorum apud Celtas deſcribitur, quod nempe omnia vitæ commoda cum his communia habuerint, quorum ad amicitiam ſeſe applicuerunt, &, ſi quid iis per vim accidebat, aut eundem caſum una tulerint, aut ſibi mortem conſciverint. Deſcribitur ejusmodi amicitia, quibusque legibus inita fuerit, in Hiſtoria Asmundi, p. 28. cujus hæc ſunt verba: *vil eg ad vid ſværjumſt Foſtbrædarlag, ſo hvor ſkal annars hefna, oc eiga fangid ſie oc ofangid: þat ſilgde oc bardaga þeira, ad ſa ſem leinger lifde, ſkylde lata verpa haug epter annan, oc lata þar i ſo mykid fie, ſem þeim þotte vel ſema, ſydan ſkillde ſa ſem epter lifde, ſitia bia þeim dauþa 3 nætur i haugi, oc fara i burt ſydan, ef han villdi: þeir vekudu ſier blod oc ljetu renna ſaman: hjelldu man þad þa eyda, i þann tiþ.* Volo, ut nos devotam inter nos amicitiam ineamus, cujus illæ leges ſint: Alter alterius mortis vindex eſto, bonaque tam præſentia, quam futura æquata portione obtineat. Qui ſupervixerit, in honorem alterius aggerem excelſum exſtruat, illaturus Theſaurum, quantum juſtæ ſepulturæ decus exigere videatur. Aſſideat præterea tumulato amico tres continuas noctes, & tunc demum federis religione ſolutum ſe credat. Has leges ſanguine fuſo & in unum rivum conſpirante pro more iſtius ævi ſanxivee. Eundem ritum commemorat Hiſtoia Jllugi. p. 4. *Og ſwa kom, at þeir Kongs ſon ok* Jllauge *ſworuſt foſtbrædralag, og ſkulldi hwor annars hefna, ef þeir ware med wopnum wegnur; wokwudu þeir ſier ſidann blod, og ljetu renna ſaman*: Et res eo recidit, ut Regis filius & Illugus amicitiam devotam inter ſe jurarent in eas leges, ut alter alterum ulciſceretur, ſi armis interficeretur: in rei fidem venas ſibi uterque ſecabat, ſanguinemque confundebant. His addo *Hiſtoriam* Thorstani Wik. S. c. 21. *Var þetta ſidan bundit faſtmælum. þeir vokudu ſier blods i loſum, og gengu under jardarmen, og ſoru þar eyda, ad uor ſkillde annars hefna ef nockor þeira yrde med vopnum veigenn*: Formatum deinde hoc fedus ſanguinis e volis eductione, & eundo ſub cespitibus (v. de hoc ritu Angrimi Jonæ *Crymogæa* p. 101. ſeq.) addito jurejurando, fore, ut qui ſuperſtes eſſet, occiſi ſodalis mortem vindicaret. Notatu hic ritus eo dignior mihi viſus eſt, quod eundem apud Scythas viguiſſe, teſtatur Herodotus Lib. IV. c. 70. *Infuſa*, inquit, *in grandem calicem fictilem vino, commiſcent eorum ſanguinem, qui feriunt fedus, percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulum corporis.* Rem eandem narrat Lucianus, in *Toxari*, ſed ita tamen, ut non epotum ſanguinem dicat, ſed tantum confuſo utriusque ſanguine intinctos fuiſſe gladiorum cuſpides, quos deinde tangentes ambo, ſolenni jurisjurandi formula ſe devoverunt. Verba ejus hæc ſunt: Οὐ γὰρ ἐντέμοντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι πίωμεν, ἔστιν ὅ, τι μετὰ τοῦθ' ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν. His addo Pomponium Melam, de *Situ Orbis*. Lib. I. c. 2. *Ne federa quidem incruenta ſunt: ſauciant ſe, qui paciſcuntur, exemptumque ſanguinem, ubi permiſcuere, degustant.* Neſcio, an ad barbarum hunc morem reſpexerit Catilina, cujus adjurandi modum in ſua Hiſtoria tradit Sallustius. Confer, quæ de Parthis tradit Tacitus, *Ann.* Lib. 12. c. 47. & annotationes J. Lipsii ad eum locum, nec non Jac. Rhenhielmii *Annot.* ad *Hiſt.* Thorst. Wikingsonii.

FOSTBRÖDA LAG, amicitia devota: a *lagga*, ſocietatem inire, quod infra occurret.

FOSTERLAND, patria.

FOT, pes. Gr. πῶς. C. B. *pedd.* Ulph. *fotus.* A. S. *fot.* Al. *fuaz, fuoz.* Iſl. *fotur.* Angl. *foot.* Belg. *voed.* Uſurpatur quoque metaphorice de ima cujuslibet rei parte, montis, vaſis longioris, &c. immo de rerum ſtatu: e. g. *wara på god fot*, in felici rerum ſtatu eſſe, proſpere agere. In menſuris adhibitum dimidium ulnæ Suethicæ denotat.

FOTA SIG, niti, inſiſtere. Al. *fuazzen.* Germ. *fuſſen*, v. Wachterus, in *Gloſſario.*

FOTQWARN, in Dal. L. p. 24. alias *fotaviſka* dicitur ejusmodi molendinum, quod non niſi verno & autumnali tempore circumagitur. Cur autem a *fot* nomen habeant, ab aliis doceri voluero.

FÖDA, alere, nutrire. Ulph. *fodan.* Matth. 6: 26. *Atta izvar fodeith ins*, pater veſter paſcit illas. Luc. 4: 16.

Thare

Digitized by Google

Tharei vas ſodiths, ubi erat educatus. A. S. *fedan, fædan.* Al. *fuaten, fuotiren.* Angl. *feed.* Belg. *voeden.* Junius his omnibus affinia putat Gr. *βοτεῖν*, paſcere, unde *βοτὸν* pecus, *βοτὴρ*, paſtor, cui non adſtipulatur modo Stiernhielmius, ſed ſuccenſet etiam illis, qui non vident, ex radice hac *fæda* vel *föda* orta eſſe *femina*, *fetus*, *fenus* (cfr. Gr. *τόκος*, uſura; a *τίκτω*, pario.) nec non *felix*, *fœnum*, immo *pater*, & plura alia. Nituntur hæ derivationes in primis jam afferenda altera vocis acceptione.

II. Gignere. *föda barn*, parere infantem. Omni jure hæc ſignificatio altera prior cenſenda eſſet, quum homines generentur ante, quam nutriantur: ſed fecit tamen harmonia omnium veterum dialectorum, ut alteri heic primas deferrem. Non enim memini, me uſpiam in antiquis Linguæ noſtræ ſcriptis aliam videre, quam nutriendi ſignificationem noſtræ voci tribui. Ceterum habet altera hæc, quo ſe & antiquitatem ſuam tueri poſſit. Si enim ortum eſt vocabulum ab antiquo *fud.* Iſl. matrix, (cfr. *φυτεύειν*, generare, *φύεσθαι*, naſci) videri poſſent hæc, quæ dixi, invertenda.

FÖDA, nutrimentum. *Klæder och föda*, victus & amictus. Iſl. *fæda.* Angl. *food.*

FÖGA, parum, exiguum. Uſurpatur tam adverbialiter, ut *thet ür föga wärdt*, parum refert; quam etiam adjective ut Ezech. 29: 14. *ett föga rike*, exiguum regnum: in *Hiſt.* Alex. M. *mea föga liſta*, i. e. arte exili, accurata, ſubtili. Conf. dicenda ad v. *klen.* Saxones inferiores proxime ad nos Danosque accedunt, quibus *föge* eſt pauci, teſte Idiotico Hamburgensi. Ceterum parum nihilve differt hoc *föga* ab Ulphilano *fawai*, niſi quod *w* illud in *g* eſt commutatum, quod Latium adhuc fortiori ſpiritu extulit *paucus* dicens. It. *poco.* Gall. *peu.* Angl. *few.*

FÖGA, adaptare, adjungere. v. in *fog.*

FÖLA, equuleum eniti. v. in *fole.*

FÖLJA, ſequi. A. S. *folgian*, *fylgan*, *fyligan.* Al. *folgen.* Iſl. *fylgia.* Belg. *volgen.* Angl. *follow.* L. B. *folgarii* dicuntur clientes, aſſeclæ, qui iidem Iſlandice *fylgdarmen* audiunt. Origo vocis incerta eſt: nam quæ etyma habet Wachterus, ab *ὁλκος*, tractus, impreſſum veſtigium, & Martinius, a *foll geben*, plene ire, h. e. non incomitatum; nimia cura mihi quæſita videntur.

FÖLJESLAGE, comes: a *lægga*, quod idem ſæpe eſſe, ac ſocietatem inire, infra docebitur. A quibusdam ſcribitur *följeſlagare*, tanquam ſi a *ſlå* ortum eſſet, quod tamen a ratione, linguæ genio ac uſu veterum deflectit. Auctor Vitæ Ansgarii habet *Konung Haralds följeslaghi:* Haraldi R. comes.

FÖLGD, quod ex aliqua re ſequitur. *Påfölgd.* id.

FÖRFÖLJA, perſequi.

FULLFÖLJA, exſequi. In *Conſtit.* Erici Pomerani; annexa Juri Bircensi; p. 37. ſcribitur *fulſoldhæ*, quaſi a *fylla*, implere, id quod abſonum non videtur.

FÖR, bonus. Iſl. *fær.* Heims Kr. Tom. 2. p. 295. *Voru þeir einſkis færir:* nulli uſui erant, vel ad nullam rem boni vel utiles erant. Ut hanc primam & radicalem vocis ſignificationem ſtatuam, permovent varia ejus in antiquis patriæ monumentis reſidua veſtigia. In Upl. L. *Wid.* B. c. 2: §. 6. villa dicitur *Standa i jamföris*, ubi æquata eſt ſingulorum in ea prædiorum bonitas, & *menföretomt*, defectus bonitatis in area domus. C. 16. §. 2. Immo uſurpamus quotidiano ſermone *förmer.* Angl. *former*, quod meliorem notat, atque adeo comparativus eſt circumſcriptus τȣ *för*, ut id in pluribus aliis vocibus evenire, ſub v. *mer* oſtendemus. Dicimus *then waran, then gården ær förmer*, merx illa, prædium illud melius eſt vel præſtantius. Alemannos etiam eodem fere ſenſu *furira* uſurpare, videor mihi obſervare. Otfridus. Lib. III. c. XVIII: 6.

Biſtu nu zi unaie
Furira Abrahame?
Esne tu re vera
Major Abrahamo?

Tatianus. c. 38. 1. *ferah furira thanne thas muos:* anima melior eſt eſca. Superlativus huic cognatus eſt *förmeſt.* A. S. *formeſta.* Angl. vet. *foremeſt.* v. Junii *Etymol. Angl.* in *former.* Nec dubito, quin Græci olim vocem *φέρος* habuerint, noſtro huic æquipollentem, quæ licet dudum deperdita ſit, indicio tamen ſuperſunt *φέρτερος*, *φερέςερος* (unde *προφερέςερος*) melior & *φέρτατος*, *φερέςατος*, *φέριςος*, optimus, unde apud Theocritum:

Τέττιγος ἐπεὶ τύγε φέρτερον ᾄδεις:
Quoniam luſcinia meliora canis.

Nec forte erravero, ſi in eodem inu-

ſitato *Φέρος* rationem vocabuli *ἀντιΦερίζειν*, quod & *ἀντιΦαρίζειν* effertur, quæram, utpote quod proprie notat, bonitatem alicujus contra eam, quæ alterius eſt, metiri vel comparare. Confr ea, quæ dicentur infra ad. v. *jämföra*.

II. Fortis, validus: *en för karl*: vir fortis. Ant. *fir*. Westg. L. B. B. c. 9. *Utgardhær aller ok lidh ſkulu wara firi ok gild um bælga torsdag*: ſepes arvum, longius a villa ſitum, cingentes pariter cum porta perfectæ ſunto, vel ſatis validæ die Aſſcenſionis Chriſti. Correxit ita C. Lundius verſionem J. Loccenii, qui inepte vertit, portæ earum quatuor erunt. Noſtræ verſioni fidem faciunt Leges Uplandicæ & Westm. quarum utraque habet *wighær ok wäl förir*. Iſl. *fær*. it. *forr*. Wilk. S. p. 173. *Æn tho ad þu hafdir eirn tolſmanna meginn, tha wæru þu þo eige forr, at beriaz vid han*: Etiamſi 12 virorum robur haberes, non tamen adeo eſſes validus, ut cum hoc congredi poſſes. Græcorum obſoletum *Φέρος*, & inde oriundum *Φέρτερος*, ſimiliter robuſtum, validum notarunt, ut in illo Homeri. ιλ. A.

Ὁ γὰρ πολυΦέρτατός ἐστιν.

Ille enim longe robuſtiſſimus eſt.

v. Henr. Stephani *Thes. L. G.* Tom. 4. p. 86. In Lingua vetere Britannica etiam *ffer* robuſtum ſignificat, obſervante Boxhornio, in *Origg. Gall.* p. 33. Niſi nimium de via ubique excedere videremur, juberemus ſtudii Philologici amantes obſervare, Latinum *fortis*, ab initio bonum denotaſſe, dein vero uſu invaluiſſe, ut ſoli ſtrenui hunc titulum gererent. Festus certe *fortem* explicat *frugi et bonum ſive validum*. Confer Commentatores in Legem XII Tabularum, quæ jubent: *Sanatis idem quod forctibus jus eſto*.

FÖRLEK, robur, ſanitas. *Vita* Ansgarii, p. 125.

FARFÖR, dicitur navis, quæ adeo ſarta & tecta eſt, ut ventis vela dare poſſit.

HÄRFÖR, qui prælium per vires inire poteſt. Ol. Tryggv. S. P. I. p. 175. edit. Skalh. ibidem *ſundfær*. Part. 2. p. 88. qui natandi peritus eſt.

OFÖR, imbecillis, invalidus: In Kon. Styr. p. 107. ſcribitur *oſös*. *En man la oſös i ſolenne*: vir quidam morbidus in ſole jacuit.

WANFÖR, id. Westm L. *Thing*. B. c. 32. *Ær malságanden wanför*, ſi accuſator ægrotus fuerit.

FÖR, vel FÖRE, ant. *for*. particula ſeparabilis, notans pro, præ, & id genus alia. Gr. *πρὸ*. Ulph. *faur*, *faura*. A. S. *for*, *fore*, *fyr*, *fyre*. Al. *fora*, *furi*. Iſl. *firi*, *fyri*, quod prope accedit ad vetus Latinum *pri*, pro recentiori *præ* aliquando uſurpatum, ut docet Festus in *privignus*. Angl. *for*. Belg. *vor*. Attuli tanquam ſynonyma *för* & *före*, idque ex ſuffragio tam veterum dialectorum, quam uſus hodierni, qui docet, ſæpiſſime alterum pro altero poni, etiamſi negari nequeat, uſu invaluiſſe, ut præſertim in compoſitione immane quantum diſcrepent. Sic *företaga* eſt occipere, *förtaga*, præripere, occupare vel errorem in capiendo committere, *förtal* eſt calumnia, *företal*, præfatio, *förſe ſig*, errare, *föreſe ſig*, prævidere: ſed nec minus certum eſt, ſæpe *för* extra compoſitionem uſurpari, dum in conjunctione *före* adhibetur e. g. *tala*, *bedja för en*, pro aliquo intercedere, unde *förebedjare*, *föredagtingare*, interceſſor, & ſic in plurimis aliis. Interea obſervamus, *för* præpoſitionem fere eſſe, ſed *före* adverbium. Significationes præcipuæ ſunt;

I. Ante, ratione temporis. Ulph. Matth. 8. 29. *faura mel*, ante tempus: Hujus comparativum arbitror *förr*, prius. *Jag kom förr än tu*: veni te anterior, vel ante te. Ita *han gick förut* eſt præceſſit, ſed *han gick förr ut*, eſt ille prior exiit: *han kom för twå dagar ſedan*, ante biduum venit, *han kom twå dagar förr än jag*, biduo prius venit, quam ego. De Superlativo *förſt* v. ſuo loco.

II. Ante, pro, idque ratione loci. *Stå för en*, ſtare ante aliquem. Ulph. *Luc.* 9: 47. *Gaſatida faura ſis*, poſuit ante ſe.

III. Pro, in alicujus favorem vel utilitatem, ut *tala*, *lægga ſig ut för en*, intercedere, *ſkrifva för en*, literis aliquem commendare. Genuit forte hanc præcedens ſignificatio, quum benevolentiæ ſit, oppoſito velut corpore aliquem tueri.

IV. Pro, loco. *Gå i döden för en*: mortem loco alterius ſubire. Ulph. *Joh.* 10: 15. *Saiwala meina lagja faur tho lamba*, animam meam pono pro ovibus. Conf. *notas* ad hunc locum E. Benzelii. Heims Kr. Tom. I. p. 521. *Galt han gagel firi gas*: pro anſere pullum anſerinum dedit. Ita dicimus,

Göra

Digitized by Google

göra tjänſt för en, alicujus loco munus quodpiam obire.

V. Præ quam. *Gör thet för all ting:* hoc præ quam alia omnia fac. *Framför allt är nödigt*, ante omnia neceſſarium eſt.

VI. Per. Uſurpatur id in adjurationibus. *Jag beder för allt, ſom heligt är:* per omnia ſancta rogo. Atque ut Latine *per* ad modum aſſeverandi dici ſolet, per Deum, ita nos dicimus *för GUD*, *för GUD är thet ſå*, per Deum juro, ita eſſe.

VII. Propter. *Gör thet för min ſkull.* fac hoc propter me, vel mei amorem. *Månge rida till rings för en mans lycka:* multi ſtadium decurrunt ob unius victoriam. Skåne L. p. 32. *Fore ilwiljæ*, ex invidia.

VIII. Otioſe ponitur poſt *hwad: hwad för en är thet*: quis vel qualis eſt ille? Sed quæ plura heic coacervari poſſent, a Lexicographis juſtius, quam a me petentur.

FÖR, particula inſeparabilis. Quum eadem vis & ratio ſit hujus particulæ ac prioris per omnes dialectos Gothicas; fruſtra fuerit, quæ ibi dicta ſunt, novis exemplis cumulare. Nunc tantum notamus illas acceptiones, ubi aliquid ſibi proprium habet. Ita illa vero I. Significationem auget: ut, in *hindra*, *förhindra*, impedire, *må*, *förmå*, valere, *ſätta*, *förſätta*, ponere, *minſka*, *förminſka*, minuere. Sic in Latio a facio eſt perficio, ab oro, peroro, &c.

II. Notat rei deſtructionem: e. g. a *göra*, facere, eſt *förgöra*, perimere, *komma*, venire, arceſſere, *förkomma*, perdere, *warda*, fieri; *förwarda*, perire, (Germ. *verweſen*) a gå, ire, *förgå*, perire. Latinorum *per* eandem vim habuit, ut videre licet in perdo a do, pereo ab eo, perimo ab emo.

III. Errorem: ut a *taga*, capere, *förtaga ſig*, alium, quam debuiſſes, capere, *tala*, loqui, *förtala ſig*, in loquendo errare, *räkna*, numerare, *förräkna ſig*, errorem calculi committere. Galli ſimili modo dixere, fourconſeiller, mala conſulere, fourvoyer, a via aberrare.

IV. Negationem rei, *bjuda*, præcipere, *förbjuda*, vetare, *akta*, obſervare, *förakta* ſpernere, &c.

V. Exceſſum. *Hiſt.* Alex. M. *Rhythm.*

Then ſom foor will han forvarder,
Qui nimium vult, perire ſolet.

Sic *arbeta* eſt laborare, *förarbeta ſig*, labore nimio ſe perdere. *borga*, mutuari, *förborga ſig*, plus mutuari, quam cui ſolvendo par ſit. v. infra *bæpen*, timidus, *förbæpen*, Act. 2: 6. attonitus. Sæpe hic hujus particulæ ſignificatus obſervatur ante adjectiva, ut dum a *ſtor*, magnus, fit *förſtor*, nimius. Latium non abſimili modo *præ* uſurpat: ut a potens, præpotens i.e. nimium potens. Factum vero poſtea eſt, ut particula hæc denotet id, quod modum tantum conſuetum ſuperat, abſque ſubjecti vitio, uti dum dicimus, *bon är förwacker*, perpulcra vel nimium pulcra eſt. Ita in *Hiſt.* Alex. Magni.

Ther flugo formargbe fugla omkring:
Oppido multi volucres circumvolitabant.

ibid.

Fore mycket af walmoga frö:
Oppido multum ſeminis papaverum.

AngloSaxones *fore* eadem ratione uſurpant: ut *foremæreſt*, ſtrenuiſſimus.

VI. Mutationem formæ rei, ut *förkläda ſig*, aliam perſonam aſſumere, veſtes alienas induere: *förſilfra*, argentum ſequiori metallo inducere.

VII. Negligentiam vel culpam in agendo, ut *förwerka lifwet*, id agere, quod capitale eſt, *förſitta ſin rätt*, jus ſuum deſerere. v. Lagerlöfwii *Auctarium ad Orthogr. Suec.* p. 10.

VIII. Motum de loco, ut *uppföre*, ſurſum, *utföre*, deorſum: *nedanföre*, inferius, *therför nedan*, id. Sic Iſl. *för utan*, ulterius. Heims. Kr. Tom. I. p. 2. *Oc nordan fra fiollum þeim, er for utan ero bygþ alla*: & a parte boreali montium, qua regio ulterior habitata eſt.

IX. Senſu forenſi notat noxam vel juris ſui neglectum: *förwerka lifvet*, capital facere, *förſitta ett ting*, diem judicii negligere, vadimonium deſerere.

FÖRA, ducere. Iſl. *færa*, quod manifeſte verbum eſt faceſſens (v. ſupra in *fælla*) ex progenie ſuperius allati *fara*, ire, proficiſci: quid enim eſt *föra*, niſi facere, ut quis loco ſe moveat, ut recte monet eruditiſſimus Wachterus? Ad eandem claſſem pertinet, quod *föra* ſignificet, rei ducem eſſe & anteſignanum, ut *föra ett ſkepp*, navis præfectum eſſe, *föra an en ſkeppshær*, ducere exercitum: nec non *föra ord*, verba facere plurium nomine.

II. Ferre, adferre A. S. *feran.* Iſl. *færa*, unde *færa forner*: offerre ſacrificia. Credidero, ſenſus ſonique harmoniam effeciſſe, ut *bæra* & *færa* inter ſe ſæpe permutata ſint, adſtipulantibus etiam Græcorum *Φέρειν* Latinorumque *fero*, quorum imitationi varia adſcribo dicendi genera, quibus hoc noſtrum *föra* adhibetur, ut *föra wåld på en*, vim alicui inferre, *föra krig*, inferre vel gerere bellum.

III. Induere, ut *Hiſt.* Alex. M. *Han förde sik ther i ſindal hwidt*: ſerica veſte alba ſe induit.

FÖRNING, donum, quod præter donum ſp nſalitium perſonæ deſponſæ inter ſe dant. Upl. L. *Arfd.* B. c. 1. §. 8. *Nu kan thom manni älla kunu bugber wändas, ok willa di tha fäſtning balda: bawi thän fergiort forningum ok faſtnadba fä:* ſi accidat, ut ſponſus vel ſponſa rumpere velint pacta ſponſalia; qui in cauſſa eſt, perdat dona ſua cum pignore ſponſalitio. Cfr. L. L. *Gipt. B.* c. 2. § 5. Hels. L. *Arfd.* B. c. 2. §. 5. Juris Conſulti *παράφερνα* & Latine parapherna illa munera vocant, quæ præter dotem marito dantur: inter quam vocem & noſtram major eſt ſimilitudo, quam ut obſcura eſſe poſſit. 2. Donum & varia eſculenta, quæ ruri a convivis, nuptias celebraturis, afferuntur.

FÖRARE, officii militaris inferioris genus, ab initio *fourrier* dictum, cum illi cura commeatus fuerit.

ANFÖRARE, dux.

FÖRAKT, prudentia. Kon. Styr. p. 295. *Nu börer warnande forakt til*: porro cauta prudentia opus eſt. Ortum ducit a particula *före*, unde etiam apud eundem Scriptorem *föreakt*, ſcriptum invenitur, p. 15. & *akt*, attentio, cura, quod vocabulum, quum etiam notet, cum animo ſuo cogitare, ſibi aliquid proponere; hinc quoque *förakt*.

II. notat proæreſin. *Conſtitutio pænalis* ad finem Legg. Birc. p. 45. *Hwar ſum annar ſlar medh wilja och förakt*, qui alterum percutit ſtudio & deliberato conſilio. Num. 35: 20. *Men ſtöter han honom oförwarandes, utan ovänſkap, eller kaſtar något på honom, icke med förakt*; Si non ex odio impulerit eum, aut projecerit ſuper eum, non ex propoſito; pro *förakt* recentiores editiones habent *förſåt*. Chronicon Episcop. Linc. p. 120.

Then lag ſtadfeſtis af Paſwens makt.
At ej ſkulle brytas med förakt:
Lex illa per Pontificis potentiam firmata fuit,
Ne violaretur a quoquam deliberato animo.

Apud Alemannos *forakt* hoc ſenſu uſurpatum fuiſſe, prodit derivatum *fornahtan*, quod apud Otfridum, Lib. IV, VII: 145. notat, provide curare. Communiori vero uſu occurrit pro exceſſu prudentiæ, ſcilicet timore.

FÖRAKT, contemtus. Priori hoc ortu germanum eſt, inque nulla alia re differt, quam quod hoc cum *för*, deſtructionis nota, componatur, tonumque habeat in ultima ſyllaba, illud cum *före*, atque adeo paroxytonum ſit. v. Petri Lagerlöfwii *Auctarium ad Orthogr. L. Suec.* p. 7. ſeq. Germani *veracht* dicunt.

FÖRARGA, pro diverſo ſignificatu radicis *arg*, varie ſumitur, notat enim I. deteriorem reddere. *Litteræ* Gustavi I. apud Stiernmannum, Tom. I. *Oeconom. Conſtit.* p. 8. *All deel ſkall ſig förbättra, och icke förarga.* Omnia in melius converti debent, nec deteriora reddi.

II. Irritare, bilem alicui movere. *Förarga mig icke*, noli me irritare. Speciatim vero & ſenſu eccleſiaſtico notat ſcandalum alicui afferre.

FÖRARGELSE, ira nec non ſcandalum. v. Matth. 5: 29.

FÖRARGELIG, odioſus, qui facile bilem alicui movet, vel deceptor, qui alterum facile in errorem inducere poteſt, hinc *förargelig leſnad*, vita mali exempli.

FÖRÄLDRAR, majores. Hæc enim vera vocis ſignificatio; unde apud Sturlesonium diſerte diſcernuntur a parentibus. Heims Kr. Tom. 2. p. 197. *Fader hans eþur forelldri*, pater ejus aut majores. Tom. 1. p. 143. *At vir monim hafna atrunaþi þeim, er feþur varir hafa haft fyrir oſs, oc allt forelri*: ut avitum deſeramus cultum, quem ante nos habuere parentes noſtri, & omnes majores. Certum eſt, ab *alder* nomen hoc profectum eſſe: ſed dubium eſſe poterit, a quanam ejus ſignificatione: denotat enim, ut oſtendimus, generationem, vitam & ſenectutem, quæ omnia cum *för* conjuncta, commode vocem formaverint, quæ majores denotet, hoc eſt ætate anteriores, vel generationem priorem. Anglo-Saxones *yldran*, *yldras* tam majores, quam parentes nuncupant.

II.

Digitized by Google

II. Parentes. Al. *eldiron.* Germ. *eltern.*

FÖRÅMNA, tranſigere, reconciliare. CHRON. RHYTHM. p. 101.

Konungen ſkulle thet foråmpna.
Rex rem illam componeret.

id. p. 29:

Theſſålund war thetta fôråmpt.
Hanc ratione illud tranſactum fuit.

His addo ex Jure BIRCENSI, c. 1: 23. *Werþæ mæn ſakir i aþrum landum oc aþrum ſtadum: varþær þæt eig foræmnat fyr en þe komma i konunx hamn, þa bôtis þæt altæpt ir ſtadſins ræt:* Si quis delictum commiſerit contra alium in alieno territorio; nec ſatisfactum fuerit, antequam in portum regium venerint, tum lis ea judicabitur ſecundum leges civitatis:

Veteres pro eo, quod nos *jämn*, planus, dicimus, *åm*, ut infra pluribus monſtrabitur, uſurparunt, quemadmodum vero *jämka* dicitur, qui lites finit, conditionibus ultro citroque ferendis, ita *åmna*, *fôråmpna*, *åmpna* eodem ſenſu uſurpantur. Gallice *applanir*, a planus, idem ſonat.

FÖRÅRA, donare, ab *åra*; honor. Latini honorare hoc eodem ſenſu uſurparunt, ut dum VELLEJUS dicit, *populum honoravit congiariis.* Lib. 2. c. 129. unde etiam *honorarium* dicebatur donum, quod advenienti Præſidi provinciæ a populo dabatur. conf. B. BRISSONIUS, de *Verborum Signif.* Ad eorum imitationem apud nos *æra* non tantum honorare, ſed etiam donare notat. KON. STYR. p. 202. *Ther hittas giarnt frâmi man ok turugt, thår the warda årade i godom lônom:* ibi fere prompti & audaces inveniuntur milites, ubi præmiis & ſtipendiis honeſtis ornantur. Cui adde literas MAGNI R. ad finem LEGG. WESTROG. p. 91. *Mådher thes, att thet år wål wårdugt, at ther ſum oſs fyllgiå frammarmer badi med radhum ok hialp, at ther havi meer åru:* par eſt, ut illi, qui nobis adſunt opera & conſiliis, plus honoris h. e. emolumenti habeant. Videmus heic, id quod *æra* nuncupatur, nil aliud eſſe, quam immunitatem a cenſu regio.

FÖRBANNA, diris devovere, infortunium imprecari. Metaphorice uſurpatur pro re quavis turpiſſima, & diri quaſi ominis, ut *fôrbannadt ful*, horribilis adſpectu: ſingularis vero catachreſis eſt, ubi dicitur *fôrbannadt wacker*, nimium pulcer, cujusmodi tamen loquendi genera repudiat ſermo comtior. Quod ad natales vocis hujus attinet, oritur a ſimplici *banna*, quod prohibere, & ſpeciatim ſacris arcere notat. Unde Iſl. *fôrbanna*, id. HEIMS KR. Tom. 2. p. 281. *Ec fôrbanna ec yþur þui þetta uppa Guds ok min embættis wegna:* Prohibeo, ne malum hoc conſilium ſequaris, idque tam Dei nomine, quam pro ratione officii mei.

FÖRBARMA, miſereri. Confer ea, quæ dicta ſunt ſub v. *barm.*

FÖRBASAD, teter, abominandus: *en fôrbaſad ſkelm*, trifurcifer, *fôrbaſad ful*, teterrimus. Credo, hoc vocabulum ex eorum numero eſſe, quod vulgus de induſtria deforme reddidit, ut aliam vocem, quam caſtior auris reformidat, vitaret. Alibi dicitur, ex *diæfwul* pari conſilio factum eſſe *knæfwul*, diabolus, a *Sacrament* in exſecrandi formulis *ſlapperment*, &c. Sic, dum dicere nolumus *fôrbannad ſkelm*, *fôrbannad ful*, *fôrbaſad* repoſuimus. Apud Saxones, teſte IDIOTICO HAMBURGENSI, *verbaſet* denotat attonitum, obſtupefactum, quod tamen hujus loci eſſe, non reor.

FÖRBÅDSAM apud Dalekarlos & borealis Sueciæ incolas notat nimium modeſtum, ſubtimidum, quique appoſito cibo abſtinet, ne vorax videatur. Apud Alemannos *fureburtig* occurrit pro caſto, temperante, teſte NOTKERO, Pſalmo 32: 16. Conf. SCHILTERUS ad h. l. & MYLII *Archæol. Teuto.* p. 66. L. B. *furiburtius.* A. S. *forbyrd*; abſtinentia. v. BENSONII *Vocabul.*

FÖRBEDJA, veniam precibus rogare. ACT. 16: 39. *fôrbodo them. Hiſt.* ALEX. M. Rhythm.

Ward tha genaſt ſins broders win,
Forbad han thagar i ſama ſin,
Thet han gjorde honom till mena.
Statim fratris ſui amicus factus eſt,
Et illico veniam precatus eſt
Eorum, quæ in fraudem ejus fecerat.

Diverſum ab hoc eſt *fôrebedja*, precibus pro aliquo intercedere.

FÖRBISTRA, confundere, turbare. Uſurpatur hodie raro, niſi ubi de confuſione Linguarum Babelica ſermo eſt: olim vulgatioris uſus erat. ORDIN. ECCLES. Anni 1571. *Thermed warda the mer fôrbiſtrade:* inde magis confunduntur. Auctor diſceptationis inter Conſulem Malmogienſem & Cantorem Lundenſem, in DANSKE MAGAZIN. p. 123.

123. *Jag will tage ware paa, at ingen meg udi min troes ſager ſkulle förbiſtre*: Cautionem adhibebo, ne quis in fidei meæ negotio me perturbet. Belgice *byſen* turbare, unde hoc noſtrum formatum reor. Apud Iſlandos *byſn* notat prodigium, rem miram, quæ mentes hominum turbare ſolet. KNYTL. S. p. 72. *þetta þotti mannum med bysnum micklum*: magnum id hominibus videbatur prodigium.

FÖRBITTRA, exacerbare. Joh. 11: 33. *Förbittra ſig i andanom.* In ſpiritu exacerbari, a *bitter*, acer.

FÖRBJUDA, prohibere, interdicere. A.S. *forbeodan*. Germ. *verbieten*. Angl. *forbid*. In Mœſogothica dialecto *faurbiudan* occurrit, ſed ſenſu generali imperandi. Marc. 6: 8. *Jah faurbauth im, ei vaiht ni nemeina in vig*: & præcepit eis, ne quid tollerent in viam. Luc. 8: 25. *Ei jah vindam faurbiudih jah vatnam*, quia & ventis imperat & aquis, Iſl. *yfirbodare*, imperans. *Act.* 16.

II. Speciatim notat ſacris interdicere, a cœtu fidelium in templis & inter peragendum ſacra arcere. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 3. *Wil eig præſter for biudha*: niſi Sacerdos eos a communione Eccleſiæ arcere voluerit. *Hinc wara i förbud, ib.* c. 24. a ſacris prohibitum eſſe. Differebat vero hæc pœna eccleſiaſtica a *banno*, utpote graviori, & qui hanc inſequebatur, niſi reſipiſceret peccator, hoc eſt, niſi Clericorum gratiam prece & pretio impetraret.

FÖRBUD, interdictum: *Sätta en ſkog under förbud*, ſilvæ mandato cavere, ne quis eam cædat. 2. Interdictio a communione Sacrorum.

FÖRBLINDA, occæcare. Germ. *verblinden*. Angl. *blind*, a *blind*, cæcus.

FÖRBORGA, occultare. *Förborgade ting*, res occultæ. Germ. *verbergen*: a *berga*, condere, celare.

FÖRBORGA SIG, fidejubere, ſpondere. *Statutum* CHRISTOPHORI, R. allatum ab HADORPHIO, ad calcem LEGG. BIRC. p. 48. §. 4. *Enghen holde eller förswara annars wordnade eller tjenere, uthan han förborger ſig, at ſtanda til rætta*: Nemo alterius tueatur ſervos aut miniſtros, niſi pro illis fidejubeat.

II. In KON. STYRILSE p. 151. *förborga ſig*, notat plus mutuari, quam cui ſolvendo par ſis. *Hwilkin herra förgör mera, än hans ingiald honom förſkulda, han ſkal armlika ſig förborga*: Quicunque majorem habet familiam, quam pro reditu ſuo, æs alienum nimium contrahet.

FÖRBRYLLA, perturbare, confundere. *Jag är helt förbryllad*, penitus perturbatus ſum. Angl. *broil, embroil*. Gall. *brouiller, embrouiller*. Ital. *imbrogliare*. De etymo vocis v. MENAGIUS, in *Originibus. Gall.* in v. *broil.* EDW. LYE in Additam. ad *Etymologicon* JUNII *Anglicanum* obſervat, Armoricum *brella*, confundere, perturbare, ceterorum fotaſſis fontem eſſe.

FÖRBRYTA SIG, peccare. Germ. *verbrechen*. GLOSS. LIPS. *farbrochanuſſi*, prævaricationes, a *bryta*, quatenus peccare ſignificat.

II. Notat actione ſua, culpa vel crimine perdere, RECESSUS STREGNESENSIS, qui exſtat ad finem LEGG. BIRC. p. 45. *The wärjor, ſom ſå bæras, ware forbrutne.* Gladii, qui ita portantur, fiſco adjudicentur.

FÖRDÆDA, malefica, incantatrix. In LEGE BIRCENSI recenſetur inter convicia graviora. p. 11. Apud AngloSaxones *fordeon, furdon* notat perdere. Germ. *verthun*, conſumere. Ex eadem radice eſt in LEGE SCANICA. p. 3. *ufurthat*, non conſumtum, reſiduum. *Är nokat uforthat af thy wärthæ*, ſiquid reſiduum fuerit ex pretio. Simili modo a *göra*, facere, habemus *förgöra*, veneficiis perdere, *görningar*, artes maleficæ.

FÖRDEL, quod quis præcipui habet præ reliquis, & dein quodvis commodum. *Thet är en ſtor fördel, att hafwa fått en god uppfoſtran*: in magna felicitate ponendum eſt, bona gaviſum eſſe educatione. Ruri *fördelsåker* vocatur portio aliqua agri, quam parentes, aut alii, villam alteri cedentes, ſibi retinent. Germani *vorteil* dicunt, id quod WACHTERUS refert ad *teil*, bonum. Sed revera hoc verbum derivatum eſt a ſortibus veterum, quum hæreditates in certas portiones dividebantur: qui tum aliquid præcipui habuit, *fördel* dicebatur eſſe ſortitus.

FÖRDELSHUGG in ſtatutis antiquis dicitur, quum quis lancea, pilo aut arcu utitur adverſus alium, ſolo gladio armatum. Summe turpia hæc cenſebantur, ſed omnium indigniſſimum habitum eſt *owetandes hugg*, quum quis alterum imprudentem, averſum aut dormientem feriit. v. *Stat.* CAROLI VIII, ad calcem LEGG. BIRC. p. 50. c. 5.

FOD

FÖRDELAKTIG, utilis.

FÖRFÖRDELA, nocere. Germ. *ververtheilen.* Vox nova & peregrina, quamque merito repudiare poſſemus: habemus enim alia vocabula non minus emphatica, quam ſesquipedale hoc, & non ſine aurium offenſione battologum.

FÖRDERFWA, perdere, conſumere. v. ſupra in *derfwa.* Ibi dictis nunc tantum addere liceat, apud Celtas vocis hujus cunabula non male quæri; Cambrice quippe *darfod* eſt finire, conſumere, perdere. v. RICHARDI *Theſ. L. Brit.* in v.

FÖRDRAGA, tranſigere. *Them mellan wardt ſå fordraget*: inter eos ita transactum eſt. Germ. *vertragen.* ab Iſl. *draga,* concludere, unde *öfwerdraga*, paciſci. CHRON. RHYTHM. p. 399

Med Danſka öfwerdrogo the thet tha:
Cum Danis tum paciſcebantur.

Belg. *overdraghen*, paciſci. Eſt vero hoc verſio vocis tranſigere. WACHTERUS putat, Ulphilanum *triggwo*, pactum, ejusdem eſſe familiæ: ſed geminatum g indicat, ſatius eſſe, hoc referre ad radicem *trygg*, ſecurus.

II. Tolerare. *Jag kan ej fördraga thet*: hoc ferre non poſſum, id mihi repugnat. A. S. *dreogan*, tolerare Vet. Angl. *drie.* v. JUNIU, in *Etym. l. Angl.*

III. Gratiam facere, quod alteri diſplicet, illi non injungendo: exempla rem clariorem reddunt. CHRON RHYTHM. p. 217.

Herre i mik thet embetet fördrage:
Domine, hoc munus ut deprecer, patere.

& infra:

Han foll a knæ och, ſara bad,
För Guds ſkull ſik hafwa fördrag:
Flexis genibus enixe oravit,
Ut in conferendo hoc munere ſe præterirent.

Ad hanc claſſem pertinent, quod legimus in *literis* CAROLI VIII ad Roſlagiæ incolas apud HADORPHIUM, in *Actis Publicis*, annexis CHRON. RHYTHM. *Wi fordraghe tridjunghen af all theres årlige ſkatt*: remittimus tertiam partem annui tributi eorum: ib. p. 260. *At wi fördrage oc tilgifue wele alle the Sweriges inbyggere, ſom ſigh till oſs igen wele gifue*: condonamus & gratiam facimus omnibus Sueciæ civibus, qui ad nos redierint. Eſt forte heic imitatio Germanici *verziehen*, renuntiare, de quo mox.

IV. Vitare. CHRON. RHYTHM. min. p. 232.

Han förſökte thet opta nog,
Marſken thet dock alltid fördrog:
Sæpe id tentabat,
Sed Mareschallus id ſemper vitavit.

Fere credidero, a Germ *verziehen*, quod inter alia renuntiare notat, (unde *verzicht*, renunciatio) hanc vocis ſignificationem exſtitiſſe, quum ea, quibus nuntium mittimus, vitemus.

FÖRDRAG, pro diverſitate verbi varia ſignificat: ut I. moram: *Hafwa fördrag med en ſkuldfordran*: Debitori dilationem concedere. I. THESS. 3: 1, 5. *Wi kundom icke längre hafwa fördrag*, diuturniorem moram ferre nequivimus. Germ. *verzug*, id. Ut Latinum trahere morandi ſignificationem habet, dum dicunt trahere bellum, ita obſervavi ante, in v. *dröja*, non pauca in Gothismo eſſe, quæ cum illa voce affinitatem quandam habeant, quo in numero ſunt Iſl. *trega*, tardare, Sueth. *dröja* & hoc *fördrag*. 2. tranſactionem, unde *fredsfördrag*, pacificatio, contractus. 3. actum parcendi, quo alterum præterimus. *Haf fördrag med ſådanna ord*: parce ejusmodi vocibus, noli uti.

FÖRDRIFWA, abigere, propellere. Germ. *vertreiben*: *fördrifwa tiden*, tempus fallere. Conf. χρονοτριβεῖν, tempus terere, τριβὴ, διατριβὴ, mora. Angl. *drive time*, temporis tædium fallere. v. SKINNERUS.

FÖRE, viæ facilitas, commoditas, in primis, quando delapſæ nives commodum iter efficiunt: *godt före*, viæ comoditas: cui opponitur *menföre*, iter incommodum. Iſlandice *fær* eſt pervius, tranſitu facilis, *fært hroſſum*, quod equis pervium eſt. HEIMS KR. Tom. I. p. 116. *Ef bonom giæſi færi a*: ſiquam commodam occaſionem nactus fuerit. Radicem agnoſcit *fara*, proficiſci.

FÖRE, lacus. Proprie nomen eſt appellativum, ejusdem originis ac Iſl. *fiord*, *fird*, *fyrd*, *fior*. HEIMS KR. Tom. I. p. 161. *Fioldi mans fell af* EIRERS *Sonom*, *bæþi a vygvellinom oc i leid til scipanna*, *oc ſva i fiorðnni*: hoc in prælio plurimi a partibus filiorum ERICI in campo occubuerunt, alii fuga ad naves ſalutem quæſituri, in mari occiſi. Al. *far*, id. OTFRIDUS L. III. VIII: 16.

Tho ubar thaz far fuarin:
Et trans fretum vehebantur.

Ejusdem originis hoc eſt ac prius, ita dictum, quod tranſitum proficiſcentibus præbeat. Prope Upſaliam lacus

eſt,

eſt, cui *före* hodieque nomen eſt, cujusque vicina litora, *Fyriswald* dicta, nobilia ſunt variis in illis editis certaminibus, ut ex Hiſtoriis antiquioribus conſtat.

FÖRE, fomes, materia igni concipiendo apta. WESTM. L. B. B. c. 62. *Ganger man med brande eller elldföre*, ſi quis cum titione aut ignitabulo iverit. Apud Germanos *före* tædam notat, ut alendo igni in primis aptam, & *fferis* apud Cambros inſtrumentum illud eſt chalybeum, quo ſilex percutitur. Utriusque nominis ratio facile invenitur in communi radice, videlicet veteri *fyr*, ignis. Gr. πῦρ.

FÖREBÄRA, prætexere, obtendere. *Förebära urſäkt*, aliquid ad ſe excuſandum prætexere, a *bæra*, portare.

FÖREBRÅ, exprobrare. v. ſupra in *brigda*.

FÖRED, juramentum calumniæ. WESTG. L. *Thiuf.* B. c. 6: 8. *Med fiurer mannæ forrædhe*: quatuor viris, juramentum calumniæ edentibus. Conf. Cap. 7: 1. Forum Alemannicum habet *voreid*, quod pro *var* vel *fareid*, a *far*, dolus. v. HALTAUSII *Gloſſ.* Hoc ſcilicet jurata fide aſſeverat actor, ſe bona fide & absque fraude reum in jus vocaſſe.

FÖREDAGTINGA, intercedere. v. in *dag*.

FÖREWETTA, comparatum eſſe. v. in *wetta*.

FÖRFALLA, labare, concidere. Uſurpatur de ædibus, vitium facientibus, aliisque rebus, quæ ruinam minantur. *Se förfallen ut* dicitur de homine, qui corpus amiſit, & faciem morbidam habet.

II. Morali ſenſu, qui in peccata incidit, dicitur *förfalla i ſynd*. Ab hac voce diverſum eſt *förefalla*, quod notat accidere, uſu venire, fortaſſis ex imitatione Latii, quod a cadere accidere formavit. Deinde etiam idem eſt, ac videri, apparere. *Thet föreföll mig ſå*, ita mihi videbatur.

FÖRFALL, concædes, aut quicquid impedimenti hoſti objicitur. CHRON. RHYTHM. p. 466.

Mang forfall woro ok manga walla:
Multæ concædes arborum objectæ erant, multaque valla.

2. Quodvis impedimentum morale. UPL. L. *Kirk. B.* c. 8. *Thæri aghu jordas utan all forfall*: ſepeliri debent absque ullo impedimento. Hinc *laga förfall* in Codice Legum dicuntur cauſſæ ſonticæ, quæ vadimonium deferentem excuſatum habere poſſunt. Germ. *vorfall*.

FÖRFARA, experiri. Al. *fara*, tentare. A ſimplici *fara*, id. quod vide. Derivata inde habemus, *förfarenhet*, experientia, *förfarning*, id. SYR. 37: 25. *erfara*, experiri. II. Reſciscere. 1. SAM. 26: 4. III. Gerere, rem tractare: *illa förfara med något:* male rem aliquam tractare, unde eſt *förfarande*, rei alicujus tractatio. Notum eſt, in variis linguis a via & eundo ad vitam actionesque denotandas ſæpe metaphoras ſumi. IV. Diſperdere, dilapidare. In LEGE WESTROGOTHICA, *Arfd. B.* c. 16. diviſim ſcribitur *far bryti firi bo mans*: ſi villicus bona domini diſperdat. A. S. *forfaran*, perire: quocum conferri poterit vetus Angl. *forfare*, & fortaſſis illud TATIANI *arfurit*, quod occurrit c. LXIII: 4. *Thas ni uuirdit arfurit fon iru*, quæ non auferetur ab ea. Singula originem debent ſimplici *fara*, quod in veteri Lingua Gothica & Iſlandica idem eſt ac perdere: unde *firifara*, hoc eſt perdere, & *firi faraſt*, perire. OLAVI. TRYGGV. *Hiſt.* Edit. Skalh. Part. 2. p. 234. *Skulum vir drepa fararſkiota vara til fædſlu varum frændum*, *heldur en lata þa af ſulthi*: mactabimus potius jumenta noſtra ad alendos neceſſarios noſtros, quam ut eos fame perire ſinamus.

FÖRFÆRA, terrere. A. S. *færan*. Sax. *verfeeren*, a *fara*, timor.

FÖRFÅNG, damnum. Proprie notat præreptionem rei alteri debitæ. A. S. *forefang* apud SPELMANNUM notat captionem obſoniorum in foris aut nundinis, antequam miniſter Regis ea ceperat, quæ aulæ erant neceſſaria. Iſl. *förfang*. Germ. id.

FÖRFÅNGTA, perdere. ÖSTG L. *Bygg.* B. c. 30. *Nu wil han egh ſtæmna, utan wil hinum förfångta ſitt:* in jus vocare non vult, ſed alterius rem præripere.

FÖRFOGA SIG, ſeſe aliquo conferre. v. ſupra in *foga*.

FÖRFÖLJA, perſequi. Germ. *verfolgen*, ambo facta ad imitationem Latinæ vocis.

FÖRFÖRA, malis moribus imbuere, vel, ut loqui amant, ſeducere: a *föra*, ducere, cum præpoſito *för*, quod vitium in actione indicat. Germ. *verführen*.

FÖRGÆTA, oblivisci. A. S. *forgytan*. Al. *fergezen*. Angl. *forget*. Germ. *vergeſſen*. Compoſitum eſt a *gæta*, commemorare, & præfixa particula *för*, quæ verbi ſui ſignificationem deſtruit, ut antea docuimus. Si a primo fonte voca-

Digitized by Google

vocabulum hoc repetere voluerimus, adſcendendum eſt ad Iſl. *gaa*, animum attendere, curare, unde *ged* vel *gæd*, affectus, & AngloSaxonica *ondgytan*, intelligere, cognoscere, *gytenes*, cognitio.

FÓRGÅ SIG, a via aberrare. Iſl. *forganga*. GUDM. ANDREÆ *Lex*. p. 76. Metaphorice fere uſurpatur de crimine commiſſo. II. In modum verbi deponentis adhibitum notat perire, &, niſi fallor, ad Latinæ hujus vocis imitationem formatum, quod ut a per & eo factum, ita hoc a *för* & *gå*, id. *Himmel och jord ſkola förgås*, cœlum & terra peribunt.

FÖREGÅ, præire. *Föregå andra med dygd*, virtute aliis præire.

FÓRGEFWES, gratis. ORDIN. ECCLES. anni 1571. *Then Biſkop, ſom warder beſlagen att hafwa taget mutor för geld, eller annat, ſom bonom bör förgefwes uttrætta*: Epiſcopus ille, qui deprehenſus fuerit, pro officio eccleſiaſtico aut alio quopiam, quod gratis præſtare debuiſſet, munus accepiſſe. Conf. MATTH. 10: 8. Iſl. *giefins, forgiefins*.

II. Fruſtra, ad eundem modum, quo Latini recentiores gratis pro eo, quod fruſtraneum eſt, uſurpant. *Arbeta förgefwes*, fruſtra laborare. Germ. *vergebens*. Ad idiotismos Gothicarum dialectorum pertinere videtur ſignificationis utriusque in eadem voce concurſus: certe *arujo*, quod in Lingua Mœſogothica gratis notat, *Joh.* 15: 25. in dialectis cognatis fruſtra ſignificat. Conf. Al. *aruun* & A. S. *arvunga*, v. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 162. & JUNII *Gloſſ.* p. 418. quibus addere debemus Germ. *umſonſt*, de quo conſule WACHTERUM.

FÓRGIFWA, veniam dare, ignoſcere, quod Scriptores eccleſiaſtici dicunt condonare. A. S. *forgifan*. Germ. *vergeben*. *Hiſtoria* ALEX. M.

Jag vill tik tina ſkuld förgifwa,
Peccatum tuum tibi remittam.

A. S. *forgifan*. Angl. *forgive*. Germ. *vergeben*.

II. Veneno aliquem de medio tollere. In JURE EIRCENS. c. 29. §. 5. *Hwar ſom giwær adbrum forgawor*: quicunque alteri toxicum propinat. Ad hanc claſſem pertinent *förgift*, venenum. Belg. *vergift*. Utraque Lingua brevitatis ergo aphæreſi utitur, malasque has potiones *gift* appellat.

FÖREGIFWA, cauſſari, interferere cauſſam. *Han föregaf, at han war ſjuk*, valetudinem excuſabat. Videtur ellipticum eſſe, pleniusque olim dictum, *Han föregaf thet ſkälet, att han war ſjuk*.

FÓRGÓRA, *ant. firigera, forigjora*, perdere. Uſurpatur hoc vocabulum tam de bonorum, quam de vitæ, jactura. Prioris ſignificationis exemplum dare poterit LEX. UPL. *Kon.* B. c. 9. §. 2. *Nu ma ingbin annars firigiora*, quæ verba LOCCENIUS Latine vertit, *nemo alterius bona conſumere debet*, quæ tamen metaphraſis ſenſum legis haud ſatis determinat. Sancit vero ibi Legislator, neminem ſua culpa alterius (e. g. maritum feminæ) bona obnoxia reddere. WESTG. L. *Ärfd.* B. c. 11. *Firigiora fridi ſinnum*: ſecuritatem publicam facto quopiam amittere. LEGES LONGOBARDICÆ nec non ANGLOSAXONUM Latinum *forisfacere* hoc eodem ſenſu uſurpare, obſervant SPELMANNUS & DU FRESNE. In eo vero Viris his laudatiſſimis aſſentiri nequeo, quod arbitrantur, inter condendum vocem ſemibarbaram reſpectum habitum fuiſſe ad Latinum *foris*, quum revera nil aliud ſit, quam noſtrum *för*, quod ſenſu forenſi crimen involvit vel neglecti juris vel officii. v. ſupra in *för*, & conf. Angl. *forfeit*. Gall. *forfait*, peccatum.

II. Impendere, ſumtum facere. CHRON. RHYTHM. p. 380.

Alt thet Konungen loth förgöra,
Loth Han med ſik af Widborg föra:
quicquid Rex ibi conſumſit,
Widburgo ſecum apportaverat.

Germ. ſimili modo uſurpant *verthun*.

III. Interimere, de medio tollere. WESTG. L. *Ärfd.* B. c. 11. *Æn Kona firiger ſtiupbarn ſinu*: ſi mater interfecerit privignum ſuum. AngloSaxones ſimili compoſitione dicunt *fordoen*, *fordon*.

IV. Veneficiis noxam inferre, ſive id fiat necando, ſive alia quacunque ratione uſum rationis vel membrorum auferendo. Demta brevitatis ergo particula præfixa, Iſlandi *giorningar* omnis generis incantationes appellant, *gerningamadur*, veneficum. Arbitratur WACHTERUS, Alemannicum *germenon*, incantare, ejusdem eſſe familiæ, & utrumque ortum a Germanico *geren*, deſiderare, quum veneficus omnium deſideriis, ut ait, ſatisfacere norit. Sed utrumque correctione eget: *germenon* enim nihil aliud eſt, quam L. B. *carminare*, quod erat incantationibus & magi.

magicis carminibus faſcinare, adeoque penitus ab alio fonte, ac hoc noſtrum, oriundum.

FÓRHAFWA, aſpernari, contemtim habere. KON. STYRILSE, p. 94. *Hva ſik forbawer ſielſwan, han år miſſmånna:* qui ſe ipſum contemnit, nulloque in numero habet, animum effeminatum prodit. Hinc eſt, quod dicimus *han ſer fórhafd ut:* vultu animum prodit infortuniis oppreſſum. STIERNMANNI *Acta Publica*, Tom. 1. p. 14. *Lika ſom konungen förfölgde thet werldzlika ſtandet, altſå förbade Arche-Biſkopen thet andeliga:* ut Rex Ordinis politici cives perſequebatur, ita Archi-Epiſcopus eccleſiaſticos male habuit. Ab *hafwa*, quod de moribus ſumtum, denotat gerere. HEIMS KR: Tom. 2. p. 108. *þu veiſt eigi, hvart þu hefur þig:* neſcis, quomodo te gerere debeas.

FÓRHÆDA, ludibrio habere, contemnere: & de Deo uſurpatum, blaſphemare. MATTH. 26:65. II. Exprobrare. 2. SAM. 23: 9. Familiam vocis videre licet infra in *had.*

FÓRHÆFWA ſig, ſeſe efferre. *Förhåfwa ſig öfwer andra:* ſeſe ſupra alios efferre: ab *hæfwa*, elevare. A. S. *heafian.* Al. *heffan. hepfan.* Germ. *heben.* Apud Latinos Scriptores ſuperhabere idem nonnunquam denotat, ac contemnere. v. GELLIUS, *Noct. Att.* Lib. 1: 19. APPULEJUS paſſim, aliique. Radix erit *håfwa*, tollere.

FÓRHALA, morari. In *Cantico ſacro*, N. 380. *Och månde ſå tiden förhala,* & ita moras nectit, procraſtinat. Simplex eſt *hala*, trahere. Belg. *halen.* Angl. *hale.* Gall. *haler*, quod proprie dicitur de nave, quæ helcio vel fune ductorio trahitur. Germanice *halen*, in re nautica uſurpatum, notat laxare, demittere, quod prope accedit ad Gr. χαλᾶν, demittere. Lat. *chalare.*

FÓRHÆGDA, dilapidare. UPL. L. *Ärfd.* B. c. 8. §. 2. *Hafwer han förhægdat giptinnæ:* ſi donatarius partem ſibi donatam conſumſerit. ÖSTG. L. *Gipt.* B. c. 18. *Egh ma hon giarsemum forhægda:* non jus habet dilapidandi cimelia, a patre liberis relicta. Pro eodem uſurpatur alias *ohægda*, vel ut habet SKÅNE L. p. m. 8. *vthæigtæ.* Etymon conſervat Saxonica dialectus, ubi *hegen* eſt conſervare, parcere. *De watt heget, de hett watt:* qui parcit, aliquid habet. Dedit hoc IDIOTICON HAMBURGENSE, cui haud pauca, Linguam noſtram & ſermonem medii ævi illuſtrantia, accepta refero. Helſingi quoque ſimplex *hægda* uſurpant pro parcere, cavere, ne nimium cito quid abſumatur. Iſl. *hegda*, id.

FÓRHÅLLA, detinere, quod alteri debetur: *förhålla en tjänare ſin lön:* mercede ſervum fruſtrare. Interdum etiam notat celare, occultare: uti in *Epp.* PAULINIS ſæpe: *jag will eder icke förhålla*, vos celare nolo: prius eſt ab *hålla*, tenere, poſterius ab *hela.* Germ. *verhelen*, celare.

FÓRHUS, atrium. JOH. 10: 23. JESUS *gick i templena i* SALOMONS *förhus:* ambulabat JESUS in porticu SALOMONIS. Interpres Gothicus habet: *hvarboda* JAISUS *in ubizvai* SAULAUMONIS. Eſt hic, ubi manus audacula *ubizvai* in *ubizali* permutaverat, quaſi jam ULPHILÆ innotuiſſet templum veteris Upſaliæ. Ignoramus quidem, cuja manus illa fuerit, quæ erudito orbi fucum facere, non verecundata ſit: ſed id novimus, OLAVUM RUDBECKIUM ſpuriam hanc lectionem in rem ſuam convertiſſe, *Atlant.* Tom. I. p. 230. v. ER. SOTBERGII *Ulphilas Illuſtratus.* Ceterum pro *förhus* veteres *förrum*, Iſlandi *fyrirum* dixere. v. VERELIUS, in *Indice*, ubi obſervat, idem nomen habuiſſe primorem locum in nave. Succurrit mihi vox heic illico, ubi apud FESTUM legi, vetus Latium atrium appellaſſe *forum:* quod aut fallor, aut pure Scythicum eſt. Verba ejus hæc ſunt: *forum antiqui appellabant, quod nunc veſtibulum dici ſolet.*

FÓRJUMPA SIG, errare. Uſurpatur in nonnullis Sueciæ partibus pro eo, quod alias dicitur *förgå ſig.* Neſcio, annon ortum credi poſſit ab Anglico *jump*, ſubſilire, cui *för* additum curſus vitium indicat.

FÓRKASTA, abjicere, repudiare. Ad imitationem Latiniſmi Germani *verwerffen* fecere, quod nos noſtro ſermoni adaptavimus. *Förkaſtad*, APOC. 12: 10. eſt reprobatus.

II. Notat, exprobrare idque alia Latini ſermonis imitatione, qui a jaciendo objicere formavit. Germ. *vorwerffen.* Utraque vero ſignificatio verbumque ipſum recens eſt, pro quo veteres *wræka*, *awita*, *brigda* aliaque uſurparunt.

FÓRKIUSA, faſcinare. v. in *kjuſa.*

FÓRKNIPPA, conſtringere, uno faſciculo

Digitized by Google

lo colligare. Germ. *verknüpffen.* v. infra in *knippe*, faſcis.

FÖRKNIPPNING, conſociatio. v. STIERNMANS *Acta Publica.* Tom. I. p. 176.

FÖRKOFRA SIG, lucrari, progreſſus facere. SYR. II: 24. *När tiden kommer, förkofra the ſig ſnarliga:* quum tempus venerit, cito rem faciunt. A ſimplici *kofra*, quod occurrit in *Cant.* N: 119. *Att ſig med råd och gåde wårt hierta kofra må*: ut in cognitione atque operibus animus noſter progreſſus faciat. Unde vero vocem illam nacti ſimus, non ſemel miratus ſum, quum in Lingua Gothica vetere nulla ejus veſtigia compareant. Sed poſtea tamen mihi viſus ſum deprehendiſſe, hoc *kofra* nil aliud eſſe, quam Latinum *cuperare*, quod, in *recuperare* ſuperſtes, placuiſſe deprehenditur plerisque Scythicis dialectis. Alemanni enim *koboron* inde formarunt, quod ſupereſt in *irkoboron* & *ubarkoboron*, quorum utrumque apud OTFRIDUM me deprehendere memini. Lib. V. c. VII: 70.

Ni meg ih thaz irkoboron:
Non poſſum hoc impetrare.

Belg. *koeveren*, *kocvereren*, comparare, acquirere. Angl. *recover*, recuperare. Hiſp. *cobrar*, unde L. B. *cobrancia*, acquiſitio, apud DU FRESNE, in *Gloſſ.* conf. SCHERZIUS, in notis ad OTFRIDUM, Lib. V. c. II: 28. Apud veteres Sabinos *cyprus* bonum denotavit, teſte VARRONE, quod aliquo modo alludere videtur. Immo apud Scanos noſtros *kober* hodieque pro bono, utili uſurpatur, *En kober karl*, vir frugi.

FÖRKOMMA, perdere. *Arfd.* B. St. L. c. 8. *Wardr uppenbart, at han forkom lifwe henna*: ſi conſtiterit, illum eam interfeciſſe. Ulph. *fraquiman.* Luc. 9: 54. *Vileizu ei quithaima fon atgaggai us himina, jah fraquimai im:* vis, dicamus, ut ignis deſcendat de cœlo & conſumat illos. Iſl. *fyrerkomma.* DEUT. 28. *GUD mun offækia þig, þangad til han fyrerkiemr þier:* Deus te perſequetur, donec te perdat.

II. Perire: dicitur fere de illis, quæ per errorem a vero domino ablata ſunt: ita dicimus, *brefwet är förkommet*, literæ traditæ non ſunt: *ſedelen är förkommen*, chirographus ubi ſit, ignoratur. *Omkomma* uſurpatur fere de hominibus, naufragio aliove caſu pereuntibus.

FÖREKOMMA, prævenire. A. S. *forcuman.* *Förekomma med höflighet*, benignitatem ultro præſtare. 2. Obvenire, apparere. *Saken förekommer mig ſå*: ita res mihi obvenit, apparet.

FÖRKÖP, emtio anticipata, quum quis ante juſtum nundinarum tempus rem aliquam ſuam facit. Conſenſum L. AngloSaxonicæ vide apud SOMNERUM, in *forcheapum*. Al. *fürkauf.*

FÖRKRÆNKA, vitiare. v. *krænka.*

FÖRKUNNA, notum facere. Ant. *förkyndiga.* Germ. *verkundigen.* A ſimplici Alemannorum *cunden.* id. TATIANUS, Lib. VIII. c. 4. *Cundet iz mir*, renuntiate id mihi, unde *cuatchundidu*, Euangelium. Ad imitationem eorum, ut puto, Majores noſtri *kunna*, *kynna* eodem ſenſu uſurparunt. *Convent. Halmſtadienſis* Anni 1450. cit. HADORPHIO, in *Actis Publicis*. p. 173. *Epther then tidh thenna frydh them bewyslika kynnadher ær*: poſteaquam pax hæcce illis cognita fuit. Ejusdem proſapiæ eſt *afkunna*, denuntiare. Germ. *abkundigen.* v. PALTHENIUS, ad TATIANUM, p. 318. & JUNIUS, ad WILLERAMUM, p. 22.

FÖRLÆGGA, refutare *Förlægga ens ſkæl*, rationes alicujus refutare. Germ: *widerlegen.* Forte ad imitationem Latini reponere. II. Alieno loco ponere, ut ignoretur poſtea, ubi quærendum. *Förlægga ett papper*, chartam ita reponere, ut inveniri nequeat. Ut particula *för* in actione vitium fere ſignificat, ita compoſitionis ratio manifeſta eſt. III. Male collocare, ut qui agros incultu ſterileſcere ſinit. GEN. 47: 19. *Att åkren icke förlägges*: ne ager incultus relinquatur. IV. Neceſſaria alicui ſubminiſtare. *Förlægga ett bruk:* Officinæ Ferrariæ victum & neceſſaria alia ſubminiſtrare: *förlägga en bok*; ſumtus libro imprimendo expendere. Inde *förlag*, ſumtuum repræſentatio: Belg. *verlegh*, & *förlagsman* vocatur, qui expenſas operi ſubminiſtrat, locator. Germ. *verlegen*, *verleger.* Belg. *verlegghen*, quaſi *veur-legghen*, prænumerare.

FÖRELÆGGA, proponere, præſcribere. *Förelägga en ett arbete:* aliquid faciendum præſcribere. *Förelagga tid*, certum tempus alicui definire.

FÖRLÅGEN, ſolicitus, qui anxie rem aliquam cupit, qui anxius eſt, ut re, quam deſiderat, potiatur, vel, qua carere vellet, liberetur. *Hymn.* S. N. 256. *Jag är nu helt förlagen*, auxilium enixe efflagito. *Jag är ej förlågen om att*

Digitized by Google

att miſta thet: res illa mihi incommodo non eſt. Credo, eiusdem familiæ eſſe, ac *angelägen*, quod ſignificatu cum hoc quadamtenus coincidit. Ambo forte orta a *ligga*, jacere. Latinum incumbo, prout ſenſum moralem habet, utrique dicendi generi occaſionem fallor an dederit. Belgæ etiam *verleghen* hoc ſenſu uſurpant; *verleghen zyn van ghelde*, pecuniæ inopia premi, *verlighen met kleederen*, impeditus veſtibus.

FÖRLÅKIS *werk* in LEGE DALICA, p. 19. dicitur, quum quis alteri, humi afflicto, virilia exſecat. VERELIUS eo indicari credit vulnus inſanabile, a *læka*, ſanare, & id hujusmodi eſſe, nemo negaverit. Sed an præpoſitum *för* vim ſimpliciter negandi habeat, incertum eſt. Forte rectius derivatur a *lägga*, ferire, quod vide, ut denotet graviſſimum vulneris genus.

FÖRLÄNA, concedere, donare. *Om Gud förlænar helſan*, ſi Deus ſanitatem conceſſerit. Germ. *verleihen*, a ſimplici *leihen*, donare. Iſl. *lia*. VEREL. Al. *lihen*. Fenn. *lahjan*. Mœſogothicum *lewjan* notat præbere, quod ſpectare videtur ad Cambricum *lla* & *llaw*, manus, cujus eſt, ut accipere, ita & dare. v. WACHTERUS, in *Gloſſ.* p. 957. Simplex *læna*, etſi hodie tantum commodare denotet, olim tamen etiam donandi ſignificationem habuit. OL. TRYGGV. S. Ed. Skalh. Part. I. p. 209. *Vildir þu faſt i þui, ſom þier ei er lanat:* in eo elaborare vis, quod tibi datum non eſt. v. in *læna*.

FÖRLÄNING, feudum, aut bona quæcunque ſoli, in ſuſtentationem cuipiam conceſſa. *Förlænings hemman*, prædia ad vitæ tempus conceſſa.

FÖRLÅNGA, deſiderare. *Cant.* S. N: 148: 8. *Efter oſs honom förlångde:* noſtri deſiderium eum tenuit. Germ. *verlangen*. A radice Gothica *långa*, deſiderare, quam vide infra in *lång*.

II. Prolongare. *Förlånga ens lifstid*: vitæ ſpatium prorogare.

FÖRLÅT, aulæum, ſiparium. MATTH. 27: 51. *Förlåten i templet remnade*: velum templi ſciſſum eſt. ULPHILAS heic loci habet *faurahah*, quod idem eſt ac hodiernum *förhånge*. Origo vocis repetenda a *læta*, claudere id, cui obtenditur.

FÖRLÅTA, relinquere, deſerere. JOB. 4: 3. *Ho kan förlåtat*, quis illud relinquere poterit? Ulph. *fraletan*, MARC. 8: 3. *Iabai fraleta ins lausquithrans:* ſi dimiſero illos jejunos. Iſl. *firilata* nec non *fyrirlita*. HEIMS KR. Tom. I. p. 103. ÞIOÞOLFUR *bad at kongur ſkyldi eigi fyrirlita ſono ſinu*: THEODOLFERUS ſupplicavit, ne Rex derelinqueret filios ſuos. Germ. *verlaſſen*. Radix eſt *låta*, relinquere.

II. Ignoſcere. ant. *firilata*. ÖSTG. L. *Wad.* B. c. 9. §. 3. *Nu wil han, ſum ſarit fik, firilata thom thet giorde:* ſi qui vulnus accepit, ignoſcere vult vulneranti. Eſt eadem ſignificatio ULPHILANÆ vocis, *Luc.* 6: 37. *Fraletaid, jah fraletanda*, condonate, & condonabitur vobis. Al. *forlazzan, forlazneſſi*, venia. Sueth. *förlåtelſe*.

III. Confidere. *Förlåta ſig uppå någon*, confidere in aliquo. *Inſtrumentum unionis R. Norw. & Su.* apud HADORPHIUM, in *Actis Publ.* p. 152. *Ty forlatha wi oſs alla eendrächteliga in til högboren Förſte och Herre, Herr* CARL: ideoque totos nos permittimus fidei Sereniſſimi Principis CAROLI. Al. *forlazzan*. Germ. *verlaſſen*. WACHTERUS hanc ſignificationem Latiniſmo deberi putat, dum dicunt, ſe alicui permittere. Quum vero in Lingua noſtra veteri videam, *firirlata* & *firirlita* promiscue poni, ab hoc poſteriori illi lucem fœnerandam, arbitratus fuero. v. infra in *lita*. Eſt vero etiam, ubi ſimplex hoc *lata* eodem ſenſu uſurpatum occurrat. *Vita* ANSGARII: p. 91. *Han böd honom, at han ſkulde enkannelika lata ſik um all ſin ærende in til* HERIGARIUM: juſſit, ut in omnibus negotiis HERIGARIO confideret.

FÖRLIDA, tranſire. *Tiden är förliden*, tranſiit, præteriit tempus. *Förledet år*, annus præteritus. Sax. *verleden jahr*, id. v. IDIOT. HAMBURG. p. 321. a *lida*, ire, procedere, quod vide.

II. Tranſigere. *Edictum* ERICI XIV, in *Actis Oeconom.* STIERNMANNI, Tom. I. p. 176. *The hafwa nepligen ſå mycket the kunna förlida dagen med:* vix habent, quo diem tranſigant, quo in diem vivant.

FÖRLIGGA vi vocis eſt male & vitioſe cubare: a *för* præpoſitivo & *ligga*, cubare. Speciatim vero uſurpatur de illicito concubitu. ÖSTG. L. *Wad.* B. c. 14. *Uthan hon kunne firiliggia ſik*, niſi forte ſtuprum commiſerit. Al. *furligan*. TATIANUS, c. 28. *Ni furligi thih*,

Digitized by Google

thib, non mœchaberis: inde adjectivum *furligari*, adulter. A. S. *forlegere*, id. & *forlegnyſſe*, adulterium. WACHTERUS hinc explicat *forligani*, quod in LEGIBUS FRISONUM occurrit pro ſcortatore, quamque vocem fruſtra ſolicitavit SICAMA. v. *Gloſſarium Germ.* p. 466.

FÖRLIKA, reparare damnum datum: *förlika ett brott*, crimen aliquod reparare, quod alias in Legibus noſtris dicitur *giöra lika före*, a *lika*, par, cum exæquetur pœna vel mulcta delinquentis reatui, unde etiam Juriſconſulti mulctam compenſationem nuncupare ſolent. Iſl. *lika*, reparatio. WOLSUNGA S. *Nu ſaum vier aungua likn*: nullo modo nobis ſatis fit.

II. Reconciliare, in gratiam reducere. *Förlika ſig med ſin wederdeloman*: amice cum adverſario transigere. Iſl. *liknaſt*, reconciliari. OL. TRYGGV. S. Edit. Skalh. P. 2. p. 101. *þu gorir vel, at þu liknaſt wid Qodin*: bene facis, quod cum Deo in gratiam redire vis. Cum facta reparatio redintegrandam amicitiam pro fine habeat, hinc in noſtra L. duæ hæ ſignificationes uni eidemque verbo additæ fuere. In Scriptis medii ævi *lika* notat æquitatem: *med lika eller med rætt*: amica compoſitione aut jure. v. *Oratorum Suethic.* *Litteras ad Proceres Daniæ* apud HADORPHIUM, in *Actis publ.* p. 149. *Skilja ſig med liika*, *ſom them burde*, bona cum Regis gratia diſcedere, ut fas erat. v. ſupra in *billig*, quæque infra dicturi ſumus in v. *lik*.

FÖRLIKNA, aſſimilare. Germ. *vergleichen.*

FÖRLISA, perdere. *Förliſa all ſin wälfärd.* Vox canæ vetuſtatis, & quam cum Gothis exteris communem habet ſermo patrius. Sæpius quippe in Codice Argenteo occurrit *fraliuſan*, perdere. Luc. 15: 4. *Huas manna izvara aigands taihun tehund lambe, jah fraliuſands ainamma thize*: quis hominum eſt inter vos, qui poſſidens centum oves, & perdens unam, &c. Compoſitum hoc eſſe apparet a *fra* & *liuſan*, perdere. A. S. *loſian*. Belg. *lieſen*: unde illi *forleoſan*, *furlyſan*, *forleoran* tecere; hi *verlieſen*. Al. *forlioſan*, *furlioſen*, *verlieſen*. v. SCHERZIUS, ad *Rhythmum ae Exped.* CAROLI. M. *Hiſp.* p. 113. Angl. *looſe. leeſe.* Si alia radice opus eſſet, quam Ulphilana auctoritate, uteremur fortaſſis opera FR. JUNII, qui tam in *Etymologico Anglicano*, quam *Gloſſario Gothico* conferendum putat Gr. ὀλέσαι, ἀπολέσαι, ut ſolent nonnunquam tempora derivata ipſis radicibus propiorem ad etymon inveniendum viam oſtendere, uti e. g. a κύσαι fit *kyſſa*, oſculari, &c. Infra monebimus, ab hoc noſtro nil niſi pronuntiandi modo, vel literarum cognatarum permutatione, differre Suethicum *förlora*.

FÖRLUST, jactura. Ulph. *fraluſts*. JOH. 17: 12. JUDAS vocatur *Sa ſunus fraluſtais*, filius perditionis. Germ. *verluſt*. Apud antiquos video, pro *förluſt* aliquando *förliſt* uſurpatum fuiſſe. v. KON. GUSTAFS *Tullordning*, apud STIERNMANNUM, in *Actis Oeconom.* Tom. I p 170, 171.

FÖRLOFWA, deſpondere. Luc. I: 27. *Till en jungfru*, *ſom förlofwad war enom man*: ad virginem deſponſam viro: a *lofwa* vel *läfwa*, promittere, quod etiam fidejubere notat, ut ſuo loco docebitur.

II. Exauctorare. *En förlofwad ſoldat*, miles emeritus. Proprie eſt, qui veniam nactus eſt domum redeundi.

III. Sancte promittere, vel voto nuncupato a re aliqua abſtinere. *Jag har förläfwat alla ſtarcka dryeker*: omni potui inebrianti juratus nuntium miſi.

IV. Spondere pro aliquo: hinc in Actis publicis *förlofware* dicuntur, qui Regi, cum alia civitate paciſcenti, præſto erant, & fide media promittebant, pactum hoc ratum futurum, ſique tergiverſaretur Princeps, ſe omni ope ei ſe oppoſituros, fidelitatemque ei abrenuntiaturos. Ita in memorabili illa renuntiatione, qua WALDEMARUS R. Daniæ, Scaniam, Hallandia Blekingiaque ceſſit. p. 22 editionis HADORPHIANÆ, his verbis pactorum fidem facit. *Williom wi och clarleka ſamtykkia, ath om ſwa kunde ſkända* (*ſom Gudh forbiudhe*) *ath wi här imot nakon then Artikel*, *ſom for är rörth wpbrythom*, *thaa magha wara forlofwara, the här epther nämpnas wthan ſtraffan och wara ogönsth ſätthia ſik moth oſs i ſiande wiſa och fornempdom Sweriges Konungbe och hans eptherkommande mot oſs med liff och godz beſtandok wara.* i. e. ex textu Latino, *quod ſi contra ea vel eorum aliquod, quod Deus avertat, venire quomo:*

Digitized by Google

modolibet nos contingat, compromiſſores noſtri infra ſcripti eo ipſo absque diſplicentiæ noſtræ & ingratitudinis nota ſe nobis poſſint hoſtiliter opponere, & præfato Regi Sueciæ ſuisque ſucceſſoribus contra nos efficaci juvamine firmiter adhærere.

FÖRLOF, venia, ſive qua commeatus datur militi, ſeu quæcunque alia. *Med förlof*, eſt quod dicitur Latine, pace tua, Sax. *mit verlof* Idiot. Hamb. p. 322.

FÖRLORA, perdere. A. S. *forleoran.* Germ. *verlieren*. Eſt idem vocabulum ac ſuperius *förliſa*, ut ſolent *s* & *r* per omnes Gothicas dialectos crebro alternare. Ita a *förliſa*, Al. *forlioſan* fit *verlieren* & *förlora*. Tranſiit vox noſtra ad veteres Gallos, quibus *frelore* idem eſt ac *perdre: tout eſt frelore*, h. e. tout eſt perdu. Vide Dictionaire *Etymologique de la Langue Francoiſe*, quod hoc loco emendatione indiget.

FÖRLOSSA, liberare: a *löſa* ejusque frequentativo *loſſa*, liberare. Uſurpatur fere metaphorice de morientibus, & puerperis, dum illi vitæ hujus ergaſtulo, hæ partus onere liberantur. Sax. *verlöſen*.

FÖRMA, FYRMA, eſſe, vesci, quo reſpectu congruit cum A. S. *feorm*. L. B. *firma*, quod pro prandio aliquando uſurpari docet Spelmannus, in *Archæologo*. Ceterum ſpecialiori ſignificatione idem notat, ac jejunium levius obſervare. Scilicet inter *faſta* & *förma* id erat discriminis, ut in priori jejunio etiam a lacticiniis abſtinerent, in poſteriori tantum a carnibus. Loca ipſamet dabo, ubi vox ea occurrit. In *Vita* Anscharii, p. 115. hæc legimus. *Lofuadho the ſik inbyrdhis, at the wildho faſta oc förma utan köt i ſiw dagha*: Inter ſe votum concipiebant, ut jejunare vellent, & abſtinere a carnibus ſeptem dies: & mox, *Sidhan faſtadho the oc förmaddo theramot andra XL dagha*: poſthac unanima conventione quadraginta ſequentes dies ſimiliter a carne abſtinentiam egerunt. Nec non in Dal. L. *Kirk.* B. §. 25. *Witis manni, at han faſtadi äi, ella förmde äi, tha han ſkuldi faſta ella förma*: ſi cui crimini vertatur, quod non jejunaverit, ubi jejunandum erat. Videntur heic *firma* & *faſta* ut diverſæ ſpecies ejusdem generis conjungi. Addo locum ex veteri Poſtilla Manuſc. p. 229. *Hærfor mogo the rædhas, ſom ſinom maltiidhom radhæ, ſom the ſyalſwe vilja ok ey thes betiir til ſyrma æntiggia myolk æller ſmör i thenna langa faſtone*: id timebunt illi, qui victui ſuo ipſi modum præſcribunt, & nihilominus lacticiniis & butyro veſcuntur in jejunio magno: nec non alterum ex Jure Eccles. Smolandorum, inſerto Actis Lit. Ups. 1732. p. 94. *Taker mader ſkrift af Biſkupi ſielſwum, oc äter tha köt, tha ſkylde ſyrmæ, oc tha ſmör, han ſkulde faſtæ*: ſi quis pœnitentiæ modum ab Episcopo ipſo acceperit, & tum carnes ederit, quando jejunium minus ei impoſitum fuerat, aut tum lacticinia, quando jejunium gravius, &c. Eſt hinc, quod apud Oſtrogothos piſa, quæ absque additis carnibus coquuntur, *fermerter* hodieque appellentur.

FÖRMAN, dux, anteſignanus. Iſl. *formadur*. Thorst. Wik S. c. 18. alias *foringr*. Ulph. *fauramathleis*. Noſtrum natales ducit a *man*, vir.

FÖRMANA, hortari: *förmana till dygd*, ad virtutem hortari. Al. *gimanon*, id. Germ. *vermanen*. Etymologica, heic locum habitura, occurrent in *mana*, id.

FÖRMANNA SIG. Dan: 10: 19. & 11: 32. Seſe confirmare, animum virilem ſumere. Lutherus in ſua lingua habet *ermannen*, unde nos vocem eam accepimus. v. ſupra *bemanna*.

FÖRMÅ, poſſe, valere: a *må*, *måga*, id. Hinc *förmåga*, quo quis valet: ita ſumitur pro valetudine, viribus corporis, & etiam fortunis facultatibusque. *Förmögen* proprie notat validum, ſed uſus frequentior ad opes hanc vocem reſtrinxit.

FÖRMÅLA, elocare, Germ. *vermælen*. a Al. *mal*. Iſl. *mæle*, *faſtmæle*, pactio, ſponſio: recurrit vox eadem in *gemål*, quam pariter Germanis debemus.

FÖRMÆLA, narrare, commemorare. *förmæla helsning*, ſalutationem alterius nomine proferre. Germ. *vermälden*, a *mæle*, ſermo, oratio.

FÖRMÅLE, teſtamentum, quod quis ante mortem pronuntiat. *Hiſt.* Alex. M.

Tu tänk ſkött tin formaal:
Quantocyus cogita, teſtamentum nuncupare.

Dal. L. p. 11. *Wärder man kærder, far formæli*: Si quis ægrotus fuerit, ita tamen, ut ultimam voluntatem edere poſſit. In Lege Gothl. c. 19. §. 59. appellatur *forsciel*.

FÖ-

FÖRMÆTEN, temerarius. Germ. *vermeſſen.* Belg. *vermeeten.* Proprie enim notat, qui ſuo ſe modulo non metitur, ſed nimium largo. *Mæta* quippe eſt metiri, æſtimare, unde ortum ducit *metnaſt*, inſoleſcere. I. MACCHAB. 12: *Heidingiar toku at metnaſt, ok plaga folkid:* Ethnici incipiebant inſoleſcere, populumque vexare. *Giora nokud af ſynum metnade* eſt deliberato conſilio & perviciciter aliquid committere. NUMER. 15. v. STADENII *Explicatio vocum difficiliorum in Verſione* LUTHERI *occurrentium*, p. 668.

FÖRMENA, negare: a ſimplici *mena.* Iſl. *meina.* In eadem lingua hyperborea video, *firirmuna* eodem ſignificatu occurrere, ut dum in VOLSUNGA S. legitur: *Brædur min firirmunude mier ſlika mals*: Fratres mei tali matrimonio me privarunt. HEIMS KR. Tom. I. p. 470. *Ef han vil nu fyrirmuna huorium vorum þeſſa lilla rikiz:* ſi nobis denegare voluerit hoc quicquid eſt regni. Sed credo, hoc, a radice *muna* profectum, proprie notare invidere.

FÖRMENA, exiſtimare, opinari, à *mena*, id. *En förment rättighet*, jus imaginarium. Differunt hæc duo verba non tantum origine, ſed & flexionis modo: illud enim primæ conjugationis eſt, atque adeo in imperfecto habet *förmenade;* hujus vero imperfectum *förmente* ſecundæ conjugationis eſſe, liquido animadvertitur.

FÖRMODA, in animum inducere, ſperare. Germ. *vermuten.* In *Litteris* STENONIS STURE, de anno 1473, apud HADORPHIUM, ad calcem CHRONICI RHYTHM. ſcribitur, p. 282. *förmöta*, a *mod.* Germ. *mut*, mens, animus, qui cogitationum ſpeique fons eſt.

FÖRMON, quod quis præ aliis præcipui habet, prærogativa. v. *mon.*

FÖRMUMMAD, perſonatus. Vox peregrina & haud dubie oriunda a Belg. *momme*, larva. Angl. *mummer.* Gall. *mommeur*, perſona ficta. It. *mummiare*, *mommiare*, larvatum incedere. Obſervat ex FESTO JUNIUS, in *Etymologico Angl.* apud Siculos ſtultum *momar* appellatum fuiſſe: quod ſi quampiam cum noſtra voce affinitatem habeat, ratio quærenda eſt in turpi forma, quam larvæ vulgo præferunt. Ceterum ad rem propius eſſe videtur, quod Græci μορμώ & μομμώ, HESYCHIO teſte, appellaverint τὸ φόβητρον τοῖς παιδίοις, terriculamentum, vel quo infantibus metus incuti ſolet.

FÖRMYNDARE, tutor. Germ. *vormund.* Quum Leges noſtræ, tutorem nominaturæ, modo *målsman* aut *værjande* eum appellent, modo circumſcriptione utantur, *ſea firi barn*, *mæla mali thera, rada fori barna godz*, &c. v. ÖSTG. L. *Arfd.* B. c. 18. WESTG. L. h. t. c. 7. UPL. L. h. t. c. 7. L. L. *Gipt.* B. c. 20; (niſi quod Titulus modo nominatarum LEGUM WESTROGOTHICARUM *förmyndare* expreſſe nominet, ſed qui tamen cujus ætatis ſit, oppido incertum eſt) hinc mihi viſus ſum, augurari poſſe, a Jurisprudentia Alemannica in Linguam noſtram hanc vocem inductam fuiſſe. In ea vero *mund* notat præſidium, *muntan*, defendere, tueri, unde *vormund*, qui alteri præſidio eſt: OTFRIDUS, in *Præf.* I: 16.

Von gott er muazi haben munt:
A Deo debet habere præſidium.

Addo alterum ejusdem Auctoris locum, L. III. c. I: 65.

So muater kindiline duat,
Tho ſi iz ſero ſlle,
N' iſt ni ſi afur wolle
Suntar ſi imo munto,
The iz iaman thoh ni ununto:
Sicut mater puſillo facit,
Etſi ea illum vehementer verberet,
Non eſt tamen, quin iterum bene velit,
Immò ea ipſum defendit,
Ut ne quis eum lædat.

A.S. *gemundian*, protegere, Al. *balmund*, malus tutor, & in Legibus Longobardicis *mundoaldus* & *mundius*, tutor; *mundium*, tutela. v. CHR. ARNOLDI *Epiſtola* ad G. RICHTERUM, inſerta *Gloſſario* SCHILTERI, p. 604. Dum vero peregrinitatis aliquid vocem hanc *förmyndare* habere, ajo; ſimul indicare debeo, eſſe nihilominus in Lingua Suiogothica haud pauca, quæ communem originem cum Theotiſcis *mund* & *mundan* habere videantur. In hunc cenſum refero illud *mon*, quod quotidiano ſermone uſurpamus pro ſolicito, ſtudioſo: *wara mon om en*, alicui favere, alicujus rei curam gerere. Cui voci explicandæ licet alius locus infra concedi poſſit, attamen, ut uno faſciculo præcipua eorum, quæ huc pertinent, compingam; dicere licebit, mihi videri, illius proximam ſcaturiginem eſſe *mod* vel *modn*, quod in Legibus Patriis aliquoties occurrit. L. L.

Kirck. B. c. 12. *Ligger bonde ſjuker och ſänder præſte budh, præſter läter ſig annat modbare wara*: ſi quis morbo decumbat, & ad presbyterum nuntium mittat, Sacramenti ſibi præbendi causſa; ſi tum presbyter aliud quid antiquius ducat, &c. Infra, §. 1. *Nu lather præſter ſik modbare wara, barn æn bonde*: ſi prior ipſi cura fuerit infantis, quam viri. Cfr. Westm. L. h. t. c. II. Ab hisce *mod* & *mon* deinde Al. *mund*, cura, patrocinium, videtur factum *mundan* & *monan*, curam gerere, unde *firmonan* (particula *fir* contrarium ſenſum inducente) curam abjicere, v. Otfridus, Lib. I. c. IV. 130.

Nu thub thaz arunti
So barto biſt firmonanti:
Nunc quia nuntium hoc
Tam vehementer ſusque deque habuiſti.

v. plura infra in *mân*. Stiernhielmius, in *notis* ad Westg. L. *förmyndare* deducit a *mund*, os, & inde oriundo *mynda*, loqui, cui etymologiæ occaſionem dedere verba, c. 8. *Arfd.* B. occurrentia: *Æn bonde gipter dotur ſinå, medh mund ok med mæle*: ſi paterfamilias deſponſet filiam ſuam legitima auctoritate & ſolenni formula. Putat vero huic loco lucem addere Instructionem Regiam, Lib. 2. c. 26. *J hôfdino år ok mundr, ok tunga all likamanom til tarwa*: in capite præterea os linguaque eſt in omnes uſus corporis. Sed docebimus infra, ad v. *mund*, citato legis loco indicari dotem, a novæ nuptæ parente concedendam, quæ in L. Ostrog. ſæpius *omynd* nuncupatur, & a qua uxor legitima appellatur *mundgipt kona*. Quæ plura heic adferri deberent, commodiorem locum inventura erunt infra, ad v. *mund*.

FÖRNÅM, præcipuus. Germ. *vornem*. Vox apud Germanos recens, & apud nos recentior, facta ad imitationem Latini præcipuus. Nunc fere uſurpatur de hominibus primariæ dignitatis, *förnåmt folk: förnåmligaſt*, adverbium, eſt ejusdem ſamiliæ, æquipollens Latiali præcipue.

FÖRNUFT, intellectus. Germ. *vernunft*. Belg. *vernuft*. Proprie, &, ut debet, denotat actum percipiendi. Scilicet Wachterus recte docet, veram vocis formam illam eſſe, quæ apud Notkerum occurrit, *vernumſt*, a *nima*, *nema*, percipere, comprehendere, diſcere, quod vide.

FÖRNUFTIG, ratione præditus, ſapiens. Olim uſitatius erat *förnumſtig*, Matth. 11: 25. *Tu hafwer thetta dolt för the wiſa och förnumſtiga*; celaſti illud prudentes & ſapientes: quod, ut pronuntiatu durius, citerior ætas emollire voluit. Alemannis hanc vocem debemus, utpote qui intellectum vocarunt *farnumiſta*. v. Notkerus, Pſ. 28. nec non *farnumeſt*, & *farneuſſt*, quod ultimum, extrita litera *s*, noſtrum fecimus. Ant. *fornumſt*. Chronicon Episc. Lincop. p. 115. Edit. Benz.

Them Gud hafwer giffit ſtort förnumſt,
Quibus Deus dedit magnum ingenium.

FÖROLEMPA, officere, injuria afficere. Germ. *verunglimpfen*. id. a *glimpfen*, decere, *glimpf*, decentia. Al. *limpfan*, decere, unde apud Keronem *kelimfit*, convenit, decet. v. Stadenii *Explic. Voc. Bibl.* p. 678. Suethice *lempa*. Vox ea, una cum ceteris coloniis ad nos pervenit. Tempore Gustavi I. *förlempa* uſitatum fuiſſe, docet *Receſſus Stregneſenſis*, de Anno 1529, in *Actis Publicis* Stiernmanni, Tom. I. p. 114. *The ackta lythed, huru godſen förlempas*: parum curant, ſi agri negligantur.

FÖRORD, conditio pacti. *Förord bryter lag*: conventio antecedanea a lege communi exceptionem facit. A. S. *forword*, & *formæl*, id. Al. *firiwort*, conditio. v. Schilterus, in *Gloſſ.* p. 337. & Haltaus. *Gloſſ.* p. 574. Belg. *veurwoerd*.

FÖRPLIGTA SIG, ſemet obligare, ſive id fiat fide jubendo, ſive ſpondendo, ſive etiam juratam fidem dando: ut dum dicimus, *förpligta ſig uppå något*, jurare, ſe aliquid facturum. A. S. *plight his faith*, ſpondere fidem dare. Germ. *pflichten*, *verpflichten*. v. infra in *pligt*.

FÖRPLIGTELSE, obligatio.

FÖRRAMA, condicere, paciſci. *Förrama ett möte*, conventum præſtituere: quæ vox ſæpe occurit in *Actis Publicis* Hadorphianis. v. in *rama*.

FÖRRASKA, opprimere, aliquem nec opinantem ſubito aggredi. *Förraſka fienden*, hoſtem ſubito invadere. *Statutum Stregnes.* de anno 1437. §. 14. *Forbiuds hardeliga, at ingen halle feigd med androm, eller förraſke ſig uppa annan*: ſevere prohibemus, ne quis vindictam privatam exerceat, aut alterum clandeſtina vi opprimat. Quum non niſi de ſubita oppreſſione hoc vocabulum uſurpetur, dubitari non poteſt

eſt

eſt, quin ortum ſit a *raſk*, celer; *raſkliga*, celeriter. Unde Iſl. *raſka*, corrumpere, deſtruere, *raſka retti*, leges evertere. v. VERELII *Index*. Germani non abſimili ſignificatu de ſubitis belli occupatoque celeriter hoſte uſurpant *erbaſchen*, quod a noſtro, levi cum immutatione, formatum credunt nonnulli, inprimis cum ſimplex *baschen* antiquitatis teſtimonio non nitatur. v. WACHTERUS, & conf. quæ nos infra dabimus in. v. *baſka*.

FÖRRÄTTA, expedire: vox nova, & quæ ad Germanos genus ſuum refert, utpote qui *verrichten* dicunt, a *richten*, facere.

FÖRRÅD, penu, quod in promtu eſt. Unde *förrådshus*, promtuaria, granaria. Germ. *vorrat*, a Sueth. *råd*, facultates, copia, & præfixo *för*, quæ juncta indicant opes, ante uſum congeſtas.

FÖRRÅDA, prodere. Proprie denotat malum conſilium dare, quæ ſignificatio olim erat AngloSaxonici *forrædan*, & L. B. *foriſconſiliare*, *forconſiliare*. Germ. *verraten*: a *råd*, conſilium, cum præpoſito *för*, quod vitium in actione indicat. Aliquando exiſtimavi, particulam hanc præpoſitivam originem referre ad Iſl. *fior*, mors: non enim heic ſolum, ſed etiam in aliis vocibus, indicat actionem, quæ alteri fatalis eſt; e. g. *förgöra*, veneno interficere, *förſändning*, miſſio in certam perniciem, *fordæda våder*, Iſl. tempeſtas fatalis.

FÖRRÅDARE, proditor.

FÖRRYCKT, animi alienatus. *Han är förryckt*, mens ipſi non ſatis conſtat: a *rycka*, movere. Similiter Latini de ejusmodi infelici hominum genere dicunt, mentem ipſis motam eſſe. Germanice, vel, ut verius dicam, dialecto Suevica, *verrucht* notat perdite malum, haud dubie, quia ſummus malitiæ gradus a furore parum diſtat. Sic de morum intemperie uſurpare ſolemns *raſa*, *yra*, *galnas*, &c. WACHTERUS ſuæ Linguæ vocem a *ruch*, cura, deducit, cui tamen non aſſentior. Arbitrium penes Lectorem eſto.

FÖRSAGD, attonitus, timidus, a Germ. *verzagt*. Belg. *verſaegt*, a *zagen*, non audere, timidum eſſe, de quo conſule WACHTERUM.

FÖRSAKA, renuntiare. A. S. *forſecgan*. Al. *farſabhan*, *firſaban*, *vorſakan*. Belg. *verſaeken*. *verſeggen*. negare. Germ. *verſagen*. Angl. *forſake*. De etymo hujus vocis, in diverſa abire video Criticos. PALTHENIUS, vir eruditiſſimus & nulli ſecundus, in *Annot.* ad TATIANUM, p. 334. fluctuat in eo determinando, utrum nempe ortum credi debeat a *ſakan*, arguere, an a *ſuueigan*, tacere, quum videatur idem notare, ac tacendo ſimulare. Sed, ut verum fatear, non erat, cur poſterior hæc conjectura diu illum moraretur, utpote quæ ſono & ſignificatu nimis diſtat, quam ut huc pertinere poſſit. WACHTERUS pedibus in priorem opinionem abit. Si vero vetera Patriæ noſtræ monumenta conſulueris, illud a *ſæga* deducendum eſſe, facile judicaveris, quum in Scriptis medii ævi promiſcue *widerſaga* & *mederſaka*, *afſæga* & *afſaga*, *forſæga*, *förſaga*, & *forſaka* ſcriptum inveniatur. In INSTITUTIONE REGIA, qui monaſticam vitam amplexati erant, illi eſſe dicuntur, *ſom fly och forſæga vereldzlik gods och æro*: qui renuntiant mundanis opibus & gloriæ, pro quo pag. 5. dicitur *vidrſæga værulldzlikt godz*, renuntiare mundanis opibus. Iſl. *neyta*, negare, eodem ſenſu uſurpari, in tranſcurſu monuero. OL. TRYGGV. S. Part. 2. p. 60: *Neyta ſcandanum oc allri ſkurdgoda villu*: renuntiare diabolo & omni idolorum errori. De cetero, quum vox hæc fere eccleſiaſtici uſus ſit, & uſurpata de abnegatione ſui rerumque mundanarum; facile credi poſſit, eam fictam eſſe a primis Euangelii Præconibus ad amuſſin vocis alicujus peregrinæ, & haud dubie Latinæ. Subiit ſuſpicari, quum a *cauſſa*, quod Gothi tranſpoſitis literis *ſak* dicunt, ortum ſit *recuſare*; hos a ſua voce feciſſe *förſaka*. Sed ſi hæc conjectura audacior viſa fuerit, præcedentium quæpiam adoptari poterit.

II. Negare. JOH. 18. 20. *Och han bekände och förſakade icke*: confitebatur, & non negabat. Apud Helſingos hodieque ſimplex *ſaka* eodem ſenſu viget, & apud Alemannos *verſaken*, *vorſaken*, *verſecken*. Conf. HALTAUSII *Gloſſ. Germ.* in *verſagen*. & v. infra in *ſaka*.

III. Perdere, caſſum reddere. UPL. L. *Jord. B. C.* 12. *Hawi tha forſaghat gipt ſinni, ok trädhis ariu*: i. e. ex interpretatione LOCCENII, nihil habebit pro arrha & arationis labore. Quum *ſak* apud veteres Juriſconſultos noxam & mulctam denotet, videtur hine *förſaka*, & *förſaga* inde oriundum eſſe, &

proprie denotare, incommodum ex ſuo quodam facto illegitimo experiri.

FÖRSAMLA, colligere, congregare. Germ. *verſamlen*. Gall. *aſſembler*, a *ſamla*, quod vide: hinc derivatur *förſamling*, concio, eccleſia.

FÖRSÄTTA, male collocare, ita ut quærentem fruſtretur, a ſimplici *ſätta*, collocare: ubi vero de facultatibus ſermo eſt, notat diſperdere, obligurire bona ſua: forſan a Germ. *zettern*, quod, auctore WACHTERO, notat diſpergere, ſpargere, cujusque jam apud OTFRIDUM veſtigia inveniri creduntur. Confer adferenda in v. *ſqvättra*.

FÖRESÄTTA, proponere. *Jag har föreſatt mig, att reſa*, conſtitui iter ſuscipere.

FÖRSÅT, inſidiæ. Ut vox Latina a ſedendo nomen habet, ita a *ſitta* nos, Gothicique orbis dialecti aliæ, ſtructis aliorum ſaluti laqueis nomen dedimus. In LEGE UPLANDICA, *ſata*, id. *Manh.* B. c. 7. *Siter madur i ſatu, vil diur ſkiuta*: ſi quis in inſidiis fuerit, feram aliquam interfecturus. A. S. *ſætinga*, inſidiæ, *ſætigend*, illaqueans. Iſl. *umſatur*, inſidiæ. OL. TRYGGV. S. c. 58.

FÖRSE SIG, errare: proprie notat male videre, ex errore viſus aberrare: deinde traducitur ad quodvis culpæ genus: radix eſt *ſe*, videre, cui præfigitur *för*, ſenſui vitium utplurimum affricans. *Förſeende*, error.

FÖRESE, proſpicere, prævidere: unde *forſea*, prudentia. KON. STYR. p. 143. *Land och rike uprættas af viſa manna forſeo:* imperia amplificantur ſapientium virorum prudentia. Iſl. *forſia*, id. *förſial*, prudens.

II. Spem vel metum concipere, qui effectus eſſe ſolet rerum prævifarum. I. MACCH. 3: 21. *Förræn the thes förſågo ſig*, antequam id ſperaverant. *Förſe ſig till någon*, ſpem in aliquo reponere. Al. *firſehen*. OTFR. Lib. IV. c. XXX: 61.

III. Providere, neceſſaria ſubminiſtrare: *förſe ſitt husháll*, rei domeſticæ providere. *Han är väl förſedd*, omnibus rebus affluit.

FÖRSIGTIG, providus. *Förſigtighet*, prudentia.

OFÖRSEDT, temere, ex improviſo.

FÖRSEGLA, ſigillum imprimere. Vox hybrida, ſed vetuſta. ULPHILAS enim jam habet MATTH. 27: 66. *faurſigliandans thana ſtain*, obſignantes lapidem. v. infra in *ſigill*.

FÖRSINA, exſiccari. HOS. 9: 14. *Förſinad bröſt*, ubera non amplius lactantia. v. infra in *ſina*.

FÖRSINNA, prævidere. CHRON. RHYTHM. MIN. p. 238.

En Marschens wæn fick thet forſinne:
Quidam Mareſchalli amicorum id præſciit.

A *ſinne*, animus, unde *beſinna*, cogitare.

FÖRSITTA, ſuperſedere, negligere. Eſt terminus juridicus, cujus uſus eſt, dum neglectum jurium indicare volumus. *Förſitta ſin rätt*, jus ſuum non perſequi. *För* in hoc & ſimilibus verbis huitionem legalem indicat. conf. *förwerka*, *förgöra*, &c. v. LAGERLÖFS *Auct. ad Orthogr. Succ.* p. 12. Conf. infra *ſitta*, ſedere.

FÖRSKÅL, diſtinctio, diſcrimen. Hoc ſenſu non raro occurrit in Diplomatibus antiquis. Sax. *verschæl*, id. II. Rationis uſum, qui quippe in rerum compoſitione & diviſione magnam partem exſeritur. GOTHL. L. c. 19: §. 59. *Far þau forschiel*: ſi tamen rationis uſum retineat. Cfr. §. ſeq. & DAL. L. p. 11. ubi pro *förschål* occurrit *förmæli*, de quo ſupra.

FÖRSKICKA, mittere. A ſimplici *ſkicka*, id. II. Ordinare. JEREM. 52: 34. v. radicem.

FÖRSKJUTA, jaculari. DEUT. 32: 23. *Jag ſkall förſkjuta alla mina pilar på them:* omnia mea tela in eos conjiciam. Simplex eſt *ſkjuta*, id. II. Deſerere, ejicere. *Förſkjuta ſin huſtru*: uxorem ſuam repudiare. In veteribus Pandectis *utſkut ſtol* dicebatur, quum quis legitimam uxorem res ſuas ſibi habere jubens, cum alia conſueſcebat. v. UPL. L. *Arfd.* B. c. 6: §. 3. Apud Iſlandos *ſkjuta* eodem ſenſu occurrit. HEIMS KR. Tom. I. p. 128. *Margir Rikismen ſkutuz bonom, oc foro til* HACONAR: multi civium primariorum illum deſeruere & ad HAQUINUM ſe contulere.

FÖRESKJUTA, impenſas prænumerare: unde *förſkott*, ſubſidium futuri operis & prænumeratio vectigalis. v. ST. L. *Kon.* B. c. 19.

FÖRSKYLLA, mereri. Ant. *förſkulla* & *förſkulda*. JEREM. 49: 12. *The ſom intet förſkullat hafwa, at dricka kalken, the måſte drickan:* qui ſuo delicto non meruere, ut calicem ebiberent, coacti ſunt ebibere. LAUR. PETRI *Poſtilla. Dom.* 3. Adv. *The förſkylla thermed ſå mycket ſtörre fördömelſe:* tanto majorem condemnationem ſibi arceſſunt. Germ. *verschulden.*

Digitized by Google

II. Compenſare. *Föſkylla ens arbete*, laborem alicujus compenſare. Apud Auctores medii ævi ſcribi ſolet *werdſkylla* (unde *werdſkylldt*, merito. *Prolog.* Lib. II. MACCH.) quod eſt, pretium rei rependere.

III. Reddere, ferre fructum, tanquam laboris mercedem. KON. STYR. p. 151. *Hwilkin förgör mera, än hans ingiäld bonom förſkulda:* quicunque plus conſumit, quam quod reditus ejus ſuppeditent.

FÖRSLÅ, indicare, quanti res ſit conſtitura, ut ſolent locatores operum accepti & expenſi rationem reddere, aut faciendos ſumtus determinare. Ut vero nominis ratio conſtet, ſciendum eſt, *ſlå* in noſtra Lingua eſſe verbum arithmeticum, idemque notare, ac numerare, calculos ponere. OSTG. L. *Arfd.* B. c. 12. *Sidan ſkal han rækna, hwat af hans godz æller af hans jord gik um arit, ocb ſla thet förſt i gialdit:* poſtea reputabit, qui annui ejus reditus fuerint, illoſque debito annumerabit. CHRON. RHYTHM. MIN. p. 13.

För XXM man man thet ſloo:
Numerabantur viginti millia hominum.

Conf. CHRON. MAJ. p. 50.

För ena fruga hon ſik ſlog.
Inter Matronas privatas ſe numerabat.

Id. p. 412.

Then andra almogen kunde ingen förſlå:
Ceteram multitudinem nemo numerare potuit.

Ita *ſlå öfwer*, calculos ponere. v. infra in *ſlå*. Quod vero ad præſens *förſlå* attinet, illius certiſſima veſtigia deprehendimus in veteri L. Alemannica; a voce enim noſtræ cognata originem haud dubie ducit illud *unfirſlagan*, quod apud OTFRIDUM, Lib. III. c. VI: 17. & IV, XVI: 34. notat innumerabilem: *unfirſlagan heri*, turba non numerabilis. SCHILTERUS vertit denſiſſima, ex conjectura magis, quam quia ratio interpretationis adfuit. II. Sufficere. *Thet förſlår ej*, proprie idem eſt, ac ſi dicerem, numerum id non auget, deinde vero notat idem, ac ſatis non eſſe, non ſufficere.

FÖRSLAG, ratio expenſarum. *Giſwa in förſlag*, indicare, quanti res aliqua ſit conſtitura. Saxon. *verſlag*. 2. Spes, idea. *Göra ſig ſtora förſlag:* magnas ſpes animo concipere. 3. Denominatio trium Candidatorum ad munus vacuum, ex quibus Rex, aut illi, quorum intereſt, unum eligunt.

FÖRSLAGEN, callidus. Germ. *verſchlagen*. Sax. *verſlagen*. Si prius allatis cognatum eſt, notabit eum, qui cito & facile formam operis alicujus alteri ſubminiſtrare, vel impendendos ſumtus indicare valet. Vel etiam, quod veriſimilius eſt, originem habet ab Iſl. *ſlægur*, callidus, unde *ſlægvitur*. id. Alius vero originis eſt *forſlegbin*, in LEGE BIRC. c. 26. §. 4. ubi notat eum, cui aqua & igni interdictum eſt: qui alias *utlægur* dicitur, & L. B. *forislagus* & *utlagus*. v. infra, in v. *utlager*.

FÖRSLITA, deterere: a *ſlita*, rumpere, terere. Deinde ad imitationem ſermonis Latini, ubi diſtrahere idem eſt ac divendere, teſte SUETONIO, ULPIANO aliiſque, Suethica vox novo hoc ſignificatu aucta eſt. *Statutum Telgenſe*, de anno 1491, annexum LEG. BIRC. §. 7. *Hwad köpmannen the ſex wikor icke förſlydha kan:* quicquid mercator hiſce ſex hebdomadibus diſtrahere nequit. Conf. STIERNMANS *Acta Oecon.* Tom. I. 161.

FÖRSLÖSA, dilapidare. v. *ſlöſa*.

FÖRSMÆCKTA, deficiſci, attenuari, ſive dolore, ſive ſiccitate, ſive alio quocunque corporis animiqve tormento. Germ. *verſchmachten*. Parturiit illa vox noſtratem, ſed ita tamen, ut radicem nos ſervaverimus. *Små* enim tenuem notat. Al. *ſma*, unde *ſmæka*, minuere, attenuare.

FÖRSMÆDA, ignominia afficere, opprobriis onerare, v. *ſmæda*. id.

FÖRSMÅ, ſpernere, parvi pendere: in CANT. S. N. 359. *Förſmå ej thet jag beder*, ne ſpernas preces meas. Apud NOTKERUM, *Pſalm.* 106: 40. occurrit *forſmaheda*, contemtio, allatum etiam a SCHILTERO, in *Gloſſario*, quod tamen exſcriptoris vitio mihi videtur tribuendum, quum Auctoris haud dubie fuerit *forſmaheda*, a communi cum noſtro hoc radice, adjectivo ſcilicet defectivo *ſmå*, parvus, quod in neutro tantum genere ſingulariter ponitur, pluraliter vero de quocunque: hinc *ſman* Iſl. contemtus. OL. TRYGGV. S. Ed. Skalh. P. 2. p. 275. *Almikill ſman er þat ſlikum Kungi:* ingenti id opprobrio eſt tali Regi.

FÖRSMÆILSE, contemtus. KON. STYR. p. 93.

FÖRSNILLA, technis ſtrophiſque uti. RECESSUS WADSTEN. de anno 1524, in Januario, §. 3. *Att the Danſke köpmæn faſt illa förſnelladhe ok bedrogo* the

Digitized by Google

the Swenſke underſather: quum mercatores Dani turpi fraude uterentur adverſus Sueciæ cives. Credi poterit, veteres olim *ſnidla, förſnidla* dixiſſe, a *ſnid* vel *ſned*, fraus: ſed ortum alii verius autumant a *ſnell*, velox; Germani certe *beſchnellen* dicunt, a *ſchnell*, celer, quum vafrities agile ingenium promtasque manus requirat. Belg. *verſnellen*: ita *fusſla*, clanculum ſurripere, factum eſt a *fus*, citus. Et malim, vocem pro peregrina habere, & cum voce artem.

II. Defraudare. *Förſnilla kronans inkomſt*, peculatum committere. Eſt hic ſenſus, qui hodie, priore in deſuetudinem abeunte, viget.

III. In JURE GOTHLANDICO *Germanico*, p. 59. vox *ſnellen*, HADORPHIO interprete, notat, quum ipſe alium injuria affeceris, ipſum tanquam ſontem deferre, & ultro accuſare.

FÖRSOFFAD, attonitus, ſtupidus. 1. SAM. 28: 5. *Hans hjerta wart mycket förſoffadt*: cor ejus ſtupor inceſſit. Belgæ delirum *ſuff* appellant, unde *ſuffen*, *verſuffen* eſt, mente turbari, ſtupeſcere. Saxon. *verſuffen* vel *verzuffen*, id. v. IDIOTICON HAMBURGENSE, p. 324. Crederes *ſuff* & *ſuffen* cognationem habere cum noſtro *ſöfwa*: quod ſi fuerit, mentem dicet præ delirio ſopitam.

FÖRSONA, reconciliare. Germ. *verſünen*, a communi fonte *ſon* vel *ſaun*, cujus vocis primigenia ſignificatio occurrit apud ULPHILAM, *Marc.* 10: 45. ubi lytrum notat, ſive id, quod pro placando altero datur. *Giban ſaivala ſeina faur managan ſaun*: dare animam ſuam redemtionem pro multis. Deinde II. in Scriptis medii ævi denotat amicitiam, compoſitionem, pacem. *Litteræ* ALBERTI Regis, in ACTIS HAUN. Tom. IV. p. 236: nec non *Litteræ* CHRISTIERNI & CAROLI Regum, in *Actis Publ.* HADORPHII, p. 156. *Wi hafve endræghtelig forramed ſwodan dattinge, fredh oc ſonæ*: unanimiter eam inivimus conventionem & pacem. III. Mercem, tributum, & quæ aliæ ſunt, vel officii partes, vel perennaturæ pacis pignora. In *Litteris* GUSTAVI I. de anno 1538. d. 15. Febr. accipitur IV. pro penſione annua, Regi pendenda. v. STIERNMANS, *Stat. Oeconom.* Tom. I.

II. Expiare, ut dum EXOD. 29: 36, 37. exſtat *förſona altaret*: h. e. omnem noxam altari demere. Conferri forte debet Latinum *ſons*, quod vitio quodam laborantem notat: quid quippe aliud eſt *förſona*, quam inſontem reddere?

FÖRSÖKA, tentare, experiri. *Hiſt.* ALEX. MAGNI *Rhythm.*

Thetta hawer jag nu förſökt:
Id modo expertus ſum.

Ger. *verſuchen*, Belg. *verſoecken*, a ſimplici *ſöka*, quod quærere notat, id quod faciunt tentamina inſtituentes.

FÖRSÖNA, negare, EXOD. 22: 27. *Om hennes fader förſön honom henne*: ſi illius pater ipſi eam denegaverit: a ſimplici *ſöna*. Iſl. *ſynja*, id. SPEGELIUS huc referendum putat *junia, ſonia, ſonius*, quod in JURE LONGOBARDICO notat impedimentum legale. Sed quæ de hac voce Latino-Barbara noſtra ſit opinio, infra, ad v. *ſyn*, neceſſitas, trademus.

FÖRST, primus. Al. *furiſt.* A. S. *fyrſt*, *ferſt.* Angl. *firſt.* Iſl. *fyrſtur*. Superlativus particulæ *för*, ut a πρὸ fit πρώτιςος.

FÖRST, adverb. primo. *Förſt på året*, ab initio anni. *Förſt och ſidſt.* II. prius. *Jag vill förſt göra thet*, id in anteceſſum faciam. III. modo ſi. *Præf.* ORDIN. ECCLES. anni 1571. *Forſt man uteſluter miſſbruk och förargelſe*, modo excludatur abuſus & ſcandalum. UNIO CALM. apud HADORPHIUM, in *Actis Publ.* annexis CHRON. RHYTHM. p. 118. *Förſt doch ſwa, at hvart Rike blifver wid ſin lagh och rätt*: ſed ita tamen, ut quodlibet regnum jura ſua tueatur. Conf. infra in *faſt*, quamvis.

FÖRSTLING, primitiæ.

FÖRSTFÖDD, primogenitus.

FÖRSTE, primas, qui in imperio primus eſt. Sic JOANNES BENEDICTI, Archi-Ep. Upſalienſis, ſub turbis, quæ Patriam poſt medium Seculi XV concutiebant, ſeſe *Swériges Furſte* nuncupavit, id eſt, primatem Sueciæ, quem titulum tamen non potuit non CAROLI R. ingratiis gerere, ut ipſe teſtatur in *Literis*, ad Capitulum Upſalienſe, de anno 1464. apud HADORPH. ad fin. CHRON. RHYTHM. p. 235.

II. Princeps. Gerunt hunc titulum ipſi Reges, qui ſine dubio omnium in regno primi ſunt, unde in Scriptis medii ævi occurrit: *Wår Nådigſte Herre och Förſte.* Ceterum communiori uſu ita appellantur, qui vel ex regio ſanguine orti, in ſpem imperii adoleſcunt, vulgo *Ryſſurſtar* appellati, vel alias a regibus ſecundam dignitatem tenent.

Digitized by Google

nent. Hinc *Förſtinna*, Dux, *Förſten dôme*, Ducatus.

FÖRSTÅ, intelligere. Al. *firſtan, far ſtantan*. Belg. *verſtaan*. Germ. *verſtehen*. AngloSaxones particulam aliam eidem verbo prætigendo dicunt *underſtandan*, Angl. *underſtand*, a quo nos habemus *underſtå*, id. Originem hæc omnia ducere videntur a *ſtå*, ſtare. Sed miratur merito in *Teutoniſmo* ſuo Mylius, qui fieri potuerit, ut per omnes Scythicas dialectos a corporis quiete nomen intellectui noſtro deligere voluerint primi nomenclatores. Wachterus ſibi rationem quam quæſivit Mylius, inveniſſe viſus eſt in intellectu fluctuante, dubitante & ulterius progredi non auſo: ſed uti animadvertit, ægre ipſum intellectum ab eo ſtatu nomen ſortiri potuiſſe, ubi ab operatione ſua ceſſat, tandem conjicit; *ſtan* eſſe vocabulum Germanicum, quod ab αἰσθάνομαι, ſentio, ortum ſit, quodque dein pro ſuo arbitrio tanquam domi natum amarunt Majores. Sed niſi ego admodum fallor, nec pedibus veteres Scythæ intellectum tribuerunt, nec opus erit, novam aliquam vocem comminiſci, quæ ænigma ſolvat; ſed ut paucis, quid ego divinem, dicam, veriſimile mihi videtur, eos, qui primi mentis operationes vernacula Lingua traditur erant, in animo habuiſſe Gr. ἐπίσταμαι, ſcio, intelligo, unde ἐπιστήμη, ſcientia, peritia, ἐπιστήμων, ſciens, peritus: quæ licet ab ἐπὶ & ἵσταμαι fere deriventur, facere tamen potuit analogia aliarum vocum, ab ἵστημι oriundarum, ut huic radici aſſignaretur, eundem in modum ac ab ἀφίσταμαι, *afſtå*, ἀνίσταμαι, *uppſtå*, ἐφίσταμαι, *beſtå*.

II. Reſciſcere, comperire. *Jag har förſtått, att ſå är*, comperi, ita eſſe. *Låta en förſtå*, notum alicui facere. Al. *farſtandan*. id. Tatianus, Cap. VII: 2. *Ni forſtuntun thas ſine eldiron*, non noverunt id parentes ejus.

III. Notat tacito fœdere alteri conjungi; *the förſtå ſig wäl*: nil inter eos offenſæ eſt. Hinc *förſtånd*, *godt förſtånd* dicitur de amico convictu, & cui nil ſubeſt doli. *Hemligt förſtånd*, ſecreta conventio.

IV. De pignore uſurpatum denotat illud ultra tempus, quod convenit, abſque ſolutione remanſiſſe, atque adeo creditori ceſſiſſe. St. L. *Köp*. B. c. 9.

FÖRSTÅND, intellectus: Veteres *ſkæl* dixere, a *ſkilja*, diſtinguere, percipere.

FÖRSTÅNDIG, ſapiens, ἐπιστήμων.

FÖRESTÅ, præeſſe. Germ. *fürſtehen*.

FÖRSTOCKA, indurare. Terminus theologicus, a Germanis mutuatus, qui *verſtocken* eodem ſenſu uſurpant, idque radicem habere tradunt *ſtock*, durus, auctore Wachtero.

FÖRSTÖRA, turbare, ordinem pervertere. *Förſtöra en ſtad* eſt urbem deſtruere, quod prope accedere videtur ad Græcum ϛορέω, ſterno, proſterno. A. S. *ſtyran* eſt ciere, movere. Angl. *ſtirr*. Iſl. *ſturla*, perturbare, *ſturlaſt*, everti, unde *ſturladur* eſt animi perturbatus. Hodie *förſtörd* dicimus. Ital. *ſtordito*. Gall. *étourdi*. L. B. *ſtordatus*. v. Du Fresne, in *Gloſſ.* ubi hæcce omnia derivat a vetere Gallorum *eſtour*, prælium; impetus. Apud Ulphilam invenimus, *Marc.* 14:5. *andſtaurraidedun tho*. quod eſt fremebant in eam. In ſummam hæ metaphoræ collectæ, in eo conſpirare videntur, quod denotent motum, ab animo minus ſedato provenientem.

FÖRSUMA, negligere. Ant. *forſyma*. Alex. Magni *Hiſt*.

Han forſymade ſik i ångin tima:

Nunquam quid pigrando neglexit. Iſl. *forſoma*. Deut. 7. *Han förſömar icke at endurgiallda*, non negligit rependere. Germ. *verſeumen*. Belg. *verzuimen*. Ab initio fuit terminus juridicus, uſurpatus de eo, qui vadimonium deſerebat. L. B. *ſumis* eſt legitima & ſontica abſentiæ cauſſa. Lex Salica, Tit. 19: 6. *Si in mallum vocatus fuerit, & is, qui vocatus eſt, non venit, ſi eum aut infirmitas, aut Ambaſcia dominica detinuerit, vel forte aliquem de proximis mortuum intra domum ſuam habuerit, per iſtas ſumis ſe poterit homo excuſare*. Unde vero domo hoc *ſumis* ſit, me ignorare fateor: nimis vero mihi longe petitum videtur, quod Wachterus credit, ita dici impedimentum, ut *ſaum*, clitellæ, eſt impedimentum equorum. Præſtat, nihil dicere, quam per colla & crines vocabula, quo lubet, trahere. Quæ Hickesii de hac voce opinio ſit, videri poterit, in *Epiſtola* ad Showerum, p. 8. Kilianus Gallicum *chomer* Gothicis hiſce cognatum eſſe putat.

II. In Scriptis medii ævi non meram negligentiam, ſed etiam contra jus & fas illatam vim denotat. Occurrit hoc ſenſu in Actis Publicis non raro: ut in *Convent. Armiſtitii* inter Ericum R. & Ca-

Digitized by Google

CAROLUM CANUTI, Mareſchallum, apud HADORPHIUM, ad fin. CHRONICI RHYTHMICI, p. 137. *Ware thet och ſå, at nogor ſik förſumer i förnämde tid:* ſi quis alterum violaverit hoc dicto tempore. Ib. p. 101. *Att wor nadoge Herre Konung och Cronen och Rykit wforſomethe blyfwe:* ita tamen, ut Regi, Imperioque nihil fraudis fiat.

FÖRSWARA, defendere. v. in *ſwara.*

FÖRSWERJA, pejerare. Ulph. *Matth.* 5: 33. *farswaran.* A. S. *farsweran.* Germ. *verſchweren.* Ut a jurare fit perjerare vel pejerare, ita a *ſwerja* fit *förswerja*, particula *för* vitium in actione indicante.

II. Jurata fide rem quampiam derelinquere. *Förswerja ſpel*, jurare, ſe nunquam ludis indulgere velle.

FÖRSWINNA, evaneſcere. *Hiſtoria* ALEXANDRI M.

Som alzänckte then iis förswinder:
Inſtar nihili glacies illa aufugit.

Germ. *verſchwinden.* NOTKERUS, *Pſalm.* 52: 5. *Siu förſuuundun alſo ſcato:* evanuere tanquam umbra: a ſimplici, ſed jam obſoleto *ſwinna.* Al. *ſuuinan.* OTFRIDUS, Lib. 2. c. XII: 35.

Thaz minu uuerke ſuuinen:
Ut mea opera minuantur.

FÖRSYN, providentia. *Guds förſyn*, Divina providentia, a *ſe*, videre, *ſyn*, viſio. *Receſſus Stregnes.* anno 1529, p. 111. edit. STIERNMAN. *Som nu rentan är ſtor, och icke ſådanne forſyn med, ſom dertil behöfdes:* quum reditus (monaſteriorum) ingentes ſint, earumque cura haud talis, qualis eſſe deberet. Iſlandi *forſia* dicunt. *Förſyna* veteribus notabat providere. Hinc *ofyriſyniu ſla nockurn i hel*, in BIBL. ISLANDICIS eſt improvide vel caſu fortuito aliquem occidere. *Numer.* 35.

II. Pudor, Reverentia. DEUT. 28: 50. Occurrit etiam *wederſyn* hoc ſignificatu. v. TEGELS *Hiſtor.* GUSTAVI. I. p. 85. AngloSaxonice *forſeon* eſt erubeſcere. *Luc.* 9: 26. *Se the me and mine ſpræca forſyhth*, ubi VERSIO VULGATA habet: qui me & meos ſermones erubuerit. Credidero, Majores hoc vocabulo exprimere voluiſſe Gall. reſpect, & quod Latini dicunt reſpectus perſonarum.

FÖRTAGA, præripere, impedire. 1. SAM. 25: 34. II. Perperam capere, unum pro alio.

FÖRTALA, male loqui, obtrectare, a *tala*, loqui. Hinc *förtal*, obtrectatio, ſed *företal*, præloquium.

FÖRTÄLJA, narrare. Vox nova & facta ad exprimendum Germ. *erzelen.*

FÖRTÄNKA, aliquid alicui ſequius interpretari vel malo factum cenſere. *Jag förtänker honom, att han gjorde thet:* male factum ab eo reputo. Germ. *verdencken.*

II. Reminiſci, conſiderare. *Litteræ Senatorum ad Provincias Regni*, de anno 1526. *Eder væl förtäncker, huruledes:* meminiſtis probe, quemadmodum &c.

FÖRTÖRNA, irritare. Germ. *erzürnen.* LEX GERM. GOTHLANDORUM veterum habet *in tornem mode*, irato animo.

FÖRTRÅDA, conculcare. ROM. 16: 20. Alias quoque *förtråda ett åmbete* eſt muneri alterius loco præeſſe: a *træda*, calcare, ire. Latini ſimiliter dicunt obire munus.

FÖRETRÆDE, præcedentia. Germ. *vortritt.*

FÖRTRÆFFELIG, excellens. Germ. *vortrefflich, trefflich. För* heic ſenſum intendit, quem alias ſæpe corrumpere ſolet. Docet WACHTERUS, a *treffen*, pollere, hocce noſtrum eſſe derivandum: ſed quum illius philologemata non ſatis idoneis nitantur teſtibus, rem in medio tantisper relinquimus. v. infra, in *treffa.*

FÖRTRET, moleſtia, tædium. Germ. *verdruſs*, quod genus refert ad dialectos omnes vetuſtiores. Ulph *uſthriutan* eſt moleſtiam faceſſere. *Luc.* 18: 5. *usthriutith mis ſo viduvo*, moleſtiam mihi faceſſit hæc vidua. WILLERAMUS, in *Cant.* 2: 5. *Mih thero uuerelde verthruzet*, me tædet hujus mundi. *Gloſſ.* LIPSIANÆ *farthroza*, tædium. A. S. *athroten*, pertæſus.

FÖRTRETA, moleſtiam faceſſere.

FÖRTRYTA, pœnitere, inique ferre. A. S. *me athryt*, pœnitet me, *athroten*, pertæſus. Germ. *verdrieſſen.*

II. Interdum idem eſt ac præcedens *förtreta. Hiſt.* ALEX. MAGNI.

The båtra then törſt them för förtrööt:
Illam ſedant ſitim, quæ prius moleſtiam faceſſivit.

III. Invidere. *Förtryta öfver en annans lycka*, alterius fortunam limis adſpicere.

IV. pigrari. CHRON. RHYTHM. MAJ. p. 373.

Han giorde ther the ſköneſte mak,
Andra förtryta them holla med tak:
Ibi pulcerrima conclavia ſtruenda locavit,
Quæ jam farta tectaque ſervare alii pigrantur.

Credidero vero, ultimam hanc ſignificatio

Digitized by Google

tionem diverſæ originis eſſe. *Tryt* enim notat tarditatem in explendo officio. Westg. L *Rättl. B.* c. 12. §. 1. *Bär han thryt vid*: ſi tergiverſetur. Iſl. *þrotur*, virium defectus, *þrot*, id. Hinc *oförtrutεn*, indefeſſus, quem laboris non piget. Gr. *ἄτρυτος*, id. a *τρύω*, fatigo. Eſt vero, ubi hoc etiam in bonam partem ſumatur, ut in Chron. Rhythm. Min. p. 203. *Allan ovilja förtryta*, omnes deponere ſimultates, niſi & hoc alterius ſit proſapiæ, utpote ortum a *tryta*, deficere, de quo ſuo loco.

FÖRTWIFLA, deſperare. Germ. *verzweiffeln*. v. *twifla*, dubitare. *För* ſignificationem heic adauget.

FÖRTWINA, marceſcere. v. *twina*.

FÖRWANDLA, permutare. v. *wandla*.

FÖRWANT, neceſſarius, cognatus. Quum vox hæc, utut domeſticæ ſtirpis, peregrinitatem tamen induerit, nil convenientius erit, quam ipſos Scriptores Germanos, & omnium inſtar, Wachterum adire, qui de hac voce ita commentatur: "qui propin- "quum ſic dictum putant a *wand*, pa- "ries, quaſi parieti proximum, viden- "tur imitari eos, qui vocem Latinam, "adfinis, a finibus deducunt, quaſi ad- "finis ſit confinalis & conterminus. Sed "præſtat, utramque vocem, tam Germa- "nicam, quam Latinam, ex eodem fon- "te haurire, nempe a *win*, amicus, "cujus antiquitatem infra oſtendo. "Quemadmodum enim a *freund*, amicus, "ſit *befreundter*, cognatus, ita a *win*, "amicus, per varias particulas præpoſi- "tivas & poſtpoſitivas eodem partu "naſcuntur *affinis* & *verwanter*, ſen- "ſu ab amicitia ad cognationem trans- "lato. Qua in re nihil inſolens eſt. "Nam etiam hodie propinquos ſolemus "appellare *freunde*. h. e. amicos, & to- "tam eorum collectionem, *freundſchaft*, "h. e. amicitiam, nomine dilectionis & "benevolentiæ ad conjunctionem ſan- "guinis traducto, quia cognati ſolent "eſſe chariores cæteris.

FÖRWARA, præmonere. Actor. 9: 24. *Men* Paulus *wart förwarad om the ras förſåt*: Paulus admonitus fuit, ut caveret ab eorum inſidiis. Hinc *förwaring*, admonitio. Esth. 6: 2. Indidem quoque eſt, quod dicamus, *komma oförwarandes uppå en*: necopinato in aliquem incidere, proprie ita, ut nemo præmonuerit adventum. In Lege Ostg. *Kriſt. B.* c. 8. §. I. dicitur, hoc eodem ſenſu, *tilwara*, & in Lege Westrog. *Kirk. B.* c. 6. *wiawara & lagwara*, quorum poſterius eſt, legitime præmonere. *Thä ſkal Præſter Biſcup widwärä*, tum Sacerdos Epiſcopum admonebit.

II. Servare, cuſtodire. Germ. *verwaren*: *förwar*, cuſtodia, a ſimplici *wara*, quod ſuo loco occurret, quodque videre, obſervare, cuſtodire notat, ejuſdemque proſapiæ eſt, ac *wårda*, Gall. *guarder*, quæque hujus generis ſunt alia.

FÖRWÅRDA, perire. Kon. Styr. p. 1. *Alt thet ſkapat är, torf hawa ſtyrilſe, älla ma thet affſkedes ganga, ok ſkőt förwarda*: quicquid eſt creatum, regimine opus habet, quippe ſine quo aberrat, citoque perit. In L. Mœſogothica occurrit, *Matth.* 6; 16, 19. *Frawaurdjand andwairthja ſeina*, perdunt facies ſuas. A. S. *forvyrdan*, *forweorthan*, perire. Al. *faruuertan*, *feruuerten*, *foruuerden*, quibuſcum convenit Belg. *verworden*. Tatianus, c. 52: 4. *Truhtin heili unſih*, *uuanta uuir faruuerden*: Domine ſerva nos, nam perimus. Germani hodierni, cognato vocabulo, dicunt *verweſen*, corrumpi. v. Palthenius, l. cit. p. 357. *För* heic diſtinctionis nota eſt, ut adeo *förwarda* notet eſſentiæ finem, h. e. perditionem.

OFÖRWARDAD, incolumis, ſalvus. Teſtamentum Boetii Jonæ. *Så at min ſiäl är aldeles oförwardat*: ita ut anima mea ſalva ſit. ib. *Swerikis rijke oförwardat*, ſalvo Regni Suecani jure.

FÖRWÅG, proprie notat præcurſionem, quando quis alterum prævertit. *Wara i förwåg*, prævertere: alias vero frequentiſſime uſurpatur, quando quis iter anticipavit, ut alteri inſidias ſtruat. *Lägga ſig i förwåg*, *lägga ſig i förſåt*. Germ. *verwegelagern*.

FÖRWÅLLA, carnes, ut ita dicam, ſemielixare. Crederes facile, factum eſſe hoc vocabulum a *wålla*, ſcaturire, quum, quæ coquuntur, ebulliant: ſed non dubito, quin ars coquinaria exterorum hac voce Linguam noſtram locupletaverit. Galli quippe, quos jam diu juris peritos ſequimur, hoc ſenſu *pourbouiller* dicunt; quod ad Anglos tranſiit, quorum eſt *parboil*, unde nos tandem *förwålla* fecimus. Turbat ſæpe in peregrinis vocibus licentia, qua utimur, ad ſono propinquas alias eas deflectendi.

FÖRWEGRA, negare. v. *wægra*.

Digitized by Google

FÖRWERKA, crimine quodam obnoxium reddere, vel, ut cadens Latinitas, hoc verbum expreſſura, dixit, *forfacere, foriſfacere. Förwerka lifwet*, capital facere. SUDERM. L. *Kon.* B. 9. *Nu ma ångin annars forwårka*: nemo alterius res ſuo crimine obnoxias reddere poteſt. ÖSTG. L. *Wad.* B. c. 4. *Nu ſtial man ålla kuna, ok firiwærka ſær*, ſi furatus fuerit mas aut femina, ſeque obnoxium reddideerit captivitati. Eodem modo locuti ſunt Gothici ſanguinis populi omnes: ut ab Alemannis initium faciam, ſuccurrit locus OTFRIDI, Lib. III. Cap. XVII: 24.

Meiſtar uuizıſt thaz thiz uuib
Firuuorabt habet ira lib:
Magiſter ſcito, quod hæc femina
Rea ſit ſuæ vitæ.

Conf. c. XX. 18: & JUS ALEM. C. XXXVIII. v. 1. AngloSaxones uſurparunt *forvyrcean.* L. L. INÆ R. 5. apud JUNIUM, in *Gloſſario Ulphilano*, p. 171. *Gif hva his hyde forvyrce*, ſi quis corium ſuum forisfaciat. CÆDMON, 21: 1. *forvohrte ic hafa mines theodnes hyldo*: perdidi Domini mei favorem. Conſpirat Lingua Moeſogothica, ubi *fravaurkjan* eſt peccare, *fravaurhts*, peccatum, *fravaurhtans*, peccatores. Qui modo dictam vocem *fravaurkjan*, cum Latino *prævaricari* contulerit, obſervaveritque, præter cognatas *f* & *p*, quæ heic alternant, ceteras omnes literas easdem omnino in utriusque Linguæ vocibus eſſe, facile deſeruerit veterum etyma, vel a varia certatione, quæ olim LABEONIS ſuſpicio erat, vel etiam a varicis cruribus, aut incurvo corpore, quæ derivatio auctoritate PLINII nititur, in *Hiſt. Nat.* Lib. 18: c. 19. Sed quod ad originem vocabulorum Latinorum attinet, novimus, quam infelices hoc in ſtudio ipſius VARRONIS conatus fuerint; & quidni tum eſſent, quum Lingua, ipſi penitus ignota, in conſilium adhibenda eſſet?

FÖRWETA, paciſci, conſpirare. CHRON. RHYTHM. p. 265

Med allmogen han ſik förwiſte
Cum plebe pactum iniit.

Saxones inferiores pari modo dicunt, *Sich verwetten, bewetten*: ut in JURE GOTHLANDICO, p. 33. *Noch danne ſo bewetten ſik met eme de cleghere, den he ſchyldich is*: poſtea inter eum & actorem, cui debet, conveniat. Videtur hoc dicendi genus eiusdem eſſe originis, ac quod adduximus, ad v. *förſtå*: illi enim, quorum eadem eſt ſententia, dicuntur *förſtå ſig*, & *förweta ſig*, hoc eſt, re nondum exſecutioni data, ſcire, quo tendat, & in hoc conſilia jungere. Sua vero vi *forweta* notat præſcire, in anteceſſum ſcire. ORDIN. VET. ECCLES. p. 2. *Alle håſwa orſak, at ganſka wål förweta ſig om thet, ſom læras ok prædikas ſkal*: omnes de iis in anteceſſum informati eſſe debent, quæ doceri & prædicari debent.

FÖRWETEN, curioſus, qui ſciendi cupidus, vel ventura præſcire, vel ignota indagare cupit. Al. *viriviz.* Germ. *fürwizig* & *forwizig.* Iſl. *forwetinn* & *oforwetinn*, incurioſus. HEIMS KR. Tom. I. p. 329. *Þotti han verit haſa oforwetin, er han hafþi ecki af þeim londum ad ſeigia*: exiſtimabatur parum curioſus eſſe, qui nihil de illa Regione dicere haberet. Hinc *forwita.* Iſl. curioſitas. OL. TRYGG. S. P. II. *Vildu þeir fara firi forwitu ſaker ut at haſi hinu rauda*: voluerunt curioſitatis ergo adire mare rubrum. *Forvitnaſt*, ſciendi cupidum eſſe. Ib. P. I. p. 99. *Sialfur Gud lætur mik wita, þat er mik forwitnar*: ipſe Deus me certiorem facit eorum, quæ præscire aveo. WACHTERUS, in *Gloſſario Germ.* putat, hoc vocabulum de illis proprie fuiſſe uſurpatum, qui ventura, ope auguriorum, præſcire vellent, poſtea vero de quavis illicita ſciendi cupidine. GRAMMIUS vero, in *Diſſertatione* ſua de *Uſu L. AngloSaxonicæ in illuſtranda L. Danica*, p. 145. quum Alemanni conſtanter *firiwiz* vel *viriwiz* ſcribant, non *forawiz*, ex uſu hujus particulæ *fer, ver, feor*, vitium in re, vel remotionem ejus denotante, arbitratur, *firwitz* malam potius ſcientiam, quam futura ſciendi deſiderium indicare, & hinc eſſe, quod, qui curioſus erat, AngloSaxonice diceretur *feorwitgeorn, afeorwitan*, procul remota ſcire, non vero *forwitgeorn.* Ut autem de hac re accuratius judicium ferri queat, ſciendum eſſet, cui dialecto proprie vox illa adſcribenda ſit: nam ſi Iſlandicam conſulamus, nil impedit, quo minus utramque ſignificationem tueri poſſit, ſed ita tamen, ut uſus pro WACHTERO ſententiam dicat, quippe qui *forwetin*, non vero *firiwitin* induxit. Si vero Alemannicæ aut AngloSaxonicæ originis vox ea fuerit, ſuperior utique in hoc certamine GRAMMIUS erit: licet diffiteri non debeam, AngloSaxones curioſitatem etiam *fyrevitneſſe* appellaſſe, quod geneſin vocis quærentem alio ducit, & exoticam eſſe, indicat: præpoſitio enim *fyre* AngloSaxonibus tam peregrina eſt, quam Scandinaviæ incolis familiaris.

Digitized by Google

FÖRWIRRA, perturbare. Germ. *verwirren*. Belg. *verwarren*. Uſurpatur de quovis motu inordinato, inprimis de mente, ubi mota eſt. *Wara förwirrad i hufwudet*. In veteri Germania *werre*, *giwerre* notat tumultum, discordiam, ut adferendis exemplis probat WACHTERUS, in *wirren*. Propiora vero origini videntur Germ. *irren*, cui uſus *w* præmiſerit, ut id ſæpiuscule fit, & Lat. *erro*. Græcum ἔῤῥω non nunquam etiam idem eſt, ac πλανάω, ἀλάομαι, erro, aberro. v. *Odyſſ.* Δ: 367. coll. cum verſu 368. In Scriptis Seculi XVI *förirra ſig* aliquando poſitum invenitur pro iraſci. TEGELS *Hiſt.* GUSTAVI I. Part. 2. p. 305. *Konungen förirrade ſig faſt om denna handel*: Rex valde ea re iraſcebatur. Iſl. *ær* iratum, furioſum denotat. In JURE ALEMANNICO *irren*, active poſitum, ſæpe notat inteſtare, litem intentare. c. 23: 5. 29: 6. &c.

FÖRWISA, ablegare. *Förwiſa en till domaren*: ad tribunal aliquem mittere. II. In exilium mittere: *förwiſa landet*. Germ. *verweiſen*. Alemannis veteribus *uruuis*, exul dicebatur. v. OTFRIDUS. L. II. c. VI: 75. Ratio diverſitatis ſignificationum petenda eſt in varia poteſtate particulæ *för*, quæ priori caſu ſignificationem auget, poſteriori vitiat.

FÖRWITA, exprobrare. MATTH. 11: 20. Al. *feruuizzen*. NOTKERUS, PSALM. 88: 52. *Daz ſie uns feruuizzen den uuehſel dines keuuiebeten*, quod exprobrarunt commutationem Chriſti tui. Belg. *verwijten*. Germ. *verweiſſen*. ULPHILAS, alia præfixa particula, ceterum ejusdem proſapiæ vocabulo utitur, *idveitan*. MATTH. 27: 44. *idveit*, opprobrium. A. S. *edvitan*. Al. *eduuit*, *ituuiz*, *itiuuizon*. Angl. per aphæreſin, *to twit*. In Scriptis Majorum noſtrorum, pro hocce *förwita*, non raro occurrit *awita*. Nec dubito, quin pro illa, quæ eſt inter literas *b* & *w*, neceſſitudine, huc quoque pertineat Mœſogothicum *andbeitan*, increpare. MARC. 8: 32. *Dugan andbeitan ina*, incepit increpare eum: et c. 18: 15. *Siponjos andbitun ins*: Diſcipuli increpabant eos: ubi interpres Iſlandus habet *avijtudu*. Radicem ſervat AngloSaxonica dialectus, ubi *vitan*, eſt imputare, exprobrare. Apud nos *tilwita*, eſt accuſare, criminari.

FÖSA, propellere, agitare. A. S. *fyſan*, *gefyſan*, inſtigare, *feſan*, fugare, unde *feſe*, apud veteres Scotos, id. v. LYE, ad JUNII *Etymol.* Iſl. *fyſa*, feſtinare. Orta ſunt a *fus* vel *funs* (nam utroque modo apud veteres uſurpatur,) actus feſtinus. Conf. ſuperius dicta, in *fjåſa*.

FRAGGA, ſpuma. Ant. *frada*. Hos. 10: 7. *Lika ſom fradan på watnena*, inſtar ſpumæ in aqua. Iſl. *froda*, *frofwa* & *fradva*. v. GUDM. ANDREÆ, p. 79. Angl. *froth*. Dan. *fraade*. M. CASAUBONUS, in Comparatione, quam inſtituit L. Græcæ & AngloSaxonicæ, neceſſitudinem noſtra hæc habere, credit cum Gr. ἀφρὸς, ſpuma.

FRAKT, naulum, vel mercimonium, quod pro tranſportatione rerum ſolvitur nauclero, aut vellaturam facienti. Angl. *fraight*. Belg. *vracht*. Gall. *fret*. Hiſp. *flete*. Derivant CASAUBONUS a φόρτος, onus, JUNIUS a φράττειν, prout condere, vel intus continere nonnunquam notat, WACHTERUS a βρῖθος, onus. Conſpiraſſe dixeris Etymologos in vindicanda Græciæ hujus vocis origine. Ego vero malim adſtipulari SCHILTERO, qui *fracht* natum eſſe ait ab Alemannico *freht*, *frehtin*, quod inter alia meritum notat, unde in *Gloſſis* BOXII. *gifrektotin* explicatur mererentur, apud KERONEM, *keuuracbti*, merita. v. *Gloſſ.* p. 325. quid vero *frakt* aliud eſt, quam id, quod mercium transportatione meruimus?

FRAM, prorſum, adverbium motus de loco poſteriori in anteriorem, quem fere ſenſum habet Lat. *pro*, in procedere, prodire, proferre, quippe quæ Suethice dicimus, *gå fram*, *gifwa fram*. Eſt hæc particula Septentrioni noſtro jam peculiaris, quamvis olim univerſo fere Gothico orbi communis fuerit. ULPHILAS eodem ſenſu hac particula utitur, ut teſtatur *iddja fram*, proceſſit. LUC. 19: 28. *framis leitl*, paullo ulterius, MARC. I: 19. *Jah jainthro ingaggands framiſleitl*: inde progreſſus pauxillum: nec non compoſita, *framwigis*, ſemper. de quo mox, & *framaldrozei*, LUC. I: 18. ætate provecta, quod per circumſcriptionem commate 7 dicitur, *framaldra dage veſun*, proceſſerant ætate. Alemannicæ Linguæ non minus certa adſunt pro hac particula teſtimonia, ut ſunt *frampringan* producere. OTFRIDUS, L. IV. cap. XXX: 43. *framſezzan*, proponere, TATIANUS, c. 73: v. 1. *framor*, ulterius, illudque *fila fram*, longe, valde, quod apud OTFRIDUM adeo frequens eſt. AngloSaxones habent *framan*, proficere, *framviſe*, provide, ſapienter, apud BENSONIUM,

quod utique ejuſdem familiæ eſt, ac Iſl. *framviſi*, prudentia. WILK. S. p. 111. *Hugprydi oc ſpeki oc framviſi*: ingenium elegans, ſapientia & prudentia: a *fram* & *vis*, ſapiens, ut adeo proprie notet, quod anterius eſt, videntem, hoc eſt, providentem, quod quum in aruſpicem, uti futuri præſcium, probe quadret, hinc *framvis* etiam hoc ſenſu uſurpatur. OL. TRYGGV. S. Part. I. Ed. Skalh. p. 228. *ſkamt bedann bor eirn framvis Finnur*: haud procul hinc habitat Fenno divinator. Lingua Iſlandica *fram*, & ſeparatim & in compoſitione, ſæpiſſime utitur. e. g. *framarſwar*, heredes anteriores, hoc eſt, deſcendentes, quibus opponuntur *bakarſwar*, aſcendentes, vel vi vocis, retrogradi: *framygdur*, prudens, ab *öga*, oculus, *framſyn*, id.

FRAMME coram, præſto. ORD. VET. ECCL. in *Præf. Djäſwulen bafwer ſig ſtrax framme*: Diabolus ſtatim præſto eſt. *Hälla ſig framme*, cauſſæ ſuæ non deeſſe: differt hoc a priori in tantum, ut hoc quietem, illud motum denotet, ut ex ſequenti exemplo patet. *Jag war framme, innan ban kom fram*: jam præſens eram, antequam ille advenerat.

FRÆMRE, anterior. UPL. L. *Köp. B.* c. 5. §. 4. *Än ther koma äptru föter fyrra waru främbru*: ſi eo veniant (equi emti) pedes anteriores, ubi prius erant anteriores. Superlativus eſt *främſt*. *Litt.* MAGNI Reg. ad calcem LEG. WESTROG. p. 90. *Aldræ therræ mannæ fræmſtu i rikina äru*: omnium eorum, qui in regno primi & præcipui ſunt.

FRAMMAR, ulterius. GOTL. L. c. 29: §. 2. *Engin gieldi gield eptir daudan, frammar än bans cuſtr vindr at*: nemo pendat alterius æs alienum, ulterius, quam ipſius opes ſuffecerint. Conf. ST. L. *Gift. B.* c. 8. Dicebatur eodem ſenſu *frammarmer*, & *främmaremer*. v. CHRON. RHYTHM. p. 166. *Lit.* MAGNI REGIS, ad finem LEG. WESTROG. p. 91. *Mäder thy, at thet är wäl wärdugt, at ther ſum oſs fylgia frammarmer badi medh radhum ok bialp, at ther bawi mere äru*: quia fas & æquum eſt, ut, qui nobis inprimis ope & conſilio adſunt, majori in honore ſint. Al. *frammor*. OTFRIDUS, L. III. c. XXII. 72.

II. Præ, KON. STYR. *Fram alla ſatter*, omnibus præpoſitus. Alias ſæpe jungitur cum alia particula, *umfram*, *framyfer*. CATAL. REGUM, ad finem LEGG. WESTG. in *Vita* STENKILLI: *Han ælſkada Wäſtgötha vm fram alle the Män i bans Riki waru*: amavit Weſtrogothos præ omnibus, qui in illius Imperio erant. HROLF KRAK. S. *Fram yfer adro men*: præ aliis hominibus.

FRÄMJA, promovere. *Främja ens beder*, honorem alicujus promovere. Ulph *framban*, præſtare. Luc. 7: 4. *Vairbts iſt thammei frambis thata*: dignus eſt, cui hoc præſtes. A. S. *fremian*, *freman*. Al. *fremen*, *frumen*, *frommen*. Anglicum *frame* formare notat.

FRAMNA, producere, proferre. WESTG. L. *Thiuf. B.* C. II. §. *Taki ſkal grip framnit baſva*: ſequeſter producet jumentum.

FRÄMI, fortis, audax. KON. STYR. p. 202. *Thär bittas giärut främi män ok turuge, ther the warda ærade i godom lönom*: ibi manu promti & audaces facile inveniuntur, ubi ornantur ſtipendiis honeſtis. Ib. p. 205. *the mæn främi ſin liſe äru*, qui vitæ ſuæ anteferunt gloriam. A. S. *framlice*, ſtrenue.

FREMD, factum forte, virtus: unde *fremdarwerk*, facta virilia, *af framdum þiodum*, a ducibus fortibus. *Hiſtoria* EIGILLI, p. 78.

FROM, fortis, v. infra, ſuo loco.

FRAMARLA, ulterius, a terminatione adverbii *arla*, de quo infra, in v. *wid.* POSTILLA vetus *Mſc.* p. 230: *The qvinnor ſom kranka æro, framarla med barn gangande*: feminæ debiles & provectæ graviditatis. Conf. GOTHL. L. c. 28: §. 25, KNYTT. S. p. 220.

FRAMDELES, porro: uſurpatur tam pro tempore perenni, idemque tum eſt, ac ſemper. quam indefinite de tempore poſtero. GEN. 29: 3. *Och* JACOB *tjente bonom framdeles the andra ſiu ären*: & JACOB ſervivit illi perpetim per ſex ſequentes annos. Quæ vocis hujus origo ſit, docent Scripta medii ævi, quæ conſtanter præferunt *framledes*, vel *framleydes*, a *fram* & *leyd.* v. SUDERM. L. K. B. c. 12. CHRON. RHYTHM. p. 76, 148. quæ duo poſteriora cum Iſlandis communia habemus. v. VERELII *Index*. *Led* vero via eſt, ut adeo compoſitio hæc imitetur Mœſogothicum *framwigis*, quod *Job.* 6: 34. denotat ſemper, a *vigs*, via. Angli ab eadem voce formatum habent *alwayes*, ſemper, & Belgæ *allerwege* Dicere pæne oblitus eram, me aliquando arbitratum fuiſſe, ipſum hoc *framledes* in Codice Argenteo extare, *framisleita*, Marc. I: 19. *Jah jaintbro ingaggands framisleita gaſagb* JACOBU: & inde abiens ulterius vidit JACOBUM. Sed monere debeo Linguæ Mœſogothicæ ſtudioſos, in diverſa heic abire Codices. JUNIUS quippe habet *framisleitl*, cui lectioni patrocinatur in Græco textu occurrens ὀλίγον, *leitil* quippe Gothice parvum, minutum notat: cum STIERNHIELMIO vero in nupera ULPHILÆ Editione BENZELIUS legit *framis leita*, in Verſione ſua utramque jungens, progreſſus paululum. Sed obſervandum eſt, ſi a *leitban*, ire, vox hæc originem duceret, analogiam *th*, non *t*, in

Digitized by Google

in ultima vocis ſyllaba requiſiviſſe. Conſului, hæc ſcribens, ulterius ipſum Codicem, qui manifeſte *framisleita* habet: ſed id forte Amanuenſis incuriæ debitum.

FRAMFAREN, mortuus. Iſl. id. OL. TRYGGV. S. Part. 2. p. 216. *Salur framfarandi af þeſſu heimi*, animæ transeuntium ab hoc mundo, i. e. animæ morientium.

FRAMFÅRD, ſucceſſus. *Thet har ingen framfård med honom:* nihil proficit, in eodem manet. Iſl. *framfærinn*, petulans, quem pergentem nil morari poteſt.

FRAMFUS, petulans, qui ubiqve inter primos eſſe vult. SYR. 20: 6. *En framfus dåre kan icke bida efter tiden:* homo petulans tempus ſuum opperiri neſcit. Ab ant. *fus* vel *fos*, promtus, feſtinus. HIST. ALEX. M.

Som efter godze war myckit fos:
Qui opes valide ſectabatur.

Iſl. *fus*. unde *fyſaſt*, feſtinare. v. ſupra in *fhſu*. Al. *funs*. KERO. v. MÜHLII *Archæol.* p. 66. TATIANUS, c. CLXXXI. *Ther geiſt giuueſſo funs iſt, thas fleiſc iſt abur unmahtic*: ſpiritus quidem promtus eſt, ſed caro infirma. A. S. *fus*. id. v. HICKESII *Gram.* A. S. p. 181. item SCHERTZIUS, ad OTFRIDUM, Edit. SCHILT. p. 93. & GRAM in *Diſſ.* de *Uſu Linguæ Anglo-Sax. in Danica*, p. 149. ubi obſervat, in Lingua Cambro-Britannica *ffyſg* notare feſtinationem, & *ffyſgiad*, feſtinantem.

FRAMGINT, conſtanter. Ant. *framgiengt*. *Framgaung* vero Iſlandice dicitur de ejusmodi homine, qui, quantacunque minentur pericula, pergit tamen, ſuoque inſtat operi. Dicitur vir ejusmodi etiam *framkuæmdar madur*.

FRAMHÅRDA, perſeverare. Germ. *verharren*. Similiter dicimus *uthærda*. Germ. *ausharren*. Quum Germani excidere paſſi ſint *d* literam, confuſa ſunt apud eos ortus veſtigia. HELWIGIUS Ebræum eſſe putavit, ab אחר, retromanſit, tardavit, MARTINIUS Latinum ab *hærere*, WACHTERUS Germanicum ab *hier*, hic, ut *harren* ſit eſſe, vel manere in loco. Sed ſi Suethice Viri hi eruditi noviſſent, facile vidiſſent, radicem eſſe *hård*, firmus, unde *hærda*, durare, a quo, ut Galli a *dur*, *endurer* fecere, ita nos *uthærda*. Conf. *hærdig*, firmus, animi conſtans.

FRAMLIDA, tranſire, a *lida*, ire. *Framliden*, præteritus, nec non mortuus: *framledne Swenſke Konungar*, qui fuere Reges Sueciæ. Iſl. *framlidin*, id.

FRAMSKJUTA, differre. L. L. *Eds. B.* c. 11.

FRAM, ex, ab. CHRON. RHYTHM. p. 444.

Hwar monde fram androm fly:
Qui ab altero ſeceſſit, aufugit.

SUDERM. L. *Kirk. B.* c. 15. *Witni ſum ſagu tilgangu ok framgangu*, teſtes, qui aditum & abitum viderunt. Frequens eſt hæc particula in Lingua Mœſogothica. LUC. 7: 24. *fram vinda vagida*, a vento agitatum. MATTH. 6: 2. *fram mannam*, ab, vel coram hominibus. LUC. 16: 2. *Du qhe thata hausja fram thus*, quid hoc audio de te? Eſt etiam, ubi Linguæ peculiari genio pro denotet. LUC. 6: 28. *Bidjaid fram thaim anamahtjandam izvis*: orate pro illis, qui rapiunt vos. Obſervat ER. BENZELIUS, JUNIUM in *Gloſſario*, p. 53. ſuſpectam habuiſſe hanc particulæ hujus ſignificationem, illiusque loco reponere voluiſſe *faura:* ſed fruſtra id fieri, ſuffragio aliorum Codicis Argentei locorum, idem Vir Reverendiſſimus demonſtrat. LUC. 5: 14. JOH. 17: 19. AngloSaxonice hujus particulæ valorem eundem fuiſſe, docent BENSONIUS & SOMNERUS, hodieque pæne integra in Lingua Anglica ſupereſt, *from*, apud nos vero mutata in *från*; quod vide. Nec dubito, quin ab hac familia nomen acceperit miſſile illud, quod veteres *frameam* appellarunt. Gothicam ſeu Germanicam eſſe vocem, diſerte teſtatur C. TACITUS, de *Moribus Germ.* c. 6. *Haſtas, vel ipſorum vocabulo, frameas gerunt, anguſto & brevi ferro.* Sicut nempe a Gr. τῆλε, procul, Latinorum tela appellata fuiſſe, Critici docent. v. infra in *tol*, ita commodius haſta nomen ſortiri nequiit quam a *fram*, utpote quæ e manu vel eminus mittitur, vel potius ab ejus derivato *frumen*, mittere, quod e GLOSSIS PEZIANIS profert WACHTERUS, in *Gloſſario*.

FRÆMMANDE, peregrinus: *främmande land*, terra peregrina, Ulph. *framathja*, peregrinus. JOH. 10: 5. *framthjana ni laiſtjand*: peregrinum non ſequuntur. A. S. *fremd*, Al. *fremider*. Germ. *fremd*. Belg. *vremd*, quod KILIANUS contractum putat a *verr*, procul, & *heimed*, ab *heim*, domus, ut proprie ita dicatur, qui peregre domum & lares ſuos habet. Sed meo judicio, *frammathja* perinde a *fram*, ab, ex, factum eſt, ac a Græcorum ἐκ, ἔξω habemus ἐξωτικὸς, ab ex, exterus. Conf. WACHTERUS, in v.

2. notat inexſpectatum, mirum. *Thet kom mig främmande före:* mirum id mihi accidit. Græcorum ξένος utrumque hunc ſignificatum habuit. Conf. Gall. *etrange*. Angl. *ſtrange*.

FRAMT, particula conditionalis. *Så framt möjeligt är*, ſi fieri poterit. v. VITA ANSCHARII, p. 51. A. Germanis hu-

hujus particulæ uſum accepimus, qui *ſo fern* dicunt, immo, ſi remotioris ævi linguam conſulimus, *ſo fram*. v. SCHILTERI *Gloſſarium*, p. 314 & adde Sacramentum CAROLI & LUDOVICI Regum, ubi legitur, *ſo fram ſo mir Got geuuizzes inde madh fargibit*, in quantum Deus mihi ſcientiam & vires dederit. Non recens apud nos hujus particulæ uſus eſſe videtur: nam obſervo, jam in LEGE GOTHLANDICA *ſo frammarla* eo ſenſu uſurpari, v. c. 28. §. 23. *So frammarla, ſum faþir ſcynias ai oraþa maþr*, in quantum pater non fuerit profuſus vel nimium negligens. De terminatione adverbiorum in *arla*, vide infra ad v. *wid*. Quod pro hoc, *ſå framt*, aliquando *ſå fjärran* in uſu fuerit, ſupra in hac voce annotavimus. Credo, ab initio verſionem hæc verba continuiſſe Latini quousque: cui particula *fram* aliquo modo æquipollere viſa eſt.

FRANKRIKE, terra Francica. Ut ego heic nihil, nec de origine Francicæ gentis adferam, nec de antiquis eorum ſedibus, quod alii data opera fecere, monebo tantum, in veteribus Patriæ monumentis, gentem ipſam *Fracker* appellari, & regionem *Frackland*. HEIMS KR. Tom II. p. 398. *Grickir oc Frackar ſotto þa til, oc rako flottan:* Græci & Franci ad hoſtem perſequendum uno occurrebant. Secuti vero in hoc ſunt Majores noſtri ſuæ Linguæ genium, qui finitimorum *nk* per *ck* vel *k* geminatum efferre conſuevere. e. g. *dricka, trincken, tycka, düncken, tacka, dancken*, &c. Utri vero, nos an illi, ad originem & primævam vocis pronuntiationem propius accedant, dictu difficile eſt, niſi hoc dubium tollere valuerint illa, quæ infra, ad v. *fræck* ſumus allaturi. Nunc tantum monebo, quod nos hodie *Frankrike* appellamus a veteribus *Walland* nuncupatum fuiſſe, quod ipſum Galliæ nomen eſt, pro diverſo enuntiandi modo, quo *w* ponere ſolemus, ubi exteri *g* habent; e. g. *Warda, guarder, want, guant, wis, guiſe*, & quæ id genus alia ſunt.

FRANSOS, Gallus. Germ. *franzos*, a domeſtico *François*.

FRANSOSER, lues venerea. Ital. *il mal franceſe*. Angl. *french pockes*. Græcis Recent Φραντζάζειν eſt, lue venerea laborare. v. MEURSII *Lex. Græco Barb.* Ipſi Galli in Neapolitanos pudendum hoc morbi genus conferunt, dicentes mal de Neaple.

FRANSÖSK, Gallicus. Inſtitutio Principum, KONUNGA STYRELSE dicta, p. 174. *Fransesk* nominat, ut ſequior ætas, Latine ſcribens, gentem Gallicam *Franciſcam* nominare conſuevit, id quod pluribus commonſtrat DU FRESNE, in *Gloſſario*. v. *Franciſcus*. Contracte etiam *Franſk* dicere moris eſt. *Franſkt win*, vinum Gallicum. Dum vero ligaturam librorum corio vitulino *Franſkt band* nominamus, originem id debet Latino Barbaro, *francinum*, quod nomen erat corii vitulini, ut idem Brabantice *francijn* hodieque dici ſolet, teſte eodem DU FRESNE. Gallicum *velin* idem ſonat, quæ ratio eſt, cur bibliopegi noſtri *Welſkt band* appellent ligaturam, cujus extremitates pelle vitulina munitæ ſunt.

FRANS, limbus villoſus, extremæ veſtis oræ adſutus. Angl. *fringe*. Gall. *frange*. Ital. *fregia, fregio, frangia*. Hiſp. *franza*. Belg. *frangie, frengie*. Germ. *franze*. JUNIUS hæc peniculamenta ita dicta putat, quaſi *franſſen*, quod in Belgica L. rugas denotat, quum ad firmandam veſtem ora ejus multipliciter veluti corrugari ſoleat. Alii Anglicum *fringe* originem ſuam debere credunt Lat. Barbaro *frigia*, alias *aurifrigia* & *aurifriſia*, quod nomen erat fimbriarum aurearum, opere Phrygio confectarum. Adi SPELEMANNI *Archæologum*, p. m. 52. ubi invenies, ex antiquis monumentis allatum, cappam cum *aurifrigiis*, nec non pallam altaris cum *aurifrigio*, hoc eſt, cum aureis fimbriis. Conf. VOSSII De *Vit. Serm.* in v. *phriſium* & *aurifrigia*, nec non JUNII *Etymol.* in *orfrais*. Videmus ex modo allatis, quid pretii ponendum ſit derivationi WACHTERIANÆ, a περιζομαι, cingo. Scilicet non inſolitum eſt, ut in morbum Græcum incidant Etymologi noſtri, qui, cum multa Helladi deberi videant, omnia inde petenda, dicam an extorquenda, putant.

FRASA, crepitare. Dicitur de aridis ignem cum ſono concipientibus. Neſcio utrum vocis ſono crepitum imitari voluerint onomatopœi: an forte cognationem habeat cum ſuperius explicato *braſa*, *f* & *d* alternantibus. Ab hoc ortum eſt *rödfraſig*, quod dicitur de illo, cujus cutis, in primis faciei, per ſanguinis effervescentiam ruborem contraxit. Gall. *couperoſé* appellant. *Friſel* etiam Medicorum filii variolas appellant, utpote quæ cutem hominis rubris puſtulis opplent.

FRÆCK, tumidus, inſolens. *En fræck uppſyn*, vultus inſolentiam præ ſe ferens.

Digitized by Google

rens. C. B. *Ffrec* notat blateronem, teſte RICHARDO, in *Theſauro L. Britann.* Iſl. *fræckr*, inſolens. v. GUDM. ANDREÆ *Lex.* Iſl. p. 77. Dicitur etiam *frecur*, ut HEIMS KR. Tom. I. p. 411. *En er han þottiſt fullkominn til rikis af ſtyrk landsmanna, þa gerþiz han ſva barþur oc frecur wit landsfolk*: qui, (OLAVUS TRYGGVASONIUS) ſimul ac in Regno ſtabilitus fuit incolarum ope, erga ipſos ſævire cœpit inſolentia non tolerabili. HERRAUDS S. c. 1. *Frækur i heimtum*, ſævus in exactionibus. KNYTL. S. p. 8. *Oc var þat ed frænaſta*, erant hi milites ferociſſimi. Latini ejusmodi hominem *ferocem* appellant, utpote qua voce non tam morum feritatem, quam potius inſolentiam & tumorem ſignificari, in vulgus notum eſt. Hoc vel ideo annoto, quia nimium mihi veriſimile videtur, unius ejusdemque proſapiæ eſſe Latiale hoc vocabulum & noſtrum *fræck*, inprimis ſi meminerimus, in veteri Gothorum ſermone, pro hodierno *r* vel *ur*, adjectiva *s* fere in fine habuiſſe, ut *gods*, bonus, *gaurs*, triſtis, *brains*, mundus. Quod itaque Latini *ferox* dixere, id nos *freks* vel *fracks*, & poſtea *frackr* pronuntiavimus. Si cum his, quæ breviter jam attulimus, conferantur, quæ ſupra in v. *Frankrike* diſſeruimus, ubi obſervavimus, gentem Francorum lingua veteri *Frackr* dictam fuiſſe; facile conſtabit ratio, cur veteres Scriptores Alemannici concordi fere teſtimonio fidem faciant, Francos veteres a morum ferocia ita appellatos fuiſſe, & quidem id nominis ipſis inditum fuiſſe a VALENTINIANO Imperatore, poſtquam ipſius ſuaſu in Alanos arma moventes, egregiam ab hac gente victoriam reportaſſent. GOTOFREDUS VITERBIENSIS, *Chronicorum* Parte XVII. de ortu Imperii Francorum, ab initio procemii hæc habet: *Cum Imperator* VALENTINIANUS *impugnatos Alanos vinceret, & deleret, per decem annos proximos liberos eſſe juſſit ab omni tributo. Quare Germani ipſius gloriæ cupidi adverſus Alanos movent exercitum, eos vincunt & omnino exſtinguunt; unde per decem annos liberi a tributo fuerint, & propter eandem victoriam a* VALENTINIANO *Imperatore Franci, id eſt, Feroces, ſunt perpetuo appellati.* Idem ibid. ſub titulo. *Catalogus Regum Franciæ: Poſtmodum ab Imperatore* VALENTINIANO *vocati ſunt Franci, i. e. Feroces.* SICARDUS Epiſcopus, *Chron.* Tit. de LEONE III. Imperatore: *poſt Trojæ*, inquit, *deſtructionem multa millia Trojanorum ſub* PRIAMO & ANTENORE *Ravennam applicuerunt, & Paduam ædificaverunt, ubi ſepultus eſt* ANTENOR. *Poſtea vero in Scythica regione civitatem Sicambriam conſtituerunt. Deinde occupaverunt Germaniam, & dicti ſunt Germani. Sed quia tempore* VALENTINIANI *Imperatoris ejus mandato vicerunt Alanos, vocavit eos Francos, id eſt, Feroces.* Sic etiam RIGORDUS, in *Geſtis* PHILIPPI AUGUSTI, p. 74. *Quos cum multis poſtmodum idem* VALENTINIANUS *præliis attentaſſet, nec vincere potuiſſet, proprie eos nomine Francos*, quaſi ferancos, id eſt, *feroces, appellavit.* Non ſinit inſtituti noſtri ratio, plura veterum Auctorum teſtimonia de nominis hujus origine afferre; inveniet non pauca, in unum collecta, qui *Gloſſarium* DU FRESNII adierit: in v. *Francus.* Ex illis, quæ jam allata ſunt, ſatis apparere, arbitror, quum *frack* ferocem ſimul ac *Francum* denotet, nil majori veri ſpecie dici potuiſſe, quam a ferocia gentem hanc nomen adeptam fuiſſe: inprimis, ſi id in conceſſis ponatur, quod contendunt veterum etiam Auctorum plurimi, ab hoc noſtro orbe Hyperboreo primas exiſſe Francorum colonias. v. WALLINS *Genoveſa*, p. 82. DICMANNUS, vir eruditiſſimus, veteres hos Scriptores in animo habuiſſe putat Atuaticorum *Vranghe*, quod acerbum, aſperum denotat, Sueth. *wrång*: ſed ſi Gothice ſciviſſet, opus certe non habuiſſet, hæc diverticula quærere. Alii vero, qui *Franc* liberum denotare credunt, nobis probatum dare debuerant, in Lingua Alemannica vel Francica vocabulum hoc eo ſenſu, tanquam domeſticum, viguiſſe.

II. Alacer, ſtrenuus. OL. TRYGGV. S. edit. Skalh. P. 2. p. 298. *þo at badi væri ſterker oc frekner*, quamvis robuſti ſimul & ſtrenui eſſent. ib. *hid fræknaſta lid* OLAFS *kongs:* viri exercitus Olavi manu promtiſſimi. Ruri adhuc dicitur, *en fröker goſſe*, juvenis alacer, quæ eadem vox occurrit in ÖSTG. L. *Ärfd.* B. c. 21. *Utan han far hanum annan æmfröknan*, niſi reddiderit alium æque vegetum. De *æm*, præfixo, conſule, quæ infra occurrent in *jemn.* Ex hac noſtra radice ortum trahere A. S. *gefrecnan*, exaſperari, bene monet HICKESIUS, in *Gram.* A. S. p. 120.

FREKI, Iſl. ferocia. HEIMS KR. Tom. I. p. 412. *Gecc han vit freco at vit os*

ſma-

Digitized by Google

ſmakonganna: ſuperbe nobis Regulis inſultabat.

FRÆDE, ſapientia: *frode*, id. *Hiſt.* Olavi S. *Rbytbm.* p. 2.

Han nam tber frode ocb quæde mång:
Didicit ibi ſapientiam, & multa carmina.

Ol. Tryggv. S. Edit. *Skalb.* P. I. p. 226. *kenna beilóg frædi*, ſacram ſcientiam docere, hoc eſt, doctrinam Chriſtianam. Ab hoc fonte plurima alia pullularunt Linguæ Iſlandicæ vocabula, *fræda*, erudire, notum facere. v. Sturlóg. S. p. 37. *frædamadur*, doctor, ſapiens, *frodur*, ſapiens: *ufrodur*, ſtultus. Heims Kr. Tom. I. p. 201. *Hitt er ufrott, at ſetta up ſtor raþ, oc leggia niþur ſiþan meþ vanſemd eþur uſæmd:* neque vero ſanæ eſt mentis, conſilia agitare magna, eaque deinceps cum ignominia & dedecore miſſa facere. *Ofræde*, ſtultitia. ib. Tom. II. p. 99. In Lingua Mœſogothica habemus *frathjan*, cognoſcere, ſapere, *frods*, ſapiens, *frodei*, ſapientia, *frodaba*, ſapienter, *unfrodei*, inſipientia. In AngloSaxonica, *frod*, ſapiens. In Alemannica *fruater*, id. *umfruati*, ſtultitia: in Belgica *vroed*, ſapiens. v. Junii *Gloſſ. Ulphil.* p. 169. Græciſſant heic Gothi, aut gothizant Græci: quid enim ſuperius allatis propius accedere poterit ad Græca φραδής, ſapiens, φραδῶς, ſapienter, φραδή, prudentia, quæ a φράζω, intelligo, cogito, (cujus perfectum med. eſt πέφραδα), orta eſſe docent hujus Linguæ periti. Nos noſtrum natum eſſe putamus a *frå*, *fråga*, interrogare, reſciſcere, unde *ſanfrodur*, qui veritatem reſcivit. Heims Kr. T. I. p. 556 *En er K. þottiſt ſanfrodur um þetta mal*, quum Rex ſibi videretur bene informatus de hac re. Quæ enim alia certior ſapientiæ via, quam prudentiores interrogare?

FRÆGD, fama, rumor. *Hiſtoria* Rhythm. Olavi S. p. 2.

Mang tidbende oc fregd om werldena går:
Multa facta & fama, quæ mundum permeant.

Pertinent ad hanc tribum *wanfrægd*, infamia, *wanfrægda*, diffamare, *wanfrægdade perſoner.* Privel. Nobil. de Anno 1622. Art. 9. Iſlandice *fregur* celebrem notat, *fregn*, rumorem. A. S. *gefræge*, celebris. *Ic fregen*, reſcivi. v. Junius, in *Gloſſar. Ulphil.* v. *gafrebun*, reſciverunt. Apud Majores noſtros viguit ſtirps communis, *frå*, *frægna*, quæ etiam reſciſcere notavit, ut pluribus infra docebimus: nil vero aliud eſt fama, quam quod de alio quærendo accepimus: isque celebris eſt, de quo multa audimus. Græci ſimiliter κλυτὸν, & Latini inclutum appellant, a κλύω, audio, Lat. cluo.

FRÆKN, triabilis, qui cito diſſilit. Pro illo hodie *frön* dicere ſolemus. Ceterum vox ipſa mihi affinitatem videtur habere cum Latino *fragilis*, Græcove ῥηγὴ, Æol. βρηγὴ, ruptio. Ulph. *brikan*, & A. S. *brecan*, rumpere. Scilicet, qui in Etymologico ſtudio vel tantillum verſatus eſt, norit, literæ *r* euphonice in Scythicis Linguis, illisque cognatis, Græca, inquam, Latinaque, *b* literam ſæpiſſime præponi: uti βράκος, veſtis lacera, a ῥάκος, βρᾴδιον, facile, a ῥᾴδιον, a βρόδον, roſa, ῥόδον, &c. quod idem de *f* conſtat. Sic quod Latini *rodo*, *rogo*, id nos *fræta*, *fråga* dicere ſolemus.

FRÆKN, ulva paluſtris, quæ, ubi aruit, citius quam ulla alia herba rumpitur, & in fruſta diſſilit.

FRÆKNA, lentigo. v. *frekna.*

FRÆLS, liber, immunis. Iſl. *frials*. Heims Kr. Tom. I. p. 482. *Vara frials orþa ſinna:* loquendi libertatem habere. In Legibus Longobardicis *freal* occurrit in compoſitione cum *full*, plene, *fullfreal.* Lib. II. Tit. XIV: 17. *Libertus bomo, qui fulfreal factus eſt.* Vox plane eadem occurit in Lege Helsingica, *Kirk. B.* c. 2. *Tbet ſkal fult ok frælſt wara*, id plane vel omnimode liberum erit. AngloSaxonice *friols*, & *freols* aliquando pro libero uſurpatum fuiſſe, mihi colligere videor ex *freolſan*, liberare, *freolſend*, liberator, *freolsdom*, libertas, quæ habet Bensonius. Orta vero hæc omnia arbitror a *fri*, liber: utrum vero finalis ſyllaba mera ſit terminatio, an vero ab *all*, rei perfectionem denotante, hoc incrementum deſumſerit, liquido non dixero. Dum Alemanni *b* interſerunt, *fribalſe*, ut apud Notkerum, PS. 76: 11. *Fone ſkalcheit in die fribalſi Gotes kindo:* a ſervitute in libertatem filiorum Dei. Conf. Reg. S. Bened. c. 58. in eam facile quis conceſſerit opinionem, metaphoram a jugo eſſe deſumtam, liberumque dici, qui collum a jugo immune habet: *bals* etenim collum denotat. Sed hoc nemini obtruſero.

I. Uſurpatur vero hoc *fræls* de perſonis liberæ conditionis, hoc eſt, ingenuis,

Digitized by Google

nuis, Östg. L. *Ārfd.* B. c. 24. *fræls och fridhætta*, ingenuus. Gothl. L. c. 19. §. 63. *Hers þræll manꝫ vidr man frelſan:* ſi ſervus cum ingenuo pugnaverit. Westm. L. *Manh.* B. c. 94. *Böte före han ſum före frælſan man*: poenam ſolvat pro eo (ſervo) tanquam ingenuo. Hinc *ofræls*, ſervus, ibid. *frelsgiwi*, libertus. Westg. L. *Rætl.* B. c. 10. §. 1. *Frelſingi*, id.

II. De immunibus a cenſu publico. *Litt.* Gust. I. ad Joh. Brask. Ep. Linc. apud Speg. in. *Hiſt. Eccl.* p. 136. *Thet frælse år, har förr varet under ſkatt*: prædia, quæ nunc immunia ſunt, olim cenſita fuere. Attuli nuper locum Legis Hels. *Præſtebol ſcal fult ok frælſt waræ foræ allum utſkyldum, ſum Upſala ődher kungi*: villa Paſtoris ab omni onere immunis erit, uti prædia Upſalienſia Regi ſoli vectigal pendunt. Et hoc ſenſu accipienda ſunt verba Legis Justiçæ, Lib. 3. c. 11. *Landbo, ihver ſom de ere, Biscops, Preſters, Cloſters, Kirckers, Bönders eller Herremends, der ey för vaare frelſe eller undentagne met ſærlige Privilegier, ſkulle opholde Lethinge oc Landeuern, om de erie reehdragen Jord, uden at Kongen lader dennem frelſe*: coloni cujuscunque fuerint, Epiſcopi, Clericorum, Monaſteriorum, Eccleſiarum, Bondonum aut Ordinis equeſtris, qui antea ſingulari privilegio exemti non ſunt, expeditiones nauticas & limitum cuſtodiam obibunt. Miror, virum ſuæ Linguæ, rariſſimo exemplo periτiſſimum, H. Grammium, in diſſertatione, quam de voce *Herreman Actis Haunienſibus* inſeruit, verba hæc ita intellexiſſe, ac ſi ſenſus foret, colonos, qui nobiles facti non ſunt, hæc onera ſubituros. Sed indicat vocabulum *fræls* nihil aliud, quam quod ſequitur, *undantagen*, aut, ut Majores noſtri loqui ſolebant, *ledoger*. v. *Litteras* Magni R. ſub finem Leg. Westrog. p. 91. Verbo: *Tjåna frælſt* eſt, militando immunitatem a cenſu publico conſequi. v. ſupra, in v. *Adel*. *Hawa frælſt godz, njuta frælſe*, id. L. L. *Kon.* B. c. 11: Scilicet, qui militiæ nomina dabant, & pro patriæ libertate arma induebant, præter ſalarium plenam immunitatem nanciſcebantur ab omni cenſu: *ſkatt, landskylder, gingerd*, &c. Qui etiam equo ſuo mereri voluit, non ſolum idem privilegium obtinuit, ſed etiam inſuper in nobilium Ordinem adſciſcebatur, armis & inſignibus equeſtribus condecoratus, quæ ille & ipſius deinceps poſteri ſervabant, quoad, exigente neceſſitate, munus ſuum militare tuebantur. v. *Mandatum* Magni Regis, datum Telgæ, 1345. Si vero pigrabantur, otiumque Martis aleæ præferebant, redibant in Ordinem Bondonum, quod dicebatur, *undan frælſe ganga, wider frælſit ſkiljas*, id quod absque Superiorum indultu non licuit. v. l. c. cap. 14. Qui ita in nobilium Ordinem evecti erant, dicebantur *frælſesmån*, a *man*, quod officialem, ſervientem denotavit, ut ſtilo Latino hi iidem *homines regii* nuncupabantur. Junctim ſæpe ponuntur *friborne och frælſisman*, inter quæ duo id diſcriminis eſſe videtur, ut prius denotet illos, quorum Majores Equeſtri dignitate præfulſerant, hoc Ordinem nobilium in genere: inde in Statuto Wexionensi de anno 1414 ſubſcripſere primo Equites (*Riddere*) & deinde alii, *Frælſesman* nuncupati, alias ſtilo huius ævi *Wæpnare, A wapn* dicti.

III. De immuniate quacunque. Suderm. L. c. 27. *Bönder agha wargbenæt hafwa, ther ma ok ængin um fræls wara*: coloni debent plagas capiendis lupis paratas habere: nemo ab hoc onere liber eſto.

IV. De feriis, ut operum immunibus. Olavi Tryggv. S. Part. II. p. 216. *Nu ſkulo þer and hafa frelſi, and halda heilagt þan dag*: tum eum diem feſtum habebitis, & ab opere liberum. A. S. *freols*, feſtus, *freolstid*, feſtum. v. Benson.

FRÆLSE, libertas, immunitas tam a ſervitute, quam ab oneribus publicis. In *Literis* Brynolphi. Ep. Scar. adjunctis Codici Westrogothico Privilegia Eccleſiaſtica vocantur *kyrkionna frælſe:* & concrete, *frælſe* dicitur Ordo nobilium. Chron. Rhythm. *min.* p. 170.

Af frælſet wille han thera gotz winna:
Nobilitatis villas equeſtres ad ſe pertrahere voluit.

In L. L. *Kon.* B. c. 2. *Frælſet* dividitur in *Wærldzlikt ok Andelikt frælſe*, i. e. in nobiles vel privilegiatos ſeculares, & eccleſiaſticos, cum hi, perinde ac illi, immunes eſſent ab omni onere publico: *lidhuge af all konungslighum rætt*, ut habent *Litteræ* Magni Regis, de anno 1285. Ceterum ut voculam *fræls* nuper monuimus de quacunque libertate uſurpari; ita de hacce idem certum eſt. Hinc non raro denotat ſecuritatem a vi & violentia, ut Kon. Styr. p. 20. *Hawa frid och frælſe och goda ſåmjo:* habere

pacem, tranquillitatem & mutuam concordiam. Huc opponitur *ofrælſe*, quod eſt oppreſſio, inquies: ut in *Hiſt.* Ol. S. *Rhythmica*, p. 34.

The kærde för bonom mycket wärre,
Att Olaff *Konung ofrælſe giorde,*
Och moot thera lagom torde:
Querebantur multo pejus,
Quod Olavus Rex eos opprimeret,
Et contra leges agere non dubitaret.

FRÆLSEGODS, prædium equeſtre, quod dominus militiam obeundo a cenſu immunem præſtat. Scriptores Latini medii ævi non diſſimili loquendi genere ingenuitatem vocabant. Engolismensis in *Vita* Caroli *M. Ibi multitudo Saxonum baptizata eſt, & ſecundum morem illorum, omnem ingenuitatem illorum & Allodem mancipio gurpierunt.* v. Barthii *Adverſaria*, Lib 46. c. 28. & Stephanii notas ad Saxonem Grammat p. 223. *Frælſebönder* erant coloni, qui, prædia equeſtria incolentes, dominis ſuis tributum pendebant.

FRÆLSA, liberare, vel a ſervitute, vel cenſu publico, vel alio quocunque damno aut incommodo. In L. L. *Kon.* B. c. 4. *Frælſa och fridha ſin allmoghe* eſt, populo ſuo tranquillitatem procurare. In Sacris vero uſurpatum notat, redemtionem, unde Servator noſter *Frælſare* vocari ſolet, hoc eſt, liberator, & tempore Catholiciſmi S. Maria *Frælſiſka*, ſervatrix. Chron. Ep. Skar. in *Mon.* Benzel.

Ware tu nu Frælſiſka från all wåde:
Eſto tu liberatrix ab omni infortunio.

FRÆMJA, promovere. v. *fram.*

FRÆN, rancidus. Uſurpatur proprie de pinguibus, quæ putrefacta & fracescentia perolent, nec non de fœtore hircorum. Neſcio, an nos Gothi *f* heic præpoſuerimus, ut id ſæpe fieri, nuper in v. *frækn* obſervavimus, & adeo Latina vox noſtræ tribulis ſit: confidentius ſtatuero, Cambro Britannicum *braen*, tabidus, rancidus, quod in Boxhornii *Originibus Gallicis* occurrit, noſtro eſſe affine: *b* enim & *f* ſæpius, quam ulla alia literarum elementa permutantur. Rudbeckium video in *Theſauro* conferendum velle Gr. ὀσφραίνω, oleo.

FRÆNDE, vel rectius *frende*, conſanguineus. Proprie notat amicum. Ulph. *frionds*. A. S. *freond frynd*. Iſl. *frænde*. Al. *friunt*. Germ. *freund*. Angl. *friend*. Poſtea vero uſus voluit, ut de quolibet conſanguinitatis & etiam affinitatis jure adhibeatur. v. Gudmundum Andreæ, in *Lex. iſland* p. 77. uti quoque parentes & filii ſe hoc nomine mutuo compellaſſe, in Monumentis Islandicis video. Conf. Ol. Tryggv. S. Ed. Skalh. Part. I. p. 44. & alibi ſæpe Scilicet, quamvis, proverbio ſi credamus, neceſſarii ſæpe amicorum ultimi ſint, *Frænder äro wänner wærſt*; antiquitas tamen amicos & neceſſarios uno nomine appellandos cenſuit: ſic etiam *wænner* nonnunquam pro conſanguineis ponuntur. v. Chron. Rhythm. *min.* p. 35. Apud veteres Theotiscos *freund* quoque cognatum denotare, obſervat Wachterus, uti dum in Jure Alemannico, Cap. 142. ſancitur, *wie ain rihter über ſin friund rihten ſol*, quomodo judex judicare debeat de cognatis ſuis. v. ſupra in *förwandt.*

FRÆNDWIG, conſanguineorum occiſi inimicitia & pugna. Olavi. S. *Hiſt.* c. 174.

FRÆNDHAGA, locus alicui familiæ proprius, & ubi una plures cohabitant. v. Verelii *ind.*

FRÆNDLING, conſanguineus. Catalogus Reg Suiog. ſubjunctus Legg. Westrog. *Sweriki for e wæl, medan þer frændlinger rædu:* Suioniæ ſemper bene fuit, donec hi conſanguinei regnarunt.

FRÆNDSÅMI, *frændſæmja*, conſanguinitas. L. L. *Kon.* B. c. 8. Poſterior vocis pars heic, ut in voce, quæ citato Legis loco proxime ſequitur, *måghſæmja*, videtur dicta a *ſæmja*, concordia, vide, quæ inferius dicentur, in v. *ſæmja.*

FRÆNDSÆMIS vel FRÄNDSÖMIS SPJÄLL, adulterium cum conſanguineo commiſſum Hels. L. *Kirk.* B. c. 15. *Sifſkaps ſpiæll* idem peccatum eſt, perpetratum in gradibus affinitatis. Conf. infra *ſpilla*, perdere.

FRÆNKA, conſanguinea: ejusdem latitudinis ac ſuperius *frænde* Convenit inter Linguæ noſtræ peritos *frånka* contractum eſſe a *frændkona*, uti quoque olim plene ſcribebatur. Chron. Rhythm. p. 49.

Han gaf bonom ſin frændekona:
Dedit illi ſuam cognatam.

Nec non in Lege Scanica *Frändkunu kuna*, quorum prius eſt *kyn*, *kunne*, genus, unde *kynzimi*, cognatio, ib. poſterius *kona*, femina.

BEFRYNDA, affinitate conjungere. v. ſuo loco.

FRÆSA, ſtridere. Ps. 42: 8. Habet easdem literas radicales ac Lat. *fremo*: quod enim differt, terminatio tantum eſt. Sonorus vero eſt, & rei ſignificandæ accommodatus noſtratium ſibilus. Conf. Gr. φρυάσσομαι vel φρυάττομαι, fremo, & infra afferendum *fruſa.*

FRÆTA, comedere. Ulph. *fretan.* A. S. *frætan*, *fretan.* Al. *frezzen.* Belg. *vreten*, *fretten.* Germ. *freſſen.* Adhæret in omnibus fere Linguis aliquid

huic

Digitized by Google

huic voci vitii, ſive ut vorare denotet & intemperanter edere, ſive etiam furtim aut illicito uſu perdere. Sic apud ULPHILAM, LUC. 15: 30. *Fret thein ſves mith kalkjom*, devoravit ſubſtantiam tuam cum meretricibus, & MARC. 4: 4. *fuglos fretun*, aves comederunt, conſumſerunt. Viget hic uſus apud nos hodieque: hinc non ſine emphaſi diſpeſcimus reip. membra in *nærande & frätande lemmar*, in alentia & devorantia. Antiquitas vocis diſſuadet, ne conjecturæ KILIANI ſubſcribamus, qui *vrèten* dictum putat quaſi *vereten, overeten*, Sueth. *förâta ſig*. v. CLAUBERGII *Etym. Teut.* p. m. 198. Si voculæ huic *f* initiale demas, quod reliquum eſt, procul non abludit a Lat. *rodo*, ſive ſonum ſive ſenſum ſpectes. Nam noſtrum *fræta* etiam notat

II. Terere, rodere, idque tam phyſice, uti dum dicimus, *roſten fræter ſilfret*, rubigo argentum terit, quam moraliter: *han fræter ſig af harm*, quod idem eſt, ac quod ENNIUS cecinit

Ipſe ſuum cor edens hominum veſtigia vitat.

FRÅSSA, helluari. Germ. *praſſen*

FRÅSSARE, belluo. JUD. 14: 14.

FRAT, dicuntur ſiliquæ, quas relinquunt mures, conſumtis frugibus.

FRÅ, vel *frægna*, interrogando reſciſcere. CHRON. RHYTHM. p. 112.

Then tid konung ERIK *thet fra:*
Quum R. ERICUS id cognovit.

ib. p. 133.

Tha Hertogins men thet frago:
Quum homines Ducis id reſcivere.

Hiſtoria ALEX. M.

Tha NECTANEBUS *theſſe tidende fra:*
Quum NECTANEBUS hoc reſcivit.

SKÅNE L. p. 45. *Frægnær thet Biſcop:* ſi Epiſcopus id reſciſcat. Iſl. *fråe*. in perf. *frag* vel *fra*. GUDMUNDI. ANDREÆ *Lex. Iſl.* p. 76. Lingua Mœſogothica aliquantillum a nobis differt, utpote in qua verbum hoc, dum ſimplex eſt, rogare, quærere denotat. LUC. 9: 18. *Frah ins*, interrogavit eos. MATTH. 27: 11. *Frah ina ſa Kindins*, interrogavit eum Præſes. In infinitivo *fraih nan*. Al. *frahen*, *fragen*. A. S. *frægnan*, *frean* & *frinan*. Ubi vero Mœſogothi *ga* præponunt, noſtro ſignificatione æquipollet. MARC. 2: 1. *Gafrehun, thatei in garda iſt*, reſciverunt, quod in domo eſſet. JUNIUS ad hunc locum obſervat, AngloSaxonice apud CÆDMONEM, *gefrægn ic* eſſe, reſcivi. v. HICKEſii *Grammat. Franc.* p. 104. cui addi poteſt ejusdem Linguæ *befrinan*, quod in imperfecto habet *befran*, id.

FRÆGA vel FRÅGA, quærere. Invertimus heic vocabulorum ordinem, filiamque ante matrem locamus. Mihi enim ſedet, ſuperius *frå*, utut brevius ſimpliciusque, compendii ſtudio ab hocce factum eſſe. Novimus quippe, omnia verba Suionum ſimplicia eſſe diſſyllaba, &, ſi qua inveniantur monoſyllaba, ea fere quaqua ratione mutilata eſſe. Sic dum *ſlå* & obſoletum *ſlaga* junctim poſita vides, cave brevius, quod alias fieri aſſolet, primogenitum dicas: docent enim derivata omnia, *ſlagt*, *ſlag*, &c. g ad vocis eſſentiam pertinere. Sic *döa*, *döja*, mori, purius eſt antiquiusque, quam *dö*, *gånga*, quam *gå*, *bregda*, quam *brå*. Concinunt dialecti aliæ: Germ. *fragen*. Belg. *vragen*. Angl. Bor. *fraine*, *frayne*. Conſenſum Antiquiorum ſupra attulimus. Qui meminit, *f* ſæpius caninæ literæ a nobis præponi, in animum facile induxerit, Latinum *rogo* noſtro huic affine eſſe.

FRÅGEN, alacer. LAUR. PETRI in *Poſtilla*, Dom. 2. Adv. *At i jw tå ären wakne, friſke och frågne emot honom;* ut in illius (Chriſti) adventum ſitis vigiles, ſtrenui & alacres. Hinc eſt, quod eſurientem Uplandi appellent *matfrågen*. Veriſimile mihi videtur, ad radicem ſuperius allatam, *fråken*, hanc vocem proprie pertinere.

FRÅGWIS, qui in rogando procax eſt. *Wis* heic in malam partem ſumitur, quod alias ſapientem notat. Par illius valor eſt in *næswis*, naſutus, in *wrångwis*, injuſtus, &c.

FRÆGD, fama, quod de quopiam reſcitur. v. ſupra ad hanc vocem.

FRÅ, a, ab, ex. Dicitur etiam *ifrån*, *ifrå*, *ifrån*, inter quæ tamen id diſcriminis obſervari ſolet, ut *från*, *ifrån* ponatur ſequente vocali, *taga från andra*, aliis abripere, *i* vero particulæ præfigatur, ubi conſona præcedit. Sed ex hoc uſus nondum populiſcitum facere valuit. Originem vocis tradidimus ſupra in *fram*, cui ultimam literam nos demiſſe, diximus. Addam nunc tantum, ULPHILAM, pro hoc *fra*, interdum uſurpare *fairra*, ut LUC. 2: 37. *Ni afiddja fairra alh*, non receſſit a templo, quod alias *fiær*. A. S. *feor*. Angl. *farr*, efferri ſolet. Alemanni longius abierunt, *fon*, *fona* dicentes, unde Minores *von* fecere.

FRÅNHÆST, aurigis dicitur equus, qui dexterior currui jungitur. v. ſupra in *åt*.

FRÅNA, *frånas wid*, lenimen morbi vel doloris perſentiscere, ut ſolemus poſt animi deliquia, vel inprimis, ubi quædam relaxatio doloris morituris concedi ſolet. Iſl. *frå*, *fråe*, *froaſt*, reſpirare. GUD. ANDREÆ, in *Lexico*. HEIMS KR. Tom. I. p. 3. *Hwar ſem þeir urþ? i nauþom ſtadder a Sia eþa a Lande, þa kðlloþo þeir a Naſn hanns, oc þotti jaſnann ſa af þu, Fro:* quocunque in discrimine erant, terra marive, invocabant nomen ODINI, & videbantur ſibi laxamenti quid adepti. Videri poſſet, primum uſurpatum eſſe de illis, qui poſt deliquia reſipiscunt, atque adeo cognatum eſſe Gr. Φρονέω, ſapio, vel potius, *fråna* dici pro *fradna*, ab Ulphilano *frathi*, animus, ratio, *frathjan*, ſapere, mente conſtare. MARC. 12: 12. A. S. *fredan*, ſentire.

FRÅNAD, ſpiramentum temporis, quo ægroto melius eſt.

FRED, pax. v. *frid*.

FREKNA, lentigo. Cymr. *frech*, id. unde Angl. *freckles*. Dan. *fregne*.

FREKNOT, qui faciem lentigine notatam habet. Iſl. *freknotter*. OL. TRYGGV. S. c. 95.

FREST, intervallum. v. *friſt*.

FRESTA, probare, tentare, experiri: *freſta en klædning*, veſtem probare, an corpori apta ſit. Sæpiſſime vero ſtilo Biblico occurrit pro tentatione, perinde ac apud AngloSaxones *coſtan*, quod probare κυρίως notat, tentandi ſignificationem adeptum eſt. LUC. 10: 25. *En lagklok ſtod upp, och freſtade honom:* quidam legisperitus ſurrexit, tentans illum: quo eodem loco Iſlandus Interpres habet *freſtande*, & Mœſogothus *fraiſands*. Ceterum pro *freiſta* antiqui Iſlandi vulgo *freiza* uſurpant. HEIMS KR. Tom. I. p. 174. *Skulom ver þa aull ſaman freiza, hvat at ſyſlaz:* tum omnes experiemur, quid factu opus ſit. Ducimur hac via ad Græcum πειράζομαι, id. unde πειραστής, *freſtare*. JUNIUS, in *Gloſſ.* ULPHILANO, p. 166. obſervat, AngloSaxonice *fraſigean* idem eſſe, ac *frægnan*, interrogare, unde concludit, *fraiſan* ULPHILÆ, & cognata reliqua proprie uſurpari de capitioſis quæſtionibus.

FRESTMARK, tempus probationis, quod concedebatur cuivis equos bovesve ab alio ementi, niſi vel a viatore, ſuo periculo, vel in foro publico emiſſet. UPL. L. *Köp.* B. c. 5. *Fore thorgbkiöpi ligger ängin fräſtmark*, quod quis emit in foro publico, ejus non datur tempus probationis. De ſimili ÆLFRIDI MAGNI, Angliæ Regis, lege, v. *Vitam* ejus, a JOH. SPELMANNO editam, p. 72.

FRI, liber. Ulph. *frija*, unde *frijai*, liberi, *frijans*, liberos. JOH. 8: 36. A. S. *frig*, *fry*, *freah*. *freoh*. Al. *frio*. Belg. *vry*. Angl. *free*. Germ. *frey*. Primos nominis hujus auctores WACHTERUS putat Thraces aut Phryges fuiſſe. *Brigam*, inquit, *Thracica Lingua denotare τὸν ἐλεύθερον, hoc eſt, hominem liberum, ex* JUBA *Hiſtorico notavit* HESYCHIUS, *in v.* βρίγες. *Phryges vero non a frigore regionis ſuæ, ut* BAXTERUS *exiſtimat, ſed potius a libertate hoc ſibi nomen cooptaſſe videntur. Nam* βρέγοι, βρέγες & Φρύγοι *apud* STRABONEM & *alios ſunt iidem.* Ceterum obſervamus, vocem hanc eadem latitudine uſurpari, ac Latinam *liber*, ut notet id, quod a quacunque coactione immune eſt, ſive opponatur ſtatui ſervili, ſive culpæ cenſuive pendendo obnoxio, quæ omnia exemplis probant Lexicographi. Idem WACHTERUS annotat, ab interpretibus forte id lucratam fuiſſe Linguam ipſius noſtramque, quod *fri* quoque ponatur per Latinismum pro liberali, unde *frikoſtig*, item *gäſtfri*, hoſpitalis, *freygebig*, liberalis. Sed credere malim, ita eum dici, qui aliis gratis dat, nullas rependendas vices exſpectans. Conf. Angl. Vet. *freehoſters*, quod SKINNERUS eos notaſſe dicit, qui advenas hoſpitio gratis excipiebant. Sic *fritt bord* dicitur alimonia gratuita, *fria husrum*, domicilium gratuitum. Tandem ut limites, qui libertatem & licentiam disterminant, oppido ſæpe debiles ſunt, ita *fri* non raro pro luxurioſo vel petulante ponitur. v. SYRAC. 26: 30. *Fri lefnadsart*, vita diſſoluta. Nec vitio fere caret in *fritalig*, dicax.

FRILIGA, utique, adverbium affirmans. Germ. *freylich*. CHRON. RHYTHM. p. 37.

Ta ſægen honom friliga ſå:
Tum omnino illi affirmate.

WACHTERUS ſuæ Linguæ vocem novam eſſe, fatetur. Sed nimium divertit, ubi eam a Gallico *vrai* fabricatam dicit. Aliam vocis *friliga* ſignificationem vide mox in *frid*, pulcer.

FRITT, particula affirmativa, qua aſſenſum profitemur, alteriusque conditionem accipimus. Quum conventionum anima ſit libertas agendi, hoc indicatur, aſſenſu libero nos alteri adſtipulari.

FRIHET, libertas. Angl. *freedom*. Germ-

Digitized by Google

Germ. *freyheit.*

FRIMARK, Ludi publici genus, quod prohibetur in *Jure Aulico* MAGNI Regis, de anno 1319. §. 9. *Framledhis forbjudher min Herre nokor frimark bolda, eller rida. Hwar med thy faar, wari ogilt, oc wari ſamme rätter therom ſom om dobel*: ulterius prohibita eſſe vult Dominus meus omnia ludicra, *frimark* dicta, ſive equo peragantur, ſive alias. Qui hisce intereſt, ſibi habeat, ſi qua re violetur, & idem jus hic eſto, ac in alea. Videtur autem *frimarck* conſtitiſſe inter alia in equorum rerumque aliarum permutatione, unde cum *dobbel* fere conjungitur, uti etiam *freymarken*, apud Alemannos interdum permutandi ſignificationem habet. v. HALTAUS, in *Gloſſario.* in, v. *freymarckt.* Ceterum occurrit ejusdem tenoris Lex in *Jure Aulico Danico,* Anni 1590. §. 25. *Forbjuder oc komungen, at ingen ſkal ride feylemarket:* cuivis etiam Rex interdicit ſpectacula ludicra, ab equitantibus peragi ſolita. Pro eo, quod in altero Statuto *frimark* dicebatur, heic *feylemarket* uſurpatur, quam vocem OSTERSON, in *Gloſſario Juridico*, p. 167. ita explicat: *Feylemarket kaldis all Daarspil, ſom föris oc brugis i Marckeder, penge dermed at fortiene:* ita vocantur omnia ludicra, quæ in nundinis circumferri ſolent ad alios nummis defraudandos. Nominis rationem daturus ſubjungit: *efter ſom ſtijgt meſten parten föris af Spillemænd, er ſlig daarſkab feylemarket kaldet*, hoc eſt: quoniam a fidicinibus iſta ludicra circumferuntur, nomen adepta ea eſſe *feylemarket*, hoc eſt, a *feyla*, *fila*, *fidla*, inſtrumento muſico. Sed conſenſus Linguæ Germanicæ ſuadet, ut *feylemarket* vitioſum eſſe, exiſtimemus, atque adeo nominis rationem inde ſimili vitio arceſſi.

FRIBOREN proprie notat ingenuum, vel ex liberis parentibus natum, poſtea vero idem eſt ac *frælſisman*, qui eques eſt, & in nobilium Ordinem relatus, ut in ſaxo illo *Botkyrkenſi*, a BURÆO æri inciſo, legimus: *ſmåmanna blifwa friborne:* terræ filii in Ordinem Nobilium cooptantur. Poſtea vero ſuperior quidam nobilitatis gradus eo deſignari videtur, uti dum in Literis Regiis ſeparatim ſalutari videmus *Friborne* & *Frælſisman.* Uti appellationis ratio nativitatis ornamentum indicat, ita id nominis illis addebatur, quorum Majores ſummis in Rep. muneribus præfuerant, quales Romani ſpeciatim nobiles appellavere. Dicuntur alias *Wälborne män.* v. KON. STYR. p. 246. nec non *Friberrar*, quod nomen ſequior ætas ſecundo nobilitatis Ordini adjecit, ad imitationem ſtili medii ævi, qui eos Liberos Barones ſalutavit.

FRIWILLIG, ſpontaneus.

FRIA, procari, virginem ambire. Vox inde a Mœſogothis, per plurimas dialectos ſeſe diffundens. Scilicet apud ULPHILAM *frijon* eſt amare, *frijonds*, amicus, *friathva*, dilectio. Germ. *freyen*, procari. Belg. *vrien*, amare, unde *vrient*, amicus. Germ. *freund.* WACHTERUS non modicis ambagibus illud *frijon* derivandum docet a *frid*, *frey*, pulcer, quod mox ſumus allaturi, ob illam, quæ inter pulcrum & deſiderandi actum intereſt, vim attractivam. Ego id non impugno: ſed ubique præ me fero, ſimulac ad Scythica perventum fuerit, æquo me ferre animo, ſi ulteriora veſtigia evaneſcant.

FRIARE, procus.

FRID, pulcer. Ant. *fri.* SPEGELS *Dedic.* ad *Hexaëmeron Suethicum*:

Frida Nympher, Rikſens prydnad:
Nymphæ formoſæ, Patriæ noſtræ decora.

Iſl. *fridur.* KNITL. S. p. 48. *þat er Konungs prydi, at ſe fridr oc fagr*, id Regis ornamentum eſt, ut pulcer ſit & ſpecioſus. C. B. *ffraw.* Germ. *frey.* v. WACHTERUS, in v.

II. De militibus ſumtum denotare videtur fortitudinem, quæ ſola militis ſpecies & ornamentum eſt. CHRON. RHYTHM. *min.* p. 51.

Unge raſke bælad oc fri:
Juvenes alacres & manu promti.

Iſlandi eodem modo loqui amant. HEIMS KR. Tom. I. p. 29. *fritt lyþ oc mikit*, ſtrenui milites & numeroſi: & ſic alibi ſæpe. Hinc *friliga*, fortiter, viriliter. *Vita* ANSCHARII, p. III. *The ſom i ſtadenom waro, the wardho ſik friliga*, qui in urbe erant, viriliter ſe defendebant.

FRIDA, ornare. v. infra, In *pryda.*

FRIDLEIKR, pulcritudo. VEREL. *Ind.*

FRID, libertas. Hæc enim prima & naturalis vocis ſignificatio eſt, a *fri*, liber, eundem in modum ac a *dö*, mori, fit *död*, mors, a *gloa*, lucere, *glöd*, pruna. WESTG. L. *Kon.* B. §. 4. *Konungen ſkal tha thöm mannum frid giwæ, them är eigh hawa nidings wärk giort*: Rex tum (ad actum inaugurationis,) tribus viris (captivis) libertatem dabit, talibus nempe, qui graviora & inhumana ſcelera non commiſere. Eſt hic idem mos, qui hodieque perennat, ut Rex thronum Regium primum conſcendens, libertate do-

donec quosdam, qui captivi detinentur. Conf. Östg. L. *Drap*. B. c. 5. §. 5. ubi excipiuntur jura cognatorum occiſi. Dum vero *frid a fri* derivandum dico, ſimul etymologiis variis variorum, vel a כרית, fœdus, vel a *freon*, amare, vel etiam a *fries*, foſſa, quæ nimium operoſa eſt Eccardi derivatio, in *Præf.* ad Leibnitii *Etymologica*, p. 11, vel tandem a *frygd*, *frögd*, lætitia, quæ conjectura eſt Schefferiana, in *Upſalia Ant.* p. 97. ubi radicem communem quærit in Numine antiquo, pacis cuſtode, Frey vel Frigga, quantum tribuam, per ſe ſimul patet.

II. Immunitas ab ultione eorum, qui ujs vindictæ olim habebant, cujusmodi erant occiſorum heredes, virginumque ſtupratarum tutores. Hinc *bidja i frid* dicebantur illi, qui jure ultionis cedentes, ſecuritatem publicam & veniam criminis reo apud Principem conciliare volebant. v. Östg. L. *Eds*. B. c. 1. Eſt hinc, quod templa illa, quæ aſyli vicem præferebant, *fridſtol* & *fridſtow* in Anglia appellarentur. v. Spelmanni *Archæol.* p. 248. quodque in Jure Alemannico cœmeteria, *frithhof*, audiant. v. Wachterus, p. 489. cfr. Gothl. L. c. 8. §. 10. & c. 13. §. 2. L. B. *freda*, *fredus* dicebatur mulcta illa, quæ ad recuperandam pacem publicam fisco publico aut magiſtratui pendebatur.

III. Immunitas ab oppreſſione civili. In hunc cenſum veniebat ſolennis illa in actu coronationis data fides, qua a civium capitibus avertendam vim jurejurando promittebant Reges Suiogothici, cujus ſummam conſtituebant ſecuritas domeſtica, *hemfrid*, ſecuritas a violatione mulierum, *qwinnofrid*, ſanctimonia templorum, *kyrkiofrid*, nec non tribunalis, & illuc tendentium, indeque redeuntium, *Tingsfrid*, &c. Pertinet huc ſolennis & mutua civium inter ſe pactio, qua ne quis alterum læderet, promittebant, vulgo appellata *Guds frid*, & Latino Barbaris *Treuga Dei*. Ruricolæ noſtri hodie inter primam ſalutationem formula illa *Guds frid* ſe mutuo compellant, quæ partim votum continet, partim ex veteri inſtituto fidem, fore, ut fideliter &, ut inter amicos, agatur. Heims Kr. Tom. 11. p. 328. *Lif i Gudz frid*, vive ſub tutela Divina.

IV. Immunitas forenſis a vadimonio ſiſtendo, quæ artis termino dicitur *frider i ſoknum*. Upl. L. *Thing*. B. c. 14. ubi recenſentur tempora, a judiciis publicis immunia, ut ſunt *Julafridher*, feriæ nativitatis Chriſti. *Diſathings fridher*, feriæ nundinarum Diſenſium. *Warfridher*, feriæ vernæ. *Ledungs frider*, feriæ expeditionis militaris. Huc quoque retulero, ſecuritatem illam forenſem, quæ ad rei acquiſitæ certam & indubiam poſſesſionem ſpectat. Hinc in jure Civili Christophoriano *frids ſchilling*, vocatur illa pecunia, quæ Conſulibus poſt emtionem ædium datur, tanquam arrha ſecuræ poſſeſſionis.

V. Immunitas a vi hoſtili, pax. Et hæc ſignificatio, obſoleſcentibus ſenſim ceteris, jam fere ſola obtinuit. Dicitur promiſcue *frid* & *fred*, utrumque adſtipulantibus aliis dialectis. A. S. *frith*, *fryth*. Al. *frido*. Iſl. *fridr*. Belg. *vrede*. Germ. *friede*. L. B. *freda*.

VI. Animi tranquillitas. *Till frids ſtälla*, tranquillum reddere, *gifwa ſig till frids*, conſolationem admittere. *wara till frids*, modice ferre, æquo animo eſſe: genera loquendi germanizantia, uſitata tamen tempore Reformationis. v. Laur. Petri *Poſtilla*, in feſto Nativ. ad fin.

FRIDA, tueri. Chron. Rhythm. p. 50.

Gud fride henne ſiäl af pina och nöd:
Deus ſervet animam ejus a poena & dolore.

FRIDSAM, pacificus.

FRIDSFÖRDRAG, pacis conciliatio. v. *fördrag*.

FRIDWAPN, arma domi, & ſub pace portanda, qualia fere forenſes conventus & templa frequentantes portabant, donec Lege publica cautum fuit, ut inermes venirent. v. Hels. L. *Thing*. B. c. 14.

FRIDGIÅRD in Östg. L. B. B. c. 20. dicitur illud ſepimentum, quod animalia arcet. *Fridgiarde ſkal warda til Martinsmæſſu um aker, ok um äng til Michialsmæſſu:* ſepes ſartæ eſſe debent circum agros usque ad feſtum S. Martini, & circum prata usque ad feſtum S. Michaelis. In Lege Westrog. ſcribitur *fryodgiärd*. *Forn*. B. c. II. §. 6. *Än fleri byæ ägha fryodgiard ſaman, halder man a ſinu ok ſinum Grannum i By bya medh hanum, wari ſaklös, än ängin kiärir a:* ſi plures pagi intra commune ſeptum agros habeant, & quisquam eorum jumenta paſtum agat in ſuum ſolum & vicinorum, qui in eodem pago habitant, impune eſto, ſi nemo queratur. Poſſet etiam exiſtimari, *fryodgiardi* eſſe ab Iſl. *frio*, ſemen, unde *friakorn*, ſemen agro committendum, ut

ade

Digitized by Google

adeo *fryodgiärdi* denotet arvum jam frumento conſitum.

FRIDKULLA erat nomen MARGARETÆ, Danorum Reginæ, INGONIS Su. Regis filiæ, quæ dotalem pacem Regno Danico intulit, nuptumque data NICOLAO R. illas finiit lites, quæ diu Regna Sueciæ Daniæque commiſerant.

FRIGGA, Dea Sueogothorum, ſub ethnicismo, & ODINI, dum in vivis erat, Amaſia. Ut veterum gentilium Theologia oppido confuſa erat; ita de hoc Numine parum nobis ſupereſt, idque ita, ut nec nomen, nec ſexus, ſatis conſtent. Sunt enim, qui pro Dea Deum ſiſtant, cui nomen FRICCO fuerit. In hoc numero eſt ADAMUS BREMENSIS de *Situ Dan. & Regnorum Sept.* p. 143. qui poſtquam THORUM & ODINUM nominaſſet, ſubjungit, *tertius eſt* FRICCO. Adſtipulatur illi CRANZIUS, qui *Thoronis latus cinxiſſe*, ait, *Wodanum, & Fricconem.* JOHANNES MAGNUS, *Gothus*, & poſt illum OLAVUS, illius germanus, hic in *Gentium Septentrionalium Hiſtoria* Lib. III. c. 3. ille in *Gothorum Suionumque Hiſtoria*, Lib. I. c. 9. in hoc Numine deſcribendo adeo ancipites ſunt; ut modo Deum appellent, modo Deam. Verba JOHANNIS ſunt: *Cingebant latera hujus Supremi Numinis* (THORONIS) *alii duo Dii: quorum ſimulacra, ut compatium Deorum majeſtas exigere videbatur, utrinque collocata fuere.* Videtur heic Hiſtoricus noſter, Deum marem a latere THORONIS collocare, ſed mox eundem in Deam transformat, amorum deliciarumque Præſidem, uti etiam editio Libri Romana, iconem FRIGGÆ oculis ſubjectura, formam muliebrem præfert. Ambobus vero antiquior, et, quantum ſcio, Noſtratium primus, ERICUS OLAVI, Canonicus Upſalienſis, expreſſe ſexus feminei numen hoc fuiſſe dicit, in *Hiſtoria Sueogothica*, p. 2. cujus auctoritate permoti alii eruditorum, ex compoſito veluti, Deam ſocietati Numinum Upſalienſium adjunxere. Nec de nomine major eſt conſenſus, quum alii FREAM vel FREJAM, alii FRIGGAM nuncupent, FRICCONEM porro alii. Quod vero ad ſexum hujus deaſtri attinet, quum Deam aliquam Upſaliæ templum ſuum habuiſſe, ignoret tota antiquitas; ſuſpicari licet, errorem hunc inde ortum, quod, quum dies hebdomadis ſextus a FRIGGA nomen habeat, illaque nomenclatura reſpondeat VENERIS diei apud Latinos, qui immediate ſubſequitur præcedentes dies ODINI & THORONIS, ut apud Latinos MERCURII & JOVIS, exiſtimatum fuerit, fieri aliter non potuiſſe, quam ut Numen femineum in triade hac fuerit, niſi forte in animum induxeris, ut idem fuit hujus Numinis imperium, ac quondam VENERIS apud Romanos Græcosque, ita eandem heic, ac apud illos, obtinuiſſe opinionem, nempe de utroque ſexu participaſſe hoc Numen, atque androgynum fuiſſe. De Deo VENERE conſuli poterit MACROBIUS, *Saturn.* Lib. 3. c. 8. qui apud CALVUM poëtam ÆTERIANUM legendum eſſe affirmat:

Pollentemque Deum Venerem.

Græcos non ἀφροδίτην ſolum, ſed etiam ἀφρόδιτον coluiſſe, notum eſt. Notatu digna ſunt verba RICHARDI VERSTEGANI, in *Reſt. of dec. Intell.* p. 76. cujus verba Latine reddita adfert CHRIST. ARNOLDUS, in *Epiſtola* ad GEORGIUM RICHTERUM, quæ inter RICHTERIANAS exſtat, p. 496. *Hoc idolum*, inquit, *repræſentat utrumque ſexum, tam viri quam feminæ, velut hermaphroditus habuiſſe dicitur. Dextra tenet ſtrictum gladium & arcum ſiniſtra, bis ſignificans, feminas æque ac viros tempore neceſſitatis ad pugnandum paratas eſſe debere.* Conf. TROG. ARNKIELS *Cimbriſche Heyden Religion.* p. 200. Ceterum fieri quoque potuit, ut affinitas nominum, quæ in familia Aſanorum erat, aliquam, ut ſexus, ita & nominum confuſioni occaſionem præbuerit. Erant quippe in hoc numero. I. FRYGG, FRIGG vel FRIGGA, quam vero nomine FRIGIDA appellatam fuiſſe, docet EDDA. De hac vero nihil relatum legimus, niſi quod peregre abeunte ODINO, & ultra morem retardante receſſum Fratres ejus VE & VELIR illius nuptias ambierint. HEIMS KR. Tom I. p. 3. quodque illo in honore habita fuerit, ut in EDDA dicatur princeps Dearum Aſiaticarum, *Özt Aſiunar.* Vocatur vero modo uxor, modo pellex ODINI. II. FREYER, NIORDI filius, qui ex genere Vanorum, tanquam obſes primo ad Aſanos pervenit, poſtea ODINI ſectator erat. Hujus FREJERI tanta auctoritas apud Suiogothos perhibetur fuiſſe, ut eum non ſolum vivum enixe coluerint, ſed etiam, quum quid illis obtigit felicitatis, huic FREJERO acceptum retulerint, noluerintque, mortui ejus corpus

pro

pro more illius temporis rogo imponere, idque eum in finem, ut ſemper illius aliquid ſecum ſuperſtes conſervarent. Ceterum per hunc patremque ejus jurarunt, illumque *veraldar God*, Deum mundi appellarunt, & peculiari in honore, tanquam tutelare Suionum Numen, habuere. III. Frej, hujus Freji ſoror, quæ omnibus Odini comitibus ſuperſtes vixit, diuque ſacrorum antiſtes erat. Fuit vero illa plane diverſa a Frigg, imo diverſi generis: dum enim illa ex genere Aſano, hæc ex Vanico erat, non Odini, ut illa, pellex, ſed Odero juſto matrimonio nupta. De illa Edda: *Hon er agiætuſt Aſinnar: hun a þa bæ a himinum, er Fiolvang heitir, og hvart ſem hon ridur til vigs, a hun halfan val allan, en halfan* Odin: illa celeberrima eſt Aſarum, habens ſedem, quæ *Fiolvang* dicitur, quum illa in prælium abit, dimidium prædæ habet, & alterum dimidium Odinus. Recenſentur ibi varia nomina ejus, inter quæ, a patria inditum, eſt *Vanadijs*. Semper autem in hiſtoria Deorum, tanquam diverſæ, commemorantur Frygg. & Freja, ut in convivio Deorum apud Ægi, ubi adfuiſſe narrantur, Frygg, Freja, Gefion, Idunn. &c. Ex his, quæ dicta ſunt, ſatis apparere, arbitror, in comitatu Odini tres hosce fuiſſe, Deorum ordini poſtea adſcriptos, qui inter ſe eo facilius confundi potuere, quo major nominum erat affinitas. Si autem a me quæratur, quodnam horum numinum id fuerit, cujus ſimulacrum Thoronis & Odini ſtatuis in templo Upſalienſi adjunctum eſſet; difficilis reſponſio erit. Adamus Bremensis pro Frejo teſtimonium utique dicit. Deum enim nuncupat talemque, qui nimium manifeſta ſui ſexus indicia exſertaverit. *Ejus ſimulacrum*, inquit, *fingunt ingenti priapo.* Olavus Magnus, l. c. eo alludere videtur, dum ait, *eum turpitudinem ſexus præ ſe tuliſſe.* Simile aliud hujus Dei ſimulacrum Scaræ Weſtrogothorum fuiſſe, idem Adamus docet (c. 216) quod Egino, Episcopus Dahlbyenſis, deſtruxerit. Nec Chronicon Rhythmicum Messenii aliud numen, quam masculum agnoſcit.

Fredag gofwo the af Frigga *namn,*
For fruckt, barn och luſta the bedrade han:
Sexto hebdomadis diei a Friggone nomen dedere,
Ob fruges, liberos & voluptates coluere eum.

Hæc, quæ breviter a Scriptoribus, quos habemus, antiquiſſimis allata ſunt, indicare videntur, Deum non Deam fuiſſe idolum illud, quod Thoronis latus Upſaliæ tegebat: quæ vero in contrarium abeunt teſtimonia, omnia adeo recentia ſunt, ut apud veros rerum æſtimatores in numerum venire non debeant. Unde vero hæc numina appellata ſint, in tantis tenebris dicere, pronum non eſt. Adamus, c. 233. dicit, Fricconem pacem, voluptatemque largiri: ab utraque dote hoc nominis adipisci ideo potuit. Novimus enim, *frid*, pacem, & *frögd* voluptatem denotare. Wachterus Venerem Gothicam a *frijon*, *freijen*, amare, dum in vivis erat, Fream, poſt conſecrationem vero Frejam nuncupatam putat. Stiernhielmius autem, in *Gloſſario Ulphilano*, p. 49. a *frö*, ſemen, nominis rationem petit. Conf. Schefferi *Upſalia Ant.* c. 8. Sunt, qui ab eadem radice Gothica profectum putent. Gr. *ἀφροδίτη*: certe quæ de ortu ejus ex ſpuma maris fabulantur Græci, parum bonæ frugis habere videntur. Fricconem vero Adami Bremensis, quem modo laudavi, nunquam vero ſatis laudavero, Wachterus deducit a veteri *fricken*, appetere, cujus veſtigia ſuperſunt in Mœſog. *faihufrikai*, pecuniæ cupidi, Luc. 16: 14. Sed obſervare juvat, idoli hujus nomen efferendo, plusculum ſuæ pronuntiandi rationi dediſſe Canonicum Bremenſem, *g* in *k* vel *c* convertendo. Dei enim hujus verum nomen non Fricco ſed Frejr fuit.

FREDAG, dies Veneris. Apud Laur. Petri, in *Poſtilla* ejus, ſcribitur *freyedag*. A. S. *frigedag*. Al. *frigetag*, *friadag*. Angl. *friday*. Germ. *freytag*. Antiquiores dialecti, quum promiscue *frig* & *frey* ſcribant, nos dubios relinquunt, ab utra Dearum, conjuge Odini an Oderi, nomen adeptus fuerit hic dies. Junius quidem, in *Gloſſario Ulphilano*, p. 172. a Deo Friccone hanc appellationem ſumtam eſſe, arbitratur. Sed videtur aliud ſuadere parallelismus Latinæ nomenclaturæ: nam dum Veneris dies Gothice erat reddendus, veriſimile eſt, Deæ nomen adhibitum fuiſſe, & inprimis forte ejus, quæ Dearum prima in Edda ſalutatur. Wilhelmus etiam Malmesburiensis a conjuge Odini diem hunc appellatum fuiſſe, docet, ſed dum eam Fream appellatam fuiſſe, docet, confundit Friggam cum Frea, vel Freja.

Digitized by Google

Freja, quod minus mirari convenit, cum idem Iſlandicis Scriptoribus accidiſſe, obſervem. Exempli loco adferam Hiſtoriam Hiedini & Hognii. p. 1. *Doter* Niardar *biet* Freja, *bun filgde* Odine, *og var frilla bans*: Niardi filia appellabatur Freja, hæc ſequebatur Odinum, illiusque amaſia erat. Conf. Saurla Þatt, in *Hiſt.* Olavi Tryggv. Edit. Skalholtenſi. P. 11. p. 49. ubi hæc hiſtoria Hiedini & Hognii integra inſeritur, & multo correctior, quam in Editione Upſalienſi.

LÅNGFREDAG dicitur feſtum paſſionis Dominicæ. Westg. L. *Kirk. B* c. 24. Ob jejunium eo die productius, nomen diei inditum eſſe, docet Dikman, in *Antiqu. Eccleſiaſt.* p. 117. quum ante ſerum diei quidquam aſſumere, tum non licuerit.

FRIGGEROCK, colus Friggæ: ita dicitur cingulum Orionis, pro quo etiam *Mariærock* uſurpatur. v. Joh. Magni *Hiſt.* Lib. 1. c. 9. nec non Mareschalli *Obſerv. in Verſionem Anglo Sax.* p. 514.

FRILLA, concubina, pellex. In Scriptis veterum tam Iſlandorum quam Gothorum ſcribitur fere *fridla*, quod diminutivum eſſe nominis Freja, Venus, putat Gudmundus Andreæ, *Lex. Iſl.* p. 78. Alii illam quaſi pulcram diei volunt a *frid*, quod nuper habuimus. Sed opus non eſt, ut aliam originem quæramus, quam ſuperſtitem in L. Mœſog. *frijon*, amare, unde ortum ducunt Alemannica *friudila*, amatores, *friudilinna*, concubina, quæ ex *Gloſſis Monſeenſibus* adfert Schilterus, quibus ex Mylii *Archæologo.* p. 65. addo *friydalin*, amaſia, & ex *Glosſis Florentinis friedila.* id. *Slægfrid*, quæ alia pellicis apud Boreales appellatio eſt, & de qua, ubi eo loci ventum fuerit, pluribus agetur, poſteriorem ſui partem huic eidem familiæ acceptam refert.

FRIDLULEFNAD, ſcortatio. Norrska Hirdskrå, p. 182. edit. Dolm.

FRIS, pannus craſſus & villoſus. Germ. *fries.* Angl. *frees.* Hiſp. *friſa.* It. id. Gall. *drap de Friſe*, quod indicat, ab inventoribus Friſiis pannum hunc ita dictum.

FRISEL, febris purpurea. Germ. id. Nomen morbo huic dedit vel, qui eum comitari ſolet, membrorum horror ita ut ortum ducat a *fryſa*, algere vel etiam cutis inflammatio. v. ſupra in *fraſa*.

FRISK, vegetus, ſanus. A. S. *freſc, ferſc* (v. Junii *Etymol.*) Al. *friſc, uriſc.* Angl. *freſh, friſh.* Gall. *frais.* It. *frisco.* Si vera eſt conjectura Casauboni, oriuntur hæc omnia a Gr. σφριγάω, vegetus ſum & bene habito corpore, unde σφριγώσης τῆς ἡλικίας, i. e. florente ætate. Interea obſervabit literarum Gothicarum curioſus, quam varie vocem hanc immutaverit uſus, jam transponendo literas, ut ſupra in *ferſk* vidimus, jam literam ab initio demendo addendove: non enim dubito, quin ad eandem tribum pertineant hoc noſtrum & Germ. *riſch*, alacer, nec non Angl. *briſk*, vegetus: ſcilicet amamus, ſonum literæ *r* præfixo *b* vel *f* emollire.

II. Recens, uti dum dicimus, *få friſka håſtar*, equos recentes currui adjungere. Aremorice *freſk* idem notat, teſte Pelleterio, in *Dict. Britann.* p. 315.

III. Gelidus. Hinc *friſkt watn*, aqua frigida, *friſkt wäder*, cælum frigidum. Germani ſimiliter *friſco* uſurpant & Galli *frais*, quibus hoc in puncto loquendi Magiſtris uſi ſumus: judico hoc, quia ſignificatus hic recentior eſt, non quia radice caremus. Eſt enim hoc ortum a *fryſa*, Germ. *frieſen.*

UPPFRISKA, refocillare, & quaſi recentem reddere.

FRISMA. anthrax, apoſtema virulentum. Narrat Auctor Chronici Rhythmici, p. 374. hujusmodi morbum fata acceleraſſe Christophori R. Sueciæ.

Af ena frisma feck han the ſoot:
Ab anthrace hunc morbum accepit.

v. Spegels *Gloſſarium*, p. 132 & 610, ubi notatur, in L. Iſlandica *freis* denotare ſaniem, & *freiſa*, ebullire.

FRIST, ant. *freſt*, temporis intervallum, ſpatium, ut dum Leges, ad experiendum emta animalia, concedunt *triggia natta friſt*, ſpatium tridui. Upl. L. *Manb.* B. c. 8. *Komber ei arwi hans innan træggia ara freſt:* Niſi heres venerit ante vertens triennium. A. S. *fyrſt* Al. *friſt.* Germ. id. Origo vocis mihi incerta videtur, nam quod Wachterus eam derivat a *für*, porro, non perſuadet.

II. Tempus quodcunque. Gothl. L. c. 39. § 6. *þitta ſkal ſykia at lagha freſtum* id agi vel exigi debet temporibus legitimis, h. e. judiciis ordinariis. Sic etiam Alemanni ſuum *friſt* uſurpant. Otfridus. Lib. III. c. IV. 79.

Er ſar zi theru friſti
Quad, es uuibt ni uueſti:
Et ſtatim illo tempore

Reſpondit, ſe id neſcire.

Conf. c. XIV: 177. De A. S. *fyrſt* idem valet. v. Bensonius, in *Vocab.*

FRESTMARK, ſpatium, quod emtori præfinitur jumenta experiendi. Upl. L. *Köp. B.* c. 5. Altera pars vocis eſt *mark*, limes, finis loci aut temporis. v. ſupra in *freſta*.

FRESTA, morari. Ol. Tryggv. S. Ed. Skalh. Part. I. p. 10. *Beiddu han freſta till morgin*, orabant, ut ſpatium illis daret in diem poſterum. Conf. Knytl. S. p. 68.

FRO, mane, unde in aliquibus Sueciæ partibus Sacra matutina vocantur *Froprædikan*. Al. *fruo*, *vruo*. Belg. *vroeg*. Germ. *frühe*. a Gr. πρωΐ.

FRUKOST, jentaculum. Ger. *frühſtück*.

FRO, lætus, hilaris. Chron. Rhythm. p. 270.

Ty wart han glad och fro:
Ideo enixe lætatus eſt.

Al. *fro*, *frou*, *frau*. Belg. *vro*. Germ. *fro*, unde *fröhlich*, id. *frolocken*, exultare. Angl. *frolick*, lætus. Invertit rerum ordinem Wachterus, dum hanc vocem a *freuen*, lætari, deducit, quum quivis facile animadvertat, hanc filiam eſſe, illam matrem: ſed, niſi me omen fallat, facilius arbitrabatur Vir doctiſſimus, a Græco εὐφραίνομαι hoc deducere, quam illud, quum illi alias non ſatis conſtaret, qui natales voculæ huic eſſent aſſignandi. Sed non eſt, quod Athenas usque noctuas quæſitum eamus: habemus enim propiorem fontem in Iſlandico *fro*, quod rerum ſucceſſum, proſperitatem denotat. Heims Kr. Tom. I. p. 3. *Hwar ſem Odins men urþo i nauþom ſtadder, kollodo þeir a nafn hanns, oc þotti ſafnan ſe af þui fro*: quum aliquo in periculo conſtituti eſſent comites Odini, ipſius nomen implorabant, putabantque ſemper, res ſuas ita beari. Hinc *frogd* apud Iſlandos notat rerum ſucceſſum. Ol. Tryggv. S. *Ef utlendir men beſiaſt til ſua micclar frogþar, at þat verþur umfram inlendſka men:* quum adeo effloreſcunt res peregrinorum, ut ſuperent indigenas. Quum ſucceſſus lætitia animos fere efferant, cauſſa effectui nomen dedit.

FRÖGD, lætitia. Iſl. *frogþ*. Al. *frothe*. Belg. *vreugd*. Germ. *freude*. A Wachtero iterum abimus, dum Ulphilanum *faheds*, gaudium, *faginon*, gaudere, cum hoc noſtro communes habere natales, credit: vide, quæ nos ſupra adſcrimus ad v. *fægna*. Stiernhielmius eo proprie indicari credit lætitiam exuberantis agri, adeoque affine eſſe mox ſecuturo *frö*, ſemen. v. *Gloſſ. Ulph* p. 49.

FRÖGDA, exhilarare. Al. *frauen* & *frouen*. v. Junius ad Willeramum, p. 11.

FRÖGDEROP, jubilum.

FROD, ſapiens. v. ſupra *fræde*.

FROM, fortis, ſtrenuus. Occurrit hac ſignificatione ſæpiuſcule in Scriptis noſtratium medii ævi, ubi Heroës & ſingulari fortitudine clari pro epitheto *from* habent.

Chron. Rhythm. p. 179.

Så plæga the ædla bælade from:
Ita ſolent viri ſtrenui.

ib. p. 117.

Mangen ſtoltz bælade from:
Multi viri fortes feroceſque.

p. 39.

En from bælade och förſökter:
Vir fortis & rei militaris expertus.

Conf. p. 42, 44. &c. nec non Kon. Styr. p. 197. ubi *froma gerninga* denotant fortia facta & ſtrenua. Alemanni ad eundem modum dicere ſolebant *ein frommer Ritter*. v. Wachterus, *Gloſſ.* p. 494. qui ex Konigshofii *Chronico* adfert, quod de Hectore dicitur: *er war der frumeſte Ritter und küneſte helt, der ie geboren war:* omnium, qui unquam nati ſint, fortiſſimus Heros erat. In *Rhythmo* de *Exped.* Caroli Magni *Hiſp.* p. 58. *ain frumer ſlach* ponitur pro ictu forti, uti quoque Teutoniſta *vrom* explicat audacem. Conſenſum L. AngloSaxonicæ, quæ pariter ſtrenuum *ferom* & *fram* appellat, vide apud Somnerum. Quem modo laudavi, Vir ſuæ linguæ callentiſſimus, Wachterus, *from* hoc ortum arbitratur a *ram*, valido, litera *f* aucto. Ego licet hoc ſæpe fieri norim, heic tamen id factum eſſe, nego. Indicavi enim ad v. *fram*, ab hac particula, notante promotionem rei, orta eſſe *främja*, promovere, *fræmig*, audax, qui progredi audet, *fremd*, fortitudo, & hoc *from*. Iſl. *framur*, id. v. Schilteri *Gloſſ. Al.* p. 326. & Fr. Junius, in *Etymol.* in v. *former*.

FROMHET, fortitudo. *Hiſt.* Alex. M.

Ung fromhet ſmalter ſom ſalt:
Immatura fortitudo ſalis inſtar liqueſcit.

Al. *fromekeit* v. Schilterus, l. c.

II. Utilis Kon. Styr. p. 147. *Thera manna husfruor, ſom meſt formago med ſläkt ok godz ok fromum radum:* illorum uxores, qui plurimum poſſunt affinitate, opibus utilibusque conſiliis. Adjectivum hoc periit, ſic tamen, ut abiens ſu

Digitized by Google

ſui veſtigia reliquerit. Habemus hinc enim

FROMMA, utilitas. Nexus hujus cum priore quærendus eſt in Ethica Gothorum, qui nonniſi unicam virtutem agnovere, fortitudinem: hinc ut *dygd* dicitur a *duga*, utilis eſſe, ita qui fortis erat, ſolus frugi eſſe, cenſebatur. v. ſupra in *Dandeman*. Alemannice etiam *frumma* eſt utilitas, *frumen*, opitulari. OTFRIDUS Lib. III. c. X: 37.

Frumi drubtin thaz uuib:

Opitulare, Domine, huic mulieri. RHYTHM. de *Exped.* CAROLI. M. *Hiſpan.* p. 10.

Si mugen in ſelbe nib gefrumen:

Non poſſunt ſibimetipſis opitulari. In *Archæologo Teutonico* obſervat MYLIUS, p. 63. *vrome* Belgis quibusdam notare utilitatem: in Scriptis etiam Anglo-Saxonum *framan*, *freman* prodeſſe ſignificat. Conf. BENSONIUS. Referri huc debet verbum *fromma*, quod occurrit in CHRON. RHYTHM. *min.* p. 27.

At han ſkulle gita buſit fromat:

Ut poſſet arci opem ferre.

Hiſt. ALEX. MAGNI.

Thet ſkal tik ALEXANDER *froma:*

Id tibi, ALEXANDER, proderit:

Conf. SYR. 18: 7.

III. Mitis, benignus. *Fromt ſinne* animus mitis. Eſt hæc ut communio hodie vocis ſignificatio, ita & recentior. Belg. *vroom*. Germ. *fromm*, quam adeo ſcire licet ortam eſſe non a *faren*, ut vult ECCARDUS, ſed a perſuaſione Gothorum, nullam virtutem abeſſe, ſi ſit fortitudo.

FRÔMED, fortis, ſtrenuus. *Hiſt.* ALEX. M.

En frômede man will thertill bæta:

Vir ſtrenuus id audebit.

FROSSA, febris, ita dicta ab horrore membrorum, quo corripiuntur, qui ea laborant, hoc eſt, a *fryſa*, rigere. Mœſogothi & Iſlandi eundem morbum nominaturi, illi a calore, *brinno*, hi ab artuum gelu, *kolda*, eum nuncuparunt. Dum in *Hiſtoria* GUSTAVI I. ab ER. TEGEL conſcripta, Part. II. p. 4. lego: *efter Gref* JOHAN *af* HOJA *af kolleſjuka eller ſkjelſwoſot kranklig war*: quandoquidem JOHANNES, Comes HOJENSIS morbo correptus erat, qui dicitur *kolleſjuka* ſive *ſkjelſwoſot*, venit mihi in mentem ſuſpicari, ejus ævo, hoc eſt, ante duo ſecula, morbum hunc adeo non fuiſſe vulgarem, utpote cui certum nomen nondum conſtitit. Scimus, morbis ſua eſſe fata ſuaſque periodos, nec omnes ſimul in hominum genus incubuiſſe.

FROST, gelu. v. *fryſa*.

FRÔ, ſemen. Uſurpatur hodie de ſemine herbarum, florum arborumque, olim vero ſuo ambitu etiam complectebatur quaslibet fruges, ut ex derivatis inprimis patet. Vocis hujus antiquitatem teſtantur, ut de Ebræo פרה, fertilis fuit, פרי, ſemen, nihil dicam, Ulph. *fraiv*, ſemen, Iſl. *frioſ*, &, ſi STIERNHIELMIO fides habeatur, ingens caterva vocum Latinarum, *frumentum* (quod nomen PLINIUS, *Hiſt. Nat.* Lib. XV. c. 19. tribuit granis illis minutis, quæ in ficis inſunt.) *fruges*, *fructus*: quibus, adde *refrivus*, unde faba *refriva*, hoc eſt, ut ÆLIUS docet apud FESTUM, prolata in ſegetem, ſive denuo ſeminanda. AUGUSTINUS, de *Civ. Dei*, Lib. IV. c. 24. commemorat, apud Romanos Numen fuiſſe agreſtium, quod *Frutiſeia* vel *Fruiſeja* appellatum fuerit, cujus nominis ratio ex Gothica Lingua quam facile reddi poſſit, quivis ultro animadvertit, oculos conjiciens in Codicem Argenteum, ubi *Marc.* 4: 4. utriusque hujus vocis etymon occurrit: *Urran ſa ſajands du ſajan fraiva ſeinamma*: exiit ſeminans ad ſeminandum ſemen ſuum: ſcilicet gemini parentes ſunt *ſajan*, ſeminare, & *frô*, ſemen, quod a fine quandoque *d* adſciſcit, ut mox viſuri ſumus in *frodig*. Ab hisce conjunctis *Fruti Seja* commode fieri potuit, hoc eſt, Dea ſemen ſeminans. Notatu nec indignum mihi videtur, eundem AUGUSTINUM ex VARRONE adferre, hanc Deam *Sejam* vel *Frutiſejam* fructibus, quamdiu ſub terra, hoc eſt, donec adhuc in ſemine eſſent, præpoſitam fuiſſe. Immo vero PLINIUS, *Hiſt. Nat.* Lib. XVIII: 2. Deam hanc *Sejam* a ſerendo dictam fuiſſe, docet, nec male: ſed animadvertit quivis, Gothicam Linguam longe propius ad nominis hujus initia accedere. A ſemine etiam VENEREM, ut fertilitatis Deam, *Frutem* nomen habuiſſe, probabile eſt, cujus templum, *frutinal* dictum, commemorat FESTUS, etiamſi lectionem hanc ſolicitet SALMASIUS in *Exerc.* PLIN. p. 69. Ab eodem fonte Græcorum ἀΦροδίτη oriri potuiſſe, erunt, qui æque probabile duxerint, ac a, neſcio qua, fabuloſa maris ſpuma. Pæne oblitus eram dicere. Italos ſemen piſcium *frega*, *freccio*, & Gallos *fray* appellare.

FRÔ, adj. cui ſemen ineſt: ut *frôdt ægg*, ovum fecundum, cui opponuntur hypenemia, zephyria: *frôdt korn*, gra-

granum frugiferum. Iſl. *frioſamlig*, unde *ofrioſamlig*, ſterilis Deut. 7.

FRÖA, ſemen emittere, ut ſolent plantæ.

FRODIG, idem ac *frö*. Iſl. *frioſamur*. Apud AngloSaxones *wridan* eſt fruticare, gemmas protrudere, quod quousque noſtra; hæc cognatione attingat, non facile dixero. Interea *w* & *f* ſæpe alternare, novimus. (cfr. Ulph. *gawriſquan*, fructum ferre. Luc. 8: 14.) Hodie *frodig* notat vegetum, ſucciplenum, qualia fere continuando generi ſuo apta eſſe ſolent.

FRYODGIÄRD, arvum conſitum. Westg. L. *Forn.* B. c. 11. §. 7. dicitur alias *fridgiärd*, ſed ab alia forte radice. v. ſupra in *frid*.

FRÖKORN, ſemen, granum agro mandandum. Dal. L. *Kirk. B.*

FRÖLIMBR, membrum viri genitale. Sud. M. L. *Manb.* B. c. 10.

FRÖLÖN, Westg. L. *Kyrk. B.* c. 29. §. 2. merces pro ſemente. In Lege Jutl. vocatur *frögield*. v. Ostersons *Lex. Jurid.* p. 184.

FRÖ, rana. Iſl. *froia*. v. Hickesii *Index.* ad Runolphi Jonæ *Gram. Iſl.* Dicitur ita a copioſo ſemine, quod vere emitit, quodque peculiari nomine Angli *frie* appellarunt & veteres Galli *fray*, teſte Junio, in *Etymologico*, inque *Gloſſario Gothico*, p. 166. Reliquæ dialecti longius longiusque abeunt. A. S. *frogga*, *frocca*, *frox*. Al. *froſk*. Belg. *vorsch*. Angl. *frog*. M. Casaubonus a Gr. Φρῦν vel Φρυνὸς, quod ranæ venenatæ genus vel rubetam denotat, Gothica hæc profecta eſſe, arbitratur.

FRÖKEN, virgo nobilis. v. in *fru*.

FRÖN, fragilis. v. in *frækn*.

FRU, matrona, uxor conditionis honoratioris. Inde ab antiquiſſimis temporibus eminentioris ordinis feminis hunc titulum fuiſſe proprium, luculento teſtimonio indicat Sturlesonius, in *Hiſtoria Ynglingica*, c. 13. ubi ſimul etymon illius tradit. Freja *var hin frægaſta, ſva aþ meþ hennar nafnu ſkyldi kalla Tignar konor alla, ſva ſem nu heita Fröjor*: Freja reliquis antecelluit, ut ex nomine ejus feminæ illuſtriores etiamnum *Fröyor* ſeu Dominæ appellantur. Quibus conſona adfert Eddæ *Dæmiſaga* 22. *Af* Freas *nafn er þat eignarnaffn, er rikis konur eru kallader Frur*: a nomine Frejæ eſt nomen illud diſtinctivum, quo potentiorum uxores appellantur *Fru*. Immo ex Chronico Rhythmico, p. 561. videmus, jam ſequiori ævo neminem niſi Armigeri uxorem *Fru* ſalutatam, quemadmodum maritis titulus *Herre* proprius fuit.

Hwar frælſis qwinna wille heta fruga,
På thet andre ſkulle ſig för henne buga:
Quælibet uxor, nobilis *Fru* ſalutari voluit,
Ut alii illi reverentiam haberent.

Kon. Styr. p. 246. *Kunungur ſkal biuda ok rada ſinna husfru, at hon ælſke wälborna fruor*: Rex id hortabitur reginam ſuam, ut alias Matronas (*Fruor*) amet. Conf. Upl. L. *Kyrk. B.* c. 6. De Regina Waldemari, Catharina, commemorat idem Poëta noſter, illam Reginæ nomen declinantem, ſolo titulo *Fru* fuiſſe contentam.

För ena Fruga hon ſik ſlogh,
Förde intet annat namn än ſlikt:
Inter Matronas cenſeri optans,
Nullum aliud nomen, quam *Fru*, admiſit.

II. Speciatim hic titulus Virgini Mariæ tribuitur: *Wår Fru*, ut Gallice *notre Dame* & Germ. *unſere Frauw*. Hinc *Wårfru dag*, Feſtum Mariæ.

III. Additur feminis etiam infimæ ſortis: ut Westm. L. *Manb.* B. c. 29. *Nu kan legho drænger - - - bondan æller bryttian æller thera husfrur dræpa*: ſi ſervus - - - patremfamilias aut illius actorem uxoresve eorum ceciderit. Quod ad formam vocis attinet, vulgatior eſt illa *husfru*: ceterum Lex Scanica habet *husfro*. p. m. 26. nec non *husfre*. pag. 46. Westrogothica vero *huſprea*, *Arfd. B.* c. 12. §. 1. *Siter huſprea i bo*, ſi domui præſit uxor. cfr. *Thiuw.* B. c. 9. quod propius accedit ad A. S. *frea*, quod ſexui masculino proprium eſt, dominumque notat: vide operoſam exemplorum congeriem apud Junium, in *Gloſſ. Gothico*, p. 169. In Codice Argenteo *frauja* etiam ſæpe occurrit pro domino, & *heivafrauja* pro domino domus. Marc. 14: 14. *fraujinon*, *gafraujinon* eadem dialecto eſt dominari. Marc. 10: 42. Et ex hoc fonte tam noſtra, quam Germanicum *Frau*, et Belg. *Vrouwe* promanaſſe, recte docet Wachterus, ut adeo dominium primam vocis ideam conſtituat, quæ a viris ad feminas, & ab harum illuſtrioribus ad gregarias migravit.

FRÖKEN, virgo nobilis. Ut mos olim erat liberis illuſtribus parentum ti-

Digitized by Google

titulos diminutiva forma addere, ceu e. g. a dominus fecere domicellus, ab herus, herilis, &c. ita a *frau* fecere *fraucben* & dein *fröken*. Longobardi, ut ex eorum legibus conſtat, *Fream* appellavere virginem innuptam, quæque ſub Mundovaldo (tutore) fuit. Conf. Spelmanni *Archæologus*, in v. Tempore Gustavi I. Virginibus Regiis hic titulus proprius erat, uti nec Christina, ſceptris jam potita, hunc titulum dedignabatur. Nunc ille ita vulgatus eſt, ut propediem eminentioris loci filiabus alius ſit circumſpiciendus, quo ſe a turba diſtinguant.

FRUNTIMMER, gynecæum, alias *fruſtuga* & *jungfrubur* dictum. Germ. *frawenzimmer*. Erat conclave, ubi olim accurata cura ſervabantur virgines innuptæque puellæ, eo inprimis tempore, quo Romuli more procabantur, vi, inquam, & aperto Marte, quæ conſuetudo expreſſis legibus erat coërcenda. Upl. L. Arfd. B. c. l. *Madher ſkal kunu bidhja, ok ėj med waldi taka*: ſponſa peti debet, non vi rapi.

2. Continente pro contento poſito, denotat ſexum femineum, conditionis honoratioris.

FRUKOST, jentaculum. v. *fro*.

FRUKT, fructus. Uſurpatur tam de quolibet terræ proventu, ut dum *jordfrukter* dicuntur omnis generis legumina, quam ſpeciatim de fructu arboreo. Suderm. L. B. B. c. 10. *Kommer man olowandis innæn i thræ gardh annærs, ſtjel frukt eller bryter træ*: ſi quis inſcio domino hortum intraverit, & ibi fructum furatus fuerit, aut arbores fregerit. Immo pulcra metaphora fetus uteri vocatur apud nos *lifsfrukt*. C. B. *ffrwyth*. Germ. *frucht*. Gall. *fruit*. Latinum *fructus* videntur imitati Gothi, quod dum dico, non ideo nego, in Scythico ſermone radicem utrique Linguæ communem ſervari. v. quæ ſupra in *frö* attulimus.

II. Uſus ex quacunque re in poſſeſſorem redundans *frukt* appellatur, unde ſæpe junctim ponuntur *frukt och nytta*.

FRUKTSAM, fertilis, fructuoſus: ubi noſtro generi applicatur, gravidam denotat. v. Hymn. 179: v. 11.

FRUKTBAR, id.

FRUKTA, timere. *Frukta Gud*, timere Deum. Ut geneſin dialectorum, & quemadmodum voces aliam aliamque faciem ſenſim induant, hoc exemplo oſtendamus, obſervabimus, ad nos proxime accedere Anglos Batavosque, quorum illi timorem *fright* appellant, *frighten*, terrere, *afraid*, territum, hi promiscue *vruchten*, *vurchten* & *vorchten*, timere. Reliquæ dialecti metatheſi utuntur, ut Germanorum *furchten*, timere. A. S. *fortbian*. Ulphil. *faurhtan*. Al. *forhtan*, *furhtan*, *forahtan*: quod poſtremum ego ad originem & primam vocis formam proxime accedere, arbitror. Nam licet ſint, qui protectum credant a *Φρίκη*, horror, illud tamen vix tolerabile eſt, quum ſola ad ſonum vocis hodiernum alluſione nitatur; alii porro derivent a *fara*, timor, quo inclinat Wachterus; obſtat tamen huic conjecturæ quod *ht* ut radicalia ſervent veteres dialecti omnes. Meo vero judicio *forahtan*, & contracte *faurhtan*, nihil aliud primigenia ſignificatione denotavit, quam præcavere, a *for*, *faur* & *achten*. Sueth. *akta*. Ulph. *ahjan*, obſervare, cavere: quum cautio, ubi nimia eſt, in timorem fere abeat. Quod voce hac primo prudentia denotata fuerit, inde egregie confirmatur, quod cognatum illius *biforahtan* apud Otfridum eodem ſignificatu occurrere, videamus. v. Lib. IV. VII: 145.

Gibot thaz ſie iz biforahtin, &c.

id eſt ex verſione Schilteriana:

Juſſit, ut id caute obſervarent.

Multum non abit Junius, qui in *Etymologico Anglicano* primam vocis partem deſumtam credit ab A. S. *feorh*, *ferh*, vita: ut adeo *fortbian* ſit vitæ ſuæ cavere. Sed Ulphilanum *faur* particulam magis ſapit, quam aliud nomen ſubſtantivum.

FRUKTAN, timor. A. S. *forht*. Al. *foraht*. Tatianus. c. 212. v. 2. *thuruh forahta Ludons*, propter metum Judæorum.

FRUSA, cum fremitu & effuſe procidere: dicitur de aquis, ubi cum impetu effunduntur. Si ſonitum ſpectes, cognatum dixeris ſuperius allato *fræſa*: ſin vero impetum, hic, ut ſæpe alia, *f* caninæ literæ euphonice præpoſitum judicaveris, atque adeo originem communem hujus eſſe & verbi *ruſa*, effuſe ruere. Ceterum C. B. *ffrowſt* accelerare notat, *ffrwd*, torrentem, *ffrydiod*, cum impetu fluere.

FRYNDTLIG, amicus, humanus. *Se fryndtlig ut*, lætum & humanum ſe præbere: Germanice *freundlich*, a *freund*, amicus.

FRYNDSKAP, amicitia. Laur. Petri, in *Poſtilla*: *Leſwa i frid och fryndſkap*

ſkap med ſin äkta maka, in pace & amicitia cum conjuge ſua vivere.

FRYSA, algere. A.S. *fryſan*. Belg. *vriezen*. Angl. *freeze*. Germ. ant. *frieſen*, uſitatius *frieren*. Iſl. *frira*. Jam antea obſervavimus, literæ *r* ſæpe ſibilum præponi, unde facile induci poſſumus ad credendum, *fryſa* & *ryſa* diverſæ familiæ non eſſe, nec aliena cenſeri deberi φρίσσω, horreo, atque Latina *frigeo*, *rigeo*, &c.

FROST, rigor, gelu.

FROSSA, febris, utpote membris horrorem inducens. v. ſupra ſuo loco.

FROSSJORD, humus ad hiemis rigorem intumeſcens, & dein rimas agens.

FRUSEN, algidus, qui jam congelavit, vel de homine uſurpatum, qui frigus non patitur.

FUCKT, geſtus inconveniens, ut dum dicimus: *han har många fuckter för ſig*, variis modis ſeſe torquet, varios geſtus aſſumit. Dan. *fachter*. Conferri poterunt, quæ ſupra in v. *fickfack* adduximus, quæque huic vocabulo lucem forte attulerint.

FUDRA duo in Lingua Iſlandica notat, celeriter moveri & efflagrare: poſterius derivatum eſſe debet, ſive quia naturam ignis in motu vehementi conſiſtere, credidere etiam veteres Suiogothi, ſive quia concepta flamma cito ſe diffundere ſolet. Notabilis eſt convenientia L. Gallicæ, ubi *foudre* notat fulmen, ignem illum rapidiſſimum, & omnium citiſſime ſe diffundentem. v. GUDMUNDUS ANDREÆ, *Lex. Iſl.* p. 79.

FUKTA, humectare. Conſpirant ceteræ dialecti. A. S. *fubt*, humidus. *Gloſſ.* BOXH. *fubti*, madidi. *Gefuibten* apud WILLERAMUM, Edit. SCHILT. c. IV: 12. Belg. *vocht*, *vucht*, madidus. WACHTERUS orta hæc credit a Lat. *uvidus*, quod aliquando *vuidus* ſcripſere. Sed præſtat, in conſilium adhibere Iſl. *vaukv*, *vokve*, humor, *vokvur*, humidus. v. GUDMUNDUS ANDREÆ, in *Lex. Iſl.* p. 245.

FUL, deformis, teter. Habent eandem vocem omnes Gothicæ dialecti, inter quas eatenus convenit, quod turpe quid eo deſignent, ſed ita tamen, ut idea ſpecifica variet. Alemanni æque ac Iſlandi *ful* appellant putridum, a quo parum abludit Ulphilanum *fuls*, fœtidus. JOH. II: 39. *Iab fuls iſt*, jam fœtet. AngloSaxones *ful* appellant, quod ſpurcum, immundum vel fœtidum eſt, unde *fulan*, polluere, *fule*, fœtor. Angl. *foul*. a quibus prope abludit Gr. φολύνειν, quod apud HESYCHIUM explicatur μολύνειν, nec non Lat. *polluo*. Iſlandis utraque ſignificatio familiaris eſt, teſte VERELIO, qui etiam affert *fula*, foetor: cui addo vetus Gothicum *fyllſkia*, ſordes. KON. STYR. p. 59. *Tro at alt är tolande, utan fyllſkia ok oren lefnad:* omnia tolerabilia reputa præter vitæ ſordes: *faul lifnadur*. vita immunda. NORRSKA HIRDSKRÅ, Ed. DOLMERI. p. 180. Germani *faul* pigrum appellant, haud dubie quia, quæ ſegnia ſunt & motu carent, facile putreſcunt. Hodie non niſi deformitatem ſeu phyſicam membrorum ſeu moralem animæ denotat, *fult anſigte*, tetra facies, *ful odygd*, turpe vitium.

FULSÅR, vulneris putrescentis genus.

FULL, plenus. Ulph. *fulls*. A. S. *full*. Al. *foll*. Iſl. *fullur*. Belg. *voll*. Angl. *full*. Germ. *voll*. Significatio inter omnes linguas convenit, denotatque quacunque re repletum. Hinc apud Iſlandos *qwidafull* denotat gravidam, quaſi quæ uterum plenum habet, *en hand full*, quod manum implere poſſit.

II. Totus. Ita dicimus: *få full betalning*, mercedem totam accipere, *fullgången* dicitur gravida, quæ totum graviditatis tempus exegit.

III. Perfectus. In Legibus Patriis (v. *Jord.* B. L. L: c. I.). *fullt fang Jordar*, perfecto jure acquiſita terra, *fulled*, perfectum juramentum, *fullgærd*, gravior vulneratio, *giöra fullgiærd*. DAL. L. p. 7, *fullſæda*, *Kon.* B. L. L. c. 30. qui perfectam colendi agri portionem habet, *fullwapn*, *Kon.* B L. L. c. 14. perfecta armatura, πανοπλία. Et ad hanc claſſem referri debet, quando adjectivis & adverbiis præponitur: e. g. *fullwiſs*, perfecte certus, certiſſimus, *fullſkön*, perfecte pulcer, pulcerrimus, *fullnær*, proxime, *fullwäl*, optime. OLAV. S. CHRON. p. 48. A. S. *fullneh*, pæne. Græci hoc eodem ſenſu πολὺς uſurpant, ut πολυτερπής, valde delectans, πολυφράδμων, valde ſapiens, quæ & longe plura alia me in eam induxere opinionem, ut credam, hoc noſtrum *full*, *foll*, aliquando diverſum non fuiſſe a Græco πολύς.

IV. Plene convictus. GOTHL. L. c. 2: 4. *þa han verþr ful*, *þa byti han þriar marcr*, quum convicta fuerit, his

tres marcas luat. Jus Eccles. Vicensium, Hauniæ a Joh. Finnæo editum, p. 26. *Werder han full, tha a hann ſimtar grith*, ſi convictus fuerit, pacem quinque dierum habeat, ubi Editor non ſatis feliciter vertit: ſi putruerit.

V. Ebrius. Germani *voll* eodem modo uſurpant. Orta inde habemus *fylla ſig*, ſe inebriare, *fyllbult*, helluo, *fylleri* ebrietas.

FULLBORDA, perficere, conſummare, a *bord*, quod in Lingua A. S. notat finem, terminum rei, & apud nos uſurpatur de margine veſtium & rerum aliarum: ita *fullborda* ad eundem modum dicitur, quo a Gr. τέλος eſt τελειόω, perficio. Simplex hoc videtur, & cujus nos pœnitere non deberet: ceterum facere non poſſum, quin addam, me, dum aliquando percurrerem *Hiſtoriam* Ol. Tryggvasonii, Edit. Skalh, atque in narratione de fabrica navis longæ, *Ormen* dictæ, Part. II p. 230 uſurpatam invenirem phraſin *bæra bord a ſkip*, hoc eſt, tabulatis navem operire, latera navis aſſeribus contexere, & mox ſequi viderem: *enn er ſkipit var fullborda*, quum fabrica navis abſoluta eſſet, ſuſpicari cœpiſſe, nauticam forte eſſet phraſin, & de navibus dici, quum ultima manus conſtruendis extimis partibus additur.

II. Conſentire: unde *fullbord*, conſenſus, quod ſæpe occurrit in Scriptis medii ævi. v. Stat. Stregnes. Anni 1437. §. 7 *At the barn, ſom Bôndher och Landbo upfôdha, ſkal ey ſkiljas widh theras fadher och modher, utan thera willja och fullbord*: ut illi liberi, quos Ruſtici & Coloni educant, a parentibus eorum ne diſcedant abſque eorum venia & indultu. In *Actis Publicis* Hadorphii occurrit *fullord* p. 116. *Med allmogens fullord*, cum conſenſu populi, id quod rectius eſſe judico, quum videam Alemannos hoc ſenſu uſurpaſſe *full-wort*, & *vollwort*. v. Haltausii *Gloſſ*. in. v.

FULLBÔRDIG, perfectus. Eph 4: 13.

FULLDRAGA, perficere. Hadorphii *Acta Publica*, ad fin. Chron. Rhythm. p. 92. *fulldragha the daghtingan, ſom begripen war i Halmſtada*: perficere conventionem illam, quæ inita erat Halmſtadii. Conf. p. 126. a Germ. *vollziehen*, lege verſionis.

FULLFÔLJA, urgere, *fullfôlja ſitt uppſât*, conſilio ſuo inſiſtere. Vox nova, facta ad imitationem Lat. perſequi.

FULLFÔRA, convincere. Chron. Rhythm. *min*. p. 75.

Jag hoppas thet ingen kan
Uita thet a mik fullfort:
Spero neminem fore,
Qui hujus me convincere queat.

Ut ratio vocabuli hujus conſtet, ſciendum eſt, *fôra* vocabulum eſſe forenſe, uti dum dicimus in ſenſu accuſandi *pâfôra*. Germ. *überführen*, convincere: Latine inferre crimen, inferre cauſſam, hoc eſt, accuſare. *Full* vero, quod ſuperius monuimus, denotat reum, convictum.

FULLGÔRA, implere, ſatisfacere. Al. *foltuon*, Ulph. *fullataujan*. Teutones eodem ſenſu dixere *foluuurchon*.

FULLKOMNA, perficere. Catal Episc. Scar. *Tha war* S. Mariæ *kirkia fulkomæd*: tum conſummatum eſt templum S. Mariæ. a *komma*, quod inter alia faciendi ſignificatum habere, docebimus ſuo loco. Germanice *vollkommen*, quæ vox Wachtero negotium faceſſivit, & ita, ut tandem pro hybrida habuerit, ortaque a *voll*, plenus, & κείμενος, conſtitutus. 2 Stilo forenſi notat convincere. Dal. L. p. 30. *Gitær äi fulkummat*, ſi plene convincere nequiverit.

FULLSÆRE, plenum vulnus, quod ſequitur luxatio membrorum vel ruptura oſſium. St. I. *Sâr*. B. c. 6.

FULLSUTTEN dicitur concilium, ubi ſufficiens eſt numerus Aſſeſſorum.

FULLTAGSE, perfectus, pleno robore pollens. *En fulltagſen dræng*, juvenis juſtarum virium. Chron. Episcoporum Lincopens. apud E. Benzelium, in *Monum. Eccles*. p. 115.

Meth fulltaga hoffolk oc gripa til wern;
Cum robore pollentibus Aulicis defenſionem ſuſcipere.

ib. p. 118.

En fulltaga man til ôrlog och frid:
Vir perfectus ſive bello ſive pace.

Originem vocis pandit, quod apud Ulphilam occurrit, *fullatoja*, perfectus. Matth. 5: 49 *Sijaith nujus fullatojai*: eſtote vos perfecti: ortum a *fulls*, perfectus, plenus, & *taujan*, facere. In Upl. L. *Manb*. B. c. 2. occurrit *fulltida madhr*, pro viro adulto, quod vel indidem ortum, vel a *tid*, tempus, quaſi plenis annis maturus.

FULLTYGA, plene probare. L. L. *Kon*. B. c 9. a *tyga*, probare, teſtari.

FULLWIRDI, plenum pretium. Westg. L. *Thing*. B. c 14. v. *werde*, pretium.

FULLER, quidem. *Han ſade fuller thet*, illud quidem dixit: Chron. Rhythm. p. 490. *Nogot kan thet fuller valla*: aliqua quidem cauſſa eſſe potuit. Diverſimode alias pronuntiari ſolet, ut *fullan, fellan*, quæ, in ore vulgi vitiata, ortum ducunt a *wäl*. Germ. *wohl*, ejusdem ſignificatus. Hadorphius ſibi viſus eſt, hanc vocem reperiſſe in Lege Gothlandica. c. 19. §. 10. ut ex illius Verſione video: ſed credo, ibi pro *fullar* reponendum eſſe *fullſar*.

i. e.

Digitized by Google

i. e. plenum vulnus. v. ſupra in *full.* Verba Legis ſunt: *ier ypit, ſo et ei cann bailna, þa iru fulſar meſtu, bytr: en oyra halfu minna:* ſi vulnus (naſi) apertum ſit, ut non coaleſcat, plenum vulnus eſt & mulcta maxima: auris duplo minori mulcta punietur. Cfr. infra §. 38. *Lika fullt,* eſt nihilominus, uti Germ. *gleichwohl. Han ſår likafullt ſtå ſkadan:* nihilominus damnum reparabit. In Chronico Rhythmico p. 185. pro *lika fullt* legimus *lika halſt,* quod ejusdem vocis alia depravatio eſt.

FUMLA, manibus contrectare, attrectare. Angl. *fumble.* Belg. *fommelen.* v. Junii *Etymologicum Anglic.*

FUN, FON, ignis. Debuimus hanc vocem ab oblivione vindicare, quam non tantum in Lingua Mœſogothica, ſed etiam Iſlandica ſuperſtitem habemus, cujusque oppido luculenta veſtigia in aliis recentioribus dialectis invenimus. Codex Argenteus, Luc. 3: 9. habet *in fon galagjada,* in ignem conjicietur, & Matth. 5: 9, 22. *Skula vairthith in gaiainan funins,* reus erit gehennæ ignis. Iſlandici Scriptores *fun* quoque & *fiun* habent. Romunder Gripsons S. p. 6. *Fiune mikil var imillum fota hans:* ingens ignis erat inter pedes ejus. Conf. Verelius in *diſſert. de voce Fan.* p. 6. & Stiernhielmii *Gloſſarium Ulphilan.* p. 18, quæque nos in *Specimine Secundo Gloſſarii Ulphilani* attulimus p. 21. ſeq. ubi pluribus docuimus, ex hac radice originem ducere non tantum Germ. *funke,* ſcintilla, Belg. *vonck.* id. ſed etiam ejusdem proſapiæ videri φέγγω, radio, φάνεω, ſplendeo. φάνω, luceo, appareo, φανὸς, lucidus, φωγνύω, uro, torreo, nec non Latinorum *funale,* quod facem vel lucernam denotat, ut in illo Virgilii:

Noctem flammis funalia vincunt:

& forte *funus,* quo Servius, dum differentiam explicat inter hoc, exſequias, reliquias & ſepulcrum, proprie notari ait *jam ardens cadaver.* Mihi certe hoc veriſimilius obvenit, quam quæ alii Etymologi adferunt, *funus* derivatum docentes a *furvus,* quod is color ferale quid habet, vel a Gr. φόνος, cædes. Invenimus certe, Scriptores antiquos funus pro ipſa mortuorum crematione uſurpare, quod dum recordamur, facilius vim & emphaſin metaphorarum, a Poëtis uſurpatarum, percipimus, dum e. g. Horatius *lacrimoſa Trojæ funera* canit, h. e. deplorandum incendium, & Ovidius *carmina ſua rapta* ait *a domini funere,* quod idem eſt, ac ab ipſius ardente rogo. Pluribus hæc ediſſerui in commemorata diſſertatione, quæ ne exſcribam, eo B. L. remittere liceat. Fieri potuiſſe, ibi ſimul indicavi, ut dum in veteri Latio arbores, quæ Jovis igne tactæ fuerant, *fanaticæ* dicebantur, auctore Festo, illa & ſimul ipſa *fana,* perpetuo hoſtiarum igne collucentia, communem originem habeant.

FUND, conventus, occurſus. Ol. S. Chron. Rhythm. p. 24.

Ther kommo många i hans fund:
Multi ad eum confluebant.

ib. p. 27.

Olaf Helge *kom i fine moders fund:*
Olavus S. venit in ſocietatem matris ſuæ.

Iſl. *fundur.* id. *fara a fund,* alicui obviam ire. Ol. Tryggv. S. Edit. Skalholt. Part. I. p. 235. *Bændur foro þegar a fund* Olafs: Ruſtici ſtatim in occurſum Olavi veniebant. v. Verelius. Radix eſt *finna,* invenire.

FUND, technæ, molimen. *Komma under ens fund,* alicujus ſtrophas detegere. Chron. Rhythm. *min.* p. 202.

Konungen fann ſå många funder,
Att friden ſå når hade gått ſunder:
Rex tot dolos animadvertit,
Ut pax pæne rupta fuiſſet.

Hiſt. Alex. M. *Med nyom fundom,* novis artibus, machinationibus. Conf. Sapient. 15: 4. Vox hæc ejusdem ac prior originis eſt, notatque proprie callide excogitatas artes: dicitur alio nomine *påfund,* quod eſt inventio, vel res excogitata. Germ. *fund* eſt inventum, item inventum fallendi alios. Poëta vetus apud Morhofium, de *Lingua & Poëſi Germanica* p 353.

Der ſiebende kan machen beſſer fundt,
Septimus meliores artes adinvenire poteſt.

Belg. *vond* dolum, commentum notare, docet Kilianus. Ruſtici Uplandorum vocem inde formarunt terminationis peregrinæ *fundera,* quod eſt animo volvere, agitare: niſi id referendum cenſueris ad vetus Anglicum *fonde,* quod, Junio teſte, notavit ſtudere, conari. A. S. *fundian,* niti, attentare. v. *Etymol. Anglic.*

ILLFUNDIG, doloſus, callidus.

FUNT, baptiſterium, fons luſtralis. A. S·

Digitized by Google

S. *fante*. Gall. *font*. It. *fonte*. Hiſp. *fuente*. Belg. *vont*. Angl. *font*. Quum Patres Eccleſiaſtici baptiſterium fontem ſacrum dixerint, hinc nomen id in reliquas linguas dimanavit. Ceterum obſervandum eſt, in veterum templis cathedralibus, puteum fere fuiſſe, unde aquam ad ſacrum hunc uſum hauſerint, a quo, ut diſtingueretur baptiſterium, noſtrates forte *kar* addiderunt, unde tam in *Kirk. B.* L. L. c. 14. quam in LEGE UPL. h. t. c. 13. legitur *fontkar*. *Nu takher moghandi madher ålla kuna hand i fontkar, bôte ſåx öra*: Si vir adultus aut femina manum baptiſterio immiſerit, ſex oris mulctetur. cfr. HELS. L. *Kirk. B.* c. 21. §. 2. A. S. *fant-fæt*, id.

FUNTFADDER, compater luſtricus. Uſurpatur hodie, ubi amicitiam interiorem proverbiali dicendi genere deſignaturi, dicimus, *the äro funtfaddrar*. Provenit illud ex illa opinione cognationis ſpiritualis, quæ inter eos intercedere putabatur, qui ejusdem baptiſterii ſacris adſtitere, quæque omni naturali neceſſitudini anteferenda credebatur. In RECESSU CALMARIENSI injunctum fuiſſe videmus, ut ſolenni fide reciperent Judices, ſe nihil partium ſtudio daturos *för frändſämjo*, *mågſämjo eller fadderſkap*, ob agnationem, cognationem naturalem aut ſpiritualem.

FUNTUS, caſus inſperatus. Ubi quid præter ſpem fortunati accidit, dicere moris eſt, *det war funtus*. Succurrit hoc humile dicendi genus, ubi a SCHILTERO obſervatum vidi, apud KONIGSHOFIUM coævosque *fund* poni pro forte fortuna, unde nos noſtrum fortean mutuavimus.

FURA, nodus. v. ſupra in *fnurra*.

FURE, FURO, abies, tæda: diſtinguitur a *tall*, ut ſpecies ejusdem generis: colore ligni vulgo dignoſcuntur, quum hoc albicet, illud materia picea ſubruſum reddat. C. B. *fyrr*. A. S. *furh*, *furh-vudu*. BENSON. Al. *foraha*. Germ. *före*. Angl. *fir*. Belg. *vueren*. Quum ignem & cito concipiat, & conceptum largiter alat, a *fyr*, *feur*, ignis, multi nomen inditum fuiſſe, putant.

FUS, ant. *funs* & *fos*, citus, promtus. Hiſt. ALEX. M.

The woro til ſtrida bada fos.

Erant ad dimicandum ambo promti. ib.

Som epter godze war myckit foos:

Qui divitiarum perquam avidus erat. Iſl. id. Al. *funſer*. TATIANUS c. 181. *Ther geiſt giuueſſo funs iſt, thas fleisc iſt abur unmahtic*, Spiritus quidem promtus eſt, ſed caro infirma. Contrarium eſt Iſl. *ofus*, tardus: adde *fusliga*, promte. SYR. 35.

FÖSA, agitare, v. ſuo loco.

FUSSLA, per dolum & clandeſtinas artes avertere, quum ejusmodi doli promtas manus requirant. Belg. *ontfuſeln*, id. Alias artificem imperitum *fuſſlare* appellamus, præeuntibus iisdem Belgis, apud quos *futſeler* eſt frivolarius. KILIAN.

FRAMFOS, promtus, uſurpatur fere in malam partem pro homine naſuto & audaculo: eadem ſignificatione *fo's* uſurpatur, quod etiam ejusdem proſapiæ eſt.

FJÅSA, FJÅSKA, feſtinare, ſatagere. Iſl. *fyta*. Al. *fuaſan*. (v. Gloſſ. BOXHORNII) anhelare. v. ſupra in *fjås*.

FY, interjectio abominandi. Angl. id. Gall. *fi*. Belg. *foy*. a Gr. Φεῦ.

FYLKE, territorium. v. *folk*.

FYLLA, implere. Ulph. *fulljan*, *gafulljan*. A. S. *fyllan*. Al. *fullen*. Iſl. *fylla*. Belg. *vullen*. Germ. *füllen*. Angl. *fill*. Dicitur de re quavis impleta vel perfecta. a *full*, plenus, quod ut quandoque ebrium denotat, ita hoc

II. Inebriare. *Fylla ſig*, ſeſe potu ingurgitare. *Fylleri*, ebrietas. v. ſupra in radice.

III. Eſt verbum juridicum, notans omnes probationis numeros implere, uti *fullt* dicitur id, quod juridice perfectum eſt. UPL. L. *Jord.* B. c. 16. §. 2. *Thæt wari fullt och gillt the giora, och ſkiptis åpte thy, the tolf fyllt hawa* Quod ipſi fecerunt, ratum ac firmum eſto, & diviſio fiat, ſecundum id, quod hi ſtatuminaverint. *Manh.* B. c. 7. *fylla wadha ed*, præſtare jusjurandum de caſu fortuito. cfr. *Wid.* B. c. 5. In LEGE WESTG. *Tjuf.* B. c. 13. *fylwath* dicitur plena teſtificatio, explicante STIERNHIELMIO, in Indice. ICTI Romani ſimiliter implere litem, probationem, dicunt. v. BRISSONIUS de *Verb. Signif.*

IV. Perficere. CATAL. EPISC. SKAR. *Han fullædi mykit af S. Mariu Kyrkiu*: ille perfecit maximam partem templi Mariani.

FYLLEST, plenitudo. *Han har fått fylleſt*: ex aſſe ei repenſum eſt, *göra till fylleſt*, ſatisfacere. In Scriptis medii ævi invenio *fyldeſte*. v. DANSKE MAGAZIN Part. 45. p. 282: quod nobis commonſtrat, derivatum hoc eſſe a Germ.

volleiſten, ſatisfacere, & forte toties re petitum ab exactoribus Lubecenſibus aliisque Germanicæ nationis mercatoribus, donec civitate tandem donaretur. Alemanni *follus* & *folluſt* auxilium vocant, ut patet ex Sacramento LUDOVICI GERMANICI & CAROLI CALVI, monumento L. Theotiſcæ vetuſtiſſimo, quod ab oblivione vindicavit NITHARDUS.

FYR, ignis. Scythica vox, quæque ab illa gente ad Græcos, ipſo fatente PLATONE, ſeſe diffudit. Notatu digniora ſunt verba ejus, quam ut a me heic prætermitti debeant. Ita vero ille n CRATYLO p. 288. *Scis qua ratione πῦρ nominatur.* HER. *Non hercle.* SOCR. *Vide quid de hoc ſuſpicer. Reor equidem multa nomina Græcos a Barbaris, eos præſertim, qui ſub Barbaris ſunt, habuiſſe.* HER. *Quorſum hæc?* SOCR. *Si quis rectam iſtorum impoſitionem ſecundum Græcam vocem quærat, non ſecundum eam, quæ eſt nomen inventum, nimirum ambiget.* HER. *veſimile id quidem.* Soc. *Vide itaque, ne nomen hoc πῦρ barbaricum ſit. Neque enim facile eſt, iſtud Græcæ Linguæ accommodare, conſtatque ita hoc Phryges nominare, parum quid declinantes.* Numeroſiorem ſimilium verborum catalogum proſtare potuiſſe, credit WACHTERUS p. 442. ſi, quem ARISTOTELES ſcripſit de *nominibus Barbaricis*, liber hodie ſupereſſet. Sed jam dudum monuere eruditi, ſimile quid ARISTOTELI in mentem nunquam veniſſe, ſed errorem hunc inde natum, quod dum νόμιμα βαρβαρικὰ, ſive de legibus Barbarorum librum ſcripſerat Philoſophus, titulus hic, neſcio quo modo, in *nomina Barbarica* transformatus fuerit. Ceterum, ut ad vocem *fyr* redeamus, non ſolum Lingua Græca eandem civitate donare voluit, ſed veteres Italiæ populi illam ſuam feciſſe, teſtari poſſe videntur *fervere, fornax*, *forceps*, *formus*, forte &, ex conjectura WACHTERI, *feriari*, quum accenſa lumina feſtivitatis inſignia eſſent. Ut etiam *f* & *b* cognata ſunt, ita *buro* in *comburo*, *buſtum*, Gothica *brinna*, *brenna*. Germ, *bernen*, *bornen* &c. ad hanc tribum pertinere credit, collato Ebræo בער, exarſit.

FYRWERK, ignes feſtivi, miſſiles. Germ *feurwerck*.

FYRBÅK, ſpecula, pharus. v. ſupra in *båk*.

FYRMÖRSARE, tormentum ignivomum. Germ. *mörſer*. Proprie notat vas, in quo piſtillo aromata tunduntur, Sueth. *mortel*; forma vero tranſlationi occaſionem dedit.

FYRBÖTARE, qui in aula Regia ignes accendendi curam habet. v. ſupra in *böta*.

FYRPIL, telum ignitum. CHR. RH. p. 461.

FYR, petulantia, geſticulatio. *Haſwa fyr för ſig*, hiſtrioniam agere, petulantem eſſe: forte a feriis, Germ. *feyer*, a quo opifices feſtorum vigilias *fyraſton* appellant, tempus ſcilicet, quod luſibus & non ſemper honeſtiſſimis animi relaxationibus impenditur.

FYRA, quatuor. Precop. *fyder.* Ulph. *fidur*, *fidvor*. A. S. *feother*, *fyther*, *feower*. Iſlandi & veteres Gothi *fiugur.* KON. STYR. p. 169. & *fiadur*, unde *Fjadurhundrad*, tetrarchia Uplandiæ, *Fiärdhundria* hodie dicta, *fiädurskött*, quadratum. OSTG. L. B. B. c. 1. *fiadurtjugt*, pœna 40 marcarum. Ibid. *Räſſt. B.* c. 2. *fiädermänning*, quarti gradus cognatus. HELS. L. *Manh.* B. c. 38. *fygberklowa*, quod in quatuor partes eſt diviſibile. HAMMAR TRIDJUNGS RÅTT §. 10. Longobardos in Italia quaternarium numerum *fiter* vel *viter* appellaſſe, ex nomine *Viterbii* eleganter monſtrat WACHTERUS, utpote quod nomen nil aliud eſſe, quam tetrapolin Gothice expreſſam docet. DESIDERIUS quippe, ultimus Longobardorum Rex, qui quatuor *burgos* vel civitates muro circumdedit, hoc huic nomen dedit a *viter*, quatuor, & *by*, civitas. Lingua Cambrica pro Gothicis *fidvor* & *fiadur* habet *pedwar*, cujus antiquitati teſtimonium dicit nomen vehiculi Gallicum *petorritum*, quod quaſi quadrirotium ita a *pedvar* & *rad*, rota, appellatum eſſe, notatu eo dignius eſt, quod non tantum VARRO itineris inſtrumentum eſſe dicat, apud Belgas repertum, ſed FESTUS etiam diſerte commemoret, a numero rotarum id ita nuncupatum eſſe. Sunt, qui Lingua Oſca *petora* quatuor ſignificasſe tradant, quod an ita ſit, neſcio: Æoles certe πέτορα habent, quod ad Scythiſmum quam proxime accedit. Ceteræ dialecti Gothicæ craſin amant, ut Al. *feor*, *fior*, *fiar*. Belg. *vier*. Germ. id. Angl. *four*. Dan. *fire*.

FJÅRDE, quartus. Iſl. *fjorda*, Germ. *vierte*.

FJÅRDING, quarta pars cujuscunque rei, menſuræ, prædii &c.

FJOR-

Digitized by Google

FJORTON, quatuordecim, a *ton*, nota decimali.

FYRATIO, ant. *fjadurtjug*, *fjordatig*; quadraginta, a *tjug* vel *tjog*, decas. Verelius hoc *fjordatig* vertit octoginta, & *halſan fjordatig* ſeptuaginta: quum tamen utrumque ſit duplo minus, ſcilicet 40 & 35. Erroris occaſionem indicabimus in v. *tjog*.

FYRK, moneta cuprea minimi apud nos valoris. Nomen ſortiri potuit vel a forma quadrangulari, ut ſit quaſi *fyreck*; ab *ecke*, angulus; vel quod pars quarta ſit oræ Suethicæ: quod ſi accipiatur *k* illud finale, ab exoticis monetariis in diminutionis forma adjectum cenſebitur, quaſi *fyrchen* vel *vierchen*, ut ſupra id de voce *fröken* annotavimus. In Lingua Cambrica monetæ genus eſt *ffyrling* & Germ. *vierling*, de quo Wachterus. Ceterum LatinoBarbari monetæ ſpeciem nominant *furquin* vel *furcia* appellatam, de qua Du Fresne conſulendus eſt.

FYRMÆNNING, *Fjurmænning*, qui conſanguineus eſt quarti gradus, ut *tremännig*, qui in tertio eſt. Ol. Tryggv. S. Ed. Skalh. Part. 2. p. 63. *Skyllþu þer ſaker ſækja frændur þeirra er firi ſokum voru baſþer þrimenningar oc fiormenningar oc þar i midli*: debebant mulctam expendere illorum cognati; qui in jus vocati erant, ad tertium & quartum gradum; quique illis propiores erant. Vocantur hi alias in Legibus Patriis *fjærde mæn*.

G. litera Suecis novitia; utpote quæ inter Runicas non comparuit, niſi quod ſequior ætas, ſonum hunc expreſſura, puncto ventrem literæ ᚴ notavit. Poteſtas ejus eadem eſt, quæ in Linguis cognatis, mollior ante *e i ä & ö*, ſed durior ubi *a o & u* ſequuntur. In libello dicto, *Utkaſt till Föreläsningar öfwer Swenſka Språket*, p. 17. obſervavi, eſſe, ubi litera hæc exprimat ἀνώνυμον illam, quam in literatura Latial deſiderari, docuit Nigidius apud Gellium, *Noct. Atticarum* Lib. 19. c. 14. quæque compoſita ſit ab *n* & *g*, cujusmodi ſonus occurrit aliquando ſequente litera *n*: e. g. *regn*, pluvia, *ſigna*, benedicere, quæ æque pronuntiantur, ac ſi *rengn*, *ſingna*, ſcriptum eſſet.

GABB, irriſio. 2. Chron. 30: 10. *The gjorde gabb af them*, irridebant eos: Isl. id. v. Wormii *Lex. Run.* In Lingua vetere Britannica *goab*, *goap*; id. *goapa*, jocari, *goapaer*, irriſor. A. S. *gabbung*, illuſio. Angl. *gibe*, deridere, *gabber*, nugari. Itali *gabbo* ludum; jocum appellant, *gabbare*, illudere; unde proverbium, *paſſato il pericolo*, *gabbato il ſanto*: defuncti periculo Sanctos ludos faciunt. Belg. *gabberen*, nugari, *gabberije*, nugæ. L. B. *gabator* & in Gloſſis Isidori *gabarus*, inſulſus.

GABBA & uſitatius BEGABBA, irridere. Luc. 18: 32. A. S. *gabban*, & Isl. *gabba*.

GADD, aculeus, qualis eſt ſtimulorum, apum & id genus. A. S. *gad*. Angl. *goad*, *gad*, unde *gadfly*, œſtrum, quaſi diceres muſcam aculeatam. Isl. *gaddur*. Sunt, qui originem vocis repetunt inde ab Ebræo חדד, acutus fuit.

GADDA, *gadda ſig till ſamman*, congregari, capita conferre, ut ſolent novas res meditantes. Es. 9: 11. *Herren ſkall gadda theras fiender tillhopa*, Dominus congregabit illorum inimicos. Affinitatem vox illa habet in omnibus fere linguis: huc quippe refero A. S. *gada*, quod apud Bensonium eſt complex; *gaderian*, *gadran*, conjungere. Angl. *gather*. Belg. *gaderen*. Germ. *gatten*, unde *ehegatten*, conjuges. Originem vocis, neſcio quam appoſite, reperit Spegelius in *Gloſſario Suiog.* ab Ulphilano *gaiddja*, verbo defectivo, quod notat *convenit*; *congregavit*, a ſimplici *iddja*, ivit. Marc. 3: 20. *Jah atiddjedun in gard: jah gaiddja ſik managei*, & veniunt ad domum; & congregavit ſe turba. Conf. c. 6: 30. Luc. 8: 4. Joh. 18: 2. Obſervare vero hac occaſione licebit, *ga* in Lingua Mœſogothica non ſemper otioſe præponi, ſed notam eſſe communionis, ut fidem faciunt *gaſinthja*, comitatus, ab A. S. *ſith*. Al. *ſind*, id. *garaznans*, vicini, a *razn*, domus, *gadailans*, participes, a *dail*, pars, *gahlaiba*, contubernalis, a *hlaibs*, panis. Al. *kaleibo*: Fenn. *leipæwali*, quaſi Latine diceres *companis*: unde forte Gall. *compagnon*. Conf. Alem. *gimaza*, ſocius, a *maz*, cibus. v. Schilterus p. 370. Sed ut ad *gadda* revertar, addam, eſſe, qui Ebr. גדד, turmatim convenit, pro fonte habeant. Wachterus vero, ubi Isl. *kvongadur*, uxoratus, ejusdem ſtirpis eſſe ac *ehegatten* putat,

humani quid patitur: *kongad* enim vel *kvongad* formatum eſt a *kona*, uxor, unde *kvongaſt*, uxorem ducere, cujus participium eſt *kvongadur*.

GADUNG, deſiderium, voluptas. v. infra in *gätas*.

GAFFEL, quicquid bifurcum eſt, inprimis inſtrumentum, quo ad carnes aliasque res edules ori admovendas utimur. C. B. *gefail*, forceps. Al. *gauele*. Germ. *gabel*. A *capiendo* derivat WACHTERUS, alii a Gall. *javelle*, *javelot*; niſi forte hoc invertendum dici poſſit. Vide quæ mox ad. v. *gaflac* ſumus dicturi. Apud BENSONIUM occurrunt *gabulroid* & *gafolrand*, radius, circinus, quum inſtrumento bifido forma circularis deſcribatur. Addere pæne oblitus eram, obſervare in *Celticis* ſuis illuſtrem LEIBNITIUM, apud Cambros *gefell*, gemellum, didymum notare: quid ſi diceremus, hanc primam eſſe vocis notionem, quæ æque inſtrumentis his bifidis convenit, furcis, forcipibus, circinis, armis bifurcis, utpote in quibus ex uno velut ſtipite rami gemelli prodeunt. Hæc eadem ratio eſſe potuit, cur veteres Latini furcam *gabalum* appellitaverint.

GAFFLA SIG, vulgari ſermone dicitur cachinnare, immoderato riſu ora diſtorquere. Verbi rationem invenimus in A. S. *geaflas*, fauces. C. B. *gweſt*, labrum: quibus adde Suevicum *gaffelung*, deriſio. Huc quoque referendum videtur AngloSaxonicum *waffel*, os. v. WACHTERUS in v. *gaffen*.

GAFFLAK, jaculi genus apud veteres Suiogothos. v. VERELII *Ind.* HEIMS KR. Tom. I. p. 367. OLAFR K. *ſcaut ſtundum bogaſcoti*, *enn ſtundum gaflocum*. Rex OLAVUS depugnabat partim mittendo tela, partim jacula. A. S. *gafelucas*. MATTH. PARISIENSIS ad annum 1256 notat Friſonibus miſſilia fuiſſe, quæ *gaveloces* nuncupaverant. Etymologi Galli ab hac voce miſſilia ipſorum lingua *javelle*, *javellot* nomen accepiſſe, docent. Scythicam originem prodere videntur C. B. *gaflach*, lanceola, jaculum, pilum; Hungaricum *fulac*, ſtimulus, Fennonicumque *pulka*, ſcipio. Si quis in animum induxerit, a bifida horum armorum forma furcillas noſtras *gaffel* dictas fuiſſe, nihil quod abſonum ſit, dixiſſe videbitur, niſi forte invertendus ſit natalium ordo: alterutrum certe alterius mater eſſe potuit. v. infra in v. *Kors*

Nuper vero didici ex *Dictionario Britanico* PELLETERII, vocem mere Celticam eſſe, compoſitam quippe a *gaſt*, bifidus, & *flach*, ſcipio, ut adeo denotet baculum bifurcum.

GAFWEL, frons ædificii, vel ſummitas, faſtigium ejus. Angl. *gable*, *gablehead*. L. B. *gabalum*. Gall. *gable d'une maiſon*. Belg. *gevel*. Germ. *gibel*, *gipfel*, quod quam proxime accedit ad ULPHILANUM illud *gibla*, quod Luc. 4: 9. occurrit de ſummitate templi. *Gaſatida ina ana giblin alhs*: poſuit eum ſuper pinnacula templi. Vocem hanc, quam HELWIGIUS ab Ebr. גב, *gabb*, ſummitas, JUNIUSque a κεφαλή, caput, derivat, Scythicam eſſe judicat WACHTERUS, oriundamque ab *beben*, elevare, quaſi *gebebel*. Me antiquitas vocabuli movet, ut credam, g ad vocis eſſentiam pertinere, atque adeo alioſum animum convertendum. Id dum facio, ſuccurrit, Iſlandice *gaſt* in genere terminum rei denotare, ut lintris, arcæ &c. Qui hoc docet, GUDMUNDUS ANDREÆ, conferendum vult Ebr. גבל, gæbæl, terminus. Ego ampliandum cenſeo.

GAFWELBÄNK, ſcamnum ad interiorem domi parietem, ubi ſedes honoratiſſima erat. In UPL. I. *Manh.* B. c. 6. contracte dicitur *galbänk*.

GAFWEL, apertura. Uſurpatur in unico dicendi genere, ubi porta omnimode patens dicitur: *wara uppå gafwel*. Apud Iſlandos etiam uſurpatur *dyrnar ſtanda uppa gaul*. v. GUDMUNDUS ANDREÆ, *Lex. Iſl.* p. 85.

GAGN commodum, quodcunque fuerit, inprimis lucrum, quo ſenſu in patriæ legibus non ſemel occurrit. GOTHL. L. c. 18. §. 19. *þa en nequaþ gagn biers ainum til banda, framar þan andrum*: ſi quid alter præ altero lucratus fuerit. Ubi de rebus bellicis ſermo eſt, victoriam denotat, uti dum de ODINO STURLÆSONIUS *Hiſtoriæ Yngl.* c. 2. ait. *Han var ſigurſæll*, *at hvorre oroſto feck han gagn*: erat victorioſus, ita ut in qualibet pugna victoriam acciperet. Cfr. Gr. κάινυμαι, vinco, ſupero, & Angl. *gain*, lucrum, emolumentum, victoria. Gall. *gain*. It. *guadagno*. Reperimus fontem hujus vocabuli in Ulphilano *gageigan*. Luc. 9: 25: *Gageigands thO manaſed alla*, lucrifaciens mundum omnem etc. MARC. 8: 36. Ex aſſe huic Mœſogothico reſpondet Iſlandicum *geignaſt*. OL. TRYGGV. S. p. 86. *Geignaſt all Norrikis rike*: ſuæ

Digitized by Google

ſuæ ditionis facere omnem Norrvegiam.

GAGNA, prodeſſe, cujus loco Uplandi Smolandique *gena* dicere amant. *Hwad genar thet*, quid hoc prodeſt: unde *gen*, utilis, *egen*, inutilis. Litt. JOH. BRASK, Ep. I inc. ad GUSTAVUM I. apud SPEGEL in *Hiſt. Eccles.* p. 136. *Ær thet cronone myggitt ogenth, ſom flere, ther mågot uptaghe, hon inthett nederlagth haffuer:* parum prodeſt tam Reip. quam aliis, metere ubi nil ſeverint. Nec infrequens eſt, ut hoc *ogen* pro homine moroſo, incommodo, uſurpetur: & certe nulli minus quam hi hominum generi utiles ſunt. Nec prætermittendum hoc loco eſt, *gen* vel *gïn*, de viis uſurpatum, compendium itineris denotare: *genwæg*, via brevior, quo aliquid itineris facimus compendii. Apud Iſlandos *gegna* in genere notat prodeſſe, *gegn*, obediens. v. VERELII *Ind.* unde explicandam cenſeo formulam illam in Actis noſtris Publicis ſæpe occurrentem, *gå i gegn* vel *igen*, quod eſt, ſe alicui ſubdere, ut *Hiſt.* OL. S. RHYTHM. p. 50.

KNUTER *ſiglade til Trondheem*
Landit gick honom ther igen.
CANUTUS vela fecit verſus Trondhemum,
Omnis vero regio ipſius leges accepit.

GAGNELIG, commodus, utilis.

GALA, canere. Uſurpatur hodie de gallis. MATTH. 27: 71. *Och ſtrax gol hanen*, quod Ulphilas vertit, *jah ſuns hana hrukida*, & continuo gallus cantavit. Antiquitatem non ſolum vocis, ſed etiam hujus illius ſignificatus teſtatur Latinum *gallus*, quod aliunde commodius, quam a cantando derivari certe nequit. Iſl. *gala*, canere carmen canere. VEREL. *At gala*, aures obtundere. OL. TRYGGV. S. Part. I. p. 171.

II. Incantare. In multis linguis, quum conceptis formulis carminibusque ſortilegia peragerentur, canere & incantare communia nomina habent. A. S. *galan*, incantare, *galero*, hariolus, *galdor*, incantatio. Iſl. *galdur*, incantatio, *galdramadur*, magus, *galdraliſt*, ars magica. Al. *galender*, incantans, quod SOMNERUS compoſitum credit a *gal*, cantus, & *derian*, nocere, ſed revera eſt participium verbi *gala*. Quod LEIBNITIO circa hoc vocabulum aqua hæſerit, patet evolventi *Archæologum Teutona* MYLII p. 69. VERELIUS in notis ad *Hiſt.* HERRAUDI p. 81. *galldur* derivatum putat a *gall* vel *galen*, quum magicæ artes maxime ſint inſanæ. Sed hæc non perſuadent.

NÅKTERGAL, luſcinia, avis noctu canens. Ut avis ipſa ſuperioribus Sueciæ partibus non adeo familiaris eſt, ita nomen aliunde videmur mutuaſſe A. S. *nihtegale*. Al. *nachtegala*. Angl. *nightingale*, Germ. *nachtigale*.

GALEN, vitioſus, cui defectus aliquis ineſt. Sic *galen mening* eſt opinio falſa, ſenſus alienus: *taga en galen bok*, alium, quam vellemus, aut fas foret, librum ſumere: *tomt wiſthus gör en galen reddeja*: penu vacuum malam efficit matrem familias, vel diſpenſatricem. Dan. *gall.* id. Ortum arbitror tam hoc, quam mox afferendum *gall*, ſterilis, ab Iſl. *galle*, vitium, defectus. HAVAMAL ſtr: 118. *Trautt er madr ſvo godur, ad ej galle fylge, eda ſva illur, ad i aungua duge:* vix quemquam invenies adeo bonum, ut ſit abſque vitio, aut tam malum, ut ad nihil utilis ſit. Hinc *galladur*, vitioſus. Suſpicio mihi ſubiit, voce Iſlandica proprie iſtiusmodi vitium indicari, quod magicis artibus affricetur, adeoque ortum ducere a *galldr*, incantatio. Confirmabar in ea opinione, dum vidi in *Hiſt.* ALEXANDRI M. *galet wäder* dici, quod alias *ägjort* vel *ogjort wäder* appellari ſolet. Ita vero ibi.

Thet kom et galet wäder.
Illos tempeſtas adorta eſt malis artibus arceſſita.

II. Inſanus, ut qui vitio laborat, inter omnia infeliciſſimo. WESTM. L. *Jord* B. c. 18. *Köper man jordh aff witwillinge äller aff galnum manne:* ſi quis terram emat a fatuo vel inſano. Aſſerimus veteri Gothicæ L. hanc ſignificationem, ita tamen, ut neſcii non ſimus, inter Phrygias eam, vocemque ipſam, referre WACHTERUM. Si vero certior nobis tradita eſſet memoria migrationis Gentium, minus forte hoc & iſtiusmodi alia, abſurditatis habere viderentur, inprimis quum qui ex Aſia cum ODINO huc conceſſere, Trojanam, hoc eſt, Phrygiam originem omnes venditaverint, immo ipſi Trojani Scythas ſanguinis auctores habere, gloriati ſint. Ceterum, ut quemlibet lubenter ſuo abundare ſenſu permittimus; ita nemo non animadverſione dignum reputaverit, quod, ut apud nos *gall* infecundum & ſimul inſanum denotat, ita *gallus* apud veteres utramque ſignificationem habuerit, fluviusque in Phrygia fuerit, cui *Gallus* nomen

men, quem bibentes mentis alienarentur. Festus, Lib. 7. *Galli qui vocantur Matris magnæ comites, dicti ſunt a flumine, cui nomen eſt Gallo: quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiunt, ut ſe privent virilitatis parte.* Conſona his ſunt, quæ habet Ovidius, *Faſt.* Lib. 4.

Cur igitur *Gallos*, qui ſe exſcidere, vocamus,
Cum tantum a Phrygia Gallica diſtet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celenas
Amnis it inſana, nomine *Gallus*, aqua;
Qui bibit inde furit.

Obſervavit hæc Verelius, in *Indice* ad *Hiſtoriam* Herraudi, a quo illa cum laude viri hujus doctiſſimi transſcripſit Wachterus. Ut autem certius judicari poſſit, caſuine an juſto naſcendi ordini harmonia hæc ſit adſcribenda, ſcire referret, an vetuſtiora Linguarum monumenta huic ſignificatui patrocinentur. Negat Gramius in diſſ. de *Uſu L. AngloSax. in Danica*, p. 150. Sed menimi me tamen videre, hac voce uſos fuiſſe veteres Iſlandos. Ol. Tryggv. S. P. 1. p. 26. *Gongu nu ſva hart fram, ſem oder ec galner være*: adeo fortiter irruunt, ac ſi amentes & furioſi eſſent. Alii *galen* a *galla* derivatum credunt, ut atra bilis melancholicos ſæpe ad inſaniam adigere ſolet. Græce χαλίς furioſum, amentem notat, unde χαλίφρων, cui mens emota eſt: ſed hoc tamen ſono tantum affine eſſe videtur.

III. Rem quandam deperiens etiam *galen* dicitur. *Wara galen efter qwinfolk*: ſexum femineum immoderate ſectari. Scilicet inter ultimum amoris primumque ſtultitiæ gradum parum diſtat, aut nihil. AngloSaxones amore feminarum perditum appellant *wif-galend*. v. Bensonius.

GALNAS, ineptire. *När en wis man galnas, galnas han icke litet*, cum vir ſapiens ineptit, modice non ineptit.

GALNING, morio, ſcurra, dicitur etiam *galen panna*, quaſi ridiculum caput.

GALGE, patibulum. Ulph. *galga*. A. S. id. Al. *galge*, *kalgo*. Germ. *galgen*. Angl. *gallows*. Si meo inſtituto pertinacius inſiſterem, viſa vocis antiquitate, ulteriori etymi indagini ſuperſederem: verum, quum videar mihi, in vetere Lingua Gothica invenire, quod illi lucem affundere poſſit, pauca afferam, quæ forte docuerint, vanam eſſe operam I:o Voſſii, qui *galge* derivat a *gabalus*, quod ejusdem eſt ſignificatus. 2:o Martinii, qui nimium audacter illud a Golgota repetit. 3:o Junii, qui etymon ponit C. B. *gallu*, otentia, quum ultimum hoc ſupplicium indicium ſit ſummæ Principum in maleficos poteſtatis. 4:o. Haltausii, qui Syriacum *gelo*, revelavit, pro fonte venditat, ut ſunt cetera hujus viri nimium longe petita. 5:o Wachteri, qui ſuſpicatur, fontem eſſe repetendum ab obſoleto *galgen*, ſuſpendere, quod a illo teſtimonio unquam exſtitiſſe probare nequit, quam quod Hiſpanice *colgar* hanc ſignificationem habeat, unde *colgado*, ſuſpenſus. Vir hic eruditus primam vocis ſignificationem eſſe arbitratur, quam Germani retinent, ita appellantes furcam putealem vel tollenonem. Sed, ſi quid ego video, *galge* aliunde originem non ducit, quam a vetere *gagl*, quod apud Iſlandos denotat ramum vel ſummitatem arboris. In hanc me opinionem induci ſtatim paſſus ſum, ſimulac recordabar, alio fere patibulorum genere uſos non fuiſſe veteres Germanos Gothosque. Teſtatur id C. Tacitus, dum memoriæ prodit in aureo de eorum moribus libello c. 12. illos proditores & transfugas *arboribus ſuſpendere* ſolitos fuiſſe, & *Annalium* Lib. I. commemorat *truncis arborum antefixa ora*. In Legibus patriis hoc ſupplicii genus dicitur *hængia a gren*, ramo ſuſpendere. Upl. L. *Manh.* B. c. 49. & *a galga a græn lata*, id. Vestm. L. *Manh.* B. c. 47. ubi tamen obſervo, prius illud *a galga* mihi gloſſema videri. In *Lege Salica* tit. 69: 1. hoc ſupplicii genus vocatur *ad ramum incrocare*, unde *ramatus* Latino Barbaris uſurpatur pro ſuſpenſo. v. Du Fresne *Gloſſ.* in v. Immo vero occurrit ipſummet hoc vocabulum *gagl* pro infelici hac arbore in Voluspa, Str. 39. *Egdir göl umm honum i gagl vide*, aquila cecinit coram eo in ramis arboris, h. e. loco ſuſpendii, patibulo. Nec abſimili loquendi genere uti Cymræcos, obſervat Junius, in *Etymol. Angl.* in v. *gallowes*, dum patibulum appellant *dialbren*, quaſi ultionis arborem, a *dial*, vindicta, & *pren*, arbor.

GALL, ſterilis. Exempli loco ſunto *gallko*, vacca ſterilis, *gallwid* in Östg. L. B. B. c. 31. arbor infrugifera, *gall-*

bumld;

humla, lupulus mas, botros non ferens: *gallſtrand*, littus, piſcium non ferax. Iſl. *argalli*, anni infecunditas, gravis annona. Dani *gald* eodem ſenſu uſurpant. Græci γαλλὸν ſpadonem vel eviratum appellant, quod ad Gothicam vocem, non ſono tantum ſed & ſenſu, quam proxime accedit. De vocis etymo vide, quæ nuper diximus ad v. *galen*.

GALL, vel GALLÅPLE, fructus ſecundarius arborum glandiferarum. Lat. *galla*.

GALLA, bilis. Iſl. *gall*. A. S. *gealla*. Al. *galla*. Angl. *gall*. Germ. *galle*. Literas ejusdem organi habet Gr. χολὴ bilis: GOROPIUS tamen BECANUS noſtræ vocis originem repetere mavult a colore flavo, quem bilis exuberans relinquit, hoc eſt a *geale*, *geele* vel *gul*.

GALLEJA, navis longæ genus. Ant. *galeida*. CHRON. RHYTHM. *min*. p. 195.

Reda loth han mång ſkip ſmå och ſtora
Och ena galleyda med i then fora:
Inſtruxit plures naves, parvas magnasque
Unamque navem longam in illa expeditione.

Iſl. id. HEIMS. KR. Tom. 2. p. 72. *Syþan geingo þeir til galeyþa Væringia:* poſtea ad triremes Væringorum abibant. L. B. *galeida* & *galea*. Gr. B. γαλέα. Gall. *galere*. Angl. *gallie* It. & Hisp. *galea*, *galera*. De origine vocis conſule VOSSIUM, de *Vitiis Serm*. p. 5. MENAGII *Orig. L. Gall*. in. v. *Galere*.

GALLRA dicunt œconomi, ubi cannabin ſterilem, ne frugiferam ſuffocet, evellunt. Hinc metaphorice *gallra* dicitur de quovis delectu, quum mala & inutilia quævis ab iis, quæ frugi ſunt, ſecernuntur.

GALLT, ſus exſectus & adultus. Iſl. *golt*, *galt* a *gålla* caſtrare, vide infra in *gäll*. Alludere ad hanc etymologiam, vel illam ſaltem confirmare videtur LEX DALICA p. 11. *Skær wr ſum galte*, ſi alterum verris inſtar caſtraverit.

GYLTA, porcetra. A. S. *gilte*. Angl. *yelt*. Belg. *gelte*. Suem nondum juſtæ ſtaturæ *kult* noſtrates appellant vel *kulting*, quod dictum credere licet quaſi *gult*, *gulting*, *g* in *k* mutato.

GAM, avium rapacium genus, vultur. Iſl. *gammur*. Crebra hujus volucris mentio fit in fabulis Eddicis aliisque hiſtoriis Iſlandicis, ubi dicitur ovo incubare ſingularis virtutis ad operationes magicas. Forte a *gôma*, cuſtodire, vel ab Iſl. *gambra*, gannire.

GAMAL, vetus. A. S. *gamol*. Iſl. *gamal*. Gr. ἄμαλος eſt debilis, infirmus, a qua voce præpoſito *g* noſtram effictam nonnulli putant. Eſt in patria noſtra, ubi pro *gamal gamul* dicitur, quod tamen pro genere hujus feminino habet SWEDBERGIUS in ſuo *Schibbolet*: ſed quum id exemplis aliis ſtabiliri nequeat, credere maluero, *gamul* in maſculino genere æque uſurpatum fuiſſe ac *ſtodul*, *forul* aliaque Iſlandica id genus. Gothi exteri hoc vocabulo caruere, quippe qui ætate provectiores appellavere *airiza* & *framaldroza*, *ſineigs* vero ſenem, hoc eſt ſerum ætate, a *ſin*, antiquus, unde *ſiniſtans* ſeniores. Videmus ita, qui natales ſint Latinæ vocis *ſenex*, quos VARRONES Voſſiique ægre dederint.

GAMMAN, lætitia, *glædje och gamman*, lætitia & gaudium. Iſl. id. OL. TRYGGV. S. Edit. Skalh. Part. 2. p. 141. *Gaman mikit þyki mer at ſögum þinum*, multum me delectat confabulatio tua. Cfr. HEIMS KR. Tom. 1. p. 288. Obſoleſcere vox hæc incipit, dum vero in frequentiori uſu fuit, videtur mihi inprimis denotaſſe hilaritatem convivalem, ut in illo SIGURDI carmine apud STURLÆSONIUM, Tom. 2. p. 324.

Gott var i gamma,
Er vier glaþer druckom
Oc glaþur Grams ſon
Geck meþal beckia
Vara þar gamans vant
At gamans dryckio
þegn gladdi þegn
þarlands ſem ec var.
Jucundum tranſigebatur otium in *Gammis*,
Ubi hilares geniis libavimus, regio herede
Medios inter convivas exultante.
Joci ſalesque
Affatim ſpargebantur inter pocula,
Mutuo illic ſe invitantibus hoſpitibus.

Similiter in *Hiſt. Rhythm*. OLAVI S. p. 16.

The giorde wæxlo och ſtora gamman:
Lautas inſtruebant epulas & magna hilaria.

Et ita affine erit Alemannico *gaumon*, *cauma*, epulæ, unde *abandcauma*, cœna.

cœna. v. Mylii *Archæol. Teuto.* p. 2. & 70. cfr. Gr. κῶμος, commeſſatio Gudmundo Andreæ ſi fides eſſet habenda, ortum crederemus a γάνυμαι, lætor, qui latior ſignificatus occurrit etiam in dialectis Gothicæ cognatis. A. S. *gamene*, ludus, jocus, *gamian*, *gæmian*, *gamenian*, ludere, *gamenung*, ludus. Angl. *game*, id. Al. *gamane*, gaudium.

II. Irrideo, ut vocabula luſus & illuſionis promiſcua eſſe ſolent. Heims Kr. I. c. p. 121. *Giordi ſier at gabbi oc gammi*, ſibi inde ludum & irriſionem fecit

III. Simulatio, fictio. Chron. Rhyth. p. 535.

The alle ſatade en nyan dag
Arit thernæſt ſkulle komma til ſaman,
I nya Lödiſa utan gamman.
Novum conventum indixere,
Ut proxime convenirent
Ad novam Lodoſiam ſine fictione.

Hadorphius adjecta in margine notula, nos docet *utan gamman* heic esſe *utan ſorg*, & ita antiphraſin heic obtinere, quam eandem obſervationem repetit p. 547. ubi legimus

Tha the alle komma ſamman
Tilhopa och utan gamman.
Quum omnes conveniunt
In unum, & ſine hypocriſi.

Sed obſervationem hanc auctori ſuo remittimus: certum quippe eſt, *utan gamman* nil aliud eſſe, quam ſerio, ſine fuco: unde videmus, in laudato Chronico *gamman* opponi voci *allwar*, ſerio. p. 190.

The war thera alſwar och ey gamman.
Eorum ſeria id voluntas fuit, nec ludus.

Erudite hoc idem in L. Danica olim obtinuiſſe docet H. Gram in ſæpius citata diſſertatione de *Uſu L. Anglo-Saxonicæ in Danica p. 152.*

GAN, Spegelio teſte, notat peculiare incantamentum, vel ſuperſtitionis genus. Verelius vocem hanc his tantum verbis explicat. *An numen magicum ſit, felicius ignoratur, quam ſcitur.* Hæc legens recordabar virginis illius Σεναζεσης Gannæ, quæ una cum Beleda apud Celtas culta, ad Domitianum aliquando venit, referente Suida & Dione Cassio Lib. 67. Keyslerus, qui in *Antiquitatibus Celticis* ſuſpicabatur, a Scriptoribus hiſce nomen proprium ex appellativo factum, Ganna idem eſſe putat ac *kona*, mulier: ſed quidni *gan*, incantatrix?

GANSKA, admodum, plane. Dan. *gandſke*. Germ. *ganz*, *gänzlich*. Neſcio, ab utris acceperimus, ſed advenam hanc vocem eſſe, ſcio. Wachterus eam etiam ſuæ domi novam eſſe, docet, unde tanto magis miror, eum fontem illius quærere voluiſſe in Latino *cunctus*.

GANSKA, totus, univerſus. V. Hymn. 148. 11. 203. 1. & alias ſæpe.

GANTAS, pueriliter ludere, aut ut ſolent amantes. Spegelius habet *gante*, ſcurra. Græce γανόω eſt exhilaro, γάνυμαι, gaudeo.

GANTERI, facetiæ, ludus. L. Petri *Poſtilla* in Feſto S. Thomæ: *ett löſt ſnack och ganteri*, ſermo frivolus & ineptiæ.

GAP, hiatus, apertura: uſurpatur tam de rictu animalium, quam de quavis alia apertura. Westg. L. B. B. c. 9. *gapaſyn* eſt inſpectio ſepium ad videndum, aliquæne ſint lacunæ farciendæ: in Östg. L. B. B. c. 35. *Jörgap* eſt foramen ſepis, per quod animalia tranſeunt. Cfr. Chron. Rhythm. p. 444. Angli ſimiliter dicunt *gap in a hedge* Iſl. *gap*, unde *Ginungagap*, de quo multa in mythologicis Eddæ.

GAPA, hiare. Iſl. *gapa*. Belg. *gapen*. Angl. *gape*. Al. *gepan*, de quo v. infra.

GAPER, dicitur Thraſo, qui ſe immodice jactat, inque ſuas laudes rotundum os habet. Notum eſt illud Horatii.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Denotat etiam in genere loquacem. Aremorice *goapaer* notat irriſorem, *goapa*, illudere, irridere. v. Pelleterii *Dict. Britann.* p. 347.

GARDIN, aulæum, velum. Belg. *gordijne*. Gall. *courtine*. Angl. *curtain*. Hiſp. *cortina*. Ortum ducere creditur a Latino *cortina*, quod licet hoc ſignificatu uſurpaverit cadens Latinitas, olim tamen alia omnia denotavit: Skinnerus docet, Gallos veteres *couvertine* dixiſſe, a *couvrir*, tegere, unde probabilius eſt, noſtram vocem ortam eſſe. It. *copertina*.

GARFWA, præparare. A. S. *gearwian*, *gegarwian*. Al. *garuuin*, *garuuen*, *geruuon*, *karauan*, unde *caruue*, parati, & A. S. *gearwe*, id. Iſl. *giörwer*, paratus, factus. Ol. Tryggv. S. Edit. *Skalb.* Part 2. p. 260. *Giorwar likneſkur epter feandum eþa mannum*: paratæ imaginum

magines dæmonum hominumve. In cippis noſtris Runicis ſæpenumero occurrit *gjarva*, *kjarva*, parare, facere, unde in Legibus Patriæ *garfwa ſätt*, facta reconciliatio. HELS. L. *Manb. B.* c. 7. *Gå a grud oc gärwa ſätt*, poſt factam compoſitionem hoſtilitatem exercere: *garlac maþnad*, cibus præparatus. GOTHL. I. c. 6. §. 3. Conf. infra p. 53. §. 3. *Garra gerſemer*, præparata ſupellex pretioſior. *ib. c.* 5: 3. Iſl. *atgerwi*, activitas, *atgervis madur*, vir manu promtus. Uſus hoc *garfwa* jam in *göra* commutavit, quod infra ſuo loco explicabimus, in præſentia tantummodo obſervantes, primam antiquiſſimamque vocis formam hodieque reſiduam eſſe, dum notat

II. Coria præparare. Utimur eodem loquendi genere, dum dicimus *beredda hudar*. Germ. *gerben*. Ortum hinc ducit *garfware*, coriarius. Fennonice *carvari*. Apud eoſdem *carwoan* eſt pilos expurgo, quod nos ducit ad *carwa* vel *carwan*, in eadem Lingua pilum notans. Niſi adeo paratum aliunde etymon adeſſet, facile ſuſpicari liceret, Suecos primum & dein vicinos technicum hoc vocabulum a Fennica lingua accepiſſe.

GARLAND, vitta. NORRSKA HIRDSKRÅ, p. 119. *Er kongur bær krunu edr garlant.* Iſl. *gardland.* v. VERELIUS, in *Ind.* Angl. *garland.* Gall. *guirlande.* Ital. *ghirlanda.* A Gothico fonte ceteras nationes ſua arva irrigaſſe, ante me monuit HICKESIUS, in *Grammatica Theotisca*, p. 95. docens vocis natales repetendos ab Iſl. *gjorda*, cingere. A. S. *gyrdan*, unde *gyrdel*, cingulum. Sueth. *gjord*: ut adeo *gardland* ſit quaſi *gardel banda*, h. e. ſertum manu curioſe factum. Ego vero poſteriorem vocis partem arceſſere maluero a Gothico *lad*, quod vittam denotare, ſuo loco docebitur: inſerto vero *n*, ut Linguæ noſtræ ſolenne eſt, ſine ambagibus fit *gyrdland*. Ceterum *linda* etiam omne genus cinguli denotat, inprimis, quo ſe ſuccingebant virgines veterum. v. GOTHL. L. c. 20. §. 9. *Hvort ſum belſt ſe linda gyrt eþa gyrdlu*, ſive zona ſit cinctum, ſive baltheo. h. e. ſeu mas fuerit, ſeu femina.

GARN, filum, netum. A. S. *gearn.* Belg. *gaern.* Angl. *yearn.* Al. *garn*, ut apud OTFRIDUM Lib. I. c. V: 23.

Uuerk uuerkendo
Diurero garno:
Operi intenta
Subtilium filorum.

A *garfwa*, præparare, ortum credit JUN. *Etymol.* in v. *yearn*: ego potius a Belg. *gaeren*, quod pro *gaderen* uſurpari, in ſenſu colligendi, notat KILIANUS.

II. Rete, a materia, unde conficitur, ut filet apud Gallos a filo. Apud Germanos *garn* notat laqueum, qui penes Anglos *grinne* audit. Belgæ plenius dicunt *gæren-net.*

III. Ilia, utpote quæ formam filamentorum habent. BIBL. ISL. 2. *Maccbab.* 14:46. *þa tok han garnernar ur lyſinu, og kaſtade at ſtridsmænnenum*, ilia utero extraxit, illaque ad milites projecit.

GARN, lacus, mare. Supereſt in pluribus nominibus propriis, ut *Öſtergarn*, *Weſtergarn*, *Rungarn*, *Wængarn*: apud ULPHILAM *garinnan* eſt confluere, & proprie de liquido elemento dicitur: neſcio tamen, an id pro etymo venditare auſim.

GARP, homo audax, viribus ſuis præfidens. Et hactenus in bonam partem ſumitur. *Rhythmi* de CAROLO & GRIMO, p. 1.

War han nær, þar geirrin gall, og
garpa manga fellde:
Prope erat, cum ſonabat enſis, & multi viri fortes cecidere.

ibid.

Aungra beſur hann menta miſt, er
mæta pryder garpa:
Nullam artem perdiderat, quæ heroa deceat.

Unde vox illa promanaverit, ignorare ſe fatentur Philologi. Nihil enim mihi dicere videntur, qui illi occaſionem dediſſe credunt *Carpos*, Suevorum Gothorumque, teſte JORNANDE, in expeditionibus bellicis ſocios. v. VERELIUS, in *notis* ad *Hiſtoriam* HERVORÆ, nec non v. DALIN, in *Hiſtoria Suiog.* Part. I. p. 63. Nec plus tribuo auctoritati GUÐMUNDI ANDREÆ, qui in *Lex. Iſl.* p. 84. *garp* factum putat a Gr. κορυφαῖος, præcipuus, anteſignanus. Mihi veriſimilius videtur, a *garfwa*, præparare, inſtruere, factum eſſe *garp*, quaſi hominem ad nihil non audendum paratum. Huc certe trahere videntur e communi radice orta, *gerſilegur*, ſtrenuus, *atgerſi*, ſtrenuitas, quodque Medelpadi hodieque uſurpant, *garf*, ſtrenuus, vivax. Al. *garauua*, expediti.

II. Glorioſus, thraſo. GRETLA. c. 70. *Si-*

Sigra þenna garp, audaculum vel jactabundum hunc ſuperare. ib. c. 74. Speis *heit gauſug gardzhuſtru, hün war ſtorlynd och garpr mikil:* Spes nominabatur matrona ſpectabilis, illa magnanima & paullo ferocior erat vel jactabunda. Hinc *garpſkapur*, inſolentia. *Garp* vel *karp*, id. Verelii *Ind.* p. 128. Plura allata videbis a Rhenhielmio, in *not.* ad *Hiſtoriam* Thorstani, p. 111. ſeq. Neſcio, an huc pertineat illud Isidori *grippus*, quod in *Gloſſario* ſuperbum denotare, ait.

III. Extraneus. Illa hoſpitum extraneorum ambitio, qua ſupra indigenas eminere, olim libenter voluere, connectit hanc ſignificationem cum præcedentibus. Chron. Rhythm. p. 419.

Garpen föll ſtrax döder af hæſten nider;

Statim advena hic ſuperbus ex equo decidit.

Ubi notandum, eundem, qui heic *garper* vocatur, paulo ſuperius *en mæktog Tyſk*, Germanum impotentem dici. In *Chronico* Margaretæ Wadſtenenſis, p. 16. Carolus Caroli ſorores ſuas, tanquam a Germanicæ nationis patre oriundas, per contemtum vocat *garppiſſor.* Scilicet, quum Germani præ reliquis patriam noſtram ſæpe inviſerint, illis hoc nomen pæne peculiare manſit. Habemus hinc *Garpenberg*, ubi peregrini vel Teutonicæ nationis homines effodiendo metallo operam locabant. Sic quoque Bergæ Norrwegorum pontem præcipuum, ubi merces peregrinorum venum exponuntur, *Garpebryggan* nuncupari, ex Coldingenſis deſcriptione Daniæ adfert Rhenhielmius l. c.

GASA, effuſe lætari, laſcivire. Credo, ejuſdem familiæ eſſe, ac mox afferendum *gæta*, lætari. Germ. *ergezzen.* Apud Gallos *ſe goſſer de quelquun*, notat deridere, illudere, quæ quippe duo nimium ſæpe conjuncta eſſe ſolent. Iſl. *gaſa*, currere, laſcivire notat.

GAST, ſpectrum: unde *gaſtkramad* dicitur, qui noctu a ſpectris male habitus putatur. A. Saxones *gâſt*, & hodieque Angli *ghoſt* ſpiritum in genere appellant. *gaſt helig*, Spiritus S. *ſiuſenum othre gaſtas*, ſeptem alios ſpiritus: quemadmodum vero eſprit, quod item ſpiritum apud Gallos notat, de lemuribus etiam uſurpatur; ita accidit idem huic noſtro. Apud Anglos hodieque *gaſtlie* notat terribilem & *gaſtlineſſe* terrorem in *Indice* Skinneriano, quum nihil his phantasmatibus terribilius mortalibus obvenire ſoleat. Haud inobſervatum prætermittunt Junius & Mer. Casaubonus, apud Græcos *ἀγαςὸν* teribile notare, & *εἶδος ἀγαςὸν* apud Homerum eſſe ſpeciem, horrorem incutientem.

GATA, platea. Ulph. *gatvo.* Luc. 14: 21. *Usgagg ſprauto in gatvons jah ſtaigos baurgs:* exi cito in plateas & ſemitas civitatis. Al. *gazza*, *gazza.* Germ. *gaſſe.* De origine vocis varia commenti ſunt eruditi, quæ adferrem, ſi Lectoris mei intereſſet, quam plurima coacervata videre ſomnia: ne vero nihil dixiſſe videar, incipiam a Wachtero, qui, poſthabitis Ebraicis Chaldaicisque originibus, *gata* derivat ab Iſl. *gaſa*, currere. Sed quum vox illa non tam currere, quam laſcivire, vitulire denotet, illud cum ceteris miſſum facimus. Petrus Resenius, in *notis* ad Jus Aul. Daniæ, Ed. Dolmerianæ, p. 711. docet, *gata*, prout foramen, portam, & tandem plateam denotat, ortum debere radici Iſlandicæ *gata*, perforare; quod ſi verum fuerit, primigenia erit ſignificatio, quæ eſt latiſſima, qua aperturam denotat, quæque apud Iſlandos Belgasque ſupereſt in voce *gat.* v. Junii *Etymol.* in v. *gate*: deinde translatum dici debet ad foramen ædium, hoc eſt, oſtium, quod Priscianus dictum putat, quaſi os ædium (v. infra in *gätt.*) & tandem ad plateas urbium vicorumque, quæ aperturæ ſunt, per quas tranſitur. Conferri poterunt, quæ ſupra ad v. *dör* diſſeruimus. Quid vero nos ſentiamus, ad alteram vocis hujus ſignificationem mox ediſſeremus.

GATUBUNDIN, pagus plateis inſtructus. *L. L. B. B. c.* 1. *Binda* eſt ligare & obligare: quæ vox huic adhibetur ad indicandum, privatæ ditioni exemtum eſſe, quicquid viæ communi aſſignatur.

GATUMOT, comitium, quo plures concurrunt plateæ: ut *vægamot*, bivia, trivia: a *motas*, concurrere. Occurrit vox illa Thesn. 2: 19.

II. Via, iter. Gothl. L. c. 19: 61. *Vendir um af gatu ſenni*, eum divertit a via ſua. Bibl. Isl. *Num.* 22. *Og aſnan veik af gotunne, og gieck a akurinn*, & aſinus deceſſit de via, & declinavit in agrum. Hinc *Friksgata*, iter Regum Suiogoth. initiale, de quo ſupra: *isgata*, via glacie obducta, quibuscum confer Iſl. *aurgata*, in Knytl. S. p.

Digitized by Google

S. p. 198. *Mun her ecki affparad at veita oſs allan aurgata, þann er til er:* credo, heic nulli impenſæ parſum eſſe, ut foret iter hoc quam honoratiſſimum. Adde HEIMS KR. Tom. II. p. 441. *þeir geingo um nottina ſex raſtir gauto:* noctu iter fecere ſex ſtadiorum. In *Hiſtoria* OL. TRYGGW. *bialpargata* dicitur via ſalutis. Angl. Bor. *gate*, id. vide SKINNERUM. Hanc vocis hujus ſignificationem ego certe priore antiquiorem reputo; inque animum induco, *gata* à *gå* proveniſſe, ut iter ab eundo.

III. Notat ordinem hominum duplicatum, qui relicto in medio ſpatio ſepis in modum conſiſtunt. Gallice haye. Eſt hinc quod *gatulopp* dicamus, ubi ad verbera damnati per ſimilem ſepem viventem & virgis armatam curſitant.

GÅCK, ſtultus. v. *geck*.

GÅDAS, lætari. Vocabulum hodie deſitum, ſed quod in CHRONICO RHYTHMICO non raro occurrit. pag: 22.

Thô gaddes them, at thet war Gudz beder:
Lætati tamen ſunt, id in Dei honorem eſſe.

l. c. p. 451.

K. KARL *gats wæl therat:*
R. CAROLUS eo valde lætatus eſt.

p. 519.

Ther gats Junker HANIS *fullwæl at:*
Eo valde lætatus eſt Domicellus JOHANNES:

Quo tamen ultimo loco Codices noſtri perperam habent *gaſſs*, quod ſenſum plane contrarium efficit. Confer in citato CHRONICO p. 445, 478. &c. Iſl. *gætaſt*, *gædaſt*. HEIMS. KR. T. I. p. 106. *Haſþi honom vel getiſt at manninom*: vir ipſi admodum placuerat. VOLSUNGA S. p. 78. *þa eg gade mins geds:* quoties gaudium meum gaudeo. OL. TRYGGW. S. P. I. p. 185: SIGVALDI *gadi æi þeſs, at* Bui *var fyrir bord ſtiginn:* SIGWALDO non placuit; quod Bui ſe in mare miſſitaverat. Quod autem ad vocis etymon attinet, ortum facile credidero ab Iſl. *gied*, animus, quod ita ſæpe extenditur, ut mentis hilaritatem includat. SYR. 10. *Haf þu gott gied i ollum motgange:* bono animo eſto in omni adverſitate. THORST. WIK. S. p. 80. THORSTANI *fiellſt þat wel i geidi*: THORSTANO id ſumme placuit. v. VERELII *Index*, p. 91. In eadem lingua *gæ* etiam gaudium notare, docet GUDMUNDUS ANDREÆ in *Lex. Iſl.* p. 80, atque inde ortum habere *gæmikil*, lætabundus, *gærunger*. ludio, hiſtrio. Conf. Belg. *gaden*, placere. Notabilis eſt harmonia Linguæ tam Latinæ in *gaudeo* quam Græcæ, in qua γάδεσθαι HESYCHIO eſt ἥδεσθαι, delectari, γηθέω, gaudeo: γῆθος, γᾶδος gaudium ſignant. Credideram, me hujus etiam vocis veſtigia in Codice Argenteo reperiſſe. Luc: 6: 24., ubi STIERNHIELMII Editio habet *gatbod* in ſenſu delectationis: ſed neſcio, quo fato factum fuerit; ut *gatblaith*; quod ULPHILÆ eſt, tot mutationes ſubierit. JUNIUS enim legit *gatbraſſt*, & modo laudatus STIERNHIELMIUS, in *Indice gadalith*. v. Præf. ad ULPHILAM *illuſtratum* & STIERNH. *Gloſſ.* in. v: *gods*.

GADUNG, commoditas; voluptas. CHRON. RHYTHM.

Han lot alt fran them taka,
Hwad hans gadung kunde naka:
Omnia illis auferenda juſſit,
Quæ ejus commoditati inſervire poterant.

Saxones & Belgæ eadem voce utuntur: *Ick finne hyr mene gadung nicht*, hic locus mihi non placet, hic, quod quæro, non invenio. Simili modo apud nos quoque loquuntur Gothlandi. Iſl. *giæþi*. HEIMS KR. T. I. p. 342. *þeir hauſþu öll giæþi af lands koſtum*, omnia vitæ præſidia ex regionis proventu habebant. Apud Cambros *ced* notat commodum; beneficium.

MUNGAT, cereviſia; quaſi oris deliciæ. v. ſuo loco.

GÅDDA, lucius marinus: ita dictus à dentium acumine, hoc eſt a *gadd*, aculeus. Obſervat poſt MARTINIUM WACHTERUS, diverſas hujus piſcis appellationes in omnibus fere linguis ab armato ejus ore deſumtas eſſe. Germ. *becht* ab *becken*, mordere. Belg. *ſnoek*, a *ſnoijen*, cædere, Gall. *brochet* a *brocher*, pungere. Angl. *pike*, cui adde Gall. *becquet*, hoc a *bec*, roſtrum, illud a *picke*, roſtro ferire, vel *piquer*, pungere.

GÅF; felix; probatus, a *gifwa*.

GÅLL, teſticulus, ſupereſt in animante, quod ſuos alias perdere ſolet, *bæfwergæll*, teſticuli caſtorei, caſtoreum. C. B. *caill*, Gall. *couillon*. Germanice *geilen*. v. STADENII EXPLIC. *voc. Bibl.* p. 242. Ab hoc *gæll* eundem in modum ſimilique derivationis ratione ortum credo *gælla*, teſticulos auferre vel caſtrare, ac a *bark*, cortex, fit *barka*, decorticare, a *ſkinn*, pellis, *ſkinna*, deglubere, Iſl. *gelda*. Angl. *geld*. Belg. *gelten*. Angl. *gelding*, equus caſtratus. A. S. *gylte*, caſtratus.

GAELNING, homo laſcivus, petulans. Vetus Ord. Eccles. p. 50. *Ther en hop unga gelningar komma til kyrkiona* quum juvenes quidam laſcivientes ac templum veniunt. In Lingua A Saxonica *gal*, libidinoſum, *galneſſe*, luxuriam, ſtuprum, *gælſa*, luxum, *agælo*: diſſolutum notant, a quo ultimo procul non diſtat Ulphilanum *aglaitei*, impudicitia, Marc. 7: 22. Galli hujus modi laſcivum *gaillard* appellant. Itali *gagliardo*. L. B. *goliardus*. v. Spelmanni *Archæol.* p. 265. ubi ex Bochelii *Decret.* adfert: *Statuimus quod Clerici ribaldi, maxime qui Goliardi vulgo dicuntur*, &c. Iſlandice *gjalliſi* eſt vitæ laſcivia. Gudm. Andreæ. *Lex.* p. 87. Apud Nonium *gallare* idem eſt ac bacchari, apud Hesychium γαλλιάω, libidinoſus, incontinens ſum, Conf. ἀγαλλιάω.

GAELSKAP, laſcivia. Upl. L. *Ærfda B.* c. 5. §. 1. *Kommer giällſkapir mællin gifts mans ok ogifta kuno*: ſi laſciviam exercuerit maritus cum puella non nupta. Codex Westmannicus habet *giolikapr*, h. t. c. 12. A. S. *galſcyp*, *gælſa*, *galnys*. v. Junii *Etymol.* in v. *giglet*. Confero hæc in hunc locum, licet non minori ſpecie orta credi poſſint a *gæla*, pellicere, inescare, unde *gilja*, procari, *gilder*, illecebræ, nata eſſe, infra monebimus.

GÄLSKA, morum protervia: Dan. id. Adfert Grammmius ex Libro Sapientiæ *Blöde ſwar bryder wrede, men baardt maal opwæcker gælſke*: molle reſponſum iram frangit, durus vero ſermo excitat furorem, quod referendum videri poſſit ad ſuperius *galen*, furens.

GÅLLA, caſtrare: unde *gålding*, eunuchus: *gållgumſe*, vervex.

GÅLMADR, adulter. Dal. L. p. 27.

GAELLA, ſonare. 2. Reg. 21: 12. Iſl. *gialla*. Heims Kr. Tom. I. p. 342. *Gridurin tok til at belja oc gialla*: taurus incepit boare & vociferari. Angl. *gall and crie*, vociferari. Teutonitsa *ghalen* explicat ejulare. C. B. *galw*, id. Germ. *gellen*, ſonare, *galm*, clangor. v. Wachterus, in v.

GALL, vox clara, vociferatio. *Ropa upp i gall*, voce ſonora inclamare. *Hiſt.* Alex. M.
Alexanders *ſwin ropa upp i gall*:
Sues Alexandri ingentem clamorem cient.

GÅLL, canorus, clarus. *Gäll't ljud*, ſonus acutus, clarus. Iſlandi & Germani g in *b* mutato *bellur* et *bell* dicunt, *bellen*, *ballen*, ſonare.

HÖNSEGÅLL, gallicinium, quum canere incipiunt galli.

GÅLÖS, incurioſus, inconſtans, qui conſilium cito mutat. Iſl. *gælaus* vel *gætlaus*. id. *gælauſe*, negligentia. In Glossis Monseensibus *geblosen* vertitur laſcivientibus, quæ vox a noſtra diverſa non eſt. Radix eſt Iſl. *gaa*, curare, attendere, cujus frequentativum *gæta* mox occurret. Belgæ negligentem *gadeloos* appellant, a *gade*, cura, cuſtodia.

GÆNGLIG, qui inter eundum vacillat, qui firma veſtigia non ponit. v. infra in *gunga*.

GÅSA, fermentare, ut ſolet injectis fæcibus cereviſia. Al. *geſen*. Willer. in Cant. Cant. c. 8. p. 147. *geſende moſt*, muſtum ebulliens. Junius in notis ad h. l. p. 172. fatetur, ſe neſcire, quid vocis ſit, etiamſi non rara ejus ſint in aliis linguis veſtigia, ut mox ſumus viſuri.

GÅST, flos recentis cereviſiæ. A. S. *gyſt*. Iſl. *jaſtr*. Belg. *gheſt*. Angl. *yeaſt*. L. B. *geſtum*. v. Spelmanni *Archæol.* p. 263. Germ. *gaſt* vel *gæſt*. Quod ad originem vocis attinet, arbitratur Schilterus, eam petendam eſſe ab Iſl. *geiſas*, cum impetu ferri. Alii unius literulæ, illaque non inſolita, mutatione *gæſt* factum eſſe putant ab A. S. *daeſt*, quod idem ſonat: a quo deinde Alemanni *thesma* & *deismin* fecerunt. Sed invertere hoc forte licebit, & potius *daeſt* a *gåſt* deducere, imprimis ſi Wachtero ſubſcripſerimus, qui noſtrum hoc derivat a Cambrico *jas*, fervor, ebullitio, cui concinit Iſl. *yſa*, intumeſcere. Quicquid ſit, id dubio tamen mihi carere videtur, noſtrum *gæſa* Germanicumque *jæſen* origine non differre a ſynonymo *göra*, Germ. *gæren*, pro ſolenni illa in Gothicis Linguis literarum *r* & *s* alternatione. Nemo vero ignorat, nos dicere, *drikat görs*, cereviſia, poſt coctionem, fæces ejicit, unde *görning*, ebullitio, de quo infra nonnulla dicentur, præſentibus forte lucem fœneratura. Pontanus ex hac eadem radice derivat cereviſiam, vel ut apud Plinium nominatur *ceriam*. In L. Celtica certe ſupereſt *cwrw* vel *cwrwf* ejusdem ſignificationis. v. Leibnitii *Celtica*, p. 112.

GÅRSALU, quum res una eademque bis venditur, adeoque poſterior irrita lege cenſetur. v. Upl. L. c. 4. §. 4. & c. 6. per totum. Niſi ſæpius vox eadem recurreret, dicerem, per errorem irrepſiſſe *gærſalu* pro *genſalu*. *Genſalu* vero vi compoſitionis eſt iterata venditio. Verelius reipſa nil aliud eo indicari putat, quam factam venditionem, a *göra* vel *gæra*, facere, eoque indicari venditionem rei, jam alterius factæ. v. *Ind. Scyth.*

GÅSPA, oſcitare. Angl. *gaſp*, inſerto *ſ* a *gapa* factum. Danice *gispe* eſt ſingultire. Iſl. *geiſpa*, oſcitare. Ol. Tryggw. S

Part.

Digitized by Google

Part: 11. p. 32. *Hun tok þa at geiſpa*, coepit tum oſcitare. Conf. Es. 10.

GÅST, peregrinus. Lex. Suderm. B. B. ad finem.

> Christer *wilde ſiälwer mannum när*
> *Fatöker ok gäſter ganga*:
> Christus voluit ipſe inter homines
> Pauper & peregrinus eſſe.

Credo, hanc primam vocis ſignificationem fuiſſe, utpote quæ in antiquiſſimo Gothicæ L. monumento, Codice ſcilicet Argenteo, occurrit. *Du usfilhan gaſtim*. Matth. 27:7. ad ſepeliendum peregrinos. Prope ita accedit ad Latinorum *hoſtis*, quam vocem teſtantur Varro, Cicero aliique, ſub Latii infantia denotaſſe quemlibet peregrinum. Fata vocis docent, humaniores adverſus exteræ nationes homines majores noſtros fuiſſe, quam Romanos: nam dum apud illos peregrini nomen hoſtile evaſit, omnesque peregre nati pro perduellibus habebantur; noſtri in illis nil aliud ſpectabant, quam ſui officii partes, ut domo menſaque exciperentur. Teſtatur id de Germanis J. Cæsar B. G. Lib. VI: 23. *Hoſpites violare, nefas putant, quos, quacunque de cauſſa ad eos venerunt, ab injuria prohibent, ſanctosque habent: iis omnium domus victusque communicatur.* Laudat hanc erga exteros hoſpitalitatem Chronici Rhythmici Præfatio.

> *J Swerige bewyſas geſtom ſå gott lath.*
> *Man ſkal ther mer för Gudz ſkul få:*
> *Än i androm landom för penninga nå.*
> In Suecia perbenigne peregrini excipiuntur.
> Ibi plus gratis accipitur,
> Quam alibi pro numerata pecunia.

Quum in citato J. Cæsaris loco doceatur, ſanctos haberi hoſpites, nomen illis datum eſſe credit Wachterus a Mœſogothico *ga-aiſtan*, revereri. Sed num domitor ille Galliæ Gothice norat, adque vocis etymon alludere potuit? Derivant alii ab Iſl. *giſta*, cibum capere, collato Gr. γεύω, guſto. v. Stiernhielmius, in *Gloſſ. Uiph.* p. 102. alii aliunde.

GÅSTMAN, inquilinus. B. B. L. L. c. 21:4.

II. Conviva, hoſpes. L. L. *Gifft. B. c.* 9. *Engin man må flere gæſta biudha æn hær næmpnas*: nemo plures convivas invitet, quam qui hic recenſentur. C. B. *gweſtai*. A. S. *geſt*, unde *geſtbus*, diverſorium. Al. *gaſt*, *kaſt*, *keſt*. Germ. *gaſt*. Iſl. *geſtur*.

GÅSTA, inviſere, aliquo coenatum venire, divertere Iſl. *giſta*. *giſta* Odin, Odini repotia adire, idem erat ac mori, vel in Elyſios campos transferri: *Gaſtrera* eſt laute vivere, ut ſolent, qui gratos hoſpites accipiunt. Sono & ſenſu convenit Gr. γαςρίζειν, quod eſt laute accipere. Sed tu caſui id tribues, quum originem hoc ducat a γαςὴρ, venter.

GÅSTABUD, convivium, a *bjuda*, invitare.

GÅSTKAMMAR, cubiculum, hoſpitibus deſtinatum. Ang. *gueſtchamber*.

WÅLDGÅSTNING, hoſpitatio violenta, quando hoſpes aperta vi penum alterius invadit. More olim receptum fuit, ut gratis omnia iter facientibus præberentur: ſed quum prolixiore majorum noſtrorum benignitate abuterentur multi, hoſtilemque in modum graſſarentur; Magnus Birgeri ſevera lege cavit, ne quis, invito domino, aliquid auferret, nedum horrea ipſius effringeret, cognomen ideo adeptus Ladulås.

GÅST, hoſpitium. Gall. *giſte*, *gite*, locus, ubi cubatur. L. B. *giſtum*, unde jus *giſti*, quod erat jus, quod Principes olim, villas clientibus conferentes, ſibi reſervabant, ut nempe ipſi nuntiique eorum ea transeuntes locum & lautia haberent: quumque jus illud hoſpitiorum ultra fas & promiscue olim exerceretur, opinantur multi, hinc factum eſſe, ut in ſacerdotum villas divertere, ibique neceſſaria quærere, ſibi integrum eſſe duxerint olim peregrinantes. Sed ut ad noſtram vocem redeamus, ſupereſt illa tantummodo in compoſitis, qualia ſunt *gæſtgifware*, qui iter facientibus hoſpitium præbet, *gæſtgiwaregård*, diverſorium publicum, *gæſtfri*, hoſpitalis, qui hoſpites gratis excipit. Germ. *gaſtfreij*; idque non a *frey*, liberalis, ſed prout vox illa gratuitum notat, ut ſupra ſuo loco monuimus.

2. In aula Regum Norrwegiæ officium aulicum erat *Geſtir*, Satellites aut Miſſi Regii alibi dicti. Unde hoc nomen geſſerint, explicat Jus eorum Aulicum, p. m. 312. *þui heita þeir geſtir, at þeir hafa þar i morgum ſtodin geſtning, ſem þeim er engi þok fyre kunnuſt*: ideo nomen *geſt* gerunt, quod in multa loca, non magna cum dominorum gratia, divertunt. Apud nos hi fere *Konungs Soknare* audiebant, ut interpres Suecus recte obſervat. Niſi obſtaret auctoritas adeo antiqua, crederem ego facile, hosce aulæ miniſtros nomen accepiſſe *agera* vel *gæra*, mittere.

GÅTA, plantas & ſata a loliis purgare, evellere. Al. *ietan*. Willer. *Cant.* 7: 2. *Si bigonnent ſie getan von hiro herzana* infidelitatis lolium: incipiunt a cordibus eorum evellere, &c.

GÅTA, cuſtodire, ſervare. Östg. L. B. B. c. 42. *Giätis a med birda*, ſi quis pecus ſuum, in aliena ſylva paſcens, cuſtodiat. Conf. Gothl. L. c. 26: 10.

Iſl. id. unde *gät*, cuſtodia, *hafa gæta*, curam & inſpectionem habere, *gætin*, obſervans .Belg. *gade*, cura. Veteres Galli *gaitier* eodem ſenſu uſurparunt. *gaitier les malfaiteurs*, cuſtodire ſontes. v. Du Fresne, in v. *Escapium*. Radix eſt Iſlandica *gaa*, animum attendere.

GÅTSKA, conſervatio. Kon. Styr. *p. 132. Thet warder thom æwerdlik gözka til thera ſjæl ok æweruls lif*: erit id ad perpetuam conſervationem animæ & vitæ eorum æternæ.

GÅSLKARL, Dalek. paſtor. Iſl. *giætzlumadr*, cuſtos. Hesychius ſubulcum dici ait συογέςωρ, at ſimul addit, ὄνομα βαρβαρικὸν eſſe.

GÅTSLA, cuſtodia. Westg. L. *Jord. B. c. 11. Lagger madhur manni ſæ ſit in til gatslu:* ſi quis rem ſuam apud alterum ſervandam depoſuerit. Gothl. L. c. 18: 2. *Gezlu veita*, cuſtodiam adhibere, *ſkipagetzla*, cuſtodia navium, ib. c. 36.

WANGÅTSLA, incuria. Norrska Hirdskrå, p. 234.

GÅTA, invenire, acquirere. Servarunt hanc ſignificationem dialecti Gothicæ cognatæ. Ulph. *bigitan*. Joh. 10: 9. *Bigitbith vinja*, invenit paſcua. A. S. *bigytan*, *bigitan*, acquirere, adipiſci. Angl. *get*, acquirere, quod Daviesius confert cum C. B. *ced*, commodum. Apud Iſlandos in uſu eſt *þorgætin*, inventu difficilis v. Heims Kr. Tom. I. p. 448.

II. Gignere, procreare. Westg. L. *Ärfd. B. c. 2. Madher far ſer adhelkona, gäter wid barn*: ſi quis legitimam uxorem duxerit, & ex illa liberos ſusceperit. Iſl. *geta*, id. *getnad*, fetura. Lev. 12: 1. Angli *get* eodem ſenſu hodieque uſurpant. In lingua etiam Latina pario utrumque ſenſum habere, novimus.

SKILGÅTIN vocatur in Jure Aulico Norrwegico is, qui legitimo toro eſt natus, quique in noſtris Pandectis antiquis dici ſolet *ſkirborin*.

GIETNADARLIM, Iſl. membrum generationi inſerviens.

III. Divinare, conjicere, pro quo hodie *giſſa* frequentius eſt. A. S. *getan*. v. Hickesii *Gram.* A. S. p 123. Dan. *gjætte*. Iſl. *gata*. Gudm. Andreæ ad Voluspa, p. 17, nec non in *Lexico Iſlandico*, vocem hanc derivari poſſe cenſet ab Iſl. *gat*, janua, quum divinans in tenebris oſtium quaſi vel exitum rei ignotæ inveniat, quam etymologiam miror ſeſe commendare potuiſſe H. Grammio, in *Diſſert. de Uſu L. AngloSax. in Danica*, p. 153. Quid vero aliud eſt divinare, quam ignotas veritates, vel, quid contineant propoſita ænigmata, invenire? Wachterus tanquam Iſlandicum & huc faciens adfert *fauragatan*, prædicere: ſed duplex ibi memoriæ error eſt, primus, quod pro MœſoGothico Iſlandicum dicat, dein quod nominatam vocem ad hanc claſſem referat. Occurrit quidem Marc. 13: 23. *fauragataih*, prædixi, ſed illud in infinitivo non *fauragatan* habet ſed *fauragateihan*, a ſimplici *teihan*, indicare. Iſl. *tia*, monſtrare, Goth. *tea*. v. Fragmenta Ulphilana. p. 53, ſeqq.

GÅTA, ænigma: Iſl. *gata*: *gæta gåta*, ænigma ſolvere.

GÅT, conjectura. Chron. Rhythm. *Jag wiſte ej utan på gät*, non niſi per conjecturam novi.

GÅTA, commemorare: *Hiſt.* Alex. Magni *Rhythm.*

Jah hafwer hört af gamla gæta:
Audivi antiquos commemorare.

ibid.

Af thera högd warder gâtjt ää:
De proceritate earum ſemper commemorabitur.

gåten, celebris, *förgæta*, oblivïſci, per vim deſtructivam particulæ *för*. Iſl. id. AngloSaxones *gytan* uſurpaſſe, indicio ſunt *forgytan*, oblivïſci, *ondgytan* intelligere, *gytenes*, cognitio. Supra in. v. *förgâta* monuimus, primum horum omnium fontem eſſe Iſl. *gaa*, animum adtendere: v. Norrska Hirdskrå, p. 284. Heims Kr. T. I. p. 749. unde *gaum*, attentio, *gôma*, animum adtendere, nec non *ged*, *gjed*, animus, mens, perinde ut a mens Latinorum eſt comminiſcor, reminiſcor, &c.

II. Diſcere, ſcire. Runa Capituli. *Str. 25: Ef thu getur*, ſi didiceris.

GÅ, ire. Angl. *go*. Belg. *gaen*. Dan. *gaa*. Germ. *gehen*. Arem. *kea*, *ker*. Alia verbi hujus forma productior eſt *gânga*, a qua participium mutuamur *gângen*, ad eundem modum, quo *få*, accipere, & *fånga* habemus, nec non inde oriundum *fången*. Dictu difficile eſt, utrum hæc abſciſſa, an illa adaucta cenſeri debeat: poſterius ſuadere videtur Mœſogothorum *gaggan*, quod in Codice Argenteo crebro occurrit: prius vero linguæ ratio, quæ quo antiquior, eo monoſyllabicarum vocum ditior eſt. Immo facere huc videtur Latiale *eo*, cui ſi *g*, more Gothis non inſolito, præfigatur, noſtrum agnoſcemus. Immo, quod litera hæc ad vocis eſſentiam non pertineat, indicio eſſe videtur, quod in temporibus derivatis

Digitized by Google

rivatis dialecti veteres illam fere abjiciant. Sic formant

Mœſogothi a *gaggan* præteritum *iddja*.
AngloSaxones a *gangan*, *geode*.
Iſlandi a *ganga*, *od*.

Confer quæ ad illuſtrationem formæ hujus anomalicæ diximus ſupra in. v. *andra*. WACHTERUS Germanos veteres pro *geben*, *gechen* pronunciaſſe, tam parum idoneo teſte probat, quam ægre perſuadebit, a Græco *χίειν* (etiamſi PLATO in CRATYLO, p. m. 274. hanc vocem pro peregrina habeat, & haud dubie barbarica) repetendam eſſe modo allatorum ſcaturiginem. Quod ad ſignificationem attinet, habet eam cum Latio communem, ut primo motum pedibus factum denotet, deinde traducatur ad quemlibet alium, e. g. navigiorum velificationem, molendinorum rotationem, actionum ſucceſſum, &c.

II. Verbum eſt Juridicum, uſurpatum de juramentis: *gå ed*, jusjurandum præſtare: unde *edgång*, *laggång*, actus jurandi, *edgångt*, quando per leges Canonicas jurare licet, *eden gånges upp*, ubi juramentum caſſum pronunciatur: *återgångs ed*, juramentum irritum: *ganga ater*, cauſſa cadere. v. LOCCENII *Lex. Juris*. Ad eandem hanc claſſem refero modum loquendi, *gå til*, quod eſt pedibus in alicujus ſententiam diſcedere. UPL. L. *Arfd. B. c.* 23. *Gangen ſedhæn the ſæx til thera tolf the bæl-der wilja*: hi ſex illi duodecadi accedant, quam potiorem duxerint. *Ganga a ed*, eſt violare jusjurandum. v. OL. TRYGGW. S. P. I. p. 212.

III. Uſurpatur in re funebri pro exſequiis: *gangas epter*, GOTHL. L. c. 2c. §. 12. *þar ſum gangs i garþi*: ſi familia mortua fuerit. Conf. §§. 10, 15. Dicendi genus peperit pompa funebris, qua mortuum magno comitatu ad ſepulcrum deducebant. Conf. ſupra in *begå*, p. 161.

IV. Pro ratione annexarum particularum varias adſumit ſignificationes: ita *gå af*, denotat rumpi, decedere, abire, *gå om*, converſari, *gå för ſig*, procedere, ſuccedere: conf. ULPH. MARC. 11:23. *ganga wider*, fateri, v. infra in *widgå*. *Gå til bondans ſiri brut ſin*. UPL. L. *Manh. B. c.* 32. ob crimen addici, alterius miniſterio obnoxium reddi. Sed hæc & ſimilia Lexicographis adferenda relinquo.

GÅNG, itus, actus eundi. Germ. *gang*: unde *gångwäg*, ſemita. ULPHILAS *gagg* pro platea etiam uſurpat. MARC. 6: 56.

2. Conſuetudo. *Conſtit.* CAROLI VIII. ad calc. JUR. BIRC. p. 51. *Aepter ty gammul ganger hawer waret*: prout antiqua tulit conſuetudo.

3. Vices: *en gång*, ſemel, *många gånger*, ſæpe: ſimili ſenſu in Codice Argenteo *ſinthi*, quod proprie iter notat, ponitur, *twaim ſintham*, bis: *thrim ſintham*, ter: & apud AngloSaxones *ſith*.

GÅNGDAGAR, ambarvalia Chriſtiana, in quibus ſub Papiſmo cum facibus, aqua luſtrali & imaginibus Sanctorum arva prataque obibant, partim ut ſegeti novellæ benedicerent, partim ut incurſionem malarum beſtiarum averterent. In eccleſia Latina dicebantur dies rogationum (hodie *böndagar*) nec non Litaniæ, erantque majores & minores, quarum hæ, celebratæ proxime ante feſtum adſcenſionis Chriſti, inſtitutæ referuntur a MAMERTO, Epiſcopo Vienhenſi, quum aliquando Galliæ regiones a noxiis animantibus ultra modum infeſtarentur. v. DU FRESNE *Gloſſ.* in v. *rogatio*; illæ à GREGORIO M. quum ſæva lues urbem Romanam olim premeret. Tempus hujus feſti incidit in d. 25. Aprilis, quod tamen feſtum in faſtis WORMIANIS, nec non in HELS. L. *Ting. B. c.* 14. appellatur *litlegangdager*, Litania minor: ſecus ac in *menologio AngloSaxonum*, ubi *micela bena dag* dicitur, i. e. dies rogationum magnus. v. MARESCHALLI *notas* ad *Euangelia A. S. p.* 515. *ſeq.* In modo citato jure HELSINGICO, *Jord. B. c.* 10. vocatur etiam *faſtugang*, quum incideret in epocham jejunii magni.

GÅNGARE, equus tolutarius, qui tolutim incedit. In *Literis* MAGNI REGIS, datis *Telgæ* 1345. conceditur ſponſo, ut, muneris loco, ſponſæ det *en gangare*, *ſadul*, *betzel*, *armakapo och bætta*: equum gradarium, ephippium, frenum, amiculum & calyptram. Tranſlata inde ſunt verba hæc in *Leges Prov. Gipt. B. c.* 7.

GÅNGSE, vulgatum, commune. Dicitur de re qualibet ubique uſitata. GENES. 13:16. uſurpatur de pecunia uſuali, & quæ a quolibet accipiebatur. Germ. *geng*, *gengig*: de qua voce videatur WACHTERUS, p. 558.

GÅNGBAR, id.

GÅNGJERN, cardines cujuscunque rei: poſterior vocis pars orta credi poſſet a *jern*, ferrum, utpote materia, a qua fere fabricantur cardines, ſed arbitror, vitio pronuntiantium ab *bior* Iſl. A.S. *beorra*, quod cardinem notat (ab *biare*, pendeo, hæreo, v. GUDMUNDI ANDR. *Lex. Iſl. p.* 111.) factum eſſe hoc *jern*: In Legibus Patriæ antiquis hoc ſenſu exſtat *birrbake*. v. ÖSTG. *L. B. B. c.* 23. quod ab eodem *bior* originem ducere, intra

intra docebitur. Galli cardinem dicunt *gond*.

GÅR, I GÅR, heri. Habemus hanc vocem cum Latio communem præfixo nempe *g*, aut aſpiratione in illud commutata (perinde ut id radici proxime antecedenti accidiſſe videmus) ab *heri*, Gall. *hier*. Iſl. *igær*, & noſtrum *går* factum eſt. Quemadmodum etiam a Latinorum hoc *heri* adjectivum *heſternus* formatum eſt, ita ceteræ dialecti huic formulæ inſtitere, unde Germanicum *geſtern*. A. S. *giſtra* & plenius *giſtron dæg*. Al. *geſtre*. Angl. *yeſterday*. Ulphilas habet *giſtradagis*, MATTH. 6: 30. ſed ſenſu ita variato, ut diem non heſternum, ſed craſtinum denotet. Mirum id JUNIO & STIERNHIELMIO videtur: ſed quotusquisque non novit, quanta conſuetudinis ſit licentia, quamque procul a prima ſcaturigine rivuli ſæpe dimanent? Et huic cauſſæ ego Mœſogothicæ Linguæ a ceteris diſſenſum tribuere malim, quam cum WACHTERO in animum inducere, *giſtradags* ortum eſſe a *craſtinus*.

FÖRGÅR, nudius tertius. Germ. *vorgeſtern*.

GÅRD, ſepimentum. GOTHL. L. *c.* 26. *§.* 4. *Gardi ir grânna ſetr*, ſepes proba eſt vicinorum concordia. Hinc *gårdsſtod*, locus ſepis, qui ſæpe veros limites teſtatur: *Målgård*, ſepes limitanea. *Gærdſel*, arbores, ex quibus ſepes conſtruuntur, *gårdſelgård*, contracte *gårdsgård*, ſepes arboreæ, unde, quod in parentheſi dixerim, catachreſticum eſſe patet, dum dicimus *ſtengårdsgård*, ſepes lapideæ, dum rectius *ſtengård* diceretur: *gærda*, ſepire, unde *afgærda*, ſepimento ſeparare; *ingærda*, ſepi includere. Celtice etiam *gerden* eſt ſepire, v. SCHILTERI *Gloſſ.* *p.* 346. cui adde χόϱτος, ſeptum, quo circumdatur avium cohors: πεϱίβολος τῆς αὐλῆς, ut habet HESYCHIUS. Conf. PLINIUS, in *Hiſt. Naturali*, Lib. IV: c. 22. ut prætercam alia. Scilicet in univerſa lingua noſtra vix invenietur vox alia, quæ originem ſuam altius repetat, aut quæ in pluribus, iisque perquam diſſitis nationibus, certiora ſui veſtigia reliquerit, utpote quæ, ex obſervationibus tam STIERNHIELMII, in *Gloſſario Ulphilano*, quam WACHTERI aliorumque, in ſermone Parthorum, Chartaginenſium, Græcorum, Latinorum Celtarumque olim viguit, nec apud Sarmatas aliasque Sclavonicæ originis gentes ignota eſt, uti mox ſumus viſuri. Quod ad illius primam originem attinet, credunt multi, eam reſiduam eſſe in Ebraismo, ubi גדר, cinxit, aliquantilla literarum transpoſitione *gard* facile efficit. WACHTERUS vero nobis Suionibus ſolis gloriam ſervatæ radicis tribuit, quippe qui *gyrda*, cingere, habemus, unde *gördel*, *gjord*, cingulum: ſed qui ſcimus, a *gyrda gård* profluxiſſe, nec potius ejusdem fontis communes hos rivulos eſſe? Ego vero hoc in magno discrimine non ponam, qui in antiquiſſimorum horum & Scythicæ jam ævi vocabulorum non magis, quam in Nili fluminis originem inquiro. Significatio vero originaria ea, quam dixi, eſſe videtur, ſeptum nempe quodcunque, ſive ad inimicas beſtias ſive homines arcendos.

II. Aream clauſam, ſeptum. Hinc, ſimpliciter poſitum, notat aream illam, quæ ante ædes eſt, quæque ſepibus aliisve ſubſtructionibus cincta eſſe ſolet. A. S. *geard*. Al. *gard*. Angl. *yard*. Latine eadem *cors*, *chors* & *cohors* dicebatur, quod patet ex deſcriptione NONII. *Cortes ſunt villarum intra maceriem ſpatia.* VARRO item, de *Re Ruſtica L. I. c. 13. Faciendum etiam, plauſtris & cetero inſtrumento omni in cohorte, ut ſatis magna ſint tecta.* Qui præjudiciis adhærent, *cors* vel *chors*, quodque dilatato ſono *cohors* dici ſolet, a coërcendo derivare amant, ſed multo ſimplicius Gothico huic *gard* affine cenſebitur, cum quo adeo conſpirat, ut nil poſſit magis. Prima quippe & propria vocis *cors* ſignificatio eſt ſeptum, ſepimentum. VARRO *l. c.* 2: 2. *Portant ſecum crates & retia, quibus cohortes in ſolitudine faciant.* Græcos etiam πεϱιοϱισμὸν ſeu πεϱίβολον, quo quid includitur, χόϱτον appellaſſe, VARRO auctor eſt. v. VOSS. *Etym.* in v. *cohors*. In compoſitione cum aliis nominibus, pro ratione additi, diverſa notat, ut

FISKEGÅRD in Legibus Patriis (v. B. B. *L. L. c.* 33. §. 2.) dicitur decipula, confecta ex contis in orbem poſitis, ad decipiendos piſces, qui immiſſi exitum non inveniunt. v. infra in *katſa*. Gr. κύϱτος, κυϱτὶς, κυϱτὴ notat naſſam, fiſcellam

HUMBLEGÅRD, locus, ubi lupulus plantatur, de quibus plurima in variis Statutis medii recentiorisque ævi. v. *Wexiö Stadga de anno 1414. §. 5. & Receſſus Calmar. anni 1474. §. 11.*

ÖRTEGÅRD, hortus, in Scriptis Islan-

landicis aliisque *grasgard* & *aldingard* dici ſolitus. Apud ULPHILAM *aurtigards*. JOH. 18: 1. *Tharei was aurtigards*, ubi erat hortus. A. S. *ortgeard*, *vyrtgeard*, nec non *orceard*, a quo hodiernum Anglorum *orchard*. Ceterum, eliſa prima vocis parte, uſus hinc fecit Al. *gardo*, *garten*, unde *winigarto*, paradiſus. Angl. *garden*. Gall. *jardin*. It. *giardino*. Belg. *gaerden*. Germ. *garten*. v. JUNIUS, ad WILLERAMUM, p. 129. Quod ab hoc *gård* Latinorum *hortus* originem ducat, cum STIERNHIELMIO l. c. veriſimile putant multi, etſi alii quaſi *horctum* ab ἕρκτος, ſeptus, dictum arbitrentur.

HÖNSGÅRD, ſeptum, ubi ſervantur gallinæ, anates, & id genus animalia domeſtica, quæ *cortis* aves appellant OVIDIUS & MARTIALIS.

LADUGÅRD, locus ubi exſtructa ſunt horrea. Quum in vicinia boves ſtabulari ſoleant, *ladugård*, (alias *fægård*, *ſtallgård*), pro area ſtabuli boum accipi ſolet, dein pro ipſis ſtabulis, nec non pro animantibus, quæ ſtabula continent. In Codice Argenteo, JOH. 10: 1. *garda lambe* ponitur pro ipſo ovili. Obſervari vero hac occaſione poterit, quod in re ruſtica veteris Latii *cors* pro boum ſtabulis etiam occurrat, ut dum VITRUVIUS ait, *Lib. VI. c. 9. Chortes magnitudinesque earum ad pecorum numerum, atque quot juga boum opus fuerit, ibi verſari, ita finiantur.* Polonis ſtabulum *grodz*, Sorabis *brodz* dicitur, ut ex FRENZELIO habet WACHTERUS.

MANNGÅRD, illa ædium ſeries, ubi familia domicilium & penuaria habet: a *mann*, vir: in Scania vero *mangård* & *mannbus* pro ſtabulo vel boum *corte* uſurpatur, neſcio an a *manno*, quod pro equo apud Latinos uſurpari, novimus.

KYRKOGÅRD, cœmeterium. Angl. *churchyard*.

III. Villam ruſticam cum omni fundo, & ſpeciatim villam integram & juſtæ, quamquam inæqualis magnitudinis, cujus dimidium vocatur *halfgård*, & *gårdsbo*, qui eandem villam inhabitat. Ubi de urbanis domiciliis ſermo eſt, denotat ædes, & quicquid uni eidemque areæ ſuperſtructum eſt. L. B. *curtis*. v. SPELMANNI *Archæol. in. v.* Ulph. *gards*, domus. LUC. 16: 40. *Gards meins, gards bido iſt*: domus mea, domus orationis eſt.

IV. Arcem, idque a mœnibus, quibus circumdata eſſe ſolet. Præfectus arcis vulgo *Gårdsfogde* appellabatur, nec non *Gårdsmeſtare*. v. *Jus Aulicum* MARGARETÆ. §. 17. Eſt hinc, quod varia loca munita terminationem *gård* a fine habeant, ut *Næsgård*, *Husbygård*, &c. Sclavonice *graz*, caſtrum.

V. Palatium, ſedem Regiam, dominicam, utpote quæ majoris ſecuritatis ergo in locis munitioribus eligebatur. L. B. *curtis*. Gall. *court*. It. *corte*. Hinc *gårdsrått* nuncupabatur jus Aulicum, alias *Hirdſkrå*, & apud Wiſigothos *gardingi* erant, uti videtur, aulæ Præfecti.

VI. Civitatem, urbem, ſive quia muro fere cingi ſolita erat, ſeu quod denominatio ab ipſa arce facta. Sic veteres Hyperborei *Asgard* vocarunt urbem Atarum, *Micklagard*, Conſtantinopolin, tanquam civitatem magnam. Nec prætereunda hac occaſione videtur terminatio locorum *certa* vel κέρτα, quæ in Oriente uſitata fuit, quæque, auctore HESYCHIO, civitatem denotavit: ita, ex obſervatione WACHTERI, urbs Armeniæ, a TIGRANE condita, *Tigranocerta* dicta fuit, & *Vologeſocerta* urbs Parthorum, a VOLOGESO fundata, teſte PLINIO, *Hiſt. Nat. Lib.* V. c. 26. Sclavonicæ item urbes terminationem *gorod* amant, e. g. *Novogorod*, &c.

VII. Terram, regionem. ULPHILAS orbem noſtrum *midjungard* vocat, h. e. mediam regionem, quod nomen in aliis quoque dialectis recurrere, infra ſuo loco obſervabimus. Inprimis & κατ᾽ἐξοχὴν in Hiſtoriis Iſlandicis terra Moscovitica, *Gardar*, *Gardarike*, *Holmgard*, *Auſtragard* nuncupabatur. OLAVI TRYGGVAS. S. *Edit. Skalh. Part. I. p. 45. Fyrir Holmgardi* (*þat kollum ver Gardarike*) *red ein ageatur Kongur: Holmgardiæ*, quam nos *Gardarike* appellamus, præfuit Rex inclutus. HELMOLDUS etiam, in *Chronico Sclavorum, Lib. 1. c. 1.* hæc habet: *Ruſſia vocatur a Danis Oſtrogard, eo quod in Oriente poſitus, omnibus abundet bonis. Hæc etiam Chunigard dicitur, quum ibi ſedes Hunnorum prima fuerit.* v. OL. RUDBECKII *Atl. Tom. III. p. 472. ſeq.* Ex his, quæ modo dicta ſunt, rationem inveniri poſſe, credo, cur, qui ex hac regione oriundus erat, olim *Gyrdſkur*, *Gærdſkur*, appellatus fuerit, uti OLAVUS TRYGGVASONIUS, donec genus ſuum celabat, *Ola bin Gyrdſki* appellari voluit. h. e. Moscoviticus. v. Ejus *Hiſt.* l. c. p. 98.

GÅRKÖK, caupona, domus, ubi venduntur edulia. Germ. *garküche*, a *gar*, paratus. Al. *garo*. A. S. *gearu*: quum ibi cibaria cocta, & ad edendum parata proſtent. Ejusdem radicis eſt *gårkoppar*, maſſa cuprea ad fabricandum, vel in laminas tundendum adaptata.

GÅS, anſer. Iſl. *gas*. Arm. *goas*, *ganz*. A. S. *gos*. Al. *gans*. Belg. *goes*, *gans*. Angl. *gooſe*. VERELIUS nominis rationem petit ab Iſl. *gaſa*, curſitare, JUNIUS a Gr. χὴν, Dor. χὰν, id. Sed magna cum veritatis ſpecie, nec minori eruditionis apparatu, a candore pen-

 na-

narum eandem repetit WACHTERUS. Etymologiæ huic occaſionem inprimis dedere verba PLINII, *Hiſt. Nat. Lib. X.* cap. 22. *Candidi anſeres in Germania, verum minores, ganzæ vocantur:* quibus addit verba Auctoris *Vitæ* S. WALDEBERTI §. 5. *Anſeres agreſtes, quos a candore & ſonitu vocis gantas vocamus.* Probabilis hæc conjectura eo redditur, quod in Lingua vetere Britannica, *cann*, teſte BOXHORNIO, album denotat, a quo fonte PEZRONIUS Latinorum *candidus*, *canus*, Græcumque anſerum nomen χὴν, & inde orta alia deducit. Dum hoc dico, in tranſcurſu monuiſſe juvat, apud Gothlandos anſeres hodieque voce *kæn* appellari. v. SPEGELII *Gloſſ. Suiog. p. 142.* Nos *n* medium eliſimus, idque nec invita antiquitate, ut modo vidimus, nec abnuente Linguæ analogia, quam ſupra monſtravimus in v. *ås*, trabs, quæ Mœſogothice *anza* dicitur.

GÅSLING, anſerculus. ÖSTG. L. B. B. *c.* XXV. §. 2. Angl. *gooſling.*

GÅSSE, puer. Vox hodie reliquis dialectis peregrina, nec, quantum memoria ſuggerit, in vetuſtioribus Septentrionalium Scriptis invenienda, quorum utrumque facit, ut origo illius ſit obſcurior. Aliquando in mentem venit, *gåſſe* quadam cum immutatione, inprimis ellipſi literæ caninæ, factum eſſe a Lat. Barb. *garcio*, quod commune juvenum nomen erat, licet ſpecialius uſurparetur de caculis, qui equos ſequebantur, aut ſimili miniſterii inferioris genere fungebantur: vide SOMNERUM, *in Gloſſ. A. S.* Galli hodieque *garçon* dicunt, Itali *garzone*, unde Græci recentiores γαρζόνον fecere. Alii, idque non improbabili conjectura, *gåſſe* idem eſſe autumant, ac C. B. *gwas*, quod communiter ſervum, ceterum propria ſignificatione quemlibet juvenem vel adoleſcentem, teſtibus BOXHORNIO & RICHARDO, denotat. Latine loquentes, *g* omiſſo, *vaſſus* dixere, a quo celebre *vaſſallorum* nomen dein profluxiſſe, multi eruditorum perſuadere volunt. Eandem hanc vocem eſſe, ut id obiter addam, credunt literatores, ad quam digitum intendit SERVIUS, dum in *notis* ad *Æneida* VIRGILIANAM obſervat, *gæſos* apud Gallos appellatos fuiſſe viros fortes, quum ſolenne ſit, ut ab ætate juvenili fortitudo & virium robur cenſeantur: confer, quæ ad voces *ſwen* & *dreng* annotavimus. Immo novimus, ut apud Romanos commilitones, ita apud nos *goſſar* compellari ſolere milites. Hoc dum dico, ſuccurrit, *hyſſe* apud Veteres AngloSaxones pro adoleſcente uſurpatum fuiſſe: v. HICKESII *Gram. AngloS. p.* 127. quod a priori penitus forte non eſſe alienum, pro illa, quæ inter literas *g* & *h* intercedit, neceſſitudine, conjicere liceret. Si vero harum, quas attulimus, etymologiarum neutra placuerit, procedat tertia, quæ OL. RUDBECKII Junioris, eſt, arbitrantis, *gåſſe* dici quaſi *gotſe*, a *gute*, quod in aliquibus Sueciæ partibus pro adoleſcente uſurpatur: Norrwegi *gôde* dicunt. Habet hæc modo laudatus RUDBECKIUS, *in Theſauro Linguarum Mſcto*, cui addi poterunt, quæ ex STIERNHIELMIO affert KEDERUS, *in Tr. de Nummo* ODINI, ubi ex hoc *gute* Gothorum nomen derivatum it, ut Sueonum a *ſuen.* id. v. ſupra in *bagge.*

II. Maſculus: dicimus *gåſſebarn*, dum opponuntur feminei ſexus infantulis, *pigebarn*, *flickebarn.*

GÅTA, ænigma. v. ſupra in *gæta*, commemorare.

GÅTT, poſtis januæ, v. *dörgått.*

GEBÅRDER, geſtus, motus corporis. A. S. *gebære.* Germ. *geberde.* Apud OTFRIDUM legimus. *Lib. I. c. V:* 68.

Mit ſuazero giuurti:
Dulci cum geſtu.

Carmen de Bello CAROL. M. *Hiſp. v.* 959.

Er vloh mit theme gebere,
Som ther gothe muzzere:
Volabat eo geſtu,
Ut bonus Muzzere.

Conf. Belg. *ghebaer*, *gebeer.* v. MERULA, ad WILLERAMUM, p. 105. WACHTERUS ſuæ Linguæ vocem derivat a *baren*, oſtendere, ſed curni potius a *bæra*, gerere? Rationem etymologiæ reddidimus ſupra, in v. *åtbord.*

GEBELIZIN, Deus Getarum Thracumque apud HERODOTUM. De nominis ratione diſceptatum eſt inter eruditos. Alii eo THORUM vel JOVEM fulminantem indicari putant, a *blits*, fulmen. Alii *gebelizin* pacis vel gaudii donatorem interpretantur: a *gifwa*, dare, & *liſa*, requies. Secundum illa vero, quæ affert STRAHLENBERG, in *Deſcript. Ruſſ. Bor.* cognomen erit Martis, quem gentes Tartariæ *Gerele*, *Gebele* appellant, *ceſin* vero aut *zing* regem potentem notat. Adfert eandem etymologiam v. DALIN, in *Hiſt. Suio-Goth. Part. I. p.* 163.

GECK·

Digitized by Google

GECK, ſtultus, fatuus. *Hiſt.* ALEXANDRI M.

Waro jak ſolaſta ſana geck:
Si eſſem omnium ſtultorum ſtultiſſimus.

Iſl. *gick* LIB. SAP. c. 5. *Vir gickar*, nos ſtulti. C. B. *coeg.* Al. *gouch.* NOTKERUS, Ps. 48: 11. *Der unuuiſo unde der gouch uuerdent ſament ferloren:* inſipiens & ſtultus ſimul peribunt. Inferioris ævi Germanos *goch* dixiſſe, obſervat WACHTERUS, hodie *geck.* Belg id.

GECKAS, ludificari, ludos agere.

GEF., uſitalis. v. infra, in *gifwa.*

GEHÅNG, baltheus: a Germanico *gehenck*, idque ab *hænga, hangen*, ſuſpendere.

GEIR, framea, haſta. *Gautr. S. c.* 7. In Lingua AngloSaxonum *gar* telum quodcunque denotat, unde *garberend*, armiger. Sunt, qui putent, ab hoc nomine certamina olim omnia nomen accepiſſe, quæ Gallice *guerre* dicuntur. L. B. *guerra.* Sed quum probabile ſit, *g* hic prostheticum eſſe, nativamque vocis formam eſſe *wer* vel *war*, quorum hoc in eodem ſignificatu Anglorum eſt, illud Germanorum aliquando fuiſſe, docet WACHTERUS; hanc conjecturam miſſam facimus. Illud vero mihi veriſimilius fit, *gæſa* illa, quæ tanquam Gallica jacula apud Scriptores Latinos commemorantur, & unde *gæſati* à SERVIO apud Gallos dicti fuiſſe perhibentur viri fortes, nulla alia arma fuiſſe, quam Scythica hæc *geir*, pro illa, quæ inter *r* & *ſ* obſervatur, viciſſitudine. Antiquitatem vocis teſtatur STURLÆSONIUS, qui *Tom. I. p. 11.* commemorat, ODINUM, fato proximum, ſeſe diſtrinxiſſe mucrone haſtæ ſuæ, ne in Deorum concilium admiſſo, ſicca morte obiiſſe, opprobrio foret. *Let han marka ſik geirsoddi:* eundem morem a poſteris ejus obſervatum fuiſſe, colligi poteſt ex verbis ejusdem STURLÆSONII, qui de NIORDO refert: NIORDR *ward ſottdaudur: Let han marka ſik* OÞNI, *adur hann do:* NIORDUS morbo obiit, ſed antequam expiraret, ODINO ſe voluntario vulnere conſecravit. KEYSLERUS, in *Antiquitatibus Septentr. p. 143.* obſervat, eundem apud Gothos exteros obſervatum fuiſſe morem, uti de Herulis certum eſt, ex teſtimonio PROCOPII, *Hiſt. Goth. L.* II. *Neque ſenibus, neque morbidis permiſſum vivere. Sed ubi gravis ætas aut valetudo deterior, tenebantur ipſi ſupplicare propinquis; ut ſe ærumnis rebusque humanis eximerent. Illi alta lignorum congeſta ſtrue, ſuperque eam collocato homine,* ALIUM CUM PUGIONE *in eum immittebant, Herulum quidem ſed alienum ſanguine, quod propinquos propinqui cæde inquinari, pium non arbitrarentur. Ubi ille acceſſerat peragendæ cædi electus, omnia ſubito ligna ab imo orſi incendebant, & poſtquam flamma deſierat, oſſa congeſta abdebant humo.* Monere pæne oblitus eram, veteres Alemannos cognatos propiores *germagen* appellare ſolitos fuiſſe, ejusque rationem ex hac radice repetendam, perinde ac iidem heredes maſculos *ſchwerdtmagen* nuncupavere, & noſtrates propiori ſanguine junctos *wigarſwar*, a *wig*, certamen.

GEL, ſeneciā, rubrum illud, quod in capitis parte habent piſces. C. B. *gueol.* Hib. *giall.* A. S. *geahlas.* Angl. *jole*, item *gills.* Gall. *gueule.* It. *gola.* Hiſp. *agalla.* Lat. *gula*: adeo ut ſcala hac mutationum edoceamur, voce ea proprie notari piſcium fauces. v. JUN. *Etymol. in v.* Alemannice *giel* rictum, os denotat, ut apud Auctorem RHYTHMI, de *Exped.* CAROLI M. *Hiſp. p. 72.*

Daſs er von dem roſſe viel
Dem geben tode in ſein giel:
Ut ex equo decideret
In rictum præproperæ mortis:

v. ibi *Notas* SCHERZII.

GELDA, pendere, rependere. A. S. *gildan, geldan, ageldan*, reddere, reſtituere. Ulph *usgildan.* Luc. 14: 14. *Eis ni haband usgildan thus:* non habent retribuere tibi. Conf. *fragildan.* id. Iſl. *gilda, gjalda.* Al. *gelten.* Germ. id. Angl. *yeld.* WACHTERUS, in coacervandis hujus vocis ſignificatibus ſuo more operoſus, illam deducit vel a *gelt*, quod vices aliquando ſignificaſſe putat, vel etiam ab ἀλλοθι, aliorſum, quum, qui dat, rem ſuam, ut ait, alteri tradat: ſed niſi alias probabiliora attuliſſet Vir laudatiſſimus, minor illius, credo, in criſi Linguæ Germanicæ auctoritas foret. Ego, quod in Mœſogothica āliisque vetuſtioribus dialectis reperio, ulterioris indaginis nobis veniam facere, ſemper arbitror. Cum hac vero radice conferenda volo, quæ ad cognatum *gella* allaturi ſumus, quæ duo, ut ſono, ita ſignificatione oppido ſunt affinia.

II. Præſtare. CHRON. RHYTHM. *min. p. 91.*

Och lofwade thet man aldri galt:
Id promiſere, quod nunquam præſtabant.

III. Alteri quid acceptum referre. Occurrit hoc ſenſu UPL. L. *Manh. B. c.* 54. *Dyli med edbi, at han thæt ej thy miſti, at han galt hans at:* juret, ſe non ita perdidiſſe, ut alteri acceptum referendum habeat, quod receperit. LOCCENIUS vertit: quod non ita amiſerit, ut æſtimatum erat. Sed adfert VERELIUS plura hujus phraſeos exempla: *gelda annars at*, alterius peccatum luere. Sic *gealda frændſæmi* eſt, cædem ab altero patratam jure conſanguinitatis luere. Vide Leges Julinenſium in OLAVI TRYGGV. *Hiſt. Part. I. p.* 153. *Edit Skalb. Hiſt.* ALEX. MAGNI.

Swa gelda griſa gamla ſwina:
Ita ſues minores luunt, quod peccant majores.

IV. In LEGE OSTROGOTHICA, B. B. c. 19. §. 1. denotat vehere, portare: *gjalda iwi thriſkulla*, trans limen ferre. Hoc vero tanquam ſingulare obſervo magis, quam ut ejus rationem reddere queam.

GELD, quod expenditur ſive mulctæ, ſive debiti, ſive vectigalis, ſive tributi nomine. Sic notat 1. mulctam. WESTG. L. *Rættl. B. c. 6. §.* 1. *Syns hanum giæld:* ſi ipſi mulcta, vel damni reſarcitio denegetur. Huc pertinet *twigild*, mulcta duplex: *wergeld*, pretium viri, vel mulcta pro viro occiſo 2. Debitum. ib *Kirk. B. c. 18: 4. Aeger Præſter Lagmanni ſæ at giälda:* ſi Sacerdos in Lagmanni ære alieno ſit. Hinc *geldande*, debitor. ÖSTG. L. *Reſſta B. c.* 3. *geldenär*, id. In JURE ALEMANNICO dicitur *gelter.* v. c 226, & ibi notas SCHERZII. 3. Vectigal, tributum, apud ULPH. *gild. Kaiſaragild*, tributum Cæſareum, & *gilſtrameleins*, cenſus deſcriptio, a *melian*, ſcribere. L. B. *geldum.* A. S. *geld*, *gild.* 4. Ponitur pro eo, unde reditus provenit: ita *præſtgeld* dicitur parœcia, quæ ad nutriendum Paſtorem confert. *Ett ſtort geld*, magnorum redituum parœcia. *Chron. Episc. Scarenſium, p.* 77. *Edit.* BENZ.

Biſkop ÅKE *wart korat af thet gell:*
ÅKO Ep. ab ea parœcia electus fuit.

Uſurpatum etiam olim eſt de feudis ſecularibus, ut in *Præf.* CHRON. RHYTHM.

Han gaff them alt för ſtora gälde,
At han behölt iu ſialfwer the minſto wælde:
Ille ſuis nimium grandia feuda conceſſit,
Adeo ut ipſe parum ſibi retineret.

GILDE, id. Ulph. *gild:* Luc. 20: 22. *gild giban*, tributum dare. A. S. *gyld.* Hinc *landgilde*, cenſus agrarius: *midſommarsgilde*, cenſus tempore S. JOHANNIS pendendus. v. *Teſtamentum* ABSALONIS. p. 2.

GELDKARE, exactor. WESTM. L. *Manh. B. c.* 52. *Wardher man hoggin a almennings Torghe æller annan ſtads i kopſtadhinum, tha ſkal æj gælkare mera aff penningum hans taka æn til thriggia marka:* ſi quis cæſus fuerit in foro publico, aut alio emporii loco, exactor non amplius tribus marcis ex bonis ejus expetat. a *kæra*, litem intentare. In Legibus Iſlandicis, teſte VERELIO, dicuntur *gjaldkyri*, *gialdkyare*, et apud STURLÆSONIUM *gjalldkeri.* v. HEIMS. KR. *Tom. II. p.* 381. NICHULAS *Scegg, er gjaldkeri hafþi verit:* NICOLAUS *Skegg*, qui exactor fuerat.

GELDGULDIN. WESTM. L. *Thing. B. c.* 9. pecunia ſoluta.

GELDETA, debitum. GOTHL. L. *c.* 17: 7. *þat al krefia ſum annara geldeta.* Compoſitum a *geld* & *ega*, *ätte*, debere. Ut in *Jure Aulico* MAGNI ERICI. §. 10. debitor vocatur *then ſom geldbit egher.* v. ſupra in v. *æga.*

GELDSKYLDIG, obæratus.

ÅTERGELDA, rependere.

OMGELDA, mulctam ſolvere. Quum Germanni *entgelten* dicant. analogia videtur requirere, ut *undgelda* ſcribamus. Sic ab *entgeben*, *undgå*, ab *entberen*, *undbæra* fecimus, &c.

GELLA, valere. Iſl. *gilda*, *gialda.* SAP. 9. *þo at nockur a medal mannanna ſona wære fulkomen; þa gillder hun ekert, ef hun hefur eigi þa ſpeke, ſem fra þier kiemur:* utut perfectus ſit aliquis inter filios hominum, abſente ſapientia, quæ a te eſt, nihili reputandus eſt. Germ. *gelten.* Dicimus de moneta, *det geller ſå mycket*, tantum valet, *then waran geller mycket*, merx illa care venditur. Anceps hæreo, utrum vox hæc origine eadem ſit, ac præcedens *gelda*, an vero diverſa: pro priori opinione ſententiam dicere videtur affinitas ſignificationis, quæ rerum pretia utrobique reſpicit, nec non cognatarum dialectorum ſuffragium: pro poſteriori vero conſtans uſus ſermonis noſtri, qui illa orthographice diſtinguit. WACHTERUS hanc noſtram derivat a Latino *valeo.* Gall. *valoir:* quod ſi ita eſt, accidit heic, quod raro, ut nempe nos *g* pro peregrinorum *v* ſubſtituamus, quum contra Galli ſæpiuſcule in Gothicas voces hoc jus exerceant, e. g. a *warda*, cuſtodire, *garder*, a *wante*, chirotheca, *guant*, a *wis*, ratio, *guiſe* facientes. Nos in re dubia quemlibet ſuo abundare ſenſu, facile patiemur.

Digitized by Google

II. Valere auctoritate, poſſe. *Gella mycket hos en*, multum apud quempiam valere, *gellande ſkæl*, rationes validæ. Iſl. *gild*, valor. MARC. 6: 4. *Spamadur er hvorge i minna gilde, än a ſinu föſterlande:* vates nuſpiam minore in honore eſt, quam in ſua patria.

III. Eſt verbum aleatorum: ut dum dicimus, *huru mycket ſkall thet gella?* de quanto contenditur. Ortos hinc arbitror modos loquendi: *nu geller thet min wælfærd*, nunc mea ſalus agitur, nunc de meo luditur corio. *Hwad geller, att tu gör thet*, quo pignore mecum certas, fore, &c. v. EZECH. 26: 15. *Han löper, nær thet gäller:* in pedes ſe conjicit, ubi periculum ingruit, ubi res aleæ plenior eſt.

GEMÅL, matrona, uxor honoratioris conditionis. Germani, unde nos vocem eam accepimus, *gemahl* dicunt, ab antiquo *mahalan*, quod apud OTFRIDUM, Lib. I. c. VIII: 2. notat deſponſare, unde *mahela*, apud WILLERAMUM, ſponſa, obſervante PALTHENIO, ad TATIANUM, p. 295. Hoc vero *mahal* productum recte cenſet a *mal*, ſermo, & item ſponſio, idque a ſolenni deſponſionis formula, quæ illa occaſione uſurpabatur. Unde in WESTG. L. *Ärfd. B. c. 8. Gipta dotur ſina med mund ok med mæla*, hoc eſt, interprete LOCCENIO, filiam deſpondere cum certa ſumma pecuniæ & ſolennibus verbis. Ceterum *mala* uſurpatum invenitur pro fœdere connubiali. Sic in *Hiſt.* OL. TRYGGV. *Ed. Skalh. Part. I. p. 166. vitea mala* eſt procari, & pagina ſequente: *Spyr* SUEIRN *Kongr hvorſu malin hafi gengit:* quærit SUENO Rex, quomodo procederet matrimonium.

GEMEN, communis, vulgaris. v. infra, in *men*.

GEN, vel IGEN, contra. *Hiſtoria* ALEX. MAGNI *Rhythmica.*

Ther kom et diwr honom igen:
Animal contra ipſum venit.

WESTG. L. *Kon. B. Tha ſkal aldra Göta thing igen honom næmnæ:* tum concilium univerſale conventum obviam illi indicet: ubi LOCCENIUS male vertit, tunc omnium Gothorum judicium eum iterum pro rege ſalutabit. v. *Diſſ. noſtra, de initiatione Reg. Suiog. p.* 20. Addo his ex CHRON. RHYTHM. *min.* p. 87.

Han ſwor ſig alstings i meen:
Och giorde Skaparen digert igen:
Ille omnino pejerabat,
Et contra Creatorem graviter peccabat.

Occurrit eadem particula in dialectis cognatis. Iſl. *gegn, gagnt, gen.* HEIMS. KR. T. I. p. 362. *Hvor er hauſþingi, fyrir lyþi þui, er gegnt oſs er:* quis dux eſt populi, qui contra nos eſt? Al. *gagan, gagen.* A. S. *gean. geon, ingan, ongan* & *agin*, v. WACHT. in *Gloſſ. p. 558.* Habemus cum hac particula varia compoſita, quo in numero ſunt

GENFASTA, jejunium, feſtum aliquod præcedens. Tria ejusmodi recenſentur in Lege HELS. *Thing. B. c.* 7. & 8. feſtum nempe Juliorum, S. JOHANNIS & S. MICHAELIS.

GENGANGA, jurejurando denegare. ÖSTG. L. EGN. S. *c. 14. Genganga, at han giorde aldre köp:* inficiari venditionem: a *ganga*, quod in re forenſi de jurejurando uſurpatur, ut ſuo loco monuimus.

GENGERD, commeatus. v. infra in *gera.*

GENHÖFTA, adverſari, ſeſe opponere. JOB. 11: 3. ab Iſl. *heifta*, animo violento agere, *heipt*, iracundia. HEIMS. KR. Tom. I. p. 83. *Margum þottuſt eiga* HARALDI *Kongi heiptir at gialda*, multis videbatur, ab HARALDO exercitam eſſe violentiam, quam nondum puniverint.

GENLÖT, paſcuum limitaneum. DAL. L. p. 13. *A gatu ella a genlötum.* Conf. BIÖRK. *R. c. 11:* 2. *In L.* UPL. *Manh. B. c. 8.* pro eo eſt *biordlötom.* Dicitur *genlöt*, quia in eo concurrunt limites, vel, quod idem eſt, quia alterum alteri obverſum eſt.

GENSÄGELSE, contradictio. EBR. 12: 3. *a ſægia*, dicere.

GENSTANDA, adverſari, ſeſe opponere. UPL. L. *Manh. B. c. 47. §.* 3. *Standa gen med wigh ok wærn*, vim armatam opponere.

GENSTÖRTIG, pervicax. JUD. 9: 31. Ejusdem originis ac Germ. *ſtörriſch*, rebellis, contumax.

GENSTRÄFWIG, pervicax, a *ſtræfwa*, niti.

GENSWARIG, qui contradicere amat, ἀντιλέγων TIT. 2: 9. a *ſwara*, reſpondere.

GENWÖRDIG, difficilis, moroſus. I. PET. 2: 18. rectius forte *genwärdig*, a *warda*, eſſe, ad eundem modum, quo *wederwardig* dicimus de rebus difficilibus. Germ. *widerwærtig*, & in *Vita* ANSCHARII, p. 71. *genwærd*, difficultas, adverſitas. *Hiſt.* ALEX. M.

Genwärd både nætter och daga:
Ærumnæ interdiu nocteque.

Apud ULPHILAM *withrawairth* notat ex ad-

Digitized by Google

adverſo. Luc. 8: 26. *andwairthis*, id. Matth. 27: 61. inque Lingua Anglo-Saxonum *witherweard*, adverſarius, æmulus. Wachterus alteram compoſiti partem deducit a *wart*, locus, quod ſupereſſe credit in *anderwerts*, alio loco, &c. Sed ſubſcripſerim potius Junio, qui Mœſogothica hæc orta credit a radice *wairthan*, eſſe, eundem in modum, ac Belgæ ab eadem radice formant *tegenwordig*, præſens. A. S. *andweard*, id. a quo *andweardian*, quod Bensonius interpretatur præſentare: nos *antwarda* dicimus. Confer, quæ infra adferimus in *verts*.

GENT, præpoſitio, notans adverſum, contra. Iſl. *giegnt*. Marc. 11: 2. *geingid ad kauptun, er geingt ydr er:* abite in urbem, quæ contra vos eſt. Matth. 27: 61. *giengt yfer fra gröfene*, contra ſepulcrum. Sic dicimus eodem ſenſu, *gent öfwer*, *gent emot*.

GENA, obviam ire, impedire, quo minus quis procedat: dicitur etiam *ſtå i genwæg* vel *motwæg*.

II. Rurſus, iterum. *få igen*, recipere. *gå igen*, dicitur de ſpectris aut mortuorum manibus. Gall. revenir. Iſl. *ganga aptur*. Halfd. S. p. 40. Sed alio ſenſu *gå igen* occurrit in *Hiſt.* Ol. S. *Rhythm*. p. 50.

Landit gick honom ther igen.

regio in occurſum ejus ibat, quod eſt, ſeſe illi ſubjecit, ut ſolent imperium accepturi venientibus Dominis obviam ire. Ut vero in viam redeamus, obſervamus, perantiquam eſſe hanc hujus particulæ ſignificationem, & in Lingua Iſlandica vetere reperiundam. Voluspa, *Str.* 25.

Gen geingu Reigen all a Rokſtöla:
Denuo acceſſere Dii omnes ad tribunalia.

Alias videor mihi obſervare, veteres Iſlandos pro *gen enn* hoc ſenſu uſurpaſſe. Heims Kr. *Tom. I. p. 31. Epter þat kom Ani K. enn til Upſala*: poſtea Rex Anius ad Upſaliam rediit. Conf. p. 289. In Lingua AngloSaxonum *gen*, *gien* eodem ſenſu uſurpari, pluribus obſervat Hickesius, *Gram. A. S. p. 114.* Referri ad hanc claſſem debet forſan, ubi dicimus, *taga igen ſina ord*, quod eſt palinodiam canere, proprie recipere verba ſua. Sic in Jure Selandico. *Det kiöb gaar igen*: emtio illa irrita evadet, hoc eſt, emtum ad priorem dominum redit.

III. Notat reciprocationem vel comparationem, ut in noto proverbio: *af gofwor och gengofwor warar wänſkapen längſt*: munera & reddita munera amicitiam continuant, *göra en tjänſt igen*, vicem officiorum reddere. Pertinet huc quoque phraſis juridica *giſwa fullt gen fullo*, reddere plenum contra plenum, vel plenam vicem. Hels. L. *Jord. B. c. 8. horn gen horn.* Östg. L. *B. B. c. 13.* jumentum pro jumento, & ſic in aliis.

IV. De rebus apertis claudendis dicitur: *ſlå igen dören*, claudere januam. *Dören är igen*, janua clauſa eſt. Veteres particula iterativa *åter* eodem ſignificatu uſos fuiſſe, ſuo loco monuimus, quum, quæ clauduntur, denuo ſuo ſtatui reddantur.

V. Denotat id, quod in re quavis reſiduum eſt. *Jag har intet igen*, nil reliqui habeo. AngloSaxones eodem ſenſu *gæn* & *gien* uſurpare, docent Lexicographi.

GENOM, trans, per. A. S. *geond*, unde *geondferan*, tranſire. Sueth. *genomfara*, *geondſcinan*, pellucere: *gind*, id. v. Bensonius. Ad hanc claſſem refer, ubi rei finem denotat, vel totum ejus complexum, ut dum dicimus, *läſa igenom en bok*, librum aliquem perlegere, *dagen igenom*, per totum diem. Sic AngloSaxones *geondyrnan*, percurrere, nos *löpa igenom: gå igenom faran*, defungi periculo. Iſl. *igegnum*. Ol. Tryggv. S. *Ed. Skalb. Part. I. p. 184. Höggr af* Bua *vorina alla niþur igegnum*: amputat labia Buæ penitus penituſque.

II. Eſt nota inſtrumenti vel medii. *Få något genom flit*, per induſtriam, ſua diligentia aliquid acquirere: *genom* Guds *nåd*, Dei gratia. Recentior mihi videtur hæc hujus particulæ ſignificatio, illique addita ad exprimendam emphaſin Latini per.

III. Adjectivis & adverbiis additum ſenſum adauget, ut *genomwreder*, in *Vita* Ansch. *p. 59.* oppido iratus. *Genomwæl öfwad i Skriften.* Ordin. Eccl. Vet. *p.* 3. admodum exercitatus in Scriptura S. Sic *genomærlig*, ſinceriſſimus, *genomful*, teterrimus. Amant hunc idiotiſmum omnes fere dialecti Gothicæ: ita AngloSaxones *gin* ſuum uſurpare, obſervat Hickesius, in *Gr. A. S. p. 111. Edit. in fol.* ex. gr. *ginfæſt God*, immutabilis, firmiſſimus Deus, qui idem Vir antiquarum literarum peritiſſimus obſervat, in Islandica Dialecto *gin* eodem ſenſu uſurpari, ut dum in Voluspa, *Str. 6. ginheilög God* legimus, quod eſt numen ſanctiſſimum. Alias *gagn* in hac lingua eandem vim habet, ut in *gagnbræddur*, prætimidus. v. Verelius. Germanos veteres ſuo *durch* ſignificationem pariter adauxiſſe, plurimis exemplis, ſi opus eſſet, demonſtrari poſſet. Conferri poterunt apud Schil-

TERUM

Digitized by Google

TERUM *durchtuan*, perficere, *durch leuchtig*, valde illuſtris, quibus addi poterunt AngloSaxonica *thurhgedon*, peractus, *thurhheſi*, prægravis, *thurh hvit*, candidus, valde albus, *thurhlered*, perdoctus. Coronidis loco Lectorem meum obſervare jubebo, Latinorum *per* his omnibus ex aſſe reſpondere: nam, ut cetera cum Gothiſmo hæc particula communia habet; ita hanc etiam ſuperlativam, ut ita loquar, poteſtatem, e. g. perdoctus, perſimilis.

GENTA, puella. Iſl. id. *Hwad lider grautunum genta*: quid de pulte, filiola. v. WORMII *Lex. Run.* p. 42. Antiquitatem vocis teſtatur C. B. *genaith*, *geneth*, puella. v. RICHARDS *Thes. L. Brit.* SPEGELIUS, in *Gloſſario Suiog.* p. 139. docet, apud Smolandos *gante* uſurpari pro ſcurra. vel puero ludicra ſectante. *Gantas* in aliis Sueciæ partibus notat ludos agere, ineptire, laſcivire. Conf. Gr. γανόω, exhilaro, γάνυμαι, gaudeo.

GERA, mittere. WESTG. L. *Kon. B. Sidan ſkal aldra ſiura mæn af landi gæræ med them*: poſtea omnes quatuor mittentur a provincia cum illis. *Gipt. B. c.* 3. *§. 1. Hæptir bonde fæſtikono Mans, tha ſkal Brudhmæn til gæræ a mungats tidhæ Dagi: twa mæn til Gards gæræ, Gridher at bedhas*: ſi pater familias obſtaculo ſit ſponſo, quo minus accipiat ſponſam ſuam, duo paranymphi die convivii ſponſalitii mittentur ad prædium patrisfamilias, petitum pacem. *Mandr. B. c. 1. §. 1. Mæn til thingz gæræ, gridher at bedas*, viros in judicium mittere, pacem petitum. Addo initium LEGIS DALICÆ: *Bóndir fórdu ſtuck oc ſteen, oc grundwal growu, oc Kirkio giordu. Nu ær Kirckia war gior, oc til wigſlæ boyn, tha giordu theer tolff næmpdæmen til Biſkopz at bedas Præſt, æſti ty ſumræt ær*: ruſtici attulerunt trabes & ſaxa, fundamenta locaverunt, & templum conſtruxerunt. Quum vero templum erectum eſſet, & conſecrationi paratum, 12 viros nominavere mittendos ad Epiſcopum. Iſlandi eadem voce non raro utuntur. HEIMS KR. *Tom. I. p.* 307. *þa gerþi han mann eptir* KIARTANI: cum aliquem miſit, qui KIARTANUM acciret. *Ib. p.* 379 *En Gotar górþu menn til Kongs*: Gothlandi legatos miſerunt ad Regem. Ex hac radice orta in tabulis Legum antiquarum proſtant

GERD, cenſus, ab eo nomen habens, quod ad locum, a Rege vel Epiſcopo nominatum, mittebatur. Conſtabat ille certo tam commeatus quam pecuniæ numero, qui inter 12 proprietarios (Skattebönder) vel 24 colonos deſcribebatur, proque temporum diverſitate variabat. v. TEGELS *Hiſt.* GUSTAVI *I. P. I. p.* 123. v. STIERNMANS *Acta Publica. Tom. I. p.* 45. Conf. UPL. L. *Kon. B. c.* 10. *§.* 10. H. SPEGEL vocem origine peregrinam eſſe, cenſet, factamque a L. B. *corredium*, ita ut primum *kareda*, dein *kärd*, & tandem *gärd* pronuntiatum fuerit. v. *Gloſſar. p.* 235. *in v. koſt.* Sed nimium operoſa hæc ſunt, & parum probabilia.

GENGERD, id. a *gen*, contra, quum obviam Regi in locum condictum mitteretur. Compoſiti ratio patet ex LEGE WESTG. L. *Jord. B. c.* 3. *Gär madher igen Konunge*: ſi quis advenienti Regi annonam afferat. Occurrit phraſis eadem *gengæra* in *Gipt. B. c.* 3. *§.* 1. *Brudfærd gengæra*, comitatum nuptialem in occurſum ſponſæ mittere, quod in LEGE OSTROG. *Gipt. B. c.* 8. *§.* 2. dicitur *gen brud ſända*.

UTGERD, id. UPL. *L. K. B. c.* 10. *§.* 9. Hinc *utgerdisbonde*, qui ejuſmodi cenſum pendit, cui opponitur *frælſisbonde*, in JÖNKÖP. STADGA, ad calcem JURIS BIRC. *p.* 22.

GERDAMAN, paranymphus, qui ad deducendam ſponſam mittebatur. GOTHL. *L. c.* 24. Niſi hoc ſit a *góra*, facere. v. infra, in *gille*.

GERANDE vel GÅRANDE commemorantur ſæpe in CHRONICO RHYTHMICO, inter deſcribendum haſtiludia veterum. Extra hunc vero Scriptorem non memini, eam vocem uſpiam offendi. Quantum quidem ex ſerie orationis colligere licet, vocantur ita ludiones illi, qui ad hæc ſolennia confluebant, ludicra ſua exercituri, dum armorum ſcientiam athletæ oſtentabant. In rei fidem loca nonnulla adferam: *pag.* 119.

Ther war frögd ok mykin glædie,
The gærande ſinge god klæde,
Örs ok gangare i goda lit,
Rikare foro the tædan æn tijt:
Ibi lætitia erat multumque gaudii,
Ludiones præmii loco pulcras accepere veſtes,
Equos & tolutarios multa cum humanitate,
Ita ut ditiores abirent, quam venerant.

pag. 121. ter hi iidem commemorantur:
Ther war af gærande myckit bang:
Ibi ludionum magnus erat ſtrepitus.
& mox:
Fidlare, Pipare ok gærande beyt
Voro tit komne aff mongom landom.

Man

Man gaf them godz med badom bandom:
Muſici, Tibicines & turba ſcurrarum
Eo venerant ex multis regionibus,
Dona quibus ambabus manibus distribuebantur.

& tandem:

Tha gaff han then ſtaff en gærande man:
Tum (Mareſchallus) baculum ſuum uni ludionum dedit.

Unde ita dicantur, oculatiores alii forte videbunt, utrum quaſi actores, a *góra*, an vero nomen ſortiti ſint a *gä* Islandorum, quod gaudium notat, unde, GUDMUNDO teſte, *gærungr*, ludio, quod certe huic noſtro affine videtur. Ob ſervatu etiam non indignum eſt, pro *Gärande* alium HADORPHI Codicem manuſcriptum habere *Lekare*, quod indicio eſt, pro ſynonymis hæc habita fuiſſe. *v. cit.* CHRON. *p.* 82. Aliquando etiam mihi in mentem venit, *gärande* dici ipſos athletas, vocemque hanc, ut ceteros hujus ſpectaculi terminos, peregrinæ originis eſſe, forſan Italicæ, qui *garu* certamen appellant, & ſpeciatim *vincer la gara* victoriam in ludo reportare.

GERÅD, ſupellex. Uſurpatur fere in compoſitione cum *hus*, *husgeråd*. Germ. *geräte*. a *reda*, parare. Germ. *reiten*. A. Saxonice *gereda* eſt apparatus. Apud HICKESIUM, *in Diſſert. Epiſtolari, p.* 51. occurrit *twa horsgeræde*, duas equorum phaleras. *Iſl. redi*, *reidi*. id.

GERE, ſinus, vox Scanis uſitata. Gall. *giron*. Ital. *gerone*. Germ. *geren*. *v.* STADENIUS, de *voc. Bibl. p.* 257. Apud eosdem Scanos notat quoque circulum, vaſa vitilia continentem, a Gr. γῦρος, circulus, vel Goth. *gyrda*.

GERNA, libenter. Ant. *giärnt*. Iſl. *girnt*. Al. *kerno*, *gerno*, *ger*. Gall. inverſis literis, *grè*. Radicem ſervant dialecti veteres. Ulph. *gairnan*, cupere. A. S. *gyrnan*, *geornan*. Al. *geren*. Iſl. *girnaſt*, id. unde *giarn*, deſiderans. A. S. *georn*, quæ ambo in compoſitis ſæpe occurrunt: *giernd*, Iſl. cupiditas.

II. fere, ſæpe. KON. STYR. *p.* 26. *Ta kumber gärna miſſämja ok ſtrid manna mellom*: tum ſæpe lites & diſſenſiones inter homines oriuntur. ib. *Giruga Hofdinga fa giarnt illa ændelykt*: Principes avari ſæpe malum vitæ finem ſortiuntur. Sic etiam in WESTM. L. *Manh. B. c.* 104. *Thiuwer hittir gærna*: fur ſæpe reperit.

III. ſolicite, vehementer, ut in CANTICO vetere: *Jag beder ſå ganſkeliga gerna*: omnibus precibus contendo. CHRON. RHYTHM. *min. p.* 93.

The lofwade gærna, at ſkogen war nær:
Vehementer lætabantur, quod prope eſſet ſilva.

AngloSaxones eodem loquendi genere uſos fuiſſe, diſco ex LUC. 7: 2. *Hi bædon hine geornlice*, orabant enixe.

GIRNAS, deſiderare. *Hiſt.* ALEX. MAGNI:
Ther girnas hwar fore annan ſlita:
Ibi quisque ante alium rapere avet:

GIRI, avaritia. *Kon. B. St. L. c.* 1.

GIRIG, avidus: ab eadem radice. Sax. *gyrig*. Uſurpatur tam in bonam quam malam partem, *girig att arbeta*, laborioſus: *læsgirig*, qui libenter ſtudet, *äregirig*, honoris cupidus.

GIRIGBUK, avarus, a *buk*, voracitatis ſede. Sic Germani, *geitzhals* dicentes, a gula metaphoram ſumunt.

GIRUGAS, avarum eſſe. ESAIÆ 56: 11.

BEGÅRA, deſiderare, v. ſuo loco.

GERNING, actus. v. *góra*.

GERSIM, res pretioſa. A. S. *gærſuma*. L. B. id. *Dan. gørſum*, *giorſum*. Iſl. *gerſemi*. OL. TRYGGV. *S. Part. I. p.* 101. *Edit. Skalh. Bu þat var hin meſta gerſeme*: villa hæc theſauri loco habenda erat, vel optima fuit. Quid in rerum pretioſarum claſſem ſit relatum apud veteres, docet LEX ÖSTROG. *Gipt. B. c.* 18. ubi hæc extant: *Fædringa ſkulu taka giærſima thera, Gull ok Silfwer, jordh ok annódhug hjon, ok djursborn, thet kallas giærſimar, ok hulſtrar*: conſanguinei paterni ſuæ fidei permiſſa habebunt *gerſimer*, hoc eſt, aurum, argentum, bona ſoli, mancipia, cornua nec non veſtes ſtragulas, quæ eadem excepta videntur a conſortione uxoris, in ſacra mariti transeuntis. UPL. L. *Ärfd. B. c.* 3. *§.* 1. Ceterum uſurpatur vox hæc de re quavis ſingularis pretii & æſtimationis. Ita viri eximiæ virtutis vocantur *manngerſimar*. WILK. S. p. 50. ÞIDRICK *K. hefr miklar manngerſimar med ſer*: DIETERICUS R. electos homines ſecum habet. STURLÆSONIUS quoque *Tom. II. p.* 393. commemorat, ALEXIUM, Imperatorem, Væringos ſuos, Gothicæ propaginis Prætorianos, ob ſingularem fortitudinem hoc nomine appellaſſe. Et hæc vocis acceptio generalis eſt.

II.

Digitized by Google

II. Specialiter vero in Monumentis AngloSaxonum *gerſuma* dicebatur id, quod pactum emtionis vel locationis ineuntes arrhæ vel corollarii loco dedere, ceu pluribus eleganter, & pro ſua eruditione, docet Grammius, in *Diſſ. de Uſu L. AngloSax. in Danica, p. 156. ſeq.* nec non Du Fresne, in v.

III. In Legibus Danorum notat mulctam pactitiam. quæ ſupra illam, quæ lege definita erat, occiſi heredibus pendebatur, de qua Lex Jutlandica, *Lib.* iii. *c. 21. En görſum er, ſom för vorder mælt, naar bod feſtis: fordi at affue volder meſt görſum*, hoc eſt, gerſuma ſemper eſt, prout condicta fuerit, ubi mulcta homicidii addicitur: pro ratione enim timoris (a reo) honorarium hoc augetur. Ratio denominationis utrobique eſt, quod tam contractum emtionis formaturi quam homicidium expiaturi, offerre conſueverint res pretioſas, & in genere nomen cimelii promeritas.

IV. In Jure Sælandico piſces grandiores, acipenſeres dicti, Suethice *ſtörar*, appellantur *görſommens fiſk*, menſæque Regiæ deberi dicuntur, quia, ut rariores, in rerum pretioſarum claſſem referebantur. *Lib.* vi. *c. 21. Störiæ hör til konings bord: forti man kaller then görſommens fiſk wære.* Coronidis loco moneho, omnino errare Hadorphium, dum verba Juris Gothl. *c. 53. af garrum gerſemum* vertit a cibis paratis: opponuntur heic enim vaſa argentea & aurea, quæ facta cimelia dicuntur, aliis opibus, quales ſunt pecuniæ, &c. Quod vero ad etymon vocabuli attinet, Thwaitesius, *in Grammat.* A. S. vocem hybridam eſſe, cenſet, compoſitamque a *gearo*, paratus, & *ſumma*, Latina voce, ut ſit ſumma præ manibus data, quam etymologiam, utut inſulſam, ſuo tamen ingenio dubito an debeat. Jam enim antea eam Petrus Jo. Resenius, in notis ad Jus Aulicum Daniæ, *p.* 704. a *göra*, facere, & *ſumma* derivatum ivit, ut adeo proprie ea voce notetur ſupererogata ſumma, mox vero optionem Lectori relinquit, malitne in conſilium adhibere *göra*, prout ebullire notat, ut metaphora ducatur a ſumma, ſupra vulgarem mulctæ modum abundante. Sed merito hæc affanias nominat Grammius, qui tamen, ubi AngloSaxonum Linguam in ſubſidium vocat neſcio quid lucis addatur noſtræ, quum incertum ſit, annon illi ſub imperio Danico, hanc voculam a Borea noſtro acceperint. Stemus itaque, vel honoris cauſſa, auctoritate graviſſimi Iſlandorum Juris Conſulti Sturlæsonii, qui ab initio operis ſui Hiſtorici originem hujus vocabuli hanc adfert, Frejam nempe Gothorum Divam, illiusque maritum, Oderum, duas habuiſſe filias, Hnoss & Gersemi, quæ ambæ Suionibus adeo in deliciis fuerint, ut ad res pretioſiſſimas, cimelia & theſauros denotandos illarum nomina adhibere voluerint. Hic ſenſus eſt verborum, *p.* 13. occurrentium: *Oþur bet bondi bennar. Dottur bennar beto* Hnoss *oc* Gersemi, *þær voro fagrar miöc; af þeirra nafne ero ſo kallaþer biner dyrſto griper.*

GESÆLL, ſocius. v. *ſælla*, congregare.

GET, capra. A. S. *gat*, *gata-hierde*, caprarius. Al. *geiz*. Germ. *geis* &, transpoſitis literis, *ziege*. Angl. *goat*. Belg. *gheete*, *gheyte*. Gr. B. *γίδα*. Turcice *geitzi*. v. Strahlenberg, p. 130. Olim noſtræ vocis latior uſus fuiſſe deprehenditur, ita ut etiam hircos hædosque ſuo ambitu complexus ſit. Teſtimonio eſſe poterit Ulphilanum *gaitei*, hædus, Luc. 15: 29. *Niaiw gaitein atgaſt mis*, nunquam hædum dediſti mihi: nec non Cambricum *gitten*, hædus, ut nihil dicam de *atta-goz*, quo nomine Phryges ſua lingua hircum appellaſſe, Arnobius, *contra Gentes*, docet, teſte Wachtero, qui tamen, neſcio quo calami errore, pro Arnobio Macrobium citat, *p. 545.* Apud Hesychium invenio, Græcos *ὄιν*, id eſt, ovem fœtam, appellaſſe *γοῖτα*. Immo ſi ad Ebræos fontes regrediamur, occurrent גדי, haedus, nec non עז, quod, duriori literæ gutturalis pronuntiatione *ges* elatum, prope a Gothico abeſt. Apud Du Fresnium, *in v. gaidia*, adducitur mandatum Philippi Pulcri, quod inter alia hæc habet: *Inhibemus, ne quis lanas ſeu animalia lanigera gaidias, garanicas, de regno noſtro extrahere præſumat*, ubi per *gaidias* capras intelligi, docet. Poſtquam antiquitatem hujus vocis probatam dedimus; per ſe patet, faciles nos eſſe non debere in accipiendis etymis vel Junii, qui *geiz* derivat a *χαίτη*, vellus, quo abundat caprinum genus, vel Wachteri, ab A. S. *gytſian*, concupiſcere, ob ſalacitatem, nominis rationem petentis.

GETEBOCK, caper. Obſervavimus nuper, *get* tam mares quam feminas no-

Digitized by Google

notaſſe, quæ ratio eſt, quod *bock* explicationis gratia adjiciatur.

GETING, crabro. Terminatio *ing* indicare videtur, diminutivam formam hic eſſe ſuperioris *get*, capra, ut adeo *geting* vi ſua ſit capella: &, ne dubites, apud AngloSaxones *gat* tam caprum quam crabronem denotat. Si vero nominis rationem quæras, illam fateor me æque neſcire, ac cur paſſerum genus plebs Suecana boves, *talgoxar*, immo formicarum genus *rodgetter* appellet, h. e. capras rubras. Non expectandum eſt, ut mundus ubique cum ratione agat.

GICKT, morbus articularis. A. S. *gichta* ſignificat pruritum. Angl. *itch*. Belg. *iocbte*. Iſlandice vero *ikt* notat paralyſin; quem eundem valorem habere creditur in L. Alemannica. Jus *vetus* PROVINCIALE, *c.* 258. §. 22: narrat JOSEPHUM gratiam populo Judaico impetraſſe, quia TITUM Imp. liberaverat *non ainem grozzen uergibt*, vel, ut alii Codices habent, *gegichte*, quod explicatur ab ingenti paralyſi. Sunt qui credant, ita dictum quaſi ἑκτικὸν, febrim hecticam.

GIFTA, dare, donare. Generaliſſima hæc vocis acceptio eſt, utpote forma frequentativa ſimplicis *gifwa*, quod mox adferetur. *Hiſt.* ALEX. M.

Ther warder titt lik jordena giptat:
Ibi cadaver tuum terræ dabitur.

Inferius:

Hwarjom ider lim en afgud gipta:
Quodlibet membrorum veſtrorum
idolo cuidam dicare.

BEGIFTA, donare. RECESSUS STREGN de anno 1529. p. III. *Effter thet kloſtret haſuer monga landboor, dher the medh begiſtade äre:* quum monaſterium plures habeat colonos, quibus donatum eſt. Germ. *begiſten*, dotare.

II. Dare in poteſtatem mariti. Iſl. *giptas*, conjugium inire. Videtur ab initio, ut Latinorum nubere, tantum uſurpatum fuiſſe de ſponſa, utpote quæ dabatur, quam maritus acciperet vel duceret. Obſervat hanc diſtinctionem Interpres Iſlandus, MARC. 12: 25. *Tha kuongaſt ther ei, nie gyptaſt*, ibi non uxores ducunt, nec nubunt. Sic LUC. 17: 27. *Their kuongaduſt, og lietu ſig gipta*: uxores ducebant nubebantque. Interpres AngloSaxo ſimile diſcrimen facere videtur, v. 35. *ne giftigeath*, *hi, ne vif ne lædad*, non nubunt, nec uxores ducunt. ULPHILAS locis citatis habet *liugan* & *liugada viſan*, quæ, ut id in tranſcurſu moneam, notatu digna reputabit, qui accuratiorem veterum Linguarum comparationem inſtituere voluerit, noritque, quod ἄλοχος pro diverſa natura α præfixi notet virginem, maritum nondum expertam, & uxorem; quod λοχεῖα & item *loci* nupta vocabula ſint; quod λοχὸς mulierem gravidam denotet, & quod tandem *collocare* idem ſit, ac nuptui dare.

GIFTE, conjugium. A. S. *gyfta*, nuptiæ.

GIFTERMÅL, id. a *mål*, de quo vide ſupra in *gemål*.

III. In Legibus Patriis uſurpatur de ſponſalibus, aut quum virgo procanti promittitur. Eſt hinc, quod in TABULIS OSTROGOTHICIS, *Ärfd. B. c.* 9. diſtinctio fiat inter *giptas* & *givas*, hoc eſt, deſponderi & nuptui dari. *Thet a then bonde, hon war både gift och gifwin;* eam mulctam habebit vir, cui deſponſa fuit & nupta. Apud ULPHILAM hujus ſignificatus luculenta veſtigia extant, *queins in fragiſtim* eſt mulier deſponſa viro. Luc. 2: 5. nec non *magath in fragiſtim*. ib. *cap. I*: 27. Hinc apud nos *giftoman* vel *giptamadur* eſt, qui jus deſpondendi habet, pater aut proximus quisque neceſſariorum. LOCCENII aſſenſu hanc ſignificationem noſtræ vocis firmare potero, qui in *Lexico Juris* obſervat, *giſtarqwäld* in LEGE WESTROG. *Gipt. B. c. 2. §. 3.* dici veſperam vel diem ſponſalium, *giptoman* vel *giptamadr*, parentem vel proximum neceſſarium, qui jus deſpondendi habet. v. ÖSTG. L. *Gipt. c.* 6. Sed obſervare tamen licet, in citatis LEGIBUS WESTROGOTHICIS, *c.* 2. *bandſæſlnädär ſtæmma* & *giptarqwæld*, tanquam diverſa, nominari.

IV. Uſurpatur pro copula conjugum carnali. ÖSTG. L. *Gipt. B. c.* 7. *Nu ſidhan thon äru wighd, ok gangu thön badhin ypinbarlika i ſiang ſaman. æ hvat hælder thon giptas æller egh, thå är hon kommen til alls rätts medh hanum*: poſtquam a ſacerdote conjuges copulati ſunt, & in omnium conſpectu thalamum eundem conſcenderunt, ſive carnaliter juncti fuerint, ſive minus, attamen in conſortium omnium bonorum uxor venit.

V. In re agraria notat, certa data arrha, locationis contractum confirmare, *gipta jord*. UPL. L. *Jord. B* 1: 13. *giptas wid godſet*, id. CALM. RECESS.

p. 60

Digitized by Google

p. 60. ſ. 20. Edit. Hadorph. ad calcem Leg. Bircens. *Giptabol.* Östg. *L.* B. *B. c. 9. ſ. 5.* terra conducta. Conf. L. L. *Jord. B. c. 20.* §. 2. alias *ſtädja*, *ſtädſla* dicimus. Quum inter locatarium & locatorem contracta quædam ſit neceſſitudo & bonorum communio; hinc a conjugio terminos mutuatos, credere licet. Ex eadem ratione, aut etiam ex Juris noſtri imitatione, factum arbitror, ut in libris feudalibus *Conjuges* & *Conſortes* dicantur Domini & Vaſalli.

GIPT, GIFT, arrha, data in argumentum conductionis, & in certum annorum numerum. Östg. *L. Bygd. B. c. 9. ſ. 3. är gift halft int*, ſi dimidium conductionis tempus præteriit, vel proprie, ſi dimidium arrhæ fructum percepit. Conf. *Gipt. B. c. 11.*

GIFTOSTÄMMA, tempus, quod convenit inter Dominum & colonum, quodque in *L. L. Jord. B. c. 20.* communiter eſſe dicitur tempus ſex annorum.

GIFWA, dare. Ulph. *giban.* A. S. *gyfan.* Al. *geban*, *keban.* Iſl. *gifva.* Angl. *give.* Belg. *geven.* Germ. *geben.* Antiquitas vocis nos ab etymi quærendi labore liberat: interim ſunt, qui ab Ebr. יהב, dedit, derivent & in eorum numero Thomassinus, *Gloſſ. pag. 567.* Uſurpatur varie, ſed ita tamen, ut donandi, conferendi ſignificatio ſemper retineatur. Ita agricolæ dicunt, *ſäden gifwer*, *är gifwande*, quum ſpicæ divite proventu ſpem coloni implent, contra ac quum vegrandes multum culmi ſed parum frugis habent.

II. Notat valere auctoritate. Chron. Rhythm. *min.* p. 3.

Hwad han gjorde, gaf ogh galt:
Quod egit, valuit & momentum habuit.

Chron. S. Olavi. p. 24.

Som Svænomen ſva hade gaf och galt:
Qui ita apud milites valuit.

Hinc de moneta proba dicitur, *gåf och gångſe.* Gen. 33: 16. Germ. *Gäng und gebe.* Latinitas inferior ejusmodi monetam *dativam*, ficto ad Gothismum vocabulo, dixit, teſte Du Fresne, in *Gloſſario*: ſic etiam de munere præſtante uſurpat vocem hanc Auctor *Hiſtoriæ* Alex. Magni.

Offrade Gudom gaffwer geeſ:
Offerebat Diis munera inſignia.

III. Reciproce uſurpatum non unam ſignificationem habet. De arcibus enim adhibitum vel copiis militaribus notat, ſeſe dedere. *The måſte omſider gifwa ſig*, tandem ſe victoris arbitrio permittere cogebantur.

IV. Notat deficere in pejus mutari; *gifwa ſig efter ſjukdom*, quod eſt, poſt morbum viribus defici. *Hymn. S. 121. Helſwetes kraft gaf ſig therwid*, inferni vires inde labefactabantur.

V. Lamentari, ut in *Hymno S. 147: 15. Som gräto och gåfwo ſig ſwåra*: qui plorabant, & miſerandum in modum lamentabantur.

VI. Cum particulis conjunctum varie ſignificationem permutat. *Gifwa af* eſt remittere, Östg. L. *Edſ. B. c.* 7. Birger Jarl *gaf af järnbyrdena*, Birgerus Jarl abolevit portationem ferri igniti. L. L. *Gipt. B. c. 8. ſ. 2. Gifwes intet up aff*, nihil inde remittitur. Eſt etiam, quando particula hæc omittitur, unde *gifwen ed* eſt juramenti gratia facta.

VII. Paſſive ſumtum notat inveniri, ut dari apud Latinos.

GIF, donum. Kon. Styrilse. *p. 172. Hwar ſom taker nakors gawo, han är af naturlikan rät ſkyldogr, hanom hans gif lona*: quicunque alterius munus accepit, ex naturali æquitate obligatus eſt ad referendam gratiam: ſermo eſt de judicibus. Iſl. *giofr.* Ulph. *giba.* A.S. *gyfe*, *gife.* Germ. *gabe.*

GIFT, id. A. S. Al. Belg. id. Specialiter uſurpatur de pignore, quo agros aliorum colendos accipimus, alias *bolgift.* v. ſupra, in *gifta.* Uſurpatur etiam in compoſitis, ut *bemgift*, alias *bemgiæfr.* Westg. L. *Kyrk.* B. *c. 20. ſ.* 5. ſimpliciter *Gipt.* Östg. *L. Ärfd. B. c. 8.* munus nuptiale, a parentibus vel propinquis datum.

GOFWA, id. Iſl. *gafwa.* v. Wormii *Lex. Run.* Al. *kaba*, *keba. Guds gåfwa*, donum Dei. Deinde, quum dona Dei liberalia ſint, pro magna rerum copia uſurpatur. *Jag har Guds gofwor theraf*: vim magnam ejus habeo. Iſl. *guds gioff*, id.

2. gratia. Chron. Rhythm. *min. p. 74.*

Riket thet ſkulle the åter haffva,
Och Konungzens hylleſt och hans gaffva:
Regnum ad ipſos rediret,
Et inſuper Regis favor & gratia.

Imitati in hoc ſumus Alemannos & AngloSaxones, quorum hi *gyfe*, illi *geba* eodem ſenſu uſurpant. In ſalutatione Angelica *mit gife gefylled* habet Interpres Saxo, Tatianus vero *gebono follo*, id eſt, gratia plena.

GÄF, id. Iſl. *giof*, unde *giofull*, munificus. Sueth. ant. *gæful.* Vet. Interp. *Euang. p. m. 75. Barn är milth ok gæfult:* infans mitis eſſe ſolet & liberalis. *Urgæf* in Östg. L. *Ärfd. B. c. 9.* eſt do-

Digitized by Google

donum, vel legitima, a patre filio conceſſa bona, ubi propriam familiam inſtituit. *Tilgæw* in Westg. *L. Gipt. B. c.* 2. eſt donum, quod in ſponſalibus ſponſæ cognatis olim dabatur. *Wingæf*, id. Östg. *L. Gipt.* B. *c.* 10. §. 3. *Fórgäfwes*, gratis, v. ſuo loco.

GAFA, fortuna, quaſi ſorte data. Iſl. *gæfa, giſva*, proſperari. Ol. Tryggv. *S. P* 11 *p* 187. *Hanom gaf æi, at ſigla ſudur leingra*: ipſi non ſucceſſit ulterior navigatio. Ruricolæ noſtri hodieque *gæf* hoc ſenſu uſurpant, & *ogæf* pro infortunio. Iſl. id. Ol. S. citante Verelio, *gæfa fylger vitſku*, fortuna prudentiam ſequitur, *gæſumadr*, *gæſumikil. giptumadur*, vir felix. v. Jus Aul. Norrv. *p.* 187. A. S. *gyfe*, felicitas. Video etiam, in Rhythmo *de Exp.* Caroli M. *Hiſp. p.* 92. *ungab* pro infortunio poni.

Der cham mit groſſer ungab
Hin wider haim:
Venit magno cum infortunio
Rurſus domum.

Apud Ulphilam *gabeigs, gabigs* divitem notat, *af gabeiv*, a divitiis Luc. 8: 14. quæ omnino ad hanc claſſem referri debere, is non abnuerit, qui cogitaverit, divites & felices communibus fere appellari nominibus. Notum id eſt de Græco εὐδαίμων, uti quoque Mæſo-Gothi felicem *audags* appellant, quod nomen tamen proprie divitem denotare, ostendere videntur cognata. Iſl. *audigr*. Al. *odeg, otag, otakr*. A. S. *eadig*, quæ omnia opulentum denotant. Scilicet, ut ait Seneca, *Ep.* 45. *Beatum vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit.*

GIGA, fides, fidicula. Westg. *L. Bard. B. c.* 7. *Lekari, ſom med gigu ganger*, ludio, qui cum fidicula oberrat. Iſl. *giga*. It. id. Gall. *gigue*. v. Menagii *Origin. Gall.* Germ. *geige*. Angl. *gig, jig.* Sunt, qui derivent a *gingrire*, ſtridulum canere, vel a Punico γιγγρας, quod fiſtulam denotavit: videatur Wachterus, qui a *geigen*, fricare, vocis originem repetit. Ego facile crediderо, muſica hæc inſtrumenta, a quibus abhorruit priſca gentium Borealium gravitas, ſecum ſua nomina asportaſſe: v. ſupra in v. *bamba*, quid de Starkatero referat Saxo.

GIGELTÅND, qui dentes habet inæquales & prominentes. Radix videtur id notare, quod diſtortum eſt. Angli *goggleeyed* ſtrabum appellant, & Helſingi noſtri *gagel*, quod longum & ſimul ineptum eſt. Inter urſi ſynonyma *Eddica* eſt *igultanne*: an ab *igel*, echinus, quaſi qui acuti promineant, ut aculei hiſtricis?

GILD vel GILL, validus. *en gild man*, vir adultæ ætatis, & inprimis robuſtus: *gilder gard*, Östg. L. *B. B. c.* 14. ſepes valida. *En gild oxe*, in Pandectis noſtris, notat taurum adultum. Belgæ eodem modo ſenſuque dicunt *en gildsos*, taurus juſtæ magnitudinis, *gelte bars*, perca majoris moduli. Leibnitius, qui in *Celticis*, *p.* 104. ex Pontano hæc affert, putare videtur, Celtas ab hac voce nomen accepiſſe. utpote quos Strabo notavit ſic dictos διὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ob dignitatem. Iſlandi *gildur* dicunt. Eigils *S. p.* 6. *Eig hef eg gildari man ſied*, nunquam hominem manu promtiorem vidi. Aliquando etiam in malam partem ſumtum invenitur: e. g. *gild haſka*, magnum diſcrimen. Ol. Tryggv. *S. p.* 161. Fontem vocis ſupra habuimus, *gella*. Iſl. *gilda*, valere. v. Gudmundus Andreæ, ad Voluspa, *Str.* 23: 2. Huic noſtro contrarium eſt *ugild* vel *ogild*, vitioſus, quod ſuam perfectionem non habet. Upl. L. *Kon. B. c.* 10.

II. ratus, firmus, validus. *Hålla för gildt*, pro rato habere, *ordgild man*, vir fidus, cujus verba & promiſſa valida ſunt. L. Petri in *Poſtilla* 2. *Fer. Nat.*

GILDE, valor, pretium. Östg. L. *Sar. m. wad c.* 16. §. 1. *Sargbar thrål frælſan man, hun hawer firibuggit jær oc ſinu gildi*: ſi ſervus vulneravit ingenuum, vitæ damnatus eſto & ſui pretii, hoc eſt, tanta argenti ſumma mulctæ nomine pro eo expendetur, quanta venire ſolet mancipium

2. Mulcta, tanquam æſtimatio delicti, unde *gildr*, æſtimatus valore forenſi. Upl. L. ad finem, *gilder med halwum gjaldum*: compenſatus eſto dimidio mulctæ ſolidæ: *ogildr* contra eſt, qui non æſtimatur, hoc eſt, pro quo nihil mulctæ loco expenditur, ſi occidatur, uti injuſti aggreſſores, aut qui in facto turpi deprehenduntur. v. Westg. *L. Sar. c.* 5. Olavi Tryggv. *S. Part. I.* pag. 131. Östg. *L. Dr. B. c.* 5: 6. *Tho hwaru äru ther ugildi firi rättum arwum*, nihilominus jus liberum talionis habent heredes. Westg. *L. Sar. B. c.* 8. *Legboexe ligge ugilder*, qui operam ſuam locat, impune occidatur. Conf. *c.* 5. *et L. L. Köp.* B. *Cap.* 9. In citato loco Legis Uplandicæ *ligga i ugildum akri* eſt, ſepeliri in ejuſmodi loco non conſecrato, ubi condi ſolent, qui ob ſua facinora vita privantur.

GILLA, approbare, hoc eſt, facere, ut quid valeat: *min tanke blef gillad*: meæ ſententiæ acceſſum eſt.

GILDA, in illo ſtatu ponere, ut nihil deficiat. Skånel. *p.* 21. *Giælde the*

ſka

Digitized by Google

ſkad bons, *ſum bro a gilda*: illi damnum luant, quorum eſt, pontem ſartum ſervare.

GILDE, ſodalitium, contubernium. Vocabantur ita certa hominum ſodalitia, quæ ſtatis diebus & quidem tribus diebus Pentecoſtes & totidem ante caput jejunii quadrageſimalis frequentabantur, firmata certis legibus, quarum fere ſumma erat, ut ex collata in commune pecunia laute convivarentur, &, quod reſiduum eſſet, dein confraternitatis neceſſitatibus inſerviret: ſi e. c. quis in captivitatem abductus eſſet, ut eum inde liberarent; ſi quis per infortunium alterum de medio ſuſtuliſſet, ut mulctam conferrent; ut ſodales vita functi debito cum honore efferrentur, & pro illorum animabus magnus Miſſarum numerus cantandus curaretur, quæque id genus alia erant. Inſtituta aliquot ejusmodi *gildarum*, uti vocabantur, adfert HICKESIUS, in *Diſſ. Epiſtolari*, ad SCHOWERUM, *p. 19. ſeq.* & JOH. SCHOUMACHER, in *Diſſertatione*, de *Gotblandia*, *p. 29.* quibus addi poterunt, quæ in *Specula* ſua *c.* 32. habet JOH. MESSENIUS, & nos inferius, in v. *mungat*. Originem ducit vox hæc a Cambrico *gildio*, compotationis expenſas ſolvere, quæ tamen ſpecialior forte vocis ſignificatio eſt, referenda ad fontem communem *gelda*. A S. *gylda*. Iſl. *gialda*, pendere, expendere.

II. Convivium quodvis: *julgille*, convivium tempore nativitatis Chriſti celebratum.

GILDEBRÖDER, ſodales: ſupereſt hic titulus adhuc Malmogiæ Scanorum, ubi ſodalitium viget, in memoriam S. CANUTI olim inſtitutum.

GILDSTUFWA, curia confraternitatis, in quam repotia ſua celebraturi convenerunt. Supereſt nunc apud Stockholmienſes domus, hoc Titulo inſignis, ſed jam in alios & minus hilares uſus deſtinata: perperam interea a nonullis vocatur *geldſtufwa*.

GILDER, laqueus. Ps. *141: 9.* Angl. *gilders*. Iſlandi eandem vocem habent, &, ni fallor, illius fontem, quem eſſe credo *gilja* vel *gæla*, pellicere. v. GUDMUNDI ANDREÆ *Lex. Iſlandicum*, *p. 87.* & *88.* Factum hinc eſt verbale *gildra*, laqueos ad aliquem fallendum ponere. SYR. *27: 30.* Iſl. *gyldra*. HEIMS KR. *Tom. I. p. 355. Gildra ſva til*, ita machinantur. Conf. WILK. *S. p. 343.* Apud Gallos Languedocienſes *gbilia* notat quoque decipere, ut docet LEXICON *Ejus Dialecti*, *p. 235.*

GILJA, procari, ad amorem pellicere. DAL. *L. p. 27. Latir gilja ſiſtärin*; ſi ſæpius ad illicitum concubitum ſe pellici ſinat, *giljareqvæden*, carmina amatoria. Vox priori germana eſt, ita tamen, ut illa inſidias animantibus, hæc hominibus poſitas denotet. Confer, quæ ſupra ad v. *gæll*, commentati ſumus, quæque infra occurrent in *gylla*.

GIMMER, ovicula, quæ primum enititur. Iſl. *gembel*, *gimbur*. Anglos Boreales eadem voce uti, docet RAYUS, in *Collection of Engliſh words*, &c. Sed ludere mihi videtur idem Vir doctiſſimus, dum addit, *forte quaſi a gammer-lamb. Gammer is a contraction of Godmother*, *and is the uſual compellation of the common ſort of women*: forte quaſi *gammerlamb*: h.e. *gammer* eſt contractio vocis *godmother*, quæ ſolita eſt compellatio mulierum de plebe. Nec magis ſerio agit GUDMUNDUS ANDREÆ, dum vocem derivet ab גמל, juvenis. v. infra in v. *gumſe*. In RICHARDI *Theſauro L. Britannicæ cymvyn* vel *gymvyn* explicatur ovis fœta: quod an huc faciat, neſcio.

GIMSTEN, gemma. *Hiſt.* ALEX. MAG.

Af chriſtalla ok gimſten god:

A chriſtallo bonisque adamantibus.

Al. *Gimme*. v. HEUMANNI *Opuſcula* p. 430. Occurrit quidem vox illa tam apud medii ævi Scriptores noſtrates, quam apud Iſlandos: ſed id non impedit, quo minus peregrinam arbitrer, & Latio debitam: Æoles etiam γέμμα habuere, ſed quod proprie σφραγῖδα, ſive annulum ſignatorium denotabat.

GINA vel GENA, occurrere, alicui in occurſum venire, a *gen*, *gegn*, contra. Germ. *gegnen*, *begegnen*. A nobis proprie adhibetur vocabulum illud, quando per viarum compendia alterum vel aſſequimur, vel illi in occurſum venimus.

GINWÆG, via compendiaria, per quam citius ad locum deſtinatum venitur. Iſlandi *bein* hujus loco uſurpant.

GINT, contra, e regione, *gintöfwer*, id. Iſl. *gagnt*. Deinde quidvis, directe & per compendium aliquo ducens, *gint* appellatur.

GINAST, GENAST, illico, quaſi abſque temporis anfractu. Antique *ginſtan*, *genſtan*. CHRON. RHYTHM. *p. 87.*

Han drog ok genſtan i thet land,
Tiit ſom K. BIRGER *laa*:
Et illico in eam regionem abiit,
Ubi commorabatur BIRGERUS Rex.

 CHRON.

Chron. Margaretæ, *p.* 20. S. Brigitta *ſom bær war nw ginſtun nar mik*: S. Brigitta, quæ jam nuper apud me fuit. Conf. Östg. *L. Drap. c.* 1. §. 1.

2. Utrumque tam *gint* quam *ginaſt* idem interdum eſt ac prope, proxime. *Hiſt.* Alex. M.

I ett hus ther genaſt meſt:

In domo aliqua proxime contigua.

GINA, rictum expandere. A. S. *geonan, ginan, ginian.* Gloſſæ Flor. *ginan.* Angl. *yawn.* Germ. *gehnen.* Belg. *geinen, gynen.* *Gynunga gap* in Mythologia Eddica dicitur infernus, quaſi rictus expanſos ad deglutiendos fontes habens. Radix eſt Gr. χαίνω. Apud Hesychium χᾶναι eſt ἀνοῖξαι ςόμα. v. Mareschallus, ad *Euangelium Anglo-Sax. p.* 449. Simplex *gia*, hiare, apud Iſlandos occurrit, qua eadem voce Helſingi hodieque utuntur, dum de canibus, præ calore linguam exſertantibus, ſermo eſt. *Gia*, nomen, ſignificat hiatum montis. Conferri debet Lat. *hio.* Ex eadem radice utique eſt Alem. *gipan*, hiare, unde nos ſuperſtes habemus *gipa*, *munngipa*, ſinus oris, ubi os primum hiare incipit.

GJORDA, cingere. Credibile eſt, uni verſaliorem ejus olim fuiſſe ſignificatum, id quod derivata *gård*, &c. teſtari videntur: nunc vero de cinctu veſtium fere uſurpatur. Ulph. *bigairdan.* Luc. 17: 8. A. S. *gyrdan.* Al. *gurten, curten.* Angl. *gird, gyrd.* Belg. *gorden.*

GÖRDEL, zona. Ulph. *gairda.* Marc. 6: 8. *ais in gairdos*, pecunia in zona unde Iſl. *fegyrdil*, crumena. v. Verelius, in *Indice.* A. S. *gyrdel.* Angl. *girdele.* Al. *gurdel.* Belg. *gordel.*

GIRIG, avarus. v. *gerna.*

GISL, ſcutica. Westm. *L. Bard. B. c.* 7. *Madher ſkal tilhugga med hvaſſi geſl*: percutiet quiſpiam flagro acuto. Iſl. *geiſl.* Al. id. Germ. *geiſſel.* a cædendo quaſi *cæſulam* dictam, putat Wachterus: diceres, eum crediditſe, ludimagiſtrum quendam Gothicum Latinæ linguæ peritia uti voluiſſe, atque adeo per otium inde finxiſſe vocem, qua ſua Lingua caruit. Ego a me non facile impetro, ut credam, illa vocabula, quæ in L. Latina nunquam extitere, inde in alias linguas transfundi potuiſſe. Tradunt Hiſtorici, Attilam, Hunnorum Regem, Godegisl appellari voluiſſe, & hoc idem eſſe, ac flagellum Dei. Mihi vero viſum, hoc nomine Gothico exprimere eum voluiſſe ſolennem ejus ævi Imperatorum Regumque titulum, *a Deo datus*, Gr. Θεόδοτος, a *Goth*, Deus, & *giſal*, datus. v. infra in *ſälja*, dare: nemo enim facile in animum induxerit, eum pro generis humani carnifice haberi voluiſſe. Quicquid hujus ſit, conſtat hinc certe, antiquam vocem eſſe, & ſine dubio Scythicam.

GISL, radius, unde *ſolargiſl*, radius ſolis. *Jungfru Maria i ſolar giſl* dicitur Deipara radiata, in Chron. Rhythm. Iſl. *geiſl.* Ol. Tryggv. *S. Part. I. p.* 6. *Vildo þeir forvitnaſt, hvad þat var undir, er þeſſi geſli ſkein oſan*: ſcire avebant, quid ſubtus eſſet, ubi hi radii promicabant.

GISSA, conjicere, divinare. Angl. *gueſs* vel *geſs.* Belg. *giſſen.* Radicem vocis ſupereſſe apud Hibernos arbitratur Editor *Etymologici* Juniani, *geaſam*, divinare, conjectare. Ceterum cum hac voce conferri poterunt, quæ ſupra ad v. *gæta* commentati ſumus, quod a *gaa*, ſcire, cognoſcere, oriundum eſſe, docuimus, & cum quo conferri debet A. S. *gytan, ondgytan*, cognoſcere, intelligere: *ſ* vero & *t* in pleriſque Europæ Linguis crebro alternant. In mentem mihi venit, ab hac eadem voce, quatenus primario intelligendi facultatem ſignificat, lucem addi poſſe Ulphilano *usgaiſiths.* Marc. III: 21. quod mente captum vel inſanum denotat, utpote ortum a negativa particula *us* & *gaiſiths*, quod intelligentem vel mente conſtantem denotaverit. Ab eodem fonte profectum, dicere convenit *usgeisnodedun*, obſtupuerunt. Marc. II: 12. &c. quod quippe nihil aliud denotat, quam animi quandam præ admiratione alienationem. Wallisius, in *Gramm. Angl.* *giſſa* a Lat. *conjicio* natum arbitratur, demta particula *con.*

GISSNING, conjectura.

GISSEL, GISLE, GISSLAN, Obſes. Kon. *B. L. L. c.* 6. *Landsmæn æga konunge följa, och giſla ſætta*: Provinciales regem comitari debent, & obſides dare. Neglexit olim hunc morem Rex Ragvaldus, qui proinde male habitus narratur in Catalogo Regum, annexo Legibus Westrog. quod venerat *at ugislædu*, non datis obſidibus. Quod ex antiquitate de hac voce nobis conſtat, id fere eſt, in Legibus Longobardicis *giſel* modo pro teſte uſurpari, alias in Lingua Alemannica *gezal, kiſal* dicto, modo pro ſponſore

Digitized by Google

ſore vel obſide. Apud AngloSaxones vero *gyſel, giſel, giſle* obſidem conſtanter ſignificat. Iſlandi *giſling* eodem ſenſu adhibent. Adferre hæc ideo volui, ut Lector meus ipſe exiſtimare poſſit, utrum a principio an fine vocem creviſſe, dicere præſtet: prius Stadenio placet, qui in *Explicatione Vocum Bibl. p.* 244. Alemannicum *gezal* derivat a *ſellan*, tradere. Iſl. *ſelja*, quum obſes nil aliud ſit, quam qui ab hoſte ſecuritatis ergo traditur. Poſteriori vero accedit Wachterus, qui ex particula affirmativa Anglo Saxonum *gyſe*, Angl. *yes* formatum fuiſſe credit verbum *giſen*, quod affirmandi ſignificatum habuerit, ut ita *giſel* primo teſtem, dein quemvis datæ fidei ſponſorem & obſidem denotaverit. Sed quum hoc verbum *giſen* nuſpiam terrarum inveniatur, de etymologia eidem ſuperſtructa dubitanti, uti videtur, nemo ſuccenſere debet. Mihi aliquando in mentem venit, quum *gæta*, cuſtodire, & *gäſla, gätſla, giſla* cuſtodiam notet, proprie *giſwa til giſla*, idem ſignificare, ac cuſtodiæ alterius quempiam tradere: uti dum in *Hiſt.* Samsonis Fagra, p. 3. legimus *kongur ſeck dottur ſina i Kongs valld ok giſling*, Rex filiam ſuam in alterius Regis poteſtatem & cuſtodiam tradidit. Confirmari hæc eximie videntur cognatis hujus vocis acceptionibus. Ita *ſetta giſla yfer borgar blid* in Heims Kr. *Tom. II.* 64. notat præſidiarios milites portæ imponere. In *Hiſtoria* Hrolfonis Krake, p. 3. *gyſlingar* dicuntur ſpeculatores, quaſi qui alterius itum, reditum, attentis oculis, obſervant. *Nu epter allt þetta unnid, bægdiſt* Froda *konge lited, ad bann finnur ecke ſvei nana* Helga *oc* Hroar, *ſetur ban nu gyſlingar fyrer þa a allar ſydur, nærre og ſjærre:* his autem factis, parum contenta ac quieta erat mens Regis, inque puerorum Helgi & Roari fugam haud temere intenta. Omnes itaque quaquaverſum exitus remotiores æque ac propiores exploratoribus ac cuſtodibus clauſit. Confirmare hanc etymologiam videntur etiam ſequentia.

GISLINGABRUT in Codice Ostrogothico, *Drap. B. c.* 2. & *Thiupt. B. c.* 34. dicitur, quando quis homicidam aut alius gravioris delicti convictum, captivum, & in cuſtodia retentum, aperta vi liberat. *Giſlingalag* ergo vi vocis nil aliud eſt quam lex cuſtodiæ, hoc eſt, quæ ſanctos & inviolabiles eos eſſe, jubet, qui facinoroſos cuſtodiunt. v. *ib.* §. 4. Manifeſtum vero videtur, a *gæta*, cuſtodire, non aliunde, hanc vocem, æque ac priorem, ortam eſſe.

GISLALAG, territorium. Non niſi ſemel in Patriæ Monumentis hunc terminum inveni, idque in Chron. Rhythm. Had. p. 56.

Han tvingade Carela ſva omſider
At thet alt under Wiborg la,
Wäl ſjorton giſlalag ſtor och ſma:
Ille Carelios tandem ita ſubegit,
Ut omnia Wiburgo ſubjecta eſſent,
Et quidem ad quatuordecim territoria majora minoraque.

Neſcio, an hæc *giſlalag* ejusdem naturæ fuerint, ac Anglorum *Friborgæ*, ab Alfredo inſtitutæ, idque ita, ut univerſa regio in decurias divideretur, in quorum ſingulis deni quique mutui fidejuſſores erant, ea lege, ut, ſi quis eorum criminis cujusdam accuſaretur, ceteri eum coram judicio ſiſterent, aut ipſi pœnas, quas ille meruiſſet, luerent. v. Spelmanni *Archæol.* in *friborga*, & *borsholder.*

GILSLA occurrit in Jure Eccles. Smolandico, inſerto Actis noſtris Literariis, Anni 1732. quam vocem, etſi Amanuenſis liberiori orthographia deformatam, huc referre, non dubito. Notat vero ibi pacem ſeu tutelam, quam quis, ad templa confugiens, inveniebat. Verba ſunt: *The ſeen alle ſkyllde til gilsla oc grutha ey eru biltuga eller banzatte:* illi omnes jure tutelæ & pacis frui debent, qui proſcripti non ſunt aut excommunicati.

GISNING. Offendimus in Tabulis antiquarum Legum *giſningaek.* Suderm. *L. B. B. c.* 18. *Giſningaſkog, ib. c.* 38. ubi ſermo eſt de arboribus glandiferis & nemore circumſepto ad paſtum pecoris ſuilli: ſpecialiori vero ſignificatu *giſningaſkog* appellabatur ſilva querna ejus ambitus, ut ſaginam decem ſuibus præſtare poſſet, ex definitione earundem Tabularum, *cap.* 18. & 20. *Ek utan giſningſkog*, quercus extra ſeptum. Cont. *c.* 28. ubi etiam coryli huc referuntur. Facta vox videtur a *gåta*, cuſtodire. Conf. dicta ad v. *giſſel.*

GISTA, ſiccare, areſacere. *Solen giſter*, ſol glebas humidas exſiccat, *giſtwäder*, aër ſiccus. Apud Cambros vox ejusdem familiæ ſupereſt *gwyſtn*, aridus. Saxones *güſt* id appellare, quod aridum eſt, exemplis probat Mich. Richey, in *Idiot. Hamb. Geeſt und marſch* apud Haltausium eſt terra arida & paludoſa. Quum ventorum ſit, humores abigere & abſorbere, credi poterit, ab Angl. *guſt*, flare, vocis etymon eſſe ſumendum, unde *guſt*, flatus. Iſl. *gioſtr:*

GIST-

Digitized by Google

GISTNA, GISNA. Eccl. 12: 6. Dicitur de vaſis ligneis,quando rimas agunt, &, ut Festi vocabulo utar, futilia fiunt. Quum hoc eveniat præ nimia ariditate, commode ſubjungi videtur huic radici. Ceterum Gudmundus Andreæ Iſlandicum *giſin*, rarefactus, æque ac hoc *giſna*, derivat a *gia*, *gyna*, hiſcere, *gy*, hiatus.

GITTA, valere, poſſe. Westm. *L. Manb. B. c. 90. Wil han, ok gitter ej*, ſi velit, nec poſſit. Iſl. *gáta*, valere. v. Verelius, in *Ind. p.* 92. A. S. *getan*, obtinere, *geot*, obtinuit. Mœſogothi *bigitan* habent, ſed ſemper in ſenſu inveniendi. In Lege Christophoriana, *Kon.* B. *c.* 2. legimus: *ågher then konunger efter kommer våld, thet återkalla och taga, om han gitter*, id eſt, ex interpretatione Loccenii: Rex ſuccedens id revocabit & recuperabit, ſi poſſit. Spegel vero in *Gloſſario* hanc verſionem, tanquam Majeſtati Regiæ parum decoram, corrigit, vertitque, ſi libitum fuerit. Conf. Lundius, in *Addit.* ad Verelii *Indicem*, *p.* 5. & Loccenii *Lex. Juris.*

II. Placere. *Jag gitter icke*: non lubet, ſimiliter Germani dicunt, *ich mag nicht*, nolo, a *mögen*, poſſe. Ceterum confer, quæ ſupra, ad v. *gädas*, diximus.

GJUTA, fluere, manare. Primam hanc vocis ſignificationem eſſe, animadvertit Wachterus, & in rei fidem adfert Ulphilanum *ufargutana mitads*, menſura ſuperfluens. Luc. 6: 38. Suethice dicimus *öfverflödig*. Alemannica *irgiuzan*, redundare, *guſu*, flumina, *cuſſa*, inundatio, *giozzo*, fluvius. L. B. *gota*, canalis. Belg. *gote*, *geute*. Angl. *gutter*. Gall. *goutiere*. quibus adde *flodgiuta*, canalis, quod occurrit, Östg. L. B. B. Cap. 8. Poterunt his adjungi Latinum *gutta*, quod a fluendo æque nomen ſortitum videtur, ac a ſtillando, ſtilla, a στάζειν, ſtillare, σταγμων, gutta. *Guttur*, quod Plinius animæ canalem vocat, nec non *gutturnium* & *guttus*, hoc eſt vaſa, quibus liquor funditur vel infunditur, propius ad ſequentem vocis ſignificationem accedunt.

II. Fundere. Ulph. *giutan*. A. S. *geotan*. Al. *giezen*, *giozen*. Belg. *gieten*. Gr. χεῦσαι. Iſl. *guſa*. v. Gudm. Andreæ *Lex. Iſl. p.* 100. Hinc

UTGJUTA, effundere.

URGYTJA, profuſio. Kon. Styr. *p.* 88. Vox facta ad imitationem Latinorum. A. S. *gytſere* avarum notat, quod tamen neſcio, an huc faciat; niſi dicas, præpoſitam particulam contrarium ſenſum noſtræ voci inducere.

III. Conflare. *Gjuta ſtycken*, tormenta bellica conflare, *gjuta klockor*, campanas conflare. Al. *gigozan*, conflatus.

GLAD, hilaris. A. S. *glæd*, *glade*: *glædmod*, lætitia. Al. *glat*, *clat*. Angl. *glad*. M. Casaubonus derivat ab ἀγάλλεσθαι, exſultare, Junius ab ἀγλαΐα, quod non modo ſplendorem, nitorem, ſed etiam gaudium denotare, obſervat. Mihi ſedet, aliunde noſtram vocem non eſſe arceſſendam, quam a Latino *lætus*, cui dum finem demſimus, initium *g* littera auctius reddidimus, id quod Gothismo familiare eſſe, jam ante docuimus: ſic a *naga* fecimus *gnaga*, rodere. ab Iſl. *nua*, *gnugga*, fricare, ab Angl. *neigh*, *gnægga*, hinnire, a *lyſa*, *gliſa*, lucere, a *lata*, *glata*, perdere, quod mox occurret. Adde, quæ infra dicturi ſumus ad v. *le*, ridere.

GLÅDA, exhilarare, *glædjas*, lætari.

GLÅDJE, gaudium, alias *glædſkap*. Psalm 100: 1. Angl. *gladneſs*.

GLADA, milvus. A. S. *glida*, *glide*, Angl. *glede*, *glied*. Quum paribus alis per aëra velut labi videatur, hinc a *glida*, Angl. *glide*, labaſcere nomen utique accepit, judicante Gu. Somnero, ad *Gloſſ*. Lipsii. *p.* 31.

GLADAS, occidere: de ſole horizontem ſubeunte dicitur apud WeſtroGothos. Antiquitatem vocis teſtantur A. S. *glade*, id. v. Somn. Angl. *goe to glade*, id. Iſl. *gladaſt*. v. Verelius. *p.* 94. ſub v. *glæ*. Origo locutionis deſumenda eſt ab Angl. *glade*, quod lucum, ſilvam notare, docet Johnsonius: eſt itaque hoc idem loquendi genus, ac quum dicimus, *ſolen går i ſkogen, under wide*, i. e. in ſilvam ſol ſe abdit.

GLAFSA, GLÅFSA, latrare. Germ. *klaffen*: per metaphoram notat inconſiderate loqui. *Glaffſa ur ſig*, tacenda proloqui. Veteribus Germanis, teſte Schiltero, *gleffen* labia denotavit, ut adeo a *läpp* primo ortum videatur. v. infra *gläppa*.

GLAFWEN, lancea: ant. *glæf*. *Hiſt.* Alex. Magn. *Rhythmica.*

J örlog ſina gläfvit wæl bær:
In prœlio ſuam lanceam bene portat.

Chron. Rhythm. *min. p.* 210.

The ſtungo up hatten på ena glaffua:
Lanceæ pileum imponebant.

Al.

Al. *glev*, *gleve*, *gleſen.* L. B. *glavea.* Angl. *gleave.* Gall. *glaive.* Belg. *glavie.* Germ. *gleſen*, *glevige*, *glevinck.* In Lingua vetere Celtica *glaif* falcem denotat, a qua voce PEZRONIUS, in *Antiquité des Gaulois*, *p. 389*. Latinorum *gladius* derivat. STADENIUS, in *Explicatione Vocum Biblicarum*, *p.* 357. noſtra voce proprie fuſtem bifurcum, & ferro præmunitum denotari, putat, adeoque derivandum a *klöſen*, *kloſwen*, Sueth. *klyſwa*, findere. Hoc vero ut ſola conjectura, illaque nullo vetuſtatis teſtimonio firmata, nititur; ita propius a vero, mea ſententia, abfuerit, qui *glaf* deduxerit ab Iſl. *lauſe*, quod, GUDMUNDO ANDREÆ teſte, in *Lexico Iſl.* p. 162 ſtilo poëtico Skaldorum gladium denotat. cui ſi *g*, more noſtratibus ſolito, præfixeris, id, quod quærimus, emerget. Ceterum quum apud veteres Scriptores Iſlandos promiſcue *glavel*, *gladel* & *gladiel* ſcriptum inveniatur. v. VERELII *Index*, p. 94. nec non WILKINA S. *p. 6*, *91.* ducimur ad Latinum *gladius*, *gladiolus.* Gall. ant. *glayeul*, mutatis inter ſe armorum ſpeciebus. Obſervat vero, ut hoc in tranſcurſu dicam, poſt NICOL. SALANUM, in *Diſſ.* de *Gladio Scythico*, HICKESIUS, in Gram. *A. Sax.* p. 192. Latinam hanc vocem origine Scythicam eſſe, & oriundam a *glad*, *glöd*. A. S. *glid*, pruna ignita, *glad*, ſplendidus, quorum radix eſt *gloa*, *glia*, ſplendere. Docent quippe hi duumviri, a ſplendore enſibus fere in Septentrione nomina indita eſſe, uti inter ſynonyma gladii EDDICA occurrunt, *elldur*, *liome*, *lios*, *ſtjarna* ODINS. i. e. ignis, lumen, ſtella ODINI, quibus addi debet *brandur*, id. a *brenna*, ardere.

GLAMMA, ſtrepitum edere. Iſl. *glamra.* Hinc in *Hiſt.* ALEXANDRI M. *wapnaglam* dicitur armorum ſtrepitus, & in *Præf.* ORDIN. VET. ECCLESIAST. *kyrkioglam*, ſtrepitus in templo. Iſl. *glaumur.* OL. TRYGGV. S. *Part. I.* Edit. Skalh. *p. 169. Er her nu glaumur mikill*, multus hic ſtrepitus eſt.

II. Garrire ſermocinari. EDDA. *Ad glama med glomum*, cum gerronibus garrire.

III. Lætari. Hinc *glaumur*, lætitia. v. HICKESII *Index* ad RUNOLPHI JONÆ *Grammat. Iſl.*

GLANS, ſplendor. Al. *klarz* Germ. *glanz.* Radicem hujus vocabuli STIERNHIELMIUS, in *Gloſſ. Ulphil.* p. 73. ponit *gla*, lux, *gloa*, lucere. Quod uti non improbo, ita ſemel monuiſſe ſufficiat, copioſam per omnes dialectos Gothicas vocabulorum eſſe catervam, quæ ſub hoc ſignum referenda videtur, quorum quædam, ut uno conſpectu videri poſſint, uti calamo ſe offerunt, adducam. A *gloa* itaque, lucere, ardere, eſt. A. S. *glovan.* id. Angl. *glow.*

GLÖD, pruna. C. B. *glo.* A. S. *gled.* Germ. *glut.*

GLIA. Iſland. & *glian* Friſ. ſplendere, v. GUDM. ANDREÆ, *in Lex.* & JUN. *Etym.* in *glowe.* *Gleij* Sax. ſplendidus, ornatus. Gr. ἄιγλη, ſplendor.

GLITTRA. Ulph. *glitmunjan.* Germ. *gleiſſen.* Angl. *glitter.* Iſl. *glitta.*

GLISTRA, ſcintilla. Angl. *gliſter*, nobis alias *gnista.* Sax. *glinſtern*, ſplendeſcere. Gr. αἰγλαΐζεσθαι.

GLIS. Iſl. nitor. Germ. *gleiſſen*, fulgere. Angl. *gliſſen.*

GLÄST. Germ. ſplendor. Iſl. *gläſt*, nitidus. HEIMS KR. T. I. *Gläſt med gulli och ſilfri*, auro argentoque niteſcens. HESYCHIUS γέλας explicat per αὐγὴν ἡλίου, ſplendorem ſolis, γελεῖν, ſplendere.

GLÄSA. Veſtrog. prunæ foci igniti, *glæſiligur.* Iſl. ſplendidus. Gr. ἀγλαὸς, ſplendidus.

GLAS, vitrum, ut res lucida.

GLÆR. Iſl. vitrum. *glärglugg*, feneſtra, *gläraugа*, perſpicillum.

GLOSÖGD, equus, candentes oculos habens. A. S. *glaſeneage.* id. *gloſſa.* Iſl. coruſcare. GUDM. ANDR. p. 93. *gloſſe*, flamma. Gr. γλαύσσω, ſplendeo. Angl. *gloſs*, ſplendor coloris, γλαυκὸς, γλαυρὸς, ſplendidus. Chald. נגה, ſplendere.

GLES, ſuccinum: ita enim TACITUS illud vocari, memoriæ prodidit. *Germ. c. 45.* adde PLINII *Hiſt. Nat.* Lib. 26. *c. 3.*

GLATT, nitidus, lævis.

GLIMRA, GLINDRA, niteſcere, *glimma*, ſplendeſcere. Angl. *gleam*, radius, Iſl. *glimbr*, ſplendor. Conf. Gr. λάμπω, Iſl. *liome*, lumen. Ulph. *laubmon*, fulgur.

GLO, videre. γλαύσσω, id. Angl. *glance*, intuitus. Sax. *gloren*, ſplendere. v. IDIOT. HAMB *p.* 76.

GLAU. Saxon. qui acrem viſum habet. Iſl. *gloggr* Gr. γλήνη, oculus, pupilla.

GLUGG, foramen, per quod in domum lux incidit. Gall. *glaire*, albumen ovi, quaſi clarum ovi. C. B. *dyglair*, clarus.

GLÆ, Iſl. lucida æquoris facies, ſplendor undarum; γαλήνη, ſerenitas, γαληνιάω, ſereno. *Glāna* Angermannis eſt ſerenitas cœli poſt nubila. Iſl. *glana* id.

GLAN. C. B. nitidus, γλήνεα, res nitidæ, pretioſæ, γλήνος, ſtella. Nos *glanſk* dicimus nitidum, & *gran*, quod cultu nitet.

Omitto alia, quorum longior catalogus contexi poſſet. Addere interim poterit Linguarum ſtudioſus, quæ STIERNHIELMIUS, *l. c.* habet, quæque ad ſingulas voces infra adferentur. Ex hoc noſtro derivatum eſt *glænſa*, ſplendere.

GLATA, perdere. WESTG. *L. Kirk. B. c. 7. Bær Præſter meſſuſat hem, och glatas:* ſi Sacerdos ſupellectilem altaris vel veſtem miſſaticam domum portatam perdiderit. Conf. DAL. *L. Manb. B. c.* 28. Per proſtheſin factum a *lata*, quod ejusdem ſignificationis eſſe, infra in *låta* obſervabimus. Iſl. *glataſt*, perdi, *forglataſt*. id. *Act.* 27. *glett*, perditio. OL. TRGGGV. S. p. 123. *Fara i glett vid þa Svia:* in perditionem ſuam cum Suionibus certamen incipere. Latini jacturam *clades* appellant, in cujus origine quærenda, quam inutilem operam Etymologi collocaverint, exinde judicaveris, quod eam petitum iverint a clamando, a gladio, a cadendo, a κλάω, ploro, denique a κλάδος, ramus, quod ultimum tale eſſe putavit VOSSIUS, ut accipi poſſet. Credo, eum noſtram radicem non repudiaſſe, ſi eam noviſſet, & in animum induxiſſet, fieri poſſe, ut ſervent Gothi, quod perdiderit Latium.

GLATT, nitidus. Modo monuimus, pertinere hanc vocem ad illuſtrem τῶ *gla* familiam. Notat vero proprie id, quod ſplendet. OTFRIDUS, *Lib. II. c. I*: 25.

Job uuurti oub ſunna ſo glat:
Et factus eſt ſol tam ſplendidus.

Obſervat LEIBNITIUS in *Celticis. p.* 122. eandem illius ſignificationem apud Saxonas hodieque ſupereſſe, Cambrorumque *llhatr* eodem ſignificatu uſurpari.

II. Lubricus: *glatt is*, glacies lubrica quod exemplum dum affero, ſubjicit mihi memoria, WACHTERUM *glacies* Latinorum compoſitum eſſe, prodere, a *glatt is*. Græcum λεῖος, ſi præfigatur g, ab hoc noſtro adeo non diſtabit.

III. Accuratus: ut dum dicimus, *ſkåra glatt af*, adeo accurate amputare, ut nihil inæqualis vel ſcabri ſuperſit.

GLÅNS, jocus. JUS AUL. NORRV. p. 230. *Ej ſkal fylgd halda til glentz edur gammans*: non comitatus fieri debet ad jocum & ludum. Proprie riſum denotare videtur, a *glina*, pro quo nunc *grina* uſitatius eſt. Ceterum harmonia illa, quæ eſſe reperitur inter *glans*, nitor, & *gläns*, riſus, me admonet, exemplo non carere, nitoris, lætitiæ & riſus nomina eadem eſſe. Sic renidere apud Latinos idem eſt ac ſplendere & ridere. Conf. Gr. φαιδρὸς, ſplendidus, lætus.

II. Riſus, & per metaphoram, irriſio: *göra glåns af en*, ludum aliquem facere. CHRON. RHYTHM. p. 385.

The gorde theraf glens och ſpee:
Inde irridendi occaſionem ſumſere.

Prope abeſſe videtur a Gr. γέλως. AngloSaxonice *lean* eſt vituperare, culpare. v. LYE, ad JUNIUM, p. 324. In aliquibus Gothiæ partibus *glena* eſt ridere.

GLÆP, crimen, ſcelus: Inde Iſl. *glæpamadr*, vir ſceleſtus, *glæpia*, vitiare. v. GUDMUNDUS ANDREÆ, ad VOLUSPA *Str. 39.*

GLÅPORD, convicium, opprobrium. UPL. L. ad calcem: *glopa orda wärſter*, conviciator peſſimus. Quum in LEGIBUS LONGOBARDICIS, Lib. I. Tit. 31: 1. pro eo, quod vulgo habetur *anagriph*, alii codices habeant *anaglyp*, idque Latine explicetur *pro culpa*, voci ab hoc noſtro lucem fenerari poſſe, ſubiit. v. DU FRESNE, in *Gloſſ.* Confer, quæ dicemus ad vocem mox ſequentem.

GLÄPPA, inconſiderate loqui. ORD. VET. ECCLES. *p. 6. Oförwarad framgleppa*, per imprudentiam aliquid proloqui. Ab initio forte vocabulum vitio caruit, utpote ortum vel a *läpp*, labium, vel a Cambrico *lleu*, vox. v. LEIBNITII *Celtica, p. 130.* Poſtea de ſono quovis incondito uſurpari cœpit, unde Germ. *klaffen*. Gall. *glappir*, gannire, latrare, & tandem de futili ſtultoque ſermone: hinc

GLAPPE, nugator, *gammal glappe*, ſenex deliria proferens. BIBL. ISLAND. SYR. 25.

GLOP, fatuus, ſtultus. v. LUNDII *Addit.* ad VERELII *Indicem, p.* 5. *Afglapi*, valde fatuus: OL. TRYGGV. S. Part. I. *p. 144.* Edit. Skalh. Sclav. *glupy*. Ruſſ. *glope, glypoe*. Conf. Angl. *louby*, inſubidus, & BERNARDI *Etymol. Britann.*

GLOPSKA, ſtultitia. HEIMS KR. *T. I. p. 588. Sva er mier ſagt, at* ASBIORN *haſi ſokt glopſka mikil*: mihi relatum eſt, ASBERNUM ſtultitiam magnam commiſiſſe.

GLÅMMIG, qui faciem ſubluridam habet, ut qui poſt diuturnam febrim convaleſcit. Iſl. *glamr*, id. v. GUDMUNDUS ANDREÆ, *p. 91. glamögder*, qui aſpectu eſt terribilis. VEREL. Anglice *gloomy* notat obſcurum, quo alludit Ger-

ma-

Digitized by Google

manicum *glum*, turbidus, in *Bibliis* Lutheri, *Ezech. 32: 2. v.* Stadenii *Explic. Voc. Biblic.* Apud Anglos Boreales *glum* eſt, frontem contrahere, *glommy*, ſubobſcurus, *glomung*, crepuſculum. Contrario ſenſu Latini *faciem ſerenam* dicunt.

GLES, GLIS, rimoſus, qui apte non eſt coagmentatus: ab Iſl. *glidna*, disrumpi, ſeparari.

II. Rarus: ut dum de panno rariore uſurpamus *gliſt klâde.* In eundem modum dicimus, *ſâden ſtâr gleſt*, ſeges rarior eſt. Norrlandi noſtri & Dalekarli *gris*, *gres* dicunt: *greistand*, qui raros dentes habet: &, niſi me omina fallant, id ad uſum veterum accuratſus. Scilicet videtur ortum ducere a *greina*, quod Iſlandice notat dividere.

GLISNA, rareſcere. Iſl. id. Angerm. *greſtna.*

GLIDA, facili gradu vel lapſu ferri, ut per lubrica fieri ſolet. Laur. Petri, in *Dial.* de *Miſſa. p. 2. Legoberden flyr ſtraxt, thet âr, lâter medglidha, hvad ſom then glupande ulfven, Djefvulen, uppâ faller*: Paſtor conductus ſtatim aufugit, hoc eſt, ſequi ſinit, quodcunque adoritur lupus vorax, Diabolus. A. S. *glidan.* Angl. *glide.* Belg. *glyden.* Gall. *gliſſer.* Radicem ſuppeditat A. Saxonum lingua, in qua *glid* lubricum denotat.

GLIMMA, Ant. *glimba*, micare, coruſcare. Belg. *glümen, glimpen.* Iſl. *glimber*, ſplendor. Verel. Angl. *glimmering*: *gleam* eſt repentina ſolis coruſcatio. Scot. *glemys*, radii lucidi, quæ contracta docet Thwaitesius ab A. S. *glioma*, *geleoma*, lumen, quod a *leoman*, lucere, *leoma*, lux. Iſl. *lioma.* Ulph. *laukmon*, lumen coruſcans, fulgur.

GLIMRA, id. quod etiam *glindra* dicitur.

GLIMS uſurpatur in phraſi *taga glims*, quod eſt errare in capiendo, fruſtrari. Conjectavi, rectius dici *taga i glims*; & adeo Anglis hoc genus dicendi deberi, apud quos *glimpſe* notat fortuitum vel ſubitum rei conſpectum: ut adeo *taga i glims* ſit idem ac temere manum injicere, quod qui faciunt, mirum non eſt, ſi ſæpe aberrent. Islandi hac occaſione utuntur *ſnappa gams*, teſte Gudmundo Andreæ, quod inſerto *l*, noſtro non multum abſimile eſt.

GLINT. *ſtâ pâ glint* dicitur de janua ubi ſemiaperta cardini ſuo innititur. *Lemna dôren pâ glint*, januam ita claudere, ut aliquid patuli habeat. Radix eſt Iſlandica *glena*, *glenta*, pandere, divaricare, *glentr*, diſtentus, auctore Gudmundo Andreæ, in *Lex. Island. p. 92.*

GLITTRA, ſcintillare. A. S. *glitenan*, *glitinian.* Al. *glizzan.* Germ. *gleiſſen*, *glitzen.* Belg. *gliſteren, glinſteren.* Angl. *gliſter.* Mœſogothis vocem hanc peregrinam non fuiſſe, docet *glitmunjandeins*, ſplendidæ. Marc. 9: 3. Islandi *glys*, *glyslegr* ſplendidum vocant, a quo nomen habet *Gleſis Wall*, regio Septentrionis in *Hiſtoria* Hervoræ, Cap. 1. commemorata, quam Rudbeckius in *Atlantica* Campos Elyſios interpretatur. *Tom. I. p. 573.* In *Mythologia* Eddica aula Balderi vocatur *Gles-ſal*, aula lucida, ſedesque Deorum *Glesheim.* v. plura apud cit. Rudbeckium, *p. 466.*

GLITTER, reculæ nullius valoris; ſed nitore ſuo oculos tamen perſtringentes. v. ſupra *flitter.*

SILFWERGLITT, Gr. λιθάργυρον, a quo hinc verſione, inde ſoni imitatione noſtra vox facta eſt: primæ nempe ſyllabæ *g* præfixo. Gall. *glette.* Germ. *glett*, *ſilberglett.*

GLO, attentis oculis videre. Rarius vox illa auditur in ſuperioribus Sueciæ partibus: proba tamen eſt, & antiquitatis non inficiandæ. Præter enim Græcorum λάω, λῶ, video, cui *g* noſtro more præmiſiſſe videri poſſumus, nec non λεύσσω, id. habemus inde oriunda Iſlandicum *glóggr*, acer viſu, (*glau*, Sax. id. v. Idiot. Hamb. *p. 75.*) *gloggva*, videre, *gloggſyn*, perſpicax. Cont. Ulph. *glaggvuba*, accurate. *Glótta*, *glutta* Suethice eſt oculo curioſo res alterius inſpicere. Angl. *glout*, apud Skinnerum. AngloSaxonas *glow* eodem ac nos ſenſu uſurpare, docet idem Auctor: *gloar* vero eſt limis intueri. Belg. *gloeren*, *gluyeren.*

GLOA, ſplendere, ſcintillare. Iſl. id. C. B. *goleuo*, luceſcit, *gloywi*, lucere, *gloyw*, lucidus. A. S. *glovan.* Belg. *gloeyen.* Angl. *glow.* Angl. Bor. *glow*, caleſcere. v. Hickesii *Index* in *Grammat.* Runolphi Jonæ, & Grammii *Uſus L. AngloSax. in Danica.* p. 160. Saxones candens *gluw* appellant, & *glüen*, candeſcere, docente Illuſtri Leibnitio, in *Celticis, p. 122.* Angl. *glowworm* eſt cicindela.

GLÓD, pruna. Cambr. *glo*, *gloyn.* A. S. *gled.* Al. *gluot*, *chuat.* Belg. *gloed.*

GLÖDANDE, ardens. *Glödande ſkott*, tela ardentia.

GLÖDRAKA, rutabulum. *Hiſt.* Alex. M.

The haſdo näſa ſom glödraka:
Naſum habebant formatum inſtar rutabuli.

GLOF, chirotheca. Ol. Trygov. S. Part. II. p. 160. de Rege hoc, matrimonium petente Sigridæ, matris Olavi Skötkonung, *lauſt han med gloſa ſinnum i andlite=ennar*, chirothecam illi in faciem impegit. Angl. *glove*. Veteres Iſlandos promiſcue *gloſe* & *kloſe* dixiſſe, commemorat Gudmundus Anrdeæ, *Lex. Iſl. p. 93*. Hodie apud nos in deſuetudinem abiit, niſi quod manicæ ferreæ, quibus facinoroſorum manus alligantur, ne fugam moliri poſſint, *handkloſwar* dicantur. Radicem vocis modo laudatus Gudmundus edit *klyſwa*, findere, quum pro forma digitorum fiſſæ ſint.

GLOP, fatuus. v. ſupra, in *glåppa*.

GLOPP, pluvia copioſa, nive mixta. *Det gloppar*, imber mixtus nive decidit. Veterum Cambrorum lingua *glaw* pluviam denotat, teſte Boxhornio, in *Lex. Britannico*.

GLOSÖGD, equus albicantes oculos habens. A. S. *glæſen eage*. C. B. *glas* glaucum denotat, annotante Wachtero, in *glær*. v. familiam vocis ſupra in *Glans*.

GLÖD, pruna. v. *gloa*.

GLÖMA, oblivisci. Iſl. *gleyma*, id. *gleimſka*, oblivio, *gleimen*, obliviosus. Sueth. *glömſk*. Kon. Styr. p. 162. Septentrioni noſtro vox illa propria eſt. Mœſogothi *ufarmunan* habent. AngloSaxones *ofergytan*. Al. *uergezzan*. &c.

GLÖTT, puer cuiuscunque ætatis, apud Scanos, ut auctor eſt H. Spegel, in *Gloſſario Suiogothico*. Venia mihi deprecanda erit, ſi dixero, aliquando mihi in mentem veniſſe, quum rerum Anglicarum Scriptores Latino Barbari illuſtrioris loci filios *clitones*, *clitunculos* appellaverint, aut nos illis, aut verſa vice nobis illos hanc vocem in acceptis referre. Novimus, eosdem alias *Pueros*, *Infantes*, Sueth. *Ungare*, (v. Kon. Styr. *p. 136.*) non abſimili ratione ſalutatos fuiſſe: nec quemquam præterire poteſt, a plebejo uxorum noſtratium nomine *qvinna* non dedignari Reginas Magnae Britanniæ *Queen* appellari, & Latine ſcribendo *Conjuges*. Conf. Seldenus de *Tit. Honorum, p. m. 108*, 332. Du Fresne & Spelman, nus, *in v. Clito* vero a Græco κλυτὸς, *inclutus*, alias dictus putatur.

GLUGG, foramen in pariete, per quod videre licet; a *gloggva*, videre, quod Angli, demta prima litera, *look* dicunt. Gudmundus Andreæ ab Iſl. *gliggr*, ventus, derivat, ut Latinum ſpiraculum a ſpirando. Britanni feneſtram *goleu* appellant, quod alias lumen notat. Conf. *golwg*, viſus, aſpectus.

II. Quamlibet aperturam: ut dum in Codice Legum Gothl. *p. 44.* dicitur: *Kifr gluggr a gard manz*, ſi quis aperturam fecerit in ſepe alterius. *Styckglugg* eſt foramen muri, per quod exſeruntur tormenta bellica, in hoſtem dirigenda. Quod etiam feneſtra apud Latinos pro quovis foramine uſurpetur, pluribus docet Schefferus, ad Phædrum, *Lib. I. Fab. 14.*

GLUNKA dicitur de rumore, qui nullo auctore circumfertur. *Thet glunkas, att wi få fred*, incertus rumor eſt, rem noſtram ad pacem ſpectare. Gothlandi *grunka* dicunt, quod verius arbitror, utpote propius accedens ad Iſlandicum *grun*, ſuſpicio. Ceterum apud eosdem *kruncka* eſt corvorum more crocitare, & dein ominari, prædicere, quum corvi in oſcinum numero fuerint. Proprie itaque *grunka* vel *glunka*, ſi hoc etymo ſtetur, id notat, quod prædicit ab ilice cava cornix, deinde quod incerto rumore circumfertur.

GLUNK, rumuſculus.

GLUP, faux. *Then är alltid god, ſom glup fyller*, ſemper ille laudatur, qui fauces aliorum replet. Per metaphoram ita dicuntur voragines ſeu ſpecus ſubterraneæ, quæ aquam affluentem abſorbent, & per tacitos terræ meatus circumferunt. Iſlandice dum *gleypa* notat deglutire, dubium eſſe poterit, utrum ab altero ortum dici oporteat. v. Heims. Kr. *T. II. p. 159.* Wilkina S. *p. 447*. Conf. Angl. *gulp*, quod literas transponit, & pro hauſtu ponitur: *a gulp of wine*, vini hauſtus. Latinorum *ingluvies* a noſtro *glup*, *gleypa* commode mihi deduci videtur. Derivant hanc vocem alii vel a *glubere*, vel etiam a *gula*: ſed utrumque minus, ut mihi videtur, appoſite. Vellem, aliquando perſuaderi poſſet, Scythica, hoc eſt, Celtica Latiali ſermoni plura ſe immiſcuiſſe, quam vulgo credunt, qui Linguæ hujus barbariem ſpernunt. Inter cognata erunt forte qui numeranda velint Gr. γλύζω, *glutio*

Digitized by Google

tio & veterum Latinorum *gluttus*, i. e. guttur.

GLUPSK, vorax. *glupande*, id. Matth. 7: 45. Ceterum canem quoque, qui ex inſidiis & clanculum involat, *glupſk* appellare ſolemus, id commune habentes cum inferioris Germaniæ civibus. v. Leibnitii *Notas* ad *Dict. Chaucicum*, p. 43. ubi obſervatur, *glup* in compoſitis idem notare ac clanculum, unde *glupbobre*, meretrix occulta. Veteribus Germanis *lupen*, *luypen* idem erat, ac inſidiari. Vide, quæ ex vetere Teutonista adfert Richey, in Mantiſſa ad *Idioticum Hamburgenſe*, p. 446.

GNABBAS, altercari: proprie notat verbis morſicare, a *nább*, roſtrum, naſus. A. S. *nebbe*. Belgicum *knabbelen* eſt derodere. Angl. *gnibble*, id. v. Junii *Etymol*.

GNAGA, rodere. C. B. *cnoi*. A. S. *gnagan*, *gnaſan*, *cnægan*. Al. *chnegan*. Belg. *gnaghen knaghen*, *knauwen*. Angl. *gnaw*. Iſl. *naga*. Germ. *nagen*. Derivari ſolet a Gr. *κνάειν*, ſcindere, vel, ut Junius mavult, a *κνάπτειν*, carpere. Eſt etiam in Patria noſtra, ubi pro *gnaga*, *gno* dicant, quod quoque ab uſu veterum parum abludit.

II. Precibus & monitis obtundere, ut quando quis comitis ſui abitum ſolicite urget: qui ita in monendo pertinax eſt, vocari ſolet *gnagſpån*, a *ſpana*, quod ſuo loco require.

GNÄGGA, hinnire. A. S. *hnægan*. Belg. *neyen*. Angl. *neigh*, *neie*. Apud eosdem Anglos *negg* mannum denotat.

GNÄLLA, ſtridere, vocem ſtridulam edere, ut ſolent ejulantes. Arbitror, vocem hanc adfinitatem habere cum mox adferendo *gny*, ſuſurrus, quod dum dico, obſervare ſimul juvat, terminationes *alla*, *ælla*, *illa* in Lingua noſtra frequentativam vim habere. Ita a *krypa*, repere, fit *krælla*, reptare, a *drypa*, guttatim decidere, *drælla*, crebro decidere, a *qwida*, queri, *qwilla* quiritari, a *ræda*, loqui, *ralla*, garrire. Huic obſervationi alteram addo, nempe quum litera *l* tinnuli quid habeat, eandem Scythicæ originis gentes amare, id, quod ſonorum eſt, expreſſuras. Teſtimonio erunt Sueth. *knall*, ſonus, *knalla*, ſonare. C. B. *cnill*, *cnall*, ſonus campanarum. Angl. *knell*, id. *gälla*. Sueth. tinnire, *ſkälla*, latrare, *ſmälla*, ſtrepitum edere, cum ſonitu claudere. *ſkälla*, edito clamore feras e latibulis excire. *tralla*, cantare. Conf. Gr. *ἀλαλάζω*, *ὀλολύζω* Latinorumque ululo, ejulo, ſibilo, jubilo, ut ingentem aliarum Linguarum catervam prætercam.

GNET, lens. C. B. *nedd*. Angl. *nitt*. Belg. *neten*. Sax. *nette*, *nete*, *niſſe*. Iſlandi aſpirant, *hnit* dicentes, perinde ac AngloSaxones, quorum eſt *hnitu*, nec non *gnæt*, *gnat*. Sclavonica lingua etiam *g* præponit, *gnida*: ducimur his ad Græcorum *κόνις*, *ιδος*. id.

GNETIG, avarus, præparcus. Sax. *nettig*. A. Saxones dum parſimoniam *gnetenefſe* appellant, antiquitatem vocis probant. Alio, & forte cognato, vocabulo ejusmodi lucripetam *gniare* appellamus, quod a *gnida*, fricare, ortum credi poteſt, quum undecunque aliquid abradere amet hoc hominum genus. Interdum *gnetig* etiam accipi videtur pro moroſo & vitilitigatore: quo ſenſu prope accedit ad Saxonum *gnadderig*, id. a *gnadderen*, quod proprium eſt canum hirrientium.

GNIDA, fricare. Iſl. *hnya*, *knya*, moveo, trudo. v. Gudm. Andreæ *Lex*. p. 117. A. S. *gnidan*. Al. *cnidan*. Glossæ Flor. frico, *gnita*. Sax. *gnydeln*, lævigare fricando. v. Idioticon Hamburgense. p. 77. a Gr. *κνήθω*, frico. Metaphorice notat precibus obtundere.

GNIDARE, GNIARE, præparcus. v. in voce proxime ſuperiore.

GNIDSTEN, lapis, quo linteas veſtes lævigant mulieres. Saxon. *gnydelſteen*. Idiot. Hamburg. p 77.

GNISLA, ſtridere, ſtridulum ſonare. Iſl. *gnyſte*, unde *tandagniſtran*, ſtridor dentium. Sueth. *tandagniſlan*. Omiſſo *g* Iſlandi etiam *nyſta* dicunt. Bibl. Isl. *Act*. 7. *niſtu tondum*, ſtridebant dentibus. Videtur frequentativum eſſe ſuperioris, quum proprie ejusmodi ſtridorem notet, qui per frictionem corporum fit, unde quoque *gnidſla* ſcribitur. Syrac. xxx: 10. AngloSaxones *griſtle*, *griſtbitan* dicunt, quod etſi ſono a noſtro parum differat, origine tamen diverſum videtur, utpote affine Ulphilano *kriuſtjan*, ſtridere, Marc. ix: 18. unde *kruſts tuntbive*, ſtridor dentium. Conf. Gr. *κρούω*, pulſo, collido, quæque habet Junius in *Gloſſ. Ulphil*. p. 222. Ejusdem proſapiæ videtur Gallicum *grincer les dents*. It. *grinciare con denti*. Belg. *grinden*.

GNISTA, ſcintilla. Iſl. *gneiſte*. v. Gudm. Andreæ *Lex*. p. 93. nec non *neiſte*. Conf. Ans S. p. 32. quæ prope accedunt ad Ebr. נצץ, ſcintillavit, vel, ſi ma-

malueris oculos conjicere in vetus Latii *nidere*, quod eſt, ſplendere, ſcintillare, unde ſuperſtes eſt *renidere*, cuique affine eſt *nitere*. Anglicum *gliſter* & Belg. *gliſteren* micare, rutilare notant. v. ſupra in *glans*.

GNOST apud Oſtrogothos eſt appendix quædam horreorum, in quam ſtramenta conjiciunt. v. SPEGELS *Gloſſarium*. Iſlandice *gnafa* notat prominere, teſtibus Lexicographis, quod hujusmodi ſtructuræ conveniens videtur. *Yfargnæfanliga* eſt eminenter, ſuperflue. BIBL. ISL. *Deut.* 28.

GNUGGA, fricare, contundere. LUC. 6: 1. *Gnuggande ſönder med händerna*, confricantes manibus. Iſlandus hoc loco habet *nuande þaug med hondum ſier*. ULPHILAS *bnauandans bandum*. AngloSaxo, *med hyra bandum gnidon*. Simpliciſſimum horum eſt Iſlandicum *nua*, *bnya*, cui Gothi exteri *b* præfixerunt, nos vero cum Saxonibus antiquis *g*: ut adeo non fallamus, ſi *gnida* & *gnugga* diverſa via ex eodem fonte emanaſſe, dicamus.

GNY, ſuſurrus. Iſl. *gnyr*. OL. TRYGGV. *S*. Edit. Upſ. *p.* 123. *Vard þar gnyr mykill*, maximus ibi clamor exoritur. Germanum huic videtur intra afferendum *kny*, mutire, muſſitare.

GNOLA, cantillare

GOD, bonus. Ulph. *gods*. Al. *guat*, *cuat*. A. S. *god*. Angl. *good*. Germ. *gut*. Iſl. *godur*. Belg. *goed*. Conſpirat Gr. ἀγαθὸς, quod etiam, demta prima vocali, ſæpe apud THEOCRITUM occurrit, ὦ γαθὲ, o bone. Qui vetuſta Suionum Monumenta triverunt, non ignorant, pro *god*, *goder*, Majores noſtros quoque *gader* dixiſſe, quod paulo propius ad Græcismum accedit. In CHRON. RHYTHMICO MESSENIANO, p. 35. legimus *en hælade gader*, heros bonus. Laconice γᾶιος, bonus. Notatu vero hoc vel ideo dignum cenſebis, quod etiam comparativum & ſuperlativum irregularem cum Hellade communem habeamus: dum enim illi dicunt βέλτερος, βέλτιςος, nos extrito *l*, *bättre*, *bäſt* vel *båſt* dicimus, de quo ſuo loco. Adi RUDBECKII *Atlanticam*, *Tom. III. p.* 491.

II. Fortis: unde ſolennes illi tituli *goder dræng*, *harda gudr trek*, *trik*, valde ſtrenuus miles, de quibus ſupra, ad vocem *dreng* commentari ſumus, & quibuscum conſpirat Alemannorum *guter knecht*. v. SCHILTERI *Gloſſarium Teuton. p.* 409. & 518. Pullulaſſe hinc videtur loquendi genus, *wara god före*, *att göra något*, ſatis ad aliquid virium habere. Græcorum ἀγαθὸς etiam hanc ſignificationem habere, Lexicographi jam dudum monuere, unde promanavit ἀνδραγαθία, quod ſolenniori ſignificatu fortitudinem militarem denotat. Ἀρείων quoque & κράτιςος meliorem & optimum ſignificant, ſed ita tamen, ut primario fortitudinem indicent, illud ab ἄρης, MARS, hoc a κράτος, robur, ortum. Nec Latio adeo infrequentem eſſe hanc vocis ſignificationem, facile foret probatu, ſi id ageremus. Adteram in præſentia TITI LIVII locum, Lib. 7: c. 9. *Eventus oſtendat, utra gens bello ſit melior*, nec non VIRGILII, *Lib.* 9. v. 572.

Hic jaculo bonus, hic longe fallente ſagitta.

quod Suethice idem ſonat, ac quod in *Catalogo Regum*, WESTROGOTHICIS LEGIBUS annexo, de STENKILLO dicitur: *goder ſkyttæri ok ſtarker*. Conf. SERVIUS, *ad Æneid. I. v.* 195. Addi poterit hac occaſione, ne ſignificationum numerum nimium augeamus, noſtra lingua *bonos* etiam appellari, quicunque in aliqua arte numeros ſuos complent. *en god präſt*, ſacerdos officium ſuum rite obiens: *en god prædikan*, concio egregia. Sic Latini dicunt *ſutor bonus*, HORAT. *Lib. I. Sat.* 3. & *ſutor malus*, apud PHÆDRUM, *Lib. I. Fab.* 14. Ad eandem claſſem pertinere, arbitror, ubi alii verbo hoc *god* annectitur, ut *minnesgod*, qui forti eſt memoria, *hemnisgod* apud VETEREM INTERPRETEM EUANGELOURM, qui vindictæ cupidus eſt, *ſjelfgod*, ſuis viribus confidens, αὐταδὴς.

III. Dives. Sic conjuncta videmus epitheta *godr bonde och rikr*, vir dives & opulentus. Et quoniam teſtium locupletiorum major olim erat auctoritas, perinde ac apud Romanos (v. GOTHL. L. Cap. 25. §. 2.) hinc explicanda forte erit formula illa, *goda mæn*, quales teſtes arbitrosque requirunt Leges noſtræ Publicæ. v. L. L. *Årfd.* B. *c.* 16. *§.* 1. & alias ubique. Forte ex hoc eodem fonte deducendæ locutiones, *taga en god för något*, ſatis aliquem divitem judicare fidejuſſioni, *gå god för en*, fidejubere, & demum *godtgjöra*, reparare, quod vi compoſitionis idem eſt, ac *bæta*, *böta*, Germ.

Digitized by Google

Germ. *gut thun*, de quo conſ. Walcht. Græci etiam ἀγαθὸς pro divite uſurpant. v. Odyſſ. O. v. 323. immo in eadem ſignificatione uſurpatum invenies Latinum bonus. Adi Plautum, *Capt.* 3: 4. 51. Ciceronis. *Ep. ad* Atticum, *Lib. 8. Ep.* 1. ubi in voce hac ludens, ait, *propediem video, urbem bonorum* (id eſt, lautorum & locupletum) *refertam fore.* Referri huc quoque poterit, quod de pretiis rerum adhibita vox noſtra notet pretioſum. Suderm. L. *Thiuf. B. c.* 4. *Mætismæn ſkulu weta huru godher thiufnadher ær*: æſtimatores dicent, quanti ſit res furto ablata.

IV. Nobilis. Upl. L. *Kirk. B. c.* 6. *Aghi ængin Præſter wald mæſſeſkrud i ſokn utfôra, utan godhær bondi äller husfru ſjuk liggin*: nulli Sacerdoti integrum ſit, veſtes miſſales in parœciam efferre, niſi ſi honoratior aut ordinis Nobilium quiſpiam illiusve conjux ægrotent. Loccenius vertit bonorum virorum quis, quod eatenus ferri poteſt, ſi vocem hanc ſumat eum in modum, quo Latinitas inferior *bonos homines* & *homines meliores* eos appellabat, qui optimatum in numero erant. v. Ericus Olavi, in *Hiſtoria Suec. p.* 118. & 128. Du Fresne, *Gloſſ.* in *meliores*, & Goldastus ad *Epinicium* Ludovici. v. 32. Eadem vocis vis eſt, ubi de Nobili dicitur, eum eſſe *af god bærkomſt*, aut eſſe *af god ætt.* Chron. Episc. *Linkop.* in *Monum. Eccl.* Benzelii.

Fôdder i Skeninge af god ætt

Natus Skeningiæ de nobili proſapia. Intelligimus ita, quales illi fuerint, de quibus loquitur Auctor Chronici Rhythmici, p. 393.

Sina goda mæn læt han ſammankalla, nempe dicit, Reges Optimates ſuos convocandos curaviſſe. Sic etiam apud exteros Gothos nobilis *godakunds* dicitur, a *god* & *kuni*, genus. Luc. 19: 12. quo etiam ſpectat quod ubi Verſio Vulgata, Marc. 15: 43. habet nobilis decurio, Ulphilas vertat *gaguds ragineis.* Recessus Calmariensis ad Hadorphium *p.* 329. *Scal och hwar godh man andeliga och werldzleg waræ konung ôfuer ſin eghen landbo*: quivis vir nobilis Ordinis, ſive Eccleſiaſtici ſive Civilis, ſuorum colonorum Rex erit. Fuere hi iidem *godhmæn* aut *goda mæn*, qui apud Iſlandos vocabantur *giædingar*, ab eadem hac radice. v. Heims. Kr. *Tom. II. p.* 189. In eundem etiam modum apud Alemannos *guotman* audiit, qui illuſtriori loco erat editus, ut in illo *Epinicii*, ſupra citati:

Sidd wart er guot man:
Ex quo factus eſt nobilis.

Adjunge his Danske Magazin, *Part.* 51. *p.* 76. ubi nominantur *Riddere æller Godtman*, Eques aut Nobilis. Concludam, ubi vel tribus verbis monuero, ex hac vocis acceptione forte profluxiſſe, quod Ordinis Equeſtris homines pro teſſera ſui Ordinis habeant titulum *Wälboren*, a natalium, ut ita dicam, bonitate, id eſt, nobilitate.

GODLIK, utilis: diviſim uſurpatur in veteri Ordin. Eccles. *p.* 3. *At thet kan vara nâgra godho lykt*: ut alicui uſui eſſe poſſit.

GODS, bona, facultates, & interdum absque *ſ* finali, ut Upl. L. *Kirk. B. c.* 14. *Standhi godhit i taka handum*, bona hæc in manu ſequeſtri ſint. Angl. *goods.* 2. Villa vel prædium ruſticum majus: nam ut minora *gârdar* appellantur, ita prædia Nobilium, quæ alia ſibi ſubjecta habent, *gods* dici ſolent. Germ. *güter*. Gall. Bien de campagne. Specialiſſime 3. aliquando notat fundum villæ, vel illius terminos Upl. L. *Wid. B. Cap.* 16: 3 *at han tok hun a ſina gods*, quod illum intra ſuos limites deprehenderat.

GODGUBBEN, plebejo, ſed vetuſto, loquendi genere, dicitur Thorus tonitruans, quem ubi currum ſuum vehementiori cum ſonitu agere audiebant, iratum credentes, ſuo nomine compellare non audebant pro ſolenni vulgi ſuperſtitione, qui mala quæque omina evitaturi, blandiori compellatione gratiam ſe Numinum aut Geniorum initiaros, credunt. Sic lupos non ſuo nomine appellant, ſed *gullfot*, velut qui aureos pedes habeat: & ſic in multis aliis. Significat vero *Godgubben* bonum ſenem. v. Schefferi *Upſalia Ant* 103. & Messenii *Scondia Illuſt.* Tom. I. qui nomen hoc arceſſit a *Geta* vel *Gode*, vetuſtiſſimo Sueciæ Rege, alias *gode* dicto, qui, in Deos relatus, tonitrua ſub ſua ditione habere, exiſtimatus ſit. Apud Vermelandos pro *Godgubben gâr* dicunt, *Godmor gâr*, & in Weſtrogothia *goen, goa.*

GODT ÅR, formula ſolennis, qua una cum annonæ ubertate cetera omnia bona ac fauſta ſibi invicem in ſolennibus conviviis apprecabantur Majores noſtri. Ut Oſtrogothi aliique Sueciæ incolæ, more Alemannico, *gutt* pro *gott* dicunt; ita inter propinandum jam fere *guttâr* dicere, moris eſt. v. Dalins *Hiſt. Suiog.* Tom. I. p. 181. Wilde in Annot. ad Puffendorfii *Hiſtoriam*, p. 107.

ru-

Digitized by Google

197. *gutår* factum putat a *Gud Thor*, Deus Thor, quum in veterum conviviis prima pocula in honorem Thori fere propinarentur.

GODHET, bonitas. Iſl. *gjæda*. Germ. *güte*. Angl. *goodneſs*: & ſic in ceteris.

GODWILLIG, ſpontaneus. Iſl. *godvillid*. Alia compoſita, quæ plurima ſunt, Lexicographis colligenda relinquo.

GOLF, interſtitium quodvis. Dani *gulv* dicunt, neſcio vero, an olim etiam dixerint, certe hæc vox inter illas fuit, quæ, regnante Christophoro R. indicium præbuerat, qui indigenæ eſſent, quive ſe pro talibus venditarent, dum hæc verba *bwit bæſt i korngolf* præeuntem ſubſequebantur. v. Erici Olavi *Hiſt.* in *Vita* Christophori R. Credidero, *l* literæ pronuntiationem, quam ante *å o* & *u* Wermelandi, WeſtroGothi multique alii Sueciæ incolarum peculiarem habent, utpote ab interiore palato hauſtam, lapidem hunc Lydium fuiſſe, qui cujates eſſent, prodiderit. Sed ut ad noſtrum redeamus, diximus, *golf* notare interſtitium. Ita in Legibus Gothlandicis *ſtaurgulf* dicitur interſtitium inter palos, ſepem ſuſtinentes. In *Mythologiis* Eddicis Aula Deorum dicitur habere 549 *golfa*, hoc eſt, totidem conclavia. In *Hiſtoria* Hrolfonis Krake, *p.* 60. *Hier muntu ſia kiſtu med þremur golfum*, hic arcam vides trium loculorum. In Lege Westrog. *Sar. B. m. w.* legimus, *wardher madher gönumlåg bår*, *eller ſargbader gulfå målli at wadha*; quod Loccenius inconcinne vertit, ſi quis vulneretur inter pavimentum, emendatus ideo a C. Lundio in hunc modum, ſi quis ita perfodiatur, ut ictus in inteſtina penetret: ſcilicet ut diaphragma veluti ſeptum eſt, inteſtina dividens, ita nomen *golf* commode illi applicatur. Sic etiam in Actis Hauniensibus ex vetere Bibliorum Verſione adfertur *mellom gwllet offuer leffueren*, quod eſt, inter ſeptum inteſtinorum ſupra jecur. Nunc uſitatiſſimo, & hinc heic loci adferendo, ſignificatu denotat

II. Horrei illam partem, ubi ſegetum manipuli ponuntur, unde in aream, *loſwen* vel *logen*, triturandi transferuntur.

III. Notat pavimentum, ſolum: unde *golfſten*, lapides, quibus pavimentum ſternitur, *golfmatta*, ſtorea. Hinc ortæ phraſes, *falla i golfwet*, in terram procidere, humi affligi. In B. B. L. L. *c.* 35: 1. legimus *Tånder ed i ugn eller å golf*, ſi ignem accendat in furno aut in pavimento, quæ verba ſatis haud intellexerit, qui non norit, talia fuiſſe veterum ædificia, ut in medio hypocauſto ignem accenderint, cujus fumus ſuperne per foramen tecti, *liura* dictum, exiret. Sorderet magis eleganti noſtro ſeculo hæc veterum ſimplicitas, niſi noſſemus, Romæ, & apud Gallos medii ævi, eandem ædificandi rationem uſitatam fuiſſe.

GOM, palatum. Iſl. *gomur*. A. S. *goma*. Al. apud Rhabanum Maurum *giumo*. Germ. *gaum*. Belg. *gumme*. Angl. *the gummes*. Lappon. *koulme*. Wachterus Græcum γεῦμα, guſtus, Gothico originem dediſſe, putat, quod etſi non adoptavero, tolerabilius tamen affirmo Juniana nimium audace conjectura, qui *gummes* derivat a γόμφος, clavus, quum dentes, clavorum inſtar, gingivæ infixi ſint. Ego arbitror, *gom* nil aliud eſſe, quam aperturam oris, a *gia*, hiſcere, unde vulgus noſtrum *ungsgima* appellat os furni, per quod panes immittuntur, unde porro *giumo*, & cetera dimanarunt. Latine *guma* vel *gumia* voracem olim denotavit, tanquam qui in palatum avidius cibos ingerit.

GORR vel GOR, ſanies, excrementum, in ventriculo retentum: unde equus, cujus ilia nimio curſu rupta ſunt, dicitur *gorrſprångd*: *gorbälg* Angermannice eſt ventricoſus. Angl. *gorbellyed*. Indidem etiam proverbiale loquendi genus, *ega med gorr och hår*, poſſidere animal quoddam cum inteſtinis & pilo, quod alias dici ſolet *med hull och hår*. In lingua Celtica *gor* etiam pus, ſaniem denotat, & *gwyar* ſanguinem. In Græciſmo notum eſt ἰχὼρ: hoc vero, præterquam quod aquoſam quamvis humiditatem, & inprimis σηψιν αἵματος ſeu ſaniem, denotet, Homero etjam teſte ſignificat Deorum ſanguinem, qui non αἷμα, ut reliquorum mortalium, ſed ἰχὼρ appellatus fuiſſe, traditur: ut adeo vox hæc referenda videatur ad λείψανα Linguæ, cujus aliquoties meminit, Deorum, hoc eſt, ut interpretantur eruditorum nonnulli, Aſanæ: addo dictis ἀχὼρ, quod eſt, manans capitis ulcus. Et ut ad priora nos denuo conferamus, Angli *goreblood* cruorem appellant, eorumque Majores *gore*, ſanguinem, *gor*, ſtercus, Belgæ *goor* limum, lutum. Fenn.

curu.

Digitized by Google

curu. Latini olim liquamen aliquod, ex inteſtinis piſcium confectum, ſummisque in deliciis habitum, *garum* vocavere, quod SENECA nil aliud eſſe ait, quam ſaniem piſcium. Ep. 96. *Erat piſcis garus, cujus inteſtina huic uſui erant, et quem inteſtina liquamine hoc inſerta habuiſſe, tradunt.* v. VOSSII *Etym.* et PLINII *H. N. Lib. XXXI. c.* 7, 8. HESYCHIUS etiam γάρον interpretatur σῆψιν, ſaniem.

GÖRUNDA, ita lædere, ut, inteſtinis læſis, per vulnus excrementum profluat. SUDERM. *L. B. B. c.* 33. *Legger man æller ſkjuter fæ annærs med ſialfs ſin. witia, ſva at gorundat varder:* ſi quis perfodiat aut feriat de induſtria alterius pecus, ita ut ſaucientur ilia. FR. JUNIUS in *Etymol. Anglic.* narrat, ſe in Legum Codice Alemannico inveniſſe *gorount*, pro quo alias *refwunt* dici ſolet, hoc eſt vulnus, quo interiora ventris perforantur.

GORRNIDING, qui animalia, ut aliis ægre faciat, vulnerat: videatur LEX SKAN. *p. m.* 33. ubi ita explicatur, *Sum gör vårk ofna annærs manz fæ, ſva at utvälder gor,* qui ita aliena pecora vulnerat, ut excrementa prorumpant. v. infra in *Niding.*

GÖRWARGHÆR, id. WESTG. L. *Ard. B.* c. 1. §. 9 *Huggår man hu mans niidher, görs at görwarghær:* ſi quis alterius armentum interemerit, et pecoricidam (ſit verbo venia) agat. LOCCENIUS prima verba *hugger man hu mans* bis et diverſimode interpretatus fuiſse videtur; per armentum et per villam: ſed ſufficit prius. Nec moramur emendationem STJERNHJELMII, qui pro *görwarghær gårdswarghær* reſcribendum putat, in Indice ad laudatas Leges. Similem errorem erravit RAGVALDUS, qui in Verſione Latina LEGUM PROV. *Thiuf B. c.* 32. 2. *gortiufwer* vertit fur domeſticus, quaſi foret *gårds tiuf*, quum abigeum dicere debuiſſet, ut docet eodem loco data definitio hujus facinoris. *Gorkätta* in LEGE OSTROGOTHICA *Thiuf. B. c.* 29. dicitur locus occultus, in quo abacta pecora celantur. *Nu ſtiæl man fæ mans, och hawer gorkiætta i ſkoghe uthe:* ſi quis alterius pecus furto abſtulerit, et latibulum ſuum in ſilva habuerit. Ceterum ſuſpicari liceret, quum in Lingua vetere Britannica *gyr* armentum denotet, pleraque horum inde denominationem ſortita eſſe, v. JUNII *Etymol. in v. jade*, & BOXHORNIUM, in *Lex. Britannico. p.* 38.

GORRTALL, abies immatura Gothlandi *guring* appellant. Neſcio, an cum ſuperioribus quid commercii hoc habeat: ego ampliandum cenſeo.

GOT vel *Gott*, poſtis, *dörgott*, poſtis januæ. Iſl. *gjätt*. SORLAS S. p. 21. *War nu fetin oll Kongſins holl allt at giætti:* repletum erat palatium Regis uſque ad poſtes januæ. Arbitror, vocem eſſe ab Architectis peregrinis introductam, eandemque, quæ in LEGIBUS RIPUARIORUM occurrit *coſtis*, Tit. XXXII: 4. *Quod ſi ad januam acceſſerit cum ſpatha tracta, et eam in porta ſive in coſte poſuerit,* Conf. Gall. *coté*, latus. Eſt eadem etiam terminatio vocis *örngott*, ſed de qua agitur ſupra ad *v. gätt.*

GOTHLAND, maxima et præcipua inſula maris Balthici, et jam inde a vetuſtiſſimis temporibus Gothicæ ditionis. JORNANDES omnium primus eſt, qui illius mentionem feciſſe creditur, de *Rebus Geticis c.* 4. ubi Gothos, e Scanzia cum Rege BERICO egreſſos, prima heic habuiſſe ſtativa commemorat, locoque nomen *Gothiscanzia* dediſſe. Poſtea Inſulæ hujus illiuſque incolarum crebra in hiſtoriis mentio fit: in primis notabilis eſt antiqua narratio de primis Gothlandiæ incolis, quæ ſubjuncta eſt Editioni LEGUM WISBYENSIUM, ubi traditur, THIALFVERUM primos in Gothlandia focos habuiſſe, cujus nepoti GUTO fata poſſeſſionem inſulæ prædixerint. Præterea alia, quæ, nullo auctore, in CHRONICO STRELOWIANO de primis hujus inſulæ incunabulis narrantur. Quæ modo attuli, eo tantum ſpectant, ut indicarem, quam nominis notationem dederint antiqui. Ceterum fuere etiam haud pauci, qui a glebæ ubertate, ita appellatam fuiſſe credant hanc inſulam, tanquam bonam terram: pari ratione ac *Skåne* a *ſkön*, pulcer, et *Fioniam* a *fin*, ejusdem prope ſignificationis, nomina accepiſſe, in animum inducunt multi. Sed hæc in vulgus nota affero: ea autem derivatio, quam apud SPELMANNUM invenio, forſan non æque: ille vero *Archæologi p.* 271. Gothlandiam derivat a vetere Cambrico *gwit*, quod inſulam notat. Qui perſpectum habent, quanta inter hanc Celticæ Linguæ propaginem et veterem Linguam Gothicam intercedat neceſſitudo, incognita cauſſa, hanc etymologiam non reſpuerit, in primis ubi obſervaverit ſimul, vicinas inſulas, in *land* exeuntes, omnes ab initio voculam præferre, quæ ſitum maritimum deſignet, quum alias *land* illud regionem in genere indicet: teſtimonio erunt *Öland*, ab

ö, inſula, *Åland*, ab *a*, aqua, *Sæland*, a *ſæ*, mare, quibus adde *Laland* a *læ*, unda fluens. Qui felicem hanc inſulam olim incoluere, in Cippis noſtris Runicis et alias *Gautar* audivere; domi vero *Gutar* ſe vulgo appellarunt, et *Gutbniſka*, ut patet ex eorum Legibus, quæ ita incipiunt, *Hier byrias Lagh Gutha*: hic incipiunt Leges Guthorum: quo etiam referre non dubito verba Legis Uplandicæ, *Kon.* B. *c.* 2. ubi quum de circuitu Regum Suiogothicorum recens electorum agitur, legimus *med Upſveum ok Sudermannum Giotum ok Gutum ok allum Smaländingium*, i. e. cum Gothis et Gothlandis et omnibus Smålandis. Nam quod Peringskoldius, in notis ad Cochlæi *Vitam* Theodorici, arbitratur, per *Gutos* heic intelligi illam *Smålandiæ* partem, quæ *Tiobærad* dicitur, id mihi probabile non videtur. Verum ubi jam altior emergere coepit Wiſbyenſium potentia, id credo Gothlandico nomini honoris cauſſa datum, ut licet ad illos divertere Rex initiatus non potuerit, nihilominus illorum conſenſus hic, tanquam momentum additurus, ſignificetur. Prætermittere heic loci non debeo, fuiſſe monetæ ſpecies, quæ a loco, ubi cudebantur, *Gutniſk* appellabantur. Duas illarum nominari in veteribus Monumentis invenio, quarum minima *penningi* valorem æquabat, ita ut octonæ trientem (*ørtug*) valerent. v. *Stat.* Caroli VIII, *dat. Holm.* 1453. *d. S. Laurentii*; altera quæ duarum fuit ora-rum, ita ut quaternæ marcam efficerent; vilior hæc moneta habebatur, adeoque prohibebatur in *Receſſu Calmar.* de *anno* 1483. §. 39. ad finem Leg. Birc. p. 61. ne illa penderentur mulctæ delictorum graviorum, ſed *efter Svenſkt taal*, computatione Suethica.

GÖA, latrare. *Hiſt.* Alex. *M. Rhythm.*

Tho en bunden mycket göö,
Ther kan ingen man af döö:
Quamvis canis multum latret,
Inde tamen nemo moritur.

Iſl. *geya*, id. item maledicere, ut in illo Hialtii carmine, apud *Hiſtoriographum* Olavi Tryggv. *p.* 137.

Vil eg eigi Gud geija:
Ego numina non calumniabor.

Hinc *geij* et *gaud*, latratus. Diſcimus inde, quid ſit, quod in *Gloſſario* A. S. dicitur *gaybund*: ſcilicet non canis junior, ut male vertunt, ſed canis latrator. v. Du Fresne *Gloſſ.* in *Canis*, p. m. 161. Apud Hesychium γεγωὼς explicatur κράζας, clamans.

GÖDA, meliorem vel perfectiorem reddere, a *god*, bonus. *Jus Eccleſ.* Smol. *in* Actis Litt. Ups. anni 1732. p. 88. *Tha ſkal primſignæ thet barn firi kirkiu dorom, oc götha thet med orthum oc læsningom*; ſermo eſt de infante ægrotante, domi baptizato, et poſtea ad templum adducto. Sancitur tum, ut infans precibus initietur ante valvas templi, et baptiſmus prior perficiatur, vel melioretur verbis et lectione. Speciatim vero denotat II. ſtercorare, quum lætamine meliores reddantur agri. III. pingefacere, unde *gödeboſkap*, boves altiles, pinguefacti: metaphorice, qui exquiſitis ſe ſaginant epulis, dicuntur *göda ſig*. IV. in Lege Upl. *Köp. B. c.* 3. *göda* et *gödbær giæra* notat probare natales ingenuos, vel bono ſe loco ortum eſſe.

GÖDNING, melioratio. Dal. *L. p.* 17. §. 12. *Dela twe brödir twem bolſtadum, nu är annar bättri oc annar wärri, thär ſkal gödning tilläggia, ſum krankarin är, thär til jamt är*; ſi duobus fratribus hereditate duæ contingant villæ, quarum altera melior ſit, altera deterior; tum melioratio vel interpretium addetur deteriori, donec æquales reddantur. Conf. *B. B. L. L. c.* 6. 2. Lætamen

GÖDSEL, id. utroque ſignificatu, quibus tertium addimus, juridicum, quo *gödſlued* eſt juramentum novum et ſuperaccedens, quo prius ſtabilitur, et melius redditur. v. Östg. L. *Kriſt. B. c.* 13. Qui ejuſmodi juramento cauſſæ ſuæ patrocinium præſtat, dicitur *göda ſig*. vel *göda*. Upl. *L. Köp. B. c.* 5. §. 3.

GÖDSLARAN termino juridico dicitur, quum vicinus ceſpitem, ex aliena foſſa erutum, in ſuos agros transfert. Suderm. *L. B. B. c.* 12 *Gräwer man torf eller ſkär firi annärs mands akri, ok bær a ſin aker, thet heter gödslæran*: ſi quis effoderit ceſpitem ante alterius agrum, inque ſuum transportaverit, id *gödslæran* vocatur.

GÖJA, nata Thorrii, Fornioteri filii, veteris Odini abnepotis: quam quum ſub inſtituto ſacrificio perdidiſſet, novis libaminibus altero poſt menſe inquiſitum ivit, ubinam gentium eſſet, quæ deinde ſolennia quovis anno menſe Februario celebrata fuere: unde etiam factum eſt, ut ab iiſdem his

Digitized by Google

his ſacris menſis anni ſecundus Septentrionalibus dictus fuerit *Göjemånad.* Et hoc fere eſt, quod ex vetere Hiſtoria, FUNDIN NORREGUR dicta, nobis conſtat. An vero pro Numine a Suionibus hæc GOA culta fuerit, incertum eſt. Sedet quidem hæc opinio eruditiſſimo SCHEFFERO, qui in *Upſalia Ant.* p. 308. illam diverſam non fuiſſe credit a DISA vel etiam FREJA aut FRIGGA, cui opinioni inprimis occaſionem dedere verba STURLÆSONII, quibus narrat, *at bauſuáblot ſkyldi vera at* GOI *at Upſalum*, quæ verba Interpres Danus, PETRUS CLAUDII ita interpretatur, quaſi ſacrificia hæc inſtituta eſſent in honorem GOIÆ. SCHEFFERUM vero per litteras, quas ad finem Partis tertiæ notarum *in Catalogum Regum Suiog.* edendas curavi, monuit VERELIUS, erroneam eſſe hanc verſionem, nec perhibere STURLÆSONIUM, in honorem GOÆ inſtituta fuiſſe ulla ſacra, ſed imminente menſe GOÆ, hoc eſt Februario, eadem celebrari conſueviſſe. Permovit hoc SCHEFFERUM, ut in Addendis, laudato libro ejus adnexis, quæ dicta ab ipſo antea fuerant, corrigeret. Ego in tantis tenebris nihil certi affirmavero. Mirum interea videri poterit, hujus Numinis nullam inter cetera in *Dæmiſagor* vel *Mythologia* STURLÆSONIANA mentionem injici. Quicquid hujus ſit, ſingulari veneratione cultam fuiſſe hanc feminam, inde manifeſtum videtur, quod illius nomine peculiarem anni menſem inſignire voluerint Scandiæ incolæ. Ceterum ſi Numen fuit, pro Cerere habendum credunt Eruditi noſtrates, hoc eſt, pro terra, (γαῖα), quod inſinuare etiam videtur ejus raptus, inſtituta inquiſitio, novendialia ſacra (*Stod viku*, inquit STURLÆSONIUS) v. DALINI *Hiſt. Suiog. Tom. I. p. 168.* Illuſtris Auctor *Tabularum Geneal.* præfixarum Volumini Hiſtorico BIÖRNERIANO, in GOA noſtro veſtigia reperiri Græcorum Ius docet.

GÖJEMÅNAD, Februarius, ut modo explicatum dedimus.

GÖK, cuculus: Gr. κόκκυξ. Iſl. *gaukr.* Germ. *guguck.* Vocabulum ad cantus ſimilitudinem formatum, etſi nos, quod in ipſius ſono βαττόλογον eſt, exprimere piguerit. Qui Latine ingratus cuculus, ille a nobis *otackſam gök* appellari ſolet. Si fabula hæc eſt in volucrum regno, veriſſima ſæpe tamen inter mortales hiſtoria.

GÖL, palus vel vorago. Belg. *gulle.* Lincolnienſes *gool* dicere, obſervat RAYUS in libello, dicto, *Collection of Engliſh words not generally uſed, p.* 22. qui vero rem acu non tangit, ubi fontem ejus quærit vel in Belgico *gool*, agger, vel in Gallico *geole*, cavea, carcer. Iſlandi *gaul* dicunt. v. HEIMS KR. *Tom. I. p.* 268. a quo forte diverſum non eſt ejusdem linguæ vocabulum *hylur*, quod apud GUDMUNDUM ANDREÆ, p. 112. occurrit, et gurgitem notat, ut ſolet *g* littera cum aſpiratione ſæpe alternare: hoc vero nil aliud eſt, quam Græcum ἴλος, quod Lexicographi explicant per gurgitem aut aquam paluſtrem, coeno mixtam. Oblitus pæne eram monere, antiquos Alemannos eodem ſignificatu *giel* uſurpaſſe, ut fidem faciunt verba *Rhythmographi*, de expeditione CAROLI M. *Hiſp. p. 105. Sect. 10. v. ult.* ubi hæc verba legimus:

Da vart manie Haiden mit entrant
So ſere das im die ſele auch enphiel
Hin in Helle grundes giel:
Ibi magna Ethnicorum multitudo diviſa eſt,
Ita ut illorum animæ quoque deciderent
In fundum gurgitis gehennæ.

Locupletari hac voce poterit *Theſaurus* SCHILTERIANUS.

GÖM, cura, attentio: *Hiſt.* OL. S. *Rhythmica, p. 60.*

Han ſagde them af ſina dröm
Som han haffde görla giſwit göm:
Enarravit ipſis ſomnium ſuum,
Ut accurate animum adverterat.

Iſl. *gaum*, id. *gaumgiafa*, animum attendere, *gaumgiæfen*, conſideratus. Al. *gouma*, *kouma*. OTFR. *Lib. III. c. XVIII. 106. Thes lichamen gouma*, corporis cura. *goumilos*, qui ſine cura eſt. Iſl. *gá*, attendere, proſpicere, unde *gálos*, incurioſus, *gæta*, curare.

GÖMA, animum attendere, ant. *gyma.* v. KON. STYR. *p. 126.* ÖSTG. *L. Eds. B. c.* 23. *Gömi ſik, at hon läggi egh barn ſit i ſiang*; caveat ſibi, ne infantem in lecto ponat. KON. STYR. *p. 50. Gömi ſik ſyri thy ilt är*, caveat ſibi ab eo, quod malum eſt. Ib. p. 52. *Göm, at tin hugſan ſe rät*: vide, ut cogitatio tua vera ſit. Sic in jureiurando

rando

rando Regio promiſſum legimus, L. L. *Kon. B. c. 4. § 2. At han ſkal alla rättwiſo och ſanning ſtyrkia, och göma:* illum velle omnem juſtitiam et veritatem confirmare, amare et curare. Exteris Gothis *gaumjan* notat videre MARC. *4: 12 Ei ſaiqhandans ſaiqhaina, jah ni gaumjainau* ut videntes videant, et non perſpiciant. v. JUNII *Gloſſarium Ulphil.* A. S. *gyman*, curare. Al. *gouman, couman*, id. STIERNHIELMIUS JUNIUSque affine putant Gr. κομεῖν, curam gerere. 2. Cuſtodire. Iſlandi inter hæc duo id diſcriminis obſervant, ut priori ſenſu *gauma* dicant, hoc vero *geyma*, teſte GUDM. ANDREÆ, *in Lex. Iſl. p. 85.* Ceteræ dialecti utramque ſignificationem promiſcue uſurpant. Græcorum κομεῖν etiam poſteriorem hanc ſignificationem habuiſſe, inter alia docet γλωσσόκομον, marſupium, vel ubi lingulas conditas gerebant. Habemus hinc varia derivata, e. g. *gömin*, qui res ſuas probe cuſtodit. UPL. L. *Arfd.* B. c. 11. § 6. *Wit attum fadur gömin ok godan*: habebamus patrem diligentem et frugi. Iſl. *geymin*, id. 3. Subducere, occultare. *Göma ſig undan*, ſeſe abſcondere, *gömſla*, latibulum.

GÖPN, manus concava. Iſl. *gaupn*. Helvetios hoc eodem ſenſu *gauf* habere, me docet ELIAS BERTRAND, in *Recherches ſur les Langues de la Suiſſe, p. 15.* Apud nos utplurimum uſurpatur pro tanto, quantum ſimul manu capere poſſis. Factum credi poterit per metatheſin a Lat. *pugnus*: niſi illius etymon quærere libuerit inde ab Eberi progenie: חפן ibi certe volam, pugillum notat, et Perſice *kef*, id. v. MENINSKII *Thes. p. 3975.* Ceterum Angli Orientales, teſte RAYO, hoc ſenſu *yeepſen* uſurpant, nec non *yaſpen*: priori ſi *ſ* demas, noſtram vocem aſſimilabit, poſterius a Lat. *hapſus* prope abeſt. Conf. Belg. *gaſp*, et *gaps*, id. Ita fieri poteſt, ut geneſis vocis talis ſit: *hapſus, yaſpen, gaps, yeſpen, göpen.*

GÖRA, effervescere: *drickat göres*, cerevisia, addito fermento, effervescit. Germ. *gæren*, a quo *gærung*, effervescentia. Sueth. *görning*. Credo, radicem apud unos Aremoricos inveniri poſſe, ubi *go* fermentum denotat, unde *goi*, effervescere. PELLETERIUS, quo auctore hoc affero, conferendum putat Ebr. גאה, elevavit ſe.

GÖRA, facere, parare. ant. *giæra*, et in Cippis noſtris Runicis, *gara, kara, garva.* Iſl. *giöra*. HEIMS KR. *Tom. II. p. 208. Giorer ſo hvar, ſem gohur er til*: ita quiſque facit, prout bonus fuerit: *giörva*, id. Ab hiſce alienum non arbitror Al. *garen, garuuen*, parare, et A. S. *gearvian*, id. (v. ſupra in *garſva*) uti quoque noſtra hæc vox eodem ſignificatu non raro occurrit. e. c. BJÖRK. *R. c. 26. Hvar ſum annars timber takær, giört æller ogiört*, quicunque alterius materiam aufert, paratam aut rudem. Hodie obtinet generalior vocis idea, qua facere notat, quæ eadem viget apud Anglos Boreales et Scotos, quibus *garr* eſt facere: v. LYE, ad *Etymologicon* JUNII. Perſis etiam *kerden* facere notat ex obſervatione WACHTERI, p. 1390. Aremorici *tegheure*, tu feciſti, dicunt, *efgheure*, ille fecit, ab infinitivo *gra*, facere. v. PELLETERII *Lex. Britann. p. 336.* Conſonum omnino eſt Latinum *gero*, quod, uti obſervant Critici, non ſolum βαστάζειν, ſed etiam πράττειν notat, unde gerere rem, gerere bellum, res geſtæ, et ſimplex gerere, ut in illo LIVII, Lib. *39: 54. Neque illos recte geſſiſſe, quum in Italiam venirent*, quod Suethice diceres, *att the ei hade gjort rätt, tå the kommo in i Italien.* Indidem etiam eſt terminus Grammaticus *gerundium*, quaſi quod rei geſtæ vel gerendæ ſignificationem habet. In antiquo Latio *cereo* idem erat quod creo, et *cerus*, creator, in *Carmine Saliari*: novimus vero veteres pro *c* fere *g* uſurpaſſe.

II. Fieri, ut dum in interiori Suecia dicunt, *han göres gammal*, ſeneſcit: ſic in *Hiſtoria* ALEXANDRI M. *Rhythmica*:

Tu görs modug och högfærd:
Tu evadis animoſus et ſuperbus.

III. Expendere: *göra quicktiende*, decimam animalium expendere: *göra ſkatt och ſkuld*, vectigal expendere. CHRON. RHYTHM. *p. 264.*

Ok hwad them borde cronona föra,
Thet ſkulle the alt ERIK *göra:*
Et quod in fiſcum redigendum erat,
Id omne ERICO ſolverent.

Iſl. *gora*, id. OL. TRYGGV. *S.* Edit. Skalh. *Part II. p. 83 ek gori halft hundrad ſylfurs til handa* OTTARI: ego OTTARO ſolvam 50 nummos argenteos. Hinc *ſkjutagærd*, angaria. Videri poterit huic claſſi accenſendum *gärd* tributum, quod in Statutis Medii Ævi recentioribusque frequenter occurrit, niſi forte illa potius conferenda judicaveris, quæ ſupra allata ſunt ad v. *gera*, mittere.

IV. Simu-

Digitized by Google

IV. Simulare. *Göra ſig ſjuk*, ægrum ſimulare. Ex hac vocis ſignificatione Loccenius Lundiusque explicant verba Legis Westrog. *Mandr. B. c. 5. Görs madher löswitting*: ſi quis amentem ſe ſimulet: ego vero potius ita interpretatus fuero: ſi quis adeo vecors fuerit, ut etc.

V. Matureſcere. *Frukten göres*: fructus matureſcit. Hinc metaphorice *gör man* in Hels. L. *Mannh. B. c. 21.* dicitur homo adultus. Conf. Germ. *gar*, paratus, vel eſui paratus et quaſi maturus, quæ vox quoque occurrit in Lege Gothl. *p. 42. garra gerſemar*, res majoris pretii, ad uſum præparata: ibidem etiam, p. 53. occurrit *garlak*, præparatus, accinctus.

VI. Incantare, præſtigiis uti: unde variæ loquendi formulæ vulgo familiares. e. g. *göra igen något*, per artes magicas res deperditas reſtituere. *Han är utgiord på mig*, mihi quaſi per malas artes affixus adhæret: hinc *görningar*, incantationes. L. B. factura. v. Du Fresne, in v. et ſupra in *förgöra*, per incantationes perdere, faſcinare. *Gera banadryck*, magicam potionem alicui præparare. Heims Kr. *T. I. p. 123. Ogjordt wäder*, tempeſtas magicis artibus excitata, præpoſito *o*, quod vitium in ſubjecto indicat. v. intra, in *o*.

GÖR, GÖRF, factus, hodie *gjord*, unde *ganga a görfwa ſät*, pacem infringere. *Kop. B. St. L. Thå rätten är med bonom gör*, poſtquam jus illi dictum eſt. A. S. *gearwe*, paratus.

GÖRLIG, poſſibilis, cujus contrarium eſt *ogörlig*, impoſſibilis

GÖRLA, accurate. Chron. Rhythm. *in Præf.*

Then ſule ræf,
Som görla wiſte bade hul och græf:
Nequam ille vulpes,
Qui accurate novit foramina et foſſas.

Kon. Styr. *p. 25. Hugſa görla med fulla förakt*, accurate perpendere cum omni prudentia. *Fulgörla*, id. *Hiſt. Alex. M.* Dicitur etiam *görliga, görlika. Præf.* Leg Upl. *An thertil, at görlika gördes, thet ſum ewärdelike wara ſkal, tha budum wir, etc.* atque ut accurate peragetur, quod perpetuum eſſe deberet, rogavimus, etc. et infra: *ſidhan thæſſir allir baſdu görlika umwält*, poſtquam hi rem accurate perfecerant. Chron. Rhythm. p. 16.

Brænd görliga i rötter:
Combuſtus ſoloque penitus æquatus.

Iſlandos *giorla* et *gior* eodem ſenſu adhibere, hæc pauca docebunt. Heims Kr. *Tom. II. p. 179. Oc ſier giorla veſalkarl, hvar their fara eptir bonom*: et videt pauper ille accurate, quemadmodum ipſum inſectentur. *Tom. I. p. 200. En þo veitzte þa gior þetta mal, er þu ræder fyrir kongi*: at certius meliusque id noveris, ubi Regem ipſummet de ea re conveneris. Contrarium eſt *ogörla*. *l. c. Tom. II. p. 418. Viſſo þeir ogörla, hvorſu mikit lid þeir* Erlingur *hauſþo*: non ſatis accurate norant, quot numero milites Erlingus haberet. Refero has voces ad præſentem radicem, licet ſignificatione nonnihil ab eadem abeant. Quicquid ejus ſit, docet Somnerus, Anglo Saxones *geara* eodem ſenſu uſurpaſſe, *geara cennan*, accurate noſſe. Conf. Biblia A. S. Luc. 20: 6. *Viſton geara, that* Johannes *væs Vitega*: norant accurate, quod Johannes Propheta eſſet. addo *geornlice*. Bibl. A. S. Luc. 15: 9. *Secth geornlice, oth heo hyne ſint*, quærit accurate, usque dum eam inveniat: v. ſupra, in *gerna*.

GERD, factum, operatio. Chron. Rhythm. Had *p. 119.*

Länge ſtod han innan gerd:
Diu in opere (ſub manibus) erat.

unde *åtgerd*, collata opera. 2. ſenſu legali notat factum, quo manus alteri inferuntur. Dal. L. *p. 7. An tho at giärd komi thera mællum*, quamvis plagæ intercesſerint: *Fullgård* dicitur ibidem, quod communiter *fullſæri*, gravior vulneratio, audit, quæ qualis ſit, Leges alibi definiunt. Aliam vocis hujus ſignificationem vide in *gera*, mittere.

GERNING, opus, hinc *gerningsman*, operarius, *gerningsöre*, cenſus, quem operarius ejusmodi pendit. v. *Köp. B. L. L. c. 7.*

2. Juridico ſenſu notat, æque ac ſuperius *gerd*, vim illatam. v. *Eds. B. L. L. c. 22.*

OGERNING, maleficium.

GÖRARE, agens. *Ordets görare och ej hörare*, qui verbum Dei peragit, non ſolum audit. In Jure Bircensi *Görare* ſenſu juridico accipitur pro actore *c. 9: 3.*

UNDIGERSL in *B. B. St. L. c. 9.* notat fundamentum, quaſi quod ſubtus paratur. Loccenius id tanquam ortum a *gärda*, ſepire, perticam interpretatus eſt, ſed invito ſenſu. v. quæ diximus ad v. *bygga*. *Gerd* vero heic dicitur, quod domui ſubjicitur, ut ſunt trabes fundamentales. Simili ſenſu pulvinaria et culcitæ a nobis *hufvudgerd* dicuntur.

HVARGERNINGSKARL, miles ſuccenturiatus, qui domi in ſubſidiis eſt, altero in bellum abeunte. Credo, proprie eo notari milites ſtationarios, aut qui, dum ceteri in caſtris ſunt, domi excubias

Digitized by Google

excubias agunt, quaſi *wardgerningskarl*, a *ward*, *wård*, cuſtodia.

GÔS, Lucioperca, piſcis genus: non prorſus alienum eſt, quod Latini *gobius*, Græci κώβιος dicunt, unde nimia pronuntiandi celeritate tandem vox noſtra prodiiſſe putatur. Rev. SPEGEL in *Gloſſario* obſervat, ichthyologos ſex genera gobiorum commemorare, unumque eorum eſſe, quod Itali *jozzo* appellent. Utrum caſui ſimilitudo ſoni ſit aſſignanda, an communi origini, non dixero, id vero me docet harum rerum ſcientiſſimus LINNÆUS noſter, Borealioribus Europæ partibus hunc piſcem eſſe proprium. Simplicitas ejus, utpote qui captantium inſidias parum vitat, proverbio originem dedit, quo fatuum *gôs* appellamus. In transcurſu monebo, ubi profuſum *bôsgôs* vulgo nuncupamus, id aliunde provenire, compoſitam nempe vocem eſſe ab *bôſa*, haurire, et *gôſa*, effundere. v. GUDMUNDUS ANDREÆ, *Lex. Iſl. p. 100.*

GÔS, maſſa ferri, e fornace decurrentis. Vocem Gallicam eſſe, video: *la gueuſe*, alias *guiſe*, quam CL. SALMASIUS, in *Notis* ad SOLINUM, *p.* 759. derivat a Gr. χύσις, fuſio.

GÔTER, ant. *Gôtar*, populi Scandinaviæ inferioris, tam intra Patriam, quam extra eandem diviſi in Oſtrogothos et Weſtro vel Viſigothos, hoc eſt, Gothos Orientales et Occidentales. Si Hiſtoricos ageremus, multa de eorum expeditionibus, et ubique erectis victoriæ monumentis, diceremus, immo etiam tangeremus celebrem illam controverſiam, quæ inde a JORNANDIS, Gothorum in Italia Epiſcopi, ævo ingenia hominum exercuit, utrum apud nos Gothicum nomen primum ortum ſit, an vero illud ſecum attulerint vel ODINI aſſeclæ, vel colonia quæpiam illis antiquior. Sed abſtinemus de induſtria ab hoc argumento, ne hinc Virorum doctiſſimorum, et qui Patriæ noſtræ honori ita conſultum credidere, auctoritati quidquam detrahere velle videamur; inde aliquid adſeveremus, de quo nobis non ſatis conſtat. Ut autem dura neceſſitas et noſtri propoſiti leges imperant, ut in vocabulis hæreamus, obſervabimus tantum, quibus terræ tractibus, tam intra quam extra Patriam Gothicum nomen inditum fuerit, et deinde a quo fonte ſit deducendum. Quod ad prius attinet, ordimur a patriis regionibus, in quibus Gothia dimidiam fere imperii noſtri partem conſtituit, diviſa, uti diximus, in Oſtrogothiam et Weſtrogothiam: de quibus ita in exordio *Legum* BIRGERI *R. Kon. B. c. 1. Twenne åro Götha i Swerike, Öſtgötha ock Wäſtgötha. Ey finds Götha nampn i flerom landom faſt ſtåndande, utban i Swea Rike, för thy at af them utſpreddis Götha nampn i annor land, ſom Skriften ſägher*: duæ ſunt Gothiæ in Suecia, Orientalis et Occidentalis. Non reperitur Gothiæ nomen in pluribus orbis partibus ſtabile, niſi in Suecia, utpote ex quibus dividebatur nomen Gothicum in alias regiones, ut libri docent. II. Nuper in v. Gothlandia audivimus, in ea opinione, una cum JORNANDE, verſari plurimos, poſt factam Gothorum in hanc inſulam eſcenſionem, ſuum eos nomen huic inſulæ dediſſe; id certe dubio caret, Daniæ Reges, a quo tempore ſub eorum ditionem hæc inſula venit, Gothorum titulum adſciviſſe. III. Altera Balthici maris inſula, quæ jam Danici imperii præcipua pars eſt, Jutlandia ab iiſdem Gothis nomen ſortita creditur. SNORRONIS certe teſtimonio conſtat, *Ridgothiam* appellatam fuiſſe illam regionem, quam ſequior ætas Jutiam appellavit. *þat heiter nu Jotland, er þa var kallat Reidgotaland*, cui adde, quæ ex *Hiſtoria* OL. TRYGGV. adferuntur in Appendice ad HEIMS Kr. p. 461. Confer VERELIUM, in *notis*, ad HERV. S. *p.* 122. nec non SALANUM, ad *Hiſt.* EIGILLI, *p.* 142. Præterea de induſtria, quæ de Jutorum etymo adferuntur, quos alii ex auctoritate BEDÆ olim *Witas* audiiſſe, tradunt, ipſamque inſulam *Witalabed*, alii a corporum proceritate (conf. Iſl. *jotun*. A. S. *geatun*, gigas) ita dictos. Sed hæc aliis enucleanda relinquentes tranſimus ad Mæoticæ paludis accolas, qui, STEPHANO teſte, poſtea ſedes ſuas in Thraciam tranſtulere, quosque IV. jam inde ab antiquiſſimis temporibus Getas, ſequiori vero ævo, et poſtquam examina ſua per Europæ latifundia dimittere coepere, communiori uſu Gothos nuncupatos fuiſſe, notius eſt, quam ut a me moneri debeat. CLUVERIUS et PONTANUS dubitare quidem auſi ſunt, an Getæ et Gothi eadem natio eſſent; ſed

ſed rationibus adeo evidentibus illis obviam iviſſe novimus noſtrarium Scriptorum haud paucos, quos inter STIERNHIELMIUM principe loco nominare fas eſt, RUDBECKIUM, LOCCENIUM aliosque, inter Anglos eruditiſſimum SHERINGHAMUM, inter Germanos BOXHORNIUM, ut jam fere veritati adeo evidenti obloqui, nemo non verecundetur. Nihil jam addo de Maſſagetis, nil de Oſtrogothis et Wiſigothis, nec loquor ſparſas per Germaniam noſtratium colonias, *Gothones*, quos inter Lygios et Lemovios medios collocat TACITUS, *Gothunnos*, Boruſſiam olim, uno nomine originis pignore relicto, inſidentes, cujus flumen Oderam *Götaälf* (*Guthalum* nuncupat PLINIUS, SOLINUS *Guttalum*) familiari domi nomine appellavere: ſed id tantum monere debeo, ad citeriora hæc tempora inter Tartaricas Gentes Gothicum nomen ſuperſtes fuiſſe, ibique vigere Capitaneatum, uti vocant, Gothicum titulum præferentem. v. GROTII *Præf. ad* PROCOPIUM, nec non Jos. SCALIGERI *Can. Iſag. Lib. III.*, *p. 138.* et in primis Jos. BARBARI *Viaggio alla Tana*, ubi luculentum de gente hac eorumque lingua teſtimonium exſtat. V. Porro quum, ZEUTHA regnante, Gothi varia Græciæ loca ſuæ ſubjecerint dominationi, eos ibi quoque ſparſim Gothicum nomen profeminaſſe, credunt eruditi, atque inde factum eſſe, ut apud Lacedæmonios juxta Eurotam fluvium eſſet urbs *Gytheum*, a Gothis ita, uti creditur, dictum. VI. Quæ recentiſſime Gothiæ nomen accepit, particula fuit Galliæ Narbonnenſis, de qua auctor *Libri Provincialis*, allatus a LOESCHERO, in *Appendice* ad *Stromathea*, *p. 183.* hæc habet: *in Gothia vel Sithia Epiſcopus Narbonenſis hos habet Suffraganeos, Carcaſſoſenſem, Nemauſonenſem., etc.* Conf. SPELMANNUS, in *Archæol.* Notum eſt, plurimos eſſe Scriptorum Gallicorum, qui *Languedoc* dictum putent, quaſi *Land des Goths.* v. HONORÈ BOUCHÈ, *Hiſtorie de Provence*, *p. 558.* Quod ad etymon Gothiæ Suionicæ attinet, derivant alii a nomine ODINI *Gauti*: ſed quum Getæ multo antea in orbe celebres fuerint, quam unquam in Boream noſtrum ille venerat, iſta ratio valere nequit. Alii a *get*, capra, etymon arceſſunt, idque eo ſtabiliunt, quod ſimilem in modum Coſaci a *koza*, quod Polonice capram denotat, nomen credantur adepti, *quaſi qui*, ut ait PIASECIUS, in *Chronicis*, *p. 53.* *æquent vel aſſimilent capram agilitate et curioſitate penetrandi inacceſſa*, et præterea exemplo non careat, ab animantibus integras nationes nomina accepiſſe, uti de Myrmidonibus narratur, Hunnis, Cattis, etc. Alii tandem vel a *gæta*, gignere, vel a *gute*, juvenis, nominis rationem petunt: ſed jam ſæpius id rogavi, ne mihi injungatur, ut in fontes Scythicorum vocabulorum inquiram, quum antiquitas et ſubſidiorum penuria omnes noſtros conatus in tantis tenebris vel irritos vel ſaltem incertos reddant. Id tantum monebo, Græcos, qui vocibus ſæpe *ſ* præpoſuere, Gothorum nomen in Scytharum commutaſſe, quippe qui docent, ipſosmet indigenas nomine Scytharum ſemet non appellaſſe.

GRABBA, arripere, avide comprehendere. Saxones ſimiliter dicunt *grabbelen*, ut in *Idiotico Hamb.* docet RICHEY. Ejusdem videtur originis ac Lat. *rapio*, *g* præfixo. Oritur hinc *en grabbnäfwe*, quantum manus magna vel avida ſemel tenere poteſt: conf. Iſl. *reifr*, manus, et *gripa*, prehendere.

GRADIG, vorax, alias *grådig*, et apud Dalekarlos *gråog*. Dan. *graadig*. Iſl. *gradugur*. A. S. *grædig*. Angl. *greedie*. Belg. *graeg*, *gretig*. conf. *greten*, *greyten*, avere, cupere. Quæ prima antiquiſſimi hujus vocabuli veſtigia remanent, inveniuntur apud ULPHILAM, qui eſurientem *gredags* appellat: niſi huc referendum judicaveris Græcum γράω, comedo. In aliquibus Galliæ partibus voracem *grouman* nuncupant, pro quo Pariſienſes *gourmand* dicunt, haud dubie ab eadem hac canæ antiquitatis radice. Scilicet *grouman* eſt *gråman*, vel *graugman*, h. e. homo vorax.

GRAFWA, ſculpere C. B. *crafu*. A. S. *grafan*, Al. *graban*, Gall. *graver*. Belg. *graven*. Angl. *grave*, *engrave*. Uſurpatur apud nos de notis figurisque, quæ ſtilo aliove quovis inſtrumento in argento, ære, etc. efformantur. Et quum in durioribus ejusmodi corporibus primæ litteræ inſculperentur, factum hinc eſt, ut γράφειν apud Græcos ſcribere denotet: conf. Ulph.

gagreſts,

gagrefts, edictum, γϱαφή: obſervant Græci, γϱάμμα vocem eſſe novitiam, et Homeri tempore nondum uſu receptam: quod indicio haud dubio eſt, peregrinæ originis totam hanc familiam in Hellade fuiſſe.

II. Cavare: ita dicimus, *grafwa ut et træd*, quum arborem in alvei formam cavamus. Al. *graban*, ut apud Otfridum, Lib. IV. XXXV: 71.

In felifon irgrabanaz:
In rupe exciſum.

Apud Ulphilam, Marc. 15: 46, occurrit *gadrabana*, ut ego arbitror, vitio Librarii, pro *gagrabana*.

III. Scrobem in terra effodere, ut fieri ſolet, vel humandorum cadaverum ergo, vel ubi alias terra vertitur. Ulph. *graban*, unde *uſgrob*, effodit. Quod veteri Latio penitus peregrina radix hæc non fuerit, indicio eſſe videtur *ſcrobs*, cui ſi literam ſibilantem demſeris, ſuam originem manifeſte præ ſe feret. Apud Ulphilam *grobos* foſſas denotat.

GRAF, fovea. Ant. *græf*. *Præf.* Chron. Rhythm. *min.*

Then fule ræf,
Som gørla wiſte bade hool, och græff:
Malus ille vulpes,
Qui accurate novit foramina et foveas.

A. S. *græf*, id. Al. *grab*, *crap*, *grauua*. immo Græce γϱαβὰ βόθϱον, h. e. foveam denotaſſe, auctor eſt Hesychius. 2. Notat foſſam quamcunque, ut qua arces cinguntur, etc. Germ. *grab*. Belg. *gracht*. Communiſſime vero 3. ſepulcrum. Upl. L. *Manb. B. c. 7. Han ſkal biudha bot a grawarbacka*, mulctam occiſor offeret ſuper tumulo mortui. Scilicet mos erat veterum, apud ſepulcra jusjurandum edere, et iſtiusmodi actus, qui aliquo modo defunctum illiusve actiones tangebant. Conf. Haltausii *Gloſſ.* in *grab*. *Grafwärd* eſt monumentum ſepulcrale, *grafſten*, cippus, tumulo imponi ſolitus, *grafël*, repotia, quæ poſt exequias celebrantur, Latine *parentalia*, Gr. νεκύσια dicta. Dicuntur forte ita exinde, quod vetus Gentilium mos erat, ad defunctorum tumulos convivia inſtruere, ut ita mortuorum manes placarent: v. Du Fresne, in *parentalia*, et Wachterus, in *dadſiſa*.

BEGRAFWA, ſepellre, v. ſupra.

GRIFT, fovea. Iſl. *gröftr*. Germ. *gruft*. A. S. *cruft*. quod a κϱύπτη vulgo derivatur. Adi illa, quæ infra dicentur ad *kraft*.

GRÅFLA proprie fodicare notat, ſed uſurpatur fere de iis, qui aliquid quæſituri, res ſurſum deorſum vertunt. Iſl. *griefla*. Germ. *grubelen*. Belg. *kribbelen*.

GRAM, iratus. Amos: 5. v. 10. C. B. id. Perſ. *garm*. Iſl. *gramur*, *gram*. Volsunga S. *p.* 77. *Gram em eg wid ban*, iratus ipſi ſum. A. S. *grame*. Al. *gram*. *Rhythmus* de *Expedit.* Caroli *M. Hiſp. p.* 13.

Er ſei ev ane ſchulde gram:
Vobis ſit ſine cauſſa iratus.

Belg. *gram*. Vet. Gall. *grams*. v. Borel. *Dict. des termes du vieux François.*

II. Moeſtus, triſtis. Supereſt hic vocis ſignificatus in derivatis, *græma ſig*, dolere, nec non in cognatis. Germ. *gram*, moeror. Ital. *gramo*, triſtis, miſer. Vet. Gall. *grams*. v. P. Borel. l. c. Helwigius ortam hanc vocem credit a Lat. *gemere*, cui non refragatur Wachterus, in ſubſidium vocans A. S. *geomrian*, id.

GRAM, homo ferox. Occurrit non raro in *Hiſtoria* Alex. *M. Then lede gram*, homo ille ferociſſimus, et alibi:

Mot thotik gram war han offweek:
Contra talem athletam ille imbecillis erat.

In Iſlandica Skaldorum Poëſi, ſolenne Regum nomen eſt *Gramr*, docente Edda Sturlæsoniana.

GRAMSE, iratus: ſimili forma ac *ſorgſe*, moeſtus, *dugſe*, utilis, etc.

GRÅMELSE, dolor. Eccles. 2: 23.

GRÅMJA, irritare. Westg. L. *Mandr. B. c.* 1. §. 1. *Gud bylla at ſar, ok eig grämja.* Deum propitium ſibi, nec infenſum, reddere. Iſl. *grema*, *gremiaſt* indignari, *greme*, ira. A. S. *gegreman*, irritare, *gegremed*, iratus. Al. *gremo*, irrito. It. *gramare*, quod apud Menagium notare dicitur *far lagrimoſo e meſto*.

GRAN, abies: Uplandi *græn* dicunt, quod forte ſincerius et origini propius: quum enim ſemper viridis ſit hæc arbor, commode illi nomen dari potuit ab Iſl. *græn*, viridis, hodie *grön*, de quo infra.

GRANKOTTE, ſtrobilus abietis. v. *kotte*.

GRAN, myſtax. Skåne L. *Orb.* c. 19. p. 63. *Om oſſua læpæ vordher afhuggen granle* (lege *grane*) *aldher*: ſi labri ſuperioris myſtax omnis amputatus fuerit. Hadorphius, cui vocis hujus ſignificatus non ſuccurrit, *granle* ortum credidit a *grant*, penitus: ſed locupleti teſtimonio eſt L. Iſlandica, in qua vox illa pleno uſu viget. Eſt inde, quod Odino epitheton dederint Skaldi *brosbarsgrani*, tanquam qui myſtacem habuerit pilorum equinorum

Digitized by Google

rum inſtar rigidum. Belg. *graenen*, id. Cambri *grann* cilium, palpebram appellant. Scriptores Latino Barbari *granos* dixere, eosque Gothis tanquam proprios tribuere. Isidorus, *Lib. 19. c. 23. Videmus cirros Germanorum, granos et cinnabar Gothorum*, ubi obiter obſervo, *cinnabar* communiter explicari de colore pilorum rubro aut miniato: ego vero arbitror, etiam hanc vocem Gothicam eſſe, compoſitam a *kind* vel *kinn*, genæ, et *bard*, barba. v. Ol. Dalins *Hiſtoria Suiog. Tom. I. p. 274.* Leges Frisonum *granones* eodem ſenſu uſurpant. Tit. de *Dolg. 22. c. 16. 17. Si naſum transpunxerit, 15. ſol. componat: ſi granonem ictu percuſſum præciderit 2. ſol componat.* Veteres Gallos *grenon* hoc ſenſu uſurpaſſe, auctor eſt P. Borel. Wachterus a Lat. *crinis* Gothicam vocem formatam putat, quod utique longe melius, quam quod Salmasius habet, in *Exerc.* Plinianis. *p.763.* dum a *granis* eam derivat, idque ex ea ratione, quod crines inſtar granorum per humeros ſpargantur, vel in fine annellati et criſpati ſint. Dum vero idem Vir doctiſſimus veterem Bibliorum Interpretem Judit. c. 10. verba hæc *et discriminavit crinem capitis ſui*, ita explicantem affert, *granam fecit*, videbar mihi, veram vocis originem ſtatim deprehendere: *grena* enim & Iſl. *greina* eſt dividere, *greinir*, diviſio, unde *grenar*, rami, utpote in quos arbores veluti dividuntur. *Grani* itaque ſunt capilli discriminati, quales Gothorum Reges aluiſſe, idem Salmasius heic et in *Tr.* de *Coma* obſervat. Obiter monebo, in plurimis veterum ſtatuis Apollini epitheton *Grannus* addi: in quo enodando dum varie deſudant eruditi, illi mihi ſoli audiendi videntur, qui a ſua, et in Poëtarum Scriptis adeo celebri, cæſarie Apollinem hoc nominis adeptum putant. Accedit huic ſententiæ gravis Auctor. Jo. Dan. Schoepflinus, *in Alſatia Illuſtrata, p. 465.* Ex his, quæ dicta ſunt, breviter concludi videtur, *gran* et *crinis* diverſa vocabula non eſſe. Qui enim Latinam L. penitius callet, non pilum quemlibet ita dici novit, ſed comam in plures veluti funiculos diviſam. Abbreviator Festi, Paulus, crines, inquit, a diſcretione dicti, quam Græci διάκρισιν appellant. Nec minus notatu eſt dignum, a ſimili vocis ſignificatione *crines fluminum* Latine dicta fuiſſe diverticula fluminum et ramos, quibus ab uno alveo ſeſe dividunt: verba ſunt Cl. Salmasii, l. c. p. 759. Ut itaque Gr. κρίνειν, dividere, Gothicum *greina* eſt; ita quoque *crinis* et *grein*, *gren*, *grana*, una eademque vocabula ſunt.

GRAND, atomus, res quælibet minuta. *Hiſt.* Alfx. Magni *Rhythm.*

Grand i ſol woro ej fler,
Atomi in ſole plures non erant.

Luc. 6: 41. *Hwad ſer tu et grand i tins broders öga*, quid vides feſtucam in oculo fratris tui. Ulphilas heic habet *gramſta*, quod licet adeo procul non abſit, noſtrum tamen inde ortum non credo, ſed a Lat. *granum*. Gall. *grain*: ſicut enim nos dicimus *intet gran*, h. e. nihil, ita Galli uſurpant *pas un grain, il n'y a grain.* Quin immo Græcorum γρῦ minimum quidvis notare, inter omnes conſtat,

GRANDA, nocere, lædere. *Hiſtoria* Alex. M.

At ängin optare ſwa illa grandas:
Ne quis ulterius tam male lædatur.

Proverbiali dicendi genere dicimus, *thet är litet, ſom grandar hos honom*: re qualibet minima ille ſe offenſum putat. Iſl. id. *Göra nockurt grand*, damno aliquo afficere. Knytl. *S. p. 60.*

GRANN, comtus, nitidus, ornatus. *Grann ſom en brud*, inſtar ſponſæ ornata, unde *grannlåt*, mundus, quicquid ad ornatum pertinet. Quum in vetere L. Cambrica *glan*, teſte Boxhornio, ornatum, comtum denotet, et apud AngloSaxones *glengan* ornare, *glenga*, ornamenta, unde Thomassinus derivat Gall. *clinquans*, ornatus frivoli; mihi viſus ſum animadvertere, literæ *l* ſucceſſiſſe caninam, atque olim forte hoc nomen illis proprium fuiſſe, quæ niterent. Iſl. *glan*, nitor. v. Gudmundus Andreæ, et conf. Hesychii γέλαν, quod interpretatur αὐγὴν ἡλίου, ſplendorem ſolis: nec non Hiſp. *agalanar*, ornare, *agalanado*, ornatus. Gallicum *galand*, elegans, ego hinc indidem ortum arbitror, obſoletumque *galander*, ornare.

GRANN, accuratus, diſtinctus, *grann ſyn*, viſus diſtinctus, accuratus, *grann hörſel*, auditus acer. Iſl. *vitgrannur*, qui acutum habet judicium. *Hiſt.* Ol. Tryggv. Ed. Skalh. *Part. I. p. 10.* et ita de ceteris ſenſibus. Credidero,

originem hujus vocis deberi antiquo *grena, greina*, dividere, diſtinguere, quum doceant Logici, ideas claras et accuratas eſſe non poſſe, niſi quæ diſtincte res repræſentent. Ita apud Iſlandos *ſkilja* dividere et ſimul intelligere notat, *ſkilin*, ingenio acer.

II. Tenue, rarum denotat. *Grant garn*, filum tenue.

GRANSKA, accurate, conſiderate luſtrare. Apud Skanos vox illa in uſu eſt, quum vel ædificia abituri villici examinantur, vel res furtivæ quæruntur. In ſuperioribus Sueciæ regionibus hodie de quovis accurato examine uſurpatur. Iſlandi hoc ſenſu *greinſla* adhibent. v. Bibl. Isl. *Prov.* 2. *greinilega*, accurate. Norrska Hirdskå, *p.* 341.

LAGGRANN, moroſus, qui minima re offenditur, quod et inverſo ordine *grännlagad* dicitur, a *lag*, conſuetudo, mores, et *grann*, accuratus. Niſi forte origo ſit repetenda a nuper allato *granda*, nocere, uti dum dicitur, *thet är litet, ſom grandar*, parum eſt, quod eum offendit. Sed malim prius, uti quoque *granntyckt* eodem ſenſu dicimus.

GRANNELIGA, accurate, ſubtiliter.

GRANNE, vicinus. Dialectus Moeſogothica ſola eſt, quæ hujus vocis incunabula nobis pandat, ibi enim *garazn* hoc ſenſu occurrit. Joh. 9: 8. ortum a *razn*, domus, quod Majores noſtri *rann* dixere. Iſl. *rannur.* v. Götthriks *S. c.* 36. Præfixum vero *ga* ſocietatis nota eſt, ut in Ulphilano *gablaiba* (a *blaib*, panis) ſocius, quaſi companis. Al. *kaleibo*, id. Apud Isidorum, Ed. Palthenianæ, *p.* 244. *gadailans*, ſocii, (a *dail*, pars,) ut centena alia prætermittam. *Granne* itaque proprie notare videtur eum, qui in eadem vel contigua domo habitat.

GRÆND, vicinia. Iſl. id. ut dum in Bibliis Islandicis dicitur: *Lydda ligger i grånd wid Joppe*, Lydda in vicinia eſt Joppe: conf. Act. 27: 2. Certa nomarchiæ pars, vicinia proxima. Westg. *L. Thing. B. c.* 3. §. 2. *Sitter gränd quar, ok hawer eigh nämdaman:* ſi vicinia neglexerit nemdarium mittere. Multa fuerunt, quæ me perpulerunt, ut crederem, hoc *grænd* et *granne* explicandum eſſe ex Anglo Saxonum voce *guarrands.* Notum nempe eſt, Britannos veteres, ex inſtituto Alfredi R. in certas decanias univerſam regionem diſtribuiſſe ea lege, ut ſinguli ceterorum fidejuſſores, vel, ut appellabantur, *guarrands* et *borsholders* eſſent, fugientemque reum intra menſem præſentem ſiſterent. Ex hoc more Anglos hodieque vicinos *neighbours* appellare, obſervat Spelmannus, ad *Vitam* modo laudati Regis, p. 74. a *borgh* vel *borh*, vas, ſponſor, conf. Rapin Thoyras *Hiſt. Anglic. Tom. II. in Præf.* 3. Vicus, platea minor: ut apud Latinos eiuſdem familiæ ſunt vicus et vicinus, ſic *grånd* in urbe eſt, ubi proxim cohabitant cives. Facile vero cuipiam in mentem venire poſſet, cognatum hoc noſtrum eſſe Aremoricorum *garret*, quod et *carrent* ſcribitur, notatque viam anguſtam, per quam non niſi ſingulis curribus tranſire licet. Moeſogothi *garuns* dicunt, de quo v. in mox ſecuturis.

NÅGRANNE, vicinus, ita differt a priori, ut *granne* notet vicinum, ſed *någranne* vicini vicinum, vel qui vicinis proximus habitat. *Litt.* Stenonis Sture, de anno 1485. apud Hadorphium, ad *Leges Birc. p.* 63. *Göra rätter æghande granna eller någrannom något förfång:* jus lædere legitimi poſſeſſoris, vicini aut illi vicinorum. Prior compoſiti pars eſt *nå, när*, prope, perinde ac a *neigh*, id. Angli *neighbour*, habent, Germ. *nachbar*, nos alias *nabo*, a *na, nehe*, id.

GRÅNS, limes. Germ. *grenze.* L. B. *granicies.* Pol. *granica*: proprie notat confinium, aut ubi vicinorum terræ concurrunt. Et hinc non incommode huic familiæ hanc vocem inſeri poſſe, duxi. Stadenius, in *Explicatione Vocum Biblicarum*, radicem vocis quærit vel in Iſlandico, *greina*, dividere, vel Alemannico *rinan*, tangere: non ineleganter, quum limitum ſit, hinc territoria dividere, inde inter ſe tangere et concurrere. Poſterior hæc notio facile quoque erui poſſet a Mœſogothico *garinnan*, concurrere, confluere, et inde oriundo *garuns*, vicus, forum, niſi hoc poſterius cognatum ſit Ulphilano *garuni*, Matth. 27: 7. conſilium, a *runa*, Goth. colloqui, uti *mathls* pariter forum denotat, ortum a *mathljan*, loqui, quum habendis conciliis et concionibus loca hæc olim deſtinata fuerint. Quod Wachterus de Germanica voce obſervat, eam quantumcunque antiquo ſtemmate ortam, non niſi nuperius civitatis jura accepiſſe, id etiam de noſtrate dicere poſſumus, pro eo enim olim uſitatius erat *landamäre, markaſkal tialdrar, råmärke.*

GRÅNSLO-ED, juramentum viciniæ. Dicebatur ita, docente Jure Dalico, jus jurandum, quod, ubi quid furto ablatum erat, edebant vicini omnes, ſeque a crimine ita purgabant. Loccenius vertit judicium litis deciſorium, re bene et diligenter cognita,

qui ſi

quaſi ortum eſſet a *granſka*, ſed aliud ſuadere videtur verborum tenor.

GRÅDDA, aſſare, igne torrere, coquere. *Grädda bröd*, panem coquere, *gräddpanna*, ſartago. In interioribus Sueciæ partibus *bræda* dicunt, quod ſincerius puto, utpote cui concinit A.S. *brædan, bredan*, aſſare, *brædpanne*, ſartago, cum quo conferri debet Germ. *braten*, Gr. πρήθειν, urere. Apud Helſingos *bræda ſmör* eſt butyrum admotum igni liquefacere. Weſtrog. *bræa*. Dalek. *bräna*. In tranſcurſu notabo, apud Hiſpanos *brear navios* eſſe pice liquida naves inducere, et in Gallia *bré* picem notare, quæ ambo ego Gothicæ originis eſſe, credo.

GRÅDDA, flos lactis. v. *gredda*.

GRÅFSWIN, meles, taxus. Vocatur illud animal Anglice *gray*. It. *graio*. Gall. *griſard*. Quæ omnia, in ſummam collecta, nomen illi a colore *grå*, canus, non vero a fodiendo, etſi id naturæ hujus animantis ſatis conveniat, datum arguunt. Quod ſi de noſtro verum eſt, valebit etiam de Belgico *grevel, grevinck*. Dan. *greſſving*.

GRÅLA, proprie fodicare notat, utpote frequentativum a *gråfwa*: unde *gråfla*, quod ſupra, in v. *grafwa*, uſurpari diximus de illis, qui inter quærendum res huc illuc et abſque ordine volutant. Deinde alia metaphora illi *græla* dicuntur, qui confuſe loquuntur, aut etiam ſtudiis intempeſtiva diligentia, at nullo cum ſucceſſu, incumbunt. Germanum huic eſt *grubla*, quod de iis dici ſolet, qui ſcientias ſublimiores et ingenio eorum prægraves obeunt. Iſlandice *grylur* notat ſermonem vanum et injucundum, a quo alienum non videtur Sax. *gröblen*, vociferari, tumultuari.

GRÅMA, dolore afficere. v. *gram*.

GRÅND, vicus. v. *granne*.

GRÅNS, limes. v. *granne*.

GRÅS, gramen. WESTG. *L. Bard. B. c.* 7. *Niutæ ſem hunder græs*: fruatur, ut canis gramine. h. e. male parta, male cedant. Ulph. *gras*. A. S. *græs, gærs, græd*. Al. *graſt*, *gras*. Iſl. *gras*. Angl. *graſs*. Belg. *gras*, *gars*. Cum ceteræ dialecti, tum inprimis Alemannica, monſtrant cognationem cum Gr. γράςις, gramen. Sed ſi quæras, quæ mater communis cenſeri debeat, dabit quidem EUSTATHIUS Græcum γράω, comedo: ſed obſtat, quod vox hæc de herba adhuc creſcente uſurpetur. Ego itaque tam Græcum quam Latinum et Gothicarum Dialectorum vocabula orta crediderim a *gro*, germinare. Latinum *creſco*, quod ab initio, et antequam terminatio frequentativa acceſſit, *creo* ſonuit, cognatum fuiſſe, quivis facile viderit, immo paullulum diverſo rivulo, ſed ex eodem tamen fonte, *gramen* et, literis tranſpoſitis, *germen* promanaſſe.

II. Aroma. *Hiſt.* OL. TRYGGVASONII, Part. II. Edit. Skalh. p. 2. *Swa agætan ilm, at ei mætti ſlikur werda af öllum ilmandi gröſom*, adeo bene olentem odorem, ut ſimilem non exſpectares ex fragrantiſſimis aromatibus. Hinc *grasgard* vocatur hortus, ubi varia aromata creſcunt, *grasadur*, aromatibus conditus.

III. Herba ſegetis: ita dicimus *råggrås*, ſiligo in herba: de hordeo vero *brodd* in uſu eſt.

GRÆSENKA, uxor, cujus maritus abeſt. Belgæ eandem *backweduwe* appellant, ut docet KILIANUS, ab *backen*, captare, avide appetere. Ex paritate denominationis videtur *gräsenka* dici quaſi *grædesenka*. v. *gradig*, eſuriens.

GRÆSFARI in LEG. OSTROGOTHICIS *Byg. B. c. 9.* dicitur colonus, qui ante tempus, legibus conſtitutum, expellitur, meſſemque in herba deſerit.

GRÅSHOPPA, cicada. Angl. *graſſhopper*. Saxon *grashüppers*, ita dicta, quia per herbas ſubſultim ludit. Alemanni ſimili metaphora *ſprinco*, et Germani *heuſchrecken* id animal vocant, illi a *ſpringen*, hi a *ſchricken*, quorum utrumque ſubſilire notat. Adde his Gallorum *ſauterelle*, a *ſauter*, ſaltare.

GRÆSJÆDRI. *Weſtg. L. B. B. c. 5.* locus herbidus, paſcuum, a *jädder*, iſthmus, quod vide.

GRÆSSPARRI, convicii nomen, quod illi in eadem LEGE WESTROG. *B. B. c. 7.* datur, qui a paſcuo communi, objecto ſepimento, alios excludit: a *ſperra*, includere, non a *ſpara*, parcere, ut velle videtur LOCCENIUS, dum vertit graminis parcus.

GRÅSSÆTI, inquilinus. WESTG. *L. Forn. B. c. 11.* Definitur ibi, qui *a bwarti i gardi eller lidbum eigh äng ok eigh aker*. i. e. qui portionem ſuam non habet nec in ſepibus nec in portis ſepium, non pratum nec agrum. Dicitur nempe ita, quia arvum, quod colat, non habet, ſed graminis inſidet.

GRÅSELIG, horribilis. A. S. *griſlic*. Angl. *griſly*. Iſl. *greſlegr*. Germ. *greſlick*. Radicem ſervant AngloSaxones *agryſan*, horrere, nec non Saxones *græſen*, et Germ. *grauſen*: unde *graus*,

Digitized by Google

graus, horror. Nos, demto *g*, quod ſæpe otioſe præfigi ſolet, *ryſa* dicimus, ubi vel de frigore naturali, vel etiam ex mentis horrore orto, ſermo eſt. Huic conſonum eſt Iſlandicum *brid*, procella, vel ventus frigidus, illi *κρύος* frigus. GUDMUNDUS ANDREÆ a *græs* derivat, quod centauri nomen eſſe, dicit, et Poëtice viri cujuslibet. v. *Lex. Iſl.* p. 67.

GRÅ, canus. A. S. *græg*, *greig*. Al. *grauu*. Belg. *grauw*. Germ. *grau*. Angl. *gray* Gall. *gris*. It. *grigio*, *griſo*. L. B. *griſeus*. Eſt ille color, qui ſenilis ætatis indicium haberi ſolet, unde Græcis *γραιοῦμαι* eſt ſeneſco. *Gråhærig* a nobis appellatur. qui cæſariem *(hår)* canam habet: *gråwärk*, pelles ſciurorum, a cano colore ita nuncupatæ. Iſl *grawara*. HEIMS KR. *Tom. I. p. 342 Grawara och alskonar ſkinvara*: varia, et omnis generis pelles. L. Barbari animal hoc *varium* appellarunt Galli *vair*, unde credi facile poſſet ultimam vocis partem eſſe deſumtam, niſi adeſſet propius etymon Iſl. *veria* negotiari, vendere, unde *weria varu ſinni*, vendere mercem ſuam forte quia præcipuum Suionum antiquorum commercium pellibus ejusmodi abſolvebatur. Videtur hanc etymologiam reſpicere Auctor *Hiſtoriæ Canutidarum*, p. 182. ubi, quod nuper *gravåru* appellaverat, mox *varning* nuncupat. *Þa let Hertuginn frambära gravöruna. þa er* WIDGAUTR *hæfdi gefid bonum, oc mællt til keiſarans: þenna varning vil ec at þer þiggid af mer, Herra!* Tun Dux proferendas juſſit pelles griſeas, quas dederat illi WIDGAUTUS, et Cæſari dixit, has merces a me accipias velim. In JURE AULICO NORRWAGICO occurrit *gråſkin*, quod DOLMERUS p. 341. vertit pelles lupinas, ex illa ratione, quod animal illud a Norrvegis appellari ſolet *gråben*, apud nos *the grå*, quod tamen neſcio an aſſenſum mereatur. Sed ut e diverticulo in viam redeamus, non diffitebor, incertam eſſe hujus vocis familiam, ut fere colorum nomina eſſe ſolent obſcurioris originis. Interea tamen non abſurde diceres, a Lat. *ravus*, *g* præpoſito, noſtram vocem formatam eſſe. Quicquid hujus ſit, notamus porro, præter proprium hunc ſignificatum metaphorice id *grå* dici, quod inter duo extrema medium eſt, ut color hic inter nigrum albumque: ita notat

II. Subiratum, quem inimicum non dixeris, ſed multo minus amicum. *Hafwa grått öga till en*, limis adſpicere. *Wara grå på en*, erga aliquem minus bene animatum eſſe. *Hiſtoria* ALEX. M.

At the mente thet alt halfgraat:
Quod ipſis fuerint ſubirati.

Iſl. *graleikur*, ſimultas, *græſka*, id. *Hiſt.* OL. TRYGGV. *P.* II *p. 199. Taladi ek meir af graleika oc gabbi*, dixi id potius per iram et deriſionem. Galli dicunt *faire la mine griſe a quelqu'un*, irato vultu intueri, *regarder gris*, torvo oculo adſpicere. Neſcio, an hujus familiæ ſit Alem. *krot*, quod habet AUREA BULLA, c. 7. *Verborgen krot iſt abgeſnyden*: ſimultates privatæ abrogatæ ſunt. De eo, apud quem illata injuria manet alta mente repoſta, et intus coquit, dicimus *thet gror i bonom*, quod rectius *grår* olim pronuntiatum fuiſſe, arbitror, adeoque ſub hanc claſſem referendum.

III. Creperum, ubi de dubia luce ſermo eſt, quemadmodum etiam Germani inferiores dicunt *de dag beginnet to grauen*, incipit luceſcere. Exinde eſt, quod primum diluculum appellemus *gryning*. Galli *entre chien et loup* uſurpant. quod aliquid non abſimile continet, alluſione facta ad colorem nigrum, canum et lucidiorem luporum. Ad eandem hanc claſſem refer *gry*, illuceſcere.

IV. De hieme uſurpatum *gråwinter* notat brumæ frigus ſubhumidum, quod pruinam arboribus aliisque rebus inducit, id quod fit coelo nubilo quidem, ſed frigoris vim tamen non remittente. Galli eadem metaphora dicunt *un tems gris*. Iidem etiam ſemipotum *gris* appellant, tanquam qui inter ebrium ſobriumque medius eſt.

GRÅTA, flere. Ulph. *greitan*: Luc. 7: 13. *ni gret*, noli flere. Luc. 8: 52. *gaigrotun*, flebant A. S. *græt*. Iſl. *graata*. C. B. *uusgret* apud BOXHORNIUM eſt ejulatus. Precop. *criden*. It. *gridare*, flere. Hiſp. *gridàr*, *critàr*. Belg. *kriten*. Angl. vet. *grede*, et apud hodiernos Boreales *griet*. *greet*. v. RAYS *Collection of words*, etc. Alii non tam lacrimas, quam ejulatum eodem ſignificatum voluere, ut Galli, qui

crier

Digitized by Google

crier dicunt, et Angli *cry*, cui nos literam ſibilantem præmiſimus in *ſkria*. Ex hac variationum ſerie videmus, *ſkria* et *gråta*, quæ vix unicam literulam communem habent, et ſenſu quoque non parum differunt, unam tamen eandemque vocem eſſe.

GRÅT, fletus. Ulph. *grets*.

GRÅTIG, lacrimoſus, flebilis. Fr *gråtigt barn*, infans, qui facile in fletum erumpit. Antiquos pro eo *grötter* dixiſſe, obſervat SPEGEL, in *Gloſſ. p 158*. Et occurrit vox illa in CHRON. RHYTHM *min. p. 106*.

Man war alårig ſå illa grötter,
At hans hjerta måtte ej lee:
Nemo adeo triſtis vel ad fletum pronus erat,
Ut cor ipſius non (illa viſa) rideret.

Sed vide infra in v. *gryt*.

GRÅTTINGR, infans, qui in cunis vagit. DAL. L. *p. 10. Warder gråttingr dråpin, thet år waggubarn*: si infans, qui in cunis eſt, interfectus fuerit.

GRED, enſis. Hunc enim vocis ſignificatum eſſe, loca CHRONICI RHYTHMICI, ubi occurrit, ſatis evidenter indicant. De cetero, quid vocis ſit, et unde domo, ab aliis doceri malim quam conjecturas, parum a memet ipſo approbatas, periclitari. Sed en loca citati CHRONICI, p. 107.

Swerden klinkade, och gredan gall.
Enſes tinnivere, gladiusque ſonuit.

p. 105.
Och freſtade om gredan beijt:
Tentaveruntque, an cæderet gladius.

p. 443.
Med ſpiut, grep och gred han o rædd år:
Iaculo, furca et enſe munitus non timet.

GREDDA, flos lactis. Neſcio, annon propria ſignificatione lac coagulatum denotet. Invenio certe, in lingua Anglica *crude* idem eſſe ac coagulare, et in L. Hibernica *cruth*, coagulum. Forte etiam huc pertinet, quod apud SCHILTERUM invenio inter veteres Alemannicas voces *granter*, coagulatus, et *grant*, collectaculum.

GREFWE, comes. Nobilitatis titulus, qui, abrogato Iarlorum honore, jam apud SuioGothos ſummus eſt. Novimus, in feſto coronationis ERICI XIV. primos in Suecia Comites creatos, qui hanc dignitatem ad liberos transmitterent, ſecus ac Iarlorum dignitas, quæ officio et feudo ad tempus vitæ annexa fuit. Ceterum a quo fonte nomen hoc promanaverit, inter Etymologos diſceptatur. Antiquitatem ejus teſtatur Lingua Anglo Saxonum, ubi Comes audit, *gerefa*, Alemanorumque, ubi *grauu* idem notat: ſed hoc licet ſciamus, parum tamen ejus, quod quærimus, compertum eſt. Erudiſſimus WACHTERUS, qui in rationem ejus etymologicam ſolicite inquiſivit, ſatis prodit, facilius ipſi fuiſſe, ſcire, quid repudiandum eſſet, quam certius quid veriusque ſubſtituere. Id interea merito, tanquam ridiculum, rejicit, quod habent *Leges* EDUARDI, Anglorum Regis. *Videtur*, inquiunt, *quibusdam Greve vocabulum eſſe nomen compoſitum ex Anglico grith & væ. Latine grith enim pax eſt; væ miſeria, ipſo Domino atteſtante, qui dicit, væ tibi Bethſaida, væ tibi, Corazain: Greve igitur ideo dicitur, quod jure debeat grith. id eſt. pacem ex illis facere, qui patriæ inferunt væ, id eſt, miſeriam vel malum.* Nec illi multo felicius argutantur, qui vel a Græcorum γεάφειν, vel ab A. S. *reafian*, rapere, etymon petunt, quarum utraque tamen conjectura magno ſe auctore tuetur, hæc SPELMANNO, illa LIPSIO. Poſſem alias, etiam inſipidiores afferre, ſi talia legere volupe eſſet, ut a *graw*, canus, ab A. S *gereccan*, regere, a *grav*, foſſa, & id genus. Qui hactenus cum aliqua veri ſpecie commentatus fuerit, ſolus eſt WACHTERUS: ille vero inter AngloSaxonas vocem hanc primum natam arbitratus, ibi, nec uſpiam alibi, cunas illius quærendas judicavit. Invenit vero, ibi *geſera* pro comite uſurpari, id quod, tranſpoſitis literis, ipſum hoc *gerefa*, quod quærimus, efficit: ut adeo AngloSaxonica vox ſit pura & germana Latini Comitum tituli verſio. Ego certe huic conjecturæ, copioſe & eleganter ab auctore propoſitæ, non refragarer, ſi veriſimile videri poſſet, vocem, vix bene publice receptam, domi ſuæ tantam mutationem mox ſubiiſſe, & id ita, ut nuſpiam verior illius facies appareat. Miſſis itaque aliorum conjecturis, quid mihi in mentem venerit, paucis indicabo. Omnium itaque primo id velim obſervetur, quod eleganter in *Archæologo* ſuo probat SPELMANNUS, *gerefa* nempe, quod & *refa* non raro ſcriptum invenitur, *ſcyre-refa* apud HICKESIUM, *Gr. A. S. p.* 136.

136. primario exſecutorem vel Judicem fiſcalem denotare, quum titulus hic non nudi honoris, ut hodie, ſed officii fuerit, quo poſito, porro quærendum, ubinam huic pedi cothurnus inveniri poſſit. Sciendum vero eſt, in veteribus Gothicis dialectis *reſan, reſwa* vocem forenſem fuiſſe, quæ arguere, vindicare, exigere denotaverit: quæque licet hodie obſoleverit, adeo tamen luculenta ſui veſtigia reliquit, ut ſponte ſe quærentibus offerant. Commodius quidem foret, eo Lectorem meum ablegare, ubi ordo requirit, ut de hac voce agam; ſed quum perinde ſit, ubi dicatur, indicabo, *reſwa* antiquis idem fuiſſe, ac arguere, mulctare, cujus frequentativum eſt *ræſſa*, punire, unde *räſſl*, punitio, *ræſſlating*, judicium rerum criminalium. Alemanni eadem vocis forma utuntur: *reſſen, raſſen*, reprehendere, *raſſung*, caſtigatio. Dixi, hæc frequentativæ formæ deberi (cujusmodi haud pauca exempla habemus, ut a *riſwa*, radere, *reſſa*, a *kiſwa*, altercari, *keſſa*, &c.) cujus ſimplex ſit *reſa*, *reſwa*. Supereſt illud in L. Alemannica, ubi, SCHILTERO teſte, *reſſit* aliquando ob jurgat denotavit, & *reſaugan*, arguam. Cognatum hiſce eſt Gothicum *riſwer*, ſeverus, quod uſurpatur in *Catalogo Regum Sueciæ*, LEGIBUS WESTROGOTHICIS ſubjuncto, ubi de EDMUNDO: *war riwar i reſſtum ſinum*, erat ſeverus in punitionibus ſuis, vel qui in crimina accurate animadvertit. Secundum hæc, quæ allata ſunt, *reſa* denotabit illum, qui vindictam exercet, vel, ad noſtræ Patriæ inſtituta loquendo, qui Regis nomine criminali judicio præerat, *ſom bade Konungens ræſſt.* Addam his unicum, quod me in hac etymologia non parum confirmavit. In ævi medii Scriptis noſtratium vocem *Greſwe* non niſi ſemel me offendere, memini, idque in LEGE BIRCENSI, *c. 10.* §. 7. ubi *ſtupugrewæ* vocatur lictor publicus, quique in facinoroſorum terga virgas expedit. Videmus hinc, quantumcunque a priſca dignitate tum deſciverit hic officii titulus, puniendi tamen ideam illi annexam manſiſſe. De præfixo *ge* non eſt, quod moneam, in linguis tam Ulphilana & Theotiſca, quam præcipue Anglo-Saxonica illud familiariſſimum eſſe, ut cuivis Lexica inſpicienti patet.

II. Recentiori ævo in primis imitatione Germanorum, præfectus quilibet *Greſwe* appellatus fuit: ita *Burgreſwe* erat civitatis præfectus, quaſi *Burggreſwe*. Ejusmodi officium viguit in aliquibus præcipuarum Sueciæ civitatum, Fahlunæ, Gothoburgi, &c. Imaginaria erat dignitas, quæ Comitibus Majalibus tribuebatur, *Majgreſwar* dictis, de qua nonnihil infra.

GREFWAR, ſordes, ut dum Gothi noſtri *ljusgreſwar* appellant grumulos illos, qui, inter candelas formandum, in fundo remanent. Subiit hujus vocis memoria, quum apud WILLERAMUM, in *Paraphraſi Cantici Cant. c. 8.* legi, *ze diu thaz ſie tha mit* ſordes peccatorum, *ſamo gareuua uon in werpban muga*: ut ita ſordes peccatorum tanquam fæces abjicere poſſint. MERULA aliique tanquam veſtes interpretantur: ſed favet meæ verſioni textus Latinus, qui veſtium nullam mentionem facit; ita vero ille:

Excoquit ut ſordes muſtum cum bulliet omnes.

In L. Anglica *greaves* notat ſuccum in patina, poſt diſcerptas carnes remanentem, de quo v. JUNIUS, in *Etymologico.*

GRENA, dividere. *Hiſt.* ALEX. MAGNI *Rhythmica*:

Hans folk tok faſt ſik at grena:
Exercitus ejus cœpit diſpergi.

Ita dicimus *ăen grenar ſig*, amnis in partes ſe dividit. Iſl. *greina*, id. item diſtincte et particulatim enarrare: *grein*, pars, diſtinctio, *greiningr*, diſcordia. Græcum κρίνειν, quod ejusdem eſt ſignificationis, ad noſtrum prope accedit, ut ad v. *gran* nuper obſervavi, quo Lectorem meum remitto.

GREN, ramus. Iſlandi *grein* dicunt, perinde ac Angli in agro Devionenſi v. LYE. ad JUNII *Etymol.* Veteres Galli *rain*, docente DU FRESNE, in *Gloſſ. Lat. Barb.* Vocatur vero ita ramus, quod in eum dividatur truncus arboris, perinde ut alio nomine *quiſt* dicitur, a *kuiſlaſt*, diſpergi, et C. B. *cloven*, quod affinitatem habere videtur cum Gothico *klyſwa*, findere. 2. Radius, quippe qui ſe in diverſa diſpertit. *Hiſt.* AL. MAGNI de ſole:

Hon ſprider af ſik liuſa grenar:
A ſe diffundit lucidos radios.

2. Notat in re Genealogica collaterales vel proſapiam, ut in Hymno Sacro, *af* IESSE *rot en gren*: de Iesse ſtemmate ramus. Galli *branche* eodem ſenſu uſurpant, & Latini *ramum*: ut dum PERSIUS canit:

Stemmate

Stemmate de Tuſco ramum milleſime ducis.

GRID, pax, et ſpeciatim vitæ membrorumque incolumitas, quæ alias etiam *grud* dicitur. SKÅNEL. *Urb. c.* 2. *Dræper nogher annan i grutb giuen*: ſi quis alierum poſt datam pacem occiderit, id quod in LEGE DALICA dicitur: *hwar ſom hämpnas a grid oc gëraſätt.* Conf. WESTG. *L. Arfd. B. c. 1.* In LEGE CHRIST. *Kon. B.* L. L. c. 6. *Med grud ocb giſlom mòta*, cum pace et obſidibus obviam venire. A. S. *gritb*, id. *gritbbryce*, violatio pacis, *gritbian*, pacificare, Scotice *grete*. Al. *griz.* Inter omnes fere convenit, unam eandemque vocem eſſe *grid* et *frid*, ſed incertum, utra forma antiquior. Obſervat in *Etymologico* ſuo JUNIUS, promiſcue hæc duo in AngloSaxonum lingua uſurpari, ita ut, quæ ſupra attuli, æque dicantur *fritbbryce* et *fritbian.* VERELIUS, in *Indice*, *grud*, quod non raro in Legum noſtrarum tabulis occurrit, Amanuenſium vitio pro *grid* irrepſiſſe credit, a quo H. SPEGEL orta putat Angl. *greet*, ſalutare. Sax. *gróten*. Germ. *grüſſen*. Ruſtici certe noſtri alicui obviam facti, ſalutationis loco dicunt *Guds Frid*, Dei pacem: quod idem Orientalibus in uſu fuiſſe, novimus.

GRUDSPIÆLL, violatio datæ pacis. ÖSTG. *L. Drep. B. Cap.* 11. 2.

GRIDNIDINGR, violator pacis publicæ, qui alias *vargur i veum* audit.

GRIFFEL, ſtilus. A. S. *græf.* Belg. *griffel.* Lat. *graphium.* Gr. *γραφεῖον*, *γράφειν*, ſcribere, quod ceterorum mater eſt.

GRIFT, ſepulcrum. ÖSTG. L. *Kirk. B. c.* 12. *gript grava*; foſſam effodere: *grifiwård*, eſt monumentum ſepulcrale, a *grafwa*, fodere.

GRILLER, nugæ, inanes mentis curæ. Germ. *grillen.* Familiam vocis jam ſupra ad v. *græla* habuimus, quæ denotat futiles mentis curas agitare, et magno conatu nil agere. Aliud etymon, non quidem verius, ſed forte eruditum magis ex MARTINIO adfert WACHTERUS, cujus verba ſi heic tranſcribam, lectoris ingratiis ſpero non fiet: ita vero ille: *Senſus a picturis ridiculis, quæ Latinis* grylli, *ad fatuas mentis imagines translatus, quia mens illas pingere videtur, ut pictor chimæras.* PLINIUS, *Lib. XXXV. Cap.* 10. *de* ANTIPHILO: *Idem jocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit: unde hoc genus picturæ grylli vocantur.* Iſlandice *grylur* ſpectrum, phantasma denotat. v. VERELII *Index.*

GRIMA, capiſtrum, frenum. Dan. *grime.* Arbitror, a loris ita dictum, Sueth. *rem.* Germ. *riem.*

GRIMA, larva aut pileus, quo peregrini faciem obtegebant, ne agnoſcerentur. OL. TRYGGV. S. Part. II. *p.* 319. *Sat eirn maþur mikil ſva bum ſem munkur i blam kufli, oc hafdi grimu fyrer andlitino*: ſedebat ibi vir procerus in cultu monachi, habens penulam cæruleam, et ante faciem larvam. AngloSaxones larvam *egesgrima* appellarunt, ab *egeſa*, horror, docente JUNIO, in *Gloſſ. Ulphil. p.* 271. quo eodem nomine etiam veneficam nominant, teſte BENSONIO. Eſt hinc, quod ruſtici noſtri *grimug* eum dicant, cujus facies ſordidata nigris maculis eſt conſperſa, quaſi immundities perſonam illi induiſſet, nec non vaccas, quarum frons alba nigris diſtincta eſt ſtriis. Conf. Belg. *begriemen*, *begremen*, denigrare, maculis inficere. JOH. PERINGSKÖLDIUS Italorum *grimazzo* Gallorumque *grimaçes* hinc originem ducere, arbitratur, et proprie ejusmodi oris contorſiones notare, quibus efficitur, ne facies agnoſcatur. Iidem Itali vetulam deformem *vecchia grima* appellant, tanquam faciem mimicam vel venefica dignam. v. infra, in *grym.*

GRINA, diducto rictu dentes oſtentare, os diſtorquere, quod fit vel inter plorandum vel ſubſannandum, vel denique effuſe ridendum. Iſl. *grina* pariter dicunt. A. Saxones *grenian*, *grinian*. Alemanni *grinen*, ut in illo *Fragmenti*, de *Bello Hiſpanico*, in *Theſ.* SCHILTERIANO. v. 2858.

Si grinen ſam die hunde:
Hirriunt inſtar canum.

Germ. *greinen.* Belgæ & Saxones *griinen.* Itali *ſgrinare.* Angli *grinn* & *girn.* Oritur vero non a *ringen*, torquere, (Sueth. *wránga*) ſed a *greina*, dividere, quum qui ringunt, os magno hiatu diducant: indidem quoque eſt, quod os hominis informe & diſtortum nec non roſtrum aliquorum animalium. Iſl. *graun* appellent, Galli *groin.* Apud Iſlandos, ut *g* & *h* ſæpe alternant, *hrina*, ejulare notat, cui affine eſt A. S. *hrinan.* Angl. Vet. *crone*, *croyne*, *crune*, mugire, v. LEIBNITIUS, ad

MYHLIUM

Digitized by Google

MYHLIUM, p. 86. Pæne oblitus eram monere, in veteri Latio *carinare* idem fuiſſe, ac illudere, irridere.

GRIND, janua feneſtrata, ut habet CASSIODORUS, vel, ut LEX SALICA, clauſtrum pellucidum. Appellamus nempe ita portas, quæ ex aſſerculis transverſim poſitis, relicto inter ſingulos ſpatio, conſtruuntur. Conſpirat AngloSaxonicum *grindle*, crates, clathrum, apud HICKESIUM, in *Gram. A. S. p. 118*, nec non Saxonum *glind*, quod eſt ſepes, ex viminibus aut ſtipitibus confecta. Ceterum uti ejusmodi clathri ideo conſtruuntur, ut introitum occludant; ita manſit idem nomen in aliis linguis obicibus transverſim poſitis aut etiam peſſulis. Is certe ſignificatus eſt AngloSaxonici *grinde*, *grindle*. Apud ISIDORUM *Hiſpal.* ad FLOR. Edit. PALTHENIANÆ, *p. 242.* *ürnino grindila firbribbu* vertitur, ferreos vectes confringam. Belg. *grendel.* Germ. *grindel.* id. Apud Iſlandos *grind* notat locum ſepi circumdatum. HROLF KRAKES *S. p. 82. Honum var ſagt ad allt ſiet væri kyrt og heilt i grindinum*: dictum illi fuit, pecus omne tutum et illæſum in ſepto eſſe. WACHTERUS a Græco χλεῖθρον, peſſulus, transpoſitis literis Gothicam vocem natam putat: ſed ſi ſignificationem, quam primo loco poſuimus, ceteris antiquiorem habeamus, ad eandem radicem *greina*, dividere, hiare, commode referetur, quum clathros nil æque deſcribat, ac ſpatia inter aſſerculos relicta. Notari meretur, apud Helſingos hodieque *grind* & *gris* rarum de notare. v. ſupra in *gles.* Neſcio, an huc faciat A. S. *grino*, laqueus. Angl. *grin*, *gryn*, id. et an hiantes ejus nodi nomini originem dederint.

GRINSLE, *ſitta grinſle*, divaricatis cruribus equo vel alteri rei inſidere. Haud dubie cognata vox eſt, qua utuntur Suevi *gritlings*, et verbum *greten*, *græten*, quod habet LUTHERUS, EZECH. *16:25*. Fontem noſtræ vocis arbitror quærendum in Iſl. *greina*, dividere, non vero in turpicula Latii voce *criſſare*, quod vult WACHTERUS.

GRIP, manus. Obſolevit hujus vocis uſus in noſtra lingua, ſed ita tamen, ut ſui veſtigia ſat evidentia reliquerit in analogica ratione derivatorum. Quemadmodum enim ab *hand*, manus, habemus *hända*, capere, ut ſuo loco monebitur, et a χεὶρ Græci formarunt ἐπιχειρίζειν; ſic nos a *grip*, *gripa*, prehendere, fecimus. Iſlandos manum *greip* appellare, docet VERELIUS, alias *breif.* v. HEIMS KR. *T. I. p. 249.* EDDA inter ſynonyma digiti *greipr* numerat. Et ſuſpicari liceret, in L. Japhetica jacuiſſe noſtræ vocis ſemina, quum videamus in L. Ebræa אגרוף, pugnum denotare. Al. *craph* ungulam ſignificat, tanquam jumentorum manum, Gallice *griffe*, unguem, volucrium arma: prætereo alia.

GRIPA, prehendere. Ulph. *greipan.* A. S. *gripan*, *griopan.* Al. *greifen*, quibus etiam *keriffo* eſt rapio. Germ. *greiffen.* Belg. *gripen.* Angl. *gripe.* Gall. *gripper.* It. *grappare.* Belg. *grabbeln.* In Hellade varia reperire licet, quæ, captandi ſignificatum habentia, noſtræ voci affinia videntur; quo in numero ſunt γριπίζειν, lucrum captare, γριπεὺς, piſcator; quaſi captator piſcium, γρῖπος, rete. v. SALMASIUS, de *Modo Uſur. p 353.* In LEGIBUS LONGOBARDICIS occurrit *anagriff*, quod denotat furtivam venerem, invito patre, exercitam, quocum conferri poterit Gothicum *agrepp*, quod in non diſſimili materia habet LEX. DALICA, p. 4. *Warder man takin i borſäng med kunu, oc med fullum ſkälum, oc takir agrepp af badum them*: ſi quis in adulterio deprehenſus fuerit cum muliere, et ambobus manus injecta fuerit. MENAGIUS aliique a Latino *rapio*, præfixo *g*, Longobardos ſuam vocem formaſſe putant: nec Etymologiæ regulas impedire video, quo minus affinitatem inter utriusque Linguæ voces concedere poſſimus.

GREPP, prehenſio: metaphorice notat technas vel artes, quibus alios, tanquam laqueis, irretimus: *illgrep*, malæ artes.

GREPE, tridens, quo ad ſtabula purganda utuntur paſtores.

GRIP, res pretioſa, cimelium. Iſl. *greip. Mikil er greip a hauki*, magnus theſaurus eſt in accipitre. Proverbium hoc adfert WORMIUS, in *Explicatione Litterarum Gothicarum*, ad runam ᛘ. Sunt, qui credant, Majores inde hoc nomen theſauris indidiſſe, quod crediderint, gryphes, Suethice *grip* dictos, theſauris incubare, aut etiam humi ita defodere, ut ſine magno diſcrimine inde tolli nequeant. v. OLAVI MAGNI *Hiſt. Sept.* Lib. 19. c. 27. Vetus hæc perſuaſio fuit de Gryphibus, contra Arimaſpos bella gerentibus, quos credebant, terra effoſſos theſauros magna cura conſervare. v. HERODOTUS. Lib. 3. & 4.

II. Iumentum

Digitized by Google

II. Jumentum, pecus, tanquam rem pretioſiſſimam veterum, et in quo præcipuæ eorum opes conſiſtebant. Westg. L. *Forn. B. c. 10*: 4. *Later mader grip ſin i thruder um dag* : ſi quis jumentum ſuum interdiu compedibus vinctum habeat. *Conſtit.* Magni R. de Anno 1335. *Tager nokor utan lof eller legho bæſt æller ſkiuto annars mands, aaker, rider eller gör nokræbandæ aawerknædh med gripe them* : ſi quis ceperit equum aut equam, invito domino, nulloque numerato pretio, jumento illius uſus fuerit. Dialectus Iſlandica eodem loquendi modo utitur. v. Deut. 5. *Eige din uxe, eige din aſne og eige belldur nockur af þinum gripum*: non bovem tuum, non aſinum nec quodpiam jumentorum tuorum.

GRIS, porcellus. Apud Chaucerum, Poëtam Scotum, *griſes* pro porcellis etiam occurrit. Iſl. *grys*, id. In ceteris vero dialectis non memini, me hujusmodi vocis veſtigia reperire: niſi forte Hellada in partes vocare libuerit, ubi non tantum *γρύζειν* notat more porcorum grunnire, ſed etiam *γρωῶν* pro porco occurrit, teſte Hesychio, de quo tamen conferri merentur Kusterus aliique Commentatores.

II. Uſurpatur etiam nomen hoc inter blanditias, *min gris*, meum ſuavium. Novimus, in aliquibus Europæ partibus, uſu olim receptum fuiſſe, ut hæc animalia in ſinu ferrent mulieres, quemadmodum hodie canes Melitæos: unde forte evenit, ut ipſum hoc nomen inter blandiendum locum acceperit. Ceterum, quum in *Hiſtoria* Hrolfonis Krake legerem, annulum pretioſiſſimum Adilli, Regis Upſalienſis, *Svia gris* appellatum fuiſſe, ſuſpicari ſubiit, *gris* apud veteres Suionas cimelii ſignificationem habuiſſe, etiamſi denominationis ratio nos fugiat.

GRISSEL vel GRESSEL in pluribus Sueciæ partibus dicitur pala, cui imponitur panis, furno inferendus. Arbitror, a *grædda*, panem coquere, dictum fuiſſe *grædſel*.

GRO, germinare: ut dum jacta ſemina prima germina emittunt: unde *growäder*, coelum germinationi propitium. A. S. *growan*, Al. *gruan*, Belg *groeyen*. Dan. *groe*. Suſpicari licet, apud veteres Latinos verbum viguiſſe *gero*, quod cum noſtro parem valorem habuerit, unde factum dein *germen* una cum derivatis, fortaſſis, etiam *gramen*; quibus addere poſſemus *γράσις*, *græs*, nec non Germ. *kraut*, noſtrum *krydda*, pluraque, quæ intra ſuis locis occurrent. *Creo* etiam eadem ratione uſurpatum fuiſſe, indicio eſt *creſco*, pari modo hinc factum, ac ab *bio*, *biſco*.

II. Uſurpatur de vulneribus, quæ coaleſcunt, et cicatricem ducunt. Heims Kr. Tom. *I. p. 487*. *Er han war groin ſarin ſina*: poſtquam vulnera ejus coaluerant. Knytl. S. *p. 126*. *Sar hans varu groin*, ſanata erant vulnera ejus, unde Iſl. *gröda* et *gråda*, ſanare vulnera. v. Sturlögers *S. p. 78*. qui idem ſignificatus in inferiori Germania obtinere cernitur, dum Saxones *angroyen* dicunt, de quo v. Idiot. Hamb. *p. 5*. Anglis *grow* in genere de quovis augmento et mutatione in majus uſurpatur. C. B. *croeni* eſt cute obduci, *croen*, cutis.

GRÖDA dicitur de meſſe: *en ömnig gröda*, uber meſſis. Pro ætate olim uſurpatum invenitur. *Hiſtoria* Alex. M. *Tha han går til ſin baſta gröda*: Quando ad florem ætatis pervenit.

GROBLAD, plantago, herba, quæ ad ſananda vulnera a plebe uſurpatur.

GRODA apud Uplandos dicitur portiuncula agri inarata, cui herba innaſcitur.

GRODA, rana. Germani duriore pronunciandi modo *kröte* dicunt, idque non a *græten*, ejulare, utut id Wachtero non videatur diſplicere, nec a C. B. *croth*, venter, quem grandem habent hæc animalia, ſed a ſuperiore *gro*, ut bene docet *Atlantices* Auctor, Tom. I. p. 714. idque ob ſummam eorum fecunditatem. Supra ad v. *frö* obſervavimus, ex pari ratione illud nominis ipſis inditum eſſe.

GROF, craſſus, ſpiſſus. Ita dicitur *groft klæde*, pannus craſſus. Germ. *grob*. Belg. *grof*. Quum vox illa antiquitati ignota ſit, et, ubi primum uſurpari coepta eſt, de gravibus fere et ponderoſis adhibita inveniatur, ut dum dicebant *grof ærende*, gravia negotia. v. *Acta Publica* Hadorphii, p. 149. & Chron. Rhythm. p. 244. *grofwa beſkyllningar*, graves accuſationes; hinc in animum induxi, Latinorum *gravis* hac ratione civitate donare voluiſſe Majores. Non enim ſatisfacit Wachterus, dum

 a *gräppen*

Digitized by Google

a grappen, palpare, hoc noſtrum derivatum it. Alii CambroBritannicum *rhef*, craſſus, magnus, *g* littera auctum, pro radice venditant. Angli tetricum, auſterum *gruff* & *grougb* appellant, quod contractum putat Editor *Etymologici* JUNIANI ab A. S. *gerub*, *gerug*, hiſpidus. Dum nos *en grof karl* dicimus, inconditos ejus mores et ruſticitatem notamus.

GROLL, ſimultas. Vox peregrina & Germanis forte accepta referenda, quibus *grollen* eſt ſecreto indignari, iraſci: *growle* Anglis notat ringi, hirrire, teſte EDW. LYE, in *Addit.* ad *Etym.* JUNII. Conf. SKINNERUM, in v. WACHTERUS communem fontem quærit in χολεϱιᾶν, cholericum agere. Inter hæc ſcribendum, ſuccurrit, crebro a noſtris de illo, qui alto corde dolorem et iram premit, usurpari, *det gror i honom*, hoc, eſt, alitur apud eum intus dolor, et augeſcit. Hoc ſi accipiatur, familiam vocis habebis in voce *grå*, quam conſule.

GROP, fovea, caverna. Ulph. *grobo*, fovea. A. S. *græf*, *græp*, *græpe*. Al. *gruobo*, *kruopo*. WACHTERUS his cognata eſſe judicat Æolicum χηϱαβὸς, antrum, luſtrum ferarum, nec non Latinum *ſcrobs*, præfixa litera *ſ*. Addere his potuerat Germanicum *gruft*, quod tamen referre maluit ad Græcum κϱύπτη, Lat. *crypta*. Radix eſt *grafwa*. Ulph. *graban*, perinde ac a fodiendo fovea nomen habet.

GRÖPA, excavare. Iſl. *greipa*. EXOD. 28. quod ibi uſurpatur de lapidibus inſculptis in veſtibus ſacerdotalibus. GLOSSAE MONSEENSES *kruopin*, ſculperent. De alio vocis *gröpa* ſignificatu, vide infra ſuo loco.

GRÖN, viridis. A. S. *grene*. Al. *gruan*, *gruon*. Germ. *grün*. Iſl. *græn*. Belg. *groen*. Radix vocis manifeſta eſt *gro*, germinare, vireſcere. A. S. *growan*, quum pleraque eorum, quæ germinant, viridia ſint, atque adeo hic color Floræ proprius cenſeatur. Verbo monuero, proverbiali loquendi genere uſurpari, *göra ſig grön*, de illis, qui aliorum merita ſibi vindicant, iisque ſuperbiunt. Forte fabula cornicis, virides pavonis pennas ſibi adaptantis, paroemiæ locum dedit. Id certum eſt, Saxones eodem loquendi genere uti, ut me docet IDIOTICON HAMBURGENSE, *p. 81.*

GRÖPE, far modice comminutum, quodque mola non niſi leviter attrivit. Cognatio noſtræ vocis cum Germanico *graupe*, quod WACHTERUS vertit alica, globulus hordeaceus, plus quam manifeſta eſt. Quod vero ad etymon ejus attinet, inter Sorabos illud inveniendum docet modo laudatus WACHTERUS, qui *krupa* appellant ptiſanam, alicam, et metaphorice grandinem. Velim verum eſſe, quum meliora dare nequeam: non enim crediderо, A. S. *grætta* & Angl. *gritt*, furfur, huic voci illuſtrandæ inſervire, quum *t* in *p* haud facile transeat.

GRÖT, puls, edulii genus, ex aqua et farina confectum. Iſl. *grautur*. Quum in aliis Linguis cognatis non tam jus ipſum quam materia, a qua conficitur, hoc nomine appelletur; credibile eſt, antiquiorem ab illis ſignificatum retineri. AngloSaxones far comminutum, vel grana hordei *grut*, *gryt*. Belgæ *grutte*. Germ. *grüze* appellant. Conf. Angl. *gritt*, arena. it. pollen. v. IUNII *Etymol.* Zelandicum *grutte*, alica, zea deglubita. Angl. *grout* id. Gall. *gruau*, nec non *griotte*, *gruotte*, farina pulmentaria. Lucem huic voci addent forte, quæ infra ad v. *gryt* ſumus allaturi.

GRÖTMYNDIG ridicula voce dicitur, qui ſtolida ſuperbia effertur, quaſi qui nulla alia re tumet, quam ventre, pulte ſufferto.

GRUBBLA proprie frequentativum eſt verbi *grafwa*, et adeo vi ſua notat fodicare. OTFRIDUS. III: VII: 151. *grubilo in giribti*, fodica in rectitudine. Germ. *grubelen*. Italice *gruffo* roſtrum denotat, et *gruffolare* inſtar ſuum fodicare. Utrumque inſervit metaphoricæ ſignificationi, qua notat tetricas eorum curas, qui meditationibus & ſtudiis impalleſcunt, multumque moventes nil promovent, & ſpeciatim de illis usurpatur, qui id agunt, ut veritates, ab omnibus agnitas, in dubium vocent. Gallos aliquando *grabeler* usurpasſe in ſignificatione ſcrupuloſe examinandi, docet LEXICON hujus Linguæ ETYMOLOGICON, in v. *matagraboliſer*. Longius recedunt Angli, apud quos *grubble* eſt manibus in tenebris prætentare. v. JOHNSONIUS.

GRUD, pax. v. ſupra in *grid*.

GRUFWA, fovea, fodina. Ulph. *grobo*. Al. *gruobo*, *kruopo*. Iſl. *grifia*. Germ. *grube*

Digitized by Google

grube: a *grafwa*, fodere. Hinc *gullgrufwa*, fodina aurea, *ſilfwergrufwa*, fodina argentea.

GRUFWA SIG, horrere, quod in CHRON. RHYTHMICO, *p. 515.* pro affinitate literarum *f* & *g*, *grugba* ſcribitur. Germ. *grauwen.* Proprie dicitur, quum præ metu horrent capilli, ut adeo cognationem forte habeat cum Iſl. *ru*, cæſaries, Germ. *raub*, hirtus, quibus dum *g* præfigitur, facilis in noſtram vocem tranſitus eſt. WACHTERUS a Græco *ῥιγέω, rigeo*, etymon petit.

II. Conqueri, quiritare, ut ſolent, qui ſorte ſua contenti non ſunt, aut qui præſentia pertæſi pejora timent Si quis hanc ſignificationem pro primaria habendam duxerit, opinabitur forte, in cognatis numeranda eſſe Angl. *grieve*, affligere, Gall. *grever*, id. *grief*, afflictio, accuſatio, quæ a Latino *gravis* communiter orta creduntur.

GRUFWELIG, horribilis. Germ. *grauſam*, *greulich*.

GRUM, GRUMMEL, fæces, aut quod liquorem quemcunque turbulentum reddit. Iſlandi *grom*, *groml* dicunt, quam vocem Gothi in Italia reliquiſſe videntur, ubi adhuc *groma* fæces vini vel tartarum denotat. Apud Languedocienſes vero *groumel*, eſt pituita narium. v. DICT. LANGUEDOCIEN, p. 288. Angli, mutato *g* in *d*, *drum* olim habuiſſe, indicio eſſe videtur eorum *drumly*, lutulentus, quod in *Etymologico* JUNIANO videmus, quodque EDW. LYE, inſerto *r*, factum putat a C. B. *domlyd*, ejusdem ſignificatus. H. SPEGEL Latinorum *grumus* aut Gr. *κρυμὸς*, gutta condenſata, inveniendæ vocis origini facem præferre poſſe, credit.

GRUMLOG, turbidus, fæculentus *Fiſka i grumlogt wattn*, in turbido piſcari. Iſlandi *gruggug* etiam uſurpant. v. EZECH. 32.

GRUN, ſuſpicio. WESTG. L. *Thiuf. B. c. 6. 1, Grannær ſkulu i gard ganga, thes fyrſt, är näſt är at*: vicini in domum introibunt, ejus primum, in: quem maxime ſuſpicio cadit. Iſl. *grunur*: unde *gruna*, ſuſpicari, pluraque, quæ videri poterunt in *Indice* VERELIANO.

GRUND, fundus maris, et quodvis rei infimum. ULPHILAM eadem voce uſum fuiſſe, docet mox ſequens *grunduwaddjus*. AngloSaxones, Iſlandi, Alemanni & dialecti cognatæ nil variant. JUNIUS participium eſſe credit vocis A. S. *growan*, vireſcere, quum terræ ſolum hunc colorem fere induat. WACHTERUS a *χωρίον*, fundus, campus, derivat. Ego pro voce radicali & Scythica habeo. Metaphoricas vocis acceptiones, pro fundamento, proque animi penetralibus, Lexicographi notant.

GRUNDWAL, fundamentum: vox compoſita a præcedente & *wall* vel *wal*, murus, vallum: conſentit lingua A. S. quæ *grundweall* habet & Moeſogothica in qua, Luc. *6: 48. grundwaddjus* occurrit, quod tamen JUNIUS pro vitioſa ſcriptione habet, *d* gemino pro *l* inſerto. Ego *waddjus* illud affine duxero Germ. *wand*, quod perinde ac Angl. *wal* murum, parietem notat. Conf C. B. *gwadn*, quod fundamentum, baſin ſtructuræ ſignificat. Id notabile cenſeo, quod in eadem lingua Cambrica *grundwal* pro fundamento, BOXHORNIO teſte, occurrat; quæ vox, utpote compoſita, manifeſto indicio prodit, veterum Celtarum linguam propinqua affinitate Gothicas attigiſſe.

GRUNDA, fundare. *Grunda ſin mening på något*, opinionem ſuam in aliqua re fundare. Aliam vocis *grunda* ſignificationem mox videbimus.

GRUNDA, meditari. In animum aliquando induxi, pro hocce *grunda* rectius fortaſſe olim pronuntiatum fuiſſe *gruna*, quod proprie notat ſuſpicari, & dein etiam ſerio meditari de re dubia. HEIMS KR. *Tom. II. p. 310.* SIGURÞUR *ſat aptur a kiſtunni, oc huxaþi ſit mal, oc grunaþi han, at þetta mundi vera ſvik*: SIGURDUS in puppi confidens ſuper armario, animoque ſecum volvens, dolum ſubeſſe ſuſpicabatur: quo etiam facit, quod in L. AngloSaxonum *grunan* a BENSONIO dicatur idem notare ac ruminare. Poſtea vero quum cogitavi, non ſolum derivata *begrunda*, conſiderare, & *utgrunda*, conſiderando penetrare, pro *d* litera teſtimonium dicere; ſed etiam Belgas *begronden* Germanosque *grunden* in ſuis Linguis habere, opinari coepi, a *grund*, fundus, æque metaphoram peti poſſe, atque ab eodem vocabulo Angli *fonde* fecerunt, quod, JUNIO interprete, eſt *trive any mans mind*, alterius animi ſenſa expiſcari. Sed inter utrumque Lectori meo lubens optionem relinquam.

GRUNN, opponitur profundo: *grunnt wattn*,

waṭn, aqua non alta. Iſl. *grunn*, id. SAPIENT. 11. *þeir ſtanda ſo grunt*, tam parum alte in terra poſiti ſunt. Hinc *ngrynni fe*, multæ divitiæ, ubi diu haurieris, antequam fundum attingas: eadem metaphora eſt, qua in Legibus patriis *djup ſiand*, crumena profunda ponitur pro largis divitiis.

II. Metaphorice apud Iſlandos *grunn vinatta* notat amicitiam vacillantem, quæ altas non egit radices.

GRUS, glarea, ſabulum, & quicquid arenæ ſimile eſt. C. B. *grut*. A. S. *greot*. Belg. *grut*. Germ. id. Pol. *gruz*. Angl. *grit*. Majores noſtri, duriori pronuntiatione uſi, *krus* dixere. *Hiſtoria* ALEX. MAGNI.

Slo thet ſönder alt i krus:
Minutim illud concidit.

Proprie denotare videtur quicquid ex attritu contuſum eſt. WACHTERUS huc certe referendum putat Belg. *gruiſen*, quod Germanorum nonnulli *grüſen* dicunt, nos *kroſſa*. Galli *ecraſer*, & Gothi exteri *krotan*. LUC. 20: 18. *Hvazuh ſaei driuſith ana thana ſtain, gakrotuda*: omnis, qui ceciderit ſuper illum lapidem, conquaſſabitur. Congeneris originis idem Vir eruditus putat Latinorum *ſcrutum*, Græcorum γρῦ, γρύτη: de quibus conf. VOSSII *Etymologicon*. Ab eodem fonte proveniunt haud dubie Germ. *gruſche*, furfur. A. S. *grætta*, et Ital. *cruſca*, id Conf. infra *gryt*, quæque dicentur, ad voces *kras* & *kroſſa*.

GRY, de die dicitur, quàm primum illuceſcere incipit, aut, ut APULEJI verbis loquar, quum dies primum inalbeſcit. CHRON. RHYTHM. p. 129.

Swa ſom dagen tog til at gry,
Tha gik BRUNKE *i then by*:
Simul ac illuceſcere coepit,
BRUNCO urbem ingreſſus eſt.

Saxones ſimiliter dicunt: *De dag beginnet to grauen*, teſte IDIOTICO HAMBURGENSI, *p. 80*. Ut color albus diei, & niger nocti proprius cenſetur; ita qui intermedius eſt, crepuſculo convenit; & hinc a *grå* forte *gry* nomen oriri potuit, perinde ac prima lux ſimilem ob rationem Gallice *entre chien & loup* dici a multis creditur, ut indicetur color albicans, qualis fere luporum eſſe ſolet. Gr. λυκόφως, ut docet FESTUS.

GRYNING, primum mane, diluculum. MATTH. 28.

GRYMM, horridus. Iſl. *grommur*. A. S. *grom grim*, *grimme*. Al. *grim*, *crim*. Angl. *grim*. Germ. *grimmig*. Neſcio, an ſubſcribendum ſit WACHTERO, qui hac voce proprie coeli inclementiam indicari putat, atque adeo derivandam a κρύμος, frigus. In Lingua Britannica *grym* vim, vigorem denotat, quod ſi huc trahatur, ratio ejus erit, quod nil æque terreat ac ira, quando ſine quibus non eſt. In Hiſpanorum Lingua *grima* hororem notat. VERELIUS ab hac noſtra voce Gall. *grimaçe* & Ital. *grimazzo* orta putat, quippe quibus ejusmodi oris contorſio indicatur, qua aliis metum incutere volumus. Quod in Lingua Iſl. *grima* notet perſonam vel larvam, antea obſervavimus. Conf. *gram*, iracundus. A. S. *gram*, furioſus.

GRYN, lens, far leviter comminutum. Ortum credi poterit ab A. S. *grindan*, comminuere. Angl. *grind*. Si vero *d* demtum negotium cuipiam faceſſiverit, recurrere poterit ad Lat. *granum*, Gall. *grain*, quæ voces ſpeciatim de frugibus uſurpari ſolent, quarumque originem PEZRONIUS, in *Originibus Celticis*, *p. 345*. refert ad Cambricum *grawn*, *greun*, id. In eadem lingua *gro* & *graian* glaream notat.

GRYMTA vel GRYNTA, grunnire. Dicitur in proverbio: *grymtar ſå gris, ſom gammalt ſwin*, ſuum grunnitum imitantur porcelli. Gr. γρυλίζειν, A. S. *grunan*. Angl. *grunt*. Germ. *gruntzen*. Gall. *groigner*. Originem ſervare videntur dialecti Celticæ, in quibus *groin* denotat roſtrum ſuillum (pro quo nos, *g* in *t* mutato, *tryne* dicimus) Iſl. *grön*, id. PROV. 11. *Swijn þat er beſur gullring a grönum*, ſus, quæ aureum annulum in roſtro habet. AngloSaxonice *grimetan* notat fremitum edere.

GRYT, lapis. Ant. *griut*. UPL. L. *Manh. B. c. 13. wari kunnan ſegh vndi griuth*: uxor rea eſto lapidum. i. e. lapidationis. Speciatim vero notat lapidem arenoſum, ex quo molares fieri ſolent. *Hiſt.* ALEX. M.

Bärg eller ſten plägom wi eij bryta,
Eij kalk ok ånga banda gryta:
Nos non diffringimus petras aut ſaxa,
Non calcem nec cujuscunque generis lapides.

C. B. *grut*, lapis arenoſus. Eſt hinc, quod Galli *gres* appellent lapidem, ad

pavimenta

Digitized by Google

pavimenta aptatum, unde Anglice gradus ſcalarum *greeces* audiunt. C. B. *gris.*

II. Quum lapides molares, quorum materia comminuendis frugibus aptior eſt, dicatur *wara af godt gryt*: metaphora inde deſumi ſolet ad indicandam cujusvis rei indolem & ingenium. *I honom är ej godt gryt*, in illo nil bonæ frugis eſt. Fecere hinc majores noſtri *grötter*, indole præditus. Chron. Rhythm. p. 119.

Man war aldrig ſå illa grötter,
At hans hjerta motte ej lee:
Nemo de adeo turpi luto fictus erat,
Quin præcordia ejus lætarentur.

III. Notat lapidem quemcunque, unde *griotweggar* apud Iſlandos dicuntur muri lapidei, *griothrid*, quando in pugna navali lapidum jactu dimicatur. Ab hoc ſignificatu eſt, quod innumera in Suecia habeamus nomina pagorum *Gryta* appellatorum, ut prope Upſaliam & alibi locorum. Quod ad familiam vocis attinet, cognatione attingere videtur Latinorum *rudus*, *raudus*, quo nomine veteres ſaxum appellaſſe, obſervat Festus. Conf. Livii *Hiſt. Rom. Lib. 26. 11.* ubi milites Hannibalis dicuntur *rudera* conjeciſſe (hoc eſt lapides) in locum deſtructi templi. *G* heic præfixum idiotiſmum ſapit, L. Scythicæ ſolennem. Alemannos lapidem *groz*, aut tale quid appellaſſe, ingenioſe conjicit Wachterus ex nomine *margarita* Germanico, *merigrozza*, vel *merigriez*: quorum hoc in *Gloſſis Florentinis*, illud in *Harmonia* Tatiani *c. 39: 8.* occurrit, & proprie lapidem marinum denotat, AngloSaxonice *meregrota*. Plinius, *in Hiſt. Nat. Lib. 9*: *35* barbarum *margaritarum* nomen eſſe, tradit, unde conjecturæ plus quam probabili concludit modo laudatus Wachterus, *margarita* nil aliud eſſe, quam Alemannicum hoc *merigriez*.

GRYTA, Iſl. lapidibus obruere, quod genus ſupplicii erat.

GRYTA, olla. Sunt, qui Græcum χύτρα, transpoſitis literis, in Boream tranſiiſſe, putent. Mihi veriſimilius videtur, quum veteres alia fercula non coquerent, quam pultem, quod de pultiphagis Majoribus ſuis etiam tradit Plinius, *Hiſt. Nat. Lib. 8: 8.* a *grôt*, *gryta* promanaſſe. Saxones ollam *grapen* appellant, a *graupe*, ſimili denominationis ratione.

JÄTTEGRYTA dicuntur foramina ingentia in petris, in modum ollæ excavata, in quibus ante inventa molendina, fruges tundebantur. Romanorum fruges antiquiſſimis temporibus etiam in pila contrita fuiſſe, docent Rei Romanæ Scriptores. v. Rosini *Antiquit. p. 79.* Vulgus noſtrum putat, gigantes ibi cibos confeciſſe, unde nomen natum eſt.

GUBBE, ſenex. Schefferus, in *Upſalia Antiqua*, p. 120. in conceſſis haberi vult, hoc vocabulum aliunde oriri non potuiſſe, quam a *go* vel *god*, bonus, & ἄππα, quod ἐπίφθεγμα τιμητικὸν erat, ſeu appellatio honorifica, qua juvenes ſeniorem ſalutaverunt, perinde ac ἄττα, referente Suida, & Auctore *Etymologici magni*. Alii, quo inclinare etiam videtur Spegelius, in *Gloſſario*, vetulos ita dictos putant a *gibbo*, Ital. *gobbo*, unde L. B. *gubba*, id. quum ſolenne ſit, ut ſub annorum pondere fetiſcat & incurvetur dorſum: idem vero Præſul, in *Addendis*, plures conjecturas adfert, ut a גבור, fortis, a *guberno*, & id genus alias. Ego cur omnia hæc repudiem, ratio eſt, quod *gubbe* & *gumma*, vetula, omnino unius ejusdemque ſtipitis ſurculos habendos cenſeam, ita ut a *gumme*, quod olim virum in genere denotavit, temporis lapſu factum fuerit *gumbe* & *gubbe*, pari modo ac a *ſtufwa*, amputare, derivata videmus *ſtum*, *ſtump*, *ſtubb* & *ſtubbe*. Non itaque diſpicienda eſt etymologia vocis *gubbe*, niſi mediate & ſub antiquiore ejus forma *gumme*, quod, pro viciſſitudine literarum *g* & *b*, nil differt a Lat. *homo*, ut ſuo loco dicetur. Iſlandice *gubbe* notat contentionem, rixam. v. Prov. *18. Varer daarans komma i gubbe*, labia ſtulti in contentionem ducunt.

II. Vox illa applicatur rebus in ſuo genere grandiuſculis: ita fraga majora dicimus *jordgubbe*, nubes denſiores Uplandi appellant *molngubbar*.

GODGUBBEN, Iupiter tonitruans: *godgubben åker*, tonat, proprie Thorus currum agit. Superſtitio veterum nil, cui omen ineſſe potuit, ſuo nomine appellare voluit, verita, ne imprudens lingua offenderet, & hinc ejusmodi euphemiſmo utendum pro ſua ſimplicitate cenſuit.

GUD, Deus. Ulphilas, qui ſemper fere, neſcio, an ad imitationem Iudæorum,

rum,

Digitized by Google

rum, nomen Dei ἀνεκφώνητον nunquam plene ſcribentium, aliorumque Chriſtiani nominis populorum, Deum notis pariter exprimentium, abbreviatura utitur ΓΦ, et hoc non exſcriptori Codicis Argentei aſſignandum, ſed conſtantem fuiſſe gentis conſuetudinem, exinde judico, quod in exemplo manuſcripto Bibliothecæ Guelferbytanæ, quod continet *Epiſtolam* PAULI ad Romanos, Gothice verſam, ſimile ſcriptionis compendium comparet. In plurium vero numero, hoc eſt, ubi de falſis diis ſermo eſt, *guda* occurrit, quod neutrius generis eſſe docuimus in *Indice* ad FRAGMENTA ULPHILANA: qua occaſione notavimus, parallelismum cum Lingua Iſlandica, in qua id ſingulare eſt, quod Deum verum *Gud* nuncupet, *god* vero deaſtrum, & hoc perinde ac Moeſogothi neutrius generis faciat, ita ut *gud*, *gudenn* dicant de vero Deo, & *god*, *godit* de Idolo. KNYTL. S. *p. 248. Han bad boggua nider godit*, juſſit idolum concidendum. *Hiſtoria* OL. TRYGGV. *P. II. p. 160.* in narratione colloquii, quod cum SIGRIDA, Regina Su. Rex ille habuit, quodque non elegantisſime diremtum fuit, hæc habet: *þu gudlaſter, enn kallar god binn bædſta gud*, blasphemas, idolum appellans ſummum Deum, & ſic ſæpe alias. In WILKINA S. *p. 445.* ſcribitur *gaud. Rærdi ſin gaud*, movit numen ſuum. ERIKSEN, in Tr. de *Nominibus propriis Danorum*, p. 18. hinc factum putat, ut, qui antea *Godmundr*, *Godbrandur* appellabantur, unius literulæ immutatione *Gudmundr* & *Gudbrandr*, poſt accepta Chriſtianismi Sacra, dicti fuerint. Conſentiunt fere ceteræ dialecti Gothicæ: A. S. *God.* Al. *Got*, *Cot*, Perſ. *Choda*, vel *Chuda*. Angl. *God*. Germ. *Gott*. Quod a bonitate optimum Numen ita appelletur, evidentius eſt, quam ut demonſtratione indigeat: id quippe norunt omnes, qui in veteribus Linguis penitus hoſpites non ſunt, eodem in omnibus nomine Deum bonumque appellari. Quod dum dico, mihi temperare non potero, quin Lectoris judicio ſubmittam, annon veriſimile videri poſſit, Græcum Θεὸς Latinorumque *Deus* a ſimili fonte promanaſſe. Omnino enim ineptum eſſe, quivis facile videt, Dei appellationem arceſſere vel a θεάω, video, vel a θέω, curro, vel denique a θῶ, diſpono, utpote quæ etymologiæ tales ſunt, ut nil aliud doceant, quam Helladis circa verum etymon ignorantiam, ideam vero ſummi cujusdam Numinis minime offerant. Ego vero non dubito, quin, uti dixi, Θεὸς vi ſua bonum denotet, & licet ex domeſtica penu id probare nequeam; nihilominus, quum ex Scythia Græci omnem pæne doctrinam Theologicam hauſerint; ita probabile videri poterit, hunc terminum, tanquam technicum, ipſam ſcientiam fuiſſe ſecutam. In Lingua vero Moeſogothica bonus duabus vocibus exprimitur, quarum prior eſt *gods*, a quo divini nominis rationem jam petivimus, alterum vero eſt *thiuths* vel *thiutheigs*. LUC. *1: 35. Thiuthe gaſothida gredagans*, bonis ſatiavit eſurientes, a quo orta habemus *thiuthtaujan*, benefacere, *thiuthſpillon*, euangelizare, *thiuthjan*, benedicere. Ex hoc, inquam, *thiuths*, pro varia mutatione literarum cognatarum, Græci Latinique fecere θεὸς Ζεὺς, Δὶς δῖος, *deus*, *dius*, &c. quæ omnia ἄριστον vel optimum ſua natura denotant. Vir eruditiſſimus, GERH. J. VOSSIUS, nomen Dei Germanicum ab Ægyptio nomine Mercurii *Thoyt*, quod alias *Teuth*, *Thot*, *Theutates* ſcribitur, derivat, ſed non immediate tamen, verum ita, ut *th* prius in *w* vel *g* mutatum *Wodanum* aut *Godanum* effecerit. Verum obſervandum eſt, nomen *Gud* ODINI ævo omnino antiquius eſſe, & deinde literæ *th* in *g* mutationem forte exemplo carere.

II. *Gudi*, adjectivis adverbiisque additum, ſignificationem intendit. Sic *Gudi nog* eſt oppido ſatis. LAUR. PETRI *Poſt. Then ſom aktar allenaſt fliteligen på ſin kallelſe, han ſkal få Gudi nog:* qui tantum vocationi ſuæ diligenter invigilat, ſatis habebit ſuperque. Par ratio mihi eſſe videtur in formula antiqua ſalutandi, *Gudi wälkommen*: hoc eſt, valde gratus advenis. OLOF TRYGGV. S. Edit. Skalh. Part. II. *p. 197. Kongur taladi, Gudi welkommin frändi:* Rex dicit, gratiſſimus venis. CHRON. RHYTHM. p. 147.

I åren Gudi wälkommen här:
Adventu veſtro admodum lætamur.

Inderdum addebatur *Gudi welkommen och oſs.* l. c. p. 125.

I åren

Digitized by Google

I åren Gudi wälkommen och bonom:
Dis hominibusque grati adventatis.

Video, veteres Alemannos eadem formula uſos fuiſſe. *Rhythm.* de *Exped.* Caroli M. *Hiſpanica, Sect. X.*

Der hies in je ſa zu hant
Got willechomen ſein:
Tum ſtatim eum
Oppido ſalvere juſſit.

GUDFADER, patrimus. A. S. *godfæther*, quaſi pater ſpiritualis, ob cognationem, quæ iniri credebatur olim inter patrem & filium luſtricum. Uſurpatur de altero ſexu *gudmoder*, quemadmodum illi, quos ex ſacro lavacro ſuſcipimus, dicuntur *gudſon*, *guddoter*.

GUDSIFJA, cognatio ſpiritualis: *veita gudſifjær*, cognationem ſpiritualem inire. Kntl. S. p. 1. hinc *gudſifjalag*, jus cognationis ſpiritualis, vi cujus idem jus erat inter infantem, a baptiſmo ſuſceptum & patrimum, ac inter filium patremque naturalem. Chron. Rhythm. *p. 88.*

Iag weet wäl, at the ſkildes ey ath
För oſämja eller onda lath.
The bade thes gärna hafft fördrag,
The ſkildes ath for Gudzſöfwa lag:
Scio, illos ſeparatos fuiſſe
Non ob aliquod friguſculum,
Ambo hoc lubentes evitaſſent,
Sed obſtitit jus affinitatis ſpiritualis

v. infra in *ſif*.

GUDSPENNING pecunia eſt, quæ Latine *Senarius Dei* nuncupabatur, quæque arrhæ loco in emtionibus data, non in uſus venditoris, ſed in pauperum ſuſtentationem ceſſit. A. S. *godgyld* apud Bensonium. Gall. *denier de Dieu.* v. Du Fresne. in *Denarius Dei* Germ. *Heil. geiſtes pfenning*, idque ex ea ratione, quod ptochotrophia fere domus Spiritus S. nuncuparentur. Alias *Gottes geld.* Ital. *danaio di Dio.* v. Menagii *Modos loqvendi Ital.* p. 20. Faciunt hujus arrhæ mentionem Leges noſtræ. v. Ius Birc. *c.* 6: 4. cui addo Laurentii Petri *Dialogum* de *Miſſa*, cujus verba, p. 58. hæc ſunt: *Sacramentet är oſs gifwit likawis ſom en Gudspenning, eller, ſom wi nu ſeije, en feſtepenning til ſämjo och kerlek:* Sacramentum nobis datum eſt in arrham pacis & amoris mutui. Solebant veteres, emtiones venditiones que evacuatis poculis confirmare, uti infra ad v. *lid* pluribus dicitur. Norlandi noſtri hæc repotia hodieque *gösminne* nuncupant, i. e. *Guds minne.* v. Dialect Lexicon. p. 65.

GUDWEF, textura ſerica vel byſſina. Heims Kr. *Tom. I. Oc tignar hana duni oc a Gudveſi*, & honorat eam plumeis culcitis & byſſo. Reperitur vox illa in omnibus antiquioribus dialectis Gothicis. A. S. *godwebbe.* Al. *guotouuebbe*, *cotauuebbe.* Vide Palthenium, Virum doctiſſimum, qui in *Notis* ad Tatianum, *p.* 394. hanc vocem Auctori huic cap. 200 reſtituit, ubi tunica Chriſti purpurea nominatur. De origine autem hujus vocabuli, aut rectius de prima ejus parte (de poſteriore enim convenit, quod *veſ*, *vebbe* texturam denotet) ambigi, video. Alii enim a *Gud*, Deus, quod in compoſitione rei excellentiam indicare, nuper monuimus, illius rationem petendam volunt, cui ſententiæ modo laudatus Palthenius patrocinari videtur, atque hanc ſententiam inde firmari, credit, quod hoc *cotauuebbe* ſcribatur, adeoqve ortum prodat a *Cot*, Deus, non a *cuat* bonus, qua ratione hæc duo apud Keronem inter ſe diſtingui ſolent. Alii a *god*, bonus, pretioſum hoc panni genus appellatum putant, uti recentior Græcia ἀληθινὸν purpuram appellare conſuevit. Sed quamvis in rerum nominibus non ſemper omnia, quæ rei natura requirere videatur, invenire liceat; neſcio tamen, qui neutra conjectura mihi placuerit. Suſpicatus aliquando fui, a plaga Orientali & forte terra Iudæa, unde veſtes veterum pretioſæ fere petebantur, ſive ibi textæ, ſive per has oras transvectæ, nominis fontem quærendum, in eundem modum, quo Latino Barbari pannum ſericum *gazzatum* ab urbe *Gaza*, appellare ſolent, et tota Europa ab urbe Damaſco aliud telæ pretioſæ genus. Obſervatione nec indignum cenſeri debet, in Lingua Hiſpanica ſericum *algodon* appellari, & in Sclavonica *jedwab*, quod ad noſtrum propius accedit. Fieri itaque facile poteſt, ut vocis peregrino vel loco vel ſermoni acceptæ referendæ natales noſtræ domi fruſtra quæramus. Apud Latinos *paragauda* erat panni pretioſioris genus, quod apud Hesychium dicitur παραγώδα, ſed quouſque id cognatione noſtrum attingat, in dubio eſt & erit.

GUL, vel *gol*, flavus. Iſl. *gulur.* A. S. *gealuwe. geleve.* Al. *gelo.* It. *giallo.* Hiſp. *jalde*, Germ. *gelb.* Gall. *jaune*, ant. *jaulne.* Lat. *gilvus*, *galbus*, *galbeus.*

v. Scho

Digitized by Google

v. Scholiasten ad Iuvenalis *Sat.* 2. 97. Nominis rationem petit Martinius in Græco γελεῖν, ſplendere, Iunius vero in A. S. *geal*, ſel, cujus colorem flavum eſſe, novimus. Quicquid ejus ſit, antiquam vocem eſſe, videmus, & omnibus fere linguis Europæis communem. Quum antiqui Gallos Græce ξανθὸς, & Latine *Flavos* appellare conſueverint, fieri potuit, ut denominationis occaſionem ſumſerint ab hujus vocabuli ſono aſſimili, etiamſi me non fugiat, a capillorum colore alias hoc derivari, quo ſenſu Claudianus:

Agmina quin etiam flavis objecta Sicambris. Notatu digna ſunt verba Rogeri Hoveden, *p. 650.* ubi commemorat, Conſtantinopoli in porta aurea hæc ſcripta fuiſſe verba. *Quando veniet Rex flavus occidentalis, tunc ego per me ipſum aperiar, & tunc Latini imperabunt, & dominabuntur Conſtantinopoli.* v. Du Fresne *Gloſſ.* Gr. in v. ξανθὸς.

GOLBEN, novitius, qui primum aliquo venit, a quo fere exigebatur, ut poculo lætitiæ exciperet ſuos tribules aut itineris ſocios, quod erat *giſwa golbens kanna.* Galli ejusmodi initiandum *bec jaune* appellarunt, quod primario ſignificatu notat pullum avium, qui nidum nuper reliquit, & adhuc roſtrum flavens habet. Veteres Germani verbum ex verbo transferentes *gelbſchnabel* dixere. Noſtrates neſcio utrum *c* in *n* commutaverint, an vero *ben* liberior pronuntiatio ſit Gallici *bean*, L. B. *bejanus* vel *beanus*, quod nomen erat ſtudioſorum neophytorum. Angli ſimili metaphora illos *bill-bwite* appellant, a *bill*, roſtrum, & *bwite*, albus. Conf. Du Fresne, in v. *pedepulveroſus.* Dani & Scanienſes ejusmodi repotia *bôns* nuncupant, & *bônſa*, convivium dare ſociis adultioribus. v. Acta Havn. Part. v. p. 170. de cujus etymo erudite, ut ſolet, diſſerit Grammius, lectoris optioni relinquens, utrum derivare velit a. C. B. *bonſel*, ſtrena, an vero ab *banſa*, quod erat tributi genus, ad telonia pendendi, nec non foedus, unde Germ. *banſelen*, Collegio vel ſocietati cuipiam initiare. v. Wachteri *Gloſſ. Germ. p. 662.* Gall. *banſer*, aſſociare aliquem privilegiis cujuspiam Collegii, unde *marchand banſé* eſt mercator privilegiatus.

GULSOT, icterus.

GULL, aurum. Ulph. *gulths*, quod extat in *figgragulths*, annulus, Luc. 15: 22. A. S. *gold.* Al. *gold*, *colt.* Precop. *goltz.* Iſl. *gull.* Germ. *golt.* Angl. *gold.* Ut pretioſiſſimum hoc metallum ſemper diſſenſionum materia & fomes fuit, ita nec de origine nominis inter eruditos convenit. Ol. Rudbeckius, *Filius*, in *Theſ. Harmonico*, qui, manu exaratus, in Bibliotheca Upſalienſi ſervatur, derivandum credit vel a סגלה, peculium, vel a כל, totus, quum in hoc omnia ſua ponant avidi mortales. Helwigius & Wachterus Græcæ origini favent, deducentes, ille ab αἴγλη, ſplendor, hic a γελεῖν, fulgere, ſed id ita tamen, ut poſterior nec abnuat, ſi quis *gold* credere velit compoſitum a *gel*, fulvus, & *od*, ſubſtantia. Et ut verum fatear, nunquam ego Auctor fuero, ut peregre quæratur, quod domi & ſub manibus eſt. Dare itaque libenter volo, a colore fulvo aurum nuncupatum fuiſſe, ſed ita tamen, ut *d*, quod habent pleræque dialecti, pro terminatione potius, quam parte vocis habeam. In L. Britannica *goleu* lucem, lumen denotat, & *golud*, divitias, quod ab initio ipſum auri nomen fuiſſe, ſuſpicatur Wachterus, cujus obſervationibus id tantum addo, ſi aurum a ſplendore appellatum ſtatuatur, rationem facile inveniri, cur gemmæ ab Alemannis *goltſteine* nuncupentur, hoc eſt lapides micantes. v. Rhythm. de S. Annone, §. 24. Licet aurum Majoribus noſtris Dii propitii negarint, irati tamen poſtea non parca manu dedere; unde ſæpe animadvertimus, ingentem illius vim in Hiſtoriis commemorari, & hodieque e terræ cavernis erui fruſta ejusmodi ſupellectilis aureæ, quæ magnam illius copiam olim extitiſſe, indicant, ex. g. Phaleras ingentes equorum, torques & plurima alia, quorum uſus latet. Unde ſuas has divitias acceperint veteres, incertum eſſe nequit, quum in vulgus conſtet, quanta in laude poſitum olim fuerit, piraticam exercere, & ita una cum ceteris tropæis quam maximos theſauros domum referre. Quæ ratio auri ad argentum fuerit, dici quidem nequit, pro illa, quæ fuit, pretiorum, viciſſitudine. Ceterum tempore latæ Legis WestroGothicæ octupla erat, ita ut 2 *ôre guld*, i. e. duæ oræ aureæ, æquivaluerint *twær marker wagnær*, vel duabus marcis argenti ponderati. v. Lundii *Notæ* ad Legg. Upl.

Digitized by Google

Upl. p. 156. & Ol. Petri *Chron.* qui marcam auri valuiſſe ait 72 florenos. (*gulden*) In Anglia olim, ut apud veteres Romanos, decupla fuit. v. Hickesii *Diſſ. Epiſtolaris*, p. 109. Carius vero æſtimabatur in Gallia, ubi ſingulæ marcæ auri duodenas argenti efficiebant. v. Du Fresne, in v. *Moneta*, *p. m. 903.* Præterire non debeo, proverbium apud nos eſſe, de homine fido, quod ei vel aurum commolitum credere poſſis: *om thet och were malet guld*, quod indicare videtur, veteribus in more poſitum fuiſſe, auri limatura uti. Et narrat quoque Saxo Grammaticus, in Vita Frothonis, *p.* 27. hunc Regem confuſis auri fragminibus cibos reſpergere ſolitum fuiſſe: ad quem locum conferri velim St. J. Stephanium, p. 7. ſeq.

GYLLEN, aureus, quod ex auro factum eſt, nec non quod bonitate nobile hoc metallum æmulatur. *Gyllende tid*, ætas aurea. In Chron. Rhythm. *p. 530.* annus jubilæi vocatur *gyllene aar.* Speciatim notat aureum nummum, Germ. *gulden* dictum, qui, etiam materia mutata, nomen retinuit, ita tamen, ut additum dein fere fuerit *guldgyllen*, ubi ex auro erat. Pretium ejus variavit. Tempore Gustavi I. valuit 12. oras. v. Stiernmans *Oecon. Förord. Tom. I. p. 6.* cui adde Conſtitutiones ſubſequentes, p. 103. & 200. &c.

GULLFÆST, qui annulo pronubo ſponſalia ſua firmavit. SkåneL. *p. 10.* Scilicet vocatur annulus *fingergull*, uti ſuo loco obſervavimus.

GULLSMED, aurifaber.

GUMMA, vetula, matrona. Olim communis generis vox erat, vel potius *gumme* virum & *gumma* feminam denotavit. In Codice Argenteo *gumein* ponitur pro maſculo. Marc. *10: 6.* *gumein jah quinein gatavida goth:* marem & feminam fecit Deus. *guma kunds*, qui generis virilis eſt, maſculus. Luc. 2*: 23.* In Eddæ Synonymis *Gumme* & *Gumne* tanquam titulus, Ducibus proprius, adfertur. *Gumnar ok gumar heita folkſtiorar, ſem gumi heitir i brudſar; Gumnar* & *Gumar* dicuntur populi Duces, uti iam *gumi* dicitur in nuptiis. AngloSaxonice *guma* in genere virum, hominem notat: Alemannice *comman* vel *gomman*, id. *gomanheit*, humanitas, apud Otfridum. *Lib. I.* xxvii: 16. apud quem eundem *gimma* occurrit pro muliere. Lib. I. Cap. V: 40. Fenn. *cummi*, compater. Uſus voluit, ut in noſtra L. hoc nomen de maſculino genere uſurparetur in ſola voce *brudgumme*, ſponſus, qui Anglice minus recte, inſerta litera *r*, *bridegroome* nuncupatur: de cetero feminis proprius eſt, & quidem natu majoribus. Quod ad ſcaturiginem vocis attinet, non mihi placent, qui vel a γάμος, nuptiæ, (conf. Suidæ γήμας, quod explicatur, qui duxit uxorem) eam profectam eſſe, credunt, quum evidens ſit, reſtrictiorem eſſe hunc ſignificatum, quam ut priſcæ loquelæ genio reſpondeat. Spegelius *gumme* a *kiemen*, germinare, deducit: verum enim vero, ſi quid ego judico, juvenili flori quam fatiſcenti ſenectæ tum nomen hoc aptius foret. Mihi nunquam dubium fuit, Alemannicum *gomman* nil aliud eſſe, quam veterum Latinorum *homon*, quod recentius Latium in *homo* commutavit. Converſio aſpirationis in literam *g* turbare neminem debet, quum in noſtra L. frequentiſſima exempla habeat, & auctoritate Ulphilæ confirmetur, apud quem *hiuma* collective ponitur pro virorum multitudine. Luc. *5: 15. garunnun hiumans managai*, conveniebant turbæ multæ. Alterum illud, quod Edda habet, *gumne* vel *gunne* diverſæ originis fuit, ortum ſcilicet a *gun*, pugna, unde Al. *gunfana*, vexillum militare. A. S. *guthfana.*

GUMP, nates, clunes. Iſl. *gumpr. 1.* Sam. *6. þeſſo ker ſkulu ſwa at mynd wera, ſem ydar gumpar:* & hæc vaſa formam habebunt natium. Alemanni *goffe* dicunt & *coffe*. v. Rhythm. de *Bello Saracen. v* 2567.

Ja warf in ther ethele wigant
Them roſſe uber thie goffen.
Et projecit eum nobilis athleta
Supra clunes equi.

Confer. ib. v. 3536 *Notasque* Schertzii ad locum priorem. Non autem audiendus eſt Schilterus, qui in *Gloſſario goffe* interpretatur tegumentum capitis. Subjungere lubet, ab hac voce Ol. Rudbeckium, *Filium*, deducere Latinorum *cubo*, *cumbo* cum derivatis: nec non Ulphilanum *anakumbjan* & Gr. ἀκουμβίζειν. v. Suidas, in voce ἑστιᾶν: & vidi ſane hujus Viri eruditi conjecturas alias, quæ mihi audaciores viſæ ſunt. Latini, dum hanc corporis partem *clunes* appellant, ſuccurrit, eun-

Digitized by Google

eandem vocem apud Iſlandos extare, pro illorum loquendi modo *blaun*,& in plurali *blauner* pronuntiatam, *e* nempe in *b* commutato, quo idiotiſmo nil in tota lingua frequentius eſt. Norunt vero Boreales ſuæ vocis originem, a *blauna*, occultare, Sueth. *löna*, quam perdidere penitus Romani.

GUMPA, curſitare, nates jactando: Obſervat JUNIUS, in *Etymol. Angl.* veteribus Belgis in uſu fuiſſe *gumpen*, & alicubi Germanos hoc ſenſu dicere *jumpen*. Angl. *jump*.

GUMRIK, hordei tetraſtichi genus, diverſum ab illo, quod veteres cantherinum vel hexaſtichon nominavere, nobis *groſkorn*, *ſexradigt korn* dictum. Quum alia ſpecies hordei fuerit, quam γυμνόκριθον appellare moris fuit, crediди aliquando, confundi heic potuiſſe ſpecies. Sed præſtat, accedere H. SPEGELIO, qui in *Gloſſario* ſuo, *p. 163. gum* derivat ab Alemannico *gimen* vel *kimen*, quod germinare notat, unde *kym*, germen, quum bonæ frugis multum huic hordeo inſit. v. JUNII *Gloſſ. Ulph. p. 220.* & WACHTERUS, in *kiemen*.

GUMSE, aries. Vox Septentrioni noſtro propria. Scio equidem, in alia omnia abire WACHTERUM, qui in *Gloſſ. p. 557.* eandem apud plures invenit. Credit quippe Vir ille ingenioſiſſimus, ſub paullum diverſa ſpecie eandem eſſe, quam habent Germani *gems*, quo nomine rupicapram appellant, nec diverſum eſſe Italicum *camuzza* & Græcum κέμας, licet hoc cervum vel hinnulum cervæ, id rupicapram ſignificet. Specie hæc non carere, ultro fatebitur, qui modo cogitaverit, quam ſæpe fiat, ut animalium inter ſe nomina varie permiſceantur. Si in re manifeſta exemplis opus foret, afferre poſſem *pæræd*, quod apud Hebræos onagrum, apud Germanos equum, apud Latinos animal in ſilvis, maculis notabile, *pardum* loquor. *Stut* quod apud nos taurum, apud Germanos equam: *walp*, quod noſtræ domi catulum, alibi vulpem, alibi lupum ſignificat. Sic etiam *bos* præter animal, quod in ſtabulis nutrimus, etiam aliquando elephantum notavit. v. plura id genus apud cit. WACHTERUM, *p. 94.* STADENIUS, *in Explic. Voc. Bibl. p.* 724. a nuper examinato *gumme* vocem noſtram derivat. Meminimus, apud VIRGILIUM caprum appellari virum gregis, & arietes apud eundem ovium maritos dici. Sed quod ad priorem etymologiam attinet, obſervandum eſt, *ſe* in *gumſe* radicem vocis non afficere, ſed meram eſſe terminationem, id quod colligo ex cognato *gymmer* vel *gimmer*, quod bidentem vel oviculam denotat, quæ ſemel peperit: quam vocem huic cognatam eſſe, nemo, rei etymologicæ regulis imbutus, negaverit. Quod ad poſterius attinet non ſane abhorret a ſermonis noſtri uſu: ſimili enim metaphora taurum initorem appellat vulgus *kobonden*, hoc eſt vaccarum maritum.

GUNGA, oſcillari, motitari. Si quid video, frequentativum eſt verbi ſimplicis *gå*, ire, quod etiam *gånga* dicimus. Ulph. *gaggan*. *Gengeln* apud Germanos uſurpari de parvulis, qui nondum pedibus uti ſciunt, me docet WACHTERUS, a qua eadem ratione eſt, quod hominem incertis paſſibus euntem & fluctuantem *gænglig* appellemus.

GUNGFLY, palus, in primis in qua ſubjacens aqua ſolum mobile reddit & quaſi pendulum. Iſl. *gunge*, *gunck.* Ab hac voce GUDM. ANDREÆ nomen territorii Scanienſis *Gyngebærad* deducit. *Lex. Iſl. p. 100.*

GUNST, gratia, favor. v. infra in *gynna*.

GURKA, cucumis. Germ. *kurke*. WACHTERUS, quia in L. Cambrica *cwrcca* curvum denotat, fructum hunc a curvatura nomen accepiſſe, arbitratur. Alii a *cucurbitæ* negligentiore pronuntiatione *gurka* evaſiſſe, credunt. Rem forte acu tangunt, qui a Lat. *anguria*, quod erat cucumis ſativi genus, per aphæreſin & modicam aliam variationem credunt noſtram vocem emerſiſſe, niſi forte vox hæc Sclavonici ortus fuerit: nam video, Polonos fructum hunc *ogorck* appellare.

GUSTAF, nomen proprium, Sueciæ propitium, & quod ante Septentrioni immortale decus, nunc in Principe noſtro Hereditario, GUSTAVO, certum felicitatis omen adfert. Ultimæ antiquitatis illud erit, ſi vel CONRINGIUM audimus, qui MANNI tertium filium ISTAF, a quo ISTÆVONES, auctore TACITO, de *Moribus Germ. c.* 2. nomen accepere, primum fuiſſe, perhibet, qui ita appellatus fuerit, poſteris ab *Iſtaf Guſtaf* formantibus: vel etiam HUMPHR. PRIDEAUX, qui arbitratur

Digitized by Google

tratur, GUSTAF idem nominis eſſe ac Perſarum HYSTASPES, quod illi *Guſthtaſph* pronuntiaverint. Sed ego vix credidero, quemquam apud nos aut alibi, ante Chriſtianiſmi tempora, GUSTAVI nomine appellatum fuiſſe: unde mihi in mentem venit, quum poſt introducta baptiſmi Sacra, raro nova Suiogothi procuderint nomina, nil aliud eſſe hoc *Goſtaf* vel *Guſtaf* quam Latinorum *Auguſtus*, quod, ut inter pronuntiandum facilius ſonaret, prima ſyllaba truncatum fuit, terminatione Latina etiam ad Suethiciſmi genium paullulum immutata. Qui novit, quantum ſibi indulgeat uſus in emolliendis mutandisve nominibus propriis, hoc, de quo agitur, clementer habitum dixerit, nec Poëtis invidebit ſuas alluſiones, ſumtas a *Gud*, Deus, vel *god*, bonus, & *ſtaf*, ſeipſo.

GYCKLARE, præſtigiator. Medii ævi ſcriptoribus Latinis dicitur *cauculator* vel *coclearius*, unde nos *gycklare* & *koklare* fecimus, Alemanni *caucalare*, *gougulare*, *guchelare*. Belg. *kokeler*, *guychelar*. Germ *gauckeler*. Gall. *jougleur*. Angl. *juggler*. Sclav. *kauklar*. Boh. *keyklar*. Pol. *kuglartz*. v. BERNARDI *Etym. Britan.* Itali hoc hominum genus *giocoliere* appellant, quod vocis etymon quærentem ducere videtur ad Lat. *jocus*, cujus inſtrumenta hi præſtigiatores ſunt: et ſane a ludendo Romæ *ludiones* appellabantur, apud nos *lekare* a ſimili cauſſa. SCHERTZIUS, in *Notis* ad OTFRIDUM, *Lib. IV*. c. XVI: 66. *cauculatores* dictos credit a *caucis*, hoc eſt, poculis. Gr. *καυκος*, calix, *καύκιον*, id. quos nempe inter prima artis ſuæ meditamenta præſtigiatores ita tractare ſolent, ut videntium oculos fallant. Patrocinatur huic conjecturæ L. Gallicæ genius, ubi ab eodem inſtrumento *joueurs de paſſe-paſſe* audiunt, quin immo SENECA jam *præſtigiatorum acetabula* commemorat. *Epiſt.* 47. Et horum utrumvis malo, quam præeuntem ſequi WACHTERUM, qui *gauckeler* derivat a vetere *gauch*, quod ſtultum denotavit, ſcilicet ſtultitia vera perſonatæ nomen commodante. Ab hoc *gycklare* dein factum novimus *gyckleri*, præſtigiæ, *gyckeldocka*, automaton, in formam pupæ fabricatum, & metaphorice puella, ineptiis dedita. Pro *Gycklare* Majores noſtros etiam *kocklare* uſurpaſſe, infra obſervabitur.

GYLLA, decipere. *Hiſtoria* ALEX. M.
Med tholikt ſkulu the ider gylla:
Talibus vos ludificabuntur.
Ab hac radice derivatum *förgylld* habet POSTILLA *vetus*. *Tha I ſkulin faſta, warin ekke bedröſſde, ſom andra förgyllta ſkalka*, quum jejunatis, ne ſitis mœſti & moroſi, ſicut alii deceptores nebulones. In deſuetudinem vox illa jam abiit, quod vero olim per univerſum orbem Septentrionalem uſu recepta fuerit, teſtantur Iſl. *giæla*, pellicere, ineſcare, cujus familiam ante attulimus, ſub v. *gäll*, & *gilder*, nec non *gylla*, decipere, unde *gylningar*, fraudes. *Fara med gylningar*, ſtrophas nectere. OLAV. TRYGGV. S. Part. I. Edit. Skalh. p. 132. Anglice *gull* eſt decipere, defraudare, quod MERICUS CASAUBONUS ingenti anfractu derivat a *γυλιὸς*, pera militaris. *Guile* etiam in eadem Lingua fraudem denotat, unde *beguile*, decipere, illi formarunt. Gall. *guiller*, id. *guille*, fraus, deceptio. v. ETYMOL. *Gallicum*. Non dubito, quin ejusdem proſapiæ vox ſit Angl. *wilie*, vafer, utpote cui *g*, quod Angli communiter præponunt, nondum acceſſit. Conſpirat Iſlandicum *viel*, fraus, *væla*, fallere, a quo vicinia fecit *felon*, deceptor, & L. B. *felonia*, fraus publica, ut alibi monebitur. EDV. BERNARD, in *Etymol. Britannico* docet, Perſas fraudem *gila*, *ghul* appellare, & HUETIO Auctore novimus, apud Arabes *ghilaton* idem notare. Coronidis loco addo, DIOMEDEN Lib. I. obſervare, *collare* in vetere Latio decipere notaſſe, atque hinc explicandum PLAUTUM, qui *Capt.* III: 1, 36. utitur phraſi *ſpes decollat*, i. e. fruſtratur; immo apud Græcos *κηλεῖν* eadem ſignificatione occurrere.

GYMMER, ovis, quæ non niſi ſemel peperit. v. *gimmer*.

GYNNA, favere. Germani dicunt *gönnen*, *gunnen*, qui tamen aliud non fecere, quam quod *ge* ſuum præfixerint antiquo Gothico *unna*, quod in præſenti habet *eg an*, faveo, cui concinit Mœſogothicum *anſt*, gratia. LUC. 2: 40. *anſtai audahafta*, gratia dives. ib. 1: 30. Alemannis *anſt* & *enſt* etiam in uſu fuere eodem ſenſu. Vide plura infra, in *unna*.

GUNST, gratia. Germ. id. Al. & Ulph. *anſt*. Præterea alia ejusdem commatis, ut *gunſtig*, benevolus, *gynnare*, fautor, &c.

Digitized by Google

GYTTJA, cœnum, proprie illud, quod poſt aquarum inundationem remanet. Haud dubie enim affinitatem habet cum A. S. *gyte*, inundatio. Al. *gus*. TATIANUS, c. 43: 1. *Nidarſteic regan inti qvamun guſu*, deſcendit pluvia, & venerunt inundationes. Radicem habemus *gjuta*, effundere, ſuo loco annotatam.

H. Littera in alphabeto SuioGothico aſpirans, & qua delectaban tur Majores, quippe qui eam ſæpe præpoſuere aliis conſonantibus, in primis vero *r*, *l* & *w*. Nos eam ante poſtremam hanc ſæpe retinemus, dum in ceteris eam repudiavimus. Immo eſt, ubi vulgus adhuc, antiqui moris retinens, illam inter pronuntiandum deſignet, uti dum *hwit*, *hwad*, *hwilken* fere more Anglico, hoc eſt duriore, pronuntiat. Inter literas Runicas ſeptima fuit, ſuamque familiam duxit, *hagels ått* dictam. Apud Dalekarlos ſæpe omittitur, ſed & verſa vice ſæpe ibi ponitur, ubi eam abeſſe jubent ceterarum provinciarum ſuffragia

HA, *haf*, *har*, & *haur* (GOTHL. L. *c. 26: 9.*) altus. Obſervat WACHTERUS, vocem hanc ſupereſſe in Germanico *ha ruffen*, alta voce clamare, cui affine eſt Iſlandicum *habreiſte*, clamor, tumultus: ſed nos non docuit, vetuſtiſſimis quibusvis dialectis eandem familiarem fuiſſe. Ulph. *hauhs*, unde *hafjan*, levare, *athafjan*, *ushafjan*, id. *hauheins* & *hauhitha*, gloria, *hauhjan*, glorificare, *hauhairtei*, ſuperbia *hahan*, *ushahan*, ſuſpendere. A. S. *heah*, *heag*, altus & *hean*, attollere, elevare. Alem. *houch*, unde ſequio, ætas *hoch* fecit, & nos eorum exemplo *hög*, quod, ſuo loco allatum, vide. Ex hac interim ſimpliciore vocis forma varia habemus locorum nomina et derivata, quæ, ignorato fonte, & ipſa obſcuriora manent, e. g. *hæfr*, ſuperbus, *hænga*, ſuſpendere, & haud pauca alia, quæ, in unum collecta, videre licet in *Gloſſario* STJERNHJELMII, *p. 80.* In eorum numero eſt etiam, quod ſequitur

HA, ſuprema pars lateris in nave, ſcalmus. Occurrit vox illa non raro in Codicibus Legum antiquarum. ÖSTG *L. B. B. c. 28. Gærs byr af by, liggr til ha oc hamnu*: ſi prædium novum, ex veteri ductum, certo remigio & portui deſcriptum ſit. ib. GIPT. *B. 16. Iafnfulla egn til ha oc hamnu*: æqualia prædia, & æqua remigii & portus onera. Hinc remiges dicuntur *haſæter*, quam vocem LEGI HELS. *Kon. B. 9.* reſtituit VERELIUS, in *Indice*. *Habende* eſt vinculum, quo ſcalmis alligantur remi, ut habet VERELIUS, l. c. Apud Iſlandos *homluband* dicitur ab *hamla*, impedire, quod ſpeciatim de remigio uſurpatur, notatque inhibere, vel navem remis retinere. Videmus, hac aſſumta etymologia, quæ ratio ſit illius ſignificatus, quem vox ea *habende* habet in HELS. *L. Wid. B. B. c. 6.* ubi notat impedimentum, quod pecoribus alligatur, ne in aliena arva tranſiliant.

HA vel *haf*, gramen, quod in agris & pratis, jam reſectis, renaſci ſolet. Docuit me hanc vocem GUDMUNDUS ANDREÆ, in *Lexico Iſl. p. 101.* quam vel ideo notandam duxi, quod verum fontem pandat vocis in LEGE GOTHLANDICA, *c. 25. 1.* occurrentis *hafall*, qua indicatur, tempus illud, quod inter foeniſecium & meſſem medium eſt, quodque Helſingi adhuc una cum aliarum Sueciæ partium incolis corrupte *hoſwill* & *hoghall* nuncupant, utpote quo amputata herba renaſcitur. v. Cl. *M.* SUEN ULLGRUND, *Diſſ.* de *Dialectis L. Suiog.* ſub meo præſidio habita. *Part. II. p. 5* ubi in hanc rem plura allata occurrunt.

HACKA, cædere, ſecare. A. S. *haccan.* Al. *hacchen.* Germ. & Belg. id. Angl. *hack.* Gall. *hacher.* It. *acciare.* JUNIUS derivata credit ab A. S. *acaſe*, ſecuris, utpote cædendi inſtrumento; forte non abſonum erit, ſtatuere, *hacka*, quod Iſlandi *hiacka* dicunt, frequentativum eſſe verbi *hugga*, cujus præteritum antiquum eſt *hio*. Ceterum Latinorum *ico*, ſi accedat aſpiratio, a Gothiſmo parum abludit. Derivata radix hæc plurima habet, ut *hackelſe*, palea conciſa, *hackebråde*, inſtrumentum muſicum, *hackſpik*, picus.

(It

Digitized by Google

(It *picchio*. Gr. δρυοκολάπτης. Angl. *woodpicker*,) *backmat*, minutal.

II. Notat inter loquendum balbutire vel hæſitare. Angl. *back*. Belg. *backelen*. In Lingua Cambrica *baccio* eodem ſenſu uſurpari, auctor eſt Edv. Lye, in *Addit.* ad *Etymol.* Junh. Fieri poteſt, ut Suercherus. II. ab impeditiore lingua cognomen *back* habuerit: certe naturæ vitia aut corporis quilibet nævi ejusmodi cognominibus ſæpe locum olim dedere.

HACKA, in ludo chartarum notat illam, quæ minimi valoris eſt. Sonus effecit, ut ſub hac claſſe locus huic voci detur: ceterum neſcio, undenam oriunda. Ab eruditiſſimo Junio, in *Notis* ad Willeramum, p. 287. annotatum video, in L. Teutonica, *back* id, quod in re quavis ultimum eſt, denotare, quod quousque huc pertineat, aliis judicandum relinquo.

HAD, ludibrium. *Hiſtoria* Alex. M.

Han biolt han enkte utban för baad:
Eum non niſi pro ludibrio habuit.

Chron. Olavi. S.

Suen *Konung af Dannemark*
Hade fördrifwet Adilrad,
Konung af Engelland, med mycket baad:

Sueno Rex Daniæ
Expulerat Ethelredum,
Regem Angliæ, multa cum contumelia.

Iſlandi vocem hanc nobiscum communem habent. Heims Kr. *Tom. I. p. 581* Asbiörn *undi ſtorilla ferd ſinne, oc en verr, er han heyrþi ſlikt haſt at haþi oc ſpotti*: Asbiornus animo valde triſtari incepit ob infelicem itineris ſucceſſum, cum dedecori vulgo id ſibi verti, cognoſceret. Dicitur alias *haþne*. v. Wormii *Lex. Run.* & Verelii *Index*. Chaucero, veteri Poëtæ Anglo, *hething* eodem ſenſu familiare eſt, ut dum canit:

Alas! quath John *the day, that I was borne*
How are we driven tho hethen and to ſkorne:

Væ illi diei, quo lucem vidi,
Quoque expoſiti ſumus ignominiæ & contemtui.

In Jure Jutlandico femina, cui invitæ vitium oblatum eſt, dicitur *haadkone*. v. Acta Hauniensia, *P. VI. p. 5.* Græci κῆδος opprobrium vocant, quod quum *k* & *h* frequentiſſime permutentur, in *häd*, terminatione demta, facile tranſire potuit.

HÆDA, ludibrio exponere, opprobriis onerare, unde dein *hædelſe*, convicium. Iſl. *hadung*. Derivatum hinc habemus *förbäda*, conviciari. Iſl. *haada*. Volsunga S. p. 79. *haadur land ok rike*, conviciis laceſſit imperium & regionem. Biörnerus errat, dum ibi *haadur* ita explicat, quaſi foret *hedur*, decus, gloria. Conf. Lapponicum *hiedam*, ludibrio habere.

HAD, perſona, qualitas. Supereſt vox illa non niſi in derivatis, ſed ita tamen, ut a me prætereunda non ſit, utpote quam pleræque dialecti Gothicæ antiquiores ſuam fecerunt. Debemus vero illam, ut multos alios Eccleſiæ noſtræ terminos technicos, Linguæ veteri AngloSaxonicæ, in qua viguit. Matth. 22: 16. *Thu ne vandaſt nanes mannes had*, non curas perſonam vel qualitatem cujuspiam: unde dein formarunt *hadelice*, quod notavit perſonaliter, *haderunga*, perſonarum acceptio. Alemanni *heit* hoc eodem ſenſu uſurparunt: unde apud Isidorum, Edit. Palthen, *p. 244. der ander heit Gotes* eſt ſecunda perſona Dei. v. Wachteri *Prol. Gloſſ. Sect. VI.* Me non falli credidero, ſi dicam, ab *heta*, appellari, A. S. *hatan*, Ulph. *haitan*, vocabulum hoc ortum fuiſſe: in primis quum videam, in veteri eccleſia perſonam per vocem *namn* exprimi: ut in initio Legis Sudermannicæ Deus dicitur *enwaldugher i goddome ok treſaldugher at namni*. i. e. Unicus in Deitate, & trinus in perſonis. Quod vero *namn* & *heite* ſynonyma olim fuerint, ulterius ſub hac voce obſervabitur, ubi quoque plura, huc facientia, ne ſæpius eadem repetam, occurrent.

II. Ordinis Sacri virum, ex eadem ratione, qua hodieque apud Anglos Sacerdos quivis *Pearſon* audit. L. B. *perſona*, & *imperſonari*, ſacro munere ornari. Apud AngloSaxones, ex indicio Bensonii, habemus *hadesman*, ordinibus ſacris initiatus, *hadian*, conſecrare, *hadbote*, ſacrorum ordinum, impetu violatorum, compenſatio. Pertinet huc quoque *häda*, quod apud noſtrates idem interdum eſt, ac perſonæ reſpectum habere, venerari: uti dum in proverbio dicimus *hwar och en är hädd, ſom han är klädd*, quisque ita ſuſpicitur, uti veſtitus incedit. Hæc in primis afferre volui, ut lucem adderem loco, a Juris noſtri Interpretibus parum intellecto, qui

occurrit in Lege Helsingica, *Kirk. B.* c. 21. §. 3. ubi agitur de mulcta, lis nfligenda, qui ad templum confugientem vi abſtrahunt, & dein additur: *Uthan i præſtegardi tridhiunginum minnæ fore hælgra manna hædſlo, ſum alle tingzmæn hawa ſättat. Hwar ſum thermed ſitter qwar, göri fram hædzlo, ok med tre marker Biſkupi.* Extra templum in ædibus ſacerdotis tertia parte minus ſolvitur, idque ob reverentiam, ſacro Ordini debitam, & quam omnes Provinciales ſpoponderunt. Quicunque hoc ſolvere tergiverſatus fuerit, ſolvat, quod ordini ſacro debet, & inſuper alias tres marcas Epiſcopo. Manifeſtum eſt, *hædſla* heic ejusdem familiæ eſſe, ac ſuperius memorata.

HAFALL, æſtas adulta. v. ſupra in *ha*, gramen.

HAFRA, avena. Germ. *haber.* Belg. *haver.* Fennon. *caura.* Fuit, quum arbitrarer, veræ pronuntiationis obſervantiores eſſe Uplandos noſtros, qui *hagra* dicunt. Confirmari id certe videtur auctoritate Legis Gothlandicæ, ubi, *Cap. 61. §. 1.* legimus *fem penningar firi rug oc hagra,* quinque nummi pro meſſe ſiliginis & avenæ: & tum nominis ratio peti poſſet a Germanico *hager,* gracilis, macilentus, quum hoc frumenti genus ceteris minus bonæ frugis habeat. Procul, qua rem ipſam, non abludit Wachterus, qui fretus auctoritate Plinii, ejusque verbis, Lib. 18. c. 17. *Hiſt. Nat.* occurrentibus, *Primum omnium frumenti vitium eſt avena, & hordeum in eam degenerat:* *hafra* dici putat, quaſi frumentum deficiens, a veteri verbo *aben,* deficere. Sed alia mihi deinde, illaque, ut credo, verior, nata eſt ſuſpicio. *Averum* Latino-Barbare ſignificavit equum, unde *averium, averagium,* opus diurnum, equis faciendum (*ökedagswerke*) *averpenny,* quod erat apud Anglos tributum, ideo datum, ut ab *averagio* immunitas concederetur. Immo Northumbri apud Anglos equum hodieque *affra, affri, affer* appellant, teſte Skinnero. Dicebantur vero *averia,* uti creditur, quaſi *overia,* a vetere vocabulo Gallico *ovre,* quod hodie *œuvre* ſonat, opus notans, ut adeo proprie ſignificet animalia operaria. Quod etiam *hafer* apud Germanos aliquando equum denotaverit, exin mihi concludi poſſe videtur, quod olim dies, S. Stephano ſacratus, appellatus fuerit *die haferweihe,* alias eodem ſenſu *der groſſe Pferdstag* dictus. Conferri poterunt, quæ in hanc rem adfert, in *Calendario* ſuo *medii ævi,* Haltausius, *p. 143.* His ita poſitis, ulterius obſervo, avenam ſtilo vernaculo, in antiquis Patriæ Tabulis, dici *hordeum equinum,* Suethice *hæſtakorn,* ut in *Edicto* Magni Ladulås, ad finem *Leg. Birc. §. 9.* & *foderkorn,* Westg. L. *Forn. B. c.* 7. Pari modo opinor, idem frumenti genus olim *hafwerkorn* & per compendium dein *hafre* dictum fuiſſe. Pæne eram oblitus addere, Gallos avenam *avoine* & etiam *averon* appellare, & docere ejus Linguæ Etymologicon, *averon* corrupte dici pro *avenon.* Judicium eſto penes Lectorem.

HAF, mare. Soli ſumus Populorum Septentrionalium, ſi Saxonas Danosque exceperimus, qui hanc vocem retinuerimus, fictam haud dubie ad imitationem Latinorum, qui, ut mare *altum* vocare ſoliti erant; ob cauſſas nemini ignotas, ita nos ab *haub* & *haf,* altus, oceano nomen dedimus, unde, eſt, quod Iſlandi *haf* cum *ſiö* conjungant, ut adeo emergat per compoſitionem altum maris. Deut. 33. *Gnågd ſiaſar haffins,* divitiæ maris. Derivata inde innumera habemus: *hafswik,* ſinus maris, *hafsfru,* Siren, quaſi domina maris, *hafsſwin,* delphinus. *haförn,* halieutus, *hafrech,* in Jure Gothlandico, *c. 49.* alias *wagrek,* id eſt *warecum,* vel merces, ex naufragio in littus delatæ, a *reka,* projicere: v. in *wræka.*

HAFSA, tumultuarie agere, ut ſolent, qui rerum ſuarum ſatagunt, & nimium feſtinant. Ex terminatione patet, frequentativum eſſe, unde mihi ſuſpicio nata eſt, ejusdem hoc familiæ eſſe, ac Germanicum *happen,* capere, quod apud Wachterum videbis. Solent enim, qui ſine ordine agunt, obvia quæque prehendere, & vix prehenſa abjicere. Orta hinc ſunt *haffer,* πολυπράγμων, *hafs,* opera tumultuaria. Alias invenies in Monumentis AngloSaxonicis *efſt,* feſtinatio, *efſtan,* feſtinare.

HAFWA, incipere. Iſl. *hefja.* Heims Kr. *Tom. I. p. 142. Hefur þar fyrſt, at þat væri bod hans:* incipit tum primum eſſe mandatum ejus. *Tom. II. p. 4.* Magnus *hof ferd ſina af Sigtunom.* R. Magnus iter ſuum incepit a Sig-

Digitized by Google

Sigtuna. Uſurpatur, ut hic loci, ſæpe de exordio ſermonis, unde apud Ulphilam *andhafjan* paſſim reperitur in ſenſu reſpondendi. Germani uſurpant *anheben*, quod Wachterus ſcite confert cum C. B. *heb*, loqui, & hoc porro cum Gr. *ἔπειν*. Ceterum ab *hafwa*, prout incipere notat, habemus *upphof*, Iſl. *uphaf*, initium. v. infra in hac voce. Ceterum mihi videtur *hefa*, *hefja*, nil aliud eſſe, quam Lat. *cœpi*, *anheben*, *incipere*, *h* ſcilicet, ut ſexcenties, cum *c* alternante.

HAFWA, habere. Ulph. *haban*. Iſl. *hafa*. A. S. *habban*, *hæbban*. Al. *haben*, Germ. id. Gall. *avoir*. It. *havere*. Hiſp. *aver*. Græcos pro *ἔχειν* etiam *ἄβειν* uſurpaſſe, Hesychio Auctore novimus, etiamſi ſint, qui de veritate hujus lectionis dubitent. v. Is. Vossii *Annot.* in Editione Jo. Alberti. Ceterum lingua Latina locuplete teſtimonio vetuſtatem vocis teſtatur, quæ, quam amice cum vetere Gothica conſpiret, eleganti exemplo demonſtrat Stjernhjelmius, in ſuo *Gloſſario*, p. 79. cujus obſervationem, ut antea in *Præf.* ad Ulphilam *Illuſtratum* tranſtulimus, "ita heic tranſcribere liceat. Notatu "digna eſt ſimilitudo flexionum verbo-"rum Gothicorum & Latinorum, quæ "manifeſto arguit, linguam utramque "primis temporibus fuiſſe unam, quæ "poſtea in diverſas abierit dialectos. Si-"militudo hæc patet in ſequentibus.

Haba.	habeo. Joh. 10: 12.
Habais.	habes. Joh. 6: 68.
Habaith.	habet. Matth. 27: 65.
Habam.	habemus. Marc. 8: 16.
Habaith.	habetis. Luc. 6: 24.
Haband.	habent. Marc. 6: 5.
Habands.	habens. Matth. 8: 21.
Habandis.	habentis. Joh. 10: 21.
Habandin.	habenti. Marc. 3: 3.

Meminiſſe velim lectorem meum, *ai* Gothicum *e* Latinum ſonuiſſe.

II. Uſu forenſi notat debere. *Hafwa, att i akt taga*, obſervandum habere, de qua phraſi conſulendus Vorstius, in *Lat. falſo ſuſpecta*, *p. 66. ſeq.* Gothi exteri eodem loquendi modo uſi ſunt, ut patet ex Joh. 12: 26. *Tharei im ik, tharuh ſa andbahts meins viſan habaith*, ubi ego ſum, ibi etiam diſcipulus meus eſſe debet. Interdum etiam, infinitivo junctum, tempus futurum deſignat. *ib. c. 6: 71. Quath ubthan thana Judan Simonis Iſkariotu: ſa auk habaida ina galevjan*: dicebat autem de Juda Simonis Iscariote: hic enim erat traditurus eum: *ἤμελλεν αὐτὸν παραδιδόναι*.

III. Ad imitationem Latinorum, a quibus habere de uſu venereo uſurpatur, etiam hoc ſimili ſenſu occurrit. Westm. L. *Chriſt. B. c. 23. Nu hawer man thydelag med ſå nokoro, ock hæfwer thet ſom kono:* ſi quis cum animali quodam rem habuerit, illoque tanquam femina uſus fuerit. Quod *ega* eodem ſenſu adhibitum fuerit, docebit Westg. *L. Rætl. B. c. 10 : 4.* Frequentativum hinc ſupereſt *hæfda*, imprægnare.

IV. Interdum ſimili utriusque linguæ paralleliſmo notat aptare ſe, ſuccedere. *Thet hafwer ſig wål*, bene procedit. Iſlandi *hæfwa* & etiam *haga* heic uſurpant, unde *hæfelegr*, commodus: v. infra plura in v. *oæfwen*, & conf. Gudm. Andreæ, in *Lex. Iſl. p. 101.* nec non Verelius, in *Indice, p. 104.*

V. Ponitur de motu in locum, idemque eſt, quod faceſſere, conferre ſe. *Haf dig bort*, apage hinc. Ulphilas non abſimili modo Joh. *12: 46. habaith ſik fairra mis hairto ize*, longe a me abeſt cor eorum.

VI. *Hafwa uppå ſig* Suethiciſmus eſt, notans alicujus momenti eſſe, vel proprie aliquod omen rei inſecuturæ habere: deſumtam enim phraſin credo ex ſchola haruſpicum. Teſtem affero Sturlonidem, *Tom. I. p. 194.* ubi de Olavi Regis cum Augure colloquio: *Kongur mælti, þyki þier bondi galiþ krakunnar hafa nockot uppa ſik?* Rex dixit, num tibi videtur, crocitationem cornicis aliquid momenti habere?

HAFWANDE, prægnans. Gothl. L. *c. 14. 9. þa en cuna hafandi verþr vegin med barni*, quando mulier prægnans cum fetu ſuo interemta fuerit: ellipſis eſt, pro eo quod Interpres Gothus plenius effert *qvithuhaft*, hoc eſt, *ἐν γαστρὶ ἔχουσα*, in utero habens. Marc. *13: 17.* cui concinit A. Saxo, cujus eſt *hæbban on innothe*, *Matth. 1: 23.* Alemanni ſimpliciter *haft* uſurpant, uti Otfridus, *Lib. I. c. VIII: 4. Tho er ſia hafta giſah*, quando eam gravidam vidit.

HAFWANDSLÖSA, paupertas. Utitur illa voce Auctor *Vitæ* Anscharii, *p. 31.* non deſtitutus auctoritate dialectorum aliarum. Apud Notkerum, Ps. 34: *10.* occurrit *habelos*, pauper, & apud Bensonium, in *Vocabulario AngloSaxonico*, *hæfenleas*, id. Belg. *haveloos*.

HÅF-

HAFWOR, bona, res poſſeſſæ. v. ſuo loco.

HAG, apud Uplandos notat ſepimentum ex temere congeſtis arboribus, quod ramorum objectu pecora detinet, ne tranſiliant. Olim videtur omne ſepis genus denotaſſe, id certe apud AngloSaxonas *bage* ſonat, *begian*, ſepire. Gall. *bayer.* L. B. *bejare.* In nonnullis etiam Germaniæ partibus eodem ſenſu vocem hanc uſurpari, teſtis locuples eſt WACHTERUS: unde etiam factum, ut dumi, vivis ſempimentis condendis apti, *bagetorn* a nobis inque cognatis dialectis vulgo appellentur: dein ſolenni metaphora *bag* denotat non ſolum id, quod ſepis formam habet, ut grandius rete, quo cuniculi excipiuntur, *bay* appellant Angli, ſed inprimis, quod ſepimento includitur, & ita

HAGE ſignificat locum paſcuum, uti dicimus *bæſtbage*, quo paſtum abiguntur equi, *kobage*, ubi vaccæ paſcuntur. Germani *gebæge* vocant loca, ubi cervi & id genus animalia victitant. 2. Agellum ſeparatum. Apud Cantianos in Anglia *baw* eſt agellus domui adjacens & circumſeptus, hinc, *bempebaw*, agellus cannabi conſitus, *beenbaw*, agellus fabis conſitus. In veteribus Pandectis noſtris invenio *baker* hoc fere ſenſu uſurpatum fuiſſe. WESTG *L. Bygd. B. c. 4. flytær mader bus ſin af topto, ok yrkir tofſt, tha betir thet bakær ock eig tofſt*: ſi quis ædes ſuas a villa transportaverit, & aream illam coluerit, tum poſtea *baker* dicitur, non vero *tofſt* vel area. 3. Hortum. Frequens ille ſignificatus eſt in Scania, & per finitimam Daniam, ubi pomaria, & id genus alia loca *bawe* vulgo audiunt. 4. Domum, villam, quippe quæ ſepimento a reliqua regione ſeparata erant. SPELMANNUS, in *Gloſſario*, *bagas* veterum, uti Barbara Latinitas loqui conſuevit, ita dictas putavit, quod ex viminibus complicatis inſtar cratis vel ſepis fabricatæ eſſent: ſed ſuadere videntur antecedentia, non tam in materia, quam forma appellationis rationem eſſe petendam. Habemus hinc innumera loca Patriæ noſtræ, quæ ab *Haga* nomen habent, ut taceam *Hagam Comitum*, & plura alia. Quod apud exteros Scriptores præter illas, quas attulimus, ſignificationes, etiam vallum militare denotet, vel locum ſtativis militum deſtinatum, nec non patentiorem terræ portionem, ſepimentis incluſam, alii jam annotarunt. v. DU FRESNE, WACHTERUS, SPELMANNUS, aliique.

HAGA, diſponere, ordinare. Iſl. *bæga*, unde *bagur*, commodus, pulcer, *bægſæng*, lectus commoditatis, quem Germani *ſaulenzbett*, Galli *lit de repos* appellant, *ubægindi*, incommoditas, minus proſpera valetudo. OL. TRYGGV. *S. Part. I. p. 217.* (v. ſupra in *bebaga*) *bæginde*, commoditas. Conf. infra in *byende.* Occurrit vox illa in LEGE GOTHLANDICA, *c. 19: 29.* ubi agitur de illo caſu, ubi quis improbo auſu & aperta vi alterum caſtrat: *þa en ir af miþ ſcapti, ſo at mander ma ai bagunda* (Codex impreſſus habet *bugunda*) *niauta, utan ſitiandi ſum cuina*, i. e. ſi membrum virile ita amputatum ſit, ut homo commoditate ſua uti, (urinam mittere) nequeat, niſi conquiniſcens, ut femina.

HAGEL, grando: A. S. *bagol.' bagl.* Al. *bagel.* Germ. id. Angl. *bail.* Fenn. *bauli.* Primipili Etymologorum noſtrorum, JUNIUS atque WACHTERUS conferendum jubent Græcum χάλαζα, id. Sed mihi nimium vox illa a noſtris diſſidere videtur, in primis ſi ultimam ſyllabam pro terminatione habeamus, ut ſolent in *l* vel *el* deſinentia fere circulare quid vel rotundum indicare, ſive id ab AngloSaxonico & Gothico *bweel*, rota, habeant, ſive aliunde. Demonſtrabimus id ulterius alia occaſione: interea rei Critices amatores ſequentia conſiderare jubebimus.

HWIREWEL, quidquid vi & impetu in gyrum circumagitur, typho, gurges: nec non circuli capillorum in capite.

SPINDEL, machina tornatorum, in gyrum verſatilis.

HÅRFWEL, inſtrumentum textorum, quod e fuſo excepta fila dividit, in gyrum agendo.

GÖRDEL, zona, quæ hominem cingit.

VERPEL, lagena rotunda.

GERMANICA.

PUCKEL, gibbus.

SPILL, fuſus.

KEUEL, globus.

KNEUEL, glomus.

KUGEL, orbis, globus.

KUNCKEL, colus, in orbem verſatilis.

TRIESEL, trochus. ZIRBEL, id.

TRILL, tornus.

Si quis hæc, & plura id genus, caſu prognata dixerit, ſuo abundet ſenſu: interea mihi veriſimile videtur, *bagel* aliquid rotundi notare, a qua obſervatione haud multum diſſidet eorum

Digitized by Google

rum notatio, qui hoc noſtrum *hagel* deducunt ab Ebr. עגל, rotundus. Formæ affinitas fecit, ut

II. Notet minutulos globulos, quibus bombardæ onerantur.

III. Nec non, ob formæ ſimilitudinem, decidentes lacrimulas, ANS S. *p. 31. þa braut hagel af augum* ANS: tunc lacrimulæ prorumpebant ab oculis ANI.

HAGELSWÅRM, quantum globulorum plumbeorum ſemel bombarda ejicit, a *ſwårm*, examen.

HAKA, mentum. Iſl. *haka* vel *hôk*. Dan. *hage*. Vocis origo petenda videtur a forma hujus membri ſemicirculari, *hake* quippe proprie notat id, quod uncum eſt, ut mox ſumus viſuri.

HAKE, cuſpis incurva, quales ſunt januarum cardines, nobis *dörrhake* dicti, olim *hurrhake*. v. ÖSTG. *L. B. B. c. 13. båtshake*, harpago: unde *hakaſkapt*, manubrium harpagonis, ÖSTG. L. B. B. *c. 28. winkelhake*, norma, qua angulus rectus deſignatur. Gr. ὄγκος, ὄγκινος. Lat. *uncus*. A. S. *hoc*. Angl. *hooc*. Iſl. *hake*. Germ. id. A. S. *hæce*, peſſulus. Belg. *haek*. & *hake*. Derivat MARTINIUS a Lat. uncus, cui adſpiratio euphoniæ cauſſa acceſſerit: JUNIUS ab ἀκή, cuſpis.

HAKA, *haka faſt ſig*, *haka uti*, unco prehendere, *haka ihop*, inter ſe adhæreſcere, tropice vero pugnam conſerere, metaphora ducta a navibus, quæ injecta manu adjungunt latera, ineundi certaminis cauſſa.

HAKESKYTT dicebatur, qui olim graviora ſclopeta portabant, quæque, dum exonerabantur, furcæ, humi defixæ, imponebantur. TEGELS *Hiſt.* Part. I. p. 176. Ipſum armorum genus appellabant *hakebyſſa*, quod veteres Galli converterunt in *haquebuſe*, & hodierni in *arquebuſe*. v. DICTIONAIRE ETYMOLOGIQUE.

HAKE, nebulo, deceptor. Obſervant SPEGELIUS & SERENIUS, Ille in *Gloſſario SuioGothico*, hic in *Dictionario Anglico*, ſcommatis loco dici *en gammal hake*, Angloſque ſimiliter *an old hagg* uſurpare, quod eſt vetula venefica, cui omnino affine videtur AngloSaxonicum *hægeſſe*, incantatrix, nec non noſtrum Germanorumque *hexa*, *hexe*. Obſervari meretur, artes veneficas, apud veteres Septentrionales pro faſtigio ſapientiæ humanæ habitas, turpi quodam ſtigmate notatas haud quaquam fuiſſe; atque hinc eſſe, quod veneficus olim multiſcius audierit, *fiolkunnugr*, aut etiam *klokr*, ſapiens, inque eundem modum fieri potuiſſe, ut *hagg*, *hake*, *hægeſſe* ab *hagr*, habilis, *hagleik*, habilitas, ars dædalea, nomina ſortirentur. Eſt etiam, ubi viros inſoliti roboris & aliorum oppreſſores *ſkalhake* nuncupemus. Rationem denominationis dabimus in v. *Skale*.

HAL, lubricus. Iſl. *hall*. Germ. *hal*, *heel*. WACHTERUS obſervat, in *Gloſſis* PEZIANIS *hali* explicari lubricum, putatque Græcum λεῖος, Latinumque *lævis* anaſtrophen paſſa fuiſſe & terminationis jacturam. STJERNHJELMIUS, in *Gloſſario Ulphilano*, ita proprie dici putat, quod lucidum vel probe politum eſt, atque adeo in cognatis numerat Germ. *hell*, Gr. ἕλη, ſplendor ſolis, & ἥλιος, ſol, C. B. *haul*. Metaphorice *hal* dicitur vafer, cujusque fides lubrica eſt.

HALKA, per lubricum ferri, incertis paſſibus per loca lubrica ire. OL. RUDBECKIUS, filius, credit, Lat. *halucinari* cognatæ originis eſſe, noſque meminiſſe jubet, *c* veterum *k* ſonuiſſe.

HALA dicitur de eo, quod ſuperne demittitur, aut eadem via redit. Prius in re nautica frequentiſſimum eſt, ubi uſurpatur de funibus, quibus antenna laxatur, aliiſque id genus motibus; & ita quam proxime accedit ad Gr. χαλᾶν, quod Latini *chalare* dixerunt. Germ. & Belgæ *halen*. Galli *haler*. Angli *hale*. Poſterius Islandis in uſu eſſe, obſervat GUDMUNDUS ANDREÆ, *Lex. Iſl. p. 104.* ubi docet, *hala ſig upp* idem eſſe ac ſcandere. Frequentiſſima vocis ſignificatio eſt, qua notat extrahere, uti dum dicimus *hala ut på tiden*, tempus ducere. EDV. LYE ortam hanc vocem credit ab Iſl. *hiala*, loqui, ſed neſcio, quam commode: quod idem de CASAUBONI etymologia dixero, qui vocem hanc derivat ab ἕλκειν, trahere.

FÖRHALA, extrahere: *förhala tiden*, *förhalning*, mora. CHRON. RHYTHM. p. 123.

HALE, cauda. Uſurpatur in CODICE OSTROGOTHICO, *B. B. c. 24.* & *Mandr. B. c. 18: 1.* de cauda animalium. *Hugger af hala*: ſi quis caudam amputaverit. In COD. WESTGOG. *Rätl. B.* occurrit *halatagl*, notans pilos caudæ equinæ. Iſl. id. GUDMUNDUS ANDREÆ fontem vocis quærit in Ebræo אליה, id.

Digitized by Google

HALF, latus. Uſurpatur ita apud nos pariter ac Alemannos & AngloSaxones I. pro latere corporis. Apud Isidorum, ut notat Wachterus, *azs zeſuun halp*, eſt ad dextrum latus, & A. S. *on tha ſwithran healfe*, id. v. Matth. 27: 38. Saxones in eundem modum hodieque dicunt *up gyn ner halwe*, ab altero latere. v. Idiot. Hamburg. p. 86.

II. Pro latere in computandis affinitatibus: ut in Canone Legum noſtrarum, *gange e barn til båttre half*. Upl. L, *Arfd.* B. c. 19. Semper infantes ſequantur partem meliorem, hoc eſt, ab altero parente libero nati, liberi cenſeantur. Ceterum ſcribitur non raro abſque aſpiratione, ut in Lege Ostg. *Arfd. B. c.* 3. *A manne alf ællæ quinna*, a latere viri aut feminæ. Conf. Westg. *L. b. t. c.* 1: 2. *Af kono alf utkomen*, qui ex latere feminæ eſt.

III. Plaga, terræ tractus. Sic Iſlandi dicunt, *i þeſſu halfa heimſins*, in hac orbis plaga. v. Verelii *Index*, p. 105. *i nordur halfu heimſins*, in partibus ſeptentrionalibus. *Hiſt.* Olavi Tryggv. Edit. Skalholt. P. I. p. 47. Quod etiam in L. Alemannica hic hujus vocis ſignificatus viguerit, teſtem afferam *Rhythmum*, de S. Annone, ubi v. 316. legimus:

Man ſagit daz dar (in Armenia)
in halvin nochhſin,
Die der Diutſchin ſprechin:

Quæ verba ita vertit Schilterus:

Dicitur, quod ibi in ſummitatibus
montium adhuc ſint,
Qui Germanice loquantur.

Rectius vero interpretaberis *in illis regionibus*, *in illis orbis partibus*: nec omittendum erit, eandem vocis ſignificationem obtinere in Germ. *allenthalben*, ubique, quod perinde eſt, ac ſi diceres, per omnes orbis partes.

IV. Cauſſa, nomen: ita quod Latini dicunt Regis nomine, id in Legibus Patriis exprimitur, *af kunungx alwum*. v. Upl. L. *Thing.B.c.*11. *Uthan budſkaper komi uf kunungx alwum*: niſi nuntius venerit nomine Regis. Dal. L. p. 29. *Fari ſialver, ån han fôr ær, ællæ annar a hans halwm*: Ipſe proficiſcatur, ſi valet, ſin minus, alius illius nomine. Germani hinc habent *meinent halben*, per me, *des halben*, ejus cauſſa.

IV. Dimidium. Ulph. *Und halba thjudangardja meina*, usque ad dimidium regni mei. Marc. 6: 23. ubi AngloSaxonicus Interpres habet *healfrice*. Iſlandi etiam *half* eodem ſenſu uſurpant, unde *helmingur*, pars dimidia, Sueth. *hælft*. Ant. *halving*. v. Westg. L. *Gipt. B. c.* 2: 5. & *hælfning*. Upl. L. *Wid.* cap. 14: 11. Ratio denominationis illa eſt, quod dimidium totius alterum quaſi latus conſtituat. Succurrit, quod in *Lexico Fennonico* Juslenii, *p.* 86. me legere memini, *halvoin* in hac lingua findere denotare, quod præſenti vocis ſignificatui mirifice convenit: dimidium enim nil aliud eſt, quam totum in duas partes fiſſum. Obſervandum vero eſt, quod, ubi in poenalibus ſanctionibus veterum *halfwo mere* occurrit, non dimidio plus, ſed alterum tantum intelligendum ſit. v. L. L. *Sarum. m. wil. c.* 3. Obſervat eandem Linguæ Iſl. idiotiſmum Stiernhjelmius, in *Indice voc. Legis Weſtrog.* p. 105. docens verba, *Tha eykst riettur theira ad helminge*, ſignificare, jus eorum in duplum augeri. Par etiam ratio eſt, ubi dicimus, *af onde gôra hålften wårre*, quod malum eſt, altero tanto pejus reddere. Conf. Ol. Tryggv. *S.* Part. *I.* p. 217. Edit. Skalh. *Mano men vera halfo fleiri enn fararſkiotar*: homines duplo plures ſunt quam jumenta. Contraria vero vocis *half* ratio eſt, ubi numeralibus additur, tum enim notat dimidio unitatis minus. e. g. *Klockan år halftio*, i. e. hora eſt ſesquinona. Arbitratur Hickesius, Gothos hoc loquendi genus a Græcis ſumſiſſe, *Gr. A. S.* p. 33. ubi etiam paralleliſmum Linguæ AngloSaxonum ſiſtit.

HALFBRODER, frater ex altero parente. *Halfſyſter*, ſoror alio patre aliave matre ſata, uterina vel conſanguinea.

HALFGILDE, mulcta dimidiata. L. L. *B. B. c.* 45. § 4.

HALFWUXEN, puer vel puella, quæ nondum ad juſtam ſtaturam pervenit. AngloSaxones ſimiliter dixere *healfeald*.

HÆLFTENBRUKARE, colonus alieni fundi, qui pro colendi labore dimidium fructuum accipit, qui a Latinis *politor* & *partiarius* dicebatur.

HALL, aula, ſive illa hominum ſit, ſive Deorum. Iſl. *haull*. Angl. *hall*. Ulphilas templum *alh* vocat, qua eadem voce vetuſtiſſimum Scriptorum AngloSaxonicorum

rum

Digitized by Google

corum, Cædmonem, uſum fuiſſe, docet Junius, in *Gloſſario Ulphilano*: cujus ejuſdem indicio novimus, vocem hanc apud alios ejus gentis Scriptores promiſcue ſcribi *alb*, *babl*, *bæl*, *beal* & *beall*, quod vel ideo annotasſe juvabit, ne literarum metatheſin impedire ſuſpicemur, quo minus ejusdem tribus omnia hæc eſſe, opinari liceat. In Præfatione ad Ulphilam *Illuſtratum* me credere profeſſus ſum, antiquiori Latio peregrinam hanc vocem non fuiſſe, idque probari poſſe ex terminatione variorum templorum, quæ in *al* deſinunt, quo in numero ſunt *Frutinal*, quod Veneris *Frutæ* templum fuiſſe, docet Festus. Pari modo fanum Minervæ, *Minerval*, Vulcani *Volcanal* appellatum fuiſſe, Auctor eſt Salmasius, in *Exerc.* Plin. *p. 70.* quibus addi poterit *Fagutal*, quod erat ſacellum Jovis, ubi fagus erat, arbor Jovi ſacrata, *Lupercal*, quo nomine templum, Pani dicatum, appellabatur, *Pomonal*, Pomonæ Deæ ſacrarium, *Erucinal*, Veneris Erycinæ fanum. Festus, quem nuper laudavimus, in animum ſe inducere fatetur, montem *Quirinalem* inde nomen accepiſſe, quod Quirinus vel Romulus ibi templum habuerit. Quod Apollinis ædes aliquando *Appollinal* appellata fuerit, confidentius affirmarem, ſi meo magis fiderem ingenio. Ceterum venit id mihi in mentem legenti, quod habet ſummus Hiſtoricorum, T. Livius, *Lib. III*: 63. ubi emendante Gronovio legimus: *Itaque inde Conſules, ne criminationi locus eſſet, in prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis eſt (jam tum Apollinar appellabant) avocavere Senatum.* Suadent vero vocabula illa diverſa, quæ attuli, ut *Apollinal* heic legere malim: & tum, pro ſua dicendi brevitate, Hiſtoricum dicere animadvertimus, non ejus tantum ævo in prato Flaminio ædem Apollinis, ſed *jam tum* fuiſſe, ipſo quippe nomine id indicante: otioſum vero illud *jam tum* omnino exiſtimari poſſet, niſi indicare voluiſſet Auctor, nomen *Apollinal* teſtari, templum, hoc ipſo tempore, Deo jam fuiſſe ſacratum. Cum vetere Gothico *alb* cognationem habere videtur Gr. *αὐλή* & Lat. *aula*: forſitan etiam *ἄλσος*, nemus, lucus, eo referri poterit, quum hæc loca, cultui Deorum præcipue dicata, pro templis fuerint. Notatu digna ſunt verba Plinii, *Hiſt. Nat. Lib.* 12: 1. *Hæc* (nemora) *fuere numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant.* Vidimus huc usque de notione templorum: de palatiis Regum in ſcriptis Iſlandicis frequenter quoque *hall* uſurpatur: inter quæ ſuccurrit, quod habet Norna Gestirs *S. p. 4.* ubi traditur, ante tempora Olavi S. Regis Norrv. nullas patentiores aulas in Norrvegia exſtructas fuiſſe: *þa varu ei hallir ſmidad i þan tima i Norregi*: Palatia nondum exſtructa erant in Norrvegia hoc tempore. *hallardyr*, oſtium palatii. Hinc apud Anglos *Whitehall*, aula Regis magnæ Britanniæ, *Weſtminſterhall*, Curia Statuum regni. Tandem etiam traductum eſt hoc *hall* ad quævis grandiora ædificia denotanda, ubi e. c. merces venum exponuntur, unde *Hall*, *Hallrætt*, judicium de litibus, circa merces venales obortis. Gall. *hale*.

WALLHALL, ſedes beate defunctorum, quo migrare credebantur, qui Odini gratiam bellica virtute promeruere, inprimis, qui ſicca morte Vitam non clauſere. Ut itaque id ne fieret, ipſius exemplo ſe ante obitum *geirsodde*, i. e. mucrone haſtæ vulnerari patiebantur. De vita & deliciis ſedis hujus beatorum multa fabulantur Poëtæ noſtri, quæ pulcre congeſta invenire licet apud Keyslerum, virum doctiſſimum, in *Antiquitatibus Septentrionalibus*, &c. Dalinum, in *Hiſt. Suiog. Tom. I.*

HALLA, inclinari. v. *hælla*.

HALLA, valde. Occurrit particula illa non raro in ſtilo medii ævi. *Hiſt.* Alex. M.

Stora orma, halla langa:
Magni ſerpentes, oppido longi:

& alibi:

Goder wäger, ei halla bred:
Via bene munita, ſed non admodum lata.

& ſic ſæpe in eodem Scriptore & coævis. Dicitur vero *halla* pro *harla*, quod inferius videri poterit.

HALLON, fructus rubi Idæi, qui, quum inter rudeta felicius veniat, videri poterit ab *hall*, ſaxum, nomen ſortitus. In Sueciæ regionibus inferioribus *hindbær* appellatur, quaſi damarum cibus, quod nomen antiquum eſſe, docent Gloſſographi veteres, apud Schilterum, *p. 459.* Belgæ etiam dicunt *hinnenbeſie*.

HALM, ſtipula, ſtramen. A. S. *healm*, Angl.

Angl. & Belg. *halm.* Al. *halm*, unde formula *mit hand und halm geben*, manu & feſtuca dare, quod ſymbolum erat traditionis. v. WENDELINI *Gloſſ.* in v. *feſtuca*, & SPELMANNUS, in v. *culmus* & *feſtuca*. STADENIUS, in *Explicatione Vocum Biblicarum*, derivat ab *hålla*, tenere, ſuſtentare, quum eo ariſta fulciatur, WACHTERUS ab *holen*, cavare: ego potius ab *hilma*, tegere, derivarem, quum præcipuus ſtraminis uſus fuerit in tegendis tuguriolis, niſi adeo evidens etymon præberet Hellas, ubi habemus χαλάμη, ſtipula, cui affinia ſunt Latina *calamus* & *culmus*, c vero mirum quam ſæpe in aſpirationem abeat, ut jam mox aliis aliisque exemplis conſtabit.

II. Ponitur pro anno, idque inprimis in LEGE OSTROGOTHICA, ubi *nöt um ſex halma* notat bovem ſexennem, *til eins halms*, unum annum. *B. B. Cap. 1: 9, & 28.* LEX SCANENSIS eodem modo numerat *trea halma* pro triennio: c. 4. Notum eſt, Latinorum Poëtas annos per ariſtas deſignare.

HALS, miles, vir ſtrenuus. KONUNGASAG. citante VERELIO, *Ganger nu fram goder halſer*, procedite jam milites ſtrenui. CHRON. RHYTHM. *min.* p. 94.

Fula halſa och oblyghe
Kommo ther löpande:
Milites, truces viſu & impavidi,
Venerunt citato gradu.

Codices noſtri habent heic *odryghe*, ſed credo id vitio librariorum irrepſiſſe pro *oblyghe*, quod ſæpe epitheti loco militibus adjungi ſolet. Quod ad originem vocis attinet, dubia illa eſt, ut in voce canæ antiquitatis. Succurrit, apud FESTUM me legere, Romanos equites domeſtico vocabulo appellatos fuiſſe *celſos*, & eo etiam referri illud HORATII:

Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes. Græci etiam κέλητας vocarunt equos & etiam equites.

HALS, collis. Iſl. id. HEIMS KR. *Tom. I. p. 152. Geingo* EIRICS *ſynir norþor yfir halſinn*: filii ERICI boream verſus collem ſuperarunt. LUC. *3: 5. Öll fjöll og haalſar munu lægiaſt*, omnes montes & colles humiliabuntur. In GLOSSIS FLORENTINIS crepido vertitur *hals.* Notari vox illa vel eo nomine debet, quod nomen dedit integræ provinciæ *Hælſingiæ*, Civitatibus item *Hælſingör* & *Hælſingborg*, Arci *Hunahals* in Hallandia, & neſcio quibus aliis. Hocce *hals*, *hialle* (id enim Islandi quoque habent, teſte GUDMUNDO ANDREÆ) & *collis* unum idemque vocabulum eſſe ſub diverſo habitu, nemo non facile videt.

HALS, collum. Ulph. id. LUC. *15: 20.* ſed MARC. *9: 42.* membrum hoc *halſagga* vocatur. Conſonæ ſunt dialecti Iſlandica, Alemannica & Belgica. Quod ad etymon attinet, ortum credit JUNIUS, in *notis* ad WILLERANUM, *p. 67.* a Gr. ἑλίσσειν, volvere, verſare, quum membri hujus beneficio caput prorſum retrorſumque vertatur. STJERNHJELMIUS vero a Gothico *hålla, halda*, ſuſtentare, quum caput collo nitatur. Ego vero *s* pro mera terminatione habendum ratus, noſtram vocem Latinæ *collum* tanquam ſororem adjungo: quod dum dico, ſatis patet, Græcam vocem non quadrare, licet ulterius meam indaginem proferre nequeam. Quum in more jam diu fuerit poſitum, ut colla facinoroſorum ſecuri ferirentur; hinc in vitæ diſcrimine nos fere *hals* pro capite ponimus. *Thet koſtar halſen*, capite hæc actio conſtat, *halsſak*, capital, quod etiam dicitur *halslös ſak*. STJERNMANS *Acta Publ. Tom. I. p. 143. halsböre* in WESTG. *L. Arfd. B. c. 18.* eſt mulcta, qua vita redimitur: *våghals* eſt vitæ prodigus: WACHTERUS ultimam vocem refert ad *hals*, vir ſtrenuus, ſed invita veritate. *Halsbrytande arbete*, eſt opus periculoſum, in quo vita periclitatur.

HALSAS, amplexari, ut ſolent amantes. CHRON. RHYTHM. *p. 77.*

Tædan foro the alla i ſänder,
Halſades wäl, och togos i händer.
Inde abibant omnes ſimul,
Inter ſe amplexati, & dextras jungentes.

In *Diſſert. Cl. Mag.* SVEN. ULLGRUND. de *Dialectis L. Suiog.* me præſide habita, *Part. II. p. 10.* obſervatur, vocula illa hodieque uti OſtroGothos Gothlandosque. Addo, Alemannos eodem modo *halſen* & *helſen* uti, nec *to halſe* veteribus Anglis inuſitatum fuiſſe: hoc obſervat JUNIUS, in *Etymologico Anglico*, id illius Editor, & SCHILTERUS, *in Gloſſ. p. 420.* Conf. Belg. *halſen*, *helſen*. id.

HALSBJORG. Iſl. collare chalybeum. v. VEREL. Lat. B. *halsberga* dicitur: a *berga*, conſervare.

HALSSMOG, foramen, quod collum ambit in veſte. EXOD. *8: 32.* v. infra

Digitized by Google

infra in *ſmog:* adde *halsband*, collare,& id genus alia.

HALSSTARRIG, qui duræ cervicis eſt, metaphora ſumta a bove aratore: dicitur etiam *knakhals*, quippe cujus rigidæ cervices inter reſtitandum crepitant, a *knaka*, crepitare.

HALSTER, craticula. Suſpicor, veteres *harster* dixiſſe, quum in antiqua L. Belgica *harſten* idem fuerit ac *roiſten*, *braiden*, hoc eſt aſſare, auctore TEUTONISTA. v. JUNII *Etymol.* in *v. roſte.*

HALT, claudus. Ulph. *halts.* A. S. *healt.* Al. *haltzer.* Iſl. *haltur.* Angl. *halt.* Originem ducit, non ab ἄλλομαι, nec a C. B. *hald*, ſuccuſſio, quorum utrumque adfert JUNIUS, in *Gloſſ. Ulphilano*, & iisdem verbis in *Etymologico Anglicano*, ſed ab *halla*, inclinare, unde Iſl. *hallur*, proclivis, loca proclivia & in inferius tendentia. *Bera halt hofudit*, dicitur ille, qui inclinato in humerum alterum capite incedit. OL. TRYGGV. *S. P.* II. p 120. Conſulatur GUDMUNDUS ANDREÆ, in *Lex. Iſl. p. 104. & 105.* Digna vero ſunt vetuſta hæc vocabula, ad quæ attendatur, idque vel eo nomine, quod, ut id obiter moneam, originem pandant nominum tam *Hallandiæ* noſtræ, quam *Hollandiæ*, quarum utraque regio maritima eſt, & verſus mare ſubſidens. Secundum illa, quæ dicta ſunt, *halt* eſt, cujus corpus inter eundum inclinatur, quique a nobis *låghalt* ex eadem ratione dici ſolet. Coloni Uplandici non inficeto vocabulo ejusmodi claudum *ſtundomlåg* appellant, quaſi alternatim humilem. Alias, qui animadvertit, quam ſæpe *c* & Gr. *k* in aſpirationem Gothicam abeant, in animum forte induxerit, affinitatem heic quoque eſſe cum Græco κυλλὸς, claudus, mancus, vel χωλὸς, claudus, imperfectus. Uti hæc Græca de quacunque corporis imperfectione accipiuntur; ita de noſtra voce idem notari meretur. Evincit hoc locus OTFRIDI, *Lib. III. c.* IV: 25.

Ther theanne thaz giſitota,
Thar eriſt inne badota,
So uuard er ſar io ganzer,
Fon uuiu, ſo er er uuas halzer.
Quicunque tunc hoc agebat,
Ut primum in ea lavaret,
Tunc fiebat illico ſanus
A quocunque malo, quo ante erat æger.

De Iſlandica voce teſtatur GUDMUNDUS, eam etiam mutilum ſignificare.

HALTA, claudicare. Belg. *houtten.*

HAM, poples, ſuffrago. A. S. *ham.* Angl. *hamme.* Belg. *ham, hamme.* Oſtrogothi noſtri *hambeja* appellant curvaturam poplitis. WACHTERO judice, vocis origo petenda a κάμπτω, flecto. Pæne oblitus eram monere, ab hac vocis ſignificatione deſumtum eſſe proverbiale dicendi genus, quo preſſe inſequentem dicimus *följa i ham och i hål*, hoc eſt ita fugientem premere, ut calci poplitique ejus inſequens quaſi inhæreat.

HAMLA, ſuffragines alicui ſuccidere, enervare. Propria hæc vocis ſignificatio eſt, ſed poſtea translata ad quamlibet mutilationem, niſi forte vocem referendam putaveris ad vetus *ham*, mancus, de quo pluribus agetur infra, ad v. *van.* Id interea certum eſt, illa indicari cujuscunque generis mutilationem. *Hamla ad hondum eda fotum* in *Hiſtoria* OL. S eſt, manibus aut pedibus mutilare. A S. *hamelan*, id. In Legibus Patriis, ubi de pecoribus agitur, in aliena arva irrumpentibus, ſancitur, ut Dominus fundi illa abigat quidem, ſed ita, ne mutilet aut enecet. Occurrit ibi vox hæc *hamla*, ſed adeo vitiata, ut vix agnoſcatur. Quæ longiſſime a vero abit, LEX eſt CHRISTOPHORIANA, quæ *B. B. c.* 10. hæc habet: *Oxa eller ko ſkal man innraka, ok ej illa hanna eller dräpa.* Hisce gemina ſunt, quæ habet UPL. L. *Wid. B. c.* 7 niſi quod pro *hanna* bis exhibet *haldna*, LEX vero WESTMANNICA, *B. B. c.* 27. *halna.* Mihi quidem certum eſt, poſterioribus hisce locis *hamla* eſſe legendum: prius vero, niſi vitium ſubſit, referendum erit ad *hanna*, quod infra in v. *hand* occurret. De voce *hamalſtat*, qua TATIANUS montem Calvariæ reddit, v. PALTHENIUS, in *Annot. p.* 364. qui commode etiam obſervat, ex hac radice ſciri poſſe, cur Germani vervecem *hammel* appellent. Adde DIEMANNI *Spec. Gloſſ. Theot. p.* 29 ubi ex OTFRIDO *Lib. III. c.* IV: 16. obſervat *hamm* poni pro manco, claudo.

2. Siſtere, inhibere, prohibere, quo minus quis progrediatur, qui effectus eſt ſucciſorum poplitum, pari modo ac ab *has*, calx, mox videbimus fieri *haſa*, quod eſt, nervos pedum ſuccidere. BIBL ISL. I. MACCH 2 *Og* JUDAS *utwalde eirn flock til at hamla ominum i kaſtalanum, ſo at þeir ſulle ei ut.* Et JUDAS elegit numerum virorum ad impediendum eos, qui in arce erant, ne erumperent. *Ibid. c. 6. Ef þu hamlar þeim ecki ſnarliga, þa verþa þeir enn ſlyrkuari:* niſi eos repreſſeris, adhuc potentiores erunt.

3. In re nautica notat navem inhibere. V. GUDMUNDUS ANDREÆ *Lex. Iſl. p.* 105.

Digitized by Google

HAMNA, inhibere, ſiſtere, quod etiam *haſna* ſcribitur, in primis apud Iſlandos, ut *haſna oſidum*: licentiam & pravos mores cohibere. NORRSKA HIRDSKRÅ, *p. 200.* WESTG. L. *Ård. B. c. 1.* *Hæmnir maþr tiuf*, & *hæmnir maþr ræfſingær*, ſi quis impediat, quo minus fur capiatur, aut ſi quis obſtet in judicio, quo minus poena rex infligatur: niſi forte vindictæ ſignificatio commodius ſenſum Legislatoris heic exprimat. v. UPL. L. *Kon. B. c. 4.*

4. Neutraliter poſitum notat abſtinere ſe, ceſſare. HEIMS KR. *Tom. I. p. 141.* *haufna blotum ollum oc heidnom godom*, abſtinere a litationibus & omnibus gentilium idolis. Ita ruſtici Uplandorum, antiqui ſermonis fidi ſæpe cuſtodes, de tempeſtate dicunt, *wädret hamnar af*, venti jam ceſſare incipiunt. Cognatæ originis eſſe videntur *hæmma*, ſiſtere & *hæmna*, ulciſci, de quorum ſingulis infra ſuis locis agetur.

HAM, quod vulgo *hamn* pronuntiatur, proprie tegumentum notat, ortum ab inuſitato *hama* vel *hema*, tegere, cujus numeroſa ſoboles ſupereſt, in fata concedente matre. Habemus quidem in Pandectis veteribus *hema*, ſed quod reſtrictius ſumtum, notat tecto recipere. Apud AngloSaxonas in latiori ſenſu ſupereſſe *gehaman*, HICKESIUS indicat, in *Gram. A. S. p.* III. & *hamod*, tectus, uti apud eosdem frequenter quoque *hæman* occurrit pro rem habere, coire, ut ſolent, ubi de animalibus in primis ſermo eſt, tegendi vocabula, tanquam honeſtiora, generationis actui ſignificando adhiberi: conf. *betäcka*. Gall. *couvrir*, quæque ſuperius in v. *beſkällare* attulimus. Ad rem vero propius faciunt voces compoſitæ eorundem AngloSaxonum *cildhama*, uterus, quaſi tegumen infantis, nec non in LEGIBUS FRISONUM occurrens *herthamon*, cordis tegumentum, quæ vox mihi ſuggerit *himin*, eodem ſenſu in LEGIBUS GOTHLANDICIS *c. 19: 15.* occurrens, nempe pro tegumento cerebri, dura matre appellato. *Sis a himin þa hinna* (hæc gloſſa eſt recentioris ævi, &, quum in deſuetudinem vox illa *himin* venerat, inſerta) *þa ir hyt at tveim mark ſilfs*: ſi membrana cerebri apparuerit, mulcta duarum marcarum eſto. Apud Danos anguis exuviæ hodieque *ham*, *ſnogeham* dicuntur, & *ſkyde ham*, ſenectam exuere. v. ACTA HAVN. *Tom. V. p. 161.* Ab eadem hac radice orta *hem*, *himmel*, cum derivatis, ſuis locis quære.

II. Veſtis, indumentum. CHRON. RHYTHM. *p. 258.*

Han komſkrudder med en årlig hampn:

Venit veſtitus decenti veſtitu.

Hiſtoria ALEX. MAGNI:

Med änginhanda klædeham:

Nullius generis veſtimento.

Græci veſtitum εἶμα appellant, ſed quod ab ἕω, induo, originem ducit. In Lingua Fennonica *hame* tunicam notat, teſte JUSLENIO, in Eſtonica vero induſium, ut docet MOLLERUS, in *Deſcript. Eſtoniæ*, *p. 249* a quibus AngloSaxonum lingua parum diſtans fuit, utpote in qua *ham* camiſiam vel induſium pariter ſignificavit. v. BENSONII *Vocab.* Iſlandice *yfirhoſn* eſt toga, veſtis exterior. HEIMS KR. *Tom. I. p. 120.*

III. Forma externa, quippe quam cultus & veſtitus magnam partem conſtituit, & in primis talis, quæ ſuperinducitur. WESTG. *L. Rätt. B. c. 10:5.* *Jak ſa, at tu reet i trols ham*: vidi ego te equitantem in forma ſpectri. Qui formam mutat, in ſcriptis Iſlandicis *hamſkipaſt* dicitur, nec non *fara i hamförum*. v. KNYTL. *S. p. 4.* & VERELII *Index*. *Vargs ham* erat forma lupi, quam λυκάνθρωποι induere credebantur.

HAMNING, id. *Hiſt.* ALEX. M. *Rhythm.* *Hwa ſik i tholik hamning wänder*: qui ſe in talem formam convertit.

IV. Manes defunctorum. Eſton. *hahmo*, id. v. MOLLERI *Deſcript. Eſton. p. 149.* Et quoniam illi luridi & exſangues fingebantur; hinc de illis, qui vel morbo confecti vel alias pallidi ſunt, dici ſolet, *han är mager ſom en hamn*. D. LJUNGBERG, in libello, cui titulum fecit *SwenſkaSpråkets Redighet*, *hamn* derivandum credit a *mun*, ſpecies: ſed hoc nemini perſuadebit, rei etymologicæ penitus non ignaro.

HAMAR, domeſticus, ſervus. Occurrit vox illa in LEGE OSTROG. *Gipt. B. c. 29.* ubi traditur, lectum, qui datur ſervis honeſtioribus, *Foſtre* & *Foſtra*, appellatum fuiſſe *hamarſjang*. AngloSaxones *hamora* domeſticos appellaſſe, docet BENSONIUS.

HAMMAR, lucus, nemus petroſum. Iſl. id. EIGILS S. *þar voru einar ſlatter, en yfer ſkoger oc hamrar härr*, ibi

Digitized by Google

ibi erant planities & ſilva præaltique montes. *Hammarklettur*, in *Hiſt.* Ol. Tryggv. Edit. Skalh. Part. I. p. 108. eſt rupes in ſilva.

Vocem adhuc ſervant Uplandi, ab ultima inde antiquitate reſiduam, utpote a qua Rerum Saxonicarum Scriptores urbis *Hamburgi* nomen fere derivant. v. Dicmanni *Spec. Gloſſ. Theot. p. 30.* Habemus nos etiam varia locorum nomina, quæ indidem originem ducunt, *Stenhammar*, *Målhammar*, *Hæradshammar*, *Hammarstridjung* & plurima id genus.

HAMMAR, malleus. Probe obſervat Wachterus, in omnibus dialectis Gothicis nil fere variatam hanc vocem extare. A. S. *hamor*, *hamer*. Al. *hamer*, Iſl. *hammar*. Angl. *hammer*, Germ. id. Belg. *hæmer*. Ex hoc, adeo pulcro conſenſu, certo concluditur, ab alia antiquiori dialecto eandem promanaſſe, quæ utrum ſit המם, confregit, an aliud quid, non ſatis dixero.

HAMN, portus. C. B. *hafn* & *haber*, quæ duo vocabula diverſimode uſus approbavit. A priore nos noſtrum habemus, nec non Iſlandi Danique. Germ. *hafen*, Angl. *haven*. A poſteriore Galli *havre* formarunt. Quod vero ad noſtrum attinet, ortum putant alii a חפן, id. alii a vetere *haban*, tenere, quum naves contineat, quæ etymologia eſt Fr. Junii, in *Etymologico*. Ejus Editor primam ſcaturiginem quærit in *haf*, mare; quod idem ſe commendavit C. Fr. Ljungbergio, in libello, vocato *Swenſka Språkets Redighet*, p. 64. Sed neſcio, qui mihi hæc derivatio durior viſa ſit, inprimis quum conſenſu navigantium a mari portus, tanquam res toto caelo diverſa, diſtinguatur, & qui in portu navigat, jam altum reliquiſſe cenſeatur. Mihi perplacet derivatio Stjernhielmii, quam in *Gloſſario Ulphilano* habet, *p. 82.* ab *hamma*, vel potius *hamna*, *hafna*, quod nuper p. 773 habuimus. Significat id vero, uti diximus, ceſſare, uſurpaturque inprimis de quavis cæli intemperie, ut dum Uplandi dicunt, *wædret hamnar af*, venti miteſcere vel lenius ſpirare incipiunt. Portus vero haud ſcio, an ſimpliciori alio vocabulo deſcribi potuerit, quam illo, qui locum indicat, ubi miteſcunt venti, & maris æſtus coërcetur.

II. Ita vocabatur certus numerus ſociorum navalium, qui belli tempore naves conſcenſuri erant, ita ut territorium ſingulas naves inſtrueret. Dividebatur vero territorium, *Hundari*, in minores partes, quæ erant *halft hundare*, *fiardung*, *attung* & *hamna*, ut conſtabit conferenti Suderm. L. *Ting. B. c. 2.* cum Upl. L. *Kon. B. c. 10. 15.* Quique adeo ex una eademque *hamna* erant, *hamnumæn* dici conſueverunt, quarum plures *ſkipalag*, *ſkepsrede* conſtituebant. v. l. c. quod idem fuit, ac, quod modo nominavimus, *hundari*. Si Dolmerum auctorem ſequimur, in *Notis* ad Jus Aul. *Norrv. p. 334.* ſtatuemus, 42 *hamnas* integrum *ſkepsrede* conſtituiſſe. Osterson Weile, in *Gloſſ. Juridico*, ſub v. *haffne*, docet, eum, qui terram 24 orarum argenti poſſedit, navem longam 12 remorum ornandam habuiſſe, & proinde quemlibet, qui 2 oras terræ habuit, ſingulos remiges præſtare debuiſſe, quibus unus proreta, *ſtyrisman* dictus, præerat. Locus claſſicus, ubi in hanc rem plura differuntur, eſt Upl. L. l. c. & Suderm. L. *h. t. c. 10.* Iſlandi *ſkipshofn*, collectivo vocabulo, appellant ſocios navales, vel omnes, qui in navi ſunt. Ol. Tryggv. *S.* Edit. Skalh. P. II. *p. 98.* *War* Kiartan *þa ſkyrdr oc* Bolli *frændi hans, oc all þeirra ſkipshöfn*: baptizatus tum fuit Kiartanus cum affine, Bollio, & omni comitatu nautico.

HAMNA, portum attingere. *Jag wet ej, hwart jag hamnar*, neſcio, ubi portum alloquar, proprie, ubi curſum ſiſtam.

HAMPA, cannabis. Critices Linguarumque ſtudioſus obſervabit, quæ vis ſit temporis, & quam varie gentes in vocabula jus ſuum exerceant. Græcum *κάναβις* Latini integrum ſervarunt. Terminationem ſuſtulerunt Itali, *b* litera durius pronuntiata, *cannapa*, *canneva*, unde *cannevas*, tela cannabina. Galli *chanvre*, *chenevis*. Belgæ inde *kennep*, *kamp* formarunt, Eſtones *kanæpi*, AngloSaxones *hænep*, Germani *hanff*, nos *hampa*, Fennones *hamppu*, primævæ vocis vix ulla litera reſidua.

HAMPA, ſuccedere. *Thet hampar ſig wäl*, bene ſuccedit. Non dubito, quin *happa* olim dixerint Majores noſtri: ſed uti repetitionem ejusdem literæ permutatione alterius in *m* vel *n* mollire ſolent; ita heic *hampa* formarunt. *Happ* apud Iſlandos fortunam, feli

cem-

Digitized by Google

cem eventum denotavit, ut pluribus confirmat Verelius. Apud Wormium affertur *happ*, felix, *ohapp*, infelix. Angli inde *happy*, felix, habent, *happen*, accidere. C. B. *happus*, infortunium. Ruri etiamnum inſperata felicitas *en håplycka* audit, *vanhæppa*, infortunium.

HAMUNG, fortuna, ſors. *Hiſt.* Alex. Magni.

Ok alla hans hamung wål forſea:
Et omni fortunæ ejus proſpicere.
Et mox:
Lato honom hade hÿra ok ſee,
Alla the hamung Darius *dreeſ:*
Ipſi monſtravit narravitque
Omnia fata artesque, quas Darius exercuit.

Iſl. *hamingia* fortunam denotat: *hamingiuman*, homo felix. v. Verelii *Index*.

HAN, ille. Pronomen tertiæ perſonæ, generis maſculini, ut *hon* feminini. C. B. *hwn*, *hon*, *hyn* & *yn*, ille, illa, illud. Perſ. *ein*, *an*. Boh. *on*, *ona*, *ono*. Ruſſ. id. v. Bernard, *Etym. Brit.* Iſl. *han*, *hun*. Terminatio Scythica eſt, pars reliqua ſuæ vetuſtatis teſtimonium habet in Ebræo הוא, ille. A. S. *he*. Al. *hie*. Belg. *hy*. Angl. *he*. Femininum *hon* videtur olim *a* longum habuiſſe. Certe in Lege Gothlandica id obſervatur, ut *han* in genere femineo uſurpetur, *hann* vero in altero. v. c. 20. §. 35, 36. & confer infra *hon*. Gothi exteri pro *han*, *hon*, *is*, *ſi*, nec non *ſa*, *ſo* uſurparunt, quibuscum convenit Iſl. *ſa*, *ſu*, referenda ad fontem communem זה, hic.

HANN, maſculus, cujus femininum eſt *hona*.

HAND, manus. Ulph. *handus*. A. S. *hond*, *hand*. Al. *hant*. Iſl. Angl. & Belg. *hand*. Probavimus variarum dialectorum Scythicarum conſenſu vocis antiquitatem, quæ tanta exiſtimari debet, ut omnem indaginem ſuperet. Nihil enim agunt, aut παρονομασίαν tantum quærunt, qui vel cum Martinio a χάνδω aut χανδάνω, capax ſum, vel, Auctore Junio, a κόνδυλος, articulorum nodus, noſtrum *hand* derivant. Ante vero profeſſi ſumus ſæpius, ubi ad MœſoGothica perventum eſt, lubenter nos ſubſiſtere, nec tempus terere fruſtra quærendo, quod invenire non licet. De Etymologo valet quod de Grammatico judicat Quinctilianus: *Inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua neſcire.* Id vero non poſſum, quin addam, oppido mihi probabile fieri, ipſammet hanc vocem Latio olim peregrinam non fuiſſe, quod quippe auguror ex derivato *hendo*, capio, unde *prehendo* cum derivatis pullularunt, ut bene monet Junius, in *Gloſſ. Ulphilano, p. 100*, & nos ulterius explicabimus in v. *hænta*. Ex Ulphilano *handus* duo habemus derivata, *handugei* nempe, quod ſapientiam notat, forte quia veteribus, ut Mezentio illi, Dextra Deus virtusque fuit, & deinde *hanſamma*, manibus debilis, quod tamen rectius legendum *hanhamma*, putat Wachterus, *Gloſſ. p. 652.* haud dubie ad modum *haihamma*, v. 47. occurrentis, quo unoculus exprimitur. Sed mihi potius in mentem venit, *ſam* illud ſola duriori literæ primæ pronuntiatione differre ab Iſl. *vam*, quod vitium in re denotat. *Fam er wama want:* pauci vitio carent, unde *wamhalt*, qui vitio claudicationis laborat: *handawam*, manus vitium, *handarvane*, quod hoc ipſo loco in Versione Islandica legitur pro manu debili. Sic A. S. *wlitwamme*, formæ læſio, apud Hickesium, *Diſſ. Epiſt. p. 90. §. 56.* *wem*, vitium, v. Benson. *wemme*, id. Al. *unbiuuamter*, non vitiatus, in *Reg. S.* Benedicti, p. 27. Conf. Hickesii *Gram. Theot. p. 26.* De variis vocis *hand* acceptionibus accurate agit Wachterus, & forte operoſius, quam vellet is, qui Linguæ criſin & origines tantum quærit. Præcipua interea, quæ uſus firmavit, ſequentia fere ſunt:

II. Manus, pictura: *känna igen ſin hand*, manum ſuam agnoſcere: inde *handſkrift*, chirographus, *haſwa wacker hand*, bene literas pingere.

III. Promiſſio, manu data. *Giſwa ſin hand* eſt, data manu promittere. *Giſwa på handen*, arrham dare. *Loſwa med hand och mun*, dextra & ore promittere.

IV. Jusjurandum, utpote quod manu, vel reliquiis Sanctorum vel etiam S. Bibliis impoſita, edebatur: *hinc ſwärja med hand å bok.*

V. Poſſeſſio. Valet huc formula: *haſwe then, ſom i handum haſwer.* Dominus cenſeatur, qui poſſidet.

VI. Poteſtas, dominium. *Haſwa om hand*, ſub manibus, vel in poteſtate habere: ſic etiam de arcibus, quæ, quando a vi & oppugnatione defe-

Digitized by Google

duntur, dici fere ſolent, *hållas konungen til hand*, *hållas til trogen hand.* Hinc Vaſalli, quique Principi ſtipulata manu fidem ſuam promiſere, dicebantur *gå til hand*, & ipſi fieri *handgeignir men.* CHRON. RHYTHM. *p. 489.*

Alle gingo the honom til hand:
Omnes ipſius leges accepere.

Hinc quoque illuſtrandus videtur modus loquendi, *gå enom till handa*, alicui adeſſe, officia præſtare: *at vera til handargangs* dicitur omne, quod præſto & ad manus eſt. HEIMS KR. *Tom. I. p. 655.* VETUS INTERPRES EUANG. *Thet göra the altz opa thet, at war Herra ſkall gifwa them meera goodz och penninger, oc ſærlika hand gagn her i jorderike*: id ideo faciunt, ut Deus plus opum & terreſtrium commoditatum det in hoc mundo.

VII. Vis. Hinc *handran*, quum quid alteri eripitur. WESTG. L. *Rätl. B. c. 11. Lägga hånder på en*: vim alicui inferre. *Handtakin tjuf* in LEGE DALICA *p. 30.* eſt fur, ſub ipſo facinore vi retentus.

VIII. Manupretium. *Lefwa af ſina hånder*, manuum labore ſe tueri. Hinc habemus formulam loquendi, *lefwa på egen hand*, proprio labore victitare. Voluit deinde uſus, ut *på egen hand* omne id denotet, quod quis diviſim, & ab aliis ſecretus agit. *Gå på egen hand*, ſolum ambulare. Germ. *auf eigene hand.*

IX. In compoſitione *hand* notat id, quod portatile eſt, ut *handbuga*, arcus minor. CHRON. RHYTHM. *min. p. 182. handyxe*, ſecuris minor, *handſax*, enſis minor. A. S. *handbell*, tintinnabulum, *handboc*, enchiridion, *handſpik*, vectis minor. Sax. *handſpeke.* IDIOT. HAMB.

X. In L. Iſlandica *handa* adverbialiter ponitur pro eo, quod alicujus gratia fit. EXOD. 39. *Gördu þeir ſkruden handa* ARONI, veſtem confecere ARONI. Alia vero ratio eſt, ubi *af hånde* occurrit, quod reſpondet Latinorum contra, adverſus. WESTG. L. *Mandr. B. c. 3. Swærjå a hånder honom*, jurejurando adverſus eum teſtimonium dicere

HANNA, manu contingere, attrectare. SKÅNEL. *p. 35. Icke wætthæ hannæ med hennæ, ey ſit har oc ey ſin cledher*: nihil manu contrectare, non crines, nec veſtes.

2. In malam partem ſumtum idem eſt, ac male mulcare. *Lit. Uplandorum* apud OL. PETRI, in *Hiſt. Suiog. Manuſcr. Hwilke oſs illa haſwa hannat*: qui male nos verberibus accepere. *Litt. Suecorum ad Norrwegos, de injuriis* ERICI POMERANI, ad finem CHRON. RHYTHM. *p. 77. Han hafver ſattiga ſielfwer med ſinom handom ſlagit och illa hannat*: ipſe ſua manu pauperes verberavit, & male tractavit. Sic in LEGE CHRIST. *B. B. 10. Ei illa hana eller dræpa*, non verberare aut occidere, de quo loco confer, quæ dicta ſunt ad v. *hamla.*

3. Tractare, quod alias *handtera* dicitur. Auctor *Vitæ* ANSCHARII: *Han förſtodh ej, huru tholge Gudz tjänare ſkuldo hannas*: non novit, quomodo ejusmodi ſacri Dei miniſtri tractandi eſſent.

HANDLA, manu tractare. Al. *hantolon.* A. S. *handlian.* Angl. *handle*: idque vel phyſice, quo ſenſu *höndla* ſæpe occurrit in ſcriptis Iſlandicis, vel moraliter, uti dum dicimus, *handla wäl med en*, bene cum quopiam agere, cujus contrarium eſt *misſhandla.* 2. Mercari, unde *handla och wandla*, mercari & merces permutare, *handel*, mercatura, *handelsman*, mercator. 3. Quemadmodum Galli *negocier* uſurpant de Legationibus Publicis, ubi de pace & foederibus agitur inter perſonas publicas, deque connubiis inter privatas; ita etiam heic *handla* eundem uſum habet, ut paſſim exempla proſtant. 4. Agere, *handla emot Guds bud*, contra Dei voluntatem agere.

HANDTERA, tractare. Iſl. *handtiera.* 1. MACCHAB. 6. *Vier hofum nytſamligare ſaker, at handtiera*, habemus res magis neceſſarias tractandas. STADENIUS, in *Explic. Vocum Biblic. p. 290.* putat, compoſitam vocem eſſe ab *hand* & Belg. *teren*, gerere. Sed malim, ultimas ſyllabas pro mera terminatione habere, qua in re conſentientem habeo WACHTERUM. Et patet id ſane, ſi dialectos cognatas in conſilium adhibuerimus, Angl. *haunte.* Gall. *hanter.* Germ. *handieren* Belg. *handteren.* In *Decreto* TASSILONIS *hantelot* explicatur manus immiſſio. Quum Angli vocem uſurpent inprimis de illis, qui ſcorta ſectantur, opinatur JUNIUS, affinem eam eſſe venatico termino *hunt*, feram ſectari: ſed reclamant ceteræ dialecti. IYE radicem ponit C. B. *hent* vel *hint*, conſuetum iter, via. Aſt nec hiſce opus eſſe, credidero.

HÄNDA, accipere. CHRON. RHYTHM. *p. 260.*

Han wilde doch ey ater wända,
Skatten wilden än af them hænda:
Noluit tamen reverti.
Tributum ab illis accipere voluit.

Dicebatur frequentius *hænta*, quod vi. de ſuo loco. Alemanni eodem ſenſu

handen dixere, ut probat Schilterus, *Gloſſ. p. 423.*

AHANDA, rem furtivam apud aliquem deprehendere. Upl. L. *Manb. B. c. 44.* alias *afhænda.*

HANDIG, agilis. Angl. *handy.* Belg. *handig.*

HANDFÆSTNING, promiſſio, quæ fit ſtipulata manu, ſive cives fidem ſuam Principi ſpondeant, ſive mutuam inter ſe, matrimonium ineuntes, a phraſi *fæſta hand*, quæ notat dextram dextræ jungere, ut ſupra monui: hinc *handfæſtnadarſtämma,* in Westg. L. *Gipt. B. c. 2.* ſponſalia. In Lege vero Ostrogothica *handfæſte, wærkar* ſunt decipulæ, piſcibus capiendis adaptatæ, & in fundo lacus manu defixæ.

HANDGREP, actus, quo dextra dextræ jungitur, ut ſolet in contractibus. Occurrit vox illa hoc ſenſu in Recessu *Stregnes.* anni 1547. apud Stjernmannum, *Act. Publ. Tom. I. p. 201.* Dicitur alias *handräckning*, ib. & *handſlag*, Germ. *handſchlag.* v. Schilteri *Gloſſ.* in *Andilagus.* Ceterum *handgrep* in re militari uſurpatur pro numeris militum modo que, quo arma tractant. In artibus mechanicis pro modo inſtrumenta fabrilia applicandi.

HANDHAFWA, tueri. Germ. *hand haben.* Belg. *handhauen.* Gr. διὰ χειρὸς ἔχειν. Vox hoc ſenſu nova. In Legibus Islandicis *handhave* is dicitur, qui poſſeſſor eſt, & in manu tenet.

HANDKLÄDE, HANDDUK, mantile, mappula, linteum, quo manus abſtergimus.

HANDLIN, mappa, ſudarium. Wetsg. L. *Kyrk. B. c. 2.* A. S. id.

HANDLÖS, vi vocis denotat manu carentem, uſus vero fecit, ut uſurpetur pro jactu, temere facto, quum telum manu fugit, veluti absque manus miniſterio: hinc in Legibus noſtris *handalös wåda*, infortunium ex temere jacto lapide vel emiſſo telo. Hels. L. *Manb. B. c. 6.*

HANDSAMA vel *handſäma*, manum injicere, ut quum res furto ablatas apprehendimus. Upl. L. l. c. *Nu klander man ſit ok handſæmer.* ſi quis ſuum eſſe poſtulet, injectaque manu poſſideat. Lex Westm. *b. t. c. 90 Far man efte thjufwe ſinum, ok wil handſama:* ſi quis furem ſuum conſectetur, illumque injecta manu detinere voluerit. Conf. c. 94. De terminatione incertum eſt, ſignificativa ſit nec ne, & ſi id, quibus parentibus nata.

HANDSKE, chirotheca. Germ. *handſchuh.* Iſl. *handſke* & *handſkiol:* quod ultimum eſt a *ſkiola*, tegere. Gothlandi *hankle* dicunt, tanquam *handklæde* vel pannum, manum velantem. De more veterum mittendi chirothecam in rei ſidem cum nuntio, quem quopiam ablegabant, alibi agetur. Vocabatur id genus ſymbolum *jerteken.* Conf. *Rhythm.* de *Exp.* Caroli. M. *Hiſp. p. 93. Sect. 5.* Du Fresne in v. *chirotheca* et *fuſtis.* Spelmanni *Archæol.* in v. *campus.*

HANDSÖL, mercimonii divenditi primitiæ. Angl. *handſel.* Cambri ſtrenam *honſel* appellant. Apud Gothos exteros latius patuiſſe vocabulum videtur, & omne munus in genere notaſſe, ad dona ſacra ſive ſacrificia inde reſtrictum. Vide Lexicographos, in *hunſl.* Compoſita vox noſtra eſt ab *hand* & *ſelja.* A. S. *ſellan*, *ſyllan*, quod in utraque lingua tradere notat, & dein vendere. Skånel. *b. m. 6. §. 9. Säl them i hænder*, illis tradit: Belgæ eodem ſenſu *handgbift* uſurpant, nec non *handſeel*, teſte Kiliano. Occurrit vox eadem illi, de qua heic agitur, adjuncta, in Cod. Arg. Joh. 16: 2. *hunſla ſaljan Gotha*, obſequia vel ſacrificium Deo præſtare, qua occaſione monere juvat, Mareschallum, in ſuis ad Verſionem A. S. *Annotationibus* obſervare, *ſaljan* hocce ſacris proprium videri, certe in Codice Argenteo non niſi de ſacrificiorum oblatione uſurpari. A. Saxones, quum Euchariſtia vulgo a Pontificiis ſacrificium vocaretur, S. Coenam *huſl* appellarunt, *huſlian*, euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare: a quibus nos idem vocabulum cum pluribus aliis eccleſiaſticis accepimus. Westg. L. *Kyrk. B. c. 12 Præſter a öre ſiri låger-ſtadh allum fræſſum mannum, the huſl taga:* Sacerdos oram unam habebit pro officio funebri ab omni ingenuo, qui ad id ætatis pervenit, ut S. Cœnæ particeps ſit factus. Monere pæne oblitus eram, apud Iſlandos *handſöl* dici, ubi dextra data aliquid firmatur, fidejuſſio quævis & ſolennior promiſſio. Pro exemplo eſto locus *Hiſtoriæ* Ol. Trygov. Edit. Skalh. *p. 125. Ek vil bioda hanſöl min fyrer han, ok fe ſva mikit, ſem þer vilied*, manum meam dabo, & pecuniæ quantum voluerint.

HANDTAK, dextrarum junctio. In Lege Scanica, *p. 28.* & alias legimus *ſwärja at handtaki, oc ey at bok*, dextra dextra jurare, non tactis Euangeliis.

HANDWÆNDNING, manus converſio: uſurpatur pro momento temporis. Belgæ dicunt *handwijle.*

HANDTWERK, ars manuaria, unde *handtwerkare*, qui artes ſellularias aliasque id genus exercet. *Handawerk* vi originis eſt opus, manu factum. A. S. *handgeweorc:* ſtilo vero forenſi denotat vim, manu illatam. *B. B. L. L. c. 48: 4.* Obſervat Wachterus, hujus generis eſſe, quod in Cod. Argenteo templum manu factum dicatur *handawaurhto*, quod AngloSaxo reddit *handworhte.*

HAND, genus. Nomen defectivum, &

& cujus genitivus pluralis uſurpatur tantummodo in conjunctione cum adjectivo, quantitatem vel numerum deſignante, *enabanda*, unius generis, vel etiam alicujus generis. Dial. de *Miſſa. Hwad är meſſan annat, än enabanda geſtebod*, quid eſt Miſſa, niſi ſpecies aliqua convivii: quaſi dicas alicujus generis convivium: *twæggebanda*, duorum generum, *mångabanda*, plurium generum, *allabanda*, omnis generis. Kon. Styrilse. *p.* 47. *Therbanda dygd*, iſtiusmodi virtus. Belg. *eenerband*, uniusmodi. Iſlandi pro hoc *banda batt* dixere, *allsbattar*, omnis generis, *margskyns battar*, diverſimode. v. Verelius, in *Indice*, ſub voce *batt*, quam genus, modum, mores, conſuetudinem notare, docet. Bibl. Isl. *þeſſe ero battur Paſkabaldſins*, hæ ſunt conſuetudines vel modi celebrandi Paſcha. Hinc verbum *batta. Hiſt.* Olavi Tryggv. *Part. I. p.* 85. Edit. Skalh. *Danawirki er ſva battat*: caſtellum Danicum ita comparatum eſt. Heims Kr. *T. I. p.* 120. *Hvernog þeir ſkyldo batta inngangunni*, qua ratione introitum componerent. AngloSaxones *bad*, *bade* pro ſexu uſurpant, unde *werbade*, genus maſculinum, *wifbade*, genus femineum. Ut itaque a *kyn*, ſexus, antiqui *allskyns*, omnis generis, *margakyns*, varii generis, dixere: ita ab hoc *bad*, *allsbad*, *allsbatt*, & ad leniendum recurſum ejusdem conſonæ, *allabanda* formarunt.

HANE, maſculus volucrum majorum, *kæderbane*, urogallus, *orrbane*, &c. Speciatim vero ſumitur pro primaria cohortis ave, gallo nempe gallinaceo, quo ſenſu occurrit *bana* apud Ulphilam, in Hiſtoria Paſſionis. Marc. 14: 68 & 72. Alemannice, *bane*. A. S. *bana*. Iſl. *bane*, & ſic fere in reliquis dialectis. Fennonnice vero *banhi* eſt anſer, *cana*, gallina. De origine vocis duas vidi conjecturas, quæ in cenſum venire poſſint, quarum altera *bane* ortum credit a Lat. *cano*, vel Græco, *χανώ*, clamo, quum proprium ſit galli, cantu mortales ſui admonere officii. Altera eſt, *bane*, gallum, & *böna*, gallinam appellatione generali nomen accepiſſe ab *ban*, is, & *bon*, ea, tanquam maſculum & feminam, quoniam gallus cum conjuge ἐξοχὴν quandam habent inter volucres domeſticas. Et ſi alterutri ſententiæ mihi accedendum eſſet, neſcio, annon priorem præoptarem. Fateor equidem, commodius quam a cantu, gallum nomen ſortiri non poſſe: ſed vellem eum, a Gothico fonte, non peregrino, appellatus fuiſſet. Uſurpat vero Interpres Gothus ſuo in ſermone *brukjan*, Matth. 26: 74. & *vopian*, Marc. 14: 68. non vero quidquam, quod ad Lat. *cano* accedat, & deinde commune hoc vocabulum eſt cum aliis volucribus, minus vocalibus, immo etiam cum gallinis, exigua unius vocalis tantum mutatione facta. Alteram vero ſententiam amplexus, cum Wachtero crediderit, *fogel* aut ſimile quid illi ab initio adjunctum fuiſſe, ut AngloSaxones volucrem feminam *henfogel* appellare conſuevere, hoc vero ubi uſus & celerior pronuntiatio præciderat, reſtitiſſe tantum *hane*. Sed obſtat tamen huic etymologiæ, quod apud Gothos exteros, qui voce hac, uti obſervatum, non caruere, *han*, pronomen maſculini generis, incognitum fuerit, proque eo *is* uſurpatum.

HÖNA, gallina. A. S. *han*. Al. *hen*, *hun*. Fenn. *cana*. Belg. *henne*, *hoen*. Germ. *henne*. Angl. *hen*. *Höns* vero nomen eſt genericum, utrique ſexui collective competens.

WÄDERHANE, triton, quippe qui ventorum index eſt. Cur galli figura illi vulgo detur, rationem reddit Junius, in *Tr.* de *Pictura Veterum*, *Lib.* 3. *Cap.* 8. & Vossius, de *Idol. Gent.* Lib. III. *c.* 86. Metaphorice hunc titulum addimus inconſtantibus, & quos omnis aura verſat.

HANK, annulus vimineus, quo conſtringuntur fuſtes, ſepem continentes. Östg. *L. B. B. c.* 14. Iſl. *bank* & *haunk*, quod etiam torquem denotat, docente Gudm. Andreæ, qui noſtram vocem acceptam refert Ebræo ענק, id. Angli *bank* pro vinculo uſurpant. In Lege Helsingica. *B. B. c.* 5. ſcribitur *band*, quod forte typothetæ vitio erit aſſignandum pro *bank* aut *band*: ita vero ibi: *Lagha garder um aker ſkal wara ſjäts mällum ſtöræ, ok bundin med twem bandum*, ſepimentum juſtum agrorum, paſſus intervallo quolibet ſtipite defixo, firmatum eſſe debet, conſtrictumque duobus vinculis virgeis. Festus Oſcos ait *ungulum* appellaſſe annulum, quod ab hoc non procul abeſt.

HANREI, qui moechum patitur. Vox peregrina, & procul dubio vicinæ Ger-

Germaniæ debita, cui itaque originem ejus indagandam relinquere liceat. Quod interea ab Eruditis traditum in venimus, in meras, easque non feliciſſimas, conjecturas recidit. Quarum prima, ut Wachterum ducem ſequar, eſt illuſtris Leibnitii, ab *bane*, gallus, & *ri* (quod ab Iſl. *runa*, incidere, derivat) ut ſit gallus caſtratus. Eccardus vero poſteriorem vocis partem refert ad *rebe*, laſſus, tanquam notaturam gallum, in opere venereo victum. Wachterus, qui viderat, A. S. *beaura* notare populum, vulgus, & Iſlandice *ria* eſſe illudere, in hoc nomine offendit vulgi ludibrium, perinde ac ſi nominis Auctor tot, ac ille, ad manus habuiſſet veterum Linguarum Lexica, ad conſarcinandam unam vocem. Alii credunt, *banrey* per metatheſin dici quaſi *borny*, cornutus, ut notum eſt, jam inde a vetuſtiſſimis temporibus cornua infelicium maritorum emblema fuiſſe. Ego facilius, quod repudiem, invenio, quam quod reponere valeam. Mittamus potius, ſuisque operiamus tenebris rem omnem, quæ non modo honeſtatis opprobrium eſt, ſed etiam ſine exemplo, aliorum culpam inſontis ignominia punit. Scripſeram hæc, nec ſcripſiſſe pœnitebat, ubi in Richardi *Theſaurum L. Britannicæ* incidi, ibique inveni, *bannereg* in L. Armorica notare dimidium cujusvis rei: quod pæne perſuaſit, Celticam vocem eſſe, eumque indicare, qui uxorii thalami non niſi dimidium tenet.

HANSE, ſocietas. Affero hanc vocis ſignificationem auctoritate Virorum celebrium, qui hinc explicandam docent appellationem urbium Hanſeaticarum, magno noſtro cum damno ſeculo imprimis XV & XVI cognitarum, & vulgo *Hanſeſtæderna* dictarum. Apud Ulphilam vero *banſa* copias, multitudinem denotat, quod idem ſuum fecere Alemanni, ut videre licet ex Tatiano, *Cap. 200*: 1. Brevis ſum, ut in arvo alieno.

HAP, portio terræ ſeparata, jugerum. Östg. *L. Gipt. B. c. 3. Triggia marka egbn i bumpe æller bapi*: tres marcas terræ in agris ſeparatis. Videtur una eademque vox eſſe, ſed diverſimode pronuntiata, *bap* & *hump*. Germani *buſe*, *bube* appellant modum vel menſuram agri. L. B. *buba*, *bouba*. Originem vocis primus detexit Dom. Er. Sotberg, in Ulphila *Illuſtrato, Part. II. p. 136.* Ulphilanum nempe *boba*, aratrum, monetque, ſimiliter L. B. *aratam* dici ab *aratro*, *jugerum*, a *jugo*, &c. ſcribitur *boop* in Recessu Calm. Anni 1474. §. 13.

HAPP, caſus. Angl. *bap*, *bapp*, fortuna, unde *bappen*, accidere. Periit vox illa hodie, relictis tamen ſui documentis in *båplycka*, caſus inſperatus, *bappa ſig* vel *bampa ſig*, ſuccedere, de quo ſupra. *Ofårbappandes*, caſu, ex inſperato, quæri debet ſub v. *båppas*: Cymræci felicem *bappus* vocant, Iſlandi *beppin*. Angl. *bappy*.

HAPPLA, inter loquendum titubare. Belgæ *baperen* hoc ſenſu dicunt, & forte etiam docere poterunt, unde ſuam vocem habeant. Spegel, in *Gloſſ.* radicem affert Iſlandicam *bapa*, recedere, quum qui hæſitat, ſua per veſtigia crebro redeat, & ſæpius dicta repetat.

II. Remoram injicere, ut dum dicimus, *ther år något*, *ſom bapplar*, eſt aliquid, quod turbet. Anglice *to bamper* inter alia notat implicare, intricare. Germ. *das bapert ſich.* v. Idiot. Prussicum.

HAR, locus lapidoſus, ubi ſolum glarea & ſilicibus conſtat. Uplandis vox illa notiſſima eſt: alibi *ör* uſu receptius eſt. Præteriri vero vox illa non debuit, quum plurimis noſtræ viciniæ locis nomen dederit, ut *Harnæs*, *Harbo*, *Harrig*. contr. *Harg*. Quod ad familiam ejus attinet, Cambri lapidem *carreg* dicunt, quod hucne pertineat, non magis ſcio, quam an ſaxa, in mari navibus infeſta, quæ ab Italis *aras* dictas fuiſſe, *Lib. I. Æneid.* docet Virgilius, cum hac voce cognationem habuiſſe, dicere oporteat.

HARE, lepus. A. S. *bara*. Iſl. *biere*. Lev. 11. Al. Germ. Belg. *baſe*. Gall. *baſe*, lepus femina. Junius a pilis, *bår*, etymon petit, quum, ut obſervat Plinius, villoſiſſimum animalium ſit lepus, qui idem Vir doctiſſimus nos admonet, Suidam ἄυρος explicare λαγωόν. In Lingua Aremorica animal hoc *arnab* vocatur, quaſi auriculatum. v. Boxhornii *Origg. p. 91.* Alii exinde, quod hiberno tempore acutiſſime clamat, non abſonum eſſe credunt, animal hoc dictum putare a vociferando

do, hoc eſt ab *haren*, quod Alemannis clamare notat.

HÆRA, inſtar leporis ſeſe abſcondere: verbum, quo per ignominiam ignavos leporibus aſſimilarunt veteres. CHRON. RHYTHM. p. 110.

I ſkogo bade the ſig hært,
Ty att flæſtom är liſwet kårt:
In ſilvas ſe abdiderant,
Ut plerisque vita cordi eſt.

Anglice *to hare one* eſt aliquem perterrefacere.

HARMUNT, vel *harmynt*, qui labia fiſſa habet inſtar leporis. Angl. *harelipd.*

HARF, crates occatoria, qua glebæ diſcerpuntur. Angl. *harrow.* Belg. *hercke.* Gall. *herce*, unde L. B. *herciare*, v. SALMASII *Exerc.* PLIN. *p.* 729. & adde SPELMANNI *Archæologum*, qui notat, cadentem Latinitatem ruſticum hoc inſtrumentum *herga* appellaſſe. Credidero, Scythas aliquando Græcosque communi vocabulo ad hoc inſtrumentum nominandum uſos, licet tempus ex uno eodemque diverſa fecerit. Græci enim illud ἄρπαξ appellant, cui nos ſtridulam terminationem demſimus: dicunt etiam ἁρπάγη, Latini *irpix*, *urpix* & *hurpex.* Radix manifeſta eſt ἁρπάζω. Su. *harfwa*, de quo mox. Uplandice *harf* appellatur pecten, quo foenum colligitur, in LEGIBUS SUDERM. *B. B. c.* 8. *anhærwe* dictus, ab *an*, quod vide. Fenn. *harawa*, id.

HARFWA, irpice glebas comminuere. Proprie notat raptare, trahere, quod etiam in uſu eſt, ubi dicimus, *harfwa af med en:* vi aliquem abducere. Iſl. *horfa*, id. HEIMS KR. *Tom. II. p.* 578. IFWAR *horfuaþi* GREGORIUS *at horþina ut:* IFVARUS GREGORIUM extra latera navis pellebat. Græci, ſe a nobis alienos non eſſe, manifeſte produnt, ubi in ſua lingua ἁρπάω, ἁρπάζω dicunt.

HARKA, corradere, frequentativum prioris. Iſl. id. KNYTL. *S. p.* 90. *Hafir han oc harkad ſamman mikid lid*: corraſit etiam magnam multitudinem. Hinc *harka*, raſtrum, ſarculum. Germ. *harke.*

HARFWEL, girgillus, rota glomeratoria, rectius *hwerfwel.* Belg. *werwel.* v. infra in *hwirfwel.* Commode nomen accipit ab Iſl. *hwerfwa*, circumagitari, volvi, unde *huerfull*, inſtabilis, *huerfandi huel*, rota volubilis. v. VERELII *Index.* Græci ἀρπεδόνην nuncupavere. v. MARTINII *Lex. Phil.* Germani *r* in *s*, uti ſæpe ſolent, commutato, *haſpel* dicunt, ultro profeſſi, ſe neſcire, unde vocem hanc habeant. Interim ab illis Itali & Hiſp. *aſpo* commodarunt. Veteres Galli *haple* uſurparunt. v. DICT. ETYMOLOGIQUE.

HÅRFWA, penſum fili, quantum ſcilicet verticillo ſemel explicatur, colo exceptum.

HARKLA, ſcreare, ut ſolent vetuli, quique phlegmate oppleti ſunt. Radix eſt Iſl. *harck*, ſtrepitus, tumultus. Angli eliſa litera *r hawk* dicunt.

HARLA, valde, quod alias *halla* ſcriptum reperitur, ut exemplis ſuo loco probatum dedimus. THORST. WIKING. *S. p.* 58. *Vorduſt þeir brädur harla væl*: Fratres illi admodum bene ſeſe defendebant. Ceterum ad originem propius *hardla* exaratur. KNYTL. *S. p.* 128. *Vard Drotning þeim hardla fegin*: Regina eorum adventu admodum lætabatur. Sicuti a *validus* Latini *valde* formarunt, & a κάρτερος, robuſtus, Græci κάρτα, valde, vehementer; ita nos ab *hard*, fortis, *hardla* fecimus, quæ vox quam prope ad Græcam accedat, nemo non videt. *La* a fine poſitum terminatio antiqua eſt adverbiorum, ut ulterius monebimus ad v. *widarla.* Alemanni ſimili modo *harto*, *hardo* uſurpant & Germani nonnunquam *hart.* Belgæ *herde: herde wel*, perbene, *herde goed*, valde bonus. v. WACHTERUS. De noſtro *hardt.* v. infra, in v. *hård.*

HARM, ira, indignatio, qualis ex damno vel accepta injuria oriri ſolet *Thet är harm, at jag kom för ſent*: poenitet, dolet, nimium tarde me veniſſe. Fenn. *harmi.* Alemannos eodem ſenſu id vocabulum uſurpaſſe, ex OTFRIDO probat WACHTERUS.

II. Apud antiquos SuioGothos nec non Islandos de luctu, & ſpeciatim illo, quo defunctos proſequi ſolemus, ſumitur. CATALOGUS REGUM SUIOG. ad finem L. WESTG. *in Vita* JOHANNIS. *Alt Swerikt harmædi hans dodæ myckit*: omnis Suecia ipſius mortem acriter dolebat. KNYTL. *S. p.* 104. *Var han litt harmdaudi alþydu mannz* ipſius mors civibus minime luctuoſa accidit. BIBL. ISL. I. MACCHAB. 2. *v. ult. Og allir Iſrael harmade* JONATHAN *miog*, & omnis Jſrael JONATHANEM valde luxit. Ita videmus, hanc vocem apud noſtrates indignationem, apud Iſlandos & AngloSaxones luctum, apud Alemannos calumniam, apud hodiernos Anglos noxam, detrimentum denotare, cujus ſignificatus

 veſtigia

Digitized by Google

veſtigia apud Scriptores medii ævi noſtrates invenire licet. *Hiſt.* Alex. M.

The begingo a bonom ſtoran harm:
Magno malo eum affecerunt.

In eo vero congruunt omnes, quod ſenſum, homini ingratum, hac voce ſignificent. Pro etymo Skinnero ſuccurrit Lat. *arma*, utpote nocendi inſtrumentum. Sed præſtitit, ignorantiam fateri.

HARMÆGGJA, ad iram incitare. Kon. Styr. p. 147.

HARNISK, gravis armatura, quæ corpus tegit. Iſl. *harneſkia*. Arem. *harnes*. Angl. *harneſs*. Germ. *harniſch*. Gall. *harnois*. It. *arneſe*. De origine vocis duæ circumferuntur opiniones, quarum prima eſt Hickesii, arbitrantis, hac voce proprie galeam intelligi, utpote cerebri tegmen, quippe quod apud Ulphilam *qhairnei* audit. Sed intercedit Wachterus, arbitratus, nimium reſtrictam eſſe hanc galeæ notionem, quum ubique id, quod corpus hominis vel etiam equi tegit, indicare ſoleat. Ille itaque alteram amplectitur, quæ a materia, C. B. *hajarn*, i. e. ferrum, armaturam hanc dictam cenſet, ita ut proprie rem ferream diſignet, dein loricam, ex ferro factam. Adi Pelletierii *Dict. Brit. p.* 420.

HARO, vox Gallica ſed quam Gothicæ originis eſſe, omnes ſuſpicantur, licet incunabula illius nemo adhuc detexerit. Dicitur vero *crier haro*, quando fugientem furem aut homicidam clamore & vociferatione eousque inſectatur turba, donec deprehenſus fuerit. Skinnerus vocem oriundam putat ab *Herr*, domine, quaſi foret Dei vel Domini invocatio, vel ab *ha*, particula exclamandi, & Belg. *rouwe*, luctus. Galli communiter tradunt, *haro* dici quaſi *ha! Raoul*, ut ſit imploratio Rolphonis, Norrmanniæ Ducis, e Norrwegia oriundi, & cujus adeo erat ſpectata juſtitia, ut abſens pro præſente ubique imploraretur. Schilterus *haro* formatum putat ab Alemannico *hera*, huc, cujus loco non incommodius ſubſtituiſſet Ulphilanum *hiri*, veni, δεῦρο. Hickesius, Vir in explicanda literatura Septentrionali feliciſſimus, *haro* formatum credit ab *hairus*, quo vocabulo Mœſogothi gladium appellant. Iſl. *hjor*. Vim argumento illius demerem, niſi ipſius verba adferrem: ita vero in *Grammatica Theot. p.* 96. *Oritur*, inquit, *ut ego puto, a Cimbrico* hjor. *Goth.* hairus, *gladius*, *quod perſecutio malefactorum*, *contra quos inclamari ſolebat* haro, *vocata erat* ſpada, *i. e. gladius*, *nempe quia gladio & armis erant reprimendi.* Pars vero eruditorum maxima fontem vocis quærit in Alemannico *haren*, clamare, vociferari, quæ opinio ſeſe doctiſſimo Menagio commendavit, non improbata Wachtero. Et ſane, ſi quid ego video, a veritate hi Viri doctiſſimi prope abſunt, quum certum habeam, voce hac *haro* clamorem indicari, licet ab *haren* illam pullulaſſe, negem. Ut itaque, quid ego norim, proferam, ab initio ſtatim profitebor, primam mihi facem ad natales ejus indagandos præbuiſſe, quod obſervavi, apud Veteres Belgas clamorem hunc *hæroep* & *harop* dictum fuiſſe, ut locuples teſtis eſt Du Fresne, in *Gloſſario Lat. Medii Ævi.* Quum ulterius recordabar, apud antiquos Scriptores *haro* ſpeciatim pro clamore bellico uſurpari, ut dum ex Froisardo Caseneuve, in *Origg. L. Gallicæ*, adfert *Le* Haro *commencea a monter*, *& les villes voiſines commencerent a ſonner les cloches*, ſponte ſua in mentem venit, me apud Scriptores veteres Gothicos Iſlandosque ſexcenties offendiſſe *hær-op*, quod erat clamor ille militaris, quem edebant certamen inituri, & a quo victoriæ omen ſumſiſſe certaturos, auctor eſt Tacitus, de *Moribus Germanorum.* Et hinc proinde concludebam, *haro* nihil differre a noſtro *härop*, ultima littera pro more Gallorum tenuius primum prolata, & dein abſorpta. Hoc vero Gothicum *hærrop* notat clamorem ſtentoreum, & qualem vel in bello vel caſibus parum ordinariis edebant alios excitaturi. Scilicet occurrit terminus ille *herop* vel *hærop*, uti dixi, qualibet fere pagina apud veteres Hiſtoricos aliosque. Bibl. Isl. *Jud.* 7. *þeſſer þryr ſloc, kar giorde eitt herop:* hæ tres catervæ ingentem clamorem edidere. Knytl. *S. p.* 234. *Ok er þeir voro bunir til bardaga*, *þa æptu hvarir tveggiu herop*: omnibus ad concurrendum paratis, claſſicum canitur. Ol. Trygcv. S. Edit. Skalh. *p. 121. þa æpa* Sigmundar *men hærop*: tum viri Sigmundi claſſicum canunt. *Part.* II. *p.* 287. *Nu toſtu menn at blaſa herblaſtur*, *oc æptu hvorutveggjo herop*: incepere bardi tum utrinque. Ceterum non tantum pro clamore pugnam ineuntium vox

illa

Digitized by Google

illa uſurpata reperitur, ſed etiam pro quovis alio ſigno, clamore edito. Heims Kr. *Tom. II. p. 441.* *þeir* Olafur *gengo at ſtofunni, oc opto þa herop:* viri Olavi ædes intrarunt, intranteſque clamorem ſuſtulerunt. In Bibliis Islandicis *Exod. 32.* de clamore comiſſantium Iſraëlitarum legimus: *Sem nu* Josua *heyrde folkſins heroop oc þys, þa ſagde han til* Mose, *þa er et heroop i here hewdunum lika ſem i bardaga. Han ſwarade, þat er ecke oop, ſo ſem þeirra er ſalla edur ſa ſigur, helldur heyre eg rödd kuedanda dans:* quando Josua audivit clamorem populi gaudentis, dixit Mosi: clamor pugnantium e caſtris auditur, ille reſpondit: neque hic clamor eſt vincentium nec cedentium, ſed audio clamorem, qualem edere ſolent ſaltantes. Notabilis etiam locus eſt Legis Upl. *Kon. B. c. 12: 4. Nu kan ſkadhi koma giönum thäſſa warda, nu äru upſaghdt: Tha är thät witsord thäſs wardin halder, wita thät mád twám mannum, their han hórdu, tha han laghlika öpte thry härrop:* id eſt, ex interpretatione Loccenii: jamque damno ex excubiis exſurgente, facultas eſto ei, qui excubias obiit, ſui expurgandi jurejurando duorum teſtium, qui ternum clamorem militarem exaudiverant. Obſervo ex loco præſenti, *heroop* dici unius ſolius clamorem, adeoque fieri poſſe, ut origo vocis repetenda ſit non ab *her*, exercitus, ſed ab *ha*, *har*, altus, unde Iſl. *habreyſti, havadi,* clamor, vociferatio, tumultus, & alia plura, licet non diffitear, pro militari clamore vocem ſæpius occurrere. Confirmor hac in conjectura, dum video in Jure Provinciali Alemannico hujusmodi clamorem *geruffte, geruchte, ruchte* appellari, a cognata radice *ropa*, clamare. Quod ad rem ipſam attinet, iſtiusmodi *härrop* etiam apud noſtrates uſu viguiſſe, ubi criminis gravioris cuipiam affini manus erat injicienda, probat inter alia *Edictum* Alberti, Regis, editum ab Hadorphio ad calcem Leg. Birc. *p. 27. §. 4.* & *p. 28. §. 9.* De Anglis v. Spelmannus, in v. *hutefium.* Apud Hibernos clamor militaris appellatur *pharro*, quam vocem Richardus Stanihurstius, *Lib. I. de Rebus Hibernicis* ſe ignorare fatetur, unde venerit; ſed fieri poterit, ut nil aliud ſit, quam noſtrum *hærrop*, cui *p* forte acceſſerit. v. Haltausii *Gloſſ.* in. v. *Gemein geſchrey* & *Waffengeſchrey.*

HARPA, chelys, inſtrumentum muſicum. Iſl. *haurpa*, *harpa.* Latini recentiores *harpa*, *harpare* & *harpator* habent, ſed tanquam voces Barbaras. Venantius Fortunatus, *Lib. 7.*

Romanusque lyra, plaudat tibi Barbarus harpa. A. S. *hearpe.* Al. *harpha.* Hiſp. *harpa.* It. *arpa.* Germ. *harfe*, *harpfe.* Angl. *harp.* Si ſciremus, ubi & quo tempore natum ſit hoc inſtrumentum, quæque ipſius prima forma fuerit, in tanto opinionum divortio certius ſtatueremus de vero vocis etymo. Ceterum uti conſtat, ſeculis Barbaris rem cum nomine primum extitiſſe, omnino illorum repudio etyma, qui vel ab ἁρπὴ vel ab ἁρπάζειν illud derivant, non ſecus ac ſi in animum inducerent, opificem Germanum aut Longobardum, perfecto opere, Gloſſarium aliquod peregrinæ & ignotæ Linguæ operoſe conſultaſſe, ut ſonorum aliquod, & doctorum ingenia aliquando exerciturum, nomen adinveniret. Aſſurgo itaque facilius Stadenio, Viro doctiſſimo, qui ab *haren*, clamare, aliisve, qui ab *horchen* illud pullulaſſe, docent, licet, ut verum fatear, neutrum perplaceat, & ultima ſyllaba videatur, inter quærendum radicem, nolle penitus præteriri. Mihi in Legibus Anglorum & Werinorum legenti, inſtrumentum muſicum, quod tractabant harpatores, dictum fuiſſe *circulum*, in mentem venit, rotationem illam nomen hoc Gothicum peperiſſe, atque adeo ortum fortaſſis a *huerfa*, circumagere. Ita vero modo laudata Lex: *Tit. V. 20. Qui harpatorem, qui cum* circulo *harpare poteſt, in manum percuſſerit, componat illum quarta parte majori compoſitione, quam ejusdem conditionis hominem.*

II. Metaphorice *harpa* dicitur inſtrumentum, lyræ formam referens, per quod grana mittuntur, ut a ſordibus purgentur.

HARS, reſina. Al. *harz.* Germ. id. Belg. *hars.* Helwigius derivat ab Ebr. צרי, per transpoſitionem.

HARSK, occurrit in diplomatibus, ævo Gustavi I. editis, inter apparatum militarem. De illius ſignificatione non parum hæſitans, tandem in animum induxi, verbo hoc intelligi manipulos illos hominum ſervientium, quos Equites Nobilesque ſecum in aciem edu-

ducebant. In *Formula Regiminis* apud Westrog. inter *Acta Publica* Stiernmanni, *Tom. I p. 154. Skall förenämde wår Ridtmæſtare dageligen rijde her ut med gränzerne, ſom bonom af Stadbolleren förlagt wardher, med godbe klippere eller retzer och ſkyttebarſk, bwilke af menige Adelen i Weſtergöt land ſkole undenhållne bliſwa*: modo nominatus Magiſter equitum noſter quotidie limites provinciæ obibit, tanto cum comitatu, quantum juſſerit Prætor, atque inſtructus equis viris que jaculatoribus, qui a Nobilibus Provinciæ alentur. *ib. p. 169: Så ſkole då hwar och en medh theres ruſtningar, heſter och barſk förbemålte wår Stadhållare och Regement, eller hwart ſom helſt the them ſkickendes eller beſkedendes worde, utban all förſummelſe bijfalla och tilldraga*: quilibet cum cum ſua armatura, equis viriſque prædicto Prætori & Magiſtratui noſtro præſto erit, quocunque eum mittere voluerint, ſine mora & negligentia profecturus. Veteres Germani hoc ſenſu *barſt* uſurparunt, ut docent loca ex Königshofio, apud Schilterum, in *Gloſſ.* allata, quorum unum alterumve afferam, *Cap. V. §. 189. Do machte ſich des Biſchoves barſt uf heimeliche, und ranten in noch unz gein Rotenburg*: tum copiæ Epiſcopi clanculum ſeſe recipiebant, Rothenburgum usque currentes. *ib. §. 193. Des Herzogen barſt, der zu Oppenheim lag, mit 11 hundert gleven*: Copiæ Ducum, quæ Oppenheimii conſedere, cum 1100 lanceis. Quid vero vocis ſit hoc *barſt* vel *barſch*, hic Auctor non docet. Schilterus quidquam in Iſl. v. *berstiorn*, ductus militum, ſe inveniſſe putat, quod facem præferat. Sed novimus, illud compoſitum eſſe ab *her*, exercitus, & *ſtiorn*, regimen, quæ ultima vox nimium male habita foret, ſi, excepta prima literula, tota abſorberetur. Angli Gallique ejusmodi militum copias *hoſte* appellant, quod cum *barſt* aliquid commercii habere, non ſatis affirmavero.

HARSK, auſterus, tetricus. Angl. *harsh.* Belgæ *barſch*, *bars* uſurpant: quod ultimum Junius per varias mutationes & ambages factum putat a *berſerkur*, pugilum illo immani & efferato in Septentrione genere. Qui non minori ambitu quæſita alia voluerit, adire poterit Casaubonum, qui ex Græco fonte etymon propinat.

HASAR, tendines calcanei, nervi tibiarum. Belg. *haeſſen.* Uſurpatur, quantum ſcio, tantummodo de jumentis, & ſæpe cum addito, *bakhaſar*. Origo vocis latuiſſet, niſi primum ex L. Islandica ſciremus, veteres pro *haſar*, *haſinar* dixiſſe. (v. Verelii *Index, p. 110.* & adde Glossas Florent. ubi legimus, nervos incido. i. e. *haſino.*) atque dein animadverteremus, Anglo-Saxones eodem ſenſu *hoh ſino* uſurpaſſe, teſte Bensonio. Componitur vero hoc ab *hob* vel *hos*, calx, poples, & *ſina*, nervus. Sic Linguæ veteres invicem noſtræ facem præferunt, ſine quibus, qui ſe eam intelligere putat, næ meras nugas agit. Auguror, ab *haſinar* primo factum eſſe *haſnar*, & deinde *hajar*, & hoc aliquanto plus quam meram conjecturam eſſe, ſuffragio L. Alemannicæ mox probabo.

HASA, enervare, nervos equis præcidere, ſuppernare. Jos. *11: 6.* Veteres Alemannos *haſnen* dixiſſe, evidens reddit illud *haſneta*, ſubnervavit, quod ex *Gloſſis* in Libros Regum adfert Schilterus, quodque fruſtra vitii inſimulat, quaſi ſcribendum foret *abaſnita*, amputavit. Ut enim cetera taceam, nimium generalis eſt hujus vocis idea, quam ut heic locum invenire poſſit, quippe qua non indicatur, caudane an juba aut aliud quid præciſum fuerit. Proverbiali loquendi genere ille, qui impedito paſſu ambulat, nec pedes inter eundum tollit, dicitur *draga haſarna*, quaſi qui pedes oneris inſtar trahit. Eſt forte hinc, quod *haſa* ruri idem eſt ac trahere. Oſtrogothi etiam *aſa* dicunt.

HASKE, periculum. Iſl. *haſki*, unde *lifshaſki*, vitæ periculum, *reindur i haſka*, periculis adſuetus. Gall. *hazard.* Obſolevit vox ipſa, ſed inde ſuperſtites habemus

HASKELIG, terribilis, qui formidinem facile incutit. *Thet är haſkeligt, at ſe*, foedum eſt viſu, ſine horrore videri nequit. Germani, qui ſibili alias amantiſſimi ſunt, moris ſui immemores ab hoc *haſkelig*, *heſslich* formarunt. Dicimus etiam *biſkelig*, a quo verbum *biſna* non eſſe alienum, ſuo loco monebitur. Annotatum a Menagio video, apud Italos *aſchioſo* idem eſſe ac faché, degouté, quod, ut plurima alia, Gothicis colonis debere videntur.

HASKA, inſectari: proprie terrorem incutere, ut periculum vitaturus alter, faceſſat. Ita dicimus *haſka efter en*, fugitivo imminere, *haſka efter odjur*, malas

las beſtias inſectari. Diſcunt hinc Germani, unde Lictores eorum *haſchers* dicantur, & quid ſit *erhaſchen*, nempe inſectando attingere.

HASPE, fibula, proprie quæ oſtium atque poſtem conjungit. C. B. *heſpen*. Iſl. *heſpa*. Germ. *heſpe*. AngloSaxones *hæpſe*, recentiores *haps* dicunt. Flandri *gaſpe*. Belgæ *gheſpe*. Suam vocem ortam putat WACHTERUS ab *heben*, tenere, aut potius ab *hæfta*, connectere. JUNIUS non diſſentit, quando pro radice habet Gr. ἅπτω: non enim arbitror, origine hæc diverſa eſſe.

HASSEL, corylus. A. S. *hæſel*. Al. *haſel*. Germ. id. Belg. *haſeler*. Si minus vera (quis enim id affirmare auſit in tantis linguarum tenebris?) at ingenioſa tamen eſt conjectura WACHTERI, arbitrantis, arborem hanc a fructu nomen ſortitam, eumque ab *hæſel*, quod A. S. petaſum vel galerum notat, quum nuces folliculo, velut galero tectæ ſint. CASAUBONUS a Lat. *corylus*, *haſel* emergere potuiſſe, exiſtimat, quæ conjectura robur mihi accipere inde videtur, quod reperio, veteres Iſlandos *barſel* dixiſſe, *barſwide*, corylus. GENES. 30. ubi *l* litera, quæ *ſ* præcedere debet, ſequitur, *c* in *b* converſo: alii ab *haſe*, lepore, a *caſula* h. e. tuguriolo alii illud derivant. Tantæ molis eſt, profiteri, aliquid eſſe, quod ignoremus! In *Gloſſis Antiquis LatinoBarb.* *haſla* notat ramum aridum. v. DICT. ETYMOLOGIQUE, in *halier*.

HASSLA WOLL eſt, in monomachiis pugnæ locum baculis defixis deſcribere v. HEIMS KR. *Tom. I. p. 212. Lagþi Jall ſcipom ſinom at landi, oc haſslaþi voll* RAGNFREDI *Kongi*: Jarlus navibus littori applicatis, locum prælio aptum Regi RAGNFREDO deſignavit Conf. NORNAGESTIRS *S. p. 15* Commentarii vice eſſe poterunt, quæ habet ARNGRIMUS JONÆ, in *Crymogæa. Lib. I. c. 9.* quæque ex illo adfert OL. WORMIUS, in *Monum. p. 69.* ubi notat, Athletas hoſce ante pugnam bacillis, haud dubie ex corylo factis, (*heſleſteingur* appellabantur) aream metatos fuiſſe. Verba ARNGRIMI hæc ſunt: *Monomachia vel ſingulare certamen inituri, ſcamma vel ſpatium quoddam, quod non excederent, poſitis terminis deſcribebant.* In *Hiſtoria* THORSTANI ſcribitur *hällſa vold*, ſed vitio exſcriptoris pro *haſla*, quem tamen errorem miror in *Indicem* VERELIANUM irrepere potuiſſe. v. p. 106.

HASTA, feſtinare. Arem. id. Gall. *haſter*. Angl. *haſt*. Belg. *haeſten*. H. STEPHANUS a Gr. ἅπτειν, proſilire ad res viribus majores, etymon petit, MARTINIUS ab ἀίσσω, ᾄσσω, cum impetu feror, SKINNERUS ab *haſe*, i. e. lepore, animali ad curſum velociſſimo: ceteri, quorum in partes ego facile conceſſero, ſe vocabuli natales ignorare, confitentur. Id vero mihi ſcire videor, vocem hanc remotiſſimæ antiquitatis eſſe, utpote quæ per florens Latium ſe jam diſſeminaverat, domi diu pæne intermortua. Rem mox ulterius probatam dabimus.

II. Ad properandum incitare, ſtimulare, *haſta på en*, pariter ac *ſkynda på en* dici ſolet.

III. Quum qui ad feſtinandum incitant, non ſemper increpationibus temperent; hinc notat quoque increpare, in primis apud Iſlandos. MATTH. 8: 26. *Han reis tha upp, og haſtade a vinden og ſioen*: ſurrexit autem, & increpuit ventum & mare. MARC. 8: 33. *Han haſtade a* PETRUM, *og ſagde*: increpavit PETRUM & dixit. Conf. LUC. 9: 21. Qui accuratiore lance criſin noſtræ L. tractaverit, inveniet, in Latio, penitus barbaram hanc vocem habitam non fuiſſe, ſed eiſdem parentibus eam Latinorumque *caſtigo* omnino nata eſſe. Quod ut probabile reddam, primo ſciendum eſt, terminationem meram eſſe *igo*, quod a fine ponitur, quemadmodum ab *inſto* fit *inſtigo*, a *fuſtis*, *fuſtigo*. Verum itaque vocis etymon reſtat *caſtare*: porro ſi *c* in aſpirationem mutetur, quo nil in noſtra L. frequentius eſſe, in Prolegomenis demonſtramus, reſtat mere Gothica vox *haſta*. Notatu vero dignum eſt, *caſtigare* non modo increpandi ſignificationem habere, ſed etiam accelerandi, plane ut hoc noſtrum. Sic legimus apud VIRGILIUM *caſtigare moram*, itemque apud SOLINUM, *c. 21. Mortem arceſſunt, & voluntario interitu caſtigant obeundi tarditatem.* CIC. *Ep. Fam. Lib. 10. Ep. 23.* LEPIDUM *caſtigare non deſtiteram, ut exſtingueret bellum.* Originum Latinarum Promi alias nos docent, *caſtigo* vel a κεςὸς, lorum, vel a κας̇ὸς, fuſtis, vel denique a *caſtus*, *a*, *um* derivandum eſſe, & ignoſcendum, donec meliora non habuerant.

HAST, celeritas. Angl. id. inde *haſtwerk*, opus depreperatum.

HASTIG, citus, item qui facile iraſcitur. Iſl. *höſtugr*. Al. *heiſtig*. v. OTFRIDUS

dus. *Lib. III. c. XIII: 9, 12.* Belg. *haſtig.*

HATA, odiſſe. Iſl. id. Ulph. *hatjan.* A. S. *hatian.* Al. *hazzon.* Germ. *haſſen.* Gall. *haïr.* Angl. *hate.* Belg. *haeten.* Inter diverſas de vocis hujus origine diſceptationes illa mihi non improbabilis viſa eſt, quam habet Junius, ab A. S. *hat*, calidus, quum iræ fervor animi comes eſſe fere ſoleat. Alii interea Lat. *odiſſe* unius ejusdemque tribus eſſe ac noſtrum putant, cui ſunt, qui addant Gr. *οδύσσω*, iraſcor. Si peregrinas origines ego ſectarer, prima ſuſpicio foret, a Gr. *κότος*, ira vetus, *κοτέω*, *κοταίνω*, ſimultatem gero, iraſcor, noſtrum eſſe formatum, pro illa neceſſitudine, quam cum Gothica adſpiratione habere ſolent *k* & *c*, inprimis a vocum initio.

HAT, odium. Iſl. *hatr.* Angl. *hatred, hate.* Ulph. *hatiza.* Germ. *haſs*, nec non *hader*, quod aliunde invita veritate deducere ſolent eruditi.

HÆTSK, infenſus. v. ſuo loco.

HATT, pileus. Iſl. *hötr*, *hattr.* C. B. *hett.* A. S. *hæt.* Al. *huot*, *hot*, *huat*, *hut.* Belg. *hood.* Friſ. *hatte.* Germ. *hut.* ab A. S. *hydan.* Al. *huaten.* C. B. *cyddio.* Gr. *κεύθειν*: a qua eadem radice habemus *hydda*, caſa, *hide* vel *ide*, latibulum ferarum, *hud*, cutis, &c. Ad eundem modum Latini, id quo caput tegebant, *pileum* appellabant, ut ego exiſtimo, a *fela*, tegere. Denotavit vero *hatt*, ut natura vocis indicat, tegumentum quodvis, quod uſus deinde reſtrinxit ad capitis operimenta, ſive pileus ſive galea fuerit. Præteriri enim hoc loco non debet Iſl. *höttr*, *hautr*, ſæpe poſitum inveniri pro caſſide, quod idem de Alemannico *huot*, *hot* certum eſt. Teſtes dare poſſum de voce Iſlandica Verelium, in *Indice*, deque Alemannica Schilterum, *Gloſſ.* *p. 467.* qui ex fragmento, de *Bello Hiſp. v. 3052.* adfert:

Noh thie ringe noh ther hot:
Nec thorax nec galea.

In Lege Ostrog. *Wad. B. c. 6: 1.* galea inde *kjätilhod* dicitur, quaſi pileus aheneus. Alias, & id ſæpiſſime, notat tegumentum villoſum, quod totum caput involvit, ad humeros usque pertinens. Conſtat id ex Sturlæsonio. Part. *I. p. 444.* *þeir haufþu hryniur undir kyrtlum, enn hautto yfer hialmom*: habebant thoraces ſub togis & caſſides pileis condebant. De ritu pileum perticæ aut pilo imponendi, quum ad colloquium admitti voluere obſidentes aut obſeſſi, varia habent ævi medii Scriptores. Erat hoc libertatis indicium, quod erigebatur, quodque ſublatum redintegratæ hoſtilitatis indicium cenſebatur. Chron. Rhythm. *min. p. 210.*

The ſtungo en hatt på ena glaffua,
För ſtadsporten the tha traffua.
Lanceæ pileo impoſito
Ad portam urbis incedebant.

Chron. Rhythm. *Majus, p. 470.*

Dagen gick ut, ok hattin full nider:
Exiit induciarum dies, & pileus decidit.

II. Stilo forenſi *hatt* ponitur pro maſculo, ut *huſwa* pro femina. Östg. L. *Ärfd. B. c. 3. Ganger hatter til, ok huſwa fran*: hereditatem adit maſculus, ea vero femina excidit. Germ. *hut und ſchlejer.* Galli eodem ſenſu *chapeau* pro viro nonnunquam uſurpant. Concluderes hinc, *hatt* non fuiſſe niſi virile geſtamen: ſed eſt tamen in ſcriptis veterum, ubi *hatt* etiam feminis datur. *Statut.* Magni *Regis* apud Hadorphium, *ad* Leg. Birc. *p. 21. §. 15. Ey ma Bruþgumi fleræ förningæ föræ ſinæ Bruþ, æn hær ſighs. En gangarå, ſadul, betzil ærmakapo oc hatt*: Non permittimus, ut ſponſus ſponſæ plura dona afferat, quam tolutarium, ephippium, frenum, tunicam manicatam & pileum.

HÄTTA, tegmen capitis muliebre, vel alias virile quodvis minoris formæ, quod diſtinctionis ergo dicebatur *mannahætta.* v. *Stat.* Caroli R. *de anno 1450*, ad finem L. Birc. *p. 57.* Certe videtur diminutivum eſſe prioris. Celebre nomen eſt confraternitatis, *Hættebröder* dictæ, quæ ſub tempore dominationis Germanicæ Majorum noſtrorum vitæ et fortunis imminebat, ita appellata ſive quod pileolos peculiaris formæ portabat, ſive, quod fere malim, quia pericula & infortunia miſeris afferebat, ab *hætta*, periculum, unde *mannhætta*, vitæ periculum, de quo mox. Sic turba, quam Olavus Gudbrandi filius, *Ogæfa*, h. e. infortunium cognominatus, circumduxit, appellabatur, *hættoſveinar*, nebulones. Quicquid hujus ſit, Rex certe Albertus, quum voto ſe obſtrinxerat, ut nudo capite incederet, donec Margaretam Reginam Suioniæ regno expelleret, per opprobrium ex hac voce nomen accepit *Hættelöſa Kongen*, Rex ſine pileo. v. Dalins *Hiſt. Suiog. P. II. p. 580.*

HÆCK, locus cancellis vel cratibus clauſus, ut ſunt agnorum ſepta in ovilibus, vel

vel locus ſupra præſepe, ubi fœnum equis apponitur, vel tandem cavea, in qua portantur cohortis aves. Fennon. *bæcki*. Belg. *beck*. Angl. Bor. *back*, teſte Rayo, *in Collection of Engliſh words*, &c. p. 23. qui ex Skinnero obſervat, pro hoc AngloSaxones uſurpaſſe *bægge*, *beg* & *oaca*. In Lingua Iſl. *bæcka* notat exaltare, ab *ba*, altus. 1. Macchab. 14. *Han bæckade ſteinweggena um Jeruſalem*: exaltavit muros Hieroſolymorum.

HÆDA, contumelia afficere. v. ſupra in *bad*.

HÆDAN, hinc, particula motum vel diſtantiam a loco denotans, ut ſolent fere, quorum terminatio eſt *an*, ut ſupra p. 87. notavimus. Chron. Rhythm. *p*. 266.

Han är ey bædan utan twa myla.

Non hinc abeſt niſi duo milliaria.

A. S. *beonan*, *beonon*. Al. *bina*. Angl. *hence*. Belg. *ben*, *benen*. Germ. *bin*. Ut ab *hic* Latium *hinc*, ita nos ab *ban*, *bær*, hic, & *hædan*, hinc, formavimus. Eſt forte ad ejusdem imitationem, quod utamur hac particula

II. Pro Cauſſali. *Hædan ſer man*, hinc videre licet.

III. Reſpondet fere Romanorum *verſus*, *verſum*, ita tamen ut hodie contracte ſemper *hæn* pronuntiemus, ut dum dicimus, *hwarthæn æmnar tu tig*, quo cogitas. Antiqui tamen plenius dicebant *hedan*. v. Stjernmans *Acta Publica*, *Tom. I. p.* 156. *Hwart bedan han drager*, quocunque proficiſcitur.

IV. Eſt particula temporis, *hædan efter*, dehinc, poſthac.

HÆFDA. Verbum frequentativum vocis *hafwa*, & proinde cum illa ſignificatione congruens, niſi quod eandem adauget. Notat vero, ubi de fundis agrisque ſermo eſt, colere, poſſidere, & ita ſono, ſenſuque coincidit cum cognato Latinorum *habito*. Kon. Styr. *Konungr take ey alla båfdi ſina undidana gods*: Rex ne capiat poſſideatve ſubditorum ſuorum agros bonave. Östg. L. *Arfd. B. c.* 2. *Hawir brodhærin bott a marg har*, *baſt oc hæfdat*: ſi frater fundum diu habuit, poſſedit coluitque.

II. Speciatim in georgicis notat agrum colere & ſtercorare, unde *hæfd*, ſtercoratio, *fora ut hæfden*, lætamen in agros evehere. *Hæfda* nempe videtur proprie idem eſſe, ac pinguefacere, perinde ac apud Latinos *habitus* pro pingui uſurpatur, *eques habitiſſimus*, apud Gellium Lib. IV. *Noct. Attic.*

III. Honeſto loquendi genere notat cum femina rem habere, idque neſcio utrum ad imitationem Latinitatis cadentis, quæ *habitare* & *cohabitare* hoc ſenſu ſæpe uſurpavit, an vero a ſimplici *hafwa*, id quod ſupra notavimus, perinde ut ἔχειν apud Græcos & Romæ olim *habere*, de ultima amoris linea accipi. *Kirk. B. L. L. c.* 16 : 2. *Hæfdar man bionalag ællar lönſkalæge i kirkio eller kirkiogardhe*: ſi quis cum ſua ipſius uxore aut peregrina in templo ejusve atrio concumbat. Lex Westm. h. t. *Cap.* 23. pro eo habet *bæwir*.

HÆFD, poſſeſſio. Lex Scan. *p*. 6. *Hava börnebörn i thera hæfdum*: ſi nepotes rem in poteſtate habeant: inde *urminnes hæfd*, poſſeſſio immemorialis, *hæfdabyte*, permutatio uſus rei, dum fruitio alicujus rei cum re alterius permutatur. In Lege Dalica, *p*. 16. § 5. *haft* ſcribitur: *Hawir man jord y hæfſtum ſinum*, ſi quis fundum poſſideat.

2. Uſus, conſuetudo. Catal. Lagmannorum *Weſtrog*. *At nytræ hæfdlandaſins foratri*, ex utili conſuetudine regionis tempore majorum illius.

3. Conſuetudo cum perſona alterius ſexus. Suderm. L. *Kirk. B. cap.* 15 *Komer hæfd i ſkyldſkap*: ſi conſuetudinem habeant cognati.

HÆFTA, apprehendere, atque adeo perinde ac prius frequentativum vocis *hafwa*, quam olim eandem vim habuiſſe, docet Codex Argenteus, Marc. 3 : 21. *Usiddjedun gahaban ina*: exibant, ut prehenderent eum: conf. Luc. 51 : 42. Majores noſtri *hafta* & *hapta* ſcripſere, unde *hapte*, captivus, in Upl. *L. Arfd. B. c.* 16 : 3. cui affine eſt Germ. *haft*, vinculum. Sueth *hæfte*. Östg. L. *Drap. B. c.* 2 : 1. *Thet aru lagha hæpte*, *fiætra oc armabande binda*: illa vincula legitima cenſentur: compedes, manicæ. &c.

II. Imperſonaliter ſumtum obligandi vim habet. *Jag hæftar therföre*, ego inde obligor, in me obligatio transfertur. *Hæfta för ſkuld*, ære alieno teneri.

III. Connectere, conſuere. Iſl. *hefta*. Germ. *heften*: hinc *behæftad*, alligatus, quo ſenſu Latine dicitur ſcelere alligari: *med ſjukdom behæftad*, morbo implicitus.

IV. Adhærere, adjungere. *Thet hæf-*

Digitized by Google

hæftar vid honom: id ipſi adhæret, id ei proprium eſt. Alemanni *houpten* aliquando hoc ſignificatu dixere, ut oſtendit SCHILTERUS, in *Gloſſ. p.* 467.

V. Impedire, ſufflaminare. Occurrit hoc ſenſu in phraſi eccleſiaſtica, *hæpta tidir*, a ſacrorum adminiſtratione ceſſare, recitationem miſſæ abrumpere. GOTHL. L. *c. 3. Tidr hæpta ſiri kirkiumannum:* cultum ſacrum parœciæ membris denegare. Sic WESTO. *L. Gipt. B. c. 3. hæpta fæſtikono mans:* ſponſam alicujus detinere.

HÆFTIG, vehemens. v. *heftig.*

HÆFWA, levare, tollere in altum. Ulph. *hafja.* A. S. *heafian, hebban.* Al. *heffan, hepfan.* Germ. *heben.* Belg. *heffen.* Angl. *heave.* Ratio verbi petenda eſt non a κοῦφος, levis, ſed ab *ha*, altus, quod in caſibus obliquis *f* aſſumit, e. g. *hafa*, altum. Orta hinc habemus, *förhäfwa ſig*, ſe efferre, ſe elate gerere, *hæfwer*, ſuperbus, de quo mox.

HÆFWEL, longurius, quo attollitur fœnum: in LEGE SUDERM. *B. B. c. 8.* recenſetur hic inter inſtrumenta ruſtica. Germ. *hebel, hebebaum.*

II. Projicere, emittere. Uſurpatur de motu, cui impetus ineſt. KON. STYR. p. 294. *Then häfwer annan, ſom iwi ſittir:* ille inferiorem facile detrudit, qui loco ſuperior eſt: ita ſilicet hunc locum interpretandum arbitror. In eundem modum dicimus *hæfwa in ſæd*, frumentum in horrea mittere: *hæf tig bort*, apage, quod idem loquendi genus in Codice Argenteo offendimus. MATTH. 11: 1. *Ushof ſik jainthro*, inde diſceſſit. Conf. MARC. 11: 23.

III. Incipere. DAN. 2: 15. *Han hof up, och ſade*, incepit loqui. Iſlandi eodem loquendi genere uti cernuntur. HEIMS KR. *Tom. I. p. 142. Hefur þar fyrſt, at þat vœri bod hans:* incipit ab eo, quod mandatum ejus fuerit. v. ſupra in v. *hafwa.* p. 758.

IV. Elevare, irritum reddere, *hæfwa underrättens dom*, judicis inferioris ſententiam irritam reddere. Germ. *aufheben: hæfwa ſwårigheter*, difficultates tollere. Latinis levare & elevare etiam minuere notat. Dicimus quoque *hæfwa ett twifwelsmål*, uti Galli *lever un doute.*

HÆFWA, decere. *Hiſtoria* ALEX. M.

Ingom Keijſare hæfwer thet wål.
Nullum id decet Imperatorem.

Iſl. *hæfwa.* id. nec non adapto. MARC. 2: 24. *giora thad, er ecki hæfet:* id facere, quod non decet. OL. TRYGG. S. *giora epter þui hæfer*, id facere, quod ipſos deceat. v. GUDMUNDUS ANDREÆ, in *Lex. Iſl. p. 101. hefelegr*, decens, mediocris; *hewerſk*, decorus, modeſtus, *hæfetſka*, morum decentia; *hæfe*, mores: occurrit vox hæc eadem in ſua progenie infra, ſub vocibus *hof, höflig* & *oöfven*; quæ adiri poterunt.

HÆFWER, ſuperbus, elatus, ſpectabilis. Utuntur ea voce ſæpe Uplandi, illiusque uſum latius ſe olim extendiſſe, docet *Auctor* CHRONICI OL. S. p. 8.

Han wart hæfwer mader,
Tha HARALDER HÅRFAGRE *i Norge war.*
Erat vir ſpectabilis,
Quando HARALDUS PULCRICOMUS Norrwegiæ Rex erat.

Radicale eſt *ha*, altus, quod in caſibus obliquis *f* adſciſcit. Adeoque notat eum, qui vel ſeſe effert, vel ab aliis effertur, quumque prius ſæpius forte eveniat, uſu prævaluit illa ſignificatio. A. S. *uphafen*, arrogans.

HÆGDA, ſibi temperare: dicitur de moribus & vivendi tenore. Sic contrario ſenſu de impotente animi dicimus, *han wet ej, at hægda ſig i lyckan:* fortunam reverenter habere, non novit. Iſl. *hegda.* 1. *Sam.* 18. DAWID *hegdade ſter viturlega:* DAVID prudenter ſe geſſit. Radix Iſlandica ſupereſt *hag*, animus, mens, mores, nec non commoditas, unde *hægd*, tranquillitas. TOBIÆ 11. *Fara eptera i hægdum:* pone ſequi pedetentim.

HÆGER, avis, quam Græci ἐρωδιὸν appellant, a quo ſuſpicor ceteras gentes ſibi ſuum nomen fabricaſſe. Latini *ardeam* vocant, Galli *hairon*, Angli *heron, hearn*, It. *aerone, aghirone*, Hiſp. *agrone*, AngloSaxones *hragra*, *d* in *g* mutato, Germ. *reiger*, quam adeo ultimam vocem a *reyhe* derivare non debuiſſet WACHTERUS, utpote cui conjecturæ non niſi recentiſſima ejus facies patrocinatur. Iſlandi *hegre* dicunt. Eſt aliud volucrum genus, quod Germani *heher* appellant, graculum loquor. Solent nempe omnium animalium ſpecies mire inter ſe confundi.

HÆGNA, tueri circumdata ſepe: unde dicimus *hägna ſit gærde*, arvum ſepe munire *L. L. B. B. c. 12.* Ab *hag*, ſepimentum, quod antea explicuimus. Metaphorice notat quemcunque ſervandi modum

Digitized by Google

modum : In Lege Westrogothica *hægna arf ſit* eſt hereditatem tueri. Saxon. *hegen*, ſervare, parta tueri.

HÆGNAD, ſepimentum, &, continente, ut ajunt, pro contento poſito, ſeptum, arvum incluſum. *L. L. B. B. c. 9. Nu hældar man ſin haſt i annars hægnat*: ſi quis equum ſuum paverit in alieno arvo.

HÆGOMA, vanitas. Kon. Styr. *p. 178. Flikrare ok hæggomamæn plæghia änkté ſighia ålla rådha, thera Herra åhörande, utan thet (the) huxa, han giärna vill höra*: adulatores vanique homines nil præſente Patrono ſuadere ſolent, niſi quod auditu jucundum norint. Confer p. 123. Recurrit idem vocabulum in L. Scanica, *pag. m. 25. Tha ma han ei lengär draghæ hin, är caſtän a, med hæggumæ ſinum*: tum ulterius non imponet vero Domino ſuis futilibus conatibus. Iſl. *biegomi*, id. *biegoma man*, vir blatero, qui vana effutit. Heims Kr. *Tom. II. p. 432.* Erlingur *ſeigir, at ſlikt wæri upploſing oc biegomi*: Erlingus reſpondit, fictos eſſe ſermones & verba inania. Bibl. Isl. *Deut. 5. Leggia nafn Drottins vid biegoma*, uſurpare nomen Domini in vanum. v. Verelii *Index, p. 112.* Gumundus Andreæ, in *Lexico Iſlandico*, docet, *biegome* proprie denotare pulverem tenuiſſimum vel fumum reſidentem in trabibus, fuliginem, idque forte ab *bie*, ignis. Mihi alias viſum fuit, *biegoma* compoſitum eſſe a *bia*, apud, juxta, & *gomur*, palatum, ut ſit idem loquendi modus, ac dum noſtrates de homine vaniloquo dicunt, *tala bredewid munnen. Bera margt a goma*, eſt loquacem eſſe, teſte Verelio. Apud Septimium invenio, *bieg* apud veteres Danos ſignificaſſe ſtultitiam, quod huc quis incomode non retulerit.

HÆKLA, inſtrumentum dentatum, quo linum carminatur. Al. *heckele*. Germ. *hechel*. Belg, *hekel*. Angl. *hatch*, carminare. v. Skinnerus. Fenn. *häkylä*. Derivat Wachterus ab inuſitato *hecken*, pungere, Kilianus veriſimilius ab *haek*, uncus. Sueth. *hake*, id.

HÆKTA, fibula connectere. Frequentativum verbi *haka*, quod idem fere ſonat, unde *hækte*, fibula, uncinolus, quo veſtis conſtringitur. Germani *haften* dicunt, quod nos remittere videtur ad radicem *hæfta*, connectere, nec id incommode, quum nil ſit frequentius, quam literarum *f* & *k* permutatio, ut *ſtift, ſtickt*, conſtitutio, & ſequens *häcktelſe*, quod adeo ſororium erit.

HÆKTE, vel *Hæktelſe*, carcer. *Jag war i häktelſe, och i ſökten mig*, eram in carcere, & viſitaſtis me. Non memini, me hanc vocem in ſcriptis antiquioribus videre, ubi carcer exprimitur per *fängelſe, dyſliza, priſund, myrkaſtofa*, & apud Ulph. *karkar*. A. S. *hæft* eſt vinculum, *hæftling, hæfted*, captivus. Saxon. *hecht*, carcer. Belg. *hechtenis*. Al. *hafta*, captivitas, *hæftesman*, captivus. Poſt hæc allata opus non eſt, ut moneam, radicem eſſe *hæfta*, apprehendere, jungere; immo ſcribitur etiam *hæfte* & *hæftelſe*. *Dr. Wäd. L. L. c. 15.*

HÆL, calx, ut in proverbiali loquendi genere, quod occurrit Westg. L. *Gipt. B. c. 5: 1. Hwat them ſkil hæl eller hugher*, hoc eſt, five eos ſeparet calcaneus ſive animus: ſermo eſt de conjugibus, quos inter frigus obortum eſt, quique vel, diſſidio orto, calcaneos inter ſe obverterunt, hoc eſt, phyſice disjuncti ſunt, vel animos inter ſe alienatos & averſos habent. A. S. *hel, hele*. Angl. *heel*. Belg. *hiele, helte*. Dan. *hæl*. Ortam vocem ſuſpicatur Junius ab ἅλλεσθαι, ſubſilire, Martinius vero a Lat. *callus*, *c* in aſpirationem, more Gothico, converſo. Sed quidni potius dicimus, ſeptentrionem, ſtridulam Latii terminationem molliendo, a *calx* ſuum *hæl* feciſſe, vel potius *hæl* & *calx* unam eandemque vocem eſſe?

HÆL, paxillus, clavus, in primis ligneus. Östg. L. *B. B. c. 4: 1. Tha ſkal tjudherbæl a midjan wæg wraka*: tum reſtim, qua impediuntur equi, in medio viæ deſtituet. ib. c. 17. *Dragher med ſær thiudherhæl*: ſi paxillum, ad quem alligatur funis, ſecum abſtulerit. Vocem illam in aliquot Sueciæ partibus nondum obſoleviſſe, novimus: illud vero æque forſan omnibus non conſtat, inter vetuſtiſſima, quæ habet Lingua noſtra, vocabula hoc numerandum eſſe. Judico id exinde, quod eandem quaquaverſum diffuſam video. Græcis enim ἧλος idem eſt, ac quod nos *hæl* appellamus. Cave vero credas, alterutros ab alteris id didiciſſe, ſed hauſiſſe credendi ſunt a communi fonte, utraque Lingua antiquiore, Scythicam loquor. Idem de Cambrico *hoel* pronuntiandum puto, quod etiam

Digitized by Google

etiam clavum denotat, *hoelio*, clavis compingere. Derivent ſuam vocem Græci ab ἵημι, mitto, immitto, contranitentibus litteris. v. *H.* STEPHANI *Theſ.* in v. nos noſtram ab *hålla*, firmare, retinere. Videat Lector, utri melius.

HÆL, mors. *Hiſt.* ALEX. M.

Medan tu rædis dód oc hæl;
Quoniam times mortem.

Ulph. *halı.* LUC. 16: 23. *In haljai viſands in halveinom*: in inferno cum eſſet in tormentis. Iſl. *hel.* GRETLA, citante VERELIO, in *Indice: liggia milli heims oc heljar*, in ipſo mortis articulo conſtitutum eſſe, *heliarmenn*, viri neci deſtinati. Hinc *hælrad* eſt conſilium datum de altero interficiendo. WESTG. L. *Mandr.* B. c. 3: 2. *han radh hælrædhum*, ille homicidii perpetrandi auctor fuit. Operam mihi ludere videntur, qui vel ab *hela*, occulere, vel ab *hol*, antrum, præſens vocabulum derivant: nam præterquam quod in univerſum in Scythicis vocabulis indagine illa tuto ſuperſedere poſſumus; ſcire oportet, mortis non inferni primam vocis eſſe ſignificationem, quum probabile ſit, prius de letho quam de domiciliis mortuorum & Plutoniis regnis verba requiſiviſſe primos mortalium. Ceterum obſolevit fere vox hæc, niſi quod uſurpetur in formula *ſlå i hæl*, occidere. Ant. *ſla til hålja, til hæljæs.* UPL. L. *Kirk. B. c. 6.* ÖSTG. L. *Wad. B. c. 1: 3.* quod male pronunciari ſolet *ihjæl*; nec non in compoſitis, cujusmodi ſunt

HÆLSOT, morbus lethalis: a *ſot*, morbus, quod ſuo loco occurret.

HÆLWAN, articulus mortis, vel proprie præſumtio mortis, a *wana*, opinari, ſperare. Occurrit in LEGE OSTROG. *Kriſt. B. c. 24. Giwer madher egbn til kloſter ælla kirkiu oſiuker, tha ma han helan huwdhlut giwa, ok halwan, än i hälwanum liggær:* Si quis bona immobilia Cœnobio aut templo dederit, incolumi valetudine, tum integram portionem hereditatis dare poterit, ſed dimidiam, ſi letho proquinquus fuerit. Iſlandi ſimiliter moribundum *hanvæn*, appellant. OL. TRYGGV. *S. P. I. p. 99.*

HÆLWITE, infernus. Dan. *helvede.* Una cum aliis terminis eccleſiaſticis hanc vocem ſine dubio Prædicatoribus Anglo-Saxonibus debemus, in quorum Lingua *hellevite* notat locum infernalem, Al. *hellauuizzi.* Compoſitionis ratio utrobique manifeſta eſt. AngloSaxonice enim *vite* ſupplicium, pœnam graviorem denotat, unde *vitehus*, piſtrinum, quaſi officina cruciatuum, teſte SOMNERO. Alemannice *uuizzi* idem eſt. In *Gloſſario* BOXHORNII *uuizzinoton* redditur angebant, & apud TATIANUM, c. 47: 2, *giuuizzinot*, torquetur. Conſpirat L. Islandica, in qua *vite* idem ſonat, ut in *Hiſtoria* HERRAUDI: *En ſala din ſocki i viti*, anima tua ſubſidat in ſupplicium. Proprie itaque *hælwite* notat ſupplicium infernale. Vide plura apud PALTHENIUM, in notis ad TATIANUM, p. 348. GRAMIUM, in *Actis Haun. Part. V.* p. 169. DIKMANS *Antiqu. Eccleſ. p. 213.*

HÆLA, occultare, A. S. & Al. *helan.* Germ. *helen.* Belg. *heelen.* Angl. Boreal. *heile*, ſtragulis aliquem involvere, qui ſe ad dormiendum componit. Lancaſtr. *to hill*, tegere. Iſl. *hela*, id. Unde *leita ſer hælis*, latebras quærere. OL. TRYGGV. S. Edit Skalh. p. 233. Cambri *cel* dicunt, quod nos manifeſto ducit ad Lat. *celo*, ut ſunt *h* & *c* literæ permutabiles. Et notatu dignum arbitror, duas in dialectis Gothicis hujus vocabuli formas eſſe, *hela* nempe, *helen*, *helan*, & *hilja*, quod in imperfecto habet *hulde.* Germ. *hüllen.* Ulph. *huljan*, & utramque in Latina Lingua apparere, quippe quæ non tantum *celo* ſed et *occulo* habet. Ejusdem familiæ forte fuerit *cælum* (conf. noſtrum *himmel*, ab *hema*, tegere) *cilium*, quod ISIDORUS ait eſſe tegmen oculorum. Obſoleſcere vox hæcce in noſtra Lingua incipit, improlis etiam eſt, ſi a ſequentibus disceſſeris.

HÆLE, latibulum. *L. L. B. B. c. 39. Följa til hols och hæles*, ſequi ad foramen & latibulum. A. S. *heolſtra*, id.

HÆLARE, occultator. Germ. *heler.* C. B. *celewr.* Dicimus in proverbio: *hælaren ær ej hættre, æn ſtjälaren:* Occultator vel, ut jus Romanum habet, qui furanti ſinum præbet, fure melior non eſt. In LEGE HELS. *Manh. B. c. 31.* occurrit *tjufhool*, quod dicitur, quum quis id, quod furto ablatum eſt, in ſua domo celat. *Nu ſtal annar, ok hittis tho i annars huſum, thet är tiufhool*: Si quis furetur, resque ablata in alterius domo inveniatur, id occultatio furtiva eſt. Occurrit mox etiam *hol* pro actu ipſo occultandi: *ſwa fore hol, ſum fore tiuptæ*, par pœna ſit occultationis atque ipſius furti.

HÆLAD, athleta, heros. CHRONICON RHYTHM. *p. 82.*

K. BYRGIR *tit förſt kom*,
Med honom mangen hællad from.

Rex

Rex Birgerus eo primus venit,
Et cum eo multi Heroës fortiſſimi.

Et ſic apud hunc Scriptorem qualibet fere pagina. Vocabulum hoc, quod in primis Poëtis familiare eſt, univerſo orbi Gothico vetuſtiori communis olim erat: uſurparunt certe AngloSaxones *hæleth*, *bold*, Alemanni *belit*, unde recentior ætas Germanicum *beld* & noſtrum *bjelte* fecit. Poſſem hic ſubſiſtere, & tamen meo officio ſatisfeciſſe: ſed ſi tamen, quid hoc vocis ſit, quiſpiam requirat, profitebor, mihi in mentem veniſſe, *hæleth* eſſe depravatam vocem GræcoLatinam *Heros*, mutato *r* in *l*, & terminatione Gothiſmo applicata. Sed incredibile forſan videbitur, veteres Gothos, quibus bellica gloria propria fuit, heroa domeſtico vocabulo appellare, non potuiſſe. Eſt hinc, quod Wachterus ab antiquata voce *bellen*, pugnare, noſtram deducat, ejusdemque familiæ eſſe moneat *billebart*, ſecuris bellica, Iſl. *bilder*, pugna, &c. ut proprie notet bellatorem. Ceterum obſervavi, inter ſynonyma viri fortis, in recenſione Eddica, eſſe *balur*. A. S. *bæle*, de qua voce Gudmundus Andreæ notat, eam proprie indicare virum glorioſum & belli gloria inſignem, utpote oriundam a radice *bæla*, laudibus evehere, commendare, (Ebr. הלל) cujus participium eſt *bælad*, inclytus, laudatus. Herw. *S. c. 68. Ganga baler brauſter af herſkipum tolf ſaman*: eſcendunt viri fortes e navibus bellicis, & quidem duodeni. Commendat ſeſe hæc etymologia duumviris, in hoc ſtudiorum genere primipilis, Hickesio Grammioque, illi in *Gram. A. S.* p. 117. huic in *Spec. Uſus Linguæ A. S. in Danica*.

HÆLL, petra, proprie talis cujus dorſum læve molliterque declive ſenſim ſubſidit. *Auctor* Institutionis Reg. pag. 207. commendatiſſimum tutiſſimumque arcis ſitum deſcripturus, ita præcipit. *Gode borgaſtade ſkulu wara a hardom bergom ok hælla klintom*: Situs optimus arcium eſt ſuper duris rupibus & petris acclivibus. Iſl. *hellr* v. Ezech. 24: 7. *a etrn beran hellu. ſtein*, ſuper petram nudam. Wachterus apud Suevos *halde* notare ait montis declivitatem, quam vocem Vandali Gothique in Hiſpania proſeminaſſe videntur, ubi *halde de monte* eodem ſenſu uſurpatur. In Glossis Florentinis legimus *clivus*, *halda*. Alias *hall* apud eosdem Iſlandos notat quoque ſpeluncam vel cavitatem montis. Heims Kr. *T. II. p. 237. For han til hellirs, er var i bergi*, abiit ad ſpeluncam, quæ in monte erat. Uti conſentaneum eſt, *hæll* ab *halla*, Germ. *halden*, inclinari, ortum eſſe; ita dubitari poſſit, eademne vox ſit hæc & AngloSaxonum *hill*. Angl. id. Belg. ant. *hil*, qua montem intelligunt, quamque Martinius, in *Lexico*, compendium eſſe putat τȣ̃ *hügel*. Sueth. *hygel*, tumulus, Belg. *heuvel*, *hovel*, ab *hog*, altus. Si vero communis originis fuerint, accidit heic, quod ſæpe alias, ut a primitivo ſuo valore ſenſim deflexerit. Id interea certum eſt, non tam altitudinem quam lævitatem ideam Suethicæ vocis abſolvere. Conſtabit id ex ſignificationibus ejus derivativis.

II. Lapidea tabula, quæ vel focum tegit, unde *ſpiskæll*, lapis focarius, cui ignis imponitur, (a quo Oſtrogothi per craſin *ſpiſel* formarunt) vel etiam quæ ante portas pro limine ponitur. Arbitror hunc vocis ſenſum eſſe in Westm. L. *Kirk. B. c. 5. Nu kan kirkia ſtulin warda, är helt hadha huu ock heller*: ſi ſacrilegium commiſſum fuerit, tecto incolumi ſartoque manente, & limine non moto, qua ratione, a parte ſumma imaque denominatione facta, templum illæſum deſcribitur. Loccenius *huu ok heller* interpretatur caput & calcem. Sed ignoravit forte, *huv*, operculum, tegmen, a voce *huſvud* plane diverſum eſſe, nec *hæl*, calx, geminum *l* admittere. Monere non intermittam, uſum voluiſſe, ut *hæll*, etiam de laminis ferreis craſſioribus uſurpetur: hinc *jærnhæll*, lamina, quæ foco præſternitur.

HÆLLA, *Hælda*, utroque enim modo ſcribitur in Legibus vetuſtis, notatque pedicas, inprimis equorum. Westg. L. *Forn. B. c. 10: 4. Wärder grip los, ligger a hældæ æller fiætur*: ſi ſolutum fuerit jumentum, ita tamen ut pedicas ſuas circumferat. Hels. L. *Wid. B. c. 10. Swa ſkall häſt æller ſkyut laghlika hæptæ, med hofſtocki æller knæſtocki æller ſkakhældu*: ita legitime detinentur jumenta, fuſte genibus alligato vel ungulæ aut etiam pedicis. Ejusdem proſapiæ eſt illud *ihald fear*, quod in Lege Westrogothica, *Kirk. B. c. 14.* occurrit, ubi ſancitur, fori civilis eſſe, cognoſcere, ſi Clericus pecca-

peccaverit, equum ſuum negligentius prohibendo a vicinorum arvis. Verelius, in *Indice, p. 105. ibald ſear* vertit pecoris, in ſegete vel prato capti, detentio: ſed pro ipſo crimine accipere jubent, quæ ibi, & *Thing. B. c. 10.* occurrunt id genus plura data damna. Derivatum hinc eſt *hælda*, pedicis conſtringere. *B. B. L. L. c. 9. 5. Nu hældar man ſin hæſt i annars hægnat*: ſi quis equum ſuum in alieno arvo pedicis aut reſti vinctum' paſcat. Utuntur hac eadem voce cognatæ dialecti. Al. *helde*, *helte*, pedica, compes. Abrah. Mylius, in *Archæologo Teutone*, docet, Saxones etiam compedes equorum vocare *helen*, p. 89.

II. Lamina ferrea, quæ ad firmandum rotæ ambitum circumdatur, canthus. Credo, verbum olim fuiſſe *hælla*, *hilla*, quod ligare ſignificavit: apud Scanos *hille* ligamen quodvis notat, *plægelhille*, lorum quo flagelli fuſtem utrumque connectunt triturantes, quod adeo procul non abludit a Gr. ἰλέω εἴλλω, concludo, coarcto, unde ἕλιξ armilla, annulus: ex eadem forte cauſa eſt, quod Uplandi mergitem ſtramenti *hælg* appellent, quum faſciculus ille vinculo ſtramineo circumdetur. Jam ſupra, ad v. *arm*, dixi, ſuſpicioni locum eſſe, *armillas* Latinorum aliud non eſſe, quam *armorum*, hoc eſt brachiorum circulos, atque adeo ex Gothico hoc fonte optime illuſtrari. Ceterum fuerint fortaſſe, qui vocem præſentem referri poſſe crediderint ad radicem *hålla*, tenere, retinere, quum uſus ſit pedicarum circulorumque ferreorum, ut contineant, ne quid eo abeat, quo nolumus.

HÆLLA, inclinare, idque vel active, *hælla ett ſat*, vas inclinare. Upl. L. *Wid. B. c. 6 hæller man gård nider*: ſi quis ſepem inclinet ad caſum; vel neutraliter, e. g. *landet hæller*, regio declivis eſt. Dicitur etiam *wara aſhällt*. Angl. *heel*, ut *the ſhip heeleth*, navis procumbit in latus. Ol. Tryggv. S. cap. 69. *Halladiſt Ormurin*, inclinata fuit navis longa. Iſl. *halla*. Luc. *9: 16. Er deigin tok ad halla*, quum dies cœpit inclinari ad veſperam. Ceteræ dialecti fere *d* amant. A. S. *hylden*. Al. *helden*, *halden*, unde *haldo*, præceps, *framhalde*, id.

II. Effundere. *Hälla wattn på något*, aquam alicui rei infundere. Angli Boreales *heald* eodem ſenſu uſurpant, teſte Rayo, in *Collect. of Words*, &c. conf. Junii *Etym.* in *held*, effundere.

HÆLLER, potius. *Hæller dö, ån ſkamligt leſwa*: mori præſtat, quam turpiter vivere. Alem. *halt*. Tatianus c. 28: 2. *Bitherbi iſt thaz furuuerde em thinero lido halt, thanne al thin lihhamo*: expedit, ut pereat unum membrorum tuorum potius, quam totum corpus. Conf. Hickesii *Gram. Theot.* p. 82. Videtur, olim *hall* bonum, præſtantem notaſſe, a quo comparativus *hæller* factus fuerit, vel, ut plenius apud eundem Scriptorem occurrit, *halt mer. c. 44. Oub halt mer faret zi then ſcafon*: ſed potius ite ad oves. Ut innumeræ vocum noſtrarum, quæ ad Latium aut Hellada genus referunt, *k* primigenium in aſpirationem convertunt; ita non abſque ratione mihi ſtatuere videor, hocce *hæller* nil aliud eſſe, quam Græcorum καλλίων, melior, ortum vel a καλὸς, pulcer, præſtans, vel obſoleto καλλὺς, bonus. v. Fr. Sylburgii *Not.* in Clenardi *Medit. in L. Gr.* p. m. 436. Format hoc *hæller* ſuperlativum *hællſt*, (Gr. κάλλιστος) qui non modo adverbialiter uſurpatur, ſed etiam in modum adjectivi, uti dum dicimus, *thet hællſta och bæſta*, optimum quodque potiſſimumque, idque ex auctoritate vetuſtatis Linguæque Iſlandicæ. 1. Esd. 8. *helſtum fedrum*, præcipuis patrum. 1. Macchab. 7. Alcimus *var hin helſte af þeim*: Alcimus eorum præcipuus erat. Sturlögers S. *p. 11. Leitar han nu radz vid ſina hellſtu vini*: conſilium petit optimorum amicorum ſuorum.

II. Potius, magis. Uſurpatur a nobis pari ſenſu, ac Galli *non plus* adhibent. e. g. *Han wet thet ej, icke jag hæller*: ille id neſcit, nec ego id magis ſcio. Björk. R. *c. 10. §. 2. Will ei ägbanden hæller tå komma, æn ſorra*: ſi poſſeſſor tum non magis quam antea venire voluerit. Iſl. *ei heldur* vel *ei at heldur*. Heims Kr. *T. I.* p. 195. *Trui eg ej at helldur*: nec illi fidem habeo. Cœptum eſt noſtra ætate, ut pro *hæller* a multis *eller* ſcribatur, e. g. *icke jag eller*: ſed abhorret id ab uſu veterum & Linguæ præſentis genio: eloquimur enim tota die *heller*, nec altera illa particula heic locum habet, quippe quæ ſignificatione reſpondet Latino aut. Hoc vero com

Digitized by Google

comparativum revera eſſe, conſtat exinde, quod *æn* aliquando ſubſequatur, ut in Norrska Hirdskrå, *p.* 202. *Drag aldrei uvini til hans aff þinni hendi, edur nokurkyns utruleik, heldur i leynd enn i lioſi:* nullas ei inimicitias ſuſcita, nec infidelis eſto, ſive clam ſive palam.

III. Adverſative uſurpatum invenitur, adjunctum pronomini *hwad*, et in hymno, *hwad hæller jag ſkal lefwa, eller dö,* ſive ſuperſtes ero, ſive moriar. *L.L. Drap. m. wåd. c.* 1. *Ranſaka, hwat hælder wåda war, eller ey*; cognoſcere, utrum infortunium fuerit, an ſecus. Non abſimili modo ſuperlativo *hælſt hwad* aut *hwilken* præponitur, quæ tum reſpondent Latinorum *cunque*, in *quicunque* &c. *Hwad hælſt hända kan*, quodcunque acciderit; *hwilken hælſt thet år*, quicunque fuerit. Suderm. L. *Manh. B. c.* 1. *Hwat ſæ thet hældzt är*, quodcunque pecoris genus fuerit.

IV. In Scriptis Iſlandicis *heldur* adjectivis appoſitum, ſignificationem adauget, ut *heldurlang*, paullo longior, *heldurſval*, pertrigidus. Heims Kr. *Tom. II. p.* 174. Diximus, vocem hanc bonitatis ideam habere: imitatur vero in hoc Latini ſermonis uſum, qui bene magnus, bene mane uſurpat.

V. Apud eosdem Iſlandos eſt particula adverſativa, explicanda per ſed, vero. Exemplum eſto initium Psalterii Davidici. *Sæll er ſa madur, huer ed ei geingr i raade omildra, helldur hefur ſina lyſtning i lögmaale Drottins*: Beatus ille, qui non ambulat in conſilio malorum, ſed beneplacitum ſuum habet in Lege Dei. Animadvertis, B. L. facilem eſſe hunc tranſitum ſignificationis: reapſe enim ſed illud heic & ſimilibus locis nil aliud eſt, quam ſed potius.

HÆLSA, ſalutare. v. in *Hel.*

HÆMMA, impedire, prohibere. *Hæmma oſeder*, malos mores cohibere. Iſlandi dicunt *hafna oſidum.* Ceterum apud eosdem *hema*, teſte Runolpho Jona, uſu viget, notatque domare, continere. Utra vocis facies minus fuci habeat, dicere haud in proclivi eſt. Patrocinatur huic noſtro Alemannica dialectus, quæ *hemmen* habet, oriundum, ut putat Wachterus, ab *ham*, pede manuve mutilus, ut alii, ab *heimen* tegere, neutrum ſatis commode. Succurrit, quod in *Gloſſario* Ulphilano obſervat Stjernhjelmius; in omnibus nempe hucusque cognitis linguis literam *m* claudendi, ligandi &c. ſignificationem habere. Verba ejus p. 85: hæc ſunt: *Notabilis eſt proprietas literæ m, Hebr.* מם, *in eo, quod vocibus, quibus eſt finalis, infert notionem claudendi, mutilandi, ligandi, turbandi, murmurandi* &c. Conferri de cetero poterunt, quæ ſupra ad v. *ham* diſſeruimus.

HÆMNA, ulciſci. Scribitur diverſimode, *hæmpna*, *hæfna* & apud Iſlandos *hegna.* Heims Kr. *T. I. p.* 468. *Jamt hegnþi han rika ok urika*, æque potentes tenuiorisque ſortis homines ulciſcebatur. Knytl. *S. p.* 64. Knut K. *hegnþi miog oſiþi*, Canutus Rex improborum mores ſevere caſtigabat. AngloSaxones hoc ſenſu *andian* uſurpant, Alemanni *antan*, quod hodiernæ Germaniæ *anden* eſt. Sed dubito, an id cum noſtro affinitatem habeat: in animum potius induxero, quum veteres *hafna* & *hegna* promiſcue ponant, quique vitia caſtigat, id in animo habeat, ut eadem cohibeat impediatque, ſola pronuntiatione hæc inter ſe differre.

HÆMD, ultio. Veteres pro eo fere *reſſingar*, *räſſt* uſurpant.

HÆMTA, capere, prehendere. In ipſo limine heic obſervandum judico, uſum confudiſſe duo vocabula, ſignificatu inter ſe non minus quam origine diſtantia, quorum alterum eſt *hænda*, *hænta*, alterum *heimta*: illud, ab *hand* ortum, denotat ἐγχειρίζειν, manu prehendere, hoc vero domum ducere, accipere, exigere, utpote derivatum ab *heim*, domus, unde *heima*, domo excipere, hujusque frequentativum *heimta*, domum ducere. Ut vero cum vulgo loquentes, nihilominus nos cum eruditis ſentire oſtendamus, initium faciemus ab

HÆNTA vel *hænda*, quod eſt capere, accipere. A. S. *hentan.* Vide Jonii *Gloſſ.* in v. Iſl. *henþa.* Heims Kr. *T. II. p.* 320. Inge *Kon. for epter þeim, oc hendi af þeim alt þat, er þeir matto:* Ingo, Rex, eos affectabatur, illisque omnia auferebat, quæ poterat. ib. p. 311. *Hænti a meþalkaſtin*, manubrium apprehendit. *Hiſt.* Alex. M.

Loth them hænta i ſkamma friſt.
Brevi eos comprehendendos juſſit.

Östg. *L. B. B. c.* 41. *Hæntir i hatt til hattabands*, Si (nuces) ceperit ad pilei uſque ligamentum. Addo Chronicon

Rhythm. in *Collect. Hiſt.* Bringiana *P. I. p. 78.*

Wi ſkulle ok ſamma Chriſtendom hænda.
Eandem fidem Chriſtianam acciperemus.

Chron. Rhythm. Hadorphii, *p. 40.*

Hwar the matte han hænda.
Ubicunque eum apprehendere poſſent.

Wachterus, in *Gloſſ.* ex Germanica dialecto *henden* affert, quod noſtro conſonum eſt. Nihil vero hac voce clarius demonſtrat harmoniam Linguæ veteris Latii Scythicæque: habuit enim illa *hendo*, unde *prehendo* & *deprehendo*, quod unde dimanaverit, illi ſoli norunt, qui e Scythico fonte didicere, *hand* manum eſſe, ſeu illud, quo capimus. v. Wachterus, in v. *hand.* Niſi hypotheſi meæ nimium inſiſtere, forte viderer, dicerem, ab eadem ſtirpe pullulaſſe Latinorum *anſa*, quaſi *hanſa*, quod quippe æque a capiendo nomen ſortiri potuit, ac Græci λαβὴν dicunt a λαμβάνειν, nos *handtag.*

HEMTA, colligere, afferre, domum ducere, ab *hem*, domus, *hema*, domo accipere. Iſl. *heimta.* Heims Kr. *Tom. I. p. 66. heimta ſaman ſkatta*, vectigalia colligere. Knytl. *S. p. 18. þottuſt han or heliu heimtat hafa*, videbatur ex orco quaſi revocatus. Hinc *Heimtin*, exactor, *heimtr*, exactiones. Chron. Rhythm. *min. p. 41.*

The ſingo honom, hwad honom braſt,
Skulle man hæmptat af ena raſt.
Fi miniſtrabant omnia neceſſaria,
Si quoque mille paſſibus inde eſſet quærendum.

Metaphorice notat colligere ſe ex morbo, aut alio quocunque corporis animive motu.

HÆN, contracte pro *hædan*, hinc, quod vide.

HÆNDA, accidere. *Mycket hænder oförtänkt*, multa inſperata accidunt. Iſlandi hanc vocem nobiscum habent communem, ut videre licet apud Gudmundum Andreæ. Ceterum apud alios hujus inſulæ Scriptores video, *henta* idem eſſe, ac ſuccedere. Thorst. Bæarm. *S. p.* 11. *Ei veit eg, hvort þat hentar, þui þu ert maþur Chriſtinn*, neſcio quomodo id ſuccedere poſſit, tu enim homo Chriſtianus es. Ol. Tryggv. S. Ed. Skalh. P. I. p. 112. *Ef ydur þiker ſva henta:* ſi vobis ita commodum videatur. In ceteris dialectis non memini, me hanc vocem invenire, ortam ut credo, ab *hand*, manus, prout illa, quæ bene maleve eveniunt, dicuntur, *gå wäl, gå enom illa i hand:* a quo dicendi genere facile fieri potuit, ut *hænda enom illa*, *hænda wäl* uſu receptum fuerit. Si cui hoc minus arriſerit, ſubjungam, mihi in mentem aliquando veniſſe, cum Græco ἀντάω ejusque derivato ἀπαντάω, quod contingere, evenire notat, non incommode noſtrum hoc conferri poſſe. Sed qui me auctorem ſequi voluerit, alterum illud etymon præoptabit.

HÆNDELSE, caſus.

HÆNGA, ſuſpendere. A. S. *hangan.* Al. *hangen.* Iſl. *hanga.* Germ. *hengen, henken.* Angl. *hang.* Dialectus Moeſo-Gothica habet *hahan*, quod & Alemannos imitari, *haben* dicentes, obſervat Junius, in *Gloſſario Gothico*, p. 190: hinc *ushahan*, Matth. 27: 5. quod uſurpatur in deſcriptione finis tragici Judæ, proditoris. Ab hoc vero *hahan*, meo ſenſu, palam eſt, per epentheſin recentiores dialectos feciſſe *hangan*, adeoque fontem petendum eſſe a Goth. *hah*, altus, quod nos *hög* dicimus, unde *hugga* primo factum videtur. Obſervavi certe, id ab Auctore *Hiſtoriæ* Alex. M. uſurpatum.

Han torf ej hugga hofud a broſt
Non opus habet, caput demisſum ad pectus habere.

Sedulo hæc annoto, ne in caſtra Wachteri temere transeatur, qui a Gr. ὄγκος, uncus, noſtram vocem derivat, quaſi proprie notaret, unco ſuſpendere. Notum vero eſt, veteres Gothos duo *g* more Græco ita pronunciaſſe, ut prius vim τȣ̃ *n* habuerit.

II. Neutraliter poſitum notat pendere. A. S. *hengan.* Germ. *hangen.* Angl. *hang.* Uſurpatur de quavis re pendula, ut dum fructus ex arboribus pendent.

III. Ut apud Latinos, quæ dubia ſunt, in ſuſpenſo eſſe dicuntur; ita apud nos frequens eſt, *then ſaken hænger:* res illa in incerto eſt. *Hængſiuk* appellatur, qui inter ægrotum & ſanum medius eſt, & de quo neutrum dici poteſt. Diuturnam habemus hanc vocis metaphoram, quod patet conferenti *Codicem Argenteum*, Joh. 10: 24. *Und qha ſaivala unſara hahis:* quousque animam noſtram ſuspendis, ut recte vertit Reverendiſſ. Benzelius.

HÆPEN, attonitus, unde *hæpna*, obſtupeſcere, & *förhæpen*, admodum conſternatus. Act. 2: 6. Quum linguæ cognatæ hac voce careant, diffici-

Digitized by Google

cilior etymi indagatio eſt. Aliquando credidi, a Latinorum *hebes* noſtrum hoc vocabulum ortum fuiſſe, quum *hebetari* illa dicantur, quæ animi vigorem amiſere, ut dum de Auſurianis ait AMMIANUS MARCELLINUS, Lib. 28: *p. m. 409. Mactatis agreſtibus, quos inopinus hebetaverat timor.* Sed tandem certiora vocis veſtigia mihi viſus ſum inveniſſe in veteri Anglorum vocabulo *awbaped*, quod SKINNERUS vertit attonitus, perterrefactus, ortumque docet ab A. S. *waſſjan*, ſtupere, horrere. v. *Etym. Angl.* inter voces antiquas.

HÆR, hic. Ulph. *her.* A. S. *here.* Al. *hiar.* Iſl. *her* & *hadar.* v. HEIMS. KR. *Tom. I. p. 316.* Angl. *here.* Belg. & Germ. *hier.* Originem hinc ducit *hærlændſkr*, indigena. WESTG. *L. Sår. m. Wil. c. 6.* Belg. *bierlandſch.* Quod ad orthographiam attinet, ſcribitur rectius, opinor, cum *æ*, etſi *ther*, ibi, *e* amet, utrumque ex analogia: ſicut enim a pronominibus *hic*, *ille* apud Latinos factum eſt *hic*, *illic*; ita ab *han*, *then* nos *hær* & *thær* fecimus. Quod ubi monui, etymon vocis nec obſcurum eſſe poterit. Diverſa ab hac eſt particula inſeparabilis *her*, motum a loco indicans, & nuperius per Germanos ad nos traducta, cujus exempla habemus in *herkomſt*, origo, proſapia, *herflyta*, profluere, &c.

HÆRFÖRINNAN, antehac: ſcribebatur olim *hedanförinnan. v. Acta Publ.* HADORPHII, *p. 227.*

HÆROMDAGEN, ante aliquot dies. Vitiatum arbitror, pro eo, quod eſt in HAVAMAL, *hinom dager*, altero die, ab *hin*, alter, quemadmodum Galli dicunt *l' autre jour.*

HÆR, multitudo hominum, cœtus. Ant. *hærr.* v. UPL. L. *Kon. B. c. 12:* Non me falſum eſſe, credidero, ſi generalem hanc vocis ideam primam & originariam fuiſſe, dixero, quam, ut ſæpe fit, uſus dein contraxerit. Videbimus vero infra veſtigia primigeniæ hujus ſignificationis in derivato ejus antiquiſſimo, *hærberge.* Ubi prima illius indicia habemus, *Codex* eſt *Argenteus*, in quo *harjis* ponitur pro legione. Luc. *8: 30.* Nec eadem Alemannis inſolens eſt, ut patet ex plurimis OTFRIDI locis, quorum unicum tantum adferam, Lib. III: VI: 17.

Unſirſlagan heri in uuar
Fuar ingegin imo thar.

Innumerabilis multitudo revera
Ipſi obviam venit ibi.

Ceterum, ut duplicem in finem conventus majores agi fere conſueſcunt, vel ut de re publica conſilia agitentur, vel ut adverſus hoſtes ſe congregent cives; ita voce hac indicari videmus

I. Conventum comitialem: Hinc ubi ſenatus populusque Suiogothicus Upſaliam nono quolibet anno confluebat, vel alias, ſuis ſedibus excitus, congregabatur, dicebatur *Allsbærjarthing.* v. OL. TRYGGV. S. Edit. Skalh. P. 2. p. 4. Apud STURLÆSONUM. *Tom. I. p. 502 landsher* appellatur coetus ille, qui in concilio Upſalienſi OLAVO SKÖTKONUNG præſto erat. *Honom likaþi ſtorilla, þa er landsher þeſ i gert þys at honom a Upſala þingi.* OLAVO maxime diſplicuit, quod in nuperis comitiis Upſalienſibus tumultum contra ipſum excitaverant cives. Et quum in more poſitum fuerit, ut ad iſtiusmodi concilia vocarentur *allauþæ, allþydir, alla bonda mugurin, meena inbyggiare i Swerige, ábdra Götha ting, allimæn* (v. WESTG. L. *Kon. B. c. 1.* & 2. LITT. LEGAT. SUEC. *ad. ſenat. Danicos, Lodos. 1442.* apud HADORPH. in *Actis. Publ.* annexis CHRON. RHYTH. p. 148. &c. DAL. L. p. 4.) hoc eſt univerſa civium multitudo; hinc in animum aliquando induxi, nomen illud, quo comitia appellamus, *herredag* rectius ſcribi *hæredag.* Sortiri quidem nomen hoc potuit ab *herre*, ſi recentius fuerit, eoque tempore receptum, quo poteſtas omnis & imperii gubernatio in regni Proceres fuit tranſlata, ſolenni titulo *Herrar* appellatos: Sed quamvis id ita fuit, nihilominus ut, re ipſa perdita, nomina tamen rerum integra relinqui ſolent; ita credere fas eſt, invidia non caruiſſe hoc nomen, ſi inde originem duceret. Ubi primum hunc terminum uſurpatum inveni, literæ ſunt ſupra laudatæ, ubi legimus. *Ok ſægia the godhe mæn aff Norrige, at the hwatzken Breff eller budh fingo aff K. Chriſtoffer eller idher om thenna Herradaghen att haldha:* Dicuntque incluti cives Norrvegiæ, ſe nullis litteris nuntiisque CHRISTOPHORI Regis aut veſtris vocatos eſſe ad hæc comitia. v. infra in *Herre.*

II. Exercitum, qui, ut ab altero diſtinguatur, etiam *krigshær* vocari ſolet. Apud ULPHILAM ϛϱατιᾶς ȣϱανίȣ πλῆθος dicitur *harjis himinakundis managei.*

A. S. *here*, *herig*, *herg*. Al. *heri*, *herig*, *herg*. Iſl. *her*. Germ. id. Belg. *heyr*. Ab hoc derivata habemus

HÆRFÆR, qui rei militari per ætatem vel valetudinem aptus eſt. Ol. Tryggv. S. Edit. Skalh. *P. I. p. 175. Bidr han hvarn þan fara, er herfær er:* omnes illos in bellum proficiſci jubet, qui ad ætatem militarem pervenerant, hoc eſt, ut habent *Leges Julinenſium*, *ib. p. 152.*, qui non minor ſit 18 annis, nec major 50. Scribitur *hærfør* in Iure Aulico Norrv. p. 341. Etymon vocis vide ſupra in *fór*.

HÆRFÆRD, expeditio militaris. *Kon. B. L. L. c. 2 & 23.* Al. *hervart*. Germ. *herfart*.

HÆRAFÖDA: dicitur ita in Instit. regia. pag. 204. victus militaris, parcior cibus, qualis in caſtris eſſe ſolet.

HÆRHÖFWIDSMAN, Dux belli, qui alias ſimpliciter *höfwidsman* nuncupari ſolet. v. infra in *hufwud*, caput.

HÆRJA, proprie notat bello aliquem infeſtare, uti in *Hiſt.* Alex. M. ubi Alexander Darium moribundum ita alloquitur:

Jak will tik aldrig optare hærja.

Nunquam te amplius bello impetam. Inque *Hiſt.* Ol. Tryggv. *P. 2. p. 176.* Christus, ad inferos deſcendens, dicitur *herja a helviti*, inferno vim intuliſſe. 2. Prædari. Westg. *L. Ard. B. c. I. 4. Hæriæ a ſit eighi land*, a ſua ipſius patria prædam agere. Eodem titulo § 10. *hærja* etiam notat bona ſua cuipiam auferre. *Madher ſtander a halſi ok a höfdi, ok hæriær madher:* ſi quis alterius, ad ſolum projecti, collo capitique inſiſtat, resque ipſius illi per vim auferat. Skåne *L. p. 9. Then ware wither wärn, är wäriæ wil, oc eij hærjæ*, ille tutor ſit, qui tueri vult, nec diſperdere. A. S. *hergian*. Angl. *harry*. Gall. *harrier*, vexare. Iſl. *heria*. Al. *heren*. Germ. *heeren*, unde *verheeren*, id. Certum eſt, *hærja* derivatum eſſe ab *hær*, & haud dubie a ſenſu ejus militari. Ceterum obſervatu haud erit indignum, a *populo* Latinos ſuum feciſſe *populari*, a λαὸς Græcos ληΐζεσθαι: ſi nos proinde ab *här*, prout coetum populi denotat, *hærja* fecimus, non niſi diſertiſſimarum gentium loquendi modum ſecuti ſumus.

HÆRJAN, epitheton Odini eſſe docet Verelius, in *Indice*, a vaſtatione bellica deſumtum, & invaleſcente Chriſtianiſmo pro ſcommate uſurpatum. Poſterius hoc certe verum eſt, at de nomine Odini mihi penitus incompertum. Nec ſcio, quomodo gentilis, quique Odinum pro ſummo numine coluit, Haquinus Comes, ſenſu adeo parum honorifico voce hac uti potuerit. Ita vero ille, in *Hiſtoria* Ol. Trygg. Ed. Skalh. P. I. p. 207 Thorleiferum allocutus inducitur. *Kan þin herjans kall ecki betr at kueda:* poteſne tu furcifer meliora canere. Quod etiam familiare hoc antiquis convicium fuerit, conſtare poterit ex *Lege Civili* Christophoriana, *Rådſt. B. c. 31. § 1.* ubi *forwunnin hærjanſon* inter turpiſſima ſcommata recenſetur. Legis hujus Interpres, Joh. Loccenius, vertit convictus populator, fortaſſis minus commode. Conf. Björk. R. *c. 10: 4.* Ut vero, quid ego de hac voce ſentiam, breviter dicam, arbitror, *herjan* idem eſſe, quod *utlægur*, extorris, exſul: ut hoc crederem perpulit Lingua Cambrica, quæ noſtræ facem toties præfert, ubi *herwr* exſulem notat & ſimul piratam, quum his, qui eam artem exercerent, vulgo aqua & igni interdiceretur; apud eosdem *herwlong* eſt navis piratica, a *long*, navis piratica & *herwa*, de loco in locum vagari. v. Richardi *Theſaurus Britannicus*. Secundum ea, quæ modo dicta ſunt, *herjanſon* erit filius exſulis vel etiam piratæ. Prætermittere non debeo locum notabilem *Legis Wisbyenſis Germanicæ*, ubi *herjens* pro latrone accipi, videtur: p. 38. c. 13. *Gi hebbet mi herjensliken gerichtet öfte unerliken:* vos me judicaſtis inſtar latronum, hoc eſt inhoneſte. Alias ſuſpicari ſubiit, *hærjanſſon* nil aliud eſſe, quam filium proſtibuli. In Jure Aulico Magni Erici pro hoc *hærjanſſon* legimus certe *horenſon*, quod idem ſcommma AngloSaxones efferebant *horrung-ſunu* & *hornung-ſunu*. Speciem huic conjecturæ addere videtur, quod citato loco Legis Civilis eodem tenore de feminis adhibeatur *forwunnen hoorkonu*, *förwunnen ſkökio*, ac de viris *hærjanſon* & *ſkökioſon*. Si id fuerit, dixeris, veteres Juris Conſultos Suethicos interpretari voluiſſe Latinorum *vulgo conceptum*, h. e. incerto patre editum, Græci πάνδημα ἔκγονα appellabant, quum *hær*, uti vidimus, multitudinem denotet.

HÆRKLÅDAS, arma induere.

HÆRNAD, piratica. Vox in Hiſtoriis veterum Heroum creberrime occurrens, utpote qui glorioſum putabant, antequam juſtæ militiæ nomina darent, aut ubi domi pax erat, virium ſuarum periculum facere, & acta præda locupletiores domum redire. Iſl. *at aſla ſier fæ oc frægdar*. Commemorant tamen eædem Hiſtoriæ, id temperamenti eos ſervaſſe, ut naves mercatorias ſalvas & incolumes reliquerint, eos ſolos aggreſſi, qui, eandem armorum aleam experturi, in altum proceſſerant: ſecus enim qui agebant, *Ransmæn*, *Spillwirkiär*, *Nidingar* per contemtum appellabantur. Sed, utcunque hoc genus æquitatis obſervarint maiores

Digitized by Google

majores noſtri; miramur tamen jam fere, eo inhumanitatis eos progreſſos, ut in innocentes injuſtam vim exercere, religioni non duxerint. Sed mirabimur fortaſſis minus, ſi cogitaverimus, cum Græcis, Chartaginenſibus, Hiſpanis &, ut verbo loquar, gentibus fere omnibus communem fuiſſe hunc prædandi morem, durum quidem, ſed non magis moraliter turpem, quam eorum auſus, qui per ludum & aleam aliorum bona ad ſe pertrahere annituntur. Imprudenter faciunt, qui ſe ſuaque ita diſcrimini exponunt: ſed quum in aleæ exitum ambo compromittant, ſibi rei infelicem eventum imputent. Lectu dignæ ſunt *Diſſertationes* JAC. THOMASII de *Latrocinüs gentium*, inſertæ *Obſ. Hall. Tom. VII.*

HÆROP, clamor bellicus. *ǒpa bærop*, clamorem bellicum ciere. v. ſupra in *æpa.*

HÆRSKARA, exercitus, proprie turba militaris. *Then himmelſka bærſkaran*, exercitus cæleſtis. v. infra in *ſkara.*

HÆRSKIP, navis bellica. WESTG. L. *Ard. B. c. I.*

HÆRSKÖLD, clypeus bellicus. Germ. *berſchild.* Uſurpatur dein pro πανοπλία. Et quum, qui arma induunt, animum pacatum raro gerant; hinc *fara med bærſköld*, (Iſl. *fara berſkildi*, *rida med bærſkildi* id.) in SKÅNE L. *p. m. 41* dicuntur, qui populabundi graſſantur: uſurpatur etiam *fara med bær ok brand.* CHRONIC. RHYTHM. p. 51.

HÆRTIG, dux belli. Iſl. *bertog.* A. S. *bertoga* Al. *berizobo*, *berizogo.* L. B. *beretochius.* Deducitur ita ab *bær*, & *toga*, ducere, unde *leidtoga*, Iſl. viæ dux, *togoraning*, lex ordinans, qua ratione, copiæ per provincias iter facere debeant, pluraque, quæ infra ſuo ordine occurrent. De antiquitate dignitatis Ducalis apud Suionas pluribusque huc pertinentibus v. *Diſſ.* Max. Rev. Dom. OLAVI CELSII, Theol. D. & Paſtoris Holm. de *Dignitate Ducali.* Quæ ejus fata fuerint apud Norrvegos, docet DOLMERUS, in *Notis* ad *Jus Aulicum*, p. 73. ubi obſervat, jam tempore HARALDI PULCRICOMI GUTTORMUM Ducis nomine inſignitum fuiſſe. Inprimis hic titulus filiis Regum proprius fuit, quibus antea *konongsnafn*, nomen Regium, datum erat (v. *Catal. Reg. Suiog.* ad fin. LEGIS WESTROG. In vita CANUTI ERICI, measque ibi notas) poſtea *Junckare* dictis. Cont. DOLMERUS l. c. & INSTIT. REGIA, ubi *Ungara* appellantur, p. 136. & alias ſæpe.

HÆRFÅNG, præda militaris: a *få*, accipere. Iſlandi etiam *bernam* dicunt, a *næma*, id. Plura vocis *bær* derivata qui uno intuitu videre voluerit, adeat OL. RUDBECKII *Altanticam. Tom. I. p. 750.*

HÆRÖR, ſignum nuntiatorium: *ſkera up berör*, ejusmodi teſſeram formare. Compoſita vox eſt ab *bær*, exercitus, & *ör*, *aur* ſagitta, qua nempe, ſuis ſignis notata, utebantur veteres ad multitudinem conciendam. Sanciunt leges noſtræ, quemadmodum iſtiusmodi teſſeræ publicæ accipiendæ promovendæque eſſent ulterius ulteriusque, ita ut ſi a parte orientali villæ allatæ eſſent, occidentem verſus mitterentur, idque ne eodem tramite redire poſſent. v. ſupra in *budkafle.*

III. Strictiſſimo ſenſu notat certum hominum numerum, & quidem centenarium. Docet id EDDA STURLÆSONII, ubi indicat, qua ratione numeri commode circumſcribantur, atque incipiens a ſingulari usque ad vicenarium ita pergit. *Drott beitir 20*, *þiod, 30. Folk, 40. Fylki, 50. Samnadur, 60. Swarfadur, 70. Aldir, 80. Her, 100.* Memorabilis mihi hic locus inprimis eam ob cauſſam viſus fuit, quod invenio, in aliis Scythicæ proſapiæ gentibus non minus anguſtam eſſe vocis hujus acceptionem. In AngloSaxonum quippe legibus 35 hominum aggregatio exercitus dicebatur, teſte SPELMANNO, *in Archæol. p. 206.* ed. rec. qui idem Vir doctiſſimus obſervat, in LEGIBUS BOJUVARIORUM 42 clypeatos pro exercitu haberi, in LONGOBARDICIS etiam 4. Verba legis illius ſunt, TIT. 3. c. 8. *Si quis liberum hoſtili manu cinxerit, quod berireita dicunt*, i. e. *cum 42. clypeis*, hujus vero *Lib. I. Tit. 17. c. 1. Si quis pro injuria ſua vindicanda, ſuper quemcunque hominem manu armata, aut cum exercitu uſque ad 4 homines, in vicum intraverit.*; &c. Conf. SKÅNE L. *Lib. V. c. 4.* & *Urbot. M. c. 3.* ubi hæc legimus: *Eij moghæ færræ mæn göræ berwerke æn fæm. Tha ſkal thog bwerjom bwertheræ bafue try folkwapen. Herwerke* vel vim militarem pauciores quam quinque inferre non dicuntur, nec niſi tria arma militaria habuerint. Excipit tamen Legislator ib. p. m. 40. unicum caſum, ubi homo ſingularis *berwerke* committere poteſt, ſi nempe matronæ aut virgini invitæ vitium obtulerit. Verba ipſa hæc ſunt: *En man ma oc bærwirki görå, um ban takær kunu æller mö nödogæ a marco uti, ællær i buſum bema.* Et ita animadvertere licet, quæ ratio ſit & cauſſa etymologica, vocis apud nos frequentiſſimi uſus, quæ jam ſequitur.

HÆRAD, in plurium numero *bærród* territorium, centumpagus. Iſl. id. Heims Kr. *Tom. I. p. 2. I Suiþioþ ero ſtor-berröd mörg*: Suionia Tanaitica habet ingentia territoria & multa. Illuſtris Peringsköldius vertit *bordas* ſeu diſtrictus, alludens haud dubie ad vocabulum illud *bord*, quo Tartarici nominis gentes coetus ſuos appellare, ex Itinerum Scriptoribus notum eſt. Et quis ſcit, annon una eademque vox ſit, a Linguæ ſuæ incurioſis negligentius tantum pronuntiata? Certe non abſimilis illius habitus eſt in Sleswicenſi regione, ubi *barden* certas ducatus portiones, in quas 13 illius territoria dividuntur, appellare ſolent. In AngloSaxonica Lingua *bird*, *bired* coetum denotat. v. *Litt.* Wilh. Conqu. in *præf. Theſ.* Hickesiani, p. XV. quæ vox forte cum Danis in Britanniam translata eſt. Hactenus de cognatione vocis: quod vero ad compoſitionis rationem attinet, in confeſſo eſt, *bær* alteram vocis partem conſtituere, & niſi fallor, prout vox illa numerum centenarium indicat. Confirmat me hac in opinione, quod *bundari* & *berröd* promiſcue poni video: v. *Stat.* Magni Erici, ad finem Leg. Birc. de anno 1344: §. 11. *Hwar i mangom bundærum æller bæraþum hunum warþer ſkipat yuer at ſeija:* in quotcunque territoria ipſi inſpectio data fuerit. Nec dubito, quin ex Scythia hanc vocem ſecum adduxerint Odiniani. Notabile enim eſt, quod hæ regiones olim in *Strategias* diviſæ fuerint, uti in Thracia 50 ejusmodi fuiſſe, commemorat Plinius. *Hiſt. Nat. Lib. IV: 11.* Apud Alemannos *uuerod* exercitum denotaſſe, novimus, unde apud Isidorum *Hiſpalenſem*, ex editione Palthenii, *p. 245.* Dominus exercituum nuncupatur *uuerodbeoden Drubtin* vel forte rectius *uuerod-dbeoden*, a *uuerod* exercitus & *dbeod* vel *tbiut*, multitudo, ut ſignificet multitudinem exercitualem. De AngloSaxonibus idem conſtat: Bensonius habet *verode* & *camp-verode*, exercitus, *campferode*, id. Altera vocis pars referenda multis putatur ad antiquum *aud*, *od*, poſſeſſio, ut *berröd* ſit tantum bonorum vel agri, quantum centuriæ militum parandæ ſuffecerit: alii, quorum in partes ego libentius concedo, poſteriorem ſyllabam, a *reda*, ornare, inſtruere, derivant, quo ſtante, *bærred*, *bæreid*, *bæröd* eodem modo dicitur ac *ſkipsred*, ita ut illud tractum regni, centuriam militum in aciem educentem, hoc eum, qui ornandæ navi longæ par ſit, denotet. Occurrit vero terminus ille *ſkipsreid* non raro in veterum monumentis. Sturlæsonius, de Haquino, Norrvegiæ Rege, commemorat, eum primum fuiſſe, qui hoc regnum in ναυαρχίας diviſerit, & haſce porro in præfecturas minores. Senſus hic eſt verborum *Tom. I. p. 149.* occurrentium: *Hann ſkipaþi allri bygþ, oc ſcipti i ſcipreiþor, enn bann ſcipti ſcipreiþom i fylki.* Adde, quæ ſancit Jus Aul. Norrw. *p. 274.* edit. Dolm. ubi plus decies hoc vocabulum occurrit, nec non quæ ad idem Jus præfationis loco annotat Arr. Huitfeld, Vir munere ſuo & eruditione illuſtris. Et de hac provinciarum diviſione in ϛρατηγίας & ναυαρχίας intelligendam puto phraſin *göra red ocb rod*, quæ occurrit in Lege. Westm. *Mannb.* B. c. 69. *Dör mans foſtre, bawer badbe bo ok boſkap, giör badbe red ok rodb:* ſi verna cujuspiam moriatur, qui habet domum & rem domeſticam, quique pro rata parte ad inſtruendam navem aut parandum militem confert. De diviſione Angliæ in *Cantredas* conſuli poterunt Camdenus & Spelmannus. Reſpondet vero illa noſtrati in *bundred*: *cant* enim vetere Britannica lingua centum denotat. Ex his, quæ jam diſputata ſunt, patet, originem vocis reſpicientem, *bærrad* cum *r* geminato ſcribere. Poſtquam hæc ita ſcripſeram, in manus venit Joh. Arnesen *Introductio in Jus Iſlandicum*, ubi p. 422. ex P. Widalini tractatu peculiari de hac voce affertur aliud etymon, nempe ab *ber*, huc, & *ad*, *at*, verſus. Sed non video, cur a ſuperius allatis recedam.

HÆRADSHÖFDING: Centurio. Dignitas primum militaris erat, ut omnia munera publica: nomenque id geſſit, qui centuriæ militum præerat. Poſtea a ſago in togam translatum eſt, illisque conceſſum, qui in quolibet territorio ſtatis diebus jura petentibus dicunt.

HÆRSTRAT, via militaris, via publica, regia. *Hiſt.* Alex. M.

Hærſtratona ſkulin i balla fri,
Allom them bær fara inni.
Viam regiam tutam ſervabitis
Omnibus ea iter facientibus.

Al. *beriſtraza*. v. Schilt. *Gloſſ.* A. S. *bereſtræt*. Germ. *berſtraſſe*. Vi vocis notat viam, per quam milites duci queunt.

HÆRSKAP, exercitus: ut in *Hymno Natalitio*: *thet himmelſka bærſkap*, exercitus cæleſtis, ubi male vulgo ſcribitur *berrſkap*. Vtitur ſimili loquendi genere Otfridus, Lib. *I. c. IV. 19. hereſcefte in bimile*, exercitus coeli. Nec non Tatiani *Interpres* c. 185, 5. *Engeli beriſcefi*, legiones Angelorum.

2. Speciatim ſumitur pro ſatellitio Principum, quod eos quaquaverſum euntes ſtipabat. *Hiſt.* Alex. M.

Alt ſit bærſkap ban ater lot.
Omnem comitatum poſt ſe reliquit.

Vocatur

Vocatur in Kon Styr. *p. 104. hwardags hærſkap*, & p. 106 convictu Regio dicitur uti: *thôn hus han ſkal æta ok dricka i med ſit hærſkap*: ædes, in quibus edere debet & bibere cum ſatellitio ſuo: cfr infra in *hæſkap*.

IV. Effectu pro cauſſa poſito, notat vim hoſtilem, aut quamlibet hoſtilitatem. Atque hunc ſenſum habet, ubi dicitur *fara med hær*, populari, hoſtiliter graſſari. Occurrit phraſis illa cum ſæpe alias, tum in Lege Dalica, *p. 32.* ſed male exſcripta. *Hwar ſum far heem at andrum medhær oc hâmpning*: quicunque alterius domum adoritur hoſtiliter atque vindictæ ſumendæ animo: lege diviſim *medt hær*.

HÆRBERGE, diverſorium, locus ubi tecto menſaque excipitur adveniens hominum multitudo. Id enim compoſitionis ratio indicat, conſtans vocibus *hær*, turba, & *berga*, condere, nutrire. Germ. *herberg*. Varie vox hæc a vicinis deformata fuit, ita ut veteres Galli inde primum *haulberge*, dein *auberge*, Itali *albergo*, Latini ſequiores *alberga*, *albergaria* fecerint. Videtur vocabulum illud militare fuiſſe, unde apud Scriptores Alemannicos & AngloSaxonicos pro caſtris paſſim uſurpatur, proque tentoriis, conſuetis militum tectis. Exin voluit uſus, ut cuicunque tecto applicaretur. Hinc *ſömnishærberge* in Legibus patriæ dicitur dormitorium, vel conclave, ubi dormimus, & quum veterum dormitoria ſemper fere fuerint in ſuperiori contignatione, unde hodieque apud Oſtrogothos *nattſtufwa* pro ὑπερῷον uſurpatur, hinc in altum evectæ ſubſtructiones *hærberge* dici conſuevere, *kornhærberge*, apotheca, ubi conduntur frumenta, *kyrkohærberge*, granarium templi. Vulgus id *hæbbre* pronuntiat: in Lege Dalica p. 2. *Biſkops hærberge* eſt conclave in ædibus ſacerdotis, ubi hoſpitio excipitur Epiſcopus.

HÆRD, focus. Communiter *hæl* dicimus, ut ſolet *rd* ſæpe in *l* commutari. In ſcribendo ſequimur orthographiam, quam præcipit Ulphilas, qui focum *haurja* appellat. Joh. 18: 18. *haurja vaurkjandans*, focum facientis, & adeo *æ* quam *e* origini propius eſſe indicat. Ceteræ vero Dialecti in alia abeunt. A. S. *heorth*, Angl. *heart*, Germ. *herd*, Belg. *heert*. A Dea Germanorum *Hertha* foco nomen inditum credit Junius, ad eundem modum, quo a Gr. ἑςία, focus, *Veſta* appellata creditur: ab *ardendo* alii, nec pauci ab Ebr. אור, ardere. Ceteris probabiliorem eſſe dicerem conjecturam Wachteri, *hærd* ab Hesychii χήθρατον, focus, derivantis, ſi terminatio *d* vel *th* nativa eſſet, cui tamen refragatur primigenia vocis facies.

HÆRD, ſcapula, humerus. Cod. Ant. apud Dikmannum, in *Ant. Eccleſ. p. 219. Bærande korſet a ſinum hærdum*, crucem humero portans. Conf. Matth. 23: 4. In *Inſtit. Regia*, Konunga Styrilse dicta, ubi recenſentur indicia boni militis, dicitur: *the ſkulu hawa ſtadugt hiærta, bret bryſt ok hærda*, debet habere cor firmum, pectus latum & item humeros. Interpres Latinus vertit: *pectus habere latum firmumque*, ſed linguæ genius, ut patet, huic interpretationi refragatur: ſi enim ab *härd* hoc eſſet, *hardt* non *harda* ſcripſiſſet puritatis Linguæ ſtudioſiſſimus Auctor. Iſland. *hærdimikil* vocatur, qui latis humeris eſt. Fenn. *hartio*. Lapp. *hardo*, humerus.

HÆRJA, deprædari. v. ſupra in *hær*.

HÆROLD, præco, fecialis. Dicitur ita, qui vel ad inimicos pergit, bellum declaraturus, vel qui alias publico nomine rem majoris momenti edicit. Germ. *herold*, Gall. *herault*, *heraut*. Belg. *heraut*. Angl. *harold*. Quum illius muneris ratio duas includat notiones, quod nempe mittatur, quodque clara voce domini mandata proferat; hinc duplici conjecturæ locus fuit. Altera eorum eſt, qui ab Alemannico *haren*, clamare, præcones hoſce dictos arbitrantur, qua in claſſe ſunt Junius, Wachterus & alii innumeri, haud parum patrocinantibus *Gloſſis* Boxhornianis, in quibus præco vocatur *forabaro*, voce compoſita a *fora*, præ, & *baro*, clamans. Altera vero eſt eorum, qui docent, a veteri Celtico, & hodieque apud Cambros ſuperſtite, *herod*, quod nuntium denotat, inſerto *l* factum eſſe *herault*, & ſic porro. Tuetur ſe auctoritate Leibnitii, in *Celticis*, hæc opinio, quam miror Wachterum penitus præteriiſſe, qui alias Cambricas origines repudiare non ſolet. Et ſane prævalet eo nomine poſterior derivatio, quod ita ratio reddi poſſit terminationis *old*, quæ alias otioſa foret. Non enim moror eos, qui credunt *old* nobilem ſigni

Digitized by Google

ſignificare; atque adeo totum efficere nobilem præconem, quoniam ſcilicet Alemannicum *alt* hanc ſignificationem habere creditur.

HÆRSK, rancidus. In Anglica L. *harſh*, auſterum, tetricum notat, ut ſolent ſæpe ſenſuum vocabula ad animum transferri. Credi poſſet, noſtrum hoc *hærſk* ab *hård*, durus, natum eſſe, quaſi *hærdſk:* novimus certe, illa, quæ amiſſo nativo ſapore, acida facta ſunt, a nobis *hård* appellari: uti *hårdt dricka*, cereviſia ſubacida. SKINNERUS noſtram vocem contractam putat a Belg. *herbiſch*, ſubacidus. Hæc vero utut non inepta ſint, malim tamen noſtræ vocis natales referre ad A. S. *harian* muceſcere, unde *harnes*, mucor.

HÆSKAP, familia. *Dr. B. L. L. c. 26. Sitter all hæſkaper qwar*: ſi tota familia officio defuerit. Conf. ÖSTG. L. *h. t. c. 12.* WESTG. L. *Arfd. B. c. 2: 2. Dör kona, a barn i hæſkap*: ſi moriatur uxor, & in familia liberos habeat. J. LOCCENIUS, in *Lexico Juris*, *hæſkap* dici putat quaſi *hemſkap*, ab *hem*, ut qui in una domo commorantur ſed nemo non videt, quam parum probabilis hæc conjectura ſit. Nec Viro huic erudito adſtipulor, dum exinde, quod RAGWALDUS noſter *aller hæſkaper* vertit, omnes de una curia, opinatur, eum vocem hanc contractam exiſtimaſſe ab *hæradsſkap*. Scire enim debuiſſet LOCCENIUS, apud infimæ ætatis Scriptores Latinos vocem curiæ non raro accipi pro familia, ut præter alios docet SPELMANNUS, in *Gloſſ.* Vocis autem vera origo alia non eſt, quam Iſlandicum *hiu*, quod in genere familiam notat. TOB. *10: med athygle ſia fyrer ſinum hiuum*, cum cura familiæ ſuæ proſpicere. Hanc vero ut in primis conſtituunt conjuges atque ſervi, ita utroque modo noſtrum hoc accipitur. BIBL. ISL. *Lev. 22. hworke Præſtens hiu, nie daglauna men*: nec ſervi Sacerdotis (Latini familiam dicebant) nec mercenarii. v. infra in *hjon*, nec non GUDMUNDUS ANDREÆ, in *Lex. Iſl.* p. 113. & STJERNHJELMIUS, in *Indice* ad LEGES WESTROG. Ulph. *heiva*, id. quod habemus in *heivafrauja*, dominus familiæ. A. S. *hiw*, id. unde *hiwe*, domus, familia, *Jambiwan*, conjuges. Al. *ungihiwit*, coelebs. v. JUNII *Gloſſ. Ulph. p. 192.* & PALTHENIUS, in *Notis* ad TAT. p. 311. L. B. *hyemanni*, præfecti ſervorum. Ab hac radice Iſlandi formarunt *hiuſkapi*, connubium: familia v. OL. TRYGGV. S. P. II. *p. 123.* cui concinit A. S. *hiwſcipe*, id. v. BENSON. *Vocab.* quod diverſum non eſt ab illo *hiſkep*, quod oſtendimus in *Narratione* de *Converſione Gothl.* p. 50. Sclav. *hisha*, domus. Belg. *houwen*; *hylicken*, matrimonium inire, apud KILIANUM. Mutata paullulum terminatione, veteres etiam dialecti *hiuuiſke* pro familia uſurpant, ut videre licet apud SCHILTERUM, in *Gloſſ.* A. S. *hiwiſce.* Vir doctiſſimus, quem antea laudavi, Jo. LOCCENIUS, obſervat, nonnullos codices Manuſcriptos citatis legum locis pro *hæſkap* habere *hærſkap*: quod minus mirandum, quum ſupra viderimus non penitus abſimilem ejus vocis ſignificatum: occurrit eadem ſcribendi ratio in LEGE SCANICA, p. m. 41. *Huuir hrytiæ nokat til ſört i hans hærſkap*: ſi politor in familiam ejus aliquid intulit. Sed infra in *Statuto* de *Hered.* p. 56. pro hocce eſt *heſchow.* Ita quippe intelligenda puto verba hujus loci, quæ integra adferre lubet: *Husfrue kalle wi ſiwgh ath ware, ther ey ma ganghe med ſinæ ledom, och ridhæ i ſin heſchowe*: illam matrem familias ægrotam appellamus, (ut vadimonium ſiſtere nequeat) quæ non poteſt pedibus iter facere, nec equo ire cum familia ſua. Conf. *notas* HADORPHII, ad calcem Codicis, easque emenda. Danos *hedſke*, *hedſkap* pro familia uſurpare, docet OSTERSONIUS, quem vide in *Lexico Juris.*

HÆSSJA apud Uplandos dicitur ſeries erectarum perticarum, quarum claviculis inſinuantur piſa, ut ſiccentur. Fenn. *haſia.* Apud Scanos *hæs* dicitur congeries fœni, ubi in prato per ſtrias colligitur, & antequam in metas cogatur. CHRON. RHYTHM. in ſtrage hominum deſcribenda hac voce utitur.

The Nordmän fullo ſåſom grås,
Thet bonder ſlå, och lægga i hæs.
Norrwegi ceciderunt inſtar fœni,
Quod colonus amputat, & acervatim congerit.

HÆSSLA, faſciculus, *linhæſſla*: faſciculus lini. Iſl. *hæſſla.* VEREL. Quantum ex hac & ſuperiore voce colligere licet, coacervandi idea radicalis erit, etiamſi fons vocis ſeſe noſtræ cogni-

Digitized by Google

cognitioni ſubduxerit. Non ſatis ſcio, an huc faciat, quod Cambri *heiſlan* appellent inſtrumentum illud dentatum, quo pectitur linum. Judicium penes Lectorem eſto.

HÆSSLIG, terribilis. Hos. 9: 7. Germani *heſſlich* dicunt: qui ſi antiquiores domini fuerint, fidem forte merebuntur, dum ab *haſs*, odium, derivant, ut ſit odio dignus. Sin vero Gothicæ proſapiæ vox ea cenſenda ſit, revocari poterunt, quæ ſupra ad v. *haſka* commentati ſumus. Spegelius ab *Hæſo*, Germarorum veterum Marte, vocabulum hoc natum putat: ſed amo ſimpliciora, utut minus erudita.

HÆST, equus. Iſl. *heſt*. Dan. id. Ceteræ dialecti vocem ignorant. Origo tamen non incerta eſt: ut enim a *ſkiotr*, celer, ſit *ſkiut*, antiquum equorum utriusque ſexus nomen, & *equus* Latinorum ab ὠκὺς, celer, derivari creditur; ita ab *haſta*, celerare, hoc quadrupedans animalium genus appellatum eſt. Scilicet, ut Xenophon, de *Re equeſtri*, ait, τῷ ταχὺ θεῖν ἥδεται ὁ ἵππος, equus feſtinato curſu gaudet. Latiorem fuiſſe olim hujus vocabuli uſum, quam qui jam eſt, non dubito, etiamſi nunc apud exteros tantum non exſoleverit. Obſervavi enim, apud Du Fresne, in v. *Trava. Tom. V.* p. 1245 ex Miraculis S. Johannis Beverlacenis adferri *heſteraſta*, quod erat cenſus, qui exigebatur ob equorum pabulum: a *raſta*, quod eſt requieſcere, & proprie de equis uſurpatur. Forſan etiam *ſoneſti* huc pertinuerit, quod in L. Salica denotat gregem equarum, una cum admiſſario: *ſon* vero gregem denotat.

HÆSTASWEN, equiſo. Vocatur ita in Catalogo Reg. Suiogothicorum, qui domini ſui, Suercheri I. parricidio infamis eſt. Cujus vero conditionis ille fuerit, dictu difficile eſſe fatemur, in *Notis Crit.* ad eundem Catalogum, quum officiorum nominibus nil ſit inconſtantius. Quod nos *Hæſtaſven*, id Germani *Marſchalk* dixere: hoc vero olim ignobile, nunc primariæ dignitatis militaris nomen eſt.

HÆSTSKO, ſolea ferrea, equis ſuppingi ſolita.

HÆTSK, vehemens. *En hætſk fiende*, hoſtis acerrimus. Originem ſive ab *hat*, odium, ſive ab *het*, fervidus, deduxeris, res tamen eodem reciderit, quum probabile ſit, unius ejusdemque proſapiæ utrumque eſſe, ut ſupra monuimus. Saxones interea poſteriori etymologiæ favere videntur, non ſolum quia *hetiſch* & *hetſch* pronuntiant, ſed etiam quia voce hac vehementiam denotant, etiam ubi infenſi nil ſubeſt: *einen hetſchen drunck dohn*: avide bibere: *heetſche külde*, frigus adurens. Bensonius notat, AngloSaxones vehementem *hate* appellare & *hatheort* furioſum, animi impotentem. Omnino ad eandem tribum pertinet *hæta* illud, quod in Lege Dalica, p. 24. occurrit, & incitare denotat. *Witis manni, at han hæti hundum ſinum man i hæll*: ſi cui dica ſcribatur, quod canes ſuos incitaverit ad alterum interficiendum. Germ. *hetzen* dicunt ab eadem radice, nos *hitſa*. Iſl. *hudſa*. Belg. *hiſſen*; *de honde tegen iemand ophiſſen*. Nec omittere debeo, in L. MœſoGothica *hatiza* iram denotare. Longius heic divagatur Wachterus, dum in propinquo, quod quærit, invenire potuiſſet.

HÆTTA, periclitari, in diſcrimen vocare. *Hiſt.* Alex. M.

Ther torde ingen til at hæta.
Nemo periculum facere auidebat.
& infra
En frömede man will thertill hæta.
Vir ſtrenuus id audebit.

Iſl. id. 1. Macchab. 16: *þa hætte han ſier fyrſtum*: tum primum periclitabatur. Verbulum hoc frequenter uſurpatur in ſanctionibus Legum antiquarum pœnalibus, e. g. *hætta wid ſinum thrim markum*, quod recte Stjernhjelmius, in *Ind. ad* Leg. Westrog. vertit: faciat periculo mulctæ trium marcarum. Loccenius, in *Lexico Juris*, interpretatur, luat, mulctetur, qua ſenſum bene, non qua vocis ἐνέργειαν.

HÆTTA, periculum. Fenn. *hæta*. Lapp. *hætte*. id. Quum ceteræ omnes dialecti Gothicæ originis, ſola excepta Iſlandica, hanc vocem ignorent; probabilis eſt ſuſpicio, illam inter eas unam eſſe, quas Aborigines noſtri heic reliquerint. Dixi, Iſlandicam excipi debere, in illa enim crebro occurrit idem hoc *hætta*. Psalm. 73. *þuiad ther eru i öngre haudans hættu*: quia ſunt in nullo mortis periculo: *lata uhætt* eſt aliquem tutum eſſe, ſinere. Ol. Tryggv. S. P. I. p. 8. Originem hinc ducit *manhætta*, vitæ periculum, quaſi diceres, ubi homo periclitatur. *Stat.* Magni Regis, de

de anno 1335. *The man, ſum i manæt-tnm æro*: illi, qui in vitæ diſcrimine ſunt: qui locus, quam male intellectus ſit ab editore, Hadorphio, diximns ſupra in v. *flutaſe.* Conf. Dalins *Hiſt. Suiog. Tom. II. p. 445.* In Lege Scanica, p. 46. ſcribitur *mannvæta. I wigbdæ mannæ misbældæ, æller i manvætum.* In læſione Clerici aut vitæ periculo: in St. L. *Skip. B. c. 5. mannawakt.* De priori dubium forte eſſe poterit, annon denotet damni illationem, a *man* vel *men*, noxa, & *weta*, *weita*, inferre, de quorum utroque fuſe ſuis locis.

HÆTTA, deſiſtere. Ôstg. L. *Arfd. c. 14. Hæter han i ſokn ſinne threja thingadagha*, ſi jus ſuum perſequi deſtiterit per tres dies judiciales. Iſl. id. ut *hætta ſeid*, deſiſtere ab incantatione. Heims Kr. *Tom. I. p. 114.* Syr. 35. *hættu fyrſtr*: ceſſa tu omnium primus. Qui in re etymologica plane hoſpes non eſt, agnoverit heic facile Latinum *ceſſo*, ſolitas noſtræ Linguæ mutationes paſſum. *H* enim locum *c* occupat, proque *ſ* gemino ſuccedunt vicina totidem *t*, utrumque pro more noſtratium.

HÆTTA, pileus. v. ſupra in *hatt.*

HÅ, interjectio cum faſtidio quodam admirantis, ut dum alterius ſuperbia notatur. Gothi exteri hoc fere ſenſu *ó* habent. Marc. 15: 29. *O ſa gatairands tho alh*: vah! qui deſtruit templum.

HÅF, funda, rete minus, ex pertica ſuſpenſum, quo ex aqua tolluntur piſces. Crediderо, derivatum eſſe ab *hæfwa*, tollere, levare. Confer Gall. *hame.*

II Ob formæ ſimilitudinem ita quoque dicitur crumena, conto affixa, & per foros circumlata in templis, ad eleemoſynam pauperibus colligendam.

HÅFWOR, facultates. A. S. *hæfene*, unde *hæfig*, dives, *hæfenleas*, egenus. Al. *hevode.* Belg. *have.* Germ. *habe.* Apud veteres Gallos *avoir* nominis inſtar pro opibus, aut, ut Latini dicere ſuevere, habentia uſurpabatur. L. B. *averia.* Radix diu quæri non debet: in omnibus enim hisce Linguis pullulat ab habendo, *hafwa.* v. Schilteri *Gloſſ. p.* 97 & 414.

HÅLL, morbus, quem Medici pleuritin appellant. Veteres tenaſmum ita nuncupaſſe, & adhuc Iſlandos, teſtis eſt Gudm. Amdreæ, *Lex. Iſl. p. 100.* ut adeo ad imitationem vocabuli Latini nomen hoc videatnr formatum ab *hålla*, tenere, perinde ac ſi tenasmus a tenendo diceretur.

HÅLLA, tenere, *hålla i handen*, manu tenere. Iſl. *halda.* A. S. *healdan.* Angl. *hold.* Germ. *halten.* Belg. *houden.* Univerſaliſſimus eſt hic ſignificatus, ſed non item antiquiſſimus. Si quid enim ego judico, ſervandi ſalvandique notio prima fuit, ut adeo cognationem habeat cnm *hæll*, *hel*, ſalvus. *Hiſt.* Ol. Tryggv. *p. 37. Hellþuſt þeir allir*, omnes ſalvabantur. In *Gloſſis* Keronis *haltan* eſt ſervare, *kehaltáner*, ſalvus, *haltar*, ſervator. Supereſt illa ſignificatio in *uppehålla*, incolumem ſervare, *behålla*, id. unde *behåll*, aſylum, quod quære ſuo loco, *mishelde*, in SkåneL. p. 45. vulneratio, læſio, ſed inprimis in phraſi *hel och hållen*, quæ notat ſartum tectumque. Iſl. *med heilu oc holdnu.* Heims. Kr. *Tom. I. p. 341. Komu þeir at* Leifs *med heilu oc holdnu*: venere ad Leifum ſalvi & incolumes. Knytl. S. *p. 238. Koma þeir Biſkup til ſkipa med heilu oc holdnu*: venit Epiſcopus cum ſuis ſalvus & incolumis ad naves. Conf. *Hiſt.* Olavi Tryggv. Edit Skalh. *P. I. p. 104.* In diplomatibus Alemannicis *holung* occurrit pro incolumitate, qua quis a carcere & detentione liber eſt, donec cauſſam dixerit, quam vocem Haltausius non intellexit. Vir doctiſſimus, Georg. Stjernhjelmius, in *Indice Ulphilano*, non abſurde credit, Latinum *incolumis* aliqnid hujus tenere, cui quippe ſi præfixum *in* demas terminationemque, reſtabit *col*, quod quam prope a noſtro *holl* & *hållen* abſit, quivis facile viderit.

HALD, Iſl. uſus, commodum, ſalus. Ol. S. *c. 99. karli till hallds oc trauſts*: in viri commodum & ſolatium. v. plura apud Verelium, in *Ind.*

II. Paſcere, nutrire. Solent nempe ſervandi nutriendique ideæ ſæpe in unam eandemque vocem incidere, ut ulterius docebimus infra, in v. *næra.* Commentarium in hanc vocem habemus in Lege Ostrogothica, *Edſ. B. c. 10. Hwar ſum hiltuga man haldær, thet ær ſwa undirſtandande, at hwar ſum them födhir*: quicunque hominem relegatum ſuſtentat, h. e. alit. Apud Ulphilam, Luc. 15: 15. *haldan ſveina* eſt paſcere porcos, ubi Interpres AngloSaxo habet, *that he heolde his ſwyn*: quæ eadem phraſis occurrit Östg. *L. B. B. c. 42. Halder man ſwinum ſinum*

Digitized by Google

i annars mans ſkogbi: ſi quis porcos ſuos paſtum abigat in alterius ſilvam. Addo Westg. *L. Forn. B. c. 11: 1. Halder madher fæ ſit i annara manna fridgærdi*: ſi quis pecus ſuum paverit in alterius arvo conſito. Sic apud Mœſogothos *haldands* uſurpabatur pro paſtore. v. Matth: *8: 30, 33.* Conſenſum L. Alemannicæ multis Otfridi aliorumque locis comprobare poſſem: ſed inter plura ſufficient hæc paucula. *Lib. V. c.* xv: 17. verba Chriſti, paſce oves meas, vertuntur *Gihalt mir ſcaf minu*: *Lib.* III. *c.* vi: *91.*

Thie liuti thes firuuaſin,
Thie broſmun thar gilaſin,
Thaz ſie gihaltan uuurtin.
Ut populo proſpicerent,
Micas ibi collecturo,
Ut ita alerentur.

Belgice *houwen* etiam alere notat, prout obſervat Junius, in *Etymol. Angl.* in v. *hovell.* Conſpirat Gr. *κολέω*, nutrio, unde *βύκολος*, paſtor, *ἴυκολος*, nutritu facilis.

IHALD, actus paſcendi. *Ihald fear*, pecorum paſtus. Westg. *L. Kyrk. B. c. 27.* Sed v. ſupra in v. *hella*, pedica. In Lege Scanensi, *p. m. 43. halds fæ* eſt pecus, ea conditione acceptum, ut pro eo, quod alitur, fetura alentis ſit, hodie *fodransfæ.*

UPPEHÆLLE, nutrimentum, ſuſtentatio.

HALDSMAN, ſignificat nutritium, qui vernæ, *foſtre* dicto, alimenta ſuppeditat, ſi recte intelligo verba Legis Westm. *Manh. B. c. 69. Dör mans foſtre, hawer hadhe bo oc boſkap, giör hadhe red ok rod: hwar ſum godz thet rānir fore haldsmannenum*, &c. ſi cujuspiam verna moriatur, habeatque peculium opesque, tributum pendat. (v. ſupra in v. *hærad*) quicunque tum bona ejus præripiat illius nutritio, &c.

III. Servare ſenſu morali, ut ſervare fidem, legem, pactum. *Hålla ord* denotat ſervare verba, hoc eſt promiſſa, fidem. Iſl. *haldinordur*, promiſſi memor. Gothl. *L. c. 61. þat ſkulu allir menn hallda*, id obſervare debent omnes. Westm. L. *Kyrk. B. c. 1. Krist hud halda*, præcepta Christi obſervare. Germani Gallique ſimili loquendi genere utuntur. Fortaſſis ad hanc claſſem referri poterit, dum *hålla* idem eſt, ac firmum eſſe, non rumpi, non lacerari, *repet hölt*, reſtis fracta non eſt, *thetta håller ej*, hoc durabile non eſt, diu uſurpari nequit. Hoc ſenſu occurrit in Lege Gothl. *p. 10. þar til halder hanum handa*, eousque firmum manet aſyli vinculum. Östg. L. *Wad. B. c. 23. Halder hud utan*, ſi cutis exterior incolumis ſit. v. infra in *ſward*, cutis. Westg. L. *haller altareſten*, ſi lapis, altari impoſitus, ſartus tectusque maneat. *Kirk. B.* c. 6.

IV. Tueri, defendere, e. g. ubi de arcibus ſermo eſt, *hålla et ſlott Konungen til trogen hand* eſt, arcem Regi ſartam tectamque a vi hoſtili defendere. Kon. Styr. *p. 203. Huru man ſkal borgar halda ok wårja*, quo modo arces defendere liceat. Hinc apud eundem loca munita dicuntur *haldande hus.* l. c. & *håld* in Chron. Rhythm. p. 42.

The hade af Hertuganom et hald,
Hertugen lænte them godz oc wald,
Swa at the matte them wål næra.
Habebant a Duce arcem.
Hic quippe illis dedit terras & poteſtatem,
Ut haberent, quo ſeſe alerent.

Chron. Rhyth. *min. p. 266.*

Manligt the at hållen ſökte.
Maſcule arcem oppugnavere.

Ab *håll* dein *hållare* formarunt, quod eſt arcis præſidium: loco cit.

Pukens *hållare goſwos ther wider.*
Puki præſidium ea re doluit.

Et hoc ſenſu intelligenda ſine dubio vox illa eſt, Jud. *1: 24. Och hållarena fingo ſe en man gå utu ſtaden*: ubi Lutherus habet: *die wächters*, & *Verſio Iſlandica wardsmännerner.* Pertinet huc, ubi in Lege Scanica dicitur, p. 5. *Thet gull, haldit ær*, id auri, quod integrum adhuc eſt, infectum vel non expenſum.

V. Tenere, ut ſolent tuendi tenendique vocabula cognatæ ſignificationis eſſe, & ſæpe alternare. Wachterus hocce *hålla* ab *hand* derivatum eſſe putat: ſed obſtat inſolentior literarum permutatio, & dein antiquitatis teſtimonium, quod hanc ſignificationem recentiorem eſſe, arguit. Quicquid ſit, ubicunque fere Latini *tenere* uſurpant & Galli *tenir*, nos noſtram hanc vocem adhibemus: ut *hålla råd*, conſilium habere. Gall. *tenir conſeil*, *hålla före*, arbitrari, tenere, *hålla med en*, cum aliquo facere, *tenir avec quelqu' un.* Dicitur etiam *hålla till med en.* Chronicon Rhythm. *min. p.* 27.

Han hólt med K. af Danmark til. Fovebat partes Regis. Vulgo vero illa phraſis uſurpatur de illicitis & furtivis amoribus.

VI. Suſtinere, curſum ſiſtere. *Hålla ſtilla*, id. *hålla igen*, retinere, *hålla ſig*, ſibi temperare. Hinc *återhåll*, animi temperantia, *återhållig*, temperans. A. S. *ethyld*, contentus. Imitantur hoc Galli Italique, quod bene obſervat WACHTERUS, dum, ubi milites gradum ſiſtunt, dicunt *faire halte*, *far alto*: ſed illi non æque aſſentior, dum hinc *halt*, claudus, ortum putat, quaſi quem pedes in progrediendo impediant.

VII. Tenere, curſum tenere, pergere. *Hålla vägen*, itineri inſiſtere, *hålla fort*, pergere, *hålla til lands*, littus petere: *hålla ſit ſtrek*, phraſis nautica eſt, denotans eandem lineam ſequi, eodem tenore pergere. Alias *håll* eſt meta, ad quam collineamus: *ſkiuta på långt håll*, eminus jaculari. Neſcio annon indidem ſit, quod *håll* interdum pro inſidiis uſurpetur. v. JUD. 7: 32, 34, 43. quum ita locati intentos ad feriendum oculos habeant. *Bakhåll*, id. v. 35.

VIII. Notat, equos in uſum iter facientium paratos in diverſorio habere: unde *hållhæſtar*, equi conductitii, *hållſkjuts*, id. Credo, a Germanis terminum hunc profectum eſſe, apud quos *haltritt* inter ſervitia olim erat Vaſallorum equeſtrium, qui certum equorum ſervorumque numerum, per ſtationes collocatum, habere debebant, quum iter faceret Princeps, ut ab inſultu malorum tutus eſſet. Vocati hi fuere *Haltreuter*.

IX. Celebrare. *Hålla bróllop åt en*, nuptias alicui inſtruere, *hålla gåſtebud*, convivium apparare. Iſl. id. GEN. 40. *þa hiellt* PHARAO *ſinn burdardag*, tum PHARAO celebravit natalitia ſua.

HÅN, ludibrium, ignominia. Neſcio, annon rectius *hon* ſcriberetur, id certe ſuadet univerſa cognatio, Germanorum *hon*, id. nec non Alemanicum *huobon*, *huoen*, illudere, Suevorumque *gehenen*, quod habet WACHTERUS, in v. *ha*. Conf. Gr. ὄνειδος, convicium, ὄνημι, vitupero; ὀνητός, vituperabilis, nec non Latinorum *honos*, quod olim vocabulum medium fuiſſe, teſtatur *Noctium Atticarum Auctor*, *Lib. XII*: 9. hoc eſt, tam de gloria quam ignominia acceptum fuiſſe, quodque noſtro tam ſimile eſt, quam quod maxime: quum vero ſequior hæc vocis Latialis ſignificatio dudum in deſuetudinem abierit, ſuſpicari licet, a Scythico fonte eam promanaſſe. Allatis adde Gall. *honteux*, turpis, It. *ontoſo*, nec non vetus Gallicum *honnir*, vitio vertere, probro afficere, unde *honny ſoit*, inhoneſtus ſit, quæ verba cum ſequentibus emblema efficiunt Ordinis Periſcelidis. Facere non poſſum, quin commemorem ingenioſam Reverendiſſ. SPEGELII conjecturam, qui hæc duo vocabula, ſæpe fortaſſis ab ore Anglorum, & in primis hujus nationis Monachorum audita, & male dein a Germanis Noſtratibusque pronuntiata, tandem effeciſſe ſolenne illud convicium *hunsfott*, etiamſi non neſcius ſim, alias derivationes domi natas non deeſſe, ut ſuo loco dicetur.

HÅPPAS, ſperare. *Håppas uppå Herran*, confidere in Deo. Timidiuſcule huic voci heic locum facio. Literam *o* in prima ſyllaba ſuadere videntur reliquæ Scythicæ originis dialecti & uſus vetuſtatis. In *Vita* ANSCHARII, ſcribitur *hopas*, p. 103. A. S. *hopan*. Angl. *hope*. Germ. *hoffen*. Belg. *hopen*: quæ omnia ab ὀπεύειν, videre, circumſpicere, derivare amant Etymologi, ut ſolemus eo oculos convertere, unde auxilium ſperamus. Conf. *fórſe* & *lita*, quæque ad has voces annotavimus. Si Latinorum *opto* frequentativum fuerit, id quod oſtendere videtur terminatio, reſtat *opo*, quod ad noſtrum quam proxime accedit. Hæc omnia licet ſuadere videantur, ut alteram orthographiam ſequamur; nihilo minus ſi noſtræ L. veſtigia ſequamur, in alia abeundum erit. Hinc enim offendemus Iſl. *happ*, fortuna. Angl. *happen*, accidere: Sueth. *ohappandes*, inſperatus, *hampas* vel *happas*, ex voto ſuccedere, *håpelycka*, fortuna inſperata. v. ſurpa in *happ*. Nil vero cum votis arctius commercium habet, quam caſus incerti, utpote qui ſoli ſpem alunt.

HÅPP, ſpes. Angl. *hope*, Germ *hoffnung*.

HÅR, crinis, pilus, uſurpatur enim tam de capillis hominum, quam animantium pilis. GOTHL. L. *c. 62. Jer huart har af*, ſi omnes capilli ablati fuerint. A. S. *hær*, *heare*. Angl. *hair*. Al. *har*. Germ. id. Derivat CASAUBONUS a κουρά, tonſura

tonſura: quum vero de Germanis commemoret CORN. TACITUS, *Cap. 38. eos usque ad canitiem horrentem capillum in ipſo vertice religare ſolitos fuiſſe*, adeoque pateat, tonſuram ipſis peregrinam fuiſſe; commodius eſſe opinatur WACHTERUS, vocis etymon quærere in εἴρω, necto. JUNIO judice, κέρας, quod inter alia crines notat, pro radice haberi poterit. Apud ULPHILAM *ſkufta* hoc ſenſu occurrit. JOH. *11: 2. & 12: 3.* Iſlandorum dialecto *har* non tantum capillos, ſed in ſpecie canos ſignificat, unde apud VERELIUM habemus *harur*, cani, *hæraſt*, caneſcere. A. S. *harian*, id. & *harwænge*, canus, qui idem Iſl. *hærukall* audit, voce Dalekarlis etiamnum familiari. In *Regula* S. BENEDICTI video etiam, Seniores verti *heroron*, *heroſton*, quæ, meo judicio, lucem hinc accipiunt, quippe quibus Alemanni in ſua Lingua exprimere voluere Gr. πρεσβύτερος. Per illa, quæ a me hucusque dicta ſunt, incertum eſſe poterit, utrum canities in prima vocis idea adfuerit, anne vero uſus illam adjunxerit. Poſterius ſuadere videtur collatio Linguæ Latialis: ſi nempe pro affinibus habeantur *hirtus*, *hirſutus* nec non *hircus*, tanquam δασυχαίτης & λάσιος. Ab altera parte obſervare licet, radicem AngloSaxonicam illa deſignare, quæ quocunque per ætatem vitio infecta ſunt, mucida, rancida. Fieri itaque potuit, ut capilli, quos ætas ſuis nivibus infecit, inde nomen acceperint.

HÅRIG, crinitus. Iſl. *hærig*. Latinorum *hirtus* & *hirſutus*, uti diximus, prope accedere videntur, caſune an originis communione, judicent alii.

HÆRA cilicium. A. S. *hæra*, Al. *hera* Gall. *haire*. Angl. *haircloth*.

HÅRSMON, capilli latitudo. Angl. *hairbreadth*. Latini hujus loco *latum unguem* adhibent.

HÅRD, durus. Ulph. *hardus*. JOH. *6: 60. Hardu iſt thata waurd:* durum eſt hoc verbum. A. S. *heard*. Al. *hart*, *hert*. Iſl. *hardur*, Germ. *hart*. Vocem hanc alienæ originationis indigam eſſe, judicat STJERNHIELMIUS: hæc autem, quicquid delirent Viri alias erudititiſſimi, ſponte ſe offert in Græco κάρτερος, quod proprie validum denotat, quam eandem primam fuiſſe noſtræ vocis ideam, non dubito. Iſlandi certe dicunt, *hardur ſem biorn*, inſtar urſi fortis: *hardgert ſkip*, navis fortis vel ſolide compacta, & ſic porro. Confirmatur hæc utriusque Linguæ cognatio variis derivatis utrobique communibus. Ita κάρτα valde notat, cujus eandem vim eſſe ac noſtri *hardt*, mox obſervabimus, καρτερέω, patienter fero, tolero, *hærda ut*, καρτύνω, firmum reddo, *hærda*, καρτερόφρων, pervicax, *hårdſint*, *enhærdig*, & quæ plura id genus facile adferri poſſent. A fortitudine ad ejus comitem, duritiem, deinde vox translata fuit, & tandem ad id, quod difficile eſt. Hoc ſenſu dicimus *hårdt år*, annonæ difficultas. Iſlandi *hallæri* pro eo uſurpant. v. VERELII *Index*. Et hucusque de corporis robore & vi phyſica vocem illam adhibitam vidimus: ad animi firmitudinem denotandam traduxere non tantum Galli, qui audacem *hardi* appellant; ſed videmus etiam, hanc acceptionem veteris L. Gothicæ auctoritate confirmari. Teſtem affero *Hiſtoriam* OL. TRYGGVASONII. Ed. Skalh. *Part. 2. p. 120. Hygg ec at eingi maþr, ſa er her er nu i hoſino, ſe ſva hardur eda diarfur, at þora muni, at briota eþa brenna likneſkiu* THORS: opinor, neminem fore in aula tam audacem, ut auſit diffringere aut comburere effigiem THORI.

II. De potulentis uſurpatum id denotat, quod aceſcere incipit: *hårdt dricka*, cereviſia ſubacida. Latini ſimiliter vinum *durum* appellant, quod acre eſt, & palato minus gratum. v. TERENTII *Heaut. Act. III. Sc. I.* & ibi Interpretes. Contrarium eſt *molle*, ut apud VIRGILIUM, *Georg. I. Tunc ſunt molliſſima vina.* Immo apud Græcos etiam οἶνον σκληρὸν & μαλακὸν nominari videbis. Ab hoc *hård* provenit *hårdna*, aceſcere. Ratio hinc, credo, reddi poterit, cur Germani labruſcas, ut palato injucundas, *hertling* vel *herling* appellent: qua voce uti LUTHERUM, JER. *31: 29*, monet WACHTERUS.

III. Malum dæmonem quando noſtrates *hin hårde*, vel, ut vulgo dicimus, *hin håle* appellant, dubius hæſi, utrum a fortitudine ita appellatum voluerit uſus, an vero altius hujus epitheti ratio eſſet quærenda. Scilicet qui ULPHILÆ *Euangelia* conſuluerunt, norunt, malum illum genium ibi *unhultho* appellari, quaſi inimicum. A. S. *unhold*, ab *un* particula negativa, & *hulths*, fidus, amicus

micus, propitius. A. S. *hold*. Sueth. *huld*. Ant. *holl*. Veriſimile itaque videri poteſt, veteres dixiſſe *hin oholle*, cui ſequiora tempora *o* prius decerpſerint Conferri velim, quæ ſupra attuli, ad v. *Fan*.

HÅRDT vel *hardt*, valde. CHRON. RHYTHM. p. 129. *harda wred*, valde iratus. DIAL. *de* MISSA. *Jag kan icke hardt neka*, non valde negare auſim. Iſl. *harþa*. HEIMS KR. *Tom. I. p. 460. Harþa langt at garþi*, perquam longe a villa. Supra in v. *harla* aliquid hujus vocis attigimus, obſervavimusque, quam prope utrumque accedat ad Gr. κάρτα, valde. Alemanni frequenter *harto* eodem ſenſu uſurpant. OTFR. *Lib. V. c.* XII: *179*.

Ioh luad ſia harto guates,
Ioh ſuazliches muthes.
Atque vocavit ipſam valde bono
Et dulci animo.

Conf. SOMNERUS, *ad Gloſſ.* LIPSII, adjunctum MERICI CASAUBONI Tract. *de quatuor Linguis*. Gothi etiam in Hiſpania vocem hanc reliquiſſe videntur: ibi enim *harto* idem eſſe, ac *mucho*, docent Lexicographi, h. e. valde. Belgæ etiam dicunt *herde goed*, valde bonus, *herde wel*, perbene, teſte KILIANO. In *Notis Criticis* ad *Catalogum Reg. Suiogothic.* Part *IV. p. 115. ſeqq.* monſtravi, formulam *harda gudan trik* vel *trek*, in lapidibus Runicis frequenter obviam, notare valde bonum vel fortem juvenem: repetita eadem videre licet ſupra, in v. *Dreng*.

II. Prope. EBR. 8: *13. Hardt wid ändan*, prope ad finem. *Vetus* INTERPRES EVANG. *Manuſcriptus. Tha ſat ther hardt för honom en blindher man:* tum prope eum conſedit vir cæcus. Credidedero, ellipſin hic eſſe particulæ *nær*, quæ ſubintelligi adeo debet. Conſenſum veteris Linguæ Theotiſcæ dabit SCHILTERUS, in *Gloſſ. p. 435*.

HÆRDA, firmum reddere, obfirmare. Al. *herton. Rhythm.* de S. ANNONE, v. 130.

Die helmi ſtalin herti.
Galeas chalybe firmavit.

Varia hinc compoſita habemus, *hærda ut*, tolerare. Germ. *ausharren*: *förhærda*, obdurare, ſenſu Theologico, unde *en förhårdad ſkelm*, nebulo obfirmatæ nequitiæ.

HÅRDNA, dureſcere.

HÅRPÔS, reſina. Iſl. *harpeis*. v. GUDM. ANDREÆ *Lex. p. 107*. Germani reſinam *hartz* dicunt, forte quia natura vel arte obduruit, & ſic *hård* radix erit. Ultima vocis ſyllaba cum Gr. πίσσα, *pix*, Sueth. *beck*, multum habet convenientiæ.

HED, planities, vel proprie ericetum, quæ eadem ſignificatio eſt AngloSaxonici *hæth*. v. JUNII *Etym. Angl.* Apud ULPHILAM *haithi* pro agro accipitur, ut dum MATTH. 6: 28. lilia agri dicuntur *blomans haithjos*, foenum agri, *havi haithjos*: v. 30. Sed patuiſſe tamen latius videtur vocabulum, uti dum mel ſylveſtre appellatur *milith haithiviſk*. MARC. I: 6. In ſummam hæc collata docere videntur, omne id, quod ad urbes non pertinuit, hoc nomen habuiſſe. Anglice *heath* planitiem denotat, Germ. *heid, heide*. Subſcribit STIERNHIELMIO WACHTERUS, docenti, *hed* nil aliud eſſe, quam *hæd*, altitudinem, ab Iſl. *ha*, altus. Sed meminiſſe oportet, licet in dialectis junioribus *hæd* & *hed*, *heath*, *heide* ſimilia ſint, non tamen æque conſona eſſe Moeſogothica *hauhs*, altus, & *haithi*, ager, ſylva. Operam vero ludit, qui ubi vetuſta extant, illa comparat, in quibus tempus vim ſuam exercuit. JUNIUS, in *Gloſſ. Gothico*, docet, GOLDASTUM vocem hanc derivare ab *heit*, clarus, coruſcus, tanquam campum, qui floribus niteat. GUDMUDUS ANDREÆ, in notis ad VOLUSPA, p. 46. vocem hanc formatam autumat ab *eide*, eremus, vaſtus: utrumque æque abſone.

HEDER, honor. KON. STYR. *p. 10. The rike mago hawa hedur oc gagn*: ut viri divites habeant honorem & utilitatem. Iſl. *heidur*. Tota vicinia Septentrionis vocem hanc ignorat: interea tamen haud adeo obſcura illius veſtigia in dialectis antiquiſſimis deprehendi, videntur. Si Ebræam Linguam conſulamus, *hædær* ibi eodem ſignificatu occurrere, animadvertitur, etiamſi fuerint fortaſſis, qui id caſui potius quam veræ cognationi tribuant. Græca L. quæ pro aſpiratione Gothica *k* fere reponere ſolet, κῦδος habet. Quod ad natales noſtræ vocis attinet, ortum credi poteſt ab Iſlandico *heid*, *heidi*, quod, teſte VERELIO, notat ſerenitatem, ſplendorem. Germ. *heiter*, ſerenus. Belg. *heyder* coruſcus, clarus, *heyderen*, coruſcare: notius vero nil eſt, quam quod ad gloriam denotandam in omnibus fere Linguis a lumine & ſplendore metaphoræ ſumantur.

HEDRA, honorare. *Hedra fader och moder*, honorare patrem matremque.

Quem

Quemadmodum in voce *fôrâra* notavimus; dona voluntaria pro habito honoris indicio ſumi, inque eundem modum a Latinis *honoraria* ab *honore* dicta fuiſſe; ita *hedra* quoque eodem ſenſu accipitur. *Hedra ſig mot en*, eſt munere quopiam mactare. Upl. L. *Arfd. B. c. 4. Nu agher bonden husfru ſinæ hedra:* jam (poſtridie nuptiarum) maritus novæ nuptæ munus aliquod offerre debet. Conf. *Arfd. B. c. 7.*

HEDERSAM, munificus. Proprie honeſtum denotat: ſed prævaluit altera ſignificatio.

HEDERLIG, honeſtus: *hedervârd*, id.

HEDNING, paganus, infidelis. Ulph. *haithns.* A. S. *hæthen.* Germ *heide.* Angl. *heathen.* Iſl. *heidin.* Ant. Goth. *haþin.* Gothl. L. *c. 4. §. 1.* necnon *hedn.* Cat. Legif. Westg. ab init. Vox hæc una cum Chriſtianismo huc haud dubie invecta fuit, ſed veri ejus natales oppido ſunt obſcuri. Quod primum quærenti in mentem venire poterit, eſt, a Gr. ἐθνικὸς, addita aſpiratione, factum eſſe *hedning*, quod etiam veri vel inde ſimilius eſt, quod in L. AngloSaxonica, teſte Junio, in *Etymol. hæthne* ponatur pro Græco ἔθνη. Altera etymologia Wachteri eſt, qui vocem quidem origine Græcam eſſe, dat, ſed ab αἶθος deducendam, quod nomen ab Apoſtolo, Ephes. 2: 12. gentilibus tribui, novimus. Sed quum ab utroque tantundem viæ ſit, cur a ſolenniori titulo recedere oportet? Ad eos, qui peregrinam vocem eſſe, credunt, illi fortaſſe proxime accedunt, qui III. ad imitationem Eccleſiæ Latinæ, quæ a *pagis paganos* appellabat, Gothos quoque ab Ulphilano *haithi*, de quo in voce proxime præcedente diſſeruimus, *haithns* quondam formaſſe putant. Fateor, ſi hoc ſolum etymon adeſſet, me, alio opus non eſſe, ſtatim dicturum: nunc vero in diverſa trahor, utri ſubſcribere velim, primæ an huic, neſcius. Ab hac, quam modo attuli, vocis notatione diverſam appellare non poſſum Meibomianam, quæ extat in *Rer. Germ. Script. Tom. III. p. 97.* ubi *heide* ab hoc eodem *heid*, teſqua, terra inculta, deducit, idque ex ea ratione, quod gentiles eo ſe olim recepiſſe credat, ut lumini veritatis ſe ſubducerent. Succedat ordine IV conjectura Schilteri, opinantis, ab *hayn*, lucus, ſylva ſacra, idololatras olim nuncupatos fuiſſe, quippe qui hæc loca peculiari in veneratione haberent: ſed quo teſte hujus vocabuli antiquitatem probat? & unde *d* vel *th* acceſſit? Agmen claudat derivatio Gudmundi Andreæ, qui tam in *Lexico Iſlandico*, quam in *notis* ad *Poëma antiquum*, Voluspa dictum, *heidning* nomen accepiſſe putat ab *heid*, opes, divitiæ, utpote quæ ſolum illud numen erant, quod cæcæ eorum mentes coluerunt.

II. Ævo medio cœptum eſt, nobiles *hedin* appellare, idque ad imitationem Latiniſmi recentioris, ubi *gentilis* non tantum infidelem denotavit, ſed eum etiam, qui gentem & majores habebat, h. e. liberum, nobilem. Gallice *gentilhomme.* Stjernhjelmius, *in Gloſſario, hedning* ita dici putat quaſi *ætting*, ab *ætt*, proſapia. v. ſupra in *adel.*

III. *Hedin* dicitur infans, antequam baptiſmi lavacro abluitur. Ärfd. *B.* St. *L. c. 8. Ther ærfwir dödher oc hedhin, oc qwicker oc chriſten går från:* ibi mortuus & ethnicus hereditatem adit, vivus vero & chriſtianus excluditur. In Westm. *L. Manh. B. c. 25. hedhit mord* vocatur, quando infans ante baptismum trucidatur. Dicebantur etiam infantes in Eccleſia Latina *ethnici*, quoad initiarentur, ut exemplis variis oſtendi poſſet. v. Du Fresne, in v. *paganus.* Vicinis etiam Germaniæ populis idem loquendi genus, non ſine cenſura accuratiorum Theologorum, familiare fuiſſe, novimus.

HEDENHÖS, tempus immemoriale. Proprie denotat tempus ethniciſmi, quæ epocha fuit apud noſtros remotioris temporis. *Hös* illud, quod ad finem additur, derivat Loccenius ab *haus*, *hös*, caput, rationemque addit, quod caput vel initium quaſi habeat a paganiſmo. Sed nemo non videt, nihil heic dici. Ego non dubito, phraſin illam *af hedenhös* ellipticam eſſe, plenius olim prolatam *af hedenhögs tid*, atque adeo ſui rationem habere in veterum tempora dividendi modo, utpote qui ævum remotiſſimum *bruna old* appellabant, inſequens vero *hauga old*: illud a *bränna*, urere, quia mortuos tum ex inſtituto Odini comburebant, hoc ab *haug*, tumulus, qui mortuo ingerebatur. Invaleſcente dein Chriſtianiſmo, quicquid antiquum erat, ab *haug*, cumulo, nominabatur: e. c. *högabyr*, villa antiqua Östg. *L. B. B. c. 28.* Westg. *L. b. t. c. 6.* quæ ibi definitur *af hednu hygder*, ab ethniciſmo inde condita. In Lege Scanica. *Lib. 1. c. 3. höghaman* denotat paga-

paganum, ut etiam alii codices habent *bedhin man*. Quum enim quiſpiam tumulo illatus narrabatur, ſignum erat, illum ethnicum obiiſſe. Olavi Tryggv. *Hiſt.* Ed. Skalh. *Part. I. p. 101. Andaþiſt* Þorbeorn Gőtuskegg, *oc var bann beygþur ok utborinn at fornum ſid. þuiat þa voru beidnar allar Færeyar*: exſpiravit ibi Thorbernus Gőtuskegg, tumulatus & elatus more vetere: fuere enim pagani tunc omnes Færœenſes. Conſ. l.c. Part. 2. p. 14.

HEFTIG, vehemens: *beftig wrede*, ira gravis. Vitiatum putat Wachterus ab antiquo *befig*, quod apud Anglo-Saxones gravem, moleſtum denotavit, hodieque ſupereſt in Anglico *beavy*, id. Sed ubi cogito, voce hac tam nos quam Germanos de eo, quod violentum potius quam moleſtum eſt, & inprimis de ira impotente uti; in eam totus concedo opinionem, noſtrum hoc *heftig* aliunde ortum non ducere, quam ab Iſl. *beipt*, ira, furor, impetus, unde *beiptugr*, iracundus. Knytl. *S. p. 160. Hafi þer meir gjort ſamlag vid mik af beipt en af aſt*: mecum ſocietatem inivere ex ira magis quam amore. Bibl. Island. Num. 35. *Slær han til dauds af beift*, ſi per iræ impetum occidat. Syr. 25. *þar er eingin reidi ſo beiptiger, ſem konunnar reide*: nulla ira tam gravis eſt, quam ira feminarum. ib. c. 28. *Heiptugur maþur kueikir deilur*: vir iracundus lites excitat. Confer Jus Aulicum Norrw. *p. m. 187.* ubi prohibetur *beiptuglig reidi med grimmu langrædi*, impotens ira cum diuturna ſimultate. Diverſum ab hoc eſt eorundem *böfugr*, gravis, cui pondus ineſt, ut in Heims Kr. *Tom. I. p. 16. þa gerþiſt banom ſuefn böfugt*, tum gravis ſopor eum inceſſit.

HEL, totus. C. B. *oll*, *olh*. Hib. *uile*. Angl. *whole*. Belg. *beel*. Hæc omnia, unde ſint, non requirit, qui novit, quid ſit Gr. ὅλος, aut etiam ἔλις, quod ab Hesychio explicatur μόνος καὶ ὅλος, unus & totus. Ceterum ſuſpicor, per Prædicatores Anglos hanc vocem Suecis familiarem factam fuiſſe. Islandi enim veteresque Gothi pro eo *all* uſurpant, uti Mœſogothi pro eodem etiam *alls* ponunt. Joh. 9: 34. *In fravaurhtim thu gabaurans varſt alls*: in peccatis natus es totus: ubi Iſlandus habet, *aller ertu i ſynd alen*.

HELA, reparare: dicitur de vulneribus, ubi ſanantur. Ulph. *bailjan*. A. S. *hælan*. Al. *beilen*. Germ. id. Stilo forenſi *bela ater* idem eſt ac *fylla ater*, i. e. rependere, ut patet conferenti Upl. L. *Arfd. B. c. 10. §. 7.* cum Westm. L. *b. t. c. 25.*

HELT, plane, penitus. *belt full*, omnino plenus. Sax. *beel*, *beel wol*, optime. Germani *ganz* eodem modo utuntur, Galli ſuo *tout*, & alii plures. Latini *omnino*. Gr. πάνυ

HEL, ſanus, bene valens. SkåneL. *p. m. 45. Um bell man wil ſic ingiuæ*: ſi vir ſanus ſeſe Monaſterio dedere voluerit. Westm. L. *Kirk. B. c. 22. beel och uſiukur*, ſanus vegetusque. Credi facile poſſet, a priore diverſam non eſſe hanc vocem, quum in aliis linguis, quæ integra ſunt quæque incolumia, communibus fere appellentur nominibus: Conf. *ganz* apud Otfridum, Lib. III. Cap. 11: 44. Ceterum antiquiores Linguas conſulens, invenio, non parum inter ſe hæc duo ſeparata fuiſſe. Codex Argenteus ſanum *bails* vocat, unde *unbails*, ægrotus, *unbailai*, infirmitates: C. B. *bwyl*, valetudo. A. S. *bal*, ſanus, *bælo*, ſalus, *unbale*, ægrotus. Al. *beil*, id. Hiſce non injuria adjungimus Precopenſium *jel*, vita, Fennon. *elæ*, vivere, nec non Græcorum ἔλος, ſanus: unde eſt ἔλε, quod Hesychius interpretatur ὑγίαινε, ut apud Homerum, Οδ. Ω. Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, Θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν: ſalve valeque, Dii vero tibi multa fauſta dent. Eſt hæc ſine dubio eadem formula ſalutandi pariter ac propinandi, quæ per univerſum orbem Gothicum uſurpata fuit, *bel*, *bal*, *beil*, *bails*, ut mox pluribus ſumus dicturi. Ubi primum eandem invenimus, Codex eſt Argenteus, idque Marc. 15: 16, ubi milites Chriſtum ita ſalutantes inducuntur: *bails thiudan Iudaie*, Salve Rex Judæorum. Quæ eadem verba AngloSaxo ſua Lingua explicat *hal væs þu Judea kyning*. Obſervamus, inverſo verborum ordine, heic occurrere priſcam illam veterum Anglorum propinandi formulam, *wais bail* vel *wes bail*, cujus mentionem plus ſimplici vice apud antiquos Scriptores factam videmus. Du Fresne, in *Gloſſ. Tom. VI. edit. rec. p. 1509 ex* Johanne Architrenio, *Lib.* III. c. 10. hos verſus affert.

Ergo vagante cypho diſtincto gutture *veſſeil*
Ingeminant *veſſeil*: labor eſt plus perdere vini
Quam ſitis. &c.

Adji-

Adjicitur loco citato, in margine ſcriptum fuiſſe *verſell*, quod natum credit a Gallico *verſer*, infundere: ſed niſi error hic fuerit, originem debebit diverſitati dialecti: Septentrio enim totus *war ſäll* dicit eodem ſenſu. De cetero nota eſt hiſtoria Filiæ HENGISTI WORTIGERNO, Britanniæ Regi, propinantis, quam in Annotationibus ad TATIANUM ex MERLINI *Prophetia* adfert PALTHENIUS, *p. 296*: ita vero Ille. *Filia* HENGISTI (RONIX) *juſſu Patris egreſſa de thalamo ſcyphum aureum, plenum vino, flexis genibus offert Regi* (WORTIGERNO) *dicens Laved* (legendum videtur *Laverd* aut *Lared*) *King weſebais, weſſeil*. Subjungit hiſce Vir doctiſſimus: *Sed & adventu* HENGISTI *antiquiorem hanc nuncupandi pro ſalute combibonum voti conſuetudinem eſſe, quæ nondum in Anglia deſiit, ſed in vigiliis novi anni circumlato inter vicinos atque amicos poculo convivali, waſſailebowle dicto, diligenter obſervatur, late probat* SOMNERUS, in *Dict. v. uuaes-bale.* Conf. JUN. *Gloſſ. Goth. v. hails.* Paulo aliter hanc eandem hiſtoriam narrat GOTFREDUS MONUMETENSIS, ARTURUS, de *Geſtis Regum Britanniæ, Lib. VI.* c. 12. citatus a SCHILTERO, in *Gloſſ.* p. 440. Verba ejus hæc ſunt: "Interea vero reverſi ſunt nuncii ex "Germania, conduxeruntque decem & "octo naves, electis militibus plenas: "Conduxerunt etiam HENGISTI filiam "ROWEN: cujus pulcritudo nulli ſe"cunda videbatur. Poſtquam autem "venerunt, invitat HENGISTUS WORTE"GIRNUM in domum ſuam, ut & no"vum ædificium & milites novos, qui "applicuerant, videret. Venit illico Rex "privatim, & tantum opus laudavit, "& milites invitatos retinuit. Ut ve"ro Regiis epulis refectus fuit, egreſſa "eſt puella de thalamo, aureum ſcy"phum, vino plenum, ferens: accedens "deinde propius Regi flexis genibus "dixit: *La uerd King uuacht heil.* (*La*, "*las zu*, permitte. *Verd*, chariſſime "*King*, *König*, Rex.) At ille viſa facie "puellæ admiratus eſt tantum ejus de"corem & incaluit. Deinde interpre"tem ſuum interrogavit, quid puella "dixerit, & quid ei reſpondere debeat, "cui Interpres dixit: Vocavit Te Do"minum Regem, & vocabulo ſaluta"tionis honoravit, quod autem re"ſpondere debes, eſt, *Drinc heil*: Re"ſpondens deinde WORTIGERNUS: *Drinc* "*heil*, juſſit puellam potare: cepitque "de manu ipſius ſcyphum, & oſcula"tus eſt eam, & potavit: ab illo die us"que ad hodiernum dein manſit con"ſuetudo illa in Britannia, quod in con"viviis, qui potat, ad alium dicit: "*wacht heil.* Qui vero poſt ipſum re"cipit potum, reſpondit, *drinc heil.* Animadvertis facile, Interpretem vocum Saxonicarum Linguæ hujus imperitum fuiſſe: *Lavard King* enim notat Domine Rex, uti mox explicatur. Apud Majores noſtros formula *allir heilir* non in conviviis tantum propinantium, ſed etiam fauſta invicem apprecantium fuit. Memorabilis, & Anglicæ illi non diſſimilis, eſt narratio STURLONIDIS, in HEIMS KR. Tom. *I. p. 48.* *þa mælti* GRANMAR *Kongur viþ* HYLLDEGUNNI, *Dottur ſina, at hon ſkylldi bua ſig, oc bera öl Vikingom; hon var allra quenna friduſt, þa toc hon ſilfur kalc eirn, oc fyllti, oc gecc fyrer* HJORVARÞ *Kong, oc mællti, allir heilir* YLFINGAR, *at* ROLFS *minni* KRAKA: Tum GRANMARUS filiæ ſuæ, HILLDEGUNNI, innuebat, ut, ornatu ſuo aſſumto, zythum prædonibus adportaret. Erat vero ipſa egregiæ pulcritudinis femina. Itaque ſcypho argenteo accepto, HIORVARDUM compellabat, dicens: ſoſpites eſtote YLVINGI, vobis in memoriam ROLFONIS KRAKE propino. CHRON. RHYTHMICUM in vulgari uſu formulam *ſtat hell* fuiſſe docet, in *Vita* FRODII:

Ty ær ænnu en ordeſidh,
Statt hell, och far i FRODA *fredh:*
Hinc etiam proverbium eſt,
Salve, & in pace FRODII abi.

Adde Auctorem *Hiſtoriæ* ALEX. M.

Han bad thet folk helt och ſäldt:
Populum hunc ſalvere juſſit.

Et ſic intelligenda formula ſalutationis Angelicæ, LUC. 1: 28. *Heel, full med nåd*, quam TATIANI Interpres talem ſua lingua inducit: *Heil uuis thu gebono fullo*, AngloSaxo. *Hal væs þu mid gyfe gefylled.* Iſlandus, *Heil, ſiert thu naadarfulla.* Ad captandam benevolentiam alias quoque Iſlandi eum, quem alloquebantur, *manna heilaſtur* nuncupabant. v. *Hiſt.* OLAVI TRYGGV. Ed. Skal. Part. II. p. *120.* Habemus hinc derivata

HELSA, ſalutare. A. S. *haletan.* Al. *heilizan.* TAT. c. 4. 1. *Ingieng tho in hus* ZACHARIASES, *inti heilizita* HELISABETH:

et intravit in domum ZACHARIÆ, & ſalutavit ELISABETHAM. Proprie hæc vox notat, ſalutem alicui optare, unde prologus conſuetus Conſtitutionum Regiarum: *Wi bælſom alla them, ſom thetta bref ſea äller höra ewardelike med Gudhi*: omnibus hæc mandata viſuris aut audituris optamus] ſanitatem perpetuam. Derivatum hinc eſt *belſning*, ſalutatio. Al. *beilizung*.

2. Notat inviſere. *Helſa på en*. Ratio eſt, quod primus congreſſus a fauſtis ominibus & felicitatis apprecatione incipere ſoleat.

HELSA, ſalus. *Komma till helſan*, ſanitatem recuperare. Iſl. *heilſa*. Al. *heili*. A. S. *hæl*. Obſervat WACHTERUS, Latinorum *ſalus* a Gothico hoc nihil differre, niſi quod ſ pro adſpiratione ponatur. Ubi a Græco ὕλη *ſylvam* originem ducere, Voſſius aliique docent, adſtipulantur ſua ſponte omnes, & ejusmodi exempla plura dari, meminerunt: an vero æque facilem aſſenſum impetraturus ſit WACHTERUS, dubito, ſed aſſenſum mereri, ſat ſcio.

HELSOSAM, ſanus: nec non ſalutaris, felix, σωτήριος. TIT. 2: 1. Germ. *heilſam*. Angl. *wholſome*.

HEL, ſanitas. DAL. L. p. 3. *Barn föt i bæſtum hællum*: infans natus optima valetudine.

HELBREGD, ſanus, incolumis. Ant. *helbrykt*. KON. STYR. *p. 100*. *Ankte ma thet länge helbrykt wara*: durare diu ſalvum nequit. Scribitur *hælbrigdu* in HELS. L. *Arfd. B. c. 13*. *Siuk æller hælbrigdu*, ægrotus aut ſanus. Iſl. *heilbrigdur*. ACT. 3. *Enn ſem þeſſe hina hallte, er halbrigdur var orden*, & ut claudus ille, qui ſanitatem recuperaverat. In *Poſtilla* LAUR. PETRI, *ad Dom*. III. *Adv*. ſcribitur *helbergda*, quod indicat, Rev. hunc Myſtam originem vocis deduxiſſe a *berga*, *byrgja*, quod apud veteres notat conſervare, tueri: ut adeo *heilbyrgdur* foret in ſanitate conſervatus. Sed quum videam, apud Iſlandos *heilubragd* pro ſanitate uſurpari, e. g: OL. TRYGGV. S. Part. II. Edit. Skalh. *p. 236*. veri mihi videtur ſimilius, poſteriorem vocis partem referendam ad *bragd*, converſio: proprie ſcilicet *helbregda* dicitur non tam qui ſanus eſt, quam qui ſanitatem recuperavit, hoc eſt, cujus ſanitas in melius converſa eſt.

HELBREGDA, ſanitas. CHRON. RHYTHM. p. 352.

At han aldreg helbrigdan nöt:
Ut nunquam ad ſanitatem rediret.

II. Felix. In deſuetudinem quidem hæc vocis noſtræ ſignificatio hodie abiit, ſed frequentia tamen ejus veſtigia habemus in omnibus Scriptis Iſlandicis. v. VERELII *Index*. Immo etiam non pauca inde derivata apud nos ſuperſunt.

HEL, felicitas. CHRON. RHYTHM. p. 147.

Han wardher goder alla daga,
Ok faar med ſolke goda hæll,
Ok warder milder ok ärſæll:
Erit bonus omnibus diebus,
Cum populo ſuo felicitate fruetur,
Mitisque erit & felicis annonæ.

Ejusdem proſapiæ eſt *obel*, infortunium, quo utitur idem Scriptor, p. 383. Oſtrogothi noſtri hodieque *hill* & *ohill* hoc ſenſu uſurpant: *han har hill med ſig*, fortunam comitem habet. Derivatum hinc eſt *helſa*, felicitas, quo ſenſu occurrit HYMNO ECCLES. *N. 123*: *v. 6*.

III. Fidus: ex eadem ratione, qua integer atque integritas pro ſinceritate ponitur apud Latinos. CHRONICON RHYTHM. p. 125.

Swa ſom konungen hade ſagdt,
Med heelom wilja ok ſöta akt.
Uti Rex dixerat,
Fida voluntate ſuavique intentione.

Iſlandis hoc idem loquendi genus familiare eſt: *heil*, fidus, *heilhugr*, qui fido animo eſt, *heilrædi*, fidum conſilium. Vide plura apud VERELIUM. Ego tantum addo, ubi de iis, inter quos ſimultas intercedit, apud nos dicitur, *thet är ej helt med them*, id loquendi genus ex hac vocis ſignificatione explicandum eſſe, ut ſenſus ſit, fidam inter eos amicitiam non eſſe.

HELIG, ſalutaris. Credo, omne id, quod ad ſalutem pertinuit, eoque tetendit, omnium primo hoc nomen geſſiſſe, vel, quod idem eſt, ab *hel* eodem modo factum eſſe *helig*, quo a *ſæl*, *ſal*, *ſalig*. Et ita carere poſſumus omni undecunque petita etymologia ab אל, Deus, ab *eld*, ignis. ab ἅγιος, ſacer, & quæ plura congesſit ad hanc vocem WACHTERUS, quæque apud ipſum legi, quam a me repeti, malim. Si vero quispiam his contentus non fuerit, afferre poſſum conjecturam GUDMUNDI ANDREÆ, qui in *Notis* ad VOLUSPA, p. 2. docet, *helig* vel Iſl. *heilagr* compoſitum eſſe ab *heid*, opes, res pretioſa, & *lægur*, ponendus, ut ſimul ſumtum notet rem auro contra caram habendam. SCHEFFERUS, dum in *Upſalia Antiqua*, p. 59. *helig* derivat ab ἥλιος, ſol, ſimulque ex SERVIO notat, Aſſyriorum lingua *hel* ſolem ſonuiſſe; in Heliolatria Borealium, quod ſententiæ ſuæ robur adderet, inveniſſe ſibi viſus eſt: pa-

Digitized by Google

parum ita diſcrepans a BAXTERO, qui a Britannico ſolis nomine *baul* etymon petit. Epimetri loco addam, JUNIUM ſuam non deſtituere Græcarum literarum cognitionem: ſcit enim, ab ἀλίζεσθαι, ſaliri, hocce noſtrum profectum eſſe.

II. Sacer: nil quippe ſacrum habetur, niſi in ordine ad ſalutem noſtram. In LEGE ÖSTROG. *Dr. B. c. 13.* Monachi & Sacerdotes vocantur *hælga mæn*, viri ſacri, alias ita appellantur, qui in numerum ſanctorum relati ſunt. v. *Gipt. B.* ST. L. *c.* 7. *6.* & infra in *men.* Familiaris vox hæc eſt ceteris Gothicæ originis dialectis: A. S. *halig.* Al. *heilig*, *heilag.* Iſl. *heilagr.* Germ. *heilig.* Angl. *holie.*

HELGON, ſanctus: *All helgona dag*, feſtum omnium Sanctorum. Plenius olim dictum fuit *helg bjon*: ſed facilioris pronuntiationis cura inde *bj* expulit. v. infra, n. III.

HELGEDOM, res ſacra, Iſl. *heilagdomur.* Germ. *heiligthum.* Occurrit hoc ſenſu ſæpe in Bibliis Sacris. Stilo vero forenſi & apud Iſlandicos Scriptores *helgedom* æque ac *ſanctimonia* ſtilo medii ævi (v. DU FRESNE, *Gloſſ. in v.*) denotat reliquias Sanctorum, quas jurantes ſub catholiciſmo tangebant. *uuihida*, apud Alemannos. (v. *Regula* S. BENED. *c. 58.*) In LEGE SCANICA. *p. 28 fara til hælgedoma* notat, iter religioſum ad ſepulcra Sanctorum inſtituere. *Hælaghdom late Biſkop til* ib. *Kyrk. B. §. 1.* hoc eſt reliquias Sanctorum (ubi templum erat conſecrandum) Epiſcopus adferat. Angli eodem ſenſu ſuum *haligdom* uſurparunt. Germ. *heiligthümer* & Belgæ *heiligh - dom.*

III. Immunis a qualibet violatione. Sic in LEGE DALICA, *Gipt. B.* ſponſus & ſponſa cum paranymphis dicuntur *hælghjon*, perſonæ ſacræ, ad eundem modum, quo apud Latinos, qui *ſacroſancti* appellabantur, ab omni vi tuti erant. Sedes nuptialis ibidem vocatur *hælgha ſæte*, quod, cur de puerperio explicet LOCCENIUS, in *Lexico Juris*, non video. Dicitur expreſſis verbis *brudbabænk*, in HELS. L. *Arfd. B. c.* 2. Conf. *Index* VERELIANUS & CAROL. LUNDII *Præf.* ad *Leges Uplandicas.* In JURE ALEMANNICO, c. 36. *eliche heilachtum* eſt matrimonium legitimum, forte quia in ſacramentorum numero connubia erant.

OHAILIG, quem impune lædere licet, qui paci publicæ eſt exemptus. GOTHL. L. *c. 28: 2. þa iru oheilagr dur bans*: tum fores ejus tuto confringere licet. OL. TRYGGV. *S.* Edit Skal. P. II. p. 241. *þat var annat, at uheilog ſkyldo vera blot all, hof ok ſkurdgod*: alterum membrum legis erat: omnia ſacrificia, fana & idola impune a quovis deſtrui poſſe.

HELG, immunitas a vi quacunque. Ita vocatur jus illud aſyli, quod habuere templa, cœmeteria & ædes Paſtorum apud veteres. GOTHL. *L. c. 8: 8. þar ſculu ſakir mæn hælg haſa*: ibi rei ſecuritate fruentur. Ceteræ leges hujus loco *frid* habent. Et hinc explicari debet titulus LEGIS UPLANDICÆ qui de Pace publica agit, *ManhelgsBalker*, quippe qui ſancit, qua occaſione peculiari legis tutela vita hominis fruatur. In L. WESTG. *Thing. B. c. 10. manælgi* notat ipſam læſionem ſecuritatis publicæ. *Helgisbot*, in *Mandr. B. c.* 3: 4 pœna læſæ ſecuritatis publicæ, cui ad. de *helga*, a vi immunem præſtare. GOTHL. *L. c. 64*: 2.

2. Feſtum, ut *Julhelg*: feſtum natalitiorum Chriſti: *Påſkhelg*, feſtum Paſchatos. Uſurpatur de feſtis, pluribus continuis diebus celebratis: *helgedag* ſinguli eorum audiunt. *Helgsmål* dicitur feſtum iniens, *ringa helgsmål*, ſonitu campanæ imminentis feſti admonere: vocatur etiam *helgansmål*, quaſi *helig abens mål*, a Germ. *abend*, vigilia. In HEIMS KR. *T. I. p. 587.* legimus *ringia til helgar.*

WERKHELIG dicitur dies feſtus, ab opere quovis immunis: ad eundem modum, quo AngloSaxones eum *frælsdag* appellant, hoc eſt liberum. Apud Hiſpanos *dia da huelga* eſt dies feriatus, *holgar*, otiari, ut in L. Latina a feriis, feriari factum eſt. Reliquere haud dubie hanc vocem imperantes in Hiſpania Gothi.

HELLEBARD, bipennis, ſecuris bellica. Gall. *halebarde, hellebarde.* Il. *alabarda.* Belg. *hallebarde.* Angl. *halbard.* Germ. *hellebart.* De poſteriori vocis parte inter omnes convenit, eſſe eam nil aliud, quam Alemannicum *bart*, *barde*, ita dictam, vel a *bart*, barba, quod nomen ob quandam ſimilitudinem dabatur malleo, cui ab altera parte ſecuris erat, quaſi diceres malleum barbatum, vel, ut a VEGETIO vocatur, Martiobarbulum. v. WACHTERUS, in v. *barte.* Iſlandi *ſkieggoxar* dicunt, a *ſkiegg*, barba. v. RHENHIELMII *Not.* ad *Hiſt.* THORSTANI VIK. p. m. 61. De priori vero inter etymologos diſſenſus eſt. Derivant quippe alii ab *hell*, lucidus, ſplendidus: ſed quis non videt, hanc ideam omnibus veterum armis æque compe-

 tere

Digitized by Google

tere potuiſſe. Alii ab *hall*, aula, quæ JUNIANA eſt obſervatio, quum iſtiusmodi armis fere utantur Satellites Regii, quique in aulis corporis Principum cuſtodes ſunt: adfert hanc etymologiam JUNIUS, ſed ita tamen, ut potius nos credere jubeat, *hellebard* corrupte dici pro *helmbard*, ab *helm*, caſſis, quibus diſſecandis hæ ſecures deſtinatæ fuerant, ex eadem ratione alias Theothiſcis *helmackes* dictæ. Immo ad robur huic ſententiæ addendum adfert SCHILTERUS ex Gloſſario veteri locum, ubi *helmbarte*, gæſum, extat, ut adeo perquam veriſimile ſit, *m* olim huic vocabulo excidiſſe, & ſic *hellbard* extitiſſe. Quum hæc etymologia rationibus, priores vero ſola conjectura nitantur, non difficilis optio eſſe debet: ut adeo addere neceſſum non ſit, eſſe multos ex ordine Philologorum, qui ab *hild*, Iſl. pugna, nominis rationem petendam velint. Quando vetus Latium *celibaris* appellabat haſtam gladiatoris, quæ in capite mortui ſteterat, & deinde per ſuperſtitionem inter nuptiarum cerimonias uſurpabatur; pæne dixeram, eos Gothicam vocem commodato ſumſiſſe: *h* certe in *c* apud Latinos frequenter tranſit. v. LAURENBERGII *Antiquarium*, p. 76.

HEM, domus, habitatio. Hæc quippe frequentior vocis ſignificatio eſt & primigenia, ſi vera cenſebitur eorum doctrina, qui ab *hema*, tegere, occultare, eam derivandam autumant. Sed non diffiteor, mihi veroſimilius fieri, *hema* ab *hem* factum eſſe, ut *huſa* ab *hus*, id quod tamen non impedit, quo minus etiam hoc perantiquum ſit, & multarum vocum mater. Ceterum in incunabula noſtræ vocis inquiſituri, tutiſſime forte inceſſerimus, ſi diſpiciamus, in quanam Lingua prima ejus veſtigia reperiamus, & quid ea ſonuerit. Citamus tum vero CODICEM ARGENTEUM, ubi *haim* non raro occurrit pro villa. MATTH. 9: 35. *Iah bitauh* IAISUS *baurgs allos jah haimos*: Et circumibat JESUS omnes civitates & villas. Heic vero quum textus Græcus habeat κώμας, *h* vero & Gr. k frequentius, quam ullæ litterarum aliæ, alternent, ſuſpicari coepi, origine hæc duo diverſa non eſſe. SCHILTERUS, in *Gloſſario*, *heim* ſepem, ſepimentum κυρίως notare, ait: ſed rationes non adjungit, ſine quibus nemo apud nos auditur. WACHTERUS *heim* ab *heimen* derivat, & hæc duo notare ait, tegere nempe & cohabitare. Sed de priori diximus, illud ab *heim* potius eſſe deducendum, alterius ſignificationis non ſatis certos teſtes dat. Sed nos heic ulterius non commorabimur: obſervamus tantum, conſpirare pleraſque Gothicas dialectos. A. S. *ham*. Al. *heim*. Germ. id. Iſl. *heim*. Angl. *home*. Græce *ἐιμάδες*, HESYCHIO teſte, ſunt *ποιμένων οἰκίαι*, paſtorum tuguria. Gall. *hameaux*: quæ omnia JUNIUS ab *ἅμα*, ſimul, quia ibi junctim commorantur homines, deducta vellet.

HEMA, domo excipere, apud ſe condere. GOTHL. L. p. 2. *Hwar ſum hanna hyſir eþa heimir*, quicunque eam tecto excipit. Eandem loquendi formulam apud Juris Conſultos Alemannos uſurpatam fuiſſe, ex JURE AUGUSTANO docet SCHILTERUS, ubi *heimen oder hauſen* legitur.

HEMWIST: locus habitationis: ab Ulphilano *wiſan*, eſſe, commorari. Al. *heimwiſti*, de qua voce conſule *Gloſſarium* SCHILTERIANUM, p. 442: & OTFRIDUM, *Lib. I. c. XVIII: 113.*

II. Domus propria. Sunt hæ duæ ſignificationes in omnibus, quod ſcio, linguis connexæ. Conf. Ebr. בית. Gr. οἶκος & Latinum domus. A. S. *ham*. Germ. *heim*. Habemus hinc numeroſam propaginem: ſed quum meum non ſit, per ſingula ire, præcipua delibabo.

HEMSOKN in Legibus Patriis dicitur, quando quis vim alteri in ſua ipſius domo infert. A. S. *hamſocna*. Germ. *heimſuchung*. Oritur ab *hemſôka*, quod proprie eſt ædes alterius inviſere, atque adeo uſui debet, quod violentiæ ideam includat. Pro ſimplici aditu uſurpatum videbis in KNYTL. S. *p. 174. Ek hefi veit ydr heimſokn, at ſækia at ydr heilrad:* veni ad te, ſalutaria tua conſilia impetraturus. Conf. HÊIMS KR. *T. I.* p. 654. Addere debeo, idem hoc *hemſôka* in foro Theologico illas deſignare poenas, quas divina vindicta a peccatoribus exigit.

HEMGÂNG, id. a *gå*, ire. Diviſim etiam invenitur *gå hem:* domum alterius impetere. L. BIRC. *c. 14: 25.*

HFMFRID, ſecuritas, qua quisque domi frui debet a quovis inſultu, cujusque limites ædium pomoeriis circumſcribuntur, Jus UPLANDICUM vero extendit ad 60 paſſus in circuitu. *Årſd. B. Cap. 12.*

HEMUHJON, verna, mancipium. Gr.

Digitized by Google

Gr. *ὁμογενής*. Upl. L. *Manb. B. c. 53: 3.* Westm. L. *Årſd.* B. c. 30. *Hittir madher hemulbjón mans, hawi thridiung af ſyud;* ſi quis mancipium alterius fugitivum invenerit, tertia pars pretii ipſi cedat. Ceterum ab his diſtingui debent *heimamen*, familiares, quicunque ad familiam pertinent. Ol. Tryggv. S. *P.* II. *p. 154* Edit. Skalh. *Var* Þrandur *Þa ſkyrdur oc hans heimamen.* Baptizati tum fuere Thrandur & ejus domeſtici.

HEMFYLGD, parapherna, munera, a Parentibus & cognatis marito & neonymphæ data, ita dicta, quod eos domum abeuntes ſequantur. Iſl. *heimanfilgiu.* Eigils S. *p. 75.* Dicuntur alio nomine *hemgjæfr.* Westm. L. *Kyrk. B. c. 20. hemgift. L. L. Gipt. B. c. 10. heimanfærd.* Ol. Tryggv. S. Ed. Skalh. *P. II. p. 162.*

HEMKYNNE, domicilium proprium: Westg. L. *Arfd. B. c. 12. Wænder han bæl oc nacka at hemkynni*, ſi dorſum & cervices obvertat Patiræ. i. e. ſi ſolum ultro verterit: proprie notat cognatos domeſticos. v. *kunni*, in *kön.*

HEMMULLA, evictionem præſtare, ut ſolet venditor fidem dare, fore, ut rem acquiſitam quietus poſſideat emtor. De vocis hujus, Septentrioni noſtro propriæ, origine duas offendimus diverſas ſententias. Altera eorum eſt, qui putant, ab *heimil*, proprius, appropriatus, certus, vocis originem repetendam, atque adeo *heimila*, Dan. *hiemle*, idem eſſe, ac rem ſuam alterius propriam facere. Tuetur hanc ſententiam Verelius, in *Indice*, p. 114. eoque in primis argumento, quod vox ea non ſolum de rebus fundi, ſed etiam mobilibus uſurpetur. v. *Jord.* B. *L. L. c. 12.* & Upl. *L. b. l. c.* 4: 3. Altera vero derivatio eſt, ab *hem* & *mull* vel *muld*, pulvis: quam qui tuentur, eo fere nituntur fundamento, quod in uſu poſitum olim fuerit, in venditionibus, quarum pars eſſentialis rei alienatæ tranditio cenſebatur, pro agro aut villa ipſa, coram Judice tradenda, ceſpitem vel pulverem ſymbolicum, inde deſumtum, in emtoris ſinum effundere. Quod ritus ille apud veteres Romanos in uſu fuerit, docent Iuris Conſulti, & inter alia evidens eſt ex A. Gellio, cujus verba, capite penultimo *Noctium Atticarum*, hæc ſunt: *Poſtquam Prætores propagatis Italiæ finibus, datis Iurisdidictionibus, negotiis occupati proficiſci vindiciarum dicendarum cauſa in longinquas res gravabantur: inſtitutum eſt, contra duodecim Tabulas, tacito conſenſu, ut litigantes non ex jure apud Prætorem manumconſererent, ſed ex jure manum conſertum vocarent i. e. alter alterum ex jure ad conſerendam manum, in rem, de qua ageretur, vocaret. Atque profecti ſimul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad Prætorem deferret, & in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent.* Apud medii ævi ſcriptores varia occurrunt hunc ritum illuſtrantia: ipſique termini *ſcotatio*, *leiſowerpire*, *adſatimire* evidentiſſimo indicio ſunt, eundem late olim propagatum fuiſſe. Apud Anglos *livery* & *ſeiſin* dicitur, de quo multa egregia habet Hickesius, in *Diſſert. Epiſt. p. 85.* Inter alia ibi affertur Sigeridi donatio, Earduulfo Ep. facta, de qua ita donator ait. *Placuit mihi hanc paginam condere, & una cum ceſpite terræ prædictæ tradere tibi, &c* Succurrit mihi hac occaſione, me de Wilhelmo Conquestore relatum legiſſe, quum claſſe in Angliam devectus eſſet, pedemque in ſolo Anglicano primum ponens, titubaſſet forte, præcepsque rueret, omen illud ita accepiſſe circumſtantes: *Stand up, my Liege Lord, and be of good chear, for you have taken faſt footing in England.* (De Olavo Crasso eadem narrat Auctor Rhythmicus Vitæ ejus; & ante eum Sturlæsonius, Heims Kr. Tom. *I. p. 399.*) Rex ſurgens, manu terræ aliquid pulveris tenuit, quod quum viderent iidem, pergebant. *Yea and you have taken livery and ſeiſin of the contry, for you know that in delivering of livery and ſeiſin a piece of the earth is taken.* Senſus eſt, Aulicos Regios, quum Wilhelmus a caſu ſurgens manum pulvere & terra plenum haberet, dixiſſe: accipe omen, Domine, terra, quam cepiſti, Tua eſt: moris enim eſt in *livery* & *ſeiſin*, ut dominium pulveris traditione transferatur. In Patria noſtra hunc eundem ritum viguiſſe, non uno indicio novimus. In Leg. Ostrog. *Egn. S. c. 1.* legitur: *Konungr ſkal af ſamu jord taka, ok hanum i ſköt læggia:* Rex ex eadem terra (vendenda) venditoris in ſinum mittet. In primis huc facit Lex Scanica, quæ in *Arfd. B.* p. m. 15. haud obſcure docet, inter firmandum contractum venditorem pulverem ſymbolicum emtori in ſinum miſiſſe, quod erat *ſköta*, emtorem dein ſinum collegiſſe in ſignum acceptionis, quod erat *ſammanluka ſköte*, & ſub hoc teſtes ſinum veſtis tenuiſſe, quod dicebatur, *halda a ſköte.*

2. Dicitur de rebus mobilibus, quarum certa poſſeſſio emtori præſtatur. Upl. L. *Jord. B. c. 4: 3. Köpir maþr jord af androm, warde den jord ſum ſælde, oc hemule wård, ſum köpte:* ſi quis fundum ab alio emat, iſtam emtori evincat venditor: emtor autem venditori pretium adpropriet. Verſio eſt Vereliana, qua quippe probari poſſe, autumat, falſam eſſe vocis derivationem a *mull*,

terra, utpote quæ ad pecuniam non quadrat. Sed eleganter monet O. LUNDIUS, in *Auctario* ad *Indicem* VERELII p. 6. tranſpoſita eſſe hujus commatis verba, & fide meliorum Codicum ita legenda: *bemule þen jord ſum ſalde, ok hin warde wård, ſum kiöpte.* Et ſi quoque ſtandum eſſet hac lectione, non inſolitum videri debet, ſi per metonymiam vocum ideæ vel coërceantur vel amplientur, quemadmodum in LEGE HELS. *Wid. B. c.* 7. *bemulsman* dicitur,qui uſum ſylvæ vel locavit, vel gratis conceſſit, ut idem vir Conſultiſſimus obſervat. Quod ad Iſlandica *beimile*, domus, *beimil*, proprius, appropriatus, attinet, aut illa ab hoc noſtro penitus diverſa ſunt, aut, quod credere malim, ab evictione ad proprietatem tranſitus, nec is difficillimus, factus eſt. Exempla paucula dabo, unde vis verbi accipi poterit. HEIMS KR. Tom. *I. p.* 202. *Hwor er þat riki, er eg ma beimillt ſa* HARALDI: ubi eſt illud regnum, quod HARALDO proprium præſtare poſſem. ib. p. 2. *þui truþo þeir, at han ætte beimilann ſigur i buorre oroſto:* unde in animum inducebat vulgus, ipſi certam & propriam eſſe victoriam in qualibet pugna. OL. TRYGGV S. *p. 9. Heimult mun ek æta oc dreka, er vier komum beim*: cibo potuque ſecure utar, ubi domum venerimus. Omitto plura id genus. In LEGE SALICA occurrit *bamallus*, quod eſt cauſſæ patronus, unde *bamallare*, cauſſæ patrocinium ſuſcipere, quæ a mallo, h. e. loco judicii formata eſſe, facile perſpicitur. Et erit forte, qui ſuſpicetur, ab hoc *bamallare* noſtrum *bemulla* mutuatum eſſe.

HEMMUL, evictio, *ſtanda bemmul*, evictionem præſtare: vox in Codd. Legg. ſæpiſſime occurrens.

2. Notat rem propriam, juſtam poſſeſſionem. UPL. L. *Manb. B. c.* 38. *Tha ſkal han ſielwer ſwærja, at aterfang ſum framme liggia, æru hans ſkær ok bemul:* tum ipſemet jurabit, quod recuperata res furtiva ipſius portio vere propria & legitime poſſeſſa ſit.

3. Veniam, permiſſionem. SUDERM. L. *B. B. c.* 28. *Then ſum ej hawer ſiri ſik beimult*, quicunque veniam alterius non habet. *Hemulsman*, qui veniam dedit. L. L. B. B. *Cap.* 11. Conf. Iſlandicum *beimilt*, conceſſum, licitum.

OHEMMUL, qui rem, de qua ſermo eſt, præſtare nequit: atque, dum de venditionibus ſermo eſt, ubi quis rem non ſuam vendit. v. WESTROG. L. *Jord. B. c.* 13. ubi vero de accuſationibus, *ohemmul beſkyllning* vocatur, quando quis alterum criminis arguit, cujus eum convincere nequit.

HEMLIG varias habet ſignificationes, ſatis diverſas quidem illas, etſi ab eodem fonte derivatas. I. notat familiarem, ut eſſe ſolent, qui in eadem domo vivunt. KON. STYR. *p.* 92. *War allom blidr, ok ængom öſmykit til latugr,* (lege *litillatugr*, de qua voce vide infra) *ok ſam bemelikr:* eſto erga omnes comis, erga neminem juſto plus humilis & paucis familiaris. *Vita* ANSCHARII, p. 17. *Thombanum varo bemelyk bos*, qui eo familiariter utebantur. Non penitus obſolevit hic vocis hujus uſus apud Uplandos, qui dicunt, *ban är mycket bemlig ther i huſet*: hac domo familiariter utitur. Ad conſenſum veterum Linguarum pertinet, quod Auctor RHYTHMI, de *Exped.* CAR. M. *Hiſp.* p. 15. *baimleich* eodem ſenſu uſurpet.

Den armen was er baimleich:

Pauperibus familiarem ſe præbuit.

Obſervat etiam DICMANNUS, in *Spec. Gloſſ. Lat, Theot*: antiquiora Biblia Germ. MATTH. 10: 25. & alibi, ſervos appellari *die beimlichen*, i. e. familiares, uti Romæ dicebantur. Veteres Anglos ejus loco ſuum *bomelie* uſurpaſſe, docet JUNIUS, in *Etymol.*

2. Singularis, peculiaris. Occurrit hoc ſenſu in *Statuto* MAGNI R. de *anno* 1280. ad finem L. L. BIRC. *taka i bemelik wärn*, in ſingularem protectionem accipere.

3. Occultum ab *bema*, tegere, unde *bemligbet*, myſterium, res occulta: ab hoc habemus *bemligt bus*: BIÖRK. R. c. 2. Iſl. *beimuglegt bus.* OL. TRYGGV. S. Edit. Skalh. *Part. II, p.* 208. hoc eſt locus, ut PLAUTI verbo utar, in quem ſaturi eunt, *ἀφεδρῶν*. Ratio vocis eſt, quia ab oculis hominum fere remotus eſſe ſolet. De cetero ſuccurrrit, quod Latini ſellam, in quam corporis ſordes ejiciuntur, *ſellam familiaricam* appellent. Ab eodem fonte etiam eſt, quod membrum hominis, quod ut celetur, verecundia jubet, *bemlig ting* appellemus. Ant. *bemelsting*, ut eſt in CHRON. RHYTHM. p. 506. In LEGIBUS BOJUWARIORUM. *Tit. VII*: 4. extat: *Si indumentum mulieris ſuper genua elevaverit, quod* himilzorun *vocant, XII ſolidos componat.* Compoſitum vero hoc eſt ab *bimil*, occultatio, & *zorun*, lædere, rumpere. v. JUNII *Etymol.* in v. *tear.* Vocem *thing* apud Anglos olim denotandis membris genitalibus adhibitam fuiſſe, idem obſervat JUNIUS, in *Etymol. Anglico.*

III. Ut in L. AngloSaxonum *bam* inter alia Monaſterium ſignificat; ſic noſtro *bem* eundem ſenſum adjunctum fuiſſe, oſtendunt nomina *Gudhem*, *Warnhem* & plura alia.

IV. Villa: unde eſt, quod tot pagorum nomina hac terminatione apud nos utantur, apud Danos vero *biem.* Uſus deinde voluit, ut pro eo hodie *bemman*

Digitized by Google

heman dicatur, ut dum diſtinctio fit inter *helt* & *halft hemman*, villam integram & dimidiam.

V. Mundus: quaſi hominum domicilium. Apud Ulphilam vocatur *mannaſeth*, hoc eſt hominum ſedes. Östg. L. Kr. B. c. 1. *hialpa manne j hem oc ur heme*, præſto eſſe homini, in mundum venienti & inde exeunti. Skåne L. p. 47. *Fran them dage, är hemen var ſkapad*, a die, quo mundus creatus eſt. Hinc *Heims Kringla*, orbis terrarum.

VI. Particulæ naturam induit, verbisque additum notat actum ad priſtinam ſedem conferendi ſe vel aliud quid, aut eo ablegandi, unde venerat. Non antiquus quidem eſt hic voculæ hujus ſignificatus, ſed qui tamen ita uſu convaluit, ut jus civitatis jam obtineat. Exempli loco nonnulla afferam, unde de ceteris judicium fieri poterit.

HEMBÆRA, referre, *hembæra tack*, gratias referre.

HEMFALLA dicuntur bona, quæ poſtliminio eo redeunt, unde venerant.

HEMSKJUTA, alterius judicio aliquid permittere.

HEMSTÆLLA eſt alterius ſententiam novo & maturiori illius judicio ſubmittere. Aliud quippe eſt *underſtælla* aliud *hemſtælla*; hoc præcedens quidpiam ſupponit.

HEMSK dicitur homo, cujus animus de ſtatu motus eſt, ut dum non ſatis fidi amici ſubdolum quid in oculis præ ſe ferunt, aut quum quis poſt ingentem terrorem nondum ad ſe rediit. Apud veteres autem, & hodieque *heimskur* apud Iſlandos, notat dementem, *heimſka* ſtultitiam. Gudmundus vocem præſentem deducit ex ſignificatione *heim*, *hem*, quæ mundum notat, utpote qui ſæpius deſipit. Sed hoc abſonum eſſe, quivis facile videt.

HEMTA, accipere. v. ſupra, in *hænta*.

HEMTOR, quisquiliæ, ariſtæ, quibus fruges excuſſæ ſunt. v. Spegels *Gloſſarium*. Ortum putat ab A. S. *æmtig*, vacuus. Angl. *emptie, emtie*.

HEN, cos mollis. Iſl. *hein*. Notum eſt, ob animi mollitiem Haraldum, Daniæ Regem, *Hein* cognominatum fuiſſe. v. Knytl. S. p. 54. Angli *hone* vel *hoan* habent, quod M. Casaubonus derivat a Gr. ἀκόνη, cos, Junius vero a CambroBritannico *hogi*, acuere: ambo ex illa perſuaſione, quod primam vocis ſignificationem acuendi idea abſolverit. Sed videndum, annon generalior forte olim viguerit. Suſpicioni occaſionem præbet, quod video, in L. AngloSaxonum *hænan* idem eſſe, quod lapidare. v. Joh. 10: 32. *For hwylcum þære weorca wylle ge me hænan*: ob quodnam eorum operum me lapidare vultis? Sic a *ſtain* Ulphilas habet *ſtainjan*: a λίθος, λιθάζειν, a *lapis*, *lapidare*, a *ſten*, Sueth. *ſtena*, ant. *ſtenka*.

HENA capella, quæ ſemel peperit. C. B. *oen*, agnus, *oenig*, agnella. Propius vero ad fontem ducere videtur AngloSaxonum *eanian*, eniti. Angl. *eane*, *yeane*, id. unde *eaned*, agnus editus. In nonnullis etiam Sueciæ partibus *oena* uſurpatur de ovibus, quum pariunt, quod alias *lamma* dicitur. Græcis ὑννὰς eſt caprea vel capra ſilveſtris, & ὕννη Hesychio exponitur αἴξ.

HERDE, paſtor. Ant. *hirding*. Westg. L. Bard. B. c. 4. *Radær bondæ hirdingi ſinum*: ſi paterfamilias paſtorem ſuum caſtigaverit. Ulph. *hairdeis*. A. S. *hyrde*, *hierde*. Al. *hirti*. Belg. *herder*. Iſl. *hyrde*. Proprie notat cuſtodem, utpote ortum ab *hirda*, cuſtodire, tueri, unde *Fehirdi* in Scriptis Iſlandicis dicitur Theſaurarius, hoc eſt, opum cuſtos, a *fæ*, opes.

HERFWEL, inſtrumentum netricum, quo fila] colo expediunt. v. *härfwel*.

HERMA, exponere, interpretari, explicare, ut apud Verelium: *þu hefr hermt os ordſending hans*: retuliſti nobis mandata ejus. Græcum ἑρμηνεύω, interpretor, nec non Mercurii, Eloquentiæ Dei nomen Ἑρμῆς, multum cum hac voce affinitatis habere, quivis, vel me non monente, viderit. v. Plato, in Cratylo. p. m. 267. Conf. Ebr. אמר, locutus eſt, tranſpoſitis literis.

II. Alium loquentem per ludibrium imitari: *herma en*, alium loquentem inducere, & verba ab eo prolata repetere. Iſl. *herming*, imitatio, μίμησις, interpretante Gudmundo Andreæ.

HERMELIN, mus Armeniacus. Germ. id. Gall. *hermine*. Vir eruditiſſimus, Ottho Sperling, in *Annotationibus* ad *Teſtamentum* Absolonis, *ArchiEp. Lundenſis*, p. 147. vocem hybridam eſſe, ſtatuit, compoſitam a *melinus*, quod erat pellis genus, a *meles*, taxus, & *herre*, dominus, quum ſplendidiora hæc veſtium ornamenta non niſi eminentioribus viris convenirent: ſed qui ipſe adfert *Statutum Synodi Lundenſis*

denſis, ubi prohibetur Monialibus ejus diœceſeos, ne pelles geſtent *bereminas*, quod idem in Pariſina ſynodo factum novimus, (vid. Ludewig, in *formula Ducatus Brandeb. p. 79.*) facile animadvertere potuiſſet, *bereminus* nil aliud eſſe, quam *Armenius* vel *Harmenius*, quemadmodum ſcribere conſuevere medii ævi Scriptores (vide Wachterum, in *Gloſſ.*) atque adeo *l* ad vocis eſſentiam non pertinere.

HERRE, Dominus. Titulus, quem accipit ab homine Deus, a cive Princeps, a ſervo Herus. A. S. *bearra*. Al. *herro*, *hероро*. Isl. *herre*. Diſſenſus eſt inter Philologos de vocis etymo: qui Græcas litteras amant, a Gr. κύριος derivant, a Latino *herus* alii. Et licet hoc reſpectum habeat ad dignitatem intra familiam, illud vero titulus honoris ſit generalior; id tamen, ſi cetera placeant, neminem turbare debet. Confundi enim hæc in eodem nomine ſæpe ſolent apud gentem, quæ, ventoſos titulos aſpernata, ſola honeſtate cenſeri voluit. Accidit idem vocibus *Drott*, *Lavard*, &c. Wachterus, in *Gloſſario*, Theotiſcum *hероро* comparativum eſſe, obſervat, & priorem notare, quæ fere idea eſt hujus tituli, qui indicat virum ceteris ſuperiorem. Quicquid ſit, nobis, ni fallor, peregrinus hic titulus eſt, & proinde rarior, ſed jam non unius ſeculi uſu firmatus. Apud Majores noſtros Reges Principeſque ſoli *Herre* nuncupabantur: dein Equitibus Auratis proprius fuit, ita quidem ut Magnates, cujuſcunque dignitatis fuerint, exceptis tamen Ducibus, *Herre* non nominarentur, ante quam Equeſtria inſignia impetrarent, ut ex diplomatibus antiquis cernere licet, Carolum Canuti, quantumvis Proregem creatum, Dominum vel *Herre* nuncupatum non fuiſſe, antequam in Actu coronationis Christophori Regis Eques ſolenniter crearetur. Conceſſit dein ad Epiſcopos, Abbates & primariæ dignitatis Clericos, utpote nullo honoris gradu Laicis poſtponendos. Dico primariæ dignitatis Clericos: obſervo enim, Præpoſitos digniori hac compellatione ornatos non fuiſſe. Vide *Litteras* Magni *Regis*, ad calcem Legum Westrog. ubi recenſentur *Herræ* Pæter, *war Canceller*, *Herræ* Bededict, *Archidiæcn af Upſalum*, *Prowest* Anders *och Prowest* Jon. Sed uti tituli nunquam certa ſede manent, ita hoc ἀξίωμα usque adeo vulgatum poſtea eſt, ut Paſtoribus Eccleſiarum, nedum Præpoſitis, peculiari jure proprius evaſerit. Unde eſt, quod in Suevia & Alſatia Ruſtici, dum *der Herr* dicunt, Parochum ſuum intellectum velint. v. Schertzius, in *Obſ.* ad *Rhytbm.* de *Exped.* Car. M. *Hiſp.* 39. Belgæ Latinam vocem retinentes, quemlibet Sacris ordinibus initiatum *Dominum* hodieque appellant. Et Patrum memoria Paſtores nullo alio titulo apud nos cogniti erant, quam *Herr* Nils, *Herr* Olof; niſi quod qui artium Magiſtri erant, *Mæſter* Nils appellari præoptabant. Singulare eſt, quod Chronicon Episcoporum Lincopiensium de conjuge Epiſcopi Petri, p. 147. narrat, eam adeo elati animi fuiſſe, ut Dominus, *Herre*, appellari voluerit.

Hans huſtru war hælften wærre:
Therfore måſte Præſterſkapet kalla henne herre.

i. e. uxor ejus multo erat pejor, unde a Clero *Herre* ſalutanda fuit. Sed ut e diverticulo in viam redeam, indicavi verbulo, arbitrari me, titulum hunc *herre* aliunde eſſe invectum: opinionis hujus illa ratio eſt, quod nulla illius veſtigia video in Codice Argenteo, nulla in cippis Runicis antiquioribusve Monumentis aliis: immo nulla quoque apud vetuſtiores AngloSaxones extare, docet Vir harum litterarum peritiſſimus, Somnerus, in *Lexico*, addito Scriptoribus antiquis AngloSaxonum. Suſpicari proinde liceret, una cum Norrmannis, hoc eſt Sueciæ, Daniæ Norrwegiæque incolis, Conſtantinopoli redeuntibus, morem hunc Reges titulo *Herre* compellandi invectum eſſe. Audierant ibi, Principes a Civibus ſuis κύριε ſalutari, & corrupte κύρε, nec non κύρ (v. Seldenus, de *Tit. Honor.* p. m. 59.) ut itaque illi non minus elegantes eſſent, domum reduces civitatem dedere huicce axiomati, pro gentis Gothicæ more, *k* in aſpirationem mutato. Edda, in *Synonymis Poëticis*, *Herre* idem eſſe, ait, ac *hara*, adeoque referendum ad *ha*, altus, excelſus, vel etiam *hår*, exercitus. *Hara*, inquit, *edur Herra, Hertuge, heiter eirnenn ſva Jarl ſem Kongur*: *Hara* vel *Herra* aut *Hertuge* dicitur tam Jarlus quam Rex. Indicat heic Edda, ejusdem proſapiæ eſſe

eſſe *Hertug* & *Herre*; quod ſi eſſet haud obſcura foret noſtræ vocis origo. Alibi vero *Herre* nomen eſſe honoris, docet, deſumtum a filio HALFDANI *Annoſi*, HARRI. Commemorant nempe Scriptores Septentrionales, hunc HALFDANUM 18 filios habuiſſe, illosque adeo illuſtres, ut ſingulorum fere nomina Poëtis regiam dignitatem æque indicaverint, ac CÆSAR & AUGUSTUS apud Romanos. Sed monere debeo, utramque hanc obſervationem criticam recentiorem eſſe, utpote quam ignorat *Codex* EDDÆ *Upſalienſis*.

HERRSKA, imperare. Germ. *herſchen.* Sic a κύριος Græci κυριεύειν, a *domino* Latini *dominari* fecere.

HERREMAN dicuntur Clientes Equitum Auratorum, qui continue in ipſorum convictu erant, ipſos ſtipantes, ubi in bellum abivere. Reliquit de hac voce, illiusque ortu & ſignificatione elegantem, multaque eruditione ornatam, diſſertationem Daniæ ſuæ decus, H. GRAM, inſertam *Actorum Hafnienſium* Parti II. p. 263. ſeq. ubi refutat illos, qui *Herreman* ab *herre* or tum docent, eoque notari credunt, Dominum nobilem, vel qui ab *ehre*, honos, arceſſunt, & id genus aliis. Ipſe *Herreman* eundem eſſe putat, quem Latini recentiores Hominem Militarem vocant, adeoque ita appellatum quaſi *hærman*, ab *hær*, exercitus, vis bellica. Sed, utcunque GRAMMII manes illiusque acre judicium ſuſpicio; a me tamen impetrare non poſſum, ut hic illi ſubſcribam. Si enim ab *hær* ortum eſſet hoc noſtrum, *Herman* vel *Hærman* utique dixiſſent Majores noſtri, non *Herreman*, quemadmodum id obſervare licet in omnibus ab *hær* derivatis. Certus ſum, ipſummet GRAMMIUM hanc difficultatem levem non exiſtimaſſe, nec omne dubium exuiſſe, licet in aliquibus LEGIS JUTLANDICÆ exemplis *herreverk* invenerit pro *hærverk*, inſultus hoſtilis. Ego arbitror, quum *Herre* titulus Equitibus Auratis proprius fuerit, adeoque tantundem valuerit, ac *Riddare*, *Herreman* etiam nil aliud fuiſſe, quam *Riddersman*. *Man* vero, quod hominem proprie notat, ex uſu medii ævi & peregrina L. utentium id traxit, ut etiam Vaſallum denotaverit. Unde *bliſwa Konungens man* eſt homagium Regi promittere, ut infra pluribus docebitur. Et ita *Riddersman* vel *Herreman* vocabantur illi, qui Gubernatoribus Provinciarum, *Lensman*, ceteriſque Magnatibus a latere erant, *Wæpnare*, *A wapn*, *Swenar*, *Knapar* alias dicti: qui quum & ipſi non modo ſumma in dignitate eſſent, ſed etiam in Regia ſæpe conſilia adſciſcerentur, & qua tales Equitibus pares vulgo nominentur *Riddarelikar*, *Riddare Notar*, *Riddare widherlikar*; (v. *Stat* MAGNI R. de Anno 1335. apud HADORPHIUM, ad LEGG. BIRC. p. 12) hinc factum eſt, ut titulus *Riddersman* & *Herreman* pro toto Ordine Equeſtri fuerit uſurpatus. Hi vero ſuos infra ſe milites ſtipendiarios habebant, qui, pro certa mercede merentes, *Riddersmansman* nuncupabantur.

HERREDAG, comitia. Proprie notat ſolennitatem, ad quam Proceres invitati veniebant, e. g. ludus equeſtris, nuptiæ illuſtres, &c. Et quum hac occaſione publica negotia ſæpe in deliberationem venirent; hinc vox accipi ſvevit pro comitiis, niſi potius vocabulum hoc referre volueris ad v. *hær*, coetus. Conf. allata pag. 815.

HERREGÅRD proprie notat arcem Equeſtrem, Palatium Equeſtre, quodque certum militum numerum in aciem educendo, a cenſu liberum præſtabat poſſeſſor. Aliud ejus nomen eſt *Sâteri* aut *Sætesgård*.

HERRLIG, magnificus. Ut origo ita & orthographia vocis dubia eſt: deduci enim poterit vel ab antiquo Gothico *har*, altus, celſus, vel ab *hær*, exercitus, res militaris: a priori ſolenni derivationis lege *hærlig* non tantum profluere potuiſſe, ſed etiam revera profluxiſſe, fidem facere loca ſequentia poterunt, ubi *hærlig* procerum, altum notat. *Vita* ANSCHARII, p. 21. *En hærligan langer man*, virum eximie procerum. ib. p. 27. *Mykit hærlighan ok langer*, admodum procerus & longus. Iſlandi ex eadem radice ortum habent *haleitur*, magnificus; v. VERELIUS, in *Indice*. Nec, qui alteram derivationem ſibi tuendam ſumſerit, vadimonium illico deſeruerit. Novimus quippe, fortitudinem unicam fuiſſe veterum laudem, & a qua virtutes omnes in noſtra pariter ac Latina L. nomen acceperint. Ab hoc *hær* proinde Iſlandi *hærmanlegr* fecere, quod eſt vir eximius, bello potens, immo & *hærlegr*. OL. TRYGGV. S. Ed. Skalh. p. 164. *Mikin ſkada gori þer oſs, ef ſva margt oc herlegt folk, er her er ſamnankomit, ſkal brottu fara*: Magno nos damno affeceritis, ſi tanta & adeo eximia hominum multitudo hinc abitura erit. Et hactenus pro diphthongo *æ* cauſſam diximus: in alia vero abibimus, ſi WACHTERUM auctorem ſequamur, qui radicem edit Alemannicam *her*, gloria, ortam ab

ab A. S. *herjan*, efferre, glorificare. v. ſupra in *æra*, & SCHILTERI *Gloſſ.* p. 457. ubi ex WILLERAMO adfert *hereſten ſalbon*, optimis unguentis, Suethice diceres *herrligaſte ſalſwa.* Si vero ego ſententiam poſcar, quantacunque ſpecie omnia hæc, quæ attuli, dicantur; nihilominus tamen uſui & loquendi conſuetudini accomodatius duxero, vocem noſtram ab *herre*, dominus, derivare. Erat vero hic titulus, uti modo dictum, proprius Equitibus, qui ſoli olim magnifici: unde profluxerunt modi loquendi *wara på herrewis*, ſplendidum eſſe, *ſe ut ſom en herre*, *på herremaner*, magnifice incedere. Immo video, Interpretem Bibliorum Iſlandum *herralik* ſcribere. Ps. III. *Heiligt og herraligt er hans nafn*, ſanctum & magnificum ejus nomen eſt. Monere oblitus pæne eram, Germanos etiam *herlich* habere, & tam apud illos quam noſtræ domi recentiorem hanc vocem haberi.

HERS, milium, *hersgryn*, grana milii. Rem vocemque a Germanis habemus, qui *hirs* dicunt, uti putatur, ab *hirsch*, cervus, cui gratum pabulum eſſe ſolet.

HERSE, vel *Herſir*, titulus officii & dignitatis apud veteres Suiogothos vicinasque gentes. Quod vero illius munus fuerit, ita locuples Auctor, SNORRO STURLÆSONIUS explicat, in EDDA *Upſalienſi. Enn i eino landi ero morg heröd, ok er þat hattur Konga, at ſetia þar Rettara yfir ſva morg heröd, ſem han gefür til waldz, ok heita þeir Herſar, en Lendirmen i Danſka tungo, en Greifar i Saxlandi, en Barunar i Englandi*: in uno eodemque regno multa ſunt territoria, ſolentque Reges adminiſtratores ordinare ſuper tot territoria, quot ipſis ſubdiderit: hi vero vocantur *Herſar*, Danice *Lendirmen*, Saxonice *Graviones*, & Anglice *Barones.* Diſcimus heic, quodnam Herſerorum officium fuerit, ut nempe Prætores eſſent & territoriorum Præſides: quod dum indicat STURLÆSONIUS, ſimul etymo quærendo viam pandit: dici enim videtur *Herſir* ab *hærod* vel *hær*, certo hominum numero, cui præfuit. Alteram vocis partem quidam eſſe volunt *Sir*, quod apud Iſlandos non infrequentis uſus eſt, dominumque notat. Sed ego ſtatuere malim, *ſer* vel *ſir* meram eſſe terminationem, quum videam, Iſlandos genitivum formare *herſis*, quod locum non haberet, ſi a *Sir* compoſita vox eſſet. Obſervamus porro, in Iſlandia, quo vis hoſtilis raro penetravit, non niſi togatum ipſius munus fuiſſe, apud nos vero & Norrvegos in ſago ſimul obtinuiſſe, ut fere cetera omnia munera honoratiora. Hinc conſtituiſſe HALFDANUM Regem, legimus, in HEIMS KR. Tom. *I. p.* 77. ut ſinguli JARLI in quolibet territorio (*Fylki*) eſſent, hi vero quatuor ſub ſe haberent HERSOS aut etiam plures, quorum annuus reditus esſet 20 marcarum, pro quibus totidem milites in aciem educerent.

HES, raucus. Ant. *hæs.* Iſl. *has.* HEIMS KR. *Tom. I.* p. 279. *Var han ſva has oc ramur*: adeo rauceſcere incepit. A. S. *haſe*, & apud CHAUCERUM *hace.* Germ. *heiſch*: Belg. *heſch.* Iidem etiam *herſch* & *haerſch* dicunt, quod convenit cum Anglico *hoarſh.* WACHTERUS poſtrema hæc ſinceriora putat, & per literarum tranſpoſitionem a *raucus* orta. IUNIUS a *κόρυζα*, pituita narium, derivat. Ego de utroque dubito.

HET, calidus. A. S. *hat.* Al. *heiz.* Belg. *heet.* Angl. *hot.* Germ. *heiſs.* Moeſogothos radice hac non caruiſſe, conjicio ex nomine febris *heito*, quæ alias a *brinna*, ardere, *brinno* dicitur. Luc. 4: 38, 39. Conſpirat Gr. *αἶθος*, calor, & Alemannicum *eiten*, urere.

II. Iratus, *bliſwa het*, iraſci: *hetlefrad*, cui cito bilis movetur. Dicitur etiam de quovis alio animi impetu, *taga hett uti*, acriter rem quandam incipere. Apud ULPHILAM *hatiza* iram notat. Luc. 3: 7.

HETA, calor. A. S. *heat*, *hete*, *hætu.* Al. *hizo.* Angl. *heat.* Belg. *hitte*, *hette.*

HETSIG, calidus, idque tam phyſice quam moraliter.

HETSA, incitare: alias *hiſſa*: *hiſſa hundar på en*, canes in aliquem incitare. Belg. *hiſſen*, *hiſchen.* *Conſt.* ERICI XIV. de Anno 1568. d. 25. Jul. *Af affwund hiſſede han k. aff Dannemark på oſs*: ex invidia Regem Daniæ in nos incitavit. Fenn. *haſitan.* D. LOUIS LE PELLETIER, in *Lexico Britannico*, docet *hiſſa*, *iſſa* & *iſſal* hoc eodem ſenſu apud Armoricos uſurpari, *iſſal archi*, incitare canem. In LEGE DALICA *hæta* ſcribitur: *at han hæti hundum ſinum manni i hæll*, quod canes ſuos incitaverit ad mordendum. Itali a nobis ſine dubio habent *adizzare* & antique *aizzare*, quod

MENA

MENAGIUS, fruſtra dictum putat quaſi *adtitiare*, a Lat. titio. Idem docet, Florentinos iram *izza* nuncupare.

HET eſt terminatio plurium vocum Suiogothicarum, ut dum a *god*, bonus, fit *godhet*, bonitas, a *ſwår*, gravis, *ſwårhet*, gravitas. Germani *heit* ſimili modo uſurpant, Belgæ *heit*, AngloSaxones *had*, Angli *hood*. Exemplorum inductio demonſtrat, *het* illud vel *had* indicare rei qualitatem, & uti terminationes antiquæ fere ſignificativæ erant, ita in animum induxi, hancce noſtram nil aliud eſſe, quam Iſl. *hætt, hattur*, quod modum, naturam rei denotat. SYRAC. 38. *Epter venjielegum hætte*, modo conſueto. BARUC. 1. *Skrifudu þem til a þennan hatt*: ſcripſerunt eis in hunc modum.

HETA, appellari. Uſurpatur in noſtra Lingua non niſi imperſonaliter, e. g. *huru heter tu*, quomodo vocaris? Moeſogothi vero etiam active adhibent. MATTH. 10: 25. *Jabai gardavaldand haialzabul haihaitun*, ſi dominum Beelzebul appellaverunt. LUCÆ 1: 60. *Ak haitaidau* IOHANNES, ſed vocabitur JOHANNES: quæ verba OTFRIDUS interpretatur, JOHANNES *ſcal er heizzan*. Germ. *heiſſen*. Iſl. *heita*, unde *heite*, nomen. HERV. S. *Hwad er heite þer*: quod tuum nomen eſt? Belg. *heeten*. Qui aliquid harum paginarum evolvit, obſervavit utique, quam frequens ſit *c* & *k* in *h* Gothicum permutatio: atque adeo haud abſonum eſſe dixerit, ſi ſuſpicemur, noſtrum *heta* & Latinum *cito* unius ejusdemque tribus vocabula eſſe, inprimis ubi meminerit, *cio* & *cito* proprie idem eſſe ac vocare, vel nomine appellare, ut apud TACITUM, *Hiſt.* Lib. 3. *Principes auctoresque belli ciebat.* OVID. *Ep.* 7. *Hic ego me ſenſi noto quater ore citari.* Citare reum proprie eſt nomine appellatum advocare, uti apud ULPHILAM etiam *athaitan* notat advocare, ex. gr. MARC. 8: 34. *Athaitands tho managein*, convocans, conciens turbam.

II. Dici: *Thet heter ſå i Lagboken*: ita in Lege dicitur. A. S. *hatan*. Germ. *heiſſen*.

III. Promittere. GOTHL. *L. c.* 4: 1. *Engin ma haita a huathki a hult eþa hauga, eþa haþin Guþ, huatki a vi eiþa ſtafgarþa*: nemo vota nuncupabit nec luco nec tumulo aut paganorum idolo, non loco ſacro aut palis circumſepto. Ulph. *gahaitan*. MARC. 14: 11. A. S. *behatan*. Al. *heizan*. GLOSS. LIPS. *giheitan*. Iſl. *heita*: unde *heit*, votum, *ſtreinga heit*, voto ſe obligare, *heitſtreinging*, promiſſio ſolennis. HAITSL, votum. In GOTHL. *L. l. c.* ponitur pro cultu paganico in genere.

IV. Jubere. *Hiſt.* OLAVI S. *p.* 69.

Biſkopen heter aa ſina ſweena,
Binden vid kiſto ſtora ſtena:
Epiſcopus miniſtros ſuos juſſit,
Loculo ingentia alligare ſaxa.

Obſolevit ſignificatio hæcce in noſtra Patria, ſed olim per univerſum orbem Gothicum frequenti in uſu fuit. Ulph. *haitan*. A. S. *hætan*. Al. *heizan*. Belg. *heeten*. Iſl. *heita*. Germ. *heiſſen*.

V. Indicare. GOTHL. L. *Cap.* 44. *Buccum oc geitum ſkal uphaita*, capri capræque perditæ publice denuntiari debent. Alias *lyſa upp*.

HETWEGG eſt panis genus, quod pridie jejunii quadrageſimalis calidum, & vario aromatum genere fartum comeditur, munerique olim mittebatur ab illis, qui per ludum flagellis erant cæſi. *Globulos* Latine dici poſſe, & apud Gallos ſub hilariis quadrageſimalibus in uſu eſſe, docet TURNEBUS, in *Adverſariis*, *Lib. XXIII. c.* 10. Vocantur iidem apud Saxoniæ inferioris cives *heetwege*, idque ab *het*, calidus, & *wecken*, quod panis rotundi genus eſt. Hæc vera & genuina eſt vocis origo, licet in varia alia abeant eruditi. H. SPEGEL, in *Gloſſario Suiog. p.* 612. *hetwegg* deducit ab Angl. *hotweek*, quod nomen eſt hebdomadis ſanctæ, calidæ dictæ vel ob flagellationes tum inſtitutas, vel etiam ob fervidiorem tunc Eccleſiæ devotionem. Prætereo alias aliorum conjecturas, pleraſque inſipidas, omnes certe inutiles, quales ſunt HEUMANNI, in *Opuſculis*, p. 328. ab *heyde*, ethnicus, & *wegge*, cuneus, quaſi ethnicorum cuneum diceres, nec non OL. RUDBECKII, in *Theſauro Manuſcr.* qui *haſa hetwegg* credit eſſe *haſa hedningen ſin wæg*, ethnicum expellere, ritu a primi Chriſtianiſmi tempore, ut ait, introducto, quo omnes paganiſmi reliquias hac caſtigatione expiarent.

HEXA, ſaga, venefica. Germ. *hexe*. Belg. *heks*, *hex*. A. S. *hægis*, *hægeteſſe*, *hægeſſe*. Hiſpani *hechiſſera* dicunt, haud dubie inde ab eo tempore, quo Gothi rerum apud eos potie-

potiebantur. Si vero quid voce hac primario denotetur, ſcire quis aveat, conjecturarum farraginem invenire poterit apud Junium & Wachterum, quorum ille vocem hanc oriri potuiſſe putat vel ab *Hecate*, vel ab *hecken*, mordere, vel denique ab *hagr*, quod Cambricum eſt, & deformem denotat, ut fere ſagæ finguntur, vel tandem ab *ἀγής*, ſceleſta; hic derivandam cenſet a Gothico *hug*, animus, *hugsa*, cogitare, vel etiam, quod Skinnerus ſuſpicatus eſt, a Latino *ſaga*; *ſ* in *h* mutato. Sed credo, nos omnibus his carere poſſe, &, ut certiori tramite incedamus, id in conceſſis ponendum, AngloSaxonum *hæges*, *hægeſſe* ut antiquiſſimum, ita ceteris incorruptius habendum eſſe: id vero quid proprie ſignificet, facile docuerit Lingua Iſlandica, in qua *hagur* notat artificioſum, ſcientia præſtantem. v. Verelii *Index Scyth.* Scimus vero, veteres, ſtygiæ huic arti nimium deditos, voce honeſtiore illam appellare ſueviſſe, & hinc eam vel *fiolkynge* nominaſſe, hoc eſt multiſcientiam, conf. *margkund*, multiſcius, vel etiam *galdur*, cantum, donec invaleſcente Chriſtianiſmo alia minus clementia nomina accepit, ut ſunt *forneſkia*, vetus ſcientia, antiquitas, *ſigneri*, *lôfjeri*, &c. quæ ſuis locis explicata reperientur. Apud Dalekarlos *hågſa*, *huzſa* faſcinare denotat. v. P. Ugla, Præpoſiti Hedemorenſium meritiſſimi, *Diſſ. de Præf. Næsgard.* p. 21.

HIA, ludere, ludificare. Chron. Episcop. *Lincop.* p. 139.

Til thes Lithurgian månde honom hia:

Usque dum res Lithurgica ipſum ludificaret.

Verelius, in *Præf. Runographiæ* præmiſſa: *Om* Buræus *något rört*, *ſom med ſkål kunde hias*: ſi quid Buræus dixerat, quod jure rideri potuit. Theotiſce *hue* ludibrium notat, *huahe*, id. *huoen*, *huohen*, illudere. Notkerus Ps. 24: 2. *Noh mine fienda ne huoen min*: neque irrideant me inimici mei. Ab hoc *huon* vel *huoen* probabile eſt, factum fuiſſe *hya* & tandem *hia*, quod apud Dalekarlos etiamnum uſu viget. Fennonice *hyan* eſt fallere, Belgice *hyen*, vexare.

HIA, apud, ſecundum. Præpoſitio Iſlandis tam familiaris, quam ceteris Dialectis hodie incognita. In compoſitione apud eosdem notat, ratione loci, quod præſto eſt; &, ratione dignitatis, quod ordine ſecundum. Prioris claſſis exempla ſunt *hiavera*, præſentia, *hiahvil*, contubernium, *hiaſtod*, auxilium; poſterioris vero, *hiagud*, idolum, *hiaverk*, opera horarum ſubſecivarum, *hiaquinna*, concubina. Omnia hæc adfert Gudmundus Andreæ. Ex hoc *hia* habemus

HIALÆGE, concubitus. Westg. L. *Arfd.* B. c. 8: 5. *Hawir bondi hialægi wid ambut ſina*: ſi herus concubitum habuerit cum ſerva ſua.

HJÅLLE, repoſitorium. Ö. B. L. L. c. 35: 1. *Hænger lin æller hampa å ung æller hiælle*, ſi linum aut cannabim ſuſpenderit ſuper fornace ſeu repoſitorio. Iſl. *hiallr.* v. Heims Kr. *T. I. p.* 566. Norrvagice, *hield* v. H. Ströms *Söndmörs Beſkrifvelſe.* p. 10. Gudmund. Andreæ ita ſpeciatim appellari ait caveam, ubi ſiccantur piſces. Apud nos vero, & inprimis apud Dalekarlos, id nominis habet lectus, ſub tecto bovilis ſuſpenſus, ubi dormiunt promiſcue utriusque ſexus homines, idque, quod in gentis hujus gloriam commemorari debet, absque omni pudicitiæ non ſolum jactura ſed etiam ſuſpicione: ſi enim quispiam puellæ heic vitium offerret, tanquam infamis e paroecia illico expelleretur. Confer de Wallenſibus ſimile quid narrantem Giraldum, in *Deſcriptione Cambriæ*, apud Boxhornium, in *Originibus Gallicis*, p. 64. *Hiallr* vero ab *ha*, altus, videtur derivatum, perinde ac *hjalle*, collis, & noſtrum *hylla*, quod ſola pronuntiatione a *hjålle* differt.

HJÆRNE, cerebrum. Recte obſervat Wachterus, primariam vocis ſignificationem illam fuiſſe, cujus documenta habemus in Lingua Moeſogothica, ubi locus calvariæ dicitur *huairneins ſtaths*, cui concinit Iſl. *hiarn*, cranium, apud Verelium, *Ind. Scyth.* p. 125. Poëtice quoque, teſte Gudmundo Andreæ, *p. 111. hiarne* caput vel cranium denotat, ut adeo *κάρηνον*, *cranium* & *huarn* unum idemque vocabulum ſint. Evidenti teſtimonio id, quod dixi, confirmat Lex Scanica, *Urb. c. 30: p. m. 65. Om han hugger ſwa, at genom gar hiernä til hinum:* Si ita percuſſerit, ut cranium (*hiarne*) tranſeat ictus, et ad membranam cerebri penetret. Deinde, contento pro continente ſumto, cerebrum

brum vox hæc denotare coepit. Germ. *hirn.* Sicambr. *hirn*, *hern.* Vet. Angl. *harnes.*

HJÆRNEHWARF, vertigo, a *hwerfwa*; circumagi.

HJÆRNSKAL, cranium. Gothl. L. *c. 19: 14.*

HJÆSSE, vertex capitis. Dan. *iſſe.* Antiqui *haus*, *hös* ipſum caput appellavere, a quibus deflexit paululum ſequior ætas, ſive ſenſum vocis ſpectes ſive ſonum. Apud Gudmundum Andreæ, in *Lexico Iſlandico*, *þiæſſe* invenio pro capite vel calvitie uſurpatum, quod vero quouſque huc pertineat, & an cenſeri debeat, primam literam de duriori ſua pronuntiatione aliquid apud nos remiſiſſe, illi viderint, qui me oculatiores ſunt.

HICKA, ſingultire. C. B. *igian* & *ig*, ſingultus. Arem. *hic.* Iſl. *hixta.* Belg. *hick*, *hickſe.* Angl. *yex.* Germanis *keichen* tuſſire proprie notat, uti Syrac. 31: 22. *Darum darf er in ſeinem bette nicht ſo keichen*, ubi notamus, Suecum habere, *therföre torf han icke i ſine ſæng hicka.* Utrumque videtur imitatio ſoni humani eſſe.

HIDE, latibulum, v. *Ide.*

HJELM, galea. Chron. Rhythm. p. 159.

Åttahundrade Riddare och Svena,
Som med upgiordå hielmå i ſtrijden tiena:

Octingenti milites & armigeri:
Qui in certamine apertas galeas habent.

Scilicet novimus, ludos Equeſtres id diſcriminis peperiſſe inter galeas plebeiorum Equitumque, ut hi apertas haberent, quippe qui ſoli jus torneamentorum habebant, atque adeo palam comparere potuere, dum ceteri easdem clauſas geſſere. Conf. *Lit. Magni Regis*, ad calcem Legum Birc. p. 20. §. 3. Conſpirant in hac voce ceteræ dialecti. A. S. *helm.* Germ. Belg. id. L. B. *helmus.* Iſl. *hialmur.* Gall. *heaulme.* It. *elmo*, *elmitto.* Hiſp. *yelmo.* Angl. *helmet.* Proprie hac voce tegmen quodvis indicatur, unde etiam apud Iſlandos, Verelio teſte, denotat tectum foeni vel ſegetis, perticis impoſitum. Conf. C. B. *helm*, acervus frumenti. *Hulin hialmur* apud eosdem Iſlandos erat tegmen magicum, quo ſe inviſibiles reddebant, & ab oculis aliorum condebant. v. Heims Kr. Tom. *I. p.* 287. Ol. Tryggv. S. Ed. Skalh. Part. II. p. 75. quod non dubito, quin idem ſit, ac quod in Gloſſario Rabani Mauri occurrit *helothelm*, latibulum: vide Dicmannum, *Spec. Gloſſ.* p. 110. Radix eſt *hela*, & inde oriundum *hilma* vel *helma*, tegere. In Danske Magasin, Part. 51. p. 76 me legere memini: *Ingen ſkal laane then anden Flamſke eller Engelſke klether ad helme hws under loffi med*: nemo alteri commodet Belgicos Anglicosque pannos ad inducendos parietes ab imo ad ſummum. Iſl. *hylminge*, tegmen. Deut. 22. *Uppfletta ſin fodurs hylmingu*, retegere Parentis tegmen. In Hellade Latioque varia etiam invenio, quæ utramque, quam nominavimus, radicem ibi viguiſſe, arguant. Ἔλυμα, Suida teſte, erat quodvis σκέπασμα vel operimentum, ἔλυμος, theca citharæ. ἐλύω, involvo, tego: ὅλμος erat τῦ Δελφικῦ τρίποδος τὸ ἐπίθημα, Delphici tripodis operculum, ut ait Pollux, *Lib.* x. Festus quoque obſervat, veteres Latinos pro *clam calim* dixiſſe, id quod pro ea, quæ inter *c* & *h* litteras eſt, neceſſitudine, perparum a noſtra voce abludit. Nec forte *culmen* alio modo natum eſt, quam quo *tectum* a *tegendo*, ὄροφος, ab ἐρέφω, tego. Addo adhæc unicum. *Columbarium* apud Latinos ſepulcri genus erat, a condendo haud dubie ita dictum, uti alias conditorium audire ſolet. Fruſtraneam vero operam collocaverit, qui a *columbis* appellationis rationem quærere velit.

II. Vitta. Supereſt illa ſignificatio apud Iſlandos, teſte Gudmundo Andreæ, nec abludit AngloSaxonica dialectus, ubi *helm* vittam & diadema Regium notat. Joh. 19: 5. *thyrnene cyne helm*, corona ſpinea. Ab hac noſtræ vocis ſignificatione id habemus, quod bovem ſtria alba in fronte diſtinctum *hjelmug* appellemus. Iſl. *hjalmot naut.*

HJELPA, opem ferre, auxiliari. In cippis noſtris Runicis vox illa tam ſæpe, quam diverſimode exarata occurrit, *hialba*, *hialpa*, *hilpa*, *ulba.* Ulphilas *hilpan* habet. Iſl. *hialpa.* C. B. *helpu.* Belg. *helpen.* Germ. *helffen.* Angl. *help.* Franciscus Junius per varias mutationes Græcum συλλαβεῖν huc cogi potuiſſe autumat, immemor, Gothos ſibilum vocibus quidem addere, ſed non item demere, ſolitos eſſe. Wachtero ideo convenientius e-

Digitized by Google

tymon viſum eſt ejusdem Linguæ ὠφελεῖν, prodeſſe; pulcre quidem, ſed aliquanto, quam res requirit, ingeniosius. Illi mihi ad veritatem propius accedere videntur, qui, eodem præeunte Junio, *hielpa* dici putant, quaſi *heilpa*, ab *hail*, *hel*, ſalus. Et certe ſi veterem Linguam Iſlandicam in conſilium adhibeamus, videbimus, *hialpa* idem eſſe ac ſalvare. Ol. Tryggv. S. Ed. Skalh. P. I. p. 42. *Fra villu til hialpar*, ab errore ad ſalutem. *Vonargata eilifrar hialpar*. ib. p. 95 eſt via ad ſpem ſalutis æternæ, & mox *hialpargata*, via ſalutis, quam Kero, in *Præf. Reg. S.* Benedict. *uuec dera heilii*, ſua lingua vocat. Huc etiam retulero formulam, qua ſternutantibus apprecari ſolemus, *Gud hjelpe*, quæ utique eadem eſt, ac quam Græci ſimili occaſione uſurpavere ζεῦ σῶζον, Jupiter ſalvet: v. Barn. Brissonius, de *Formulis*, p. m. 92. quamque adeo non exitiali cuidam morbo, per Europam graſſanti, ſed veterum ſuperſtitioni, ex ſternutatione omina captanti, adſcribendam eſſe, liquido patet. Vide Plinii *Hiſt. Nat. c. 28:* 2. Appuleji *Met. Lib. 9.* Xenophon, de *Exp.* Cyri. *Lib.* 3. aliosque. Ei ſic tandem luculentius conſtat, *hjelp* nil aliud eſſe, quam Græcum ὄλβος, ſalus: conf. ὅλος, integer, ſanus. A. S. *ulph*, *hylp*, *helpe*. auxilium.

HJELPREDE proprie notat auxilium vel inſtrumentum, & 2. ſubterfugium, exceptionem. Syr. *32: 21.* Formula in veterum contractibus extat, qua eos ſervatum iri promittebant, *utan hjelprede*, h. e. ſine fraude & cavillatione. v. *Acta Publ.* Hadorphii, ad finem Chronici Rhythm. p. 60. *Pactum unionis inter Sueciam & Norrwegiam*, ad finem *Hiſt.* S. Olavi, p. 83. Saxones ſimiliter olim dixere *ſunder helprede*, ut videre eſt in Danske Magazin. *P. 46.* p. 292. *Rede* vero inſtrumentum eſt, ut infra monſtrabitur: *hjelprede* itaque proprie eſt medium, quo quis juvari poteſt. Apud Iſlandos *hialprad* in bonam partem non raro uſurpatum inveni pro præſidio, adjumento. Ol. Tryggv. S. *p. 37.* *Eit hialprad ſie ec nu fyri oſs liggia:* unicam elabendi viam nobis relictam video. Conf. Haltausius, in *behelfe*, nec non in *hilfrede*, ubi terminum hunc Latine reddi docet *ſermonem adjuvantem*, tanquam ortum a *rede*, ſermo.

2. Vectigal. Galli *ſubſides* dicunt. *Acta Publica*, annexa Chron. Rhythm. p. 27. *Widherſighiandes ſjälfwiljandes och openbara oſs, warom epterkomandom och arfwom och Danmarks Krono allan rätt och hjälprede:* Sponte & palam renunciantes pro nobis, heredibusque noſtris & Regno Daniæ, omni juri & pendendo vectigali.

HJERTA, cor. Dubium eſſe poterit, rectiusne per *å* ſcribatur, utpote quod velle videtur Gr. καρδία, quod primo ſtatim intuitu ſuam cum noſtro affinitatem prodit. Belg. *hart.* Angl. *heart.* Præſentem vero orthographiam tuetur uſus noſter cognatarumque dialectorum. A. S. *heort*, *hiort.* Germ. *hertz*, quibus adde Lat. *cor.* Gall. *coeur.* Ital. *cuore*, nec non Gr. κέαρ, κῆρ. Ulphilas *hairto* ſcribit, ſed novimus, diphthongum *ai* in hac dialecto *e* Latinorum valere, uti patet ex vocibus peregrinis. e. g. Baiailzabul, Laivi, &c. Quod ad originem attinet, ego more meo facile ſubſiſto, ubi eo antiquitatis perventum eſt, ut Scythicarum vocum origines rimandæ reſtent: plus vero ſuo ingenio confidit Stjernhjelmius, qui *hairto* ortum novit a Suethico *yra*, *hurra*, *hurſwa*, moticari, quod nec improbat Wachterus. Vide infra, in v. *hurra.* Varia a voce hac noſtra derivata habemus: *hjertelig*, ex corde, omni affectu. Iſl. *hjartanlega.* Germ. *hertzlich.* *Hjertångeſt*, palpitatio cordis, alias *hjertklappning*: *hjertunge* eſt corculum, vox amantibus familiaris, dicitur etiam *hjertekorn*, ut ſolet utrumque *korn* & *unge* diminutivis formandis inſervire. v. infra in *korn.* *Behjerta* eſt conſiderare, voce nova & a vicinia per imitationem accepta. Lexicographi ulterius docebunt, *hjerterot* dici tam baſin cordis humani, quam in arboribus radicem illam, quæ recta e medio ſtipite deſcendit.

HJELTE, heros. v. ſupra, in *Hælad.*

HILLER, muſtela ſilveſtris: rectius forte *iller*, auctoritate L. Belgicæ, quæ *illeken* habet, & Dan. *ilder.*

HIMMEL, cælum. Varie diſſeri video, unde cæli hæc convexa nomen apud Gothos ſortita ſint: faciemus vero nos illico, quod neglexiſſe alios videmus, ut nempe id a voce ſeparemus, quod aliunde advenit. Sciendum vero eſt, *el* meram eſſe terminationem, atque adeo, inter quærendum etymon, prætereundam, niſi forte ad rotunditatem reſpectus habeatur. v. ſupra in *hagel.* Id vero certo ſcimus, ingenio ſuo,

uti

Digitized by Google

uti ſolet, indulſiſſe eruditiſſimum ATLANTICES *Auctorem*, dum Tom. *II. p.* 63 alteram vocis partem *el*, ignis, coſtituere, contendit. Sed his omiſſis obſervamus, veram & antiquam vocis formam retinere CODICEM ARGENTEUM, ubi *himins* ſæpe occurrit, *thiudangardi himine*, regnum cælorum. Nec alia vocis forma apud Majores noſtros fuit. Prima verba BIBLIORUM ISL. ſunt: *I upphafe ſkapade Gud himin oc jord*, in principio creavit Deus cælum & terram. WESTM. *L. Manh. B. c.* 22. *Akrum år gardher at wågh oc himin at tæckio*: agro ſepes pro pariete eſt, & cælum pro tecto: quo Legislator indicatum voluit, æque ſanctas eſſe debere fruges, in agro demeſſas, ac quæ horreis ſuis reconditæ ſunt. Recurrunt eadem verba in DAL. L. p. 30, ſed admodum corrupta. *Akrum ær garðhir at wagh oc hiuul* (lege *himin*) *at thäkio*, ubi obiter noto, HADORPHIUM fugiſſe hujus loci ſenſum, dum ad calcem Tabularum harum *wagh* viam notare, putavit. Dedita vero opera hæc loca afferre volui, quum indicare videantur, *himin* & *tæckio* pro ſynonymis habuiſſe Legislatorem, atque adeo tacite nos remiſiſſe ad etymon *hema*, tegere. Obſervare licet idem apud OTFRIDUM *Lib. II. c.* VII: 8.

So himil thekit thaz lant:

Quam late cælum tegit terram. Sic VARRO, de L. L., nubes a nuptu i. e. opertione dictas docet. Notum inſuper eſt illud Poëtæ / *id, quod, tegit omnia, cælum*. Quod vero inprimis allatam etymologiam confirmat, eſt, quod inter alia hocce *himin* in veteri lingua noſtrate denotat membranulam illam, quæ cerebrum complectitur atque recondit. GOTHL. L. *c.* 19: 15. *Ier hiernſcal ſuigin eþa rimnin*, *þa ir marc ſilfs. Sis a himin* (*eþa hinna*) *þa ir byt at tueim marc ſilfs:* ſi cranium contuſum fuerit, marcæ argenteæ mulcta eſto, ſed ſi appareat membrana cerebri, mulcta geminetur. Conf. SKÅNEL. *Urb. m.* p. 63 § 30. Utuntur eadem voce Græci, utpote quibus ὑμὴν membranam, pelliculam notat, & ſpeciatim illam, quæ in utero fetum condit & involvit. Et ſic etymologiam cæli ſatis ſtatuminaſſe, nobis videmur. Pæne vero WACHTERO ſubiraſcor, qui, adeo caute alias incedere ſolitus, *himmel* ab *hammeln*, caſtrare, præcidere, derivare ſuſtinet, inque eum finem ex mythologicis veterum fabulis rationem petit, quæ tradunt, CÆLUM a SATURNO caſtratum fuiſſe: quaſi vero ſplendida hæc machina nomine caruiſſet, donec ex Græcorum fabulis id hauſiſſent Gothi noſtri. Quod ad terminationem *el* attinet, credo, nos eam ab Alemannis accepiſſe, qui *himil* habent, Belg. *hemel*, Germ. *himmel*, quod idem nomen damus tecto ſuſpenſo, cadurco. *Gloſſ.* BOXH. *himila*, laquearia. *Himmel på en ſæng* eſt tectum lecti. Lat. Barbari *cælum* etiam hoc ſenſu dixere, teſte DU FRESNIO. AngloSaxones & eorum poſteri a reliquis dialectis paululum diſcedunt, cælumque hi *heaven* appellant, illi *heofen*, vel ab *ha*, altus, collato Ulphilano *haſjan*, extollere, unde *ushaſjan*, *ufhaſjan*, id. vel etiam a Lat. *cavus*, uti exiſtimat SOMNERUS, in *Dict. AngloSax.* perinde ac cælum a κοῖλος, cavus, ortum eſſe, multi docent Criticorum.

HIMMELRIKE, regnum cælorum. Ant. *himiriki*. WESTG L. *Dom. Regl. Then walduga Domaren, ther dom hawir i himiriki, jurdriki ok i hælwiti:* potens ille judex, qui judicium exercet in cælo, terra & apud inferos.

HIMMELSKORN, hordei genus, quod pellicula illa duriore, quæ alias hoc ſegetis genus tegere ſolet, caret. Rectius *himlöſt korn*, quod ut conſtet, ſciendum eſt, alio nomine id *ſkallöſt korn* dici, & dein *himi* vel *himin* pro pellicula, tegumento, cujus generis gluma eſt, accipi. v. ſupra in *himmel*.

HIN, ille, particula relativa, uti *hin ſidan*, trans, opponitur τῷ *thenna ſidan*, cis, quæ alias per compendium veteres efferebant, *hinſe* & *hitſe*. Angli *hence* & *thence* habent, ſed inverſo ordine, ita ut prius hinc, poſterius illinc denotet. Islandi particulam noſtram integram ſervant, utpote qui pronominibus utuntur *eg*, ego, *þu*, tu, *han*, ille *hinn*, iſte, *hin*, iſta, *hiþ* vel *hitt*, iſtud. v. RUNOLPHI JONÆ *Gram. Iſl.* c. 7. Procul non abludunt Aremorica *hwnnw*, iſte, *hynny*, illud. Germani ubi *hin und her*, huc illuc, dicunt, hujus pronominis veſtigia haud dubia ſervant. Ceterum pro hoc noſtro uſurpant *jener*, quod eſt ULPHILÆ *jainar*, ille. Quod etiam Mœſogothi pronomen *hins*, ille, habuerint, indicio ſunt caſus obliqui

himma

bimma & *bina*, ut accurate monet Edv. Lye, in *Gram. Gothica*, p. 45.

II. Particula demonſtrativa, ut Eric *bin milde*, Ericus, cognomento Mitis. Olof *bin digre*, Olavus Craſſus. Islandi ab *bin ena* formant. Heims Kr. *Tom. I. p. 1. Nordan at ſuarta haſe gengur Suiþioþ hin mikla, eþur hin kallda: Suiþioþ ena miklu kalla ſumer menn eige minne enn Serkland hit mikla*: In parte maris nigri, quæ Boream ſpectat, ſitum eſt magnum illud et frigoribus obnoxium Suioniæ regnum, quod nonnulli vaſtæ illi Serklandiæ æquiparant. Hodie in deſuetudinem pronomen hoc abire incipit, niſi quod in vetuſtis quibusdam formulis ſervatur. Vocamus e. g. humani generis hoſtem *hin hâle* (v. ſupra in v. *hård*) & elliptice *hin*.

HINDRADAG, poſtridie, per craſin pro *hin andra dag*. Westg. L. *Gipt. B. c. 2: 3. A hindrædag eller fyr*, poſtridie aut etiam prius. Speciatim uſurpatur de die, qui ſolennia nuptiarum inſequitur, & *hindradags giæf* de munere ſponſi, quo virginitatis damnum penſabat :| hodie *morgongofwa*.

HINNUG, huc, cujus correlatum eſt *thannug*, illuc. Utrumque uſurpant Islandi, contractum pro *hin weg* & *then weg*, a *weg*, via. Westg. L. *c. ħ3. Wardher boren a mark abyrd, ma ſe blod ok bånd hinnug, ſum dræpit war, tha ſkal then bôta, ſum tha mark a*: ſi cæde perpetrata cadaver ſuper alterius fines portatum fuerit, ſed ſanguinis veſtigia compareant inde ab eo loco, ubi cædes facta fuit, tunc ille mulctabitur, qui alterius fundi poſſeſſor eſt. Et ita ſenſus perquam evidens eſt, quem in Verſione Locceniana fruſtra quæſiveris, ita vero illa: *Si mortui hominis corpus deportetur in campum, & appareat ſanguis & homicidium illius, qui occiſus eſt, ille mulctabitur, cujus eſt terra vel campus.* Lundius aliquid heic mutat, ſed nil in melius.

2. Trans. Westg. L. *Thjuf. B. c. 12: 2. hinwagh Kægglu*, ultra ſilvam Kæggla

HINGAT, huc, cujus oppoſitum eſt *thingat*, illuc, utrumque videri poteſt in Westg. L. *Kon. B. c. 1.*

HIND, cerva, & ſic reliquæ omnes dialecti recentiores. niſi quod hinc Alemanni *d* in *t*, ind: Cambri *n* in *d* permutent, *hydd*, dicentes. Græce ἴνvὰς capream notat vel capram ſilveſtrem, & ubi apud Hesychium ἴννη, κόρη legimus, hoc eſt filia, de cervi progenie id intelligendum monet J. G. Vossius, in *Etymol.* Romæ *hinnuleus* cervum anniculum olim denotavit. Notum vero eſt, quam varie animantium non ſpecies tantum ſed & genera confundat vis temporis.

HINDRA, impedire. Isl. id. Halfdans *S. p. 35. þo þu hindriſt at aungvo*, etiamſi nulla re impediaris. A. S. *hindrian*. Belg. *hinderen*. Germ. *hindern*. Angl. *hinder*. Radix vocis incerta non eſt: *hinder*, particula, Germanis non infrequens, retro| ſignificat : ab eo factum *hindra* proprie notat, id efficere, ut alter inter poſteriores maneat, vel ejus conſilia retro eant.

II. Senſu vocis juridico olim notavit ſequeſtrare, vel, ut LatinoBarbari dicere ſolebant, arreſtare. *Diploma* Erici Pomerani, ad fin. Leg. Birc. p. 48. *Om nogher Fogathe noghot gotz hindra wil for nogher man*, ſi quis Arcis Præfectus rei alterius manum injicere voluerit. Forum Alemannicum *hindern*, *behindern* eodem ſenſu uſurpaſſe, docet Haltausius. De perſonis adhibitum notat in captivitatem ducere, cuſtodiæ publicæ tradere. Vetus Sanctio Poenalis, l. c. p. 45. *Tha ma werldswald them ej ſidan hindra fôre the gerning*: tum Poteſtatis Secularis non eſt, eum comprehendere. Recentius ejusdem Sanctionis exemplum habet, *tha mag ey werldswald them gripa*. Conf. p. 49. §. 20. & *Conventio Regni Suec. & Norrw.* ad *Hiſtoriam* Olavi. S. p. 86. & *Privil. Aurifabr.* a Johanne R. datum, in Danske Magazin, *Part. III. p. 333.*

HINDER, impedimentum. Credo, hoc a priori ortum, nec verſa vice, idque exemplo aliarum dialectorum. Angl. *hindering*, *hinderance*. Germ. *hindernis*. *Hinderlig* dicitur, qui impedimento eſt.

HINDERFAT. Act. 27: 17. Græci σκεῦος, Luth. *das gefäſs*. Noſter intellexiſſe videtur id, quod ad frangendum fluctuum impetum lateri celocum affigitur, nautæ *ſwerd* appellant.

HINDRADAG: poſtridie. v. *hin*.

HINGST, equus. Ant. *hingiſt*. *Diploma* Magni R. ad finem. Leg. Birc. *p. 20. 5. Sitia a ſit hörs æller hinghiſt*, inſidere equo ſuo. Uſurpatur vox illa hodie de equo admiſſario: latiorem vero illius ſignificatum olim fuiſſe, obſervat Wachterus ex Lingua A. S. ubi equus marinus dicitur *ſeo-hengeſt*: immo in Lege Salica occurrit vox eadem de equo caſtrato, Tit. 41: 2. *Si quis caballum ſpathum furaverit*

Digitized by Google

rit. *Malb. Chengiſto.* Retinuere nomen idem ceteræ dialecti. Belg. & Germ. *hengſt.* Duo vero ſunt, quæ circa hanc vocem doctiſſimo WACHTERO dare non potero. Primum eſt, quod *hingſt* ab *häſt* deducat: præterquam enim quod duriuſcula videatur illa derivatio, obſervari meretur, extra Scandinaviam vocabulum *häſt* vix auditum fuiſſe, quum tamen *hengſt* & *hengeſt* latiſſime patuerint, & ultimæ antiquitatis ſint, id quod vel inde mihi certum videtur, quod abnepotes ODINI, HORSA & HENGIST ab hoc animantium genere bellico & generoſo nomina ſua acceperint. Scio equidem, eundem WACHTERUM aliud, tanquam decentius, nominis hujus etymon quæſiviſſe in *hyn*, quod C. B. majores denotat, & *gaſt*, potens. Sed qui meminerit, Majoribus noſtris nil fuiſſe frequentius, quam ab animalibus nomina ſumere, e. g. *Björn*, *Ulf*, *Arn*, *Hund*, nil heic adeo inſolens aut humile offendet: ut taceam, ODINUM illiusque familiam non Celticæ tribus fuiſſe, ſed Gothicæ, adeoque nomina Gothis familiaria ſuis indidiſſe. Atque hoc erat alterum, in quo diſſenſum profiteri volui. Si vero, qui natales ſint noſtræ vocis, quæras, vetuſtatem tenebras illis induxiſſe, dicere malo, quam temere hariolari. Ceterum abſonum non videbitur, *hengſt*, *hingſt*, ab *hinniendo* derivare. Latini mulum quoque *hinnum* appellavere. In L. Islandica *hængr* generatim marem denotat, sed ſpeciatim uſurpatur de piſcibus & ſerpentibus, docente GUDMUNDO ANDREÆ: hoc vero ſi adoptetur, *häng-häſt* equum maſculum vi compoſitionis notabit.

HINGSTRIDARE, equiſo: ſpeciatim nuntius Regius, qui equitans mandata circumfert. Male vulgus noſtrum *angſtridare* pronuntiat.

HINK, tolleno, machina vel vectis, quo e puteo aqua tollitur. Motus oſcillatorius illi nomen dediſſe videtur, adeoque ab initio forte *hwink* dictum fuiſſe, a *hwicka*, inſtabili motu ferri. Indidem etiam eſt, quod nobiscum Germani claudicare *hincka*, *hincken* appellent.

HINNA, valere, aſſequi. Ita dicimus, *hinna til ſlut*, metam operis attingere, *hinna upp en*, aliquem prægreſſum aſſequi. Varie ſcribitur apud Auctores medii ævi, *winna*, *hwinna*, *inna*. CHRON. RHYTHM. *p. 308.*

ErkeBiſkopen tha ey længre wann,
Än til Nyköping, ther do hann:
Archiepiſcopus ulterius ire non valuit
Quam Nykopiam, ubi mortuus eſt.

GOTHL. L. *c. 14:7. þi at ains, et han winni vereldi huþit*: niſi fortaſſis potis ſit, mulctam pro homicidio pendere. Helſingi hodieque *winna* vel *hwinna* pro eo, quod ceteri *hinna*, dicunt. *Jag wet ej huru långt jag hwinner i dag*: neſcio, quatenus hodie pergere valeam. LEX WESTROGOTHICA cum alibi tum B. B. c. 9: 6. *inna* uſurpat. Quod vero antiquius veriusque haberi debet, *winna* eſt, utpote quod ſtabilit Iſlandica Lingua, in qua non infrequens id vocabulum eſt. HEIMS KR. Tom. *I. p. 361. Vinn eg þat, er eg vinn*: efficio, quantum valeo: ubi duplex verbi ſignificatus occurrit, laborare & labore ſuo aliquid efficere. Plura huc pertinentia occurrent infra ad v. *winna*, ubi & radicem offendere licet *win*, labor. Ab hoc eodem *hinna* derivatum eſt *hinnug*, quod notat ſedulum, laborioſum, & ante aliquot ſecula crebro uſurpabatur. J. SWEDBERG, in ſuo *Schiboleth*, p. 339. auctores citat, ubi invenitur: *hinnoghet* ibidem eſt ſedulitas.

HINNA, membrana, tenuis quælibet tunica, quæ vel res liquidas vel partes humidiores obvelat, *ögonhinna*, membrana oculi. Idem hoc nominis habet membrana cerebri in GOTHL. L. *c. 19: 15.* uti nuper monuimus, in v. *himmel*. Videtur, veteres *himna* dixiſſe, ab *hima*, *hema*, tegere.

HJON, individuum humanum, perſona: ſic æque dicitur *annödugt hjon*, ſervus, & *frælſt hjon*, liber. v. SKÅNE L. *Urb. M. c. 3.* Non me falli credidero, ſi huc referam illud ULPHILÆ *jumjons*, quod occurrit MATTH. *8: 1. Laiſtidedun afar imma jumjons managos*: ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. Reverendiſſimus A. Epiſcopus, ERICUS BENZELIUS, vertit *ſecuti ſunt eum multi viri juvenes*, perinde ac ſi affine eſſet Mœſogothicis *juggalauds*, juvenis, *jungs*, novus, *juggos*, pulli, quæ omnia in C. A. extant. Sed monuit jam Celeb. E. SOTBERG, in *Ulphila Illuſtrato*, p. 7. accuratius examinantem Codicem Gothicum non *junjons* ſed *jumjons* offendere, quod adeo affine videtur τῷ *biuma* vel *biuhma*, quod tum alias tum

Digitized by Google

tum in loco paralleli ſenſus occurrit, Luc. *14: 25. Mitbiddjedun than imma biumans managai*: ibant autem multæ turbæ cum eo. Obſervatum eſt loco citato ex Festo aliisque, veteres Latinos loco τȣ̃ *homo* dixiſſe *homon*, *bemon* & *humon*, quod ultimum tam noſtro ſimile eſt, quam quod maxime. Ad utrumque *jumjons* & *biubmans* prope accedit Otfridianum *bibun*, quod vero ſpecialiori ſignificatu pro conjuge occurrit. Lib. I. c. IV: 5.

Zi bibun er mo quenun las,
So thar in lante ſitu uuas:
In conjugem ſibi mulierem elegit,
Ut iſthac in regione moris erat.

Videtur illud ipſum *jumjon* vel *biumjon* in *bibun* tranſiisſe, & tandem in *bjon*, quod apud eundem *Hiſtoriæ Euangelicæ Narratorem* extat. *Lib. III. c. XIV: 11.*

Irquiſt er oub ſo mohter,
Thes hereſten dohter,
In themo hus zi libe
Then bion zi liebe:
Reſtituit, itemque ſic potuit,
Principis (Jairi) filiam
In ipſis ædibus ad vitam,
In gratiam conjugum (parentum)

Et ſic fata hujus vocabuli preſſe ſecuti ſumus, unde conſtare arbitror, iis accedi non posſe, qui vel ab A. S. *buwan*, parare, vel ab Isl. *bia*, apud, illius natales arceſſunt: præterquam enim quod illa ſinceriori vocis formæ non conveniant, reſtrictiori inſuper ejus ſignificatui tantum conveniunt, quo nempe denotat

II. Familiam vel familiæ individuum. Upl. L. *Kon. B. c. 5: 4. Nu kan then, ſom äj är bondans hjona, ſökia bondans gard i trangum*: ſi qüis neceſſitate adactus in ædes alterius ſe receperit, qui ad familiam non pertinet. Oppido antiquus eſt hic vocis hujus uſus. In Codice Argenteo *heiva* habemus in compoſito *heivafrauja*, dominus familiæ. Isl. *hiw*, id. nec non *hiuſkapr* & *hæſkapr*, quæ vide ſuis locis: *bibyle* vel *byhyle* eſt domicilium, ubi familia commoratur, quod nomen multis in Suecia villis hæſit. Anglo-Saxones *hiv* dixere, & *hive*, domus, familia, *hiviſce*, *hiwrædenne*, id. Sicut autem in familia conſtituenda in primis ratio habetur conjugum & ſervorum, ita *hjon* utrique ſignificando ſæpe apud nos inſervit. Scilicet

III. Conjuges notat, cum ſæpiſſime alias, tum Dal. L. *p. 4. Nu kuma hion til kirkiu, bedas wigilſi oc bionalag*: ſi in templum venerint ſponſus & ſponſa, & benedictionem matrimonialem conjugiumque petierint. In *Hiſt.* Olavi S. *Rhythm. p. 27 warda hion* notat connubio jungi. Conſenſum Linguæ Alemannicæ nuper vidimus: addam nunc tantum, ipſum verbum reperiri apud Notkerum, *Pſ. 105: 35, 36. Gehihton ze iro tohteron*, nuptias inibant cum eorum filiabus. Germani nuptias *heurat* appellant, antiquiores, Willeramo teſte, *hirat*, ut obſervat Wachterus, cui tamen non aſſentior, dum *rat* pro mera terminatione habet, quum Lingua vetus Gothica abunde doceat, *rad* pactum nuptiale denotare, ut infra, in v. *råda* pluribus docemus.

HJONALAG, ſocietas conjugalis: a *lag*, ſocietas, de quo vide infra, in v. *Hjonalag bygga* eſt in matrimonio vivere, vel ſocietatem conjugalem ingredi. *Gipt. B. L. L. c. 4.*

2. Copulam carnalem: is enim ſenſus eſt verborum Legis Westmannicæ, *Kriſt. B. c. 22. Hawir man bjonalag i kirkiu:* ſi quis cum femina rem habuerit in templo.

HJONAFÆLAG, id. Östg. *L. Kriſt. B. c. 28.* a *fælag*, ſocietas, quod v. in *fæ*.

IV. Servos notat frequentiſſime, tam vilioris quam etiam honeſtioris ordinis. v. *Stat.* Magni *R.* de anno 1280. §. 5, ad finem Legg. Birc. nec raro reperitur cum addito, *annôdoghjon*, *hembion*, *legohjon*, *tjænſtehjon*. A. S. *hine*. Isl. *hiw*. v. ſupra in *hæſkap*. Al. *hien*, *hyen*, *heyen*. Angl. *hyne*, *a counrty hyne*, ſervus ruſticus. Quid ſit *bjonagard*, quod occurrit in Chronico Rhythmico, p. 227. ſive ergaſtulum, ſive aliud quid, mihi nondum conſtat.

HJONASPAN, pellectio ſervorum alterius. Hels. L. *Manh. B. c. 31.* v. *ſpana*.

HJOR, gladius. Scribitur *hör* in Lege Sudermannica, *Manh. B. c. 27. Flyter ſaman hör ok hiærne*, ſi concurrant gladius & cerebrum, h. e. ſi gladius ad cerebrum penetraverit. Isl. *hiör*, apud Ulphilam *hairus*, cui neſcio an affine ſit Gr. ἄορ, quod apud Homerum gladium notat. v. Casaubonus, de *L. AngloSax. p. 311.* Apud Sabinos *curis* haſtæ nomen erat.

HJORD,

Digitized by Google

HJORD, grex. Dicitur hodie de quovis animantium cicurium genere, antiqui vero de ſolis bubus uſurpaſſe videntur, ita ut termino technico 12 boves gregem, *hjord*, 12 equæ *ſtod*, (*ſtuteri*) 12 ſues *wrath* effecerint. v. SKÅNEL. *p. m. 31.* In LEGE vero UPLANDICA, *Wid. B. c. 7: 8.* decem capita gregem efficere dicuntur. *Thet är hjord, ſom tiu howud äru.* Apud ULPHILAM cognata voce grex *hairda* dicitur: *hairda ſueine*, grex porcorum. MATTH. 8:32. Iſl. *hjord.* A. S. *heord*, *heorod.* Al. *herd.* Angl. *heard.* Germ. *heerde.* Gallice *harde* eſt grex cervorum. Veteres Alemannos etiam loco illius, quod attulimus, *herd*, *corter*, *chorter* uſurpaſſe, teſtis eſt WILLERAMUS, in *Paraphraſi* CANTICI CANTICORUM, ubi ſæpius occurrit. ABR. MYLIUS poſteriorem hanc primitivam vocis formam eſſe putat, in *Archæol. Teut.* pag. 31. cui patrocinari videntur Tartarorum, hoc eſt Scytharum, *hordæ*, quæ nil aliud ſunt, quam greges hominum vel multitudo in unum congregata. Confirmari hanc ſuam opinionem, inde etiam putat, quod Germani Belgæque ſepes illas cratitias, e quibus ovilia fiunt, *hürden*, *horden* hodieque appellent. Non abſque ſpecie hæc dici, quivis facile animadverterit, nec mirum exiſtimabit, ſi id, quod caput erat omnium facultatum apud Nomades & gentem Scythicam univerſam, adeo celeriter nomen ſuum non amiſerit. Ceterum *hurden* haud dubie originem debet A. S. *hurdel*, crates. Utcunque hæc fuerint, verum tamen eſſe poterit, quod tanto conſenſu tradunt Eruditi, *hiord* hoc eſſe ab *hirda*, cuſtodire, a quo eodem eſt *herde*, paſtor, *herding*, id. Galli ſimili ex cauſſa *berger* gregum paſtorem nuncupant, ut JUNIUS alicubi docet, a Gothico *berga*, cuſtodire. Scio, heic intercedere WACHTERUM, & *hurten*, pellere, radicem edere, eundem in modum, quo ab *ago*, *agmen* dicitur, a *driſwa*, pellere, *drift*, grex: ſed alterum ſimplicius videtur, & vel hoc nomine melius.

HJORDWALL, paſcuum, dicitur etiam *hjordlöt*. UPL. L. *Manh. B. c. 8.* Obſervat LOCCENIUS, in WESTM. L. *B. B. c. 16.* perperam ſcribi *jordwalder*.

HJORDAHUGG in LEGE PROV. *B. B. c. 41: 4.* vocatur, quando quis alterius armentum aut boves, tribus plures, nocendi animo cædit. Piratæ veterum *ſtrandhogg* appellavere, quando in terram eſcendentes, incolarum armenta auferebant.

HJORDHALD, cuſtodia pecoris in paſcuo. *L. L. B. B. c. 48.* canis, gregis cuſtos, *hjordhund* dicitur. ÖSTG. L. *b. t. 24.*

HJORDA, paſcere. In LEGE JUTICA *Lib.* III: 48. *Hiorder hans Korn op met vold*, frumentum ejus aperta vi depaſcitur.

HJORT, cervus. A. S. *heorot*, *heort*. Al. *hiret*, *hirz*. Belg. & Angl. *hart*. Iſl. *hjörtur*. Germ. *hirſch*. Obſervat WACHTERUS, in Linguis regionum Occidentalium a cornibus ſuis hæc animalia fere nomen accepiſſe, indeque concludit, *hjort*, *heort* dictum eſſe a *κεραὸς*, cornutus, quod certius patere exiſtimat ex Cambrico nomine *carw*, cui Latini termintionem addiderint, *cervus*. Pulcra hæc ſunt & erudita, ſed neſcio, qui mihi in mentem potius venerit, animalia hæc, quæ gregatim fere paſcere ſolent, a *hjord* derivare. AngloSaxones ſunt, qui antiquiſſimam eorum mentionem faciant: nil vero propius ad alterum accedere poterit quam *heorot* ad *heorod*, grex. Notum eſt illud MARONIS,

tres litore cervos
Proſpicit errantes: hos tota armenta
ſequuntur
A tergo, & longum per valles paſcitur agmen.

FR. JUNIUS a *hjerta* derivat, quum, PLINIO auctore, magnum cor & multum timoris habeant: ſpeciem hoc habere dicerem, ſi Anatomici primi nomenclatores fuiſſent. STJERNHJELMIUS a pedum pernicitate cervum appellatum putat, hoc eſt ab *hurra*, currere, ut videre licet in *Gloſſ. Ulph. p. 43.*

HJORTRON, vaccinia. A. S. *heort-berien*. Angl. *whortleberries*. An quia cervis in deliciis, vel quod figura cor referunt, uti autumat SKINNERUS?

HIRA, vertigine agi: inde morbus *höns-hira*, vertigo, qua gallinæ morbidæ in gyrum circumagi ſolent; alias uſurpatur etiam de hominibus ægrotis, quibus cerebrum quaſi in orbem agi videtur. Ejuſdem familiæ eſt, ac *yra*, *horra*, *hurra*, quæque alia adfert STJERNHJELMIUS, in *Gloſſ. Ulph. l. c.*

HIRD, cœtus hominum, & ſpeciatim familia. A. S. *hird*, *hirde*. id. *Hiredes fæder*, pater familias, *hiredes moder*, mater familiæ, *hired-viſte*, familiaris convictus. Arbitror autem, hoc *hird* contractum eſſe ab *hivræd*. BENSONIUS

certe nos docet, *hivrædenne* pro familia apud AngloSaxonas occurrere: ut adeo appareat, *hiv* vel Iſl. *hiu* primum eſſe omnium horum fontem, cui *rædenne* adnexum cernitur, quod apud eosdem domum denotat. Poſteriori vero tempore nomen hoc ſibi proprium habuere aulæ Nobilium & in primis Regiæ. Eſt hinc, quod LEX AULICA *Regum Norrwegicorum*, quæ a BUREO noſtratre, & dein cura HUITFELDII atque JANI DOLMERI prodiit, *Hirdſkrå* appelletur, et *Hirdmæn* Miniſtri honoratiores, UPL. L. *Kon. B. c. 5. 4.* in primis vero Satellites, qui, ingruente quovis tumultu, latera ſua inimicis oppoſuerunt. *Hirddrång* inferioris erat conditionis. v. K. MAGNI LADUL. *Ord.* de Anno *1280. §. 3. Hirdpreſt*, AulæCapellanus. Jus AUL. *Norrw. p. 139.* ſeq. *Hirdſtiore*, Aulæ Mareſchallus. ib. 26. *Hirdgård*, aula. ÖSTG. L. *Dr. B. c. 5: 3.* Scriptores Latini ævi medii aulam *curtis* nominavere, unde Gall. *cour*, Angl. *court*, quod forte huic noſtræ voci adſcribendum putaverit, qui cogitat, quam ſæpe *c* cum ſpiritu aſpero alternet. Confer tamen ſuperius allata ad v. *gård*.

HIRDA, ſervare, cuſtodire. Jus AUL. NORRW. *p. 176. þeir allum ſem riettir hirdmen willa wara, þem byriar wel, at hirda ſig firi ollu þui, ſum unyt er*: omnes, qui legitimi eſſe volunt Aulici, cavere decet ab omni re vana. KNYTL. S. p. 16. *þeir hirtu ecki, hvad* SVEIN *þarum haſþi mælt*: nullius penſi habebant, quid de ea re SUENO dixiſſet. MARC. 4: *38. Hirder þu ecke um thad, ad vier tortynaſt*: idne curas, quod perimus? ULPHILAS hoc loco habet *kara: niu kara thuk this, ej fraquiſtnam.* Hoc autem videns facile in eam opinionem incidi, noſtrum *hirda*, Mœſogothicum *kara*, A. S. *cearian*, Al. *curan* (unde apud TATIANUM ſæpe *ni churit*, nolite.) Angl. *care*, & Latine *curo* unius ejuſdemque tribus eſſe: *d* additur in verbis derivatis, ut a *fara*, proficiſci, *fårdas*, id. a *wara*, cuſtodire, *wårda*, id. &c.

HÆRDISLÖS, incurioſus. *Lit.* MAGNI LADULÅS, ad LEG. WESTROG. *p. 91. Flæſtir æru ſwa hærdislöſer, at the wanda eigh, hwad Bonden far ſit ater eller ægh*: multi adeo incurioſi ſunt, ut eorum nil interſit, ſuumne coloni recipiant, an ſecus.

HIRTA, ſe reprimere. Dicitur quum quis ſe repente corrigit, & vel, ſuum errorem animadvertens, orationem alio flectit, vel obmuteſcit. Radix Iſlandica *hirta* notat corrigere, caſtigare. 2 MACCH. 7. *þo at Gud ſtraffa og hirte os*: quamvis Deus nos puniat & caſtiget. JOB. 5. *Sæl er ſa maþur, er Gud lægger hirting a*: beatus ille, quem Deus caſtigat.

HISKELIG, horrendus, abominabilis. Germani *hesſlich* dicunt. Belgæ, *heiſig* & *eyſig*. Galli *hideux*. Singula horum unum idemque ſignificant, nec ſono adeo diſtant, ut ſub eadem ſigna referri nequeant: ſed fieri tamen poteſt, ut a diverſis quælibet eorum fontibus promanarint, Suethicum ab *haſka*, periculum, Germanicum ab *hasſen*, odiſſe, Belgicum ab Al. *egislich*, terribilis, Gallicum ab *hyde*, quod apud veteres eorum Scriptores horrorem notat, uti docet DICTONAIRE ETYMOLOGIQUE, in v. Monſtrat hoc unicum exemplum, quam periculoſum ſit Etymologo, dum vocum fontes indagat, ſolis auribus fidere.

HISNA, ſubita capitis vertigine corripi, ut ſolent, qui ex alto deſpiciunt, vel alias triſti ſpectaculo percelluntur. Fontem hujus vocabuli Rev. ER. BENZELIUS, in nupera *Codicis Argentei* editione eſſe putat MœſoGothicum *geisnon*, obſtupeſcere, ſive tum *g* pro augmento habeatur, ſive id in *h*, ut id ſæpe fit, permutatum, credere fas ſit. Alias ut *hiſkelig* dicitur, qui horrorem incutit, vel qui metuendus eſt, ab *haſka*, periculum; ita fieri poteſt, ut cognatæ hoc ſit originis. Alii *hisna* frequentativum eſſe putant antecedentis *hira*, & forſan non male: Galli ſimiliter dicunt, *la tete me tourne*.

HISSA, elevare, efferre. v. *hyſſa*.

HISSA, incitare. v. ſupra in *het*.

HIT, huc, adverbium loci & temporis. Veteres ut plurimum *hingat* dixere, ut afferendis exemplis nuper probavimus. Ulph. *hidre*. A. S. *hider*. Angl. *hither*. Germ. *hieher*. Ut *huc* Latinorum ab *hic* pron. factum ſcimus, ita ſimilis hujus ortus eſt ab A. S. *he*. Al *hie*. Belg. *hy*, &, quod ceteris omnibus antiquius eſt, הוא, ille. Servit compoſitioni plurium vocum, uti *hitkomſt*, adventus. Iſl. *hingatquama*, &c.

HITSE, id. Occurrit aliquoties in S. Codicis Verſione vernacula. Es. *49: 28. Hitſe ſkådar jag*: huc reſpicio. Iſl. *hinug*. HEIMS KR. Tom. II. HARALDUR *giorþe þar eigi minna herwirki, enn hinug*: HARALDUS ibi non minus hoſtiliter graſſatus

eſt

Digitized by Google

eſt, quam heic. Interdum vero mutata ſignificatione ibi notare videtur Laur. Petri *Poſtilla*, p. 98. *Både hatimeliga och hitſe evinnerliga*, tam heic in tempore, quam ibi æterne. In aliquibus Sueciæ partibus dicunt hodieque *his och her*, huc, illuc.

HITTA diverſiſſimas in Linguis Septentrionalibus ſignificationes habet. Notat enim I. Inveſtigare. Vols. S. *p.* 40. Sigurdur *mun efna heit ſit, oc hitta* Fofner: votum ſuum implere debet Sigurdus, & Fofnerum quærere. Credo, antiquiſſimam eſſe hanc vocabuli notionem, utpote quam ſtatuminat vetus Latium, ubi *hittire* in uſu erat hoc eodem ſignificatu, ut ex indicio Festi novimus.

II. Invenire: Upl. L. *Manh. B. c.* 52. *Thiuwar hitta giärna, ſwa ſum klukkarin hitti kalkin*: fures fere reperiunt, perinde ac æditimus calicem. Rev. Er. Benzelius, *p.* 270. *Cod. Arg.* pro ea, quæ inter *g* & *h* litteras eſt, affinitate, *hitta* hocce affine credit Ulphilano *higitan*. Vide ſupra in v. *gæta*, divinare.

HITTELÖN, merces ob rei deperditæ inventionem: dicitur alias *hittelega*: *hittegods* eſt res aliena, caſu inventa.

HITTIG, qui ingenium in numerato habet, qui facile dicenda invenit: *ordhittig*, id. *hittord*, acute dicta.

HITTEBARN, infantes expoſiti. Docet Lye, ad Junii *Etymol. hitta* apud Danos idem eſſe, ac temere projicere. Si id fuerit, nominis ratio in promtu eſt: ſin minus æque facile nomen habere potuerunt a tollente quam a projiciente, ut Germani *fündling* dicunt.

III. Convenire. Upl. L. *Ärfd. B. c.* 1. *Han ſkal fadhur hænnär ok næſtu frænder hænnär hitta:* debet patrem ejus (virginis) & proximos cognatos convenire. Islandi eodem loquendi modo utuntur. Heims Kr. Tom. I. p. 448. Olafur *Kongur ſendi honom orþ, at hann vill hitta hann*: Olavus Rex nuntium illi miſit, dicens, ipſo convento ſibi opus eſſe. Conf. Gudm. Andreæ, ad Voluspa, p. 18.

IV. Accidere. Recurrit id loquendi genus ſæpiuſcule in Legibus Patriis, *hitter man göra thet*, ſi cui accidat, id facere. Vide Skåne L. *Urb.* c. 29. Dal. L. p. 26. & ſæpe alias.

HJUL, rota. Lex Scanica *hiughl* habet. Iſl. *hiol, hwel*, unde inter ſolis epitheta in Edda eſt *fagra hwel*, pulcra rota. A. S. *hweol, hweowul, hweogal*, quod idem notat orbiculum verſatilem, quem inter nendum circumagunt feminæ. Belg. *wiel.* Angl. *wheel.* Daviesius derivat a C. B. *chwyl*, verſio, alii ab *εἱλέω*, verto. Ego omittendum non duco *κυλέω*, circumago. (v. Vossii *Etym.* in *volvo*) *κύκλος*, circulus, una cum cognatis. &c. Habemus enim ſat liquidam hanc vocis genealogiam, *κυλέω, chwyl, hweol, hweol* et *hjol.*

HJUP, tunica. Iſl. id. Heims Kr. Tom. II. p. 174. Styrkar *tok ſiþann ſkinhjupinn*: Styrkarus poſtea ſumſit tunicam pelliceam. Fenn. *hyppa*, ſtola Epiſcopalis. Radicem profert Gudmundus Andreæ, in *Lexico Iſl. hypia*, involvere, quam confert cum Ebræo חפה, texit. Latino Barbari *juppam* nec non *jopam* dixere, Galli *juppe*, Hiſpani *jubon*, Itali *gjubba, giubbone*, quam vocem non ſatis feliciter a Latino *ſupparum* derivatum ivit Oct. Ferrarius, immemor, quot alia vocabula in Italia reliquerint Gothi, ſuæ dominationis monumenta. Ceterum operæ pretium eſt legere, quæ de hac voce erudite congeſſit Ottho Sperling, in Notis ad *Teſtamentum Abſolonis*, p. 119. ubi oſtendit, in Græciam usque recentiorem & trans mare Ægæum eandem penetraviſſe. Thomassinus, cui omnia Ebræa ſunt, radicem ponit עטף, involvit.

HO, alveus, truncus cavatus, ad quem aquatum aguntur pecora. Brevitate vox illa mihi laborare videtur, & forteàn *f* finale amiſiſſe: quod ſi eſt, cognationem habere poterit cum Germanico *kuffe*, dolium. Sax. *küve, kübe*, Belg. *kuip*, Latinoque *cupa.* Alias ab Al. *hauen*, cædere, credi poſſet ortum, quum ſcindendi cavandique ideæ affines ſint.

II. Canalis, qui in mola aquam ad rotam deducit: inde *holag* in L. Westrog. *B. B. c.* 10: 1. dicitur materia, huic canali pro fundamento ſubjecta, alias *underlag*, a *lägga*, ponere. Lat. *ſublicæ*, quod Volſcum eſſe vocabuluvm, eteres tradunt, & noſtro forſan cognatum eſt: *under* enim Suecorum Latino ſub æquivalet.

HO, quis. Pronomen interrogativum, antique *hvo, hva, hve* & *ha.* Kon. Styr. p. 67. Angli ſimiliter *who* dicunt, quod a ſuis Majoribus accepere: AngloSaxones enim *hwa* habent, Moeſogothi *hwas*, vel, ut durius ſonuiſſe videtur, *quas*, in fem. *hvo*, in neutro *hva*, quod indubiam affinitatem cum

cum Latino *qui*, *quæ*, *quod* prodit: Genitivus MoeſoGothicus eſt *hvis*, unde eliſa ultima litera, *hvileiks* fecere, i. e. qualis, vel *quileiks* (*leiks* ſimilem notavit, adeo ut proprie ſonet cui ſimilis?) cujus initium Græci corrupere πηλίκος dicentes, finem vero Latini. Diximus huc facientia quædam in *Præf.* ad ULPHILAM *Illuſtratum*, & forte nonnihil adjungemus infra ad v. *hwilken*. Nunc, ut ad noſtram vocem redeamus, addere debemus, *s* finale Moeſogothicum in *r* convertiſſe Alemannos in *huuer* & *uuer*, eosque imitatos eſſe una cum Iſlandis Majores noſtros, quorum eſt *hvor*, *hvar*, non abnuentibus Gothis exteris, ut videre licet ex *hvarjis*, quis, &c. Dativum hoc noſtrum habet *hvem*. Ulph. *hvamma*. A. S. *hwæm*, *hvam*. Angl. *whom*. Germ. *wem*. Neutrum genus format *hwad*. Ulph. *hva*, A. S. *hvæt*. Al. *hvat*, *wat*, *waz*. Germ. *was*. Angl. *what*. v. plura infra in *hwar*.

HOCKEN, quis, qualis. Auditur vox illa crebro in ore loquentium. Pro eo veteres *holkin* dixere, i. e. *holik*, quod ipſum Ulphilanum *hvileiks* & *hveleiks* eſt, quod nuper habuimus, iterumque recuret ad v. *hvilken*, quæ ſolennior vocis forma eſt.

HOF, modus, decentia. *Gå utur hofwet*, modum excedere. Iſl. *ur hofe ganga*, *or hofi keira hofs maþur*: vir moderatus. In ORDINANTIA *Eccles*. *Ant*. p. 64 legimus: *Ther en år någors hofwa förfaren i then helga ſkrift*: ſi quis aliquo modo in lectione ſcripturæ S. peritus fuerit. Radix vocis non eſt, ut ait WACHTERUS, *heben*, abſtinere, ſed *hæfwa*, decere, ad quam regredere.

HOFSAM, moderatus, decori obſervans. KON. STYR. p. 57. *Åſtu hofſamr i liwerne ok athæmom, ta latr tu tik nögja, ån tu hawer tina liſs tarwe*: Si fueris continens in vita tua, contentus eris vitæ neceſſariis.

HOFSÆMJA, moderatio. ib.

HOFLIGEN, ſatis, mediocriter. *Hofligen wål*, ſatis bene. Dicitur alias *tåmeligen wål*, quæ vox a *tæma*, decere, profluit, atque adeo huic plane convenit. Jus AULICUM NORRW. p. 230. *Sa haattur ſkal vera med fylgdahaldi, at fiorir af þeim ſkulu ganga eptir Kongi hoffliga nærri*; ſatellitii ea ratio erit, ut quaterni ſatellitum pone regem ſequantur, idque nonnihil preſſe.

HÖFLIG, modeſtus, comis. Germ. *höflich*: hinc *höflighet*, modeſtia. Neſciunt, WACHTERO fatente, Germani, unde vox illa ad eos pervenerit, apud nos querentes audieris, ſe neſcire, quo cum nomine res ipſa abierit.

HÖFWA, quod alicui convenit. Exilis e. g. de re grandi dixerit, *thet år ej min höfwa*, id mihi non convenit. v. SPEGELS *Gloſſ. p. 186*.

HÖFSA, decorum reddere, ornare. conf. C. B. *hoyw*, concinnus, elegans.

HÖFWISK, modeſtus, *höwiſka ſeder*, cujus contrarium eſt *ohöfwiſk*. Sunt qui putent, omnia ortum trahere ab *hof*, aula, uti Galli *courtois* dicunt a *cour*, aula, It. *accorto*.

2. Decens, decorus. MATTH. *15: 26*. *Thet år icke höfligt, at taga brödet från barnen*, non eſt juſtum vel decorum, panem infantibus ablatum canibus objicere.

CHRON. RHYTHM. *min*. p. 109.

Et höfweligt örs oc klædher ett par:
Equum decorum (pulcrum) & veſtium par.

HÖFWAS, decere, conveniens eſſe. *Stat*. ALBER. R. ad finem LEG. BIRC. p. *p. 28*. *Ther thet höfwes bæſt, oc nyttaſt år*, ubi maxime convenit & utiliſſimum eſt.

OHÖFWELIG, indecorus. ORD. VET. ECCLES. *p. 70*. *Boleri*, *ſpel*, *och annor ohöfwelig ſtycke*, adulteria, ludi & alia id genus indecora.

HOF, aula. In ſcriptis Iſlandicis, ubi prima hujus vocabuli veſtigia habemus, continue de æde idolis conſecrata occurrit. OL. TRYGGV. S. Edit. Skalh. Part. II. *p. 37*. *Ecki er hof a bæ hans*, non eſt fanum in villa ejus. Et ſic ſæpiſſime alias. WACHTERUS radicem ponit A. S. *hiwan*, formare: quod utut ſatis non placeat, boni tamen conſulas, velim, quum melius adferendum non habeam.

HOFGYDJA. Iſl. Sacerdos templi. v. HERW. S. conf. Ulph. *gudja*, ſacerdos.

HOFUTHOF. Iſl. fanum primarium. VEREL.

II. Occurrit pro aula Principum, ſed non niſi ſeculis recentioribus, & poſtquam extero regimini Suecia ſubeſſe coepit: tum vero abolito veteri titulo *hird*, Regum aulæ *Hof* appellari incepere, unde in CHRON. RHYTHM. *Hofwaſin*, famulitium Aulicum. Al. *Hofgeſind*. *Hofman*, Aulicus, Miniſter Regius. *Kon. B. L. L. c. 6.* nec non quivis ordinis equeſtris vir, uti dum *l. c. cap. 4.* ſancitur, ut in caſibus, uibus conſilium inituri ſunt, conveniant Epiſcopi & Lagmanni cujuslibet Provinciæ nec non ſeni nobiles,

les, *ſex af hofmannom.* Nunc pleno uſu vox noſtra viget, derivatarum vocum feraciſſima, ſed quas Lexicographis tradendas relinquimus.

III. In ſcriptis medii ævi ſæpiſſime occurrit pro concilio, ubi ad Regem advenientem confluebant cives vel officii cauſſa vel jus petituri. In LEGE SCANICA legimus, p. m. 50. *Thet ſkal man witha, ath hoff ſkal hwart aar wära i Nyborg*: Sciendum eſt, Nyburgi conventum Regium fore quotannis. Sic etiam in CHRON. RHYTHM. p. 140 legimus:

Om Midſommaren ſkulle wara
Ett ſtort hoff innan Skara.
Ther kom Ryket mæſtadeel,
Ok togô Her MATTIS *tel*
Drotzeta ok förman.
Rijkſens Raad tha walde han,
The ſyſlade ther ok annat ſlikt,
Som Rijkena war torfftelikt.
Feſto Sancti JOHANNIS
Conventus erat Skaræ.
Eo confluxit maxima pars civium,
MATTHIAMQUE elegerunt
Droſſetum & Anteſignanum.
Senatores Regni eum elegerunt
Et alia id genus curabant,
Quæ ex uſu Regni erant.

IV. Speciatim uſurpatur pro haſtiludiis, quibus adventus Regum ſæpiſſime celebrari ſolebant. Deſcriptionem iſtiusmodi ſolennitatis videre poterimus in CHRONICO RHYTHMICO cum alias tum p. 82, ubi Fagradalenſis pompa deſcribitur.

Tha war ett hof i Fagradal.
Tum ſolennitas erat in Fagradal.

Conf. infra, p. 100, 109, 121 &c.

V. Additum eſt id vocabulum aliis conventibus feſtivis, & in primis nuptiis ſolennioribus, unde eſt, quod paranymphi, ſponſam ſtipantes, hodieque *hofriddare* audiant, *hofſkara*, comitatus nuptialis, &c. Conf. Alem. *houe ſcare*, ſatellitium aulicum. v. SCHERZIUS, ad *Rhyth. de Exp.* CAROLI M. *Hiſp*: verſu 3655. *Brudahof*, ſolennitas nuptialis.

HOFWA, feſtum celebrare, epulari. *Hiſt.* ALEX. M.

Sato ok hofwade, ok gorde them kata.
Sedebant comiſſantes & genio indulgentes.

CHRON. RHYTHM. p. 50.

Tha wart i Stockholm hofwat med macht.
Tum Holmiæ feſtum ſplendide celebrabatur.

HOFWERA, id. Uſurpatur ſpeciatim de ſponſa ſplendide incedente. Es. 61 *Som en brud hofwerar i ſin ſkrud*, ut ſponſa cultu ſuo ornata incedit. Alias de quavis pompa. v. JEREM: 4: 31. Germ. *hofieren.* Belg. *houen*, *howen.*

2. In Scania notat opera ruſtica facere apud villæ dominum: quod etiam appellant *gå til hofwa.* Latini Barbari dicebant *averare*, *averagium facere.* v. ſupra in *bafra.*

HOF, ungula equina. Iſl. *hóf.* A. S. *hof.* *ho*, talus. v. JOH. 13: 18. Al. *huof.* Angl. *hoof.* Germ. *huf.* Belg. *hoef.* Græci ὁπλὴ dicunt, uti putatur ab ὅπλον, telum, arma. Terminationem Græcam non amaviſſe Scythas, videmus, adeoque ſatis habuiſſe, primam vocis ſyllabam tantum retinere. *Caba*, quod habent GLOSSÆ FLORENTINÆ pro ungula caballi, neſcio an huc pertineat: certum tamen eſt, *c* & *h* ſororia eſſe, nec raro *h* in *f* converti. In LEGIBUS PATRIIS habemus varia hujus vocis derivata, *hofwawæg och klöfwawæg*, via equorum & boum, parte pro toto ſumta. *Fæ hofwat eller klöfwat* in ST. L. *Köp. B. c. I.* eſt periphraſis eorundem animalium. LEX SCANICA habet *horn oc hof*, p. m. 20. *Hofſkægg* appellamus pilos longiores, qui ab infima cruris junctura ad ungulam deſcendunt. *Hofſlagare*, faber ferrarius, qui equis ſoleas ſubdit, & eorum morbis medetur, veterinarius.

HOFMÅJA, terminus eſt Architectonicus in Verſione Bibliorum Suecana, EZECH. 40: 9. occurrens, quemque apud Scanos hodieque in uſu eſſe, audivi. Denotat vero aperturam, ex tecto prominentem, per quam frumentum & foenum ingerunt. Videtur pars vocis prior cognata eſſe Suethico *höfs*, quod infra invenies ad v. *ops.* De poſteriori parte *måja*, nil, quod afferam, habeo.

HOG, *hug*, mens, animus. *Mig kom i hog*, in mentem mihi venit, de qua phraſi plura dicentur ad v. *komma.* CHRON. RHYTHM. *p. 124.*

Then hugen torfwen i eij hafwa,
At idor ſkal om konungen jæfwa
Animo veſtro id ne cogitetis,
Ut de Rege veſtro ſuſpicionem foveatis.

Iſl. *hugur.* A. S. *hyge.* Al. *hugi*, *hiugi*, Belg. *heuge.* De etymo mox aliqua ſequentur.

II. Deſiderium, ſtudium, perinde ac Latini dicunt, animus fert. *Han har ingen*

ingen bog ther till, nullo in id ſtudio fertur. A. S. *boga*, cura, *bogian*, curare, *bigan*, *biegan*, deſiderare. Dan. *bige*, diſiderare. Belg. *ergens nae biegen.* id. Angl. *bie*, feſtinare.

HOGA, *buga*, *bygga*, in animo habere, meditari: SUD. M. L. *B.B. c. 17. At han wilder for, oc bugde ſitt wara*, quod erraverit. ſuumque eſſe, in animum induxerit. ÖSTG. L. *b. l. Huge nu hvar at lute ſinum*: quisque animum attendat ad portionem ſuam. CHRON. RHYTHM. *p. 41.*

Han bugde alt riket aterfa.
Cogitabat fore, ut totum regnum recuperaret.

Ib. p. 43.
Konungens baner wart ther uprycht.
Fly thet bade the ei bögt:
Signum Regis illatum fuit.
Non enim cum animo propoſuerant fugere.

ULPHILAS idem verbum habet, ſub Moeſogothica terminatione, *bugjan*. MATTH. *5: 7. Ni bugjaith, ei quam gatairan vitoth*; nolite exiſtimare, quod venerim ſolvere legem. *Vailabuzjands*, benevolus, *gabugd*, animus, mens, MARC. 12. 30. A. S. *gebygan*. id. *gebygd*, cogitatio. Al. *bugen*, *gebugen*, nec non *buggen*, ut apud OTFRIDUM, v. *Lib.* V. *c.* V: *42.*

Uuir ſculun buggen thar zua.
Nos debemus attendere ad hoc.

Iſl. *bygga*, *buga*. VOLS. S. SIGURDUR *bugdi hana ſofa.* SIGURDUS opinabatur, eam dormire. Belg. *beugen*, meminiſſe. Al. *gebugan*, id. TATIANUS, c. 174. *Iu ni bugit thera arbeit*, jam non meminit dolorum ſuorum. Iſl. *boga*, id. unde *afboga*, dememiniſſe. v. STURLÖG. S. p. 7. Eruditi vocem hanc omnibus pæne Orientis gentibus communem eſſe, dudum animadverterunt. Ebræis certe הגה eſt meditari, Gr. ἡγέομαι, cogitare, &c. Sed neſcio, an cuiquam in animum venerit, ex eadem illuſtrari poſſe originem Latinæ vocis *cogito*: terminatio certe frequentativa evidenter monſtrat, ad eſſentiam vocis nil amplius, pertinere, quam ſimplex *cogo*. Agnoſcit id VARRO, ſed ubi addit, *cogo* eſſe quaſi *coago*, quia animo congregantur curæ; infelix, pro more ſuo, etymologus eſt. Curni potius dicimus, *cogo* eſſe noſtrum *boga*, ſpiritu aſpero in *c* mutato, (ut dicere ſolebant veteres pro *mihi*, *michi* &c), id vero oriundum eſſe ab *bog*, animus, mens.

HUGSA, cogito: frequentativum prioris. KON. STYR. p. m. 52. *Wilt tu witr warda, ta ſkalt tu alt firibuxa, ok lata alt firi bug tin. thet til ma koma*: Si prudens eſſe cupis, in futurum proſpectum intende, & quæ poſſunt contingere, animo tuo propone. Al. *bogezen*. NOTKERUS, Ps. *118: 16. An dinem uuerchrechten bogeze ih*, in juſtificationibus tuis meditor. Ruricolæ, dum hoc vocabulo utuntur, idem illis ſonat, ac meminiſſe. Eſt etiam, ubi *bugſa* in malam partem accipiatur pro incantatione. v. RUDBECKII *Atl. Tom III. p. 609*, & confer dicta ad v. *bæxa.* Habemus varia ex hac voce derivata. *ombugſa*, circumſpicere, animum quaqua verſum convertere, *förebugſan*, prudentia.

HUGAD, ſtudioſus. Iſl. *byggin.*

ÅHOGA, cura, ſtudium.

HOGFÅLLAS, animum adjicere, deſiderare, Iſlandi dicunt *fella bug till.* HEIMS KR. *Tom. I. p. 341. Bratt felldi hann bug til* GUDRIDAR, *oc bad hennar*: mox animum adjecit ad GUDRIDAM, vel mox GUDRIDA ei placere coepit, ut eam nuptui peteret. Eſt hinc Germanorum *gefallen*, placere. Conferatur WACHTERUS, in *fallen*, qui varia huc nil facientia adfert.

HYGGA, v. infra, ſuo loco.

HUGSWALA, conſolari. v. in *bugna.*

HOGSL, in LEGE GOTHLANDICA, *c. 20. §. 20.* atque alias ſæpe appellatur portio illa, quam præcipuam poſt mariti mortem habet vidua. *Cuna liautr bogſl oc iþ epter honda ſin*: Femina habere debet honorarium, & quod ipſa ſibi fecit, poſt fata mariti ſui. In quo illa conſtiterint, ceteræ leges exprimunt, nempe in veſtibus ſtragulis, equo cum ephippio, &c. Occurrit vox illa in ceteris Legum Patriarum tabulis nuſpiam, unde fit, ut natales illius ſint obſcuriores. Peregrinam eſſe, ego arbitror, quumque inveniam, a Latino-Barbaris rem eandem *oſclium*, *oſculum*, & in *Conſuetudinibus Gallicis ouſclage*, *ouclage* appellari, ſuspicio haud vana mihi ſubnata eſt, ab *ouscle*, aliqua literarum transpoſitione noſtrum *bogſel* enatum eſſe. MENAGIUS, quo indice hæc trado, ex Conſuetudine vetere Rochellenſi hæcce adfert. *La femme aprés le deceds de ſon mari, a ſon choix de ſoy tenir a ſes droits de mariage, qui ſont, ce qu' elle a apporté à ſon mari, ou l' eſtimation, qui en a été faite, avec ce qu' il lui a donné pour ſon* ouſclage *avec ſes anneaux, bagues, joyaux & habillement de ſon corps; ou de ſoy rendre commune és biens meubles, és acquets immeubles, faits durant le mariage du dit defunct & d' elle.* Huic adjungit ex vetuſta membrana: *Dedit uxori nomine dotalii*, oſclii, *ſeu donatioris propter nuptias.* Lucem & rei

& no

Digitized by Google

& nominis rationi addere poterunt, quæ in Codice IUSTINIANI occurrunt, de *donationibus ante nuptias*, quæque ibi traduntur de donationibus *interveniente oſculo* & *non interveniente oſculo* factis. Juris Feudalis Scriptores nos certiores reddunt, feuda oſculo ſymbolico olim conceſſa fuiſſe, quod *lehnkuſs* dicebatur, a quo ritu harum rerum peritiſſimus, BUDERUS, opinatus eſt, enatam eſſe formulam inveſtituræ olim uſitatam *mit hand und munde*, Sueth. *med hand och mun*, h. e. ut ille interpretatur, ſtipulata manu & interveniente oſculo feudali. v. HALTAUSII *Gloſſ.* in v.

HOKUS POKUS, præſtigiæ, offuciæ. Angli eadem voce utuntur, & ad nos, uti videtur, transmiſerunt. De origine vero & primo ejus fonte inter litteratores diſceptatur. TILLOSSONIUS, Præſul Anglorum magni nominis, *hockus pokus* dépravatum cenſet ab *hoc eſt corpus*, quo uti ſolent Sacerdotes Papiſtici in conſecrando pane euchariſtico, ſive id factum fuerit per κακοζηλίαν eorum, qui ſupernaturalem, & ad quævis efficienda potentem vim, his vocibus ineſſe, credebant, ſive per non minus impium in verbis luſum. FRANCISCUS vero JUNIUS aliam derivationem ſubminiſtrat, docens, poſteriorem vocem vitiatam eſſe ex Anglico *poke*, ſacculus, cum præfixo Cambrico *hocced*, dolus, ut junctim ſonet ſacculum doloſum. Notum eſt, præſtigiatores & ſcurras ſacculum circumferre, in quo artis ſuæ inſtrumenta habent. Dicimus nos *ſpela utur taſkan.* Fieri vero etiam poteſt, ut voculæ hæ temere & ſine ſenſu fictæ fuerint, ut peregrinum quid & μυστηριώδες ſonent, quod ſi fuerit, fruſtra eſt, curis noſtris criticis rationem ibi indagare, ubi nulla eſt.

HOL, caverna. A. S. *holu*. Al. *hol*. Germ. *hole*. ULPHILAS habet *bulundi*. JOH. *11. 39. Vaſu than hulundi*, erat autem ſpelunca, quæ vox formari potuit vel ab *buljan*, *gabuljan*, tegere. Sueth. *bölja*, *bæla*, ut proprie latebram denotet, cui opinioni favet STADENIUS, in *Explic. Voc. Biblic.* p. 317. vel etiam ab *bulan*, cavare, unde factum *usbulan*, quod extat MATTH. 27: 60. de ſepulcro, cui illatus erat Salvator noſter, *thatei usbuloda ana ſtaina*, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ, quod excavatum erat in petra, & ita noſtrum hoc reſpondet Græco κοῖλος, cavus. Alias *hol* uſurpatur pro cujusvis generis formine.

HOLIG, cavus. A. S. Germ. & Belg. *hol.* Angl. *hollow.* Iſl. *holur.*

HOLKA, cavare.

HOL, venter vel pars corporis cava, quæ inteſtinorum receptaculum eſt: a præcedenti *hol*, cavitas. Varie ſcriptum invenitur *bul*, *hwl* & etiam *bull*, quod poſtremum tamen ignorantiæ exſcribentium adſigno, qui vocem hanc cum *bull*, *bold*, caro, confuderunt: e. g. L. L. *Sar. m. wil.* cap. 6. *warder huggin eller ſtungin i bull med ſvärd, knijſwe eller ſpiute*, ſi abdomen læſum fuerit gladio, cultro aut haſta: quod enim ibi non intelligantur partes carneæ corporis, inde evidens eſt, quod pro *fullſäri* habeatur, hoc eſt læſione graviſſima, cujusque periculum vulnerans per integrum annum vertentem præſtandum habuit. v. DAL. L. p. 11. §. 31. SUDERM. L. *Manh.* B. c. 4. quo accedit, quod de vulneribus, toroſis hominis partibus inflictis, poſtea in eodem capite agatur. Lucem dictis addit locus ex *Statuto* ERICI Regis *Om Urbotamaal*, adjuncto LEGIBUS SCANICIS, §. XXX. *Gor han wid ſoreth, tha ſelie fore tyllter eyd, ath ey kom i hul*, ſi vulnus a ſe inflictum confiteatur, 12 teſtibus probet, illud inteſtina non læſiſſe: & in eadem paragrapho: *Sær han antigh i öfræ hul eller i nedræ, ſå at ingår i hul*, ſi partem ventris aut ſuperiorem aut inferiorem vulneraverit, adeo ut penetret in abdomen. Occurrunt iidem termini in LEGIBUS HELSINGICIS, *Manh.* B. cap. 9. ubi ſancitur, vulnera accepta *i nidra buli* luenda eſſe 16 oris, ſed *i ywræ buli*, tanquam perículoſiora, tribus marcis. Apud Iſlandos *hol* idem ſonat. HEIMS KR. T. I. p. 804. *Hun bafþi ſtappat lauk ok önnur grös, oc vellt ſamann, oc gaf at eta enum ſaromönnum, oc reindi ſva, hvort þeir hefþe holſar, þui at kendi af lauknum ut ur ſari þui, er a hol var:* contuderat allium aliasque herbas, easque coctas vulneratis edendas dedit, quo facto experiebatur, an læſa eſſent inteſtina, ſi nempe odorem allii ſentiret per vulnus, quod in abdomine erat. Citato TABULARUM HELSINGICARUM loco occurrit *holwäri*, quod LOCCENIUS interpretatur interius caput aut cranium. Sed revera heic etiam abdomen

abdomen intelligitur: locus vero ipſe incuria amanuenſium deformatus eſt: legimus jam, *ganger i bolwäri*, *balwu dyrræ*, tu vero repone, *ganger i bol*, *væri balwu dyrræ*, ſi ad inteſtina penetret, multa duplex eſto. Conf. §. 1. Coronidis loco notabo, Græcos, in eundem modum ac nos, a κοῖλος, cavus, formaſſe κοιλία, venter, & την κα̃τω κοιλίαν appellaſſe, quod nos *nidra buli*. Conf. κενεὼν, id. a κενὸς, vacuus.

HULSAR, vulnus abdominis vel alvi. Hels. L. l. c. ſcribitur *boolſaar*, in Statuto Erici nec non in Lege Dalica l. c. *bwlſaar*. conf. Iſl. *bolſar*, quod Verelius recte interpretatur vulnus, quod in ilia penetravit.

HOL, collis. Vox, hodie ni fallor, apud ſolos Dalekarlos ſuperſtes, ſed cujus antiquitatem teſtatur affinitas vocis Latinæ, amplitudinem vero nomen ſylvæ, quæ Oſtrogothos a Smolandis dividit, *Holveden* dicta, h. e. ſilva montoſa. Pæne monere exciderat, in *Lexico Runico* Wormii occurrere *holl*, collis, AngloSaxonas *hyll* dixisſe, eorumque nepotes *hill*. Græci adeo procul nec abludunt in ſuo κολώνη, id.

HOLK, in genere notat lignum cavatum: ſpeciatim ita vocantur ſitulæ vel vaſa illa anguſta ſed longiora, in quibus vel candelæ formantur, vel maſſa farinacea fermentationem ſubit. Radicem modo vidimus *holka*, cavare. Per ſarcaſmum ita vocantur homines bardi, uti Latine ſtipites, trunci, vacerræ audire ſolent.

HOLK, navis oneraria: Crebro nominantur id genus navigia non in noſtris tantum Annalibus, ſed etiam apud exteros. A. S. *hulc*, in *Gloſſario* Ælfrici. Al. *holech*. Gall. *heux* & *hulque*. It. *hulca*. Belg. *hulcke*. L. B. *hulcum* vel *hulca*. Rymeri *Acta Publ.* Tom. 8. p. 755. *Anno Regni noſtri undecimo ſupra mare in quoddam hulcum de Selandia - - ſe miſerunt.* Leges Ethelredi apud Bromtonum, c. 23. *Si adveniſſet ceol vel ulcus.* De vocis origine duplex conjectura eſſe poterit: ſi enim peregrina cenſeri debeat, Hellas eam ſibi jure vindicaverit, ubi ὁλκὰς erat navis oneraria, ab ἕλκω, traho: ſin vero indigena fuerit, dixeris, primo vocem hanc denotaſſe truncum ex grandiori ligno excavatum, (ab *holka*, excavare) qualem *ekſtock* appellare ſolemus, & qualia prima gentium Scythicarum navigia erant. v. ſupra in *Ekſtock*.

II. Crater, ſive quod cavus eſt, ſive quia navigii nomen ſcypho inditum fuit, ut id ſæpe fieri, voces *cymbia*, *carcheſia* declarant. v. infra in v. *ſkepp*.

HOLK, circulus argenteus vel cujuscunque metalli, qui baculos et gladios ambit vel ad arctius connectendum, vel alias. Iſl. *holkr*. Gudm. Andr. *p. 118*. Heims Kr. Tom. I. *ſilfur holkur gyltur*, circulus argenteus deauratus. Cum commiſſuras vel mucrones tegat, dici potuit ab *hólja*, ut *dolk*, ſica, a *dölja*, celare

HOLLEN, totus: occurrit in phraſi *hel och hollen*, quam ſupra explicuimus, in v. *hålla*.

HOLME, inſula. Inter *ö* & *holme* id diſcriminis ponitur, ut *ö* dicatur de grandiori, *holme* vero de minori, qualis in fluviis eſſe ſolet. Sed non tamen adeo conſtantem eſſe hanc differentiam, docere poteſt inſula ſpatioſiſſima *Bornholm* olim *Borgundarholm* dicta. A. S. *holm*, inſula, item clivus, collis. Iſl. *holmur*. Docet Junius, in *Etym.* apud Cædmonem, veteresque Scriptores AngloSaxonicos alios, *holm* aquam denotare, quod apprime conſpirat cum illa vocis *ö*, *ey* derivatione, quam tradit Wachterus, ab A. S. *ea*, aqua, ut proprie *eyland* denotet terram aquaticam. Wachterus vero *holme* derivat a κολυμβᾶν, in aqua natare: ſed hoc adminiculo non indigemus.

II. Ita dicebatur campus, in circulum baculis incluſus, quem ſibi deſcribebant in certamen ſingulare deſcenſuri, forte exinde, quod in more poſitum erat veteribus, inſulas hujusmodi duellis eligere, ut ignavo omnis elabendi via præcluderetur. v. Wormii *Monum.* p. 66. ſeqq. Rem paucis complectitur Arngrimus Jonæ, *Rer. Iſl. Lib. I. c. 9.* ad quem Lectorem remitto. Ab hoc ritu provocatio vocatur *holmſtefna*, ipſe deſcenſus ad certamen *holmgang*, unde *holmgaungalaug*, in *Hiſtoria* Gothrici & alias, eſt lex athletica, cujus præcipuum caput erat, ut provocatus primum ictum inferendi jus haberet.

III. A forma inſulæ ita vocatur area, ſepibus a reliquo fundo ſeparata:

Digitized by Google

ta: unde *holmstomt* in Legor Weſtrog. *B. B. c. 5: 2.*

HOLMGÅRD in antiquis Patriæ monumentis appellatur regnum Muſcoviticum, alias etiam *Gardarike* dictum. Ol. Trygov. S. Ed. Skalh. *p. 46. I þan tima, er* Gunhildar *ſynir gengo til Rikis i Norwegi, red ſyrer Holmgardi (þat köllum ver Garda-Rike) eirn ageætur Kongur, ſa het* Waldemar : Eo tempore, quo Regnum Norrvegiæ occupavere Gunhildæ filii, Holmgardiæ, quam Gardarike appellamus, imperavit Rex inclutus, qui Waldemarus nominabatur. Quod ad nomen illud *Holmgard* attinet, non improbabilis eſt conjectura Strahlenbergii, primam nempe vocis partem diverſam non eſſe cenſendam a Jornandis *Ulmerugia*, quod compoſitum docet a Sclavonico *ules*, ſurſum, & *ma*, terra, ut vi vocis denotet terram ſuperiorem. *Rugia* vero ipſum terræ nomen fuiſſe tradit, & inde eſſe quod Narva Ruſſis hodieque dicatur *Rugigorod.* Idem etiam fidem facit, circa Dvinam fluvium inſignem eſſe terræ tractum, quem incolæ *cholmgorod* nuncupent, quod nomen a noſtro *holmgård* nil niſi pronunciandi modo differt. Noſtros majores a *Gard*, (nam ita quoque, inprimis in plurali numero *gardar* regio hæc appellabatur) dein *Grkialand* feciſſe, atque hoc adeo in cauſſa fuiſſe, cur regiones transBalthicæ Græciæ nomen a noſtris acceperint, docet Nob. Magnus Ol. Biörnstierna, in *Diſſert de Peregrinationibus Suiog. in Græciam.*

HOMOD, violentia. v. infra in *hóg.*

HON, illa. ant. *hun.* Vide ſupra in *han*, ille, & quæ ibi notavimus. Addo tantum, Oſtrogothos & Sudermannos pro *hon*, *ho* & *hu* dicere, quod vel ideo obſervo, quia de Anglis Borealibus tradit Rayus, in *Collection of Engliſh words proper to the northern contrys*, eos pro *ſhe* eloqui *hoo*, *he*, idque ad imitationem AngloSaxonici *heo*, *hio.* Sic videmus coincidere *hon*, *ho*, *heo* & *he* et forte etiam Lat. *ea.* In ea vero claſſe videntur Scytharum poſteri antiquitatis tenaciores fuiſſe Latinis, utpote quorum *he*, *ho* propius referunt Ebr. היא & Gr. ἡ.

Caſus obliqui ſunt *hennes*, *henne.* Ant. *hana*, *hanna.* Westg. L. *Arfd. B.* cap. 5.

HONING, mel, ſcribitur etjam *hanog.* A. S. *hunig* Al. *honang*, *honec.* Iſl. *hunang*, Belg. *honig*, *honing.* Angl. *hony.* Germ. *honig.* Unde vox illa ad nos perevnerit, penitus incertum eſt. Qui Sclavonicæ L. periti ſunt, nos docere poterunt, illane hanc vocem nobis impertiverit : Fennones certe *hunaja* mel appellant. Scimus etiam melliferas eſſe regiones, ubi Sclavonice loquuntur, immo hydromeli indidem habere, quod apud nos *mjöd*, dicatur, v. infra ſuo loco. Sed ego nil definio, niſi quod ſpecie careat, quod Junius *honing* derivet ab *Hymetto*, monte mellifero, Wachterus ab οἰνοχοεῖν, vinum fundere. Tanti conſtat profiteri, eſſe quod nobis ſcire datum non ſit, quum tot tamen documenta inſcitiæ noſtræ ubique circumſtent. Apud majores noſtros, neſcio quam ob cauſſam, mel *bland* appellabatur, unde in Legibus antiquis *gånga med bland eller bikari.* B. B. L. L. Cap. 39. & in *Iure Eccles.* Smolandorum, p. 91. *malt ock blandæ*, mel et byne, conjunguntur, utpote a quorum altero cereviſia, ab altero hydromeli coquitur.

HONINGSDAGG, rubigo, a *dagg*, ros. Germani *meltau* ſimili ex cauſſa dicunt. Al. *milituo.* Monſtrat harmonia utriusque Linguæ, vulgo creditum fuiſſe, cladem, quæ lupulo aliisque leguminibus evenit, rori inſolito aſſignandum eſſe. Morbus etiam vitium eſt, quem veteres Romani *rorationem* appellavere. v. Plin. *Hiſt. Nat.* Lib. *XVII* : 14.

HONINGSKAKA, favus. AngloSaxones ſimili metaphora dicunt *heobread*, a *bread*, placenta.

HOP, cumulus. A. S. *heap*, *hype.* Al. *huffo*, *houph.* Belg. *hoop.* Germ. *hauffen.* In origine vocis enodanda parum inter ſe diſtant Junius & Wachterus, ille quippe ab *heave*, levare, derivat, hic ab *heben*, id. Ut certius de natalibus hujus vocabuli judicare liceat, probe diſpiciendum erit, quænam prima illius notio cenſeri debeat. Illa,quam heic poſui,primum ſortita eſt locum, quia receptior, non quia ceteris prior. Mihi enim perſuaſum eſt, *hop* in genere congregationem notare : ita dicimus perinde ac Germani *en hop mænniſkor*, congregata hominum multitudo. Hinc quum congregata acervum ſæpe conficiant, altera, & mox adferenda, enata eſt vocis ſignificatio: animad

animadvertis interea B. Lector, Latinum *copia* quam parum hinc diſtet.

II. Conjunctionem notat, idque vel verbis additum, vel in ſocietate cum particula *i*: *ſætta ihop*, conjungere, *bæſtarne draga ej wäl ihop*, equi non bene idem jugum ſubeunt. Inter hæc ſcribendum, memoriam meam excutio, hancne ſignificationem apud veteres Scriptores invenerim: quod tamen non ſuccurrit. Sed antiquitatem tamen illius teſtari videtur Latinum *copulo*, quod olim fuit *copo*. Vossius Latinæ vocis natales arceſſit a πλοκή: ſed fateri licet, in hoc partu duram adfuiſſe Lucinam.

HOP, portio agri ſeparata. v. infra in *hump*.

HOPPA, ſubſilire, ſaltitare. A. S. *hoppan*, *hoppetan*. Germ. *hupffen*. Angl. *hopp*, *hobble*. Belg. *hippelen*, *huppen*, *huppelen*, *hubbelen*. C. B. *hobelu*. In veteri Gallia *hober* denotabat ſe movere: *ne hobe de là*, illinc ne te moveas. v. Spegelii *Gloſſar*. Eſton. *hyppæn*. v. Molleri *Deſcriptio Liv*. p. 250. Fenn *hoppu*, feſtinare, *hyppæn*, ſubſilire. Si Gothica vox eſt, ab *ha*, altus, ut putat Stadenius, in *Expl. Vocum Biblicarum*, derivari probabilius poterit, quam ab *hüfft*; *hyppe*, coxa. v. p. 323. vel ab *hof*, ungula, quæ conjectura eſt Thomassini, p. 691.

HOPPA, Scanis equam notat in primis juniorem, tanquam quadrupedantem. Græcum ἵππος hujus cognatum, non vero parentem dixero.

HORA, ſcortum. A. S. *hur*, *horcvena*. Al. *huor*. Isl. *hora*. Fenn. *huora*. Belg. *hoer*. Angl. *whore*. Germ. *hure*. Apud Norrmannos Galliæ, *hore*. Senſu forenſi dicitur de femina nupta, quæ cubile mariti ſui contaminavit, & ipſum peccatum *hor*, *hordom*: *Iönſkelæge* vero de furtis eorum, quorum neutra pars legitimo conjugi ſe antea ſociaverat. Ex uſu autem communi loquendi nomen hoc gerit impudica quælibet: ſed unde id vocabuli venerit, oppido incertum eſt, quum hi ex Ebr. הורה parturiens, illi ex Græco κόρη, puella, vel ὤρ, mulier, ὄαρ, uxor, & neſcio quibus non derivent. Qui vero domeſticam originem quærunt, aut præeuntem ſequi amant Wachterum aliosque, *hora* derivantes ab *hyra*, mercede conducere, ut eam proprie notet, quæ ſui copiam pro mercede facit, &, ut Poeta canit, ſtat cuivis certo mercabilis ære. (Latini ſimiliter a merendo meretricem formarunt, Græci πόρνην a περάω, vendo, Gothi *kalkja*, uti creditur, a χαλκός, æs vel nummus æreus) aut etiam Eccardo adſtipulantur, vocem hanc ab Alem. *horo*, ſordes, A. S. *horu*, deducente. Mihi hoc ultimum ſatis congruum viſum eſt, ſed non ex illo fundamento, quod monſtravit Vir modo laudatus, eſſe nempe plerisque gentibus in more poſitum, ut iſtiusmodi proſtibula injectis ſordibus collutulent, ſed quia video, ſimili metaphora Gothos noſtros alias uti. A *saur* enim, quod Iſlandice ſordes denotat, *saurlifi* formarunt veteres, hoc eſt impuritatem vitæ, qua termino fornicatio vulgo inſignitur, hodie *ſkörleſnad* nec non *ſköraktig*, ſcortator, proprie lutulentus. Sic etiam *ſtuprum* apud Latinos primario denotabat rem quamlibet turpem, ut ex Nævio probat Festus.

HORSTACKA eſt nomen contumelioſum, quod imponebant perditæ pudicitiæ feminis, ut nonnulli volunt, ab Iſl. *ſtacke*, tunica, vel potius a Gothico *ſtæcka*, quod eſt mutilare, ut in Dal. L. *p. 25*. *Hwar ſum fyrmir fæladi mans, ſtæckir ella ſtyfwir*: quicunque alterius pecus deturpat, mutilat aut truncat. Solenne enim erat pœnæ genus, ut adulterii deprenſæ mulieri nares, aures crinesque amputarentur. Vide ulterius in v. *næſa*. In Westg. L. *Rätl.* B. c. 10. ſynonymon occurrit *horſuta*, pro quo tamen alius Codex habet *hortugha*. Notum eſt, *wargtyta* ab Iſlandis lupam dici: an vero lupæ nomen in noſtra Lingua, ut in Latina, impudicitiæ nota fuit?

HORKONA, meretrix. A. S. *horcweana*. Islandi *portſæta* dicunt vel *portſætukona*, proprie quæ in porta ſedet. Plautus *proſedam* appellat, Fennones *porto*.

HORFWA, a conſpectu ſubduci, diſcedere. Östg. L. *Thiupt. c. 32. 5. Nu kan bonde ſtulin warda, tha ſkal han ſiri grannum lyſa, hwat hanum är hurwit*: ſi furto quid amiſſum fuerit, poſſeſſor vicinis ſuis indicabit, quid illi perierit. Conf. B. B. c. 26. Isl. *horfa*, id. *horfin*, ſubductus. Eſt hoc idem verbum, ac *hwerfwa*, quod infra occurret.

HORG & *haurg* fanum vel locus ſacrorum, ubi victimæ immolabantur. Voluspa, *Str.* 7.

Hittuſt Æſer a Idavelle.
þeir eþ hörg og hof hatimbrudu.
Conveniunt Aſæ in Idæ campo,
Qui

Qui ſana & delubra exſtruebant.

Ol. Trygov. S. Part. II. p. 63. Steffnir *let briota hof oc horga*, Stephanus ibi deſtruenda curavit delubra. Eſt hinc, quod modo nominata *Hiſtoria* Olavum hunc ab Ethnicis appellatum fuiſſe dicit *Haurgabriotur*, fanorum deſtructorem. A. S. *bærg*, *hearge*, fanum, lucus. Apud Rhabanum *baruc* vertitur Fanum, Capitolium. In transcurſu veluti notabo, fuiſſe apud veteres Romæ incolas templi genus, cui *Argeo* nomen fuerit, cujus mentionem præter A. Gellium, in *Noct. Atticis*, Ovidium, in *Faſtis*, Plutarchum Festum aliosque, facit Livius, Lib. I: 21. Horum ultimus ſpeciatim obſervat, Pontificum diſciplinæ hanc vocem peculiarem fuiſſe. *Loca*, inquit, *ſacris faciendis, quæ argeos Pontifices vocant, dedicavit*. Cauſſam quidem nominis adfert Festus, quod ibi illuſtres quidem Argivi ſepulti eſſent. Sed num ubicunque Argivus quidam ſepultus erat, ibi *Argeos* coſtruebant Latini? immo vero ſingulare loci nomen hoc non fuiſſe, docent modo allata verba Livii, ſed in genere loca ſacris faciundis deſtinata *argeos* appellitata. Adfero hoc de induſtria, in primis quum tot aliis indiciis obſervaverim, plurima ſacrorum nomina cum Scythis communia habuiſſe Romanos, & *Argeo* ſola pæne adſpiratione a voce Gothica differat. Retinemus monumenta priſci cultus idololatrici in variis locis, quæ nomen *Harg* apud nos portant, ut in Oſtrogothia, *Öſtrabarg*, *Veſtrabarg*, *Torsbarg* in Chron Rhythm. *Maj.* p. 282. hodie *Troſa*.

HORN, cornu. Vox omnium pæne Linguarum. Ebr. קרן, Gr. *κέρας*. Lat. *cornu*, a quo Galli, Itali, Hiſpani *cor*, *corne*, *corno*, *cuerno* fecere. Ulph. *haurns*. Isl. *horn*. A. S. *horn*, *hyrn*. Al. Germ. Belg. *horn*.

II. In Legibus Patriis *horn* metonymice ponitur pro animalibus cornigeris vel bobus: ita *horn och hof* denotant boves equosque. In Lege Ostrog. *B. B. c. 4*: *horngata* eſt via, qua aguntur hæc animalia. Sic in Legibus veterum Anglorum *horngild* eſt tributum, pro animalibus cornigeris exactum, *horn with horn* dicitur ubi animalia junctim paſcuntur. De phraſi *horn och har* vide mox in *horund*.

II. Notat cornua urorum aliorumque animalium, quibus in epulis propinabant, & de quibus multa tradit Wormius, in *Diſſert.* de *cornu Oldenburgico*, quibus addi poterunt, quæ habet Du Fresne, in v. *Cornu*, & Keislerus, in *Antiqu. Sept.* p. *366.* Lex Ostrogothica, *Gipt. B.* inter cimelia recenſet *gull*, *ſilfwer ok djursborn*, aurum, argentum & cornua animalium, uti *Catalogus Epiſcoporum Scarenſium* de Benedicto memoriæ prodit, apud eum poſt mortem inventa fuiſſe *ſtor ſilfkar ock marg djursborn*, ingentia vaſa argentea & magnam vim cornuum bubalinorum. Ulphilas calicem vertit *ſtikl*, Matth. *10: 42.* *Stikla kaldis vatins*: hoc vero *ſtikl* proprie cornu notat. Isl. *ſtikil*: ut adeo vel inde pateat, Gothos quoque exteros morem e cornibus bibendi æque habuiſſe, ac noſtros Majores, qui in Calendariis ſuis Runicis compotationes, ſub feſto *Julio* uſitatas, crebris cornibus repræſentant.

HORS, equus generoſior, militaris. Occurrit ſæpe in ſcriptis medii ævi *hrs*, & tanquam diverſum ab *hæſt*, qui erat equus communis. Chron. Rhyth. *p. 279.*

The drefwo in bade hrs och hæſta:
Eo agebant equos tam militares quam jugales.

In Legibus Westm. *B. B. c. 60.* ea menſura pretii equorum extat, ut *Rinnare*, equus curſor, 12 oras, *Gangare*, tolutarius, 24 oras, *Skiut*, equa, 8 & *Örs* 48 conſtiterit. Alemannos quoque diſtinctionem facere inter *ors* & *perdt* probatum videbis a Grammio, in Diſſ. de *uſu L. AngloSax. in Danica* p. 186. Goldastus, in *Parænetici*s, a veteri Poëta hunc verſum adfert, a Wachtero citatum:

Sin ors tet vunfzehn ſprunge.
Jeglicher zwo klafter lang.
Equus ejus 15 ſaltus fecit,
Et quemlibet duas orgyas latum.

Islandi præpoſita adſpiratione cumque aliqua literarum metatheſi *hroſs* dicunt, *hroſſætare*, qui carne equina veſcitur, quod erat epitheton ethnici. v. Ol. Trygov. S. Part. II. *p. 286.* In Gallia *roſſe* & in Italia *rozza* equum vilem denotat, ut ſolent peregre adſcita nomina pro vituperio imponere, uti *bouquin*, liber nihili, *trinquer*, ultra modum bibere. Antiquitatem vocabuli teſtatur Horsa, abnepos Odini,

eamque tantam, ut ab etymo quærendo temperare debeamus. Ceterum obſervat WACHTERUS, in Lingua Alemannica *horſch* celerem notare, quod huic animali optime quadrare, nemo negaverit: ſupra etiam docuimus, a ſimili cauſſa idem animal a nobis *hæſt* dici. De conjectura LEIBNITII conferri poterunt ipſius *Celtica, p. 102.* JUNIUS Anglicum *horſe*, & AngloSaxonum *hors* derivat ab ὀρσαι, citato greſſu incedere.

HORSA, equa: *hyrſa.* WESTG. L. *Thiuw.* B. c. 17.

HORUND, cutis. Scribitur etiam *harund*, in L. GOTHL. *c. 19: 57.* *þa en a harund cumbr, oc verþr ſar, þa bytir þu hædi ſar oc cleþi*: Si ictus ad cutim penetraverint, tum mulctaberis pro vulnere ſimul ac veſte. In ſcriptis Islandicis *horond* ſæpe occurrit, *fagr horondar lit*, pulcer cutis color, *horondlios*, qui nitentem cutem habet. v. VERELII *Index p. 123.* Craſin etiam vox hæc olim ſubiit, ita ut *horun* & contracte *horn* inveniatur ſcriptum. Non enim, ſi quid ego video, alio referenda erit phraſis illa *horn och har*, quæ de infantibus recens natis uſurpatur. UPL. L. *Ärfd. B. c. 11. Tha ſigir then wid ſwar ſitter, at barn war qwikt fött, ok tha miölk af modborſpina, ok ſyntis a horn ok har*: tum dicit ille, cujus eſt, rem defendere, infantem vivum natum fuiſſe, ſuxiſſe lac de uberibus matris, viſamque fuiſſe cutem & crines. Sic LEX DALICA, *p.* 3. *Nu ær barn föot bäſtum hælluin, hawir hadi horn oc haar*: Jam infans natus eſt optima valetudine, habens cutem crinemque. Confirmat hanc meam conjecturam LEX SCANICA, quæ expreſſe habet *hud och har*, c. 1: 2. *At thet barn war föt med naghl oc næſæ oc mäd huth oc har*, infantem natum eſſe cum unguibus & naſo, cum cute & capillis. Germani ſimiliter *haut und har* conjungere ſolent. v. JUS ALEM. *c.* 73. In modo citata LEGE DALICA, p. 5. ſancitum legitur, quam pœnam ſubitura ſit venefica, ſi deprehenſa fuerit med *horn och har*, *quict oc döt.* h. e. quæ penes ſe habere inveniatur ad malas artes exercendas particulas humani corporis, ut id uſurpaſſe ſuperſtitioſum vulgus, fama eſt. Non quidem ignoro, per *horn* heic ungues a quibusdam intelligi, ob materiam eorum corneam; ſed collatio locorum parallelorum meæ tamen explicationi magis patrocinari videtur. Modum faciam, ubi de noſtro *horund* duo momenta addidero. Prius eſt, mihi perquam veriſimile videri, ex hac voce, nec aliunde, explicandam eſſe Alemannicam & Longobardicam vocem, nulli indictam Antiquitatum Nomicarum Scriptorum, *haranſcara* (hanc enim veram eſſe vocis lectionem, recte judicat Conſultiſſimus SCHILTERUS, in notis ad *Epinicion* LUDOV. *v.* 27. dum alias ſcribitur *harmiſcara*, *arniſcara*, & neſcio quot modis aliis) Erat autem hæc pœna ſervorum, qua flagellabantur, & inſuper, poſt detonſos capillos, ſtigmate notabantur. Videor mihi, heic videre vocem mere Gothicam *harundſcara* vel *harundſcart*, uti alias *Leges Bojoariæ* habent, conf. *litſkarti*, membrorum læſio, *orſcardi*, auris læſio, infra nec non, in *v. ſkarda.* Ratio autem cur ab *horund* potius quam ab *har*, capillus, denominationem tactam credam, illa eſt, quod pœna hæc proprie in flagellatione conſiſtebat, crinium vero amputatio acceſſorium erat, turpe quidem, ſed a quo ipſa pœna haud adeo commode appellari potuit, ut taceam *haran* ſua terminatione a voce *har*, crinis, divertere, quum alias ſimpliciter *harſcara* eſſe oporteret. Deinde *haranſcara* pro omnis generis pœna corporali ſumi cœpit, immo pro quovis vindictæ genere: quod in cauſſa fuit, cur Interpres Vocis AngloSaxonicæ *hearnſcearu*, animadverſionem verterit, non mala quidem, ſed juſto generaliori, quam pro ratione veræ ſignificationis, vocis acceptione. Immo quoties in Gloſſis veterum *haranſcara* occurrit, per flagellationem fere explicatur: qui idem ſenſus confirmatur auctoritate NOTKERI, in *Pſalmo 72: 5. Sament in ne uuerden ſi geharinſcarot*, quod exprimit verba Pſaltis: cum hominibus non flagellabuntur. Nec de cetero incognitam exteris vocem noſtram fuiſſe, probabo auctoritate vocis *horngibruader*, qua OTFRIDUS leproſum reddit, cujusque natales neſcio, an quisquam rite explicuerit. Ait quidem WACHTERUS, morbum hunc ita appellari, quia cutim reddit quaſi corneam. Sed errat: *horund* enim cutem denotat & *bruader* corruptum, ſive a *brytan*, rumpere, ſive ab A. S. *bre-*

Digitized by Google

S. *bretbnian*, crepare, ſtridere, quemadmodum A. S. *hreof*, lepra appellatur a *hreob*, aſper. ULPHILAS *thruthsfillai* hoc morbo laborantes appellat, a *trutna*, Isl. intumeſcere, & *fill*, cutis. Conf. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 120. ubi *blec thruſtfel*, vitiligo, ex *Gloſſis Manuſcriptis A. S.* occurrit, a *blec*, *blegbe ne*, puſtula. Alterum, quod annotatum vellem, eſt conformitas Latini *corium* & Gothici *horund*, *h* & *c* vices alternantibus, ut toties jam vidimus. Si vero quæras, nosne noſtrum Latio debeamus, me quidem negare profiteor. Ab uno fonte hauſimus ambo, ſed nos ſoli noſtræ vocis rationem reddere novimus. *Horund* vel *harund* quippe dicitur ab *hår*, pilus, cujus ſedes eſt, unde etiam *hårgården* alio vocabulo dicitur, quaſi pilorum ſolum.

HOS, apud. Particula non vetuſtiſſimi uſus, veteres enim *hia* dixiſſe vel *hi* novimus. Unde vero *hos* hoc pullulaverit, ſcire arduum: nonnunquam ego credidi, ab *hia*, addito *s* finali, ut adverbiis id non raro evenit, e. g. *till*, *tills* &c. *hias* factum, & deinde *hos*: alias vero ſuſpicatus ſum, ab Alemannico *az*, quod etiam apud notat, Gothicum orbem *hos* feciſſe. Ab hoc *az* apud KERONEM eſt *azpim*, adſum, apud TATIANUM *azſtantu*, adſtant. Sic forte ſchema genealogicum erit, Lat. *ad*. Ulph. *at*. Alem *az* & *bas*. Goth. *hos*. Galli *h* in *c* convertentes olim *cheuz* dixere, deinde *chez* & aliquando duriori pronuntiatione *ſus*. v. DICT. ETYMOLOGIQUE, in *chez*.

HOSOR, veſtimentum, pedes contegens. Ant. *huſſor*. CHRON. RHYTHM. p. 63.

Han læt ſik förtæckia huſor ok ſko.
Sibi ferreo munimento tegenda juſſit tibialia & calceos.

Commune eſt hoc vocabulum omnibus fere populis Gothicis Celticisque. C. B. *hoſan*. Arem. *heuſou*. A. S. & Al. *hoſa*. L. B. id. Germ. *hoſen*. It. *huoſe*. Angl. *hoſe*. Gallice *houſſeaux* & item *chauſſe*, quod durius pronuntiandi genus imitati videntur Belgæ *kouſen* dicentes, cui affine eſt Isl. *kauſung*, quod uſurpatum video pro tunica, uti in HEIMS KR. Tom II. *p. 174.* ubi *kauſung* & *hjup* tanquam ſynonyma occurrunt. *Fodrad kauſung* eſt tunica pellicea. Quum hæc, quæ attuli diverſarum Linguarum, vel tibialia vel feminalia denotent, utpote quæ ad talos olim demittebantur, vel tandem togam, ad pedes usque pertinentem, veriſimilis mihi videtur conjectura, *hoſas* dictas olim ab A. S. *hos*, calcaneus, quam vocem habent SOMNERUS & BENSONIUS. Solent veſtimenta a corporis humani membris ſæpe nominari ut *tibialia*, *feminalia*, &c. Apud Aremoricos *heus* ocreas notat, *heuſafs*, ocreas portare. RICHARDI *Thes. L. Brit.* Aliud etymon affert PELLETIER, in *Dict. Britann.* Cambricum nempe *hawdd*, commodus.

HOSTA, tuſſis. A. S. *hweoſt*, id. *hweoſtan*, tuſſire. Germ. *huſte*. Belg. *hoeſt*. Angl. *houſt*. Belg. *hoeſte*. Reperies Græcas origines apud WACHTERUM aliosque, ſed quas valere jubeamus, dum ante pedes, quod quæritur, adeſt. Teſtatur quippe GUDMUNDUS ANDREÆ, ſuos populares pectus pulmonem verſus *höſt* appellare, a quo, ſimplici derivationis lege, fit *hoſta*, ſive quod tuſſis ſedes pectus eſt, ſive quod illi purgando inſervit.

HOT, fuſtis, qui humi defixus materiem ſepis ſuſtinet. De hac voce nil, quod moneam, habeo, niſi quod Oſtrogothis in uſu ſit, quodque inde derivatum *höta* in LEGIBUS OSTROGOTHICIS occurrat, notans fuſtes vel palos deſtituere. *B. B. c. 16. Sidhan mugbu ther ſtawra um höta*, inde palis defixis ſepem circumdare poterunt.

HOTA, minari; dicitur etiam *höta*, inter quæ duo id tamen diſcriminis obſervatur, ut illud fere verbis fiat, hoc geſtibus. Ut de priori in præſentia agamus, occurrit jam apud ULPHILAM *hvotjan*. MARC. 10: 48. *Hvotidedun imma managai, ei gathahaidedi*: comminabantur ei turbæ, ut taceret. GUDMUNDUS ANDREÆ, in *Lex. Isl.* p. 127, habet *hvota*, aciem vel mucronem exſerere, acie minitari. Plura vide apud JUNIUM, in *Gloſſ. Ulph.* p. 279. STJERNHJELMIUS derivatum putat ab *heta*, promittere, ut notet mali quidpiam promittere, *Gl. Ulph. p. 84.*

HÖTA, id. CHRON. RHYTHM. *p. 241.*
Han högg ath honom, ok ey hötte.
Ictum ei dedit, nec ſolum minabatur.

In Pandectis noſtris canon ille diverſimode repetitus occurrit, *hött är med engu hött*, minarum nulla pœna eſt: *höttær ær ſkött höttær*, minæ facile luuntur. Apud Islandos *heit* minas notat, & *heitaſt*, minari. HEIMS KR. Tom. I. p. 147. *Konungi mun ecki duga, at heitaſt*

eda

eda beria a innanlands folk: Regi non convenit, mala minari atque inferre indigenis. *Heita* in genere ſignificat promittere, hoc itaque ſi cum voce *bota* affinitatem habuerit, ſignificabit mala promittere, quod quippe nil aliud eſt, quam minari. Confirmari illa, quæ dixi, forte exinde poterunt, quod videamus, *böta* de ſimplici promiſſo uſurpari. Upl. L. *Thing. B. c.* 1. 3: *böte witnum i thingi*, promittat teſtes in judicio, id quod alias dici ſolet, *feſti witnum.*

HÖTSL, minæ. Östg. L. *Edſ. B. c.* 5.

HÖ, foenum. Ulph. *hawi.* A. S. *hæg, hig.* Al. *heuuui, houuui.* Isl. *hei.* Angl. *hay.* Germ. *heu.* Belg. *hoy.* Fenn. *heinæ.* Derivat M. Casaubonus ab ἔια, gramen, Junius vero & ingens ſectatorum numerus ab *hauen*, ſecare. Compoſita habemus *höand*, fœniſecium, *höbergning*, fœni collectio in horrea: *höſäte*, meta foeni minor, *höſtack*, meta major. Unde proverbium, *wara ſom hund på höſtacken*, quod Græci ἡ κύων ἐν τῇ Φάτνῃ efferunt, deque iis uſurpant, qui ipſi non fruuntur, & alios arcent.

HAFALL, tempus fœniſecii. v. ſupra, ſuo loco.

HÖFDA in foro patriæ antiquo dicebatur is, qui reliquis conjuratoribus verba juris jurandi præivit, *höfda eden. Högm. B. L. L. c.* 1. *Hæradshöffdinge höffde eden*, judex territorii verba juranti præeat. Dicitur alias *ſtafwa eden. v. Edſ. B. L. L. c.* 22. Originem inde ducit *munhæfthe* formula, concepta verba, in Lege Scanica. Vide infra in *mund*, os.

II. Pendere, expendere, quantum in ſingula capita competit. Occurrit hoc ſenſu in Lege Dalica, p. 11. §. 30. *Hvar ſum dræpir man, höfdi ſialwir halwa bot*: quicunque homicidium perpetrat, dimidiam mulctam ſolvat. Conf. Östg. L. *Drap.* B. c. 7. Radix eſt *hofud*, quod in obliquis & compoſitione *u* ſæpe excludit: (e. c. Kon. Styr. p. 80. *I hofdom er hjärne*, in capite cerebrum eſt) ut adeo, quod priori loco attulimus, ſit capita legis recitare, hoc ſecundum capita mulctam expendere.

HÖFDING, princeps, ab *hufwud*, caput. Pro ratione compoſitionis varia denotat, ut *Landshöfdinge*, Provinciæ Gubernator, *Hæradshöfding*, territorii præfectus. Ejusdem valoris eſt *Höfwidsman*, unde *Hærhöfwidsman*, Dux exercitus. Dicitur alias *hufwudman*, ſed quod non tam honoris & dignitatis nomen uſus eſſe voluit, quam potius ordinis, ut anteſignanum denotet, ſive in ſcelere perpetrando, ſive alio quovis opere. v. Hels. L. *Manh. B. c.* 15. Skåne L. *p.* 17.

HÖFLIG, modeſtus. v. ſupra in *hof.*

HÖFT, coxendix. Ulph. *hup.* Marc. 1: 6. A. S. *hype, hip.* Al. *huffo* & *huf.* v. Leg. Alemann. c. 175. §. 2. Angl. *hip.* Belg. *heupe, hüfte.* Germ. *hüfte.* De nominis origine varia tradita invenies apud Etymologos, & a Wachtero ſtudioſe recenſita. Ego dum Scythica video, otium mihi permiſſum puto.

HÖFT, conjectura. Uſurpatur in formula *ſæga på höft*, quum præter propter aliquid deſcribimus. Fontem vocis quærere debemus in Islandico *höfva*, collineare, quod habet *Index* Verelianus, p. 120. Bibl. Isl. *Sam.* 20: *ſkiota til hæfis*, collineare. Helſingi hodieque dicunt *höfwa till, höfta* i. e. conjicere.

HÖFWAS, convenire. v. ſupra, in *hof.*

HÖFWEL, runcina, dolabra. Isl. *hefill.* Gudm. Andreæ *Lex. Isl.* p. 109. unde *hæfta*, runcina lævigare. Germ. *höbel, hobel.* Fenn. *höylæ.* Credidero, primam vocis ideam eſſe, quod lævigationis atque adeo ornatus inſtrumentum ſit, ut adeo ad eandem familiam pertineat, ac *hæfwa*, decens eſſe, *höfsa*, ornare, inſtruere, *höfwelig*, decorus, pulcer.

HÖFLA, runcina complanare: & metaphorice agreſtes alterius mores corrigere, quaſi diceres, quod rude habet, lævigare. Isl. *hefla.* Germ. *hobeln.*

HÖG, altus. Ulph. *hauhs*, unde *hauhjan*, elevare, & *hauhan*, id. Joh. 10: 4. A. S. *hea, heah, heag.* v. Junii *Gloſſ. Ulph.* p. 190. *hean*, attollere. Al. *houch, houg.* Isl. *har, ha, hatt.* Angl. *high.* Belg. *hoog.* Germ. *hoch.* Cymræcis *ucho* eſt ſupra & *uchel* altus. Uſurpatur tam de rebus phyſice altis, quam moraliter eminentibus. *Höga berg*, montes alti, *hög gunſt*, magna gratia, vel a viro magno præſtita, *högboren*, illuſtri loco natus.

II. Gravis. Chron. Rhyth. *p.* 79.

Tha wore idor ſak ei ſwå hög:
Tum crimen veſtrum adeo grave
non fuerat.

Inde habemus *högmål*, caſus gravior, quem titulum gerit caput Legum antiquarum, quod agit de delictis gravioribus, ut ſunt felonia, peccata con-

Digitized by Google

contra naturam, veneficia, &c. in WESTG. L. *Arfd. B. c.* 5. eadem hæc crimina dicuntur *höga gerninga*. Latino-Barbari ſimili loquendi genere proditionem *altam* dixere, quæ committebatur cæde Regis, (Gall. *haute trahiſon*) parentis vero, uxoris filiorumque *baſſa* erat proditio. v. DU FRESNE, *Gloſſ. Lat.* in v. *altus*. Ad eandem claſſem hanc pertinent termini Legales *högſta wåde*, graviſſimus caſus fortuitus, *högſta ſår*, graviſſima vulnera.

III. Provectus: ſic dicimus *hög ålder* de ſenio, *hög tid*, de tempore tantum non præterlapſo, *hög dag* de multa die. Belg. *hoogh dagh*. Uplandi *hög-quællen* appellant confinium noctis, nec id ſine auctoritate veterum: Iſlandi quippe *havetur* de adulta hieme uſurpant, ab *há*, altus, & *vetur*, hiems. STURLÖGERS S. *p. 10.*

IV. Latus. Occurrit hoc ſenſu in B. B. L. L. c. 3: 5. *Skulo alle wægha ſäx alna högt rydde warda*: Omnes viæ ad ſex ulnarum latitudinem complanatæ erunt. Obſervat VERELIUS, ad *Verſionem* LOCCENII *Lat.* p. m. 69. ruſticos hodieque lapidem molarem, tres ulnas latum, appellare *tre alnar hög*.

HÖG, cumulus. Iſl. *haug*, *hæd*. Angl. ant. *ho*, *how*. L. B. *hoga*, *hogia*. v. SPELMANNI *Archæol. p. m. 294.* Hoc nomen inprimis geſtant tumuli illi ſepulcrales, *ættehögar* dicti, qui in defunctorum memoriam & honorem erigebantur ſub ethniciſmo, unde *heigaſt* eſt ethnico more ſepeliri. *Haugaold* appellabatur epocha illa, qua hoc modo juſta perſolvebantur mortuis, ab *haug* & *old* vel *auld*, æra. v. HEIMS KR. Tom. II. p. 450. *Men ſogþu, at ſu aulld heſþi verſt verit þar i landi, er Danir hauſþo vald yfer Noreg*: vulgo dicebatur, illud tempus fuiſſe infeliciſſimum, quo Dani rerum in Norwegia potiebantur. Altera epocha erat *brunaold*, tempus cremationis. v. HEIMS KR. in *Præf.* Quum porro tempora ethnica Chriſtianiſmo antiquiora eſſent, tumuli vero inſigne eſſent gentiliſmi; facile patet, unde factum ſit, ut *höga-byr* uſurpetur pro pago vetuſto, ÖSTG. *L. B. B. c. 28.* WESTG. *L. b. t. c. 6.* & in LEGE SCANICA *höge-mæn*, p. 2 dicantur, qui ſacro baptiſmate non ſunt initiati. Conf. ſupra in *Hedenhös*. Ab eodem in tumulis ſepeliendi ritu profluxit loquendi illud genus, *ganga til högs at hemul leta*, ad tumulum ire emtionis confirmationem petitum. Hoc vero ut rite intelligatur, ſciendum eſt, antiquis in uſu poſitum fuiſſe, ut, ſi quid a quopiam a-ctum eſſet, ob quod interveniente morte in jus vocari non potuit, ad locum ſepulturæ irent cum jurejurando & conſacramentalibus, fidem defuncti imploraturi, quod dicebatur vulgo *conteſtatio ſuper ſepulcrum*. v. HALTAUSII *Gloſſ.* in v. *Grab*. Conf. SUDERM. L. *Manh. B. c.* 21. WESTM. L. *Manh. B. c. 9.* Indidem etiam eſt, quod *högafilf* in LEGE SCANICA, *p. 66.* audiat theſaurus, in terra defoſſus, qui Regi ceſſit, tanquam qui tempore ethniciſmi depoſitus ſit. *Tingshög* vero dicebatur tumulus, in quo Reges jura populo diſtribuebant, qualis apud veterem Upſaliam hodieque viſitur. De *Saur*, cane, Norrvegis pro Rege dato, dicitur *han ſat a haugi ſem Kongr*, tumulo regium in modum inſidebat.

HÖGFÄRD, ſuperbia. Germ. *hoffart*. Al. *hohfart*, *hohvart*. WACHTERUS vocem recte ab *hoch*, *hög*, derivat; ſed de altera vocis parte ipſi non æque conſtitit, quippe quæ non referenda ad *fara*, tendere, ſed ad A. S. *ferth*, animus, Iſl. *vær*, ut pluribus infra dictuti ſumus, ad v. *lättfærdig*.

HÖGMOD, id. In INSTITUTIONE REGIA, p. 93. & alias ſcribitur *hugmöda* & *hugmödogur*; ſuperbus. *Hugmöda är en howdlaſtr, ther man halder ſik ſwa gotlan i hug ok hjerta, ok forſma andra mæn*: ſuperbia eſt capitale vitium, quando quis ſe facit maximi in animo & corde ſuo, aliosque præ ſe contemnit. Judicares hinc, *högmod* vi vocis denotare animi ſollicitudinem vel anxietatem, ab *hög*, mens, & *möda*, moleſtia ſed hoc niſi tempori, omnia mutanti, adſcribere velis, pro mera alluſione haberi poterit, quum ſibi aliisque nemo magis ſit moleſtus, quam qui inflatus eſt. Auctor *Hiſt.* ALEX. M. ſcribit *högamod*.

Swa plægar man löna allt högamod:
Ita ſuperbiam rependere ſolemus.

Et ſic alibi non raro. Alii tandem *homod* ſcribunt, uti mox probabitur. De cetero Germanice *hochmut* vocatur. A. S. *heahmod*. Al. *homudiger*, tumidus, elatus, apud JUN. *Gloſſ. Goth.* p. 191. ULPHILAS ſimili compoſitionis ratione ſuperbiam vocat *hauhhairtei*. MARC. 7: 22.

2. In Scriptis medii ævi *hoghmodh* & *homod* denotat inſultum, vim, oppreſſionem. Exempla rem illuſtrabunt. In *Mandato* ERICI POMERANI, *de Anno 1413.* §. 7. ad calcem LEG. BIRC. p. 38. legimus: *Ware thet ſwa, at noghor man ho han helzt ware, noghan fordachtinga vilde med hoghmodh, ſom ey wilde ræt ſtande*: ſi acciderit, ut quiſpiam, quicunque fuerit, vi aperta ad jus citatum eximere voluerit, qui vocatus adeſſe abnuat. Conf. TEGELS *Hiſt.* GUST. I. Part. I. p. 214. In *Gloſſario* LIPSIANO hoc

curſi-

currit *heimodi*, furor, ad quam vocem SOMNERUS ſequentia annotat. "Quod "quis tanquam impos animi furore a- "ctus facit, *in the hot mood* Anglice fa- "ctum dicimus, *hot* autem, a Saxonico "*hat* veniens, ferventem ſignat, *moode* "Sax. *mode*, Teut. *moed*, mentem, ani- "mum. Non improbabilis mihi conjectura videtur, ab hoc *heimod* & OTFRIDIANO *heimuat* diverſum non eſſe præſens vocabulum, ſed quod cum non diſſono altero confuderit uſus. Monere debeo, *homod* hoc etiam paſſive uſurpari pro injuria & violentia, quam quis patitur. CHRON. RHYTHM. p. 324.

Edert homod jak hæmpna wil:
Veſtram ignominiam ego ulciſcar.

HÖGMESSA, L. B. alta miſſa, utpote quæ non muſſitando, ut *tighiandæ mæſſæ*, (v. WESTG. *L. Kirk B.* c. 13. §. 3.) ſed clara voce recitatur.

HÖGTID, feſtum: ab *hög* & *tid*: cujus utriusque vocis ratio reddenda. *Hög* lucem accipiet ab illis, quæ ad proxime præcedens vocabulum annotavimus: denotat nempe vocem claram & ſonoram in ſacris; *tid* vero liturgiam vel officium ſacrum, quod Alemanni æque ac alterum *tid*, tempus, duriori ſua pronuntiatione efferendum putarunt, *zeit* dicentes. v. infra in *tid*. Occurrit nempe apud OTFRIDUM, Lib. III. c. XXII: 3. de encæniis Judæorum.

Thioſelbon hoho ziti
Firotun thie liuti:
Hoc feſtum
Celebrabant homines.

Id. Lib. I. XXIII: 24. habet *zen hohen gizitin*, ad ſummas feſtivitates. AngloSaxones *heah-tide*, tempus feſtum & geniale nuncupavere. Nos hodie *högtid* appellamus ferias ſolenniores, in primis feſtum Natalitiorum Chriſti, Paſchatis & Pentecoſtes, quo ſenſu etiam Jus ALEMANNICUM, c. 353. obſervante WACHTERO, nominat hæc tria feſta *drie hohzit*. STADENIUS, Vir Gothice doctiſſimus, *hochzeit* ab *hogen*, delectare, derivandum voluit: ſed obſervandum eſt, lætitiam non niſi notionem vocis acceſſoriam eſſe, in eundem modum, quo *feſtivus*, hoc eſt lætus, jocularis, a *feſtus* deſcendit.

2. Nomen idem datum eſt cuilibet ſolennitati, in primis ſacræ, cujusmodi recenſentur in *Gipt. B. L. L. c. 8. Bryllup, Kirkiogångsöl, Utfärdaöl, thå liik ſkal jordas, Erfwe eller Præſtöl*, h. e. nuptiæ, epulæ ob ingreſſum in templum poſt partum, parentalia, convivium pro adita hereditate, cœna Sacerdotis aditialis, quæ collectivo vocabulo mox dicuntur *förenämda högtida*, prædicta feſta. Germani ex his omnibus titulum hunc unis nuptiis reliquere. Habemus ex hac voce factum *högtidelig*, ſolennis.

HÖGSÆTE, locus in triclinio digniſſimus. A. S. *heahſet*. Isl. *haſæte*. HEIMS KR. Tom. II. p. 188. *þa var ſidur i Noregi, at Kongs haſäti var a midium, langpalli, var öl um eld borit. En OLAFR K. let fyrſt giora ſier haſäti a hapalle um þuerru ſtofu: han let fyrſt giora ofnſtofur oc ſtragolf um vetur, ſem um ſumar*: Antiquus in Norrvegia mos obtinuerat, ut locus honoratior eſſet in ſcamno longiori, potusque præter ignem portatus fuerit. OLAVUS autem ſedem primariam transtulit in adverſam domus partem: ille primus caminos condidit, ſolumque ſtramento contexit hieme æque ac æſtate. Diſcimus hinc, locum honoratiorem hypocauſti fuiſſe a latere domus e regione ignis, qui pro more ejus ævi in medio conclavis ſuper ſtrato lapideo, *brandſten* dicto, accendebatur, fumo per tectum exeunte, ut idem fit in Finlandiæ tuguriis hodieque. Sic legimus in HEIMS. KR. Tom. I. p. 141, in deſcriptione templi ethnici: *Elldar ſcyldo vera a midio golfi*. OL. TRYGGV. S. Ed. Skalh. Part. II. p. 42. *Varo þa georver eldar ſtorir eptir endilöngu ſkalagolfinu, ſem i þann tima var tidt, at drecka öl vid eld*: Erant tum ignes accenſi in pavimento domus in longitudinem, uti illo tempore moris fuit, cereviſiam ante focum bibere. Addo locum LEGIS HELSINGICÆ, *Manh. B.* c. 6. ubi prima pars ædium eſt *lana* vel atrium, altera limen, *triskulla*, tertia focus, *arn*, quarta, *galbank*, quinta *quinnabänk*, ſexta lectus. Et alia fere non fuit elegantiorum quoque Nationum ante aliquot ſecula ædificandi ratio. De Græcis certum eſt, eos in medio conclavi ignitabulum habuiſſe vel focum, in quo tædas urerent luminis cauſſa, fumo per feneſtras emiſſo. Nec minus id de Latio conſtat, ut quoque nullum habemus nomen Latinum, quo tubum lateritium, per quem fumus exit, nominare poſſimus. v. VOSSII *Etymol.* in v. *caminus*. De Britanorum palatio notabilis locus eſt, quem ex HOELI LEGIBUS adfert SPELMANNIUS, in *Archæol.* in v. *Adelingus*. p. m. 10. *Edling, qui poſt Regem habet ſuccedere, præ omnibus, qui ſunt in Regia, præter Regem & Reginam, honoratur. Iſte erit vel filius ejus vel frater ejus. Locus ejus eſt in aula ultra ignem, in oppoſito Regis. Inter heredem & columnam primo loco habet Judex ſedere, &c.*

HÖGER, dexter, *högra handen*, manus dextra. Cur ita dicta ſit, duplex mihi conjectura incidit: aut enim derivatum cenſeri poterit ab Iſl. *hæger*, commodus, quum illa manus fere aptior ſit obeundis negotiis, aut etiam, quod ma-

malim, ab *hög*, altus, quatenus ſenſu morali honoratum denotat, quum apud pleraſque gentes, qui ad dextrum latus incedebat aut accubuit, locum honoratiorem occupare cenſeretur. Simili plane ratione veteres Alemanni dextram appellavere *erwurtheren hand*, manum honoratiorem, ut videre licet in *Paraphraſi vetuſta Symboli Apoſtolici* BOXHORNIANA. *Ik kelave that he, thar nu ſetet eth erwirtheren han ſines vaders*, credo, quod ibi nunc ſedeat ad digniorem manum Patris ſui. Ex hoc quoque credo natum illud loquendi genus, quod *öfwerhand & högerhand* promiſcue uſurpetur: quum nempe dicimus *han haf wer öfwerhand*, idem eſt, ac ſi foret *högra handen*, vel ſuperior inde exceſſit, *få öfwerhand*, dignitate vel potentia augeſcere, quod etiam *högra hand* ſcribitur in CHRON. RYTHM. p. 106.

Bönderna fingo ther högra hand:
Bondones ibi ſuperiores erant.

Germani ſimiliter uſurpant *überhand nemen*, ſed dubito, an quisquam ejus gentis eruditorum phraſeos hujus rationem reddiderit.

HÖK, accipiter. Ubi in Codicibus Legum noſtrarum, uti WESTG. L. *Forn.* B. ad finem, SKÅNE L. p. 37. hoc volucrum genus nominatur, intelligi debent falcones, quos ad venatum exercebant viri illuſtriores. Iſl. *haukur.* A. S. *hafoc.* C. B. *hebog.* Alem. *hapob, hauech.* Iſl. *haukr.* Fenn. *haucka*, *lin duhaucka.* Germ. *habicht.* Belg. *havik.* Angl. *hawk.* Si JUNIO, in *Etym. Anglicano*, credimus, Britannicum illud *hebog*, quod pro ceterorum fonte haberi poterit, derivatum eſt ab *hafog*, quod in eadem lingua devaſtaſtamentum notat, & unde adhuc remanet inter Anglos *to make havock*, vaſtare. Alii ab *happen*, prehendere, derivant: quod qua ſenſum nec male convenit. Sed præſtat, GUDM. ANDREÆ auctorem ſequi, qui *haukr* dictum putat ab *huka*, ſubſidere avium more. Et ſane nil indolem hujus avis melius exprimit, utpote quæ, viſa præda ſua, ſtatim ſe ſubmitit, ut delitesat, tempeſtive provolatura. Novimus, Boreales has terras accipitrum natale ſolum eſſe, & adeo veriſimile fieri, nomen non eſſe peregrinum. Quanto in pretio vero olim fuerint viris principibus, multis oſtendere poſſem, ſi id jam ageretur: vide interim HEIMS KR. Tom. I. p. 604. Notabilis eſt locus LEGIS LONGOBARDICÆ, Lib. I. Tit. 9: 33. *In compoſitione widrgild, volumus, ut ea dentur, quæ in Lege continentur, excepto accipitre & ſpatha, quia propter illa duo aliquoties perjurium committitur, quando majoris pretii, quam illa ſint, eſſe jurantur.* v. CAPITUL. Lib. IV. TIT. 21.

HÖKANATT vocabatur a Borealibus feſtum, quod media hieme celebrabatur. De illo STURLÆSONIUS ita, in *Vita* ADALSTENII R. p. 140. *Hann ſetti þat i laugum, at haſa Jolahald þann tima ſem Chriſtnir menn, oc ſkylldi þa hvor maþur eiga mælisöl, enn giallda ſe ella, oc hallda heilagt meþann Jolinn ynniz. Enn aþur var Jolahalld haſt hökonott, oc halldinn þriggia natta Jol. Juliorum* ſolennia feſta ſtatis Chriſtianorum feriis celebrari juſſit, atque ut quilibet conviva certam frumenti ſymbolam ad inſtruenda repotia adferret, quod ſi quis prætermitteret, mulctaretur, ut ſic ſolenniter debitaque religione ſtati *Juliorum* dies celebrari poſſent. Scilicet priſcis temporibus incidebat feſtum *Juliorum* in vigiliam, quæ dicitur *hökanatt*, circa medium hiemis, triumque dierum ſolenni cerimonia ſacrum colebatur. Non uno nomine notabilis eſt hic locus, utpote qui docet, quo tempore veteres Gentiles magnum ſuum *Juliorum* feſtum celebraverint, differentiamque, quæ inter feſtum hoc & Chriſtianum interceſſit. Sed ut id in præſentia non agimus, ita obſervamus tantummodo, *hökanatt* illud feſtum nomen habere ab accipitribus, ea occaſione olim immolatis. Rem ita narrat DITMARUS, in *Chronico, Lib. I. p. 12. Eſt unus in his partibus locus*, (de Dania ſermo eſt) *caput iſtius regni Lederum nomine* (hodie Leyre) *in pago, qui Selon dicitur, ubi poſt novem annos menſe Januario poſt hoc tempus, quo nos Theophaniam Domini celebramus, omnes conveniunt, & ibi Diis ſuis 90 & 9 homines & totidem equos cum canibus & gallis, pro accipitribus oblatis, immolabant.* Videmus ita, gallos ſuccedaneam hoſtiam fuiſſe pro accipitribus, utpote qui tanta copia ægre forſan cogi poterant. Sacrificio vero deſtinati erant accipitres vel tanquam qui ſummo in pretio apud veteres Scandinaviæ incolas erant, vel quia ita ex ODINIANA diſciplina myſtica gentes Septentrionales edocti erant. Novimus quippe, in honorem ſolis hoc feſtum inſtitutum fuiſſe, apud Ægyptios vero accipitres eidem ſacros habitos, quippe qui occulta naturæ vi ſolem adverſum contueri audent, tradente HORAPPOLLINE.

v. Wachterus, in *Concordia. Naturæ & Script.* c. 9. De alio hujus diei nomine *Modranatt* v. Scaliger, de *Emendat. Temp. Lib.* 2

HÖKARE, ſalgamarius, propola ſalſamentorum aliarumque rerum edulium. Germ. *höker.* Angli *hawker* appellant mercatorem circumforaneum, *buckſter*, propolam. Belg. *hoecker*: illud formatum credit Skinnerus ab *hawk*, accipiter, idque ob rapacitatem, hoc Junius ab *hoek*, quod Belgice hamum notat, qui ubique his lucripetis pendet. Sed non credo, convicium ſponte adſciſcere voluiſſe hos non inhoneſtæ ſortis homines. Audiendos itaque illos malo, qui ab *oker*, foenus, nomen hoc derivant, quo inclinare videtur Schilterus, in *Gloſſ.* p. 473. Confirmat hanc etymologiam Gloſſator ejus AngloSaxo, qui habet *hoeca*, æſculus, æſculator, nummularius, quo inſuper pertinet, quod veteres Belgæ foenus promiſcue *hoeker* & *oeker* appellaverint, ut adeo antiquiſſimum hujus noſtri lucrum fuiſſe id videatur, quod ex foenore faciebat, quodque deinde ad alia eſt translatum. Haltausius derivat ab *hocke*, ſarcina, unde *hucchen*, incurvari ad bajulandum, ut proprie notet talem, qui edulia dorſo in urbem bajulat.

HÖLJA, velare, operire. Ant. *hylja.* Dal. L. *p. 14. Hawer man brunn i gardi, han ſkal hylja oc umhylia*: qui puteum domi ſuæ habet, eum circumſepire & operire debet. Ulph. *huljan.* Marc. 14: 65. *Dugunnun ſumai huljan andwairthi is*, coeperunt quidam velare faciem ejus: hinc *gahulid*, tectus, *andhuljan*, revelare, *andhulein*, revelatio, *hulundi*, ſpelunca. Iſlandicum *hela* in imperfecto *hulde* habet, unde *hulin*, tectus. Angli Boreales *hull* pro tegmine uſurpant, conf. *hulls of corns*, ſiliquæ, *ſwinhull*, hara. Al. *hulen*, tegere. Germ. *hüllen* Es. 25: 7. Confer, quæ ſupra diximus, in v. *hæla*, ubi notavimus harmoniam Latinorum *celo* & *culo*, in *occulo* & *occultus*.

HÖLSTER in genere quodvis operimentum denotat. A. S. *heolſtr*, unde *heolſtra*, antra, *heolſtred*, tectus. v. Junii *Etym. Angl.* in v. *holſter*. Germani folliculos granorum *hülſen* vocitant, nos etiam *hylſor*.

HÖNA, gallina. A. S. *hæn*, *hænn.* Al. *hen*, *hun.* Belg. *henne*, *hoen.* Germ. *henne.* Precop. *ano.* Ejusdem utique proſapiæ ac *hane*, de quo ſupra.

HÖNS, nomen commune vel collectivum. *Ett höns* eſt cohortis avis, utriusque ſexus. In *Stat.* Magni Reg. de anno 1333, ad Leg. Birc. p. 12. ſancitur, ſecuri eſſe percutiendum, qui invito domino in diverſorio aliquid abſtulerit, *tha at thet ware eigh uthan eeth höns wärdt*, ſi vel non niſi gallinam pretio æquaverit.

HÖNSEGÆLL, gallicinium: a *gälla*, canere, unde *gallum* a Latinis dici putant eruditi. Singulare eſt, quod noſtræ vocis radicem Romani retinuerint, & illorum nos. Tradunt quippe, ut ſupra docuimus, multi doctorum, *hane* a Lat. *cano* eſſe derivandum.

HÖR, linum. Vox Scaniæ totique viciniæ nota. Neſcio vero, unde genus ducat, niſi quod vir eruditus monuit, a Fennico *hauras*, fragilem eſſe, oriri potuiſſe: herbæ huic, ubi macerata eſt, apprime certe hæc idea convenit.

HÖRA, audire. A. S. *hyran*, *gehyran.* Al. *horen*, *hoorran.* Belg. *hooren.* Angl. *hear.* Ulphilas, *r* in *s* commutato, *hausjan* habet, formatum ab *auſo*, auris, ut hocce noſtrum ab eodem audiendi inſtrumento, *öra.* Dixi, Moeſogothos *r* in *s* commutaſſe, ſed præſtiterit, hanc variationem nobis aſſignare. Tuetur enim illorum *auſo* non ſolum Græcorum οὖς, ſed etiam Ebræum און, *oſæn*, unde האזין, audiit. Veteres quoque Latinos prius *auſes* quam *aures* dixiſſe, ut *aſa*, *aſena* pro ara, arena, probare poſſum teſtimonio τȣ̃ *auſculto*, quod aliunde non provenit, auctore Voſſio. Confirmabitur hæc etymologia iis, quæ infra dicentur ad v. *öra.*

II. Obidere. Commune hoc eſt omnibus Linguis, ut hos duos ſignificatus uni eidemque vocabulo addant. Derivatur inde *hörſam*, obediens. Germ. *gehorſam*, & novum illud vocabulum, *hörſama*, dicto audiens eſſe.

HÖRÆNGJÆR in Westg. L. *Bard. c. I.* dicitur teſtis, qui audita refert.

HÖRA, convenire, decere. In Hymno Eccl. *Thet hörer tig till, wara god ockſå mild:* Tibi convenit, mitem eſſe. Germ. *gehören.* Iſl *heyra.* Ol. Tryggv. S. Part. II. p. 102. *Skylda ek morgum lutum epter þinum vilia vikia, þeim er hadum ockur heyrir, vel at gora*: in multis tuæ voluntati cederem, in quibus utrique noſtrum conveniret, bene agere, *Heirligur* in *Hiſt.* Gothrici, c. 12. notat decentem, placidum

cidum: *beirugr* eſt opportunus. Gudm. Andreæ, p. 109. A. S. *byran, byrian* notat conducere, pertinere, teſte Bensonio. Ab altero *hôra*, audire, hoc ortu diverſum eſſe, facile credidero, ſive radix ſit Iſlandicum *byr*, manſuetus, commodus, ſive alia. Hinc certe derivata habemus *behôrig*, conveniens, forte etiam *obyra*, res quælibet inconveniens, turpis, de quo plura ſuo loco.

II. Pertinere, alicui proprium eſſe. *Then boken hôrer mig till*, ille liber meus eſt. Solent hi duo ſignificatus non raro coincidere. Sic ubi Latine dico, *meum eſt*, geminum ſuſtinere poteſt ſignificatum, poſſeſſionis & convenientiæ. Hinc habemus *anhôrig*, neceſſarius, quaſi qui ad me pertinet, *tillhôrighet*, quod aliquo pertinet.

III. Quieſcere. Supereſt illa ſignificatio in v. *upphôra*. Germ. *aufhôren*. Belg. *ophooren* Non quidem niſi uſu noſtram hanc vocem fecimus: advenit enim ſub periodo Germanica. Quadrat interea radix Gothica *byr*, quietus, manſuetus, *kyrr*, id.

HÔRK, alacer, vegetus. Uſurpant hanc vocem Scani & Gothiæ incolæ fere omnes. Alemanni fortiori pronuntiatione uſi, *hurſch* habent. A. S. *hors*, unde *horslic*, gnaviter. Vetuſtatis ſervantiores fuiſſe videntur noſtri populares, ſi argumentum ſumere liceat a vetuſto Latinorum *horctis*, quod in XII Tabulis pro vegeto occurrit, & de quo Festus: *horctum & forctum veteres pro bono dicebant.*

HÔRN, angulus. Ant. *hyrn.* Ôstg. L. *Gipt. B. c. 16.* A. S. *hern, hyrn.* Fris. *herne.* Flandr. *hornck.* Sax. *hôrn.* v. Morhofii *Unterricht von der Deutſchen Sprache*, p. 38. Cymr. *cornel.* Angl. *corner*, Gall. ant. *corne*, Al. *horn.* Otfridus, *Lib. II. IX: 165.*

Haſtetun thie armon
In thes cruces hornon.
Fixerunt brachia
In Crucis angulis.

Iſlandi quoque *horn* dicunt. *Pallshorn* in *Hiſtoria* Gothrici eſt angulus ſcamni. v. *Index* ad eandem.

HYRNISTOCK, trabs angularis. Westg. *L. Mandr. B. c. 4.* pro quo in Codice impreſſo perperam eſt *hyrniſtoc.*

HÔS, caput. *L. L. Eds. B. c. 39.* inter actus inhumanos nominatur *bryta uth ôgon eller tænder u hôſe*, oculos aut dentes e capite eruere. *Hiſt. Alex. M. Rhytm.*

Klôf ſônder i tu hans ſtora hôs:
Diffidit ingens illius caput.

Iſl. *haus*, unde nomen habuit Hareker Jernhôs, id eſt ferrei capitis. Quum viderit Junius, in *Epicedio* Ragnari Lodbrokii, cranium, ex quo potabant veteres, *haus* appellatum fuiſſe, nominis rationem petiit ab αὐαὸν, quod aridum notat. Sed ſatis commonſtrant ſuperius allata exempla, non de ſiccatis tantum craniis, ſed de viventium hominum capitibus vocem illam uſurpatam fuiſſe. Mantiſſæ loco ſubjungam, me in animum inducere, quum *h* & *c* literæ ſint tam ſæpe alternantes, & inſuper exemplorum inductio doceat, pleraque armorum nomina apud Latinos a Scythica L. eſſe deſumta, aliunde derivatum non eſſe eorum *caſſis*, quam ab hoc *hôs*. Norat jam Isidorus, peregrinam hanc vocem eſſe, & a capite dici ſuſpicabatur: ſed pro Scythis Tuſcos nominat, ortu & lingua illos, utpote Gallicam gentem, adeo forte non diſtantes. *Cauſia* capitis etiam tegmen fuit apud Macedonas (Thracum, hoc eſt, Scytharum vicinos) cujus uſum Romæ aliquando increbuiſſe, Martiali teſte novimus. *Lib. XIV: 29*, ubi pro *gauſapa*, quod nonnulli codices habent, *cauſia* eſſe legendum, monent Eruditi. Suidas certe *cauſia* ait eſſe εἶδος πίλȣ βαρβαρικȣ̃, genus pilei barbarici. Novimus vero, Græcos, ubi barbaros nominant, Scythas fere intelligere. Quid vero ſimplicius, quam ut dicamus, a capite illud tegmen nomen accepiſſe, uti conſtat, in genere veſtes fere appellatas fuiſſe ab ea parte corporis, quam tegunt. v. ſupra in *hoſor*. G. J. Vossius, in *Etym. cauſia* derivat a καίω, uro, quia ſolis æſtum defendunt. Sed id ſi credas, credideris quoque, a fame cibum, ab hieme veſtes appellari potuiſſe.

II. Interdum ponitur pro mandibula. e. g. *L. L. Sar. m. w. c. 9. Warda manne utſlagna framtænder, eller andra tânder, fyra u hôſe hwarjom*: ſi cui excutiantur dentes anteriores aliive, quaterni ex utraque mandibula. Oſtrogothi *hôs* vocant dimidium capitis ſuilli, ſale conditum.

HÔSA, haurire. Affines ſunt voces Gothica & Latina, nec non Græcorum

ἀρύω, &, quod cognationem evidentiorem præ ſe fert, *ἀφύσσω*, id. Dicimus etiam absque adſpiratione *ôſa*: Belg. *hooſen, ooſen*, id. Audivimus ſæpius, *r* & *s* illas eſſe literas, quæ creberrime permutantur. Plura occurrent infra in v. *ôſa*.

HÔSGÔS eſt nomen, quod plebs noſtra nepotibus & bonorum ſuorum dilapidatoribus dare ſolet. Emphaſi ſua illud non caret, ortum ab hoc *hôſa* & vetere *gôſa, guſa*, quod Iſlandi adhuc ſervant, & effundere notat. v. GUDM. ANDR. *Lex. Iſl.* p. 100. Eſt itaque *hôsgôs*, ille qui id agit, ut hauriat, & hauſta mox effundat.

HÔSJA, fibula, vel circulus ille, quem uncinulus intrat. Belgæ *henſe*, *heyſe*. Saxones *ôſe*, *ôſeken*, dicunt, vel contracte quaſi *ôgeſken*, ocellus, a forma rotunda, quæ conjectura RICHEJANA eſt, in IDIOTICO HAMB. vel, ut alii volunt, ab Ulphilano *anſo*, auris. Sunt etiam, qui, *n* præfixo, *nyſken* dicant, quæ vox occurrit in LEGE GOTHL. *Germ. p.* 75, c. 16. L. B. *nuſca*, apud DU FRESNE, in v. Galli Languedocienſes *nouſcleto* uſurpant. v. DICTIONAIRE LANGUEDOCIEN *Francois*, Nemauſi impr. 1758 in 8vo. Græci inferiores has uncinulas *ὑσκλὰς* appellant.

HÔST, autumnus. Si verum eſt, quod ait TACITUS, *De M. G. c.* 26, *hanc gentem autumni perinde bona ac nomen ignoraſſe*, probabile videtur, peregre eam vocem ad nos perveniſſe. Immo vero veteres Gothos non niſi in duas partes, hiemem & æſtatem, annos diviſiſſe, atque adeo, non niſi ex commercio cum peregrinis veris & autumni tempora metiri, didiciſſe, infra ad v. *miſſæri* annotabimus, ubi etiam obſervabimus, nec veteres Latinos ab initio alia temporis diviſione uſos fuiſſe. Hoc vero *hôſt*, ut undenam profectum ſit, conſtare queat; circumſpiciemus, quo nos veſtigia ducant. Cambri ſecundum hoc anni tempus & inprimis menſem, a quo incipit, *awſt* appellant & Aremorici *eawſt*, Cornwallii *eaſt*, a quo quilibet videt, alienum non eſſe hodiernum Gallorum *août* vel *aouſt*. Batavi plenius, & ad originem propius, efferunt *ooghſt*, a quibus omnibus nos ſola fere præmiſſa adſpiratione diſcrepamus. Hisce itaque in ſummam collectis, videmus Suethicam Danicamque vocem nil aliud eſſe, quam Latinorum *Auguſtus*, mutatum ſenſim in *hooghſt*, *awſt* & *hôſt*. AngloSaxones autumnum *hærfæſt* appellant, unde Angl. *harweſt* & Germ. *herbſt* profecta ſunt: crederem ego, Aremorico illi *eawſt* literam caninam ſenſim ſe inſinuaſſe: nimis enim coacta mihi videntur philologemata WACHTERI, qui *herbſt* derivat a Goth. *ar*, annona, & A. S. *fon*, capere.

HÔSTA, meſſem colligere. Arem. *eauſti*. Belg. *ooghſten*. Veteres Galli dixere *aouſter*, unde *outeron*, meſſor. Germ. *auſten*. v. IDIOTICON PRUSSICUM. p. 2. & KILIANUS, in *Etymol.*

HÔTA, minari. v. ſupra *hota*.

HUCKLE, calantica mulierum. Iſl. *hukli*, quod etiam de mitra Sacerdotum uſurpatum occurrit. v. OL. TRYGGV. S. P. II. p. 324. ſive per craſin ita dicatur pro *huſwudklæde*, ſive ab A. S. *hicæ*, calyptra, apud SOMNERUM, qui addit, Anglos hodiernos pro eo *hike* dicere. Belg. *huyke*. Gall. ant. *hucque*. v. DICTION. ETYMOL. Apud eosdem AngloSaxones *hæcele*, *hæcla* chlamydem, lacernam notat, ſed quod tamen huc pertinere, non arbitror. Matronæ noſtræ per literarum metatheſin *hilka* appellant pileolum lineum, quo capita infantum teguntur.

HUD, pellis, corium. A. S. *hyd*. Al. *hut*. Germ. *haut*. Belg. *huyd*. Angl. *hide*. Lat. *cutis*, a qua voce noſtram formatam eſſe, multi credunt: ſed præſtat dicere, utramque ab eodem fonte derivatam. Hocce vero noſtrum *hud* a tegendo nomen habet, quod AngloSaxones dicunt *hydan*, *ahydan*. Angl. *hide*. Germ. *hüten*. C. B. *anhuddo*, item *cydio*. Gr. *κεύθω*. v. PEZRONII *Origg. Celt.* p. 336. Græci corium *σκῦλος* appellant, quod monſtrat, Hellenas eundem ac nos in v. *ſkydda*, tueri, ſibilum præmittere voluiſſe. Non multum a veritate recedere videmus Latinos Etymologos, dum ab hoc *σκῦλος ſcutum* derivatum docent: ego vero dicere malim, tam hoc quam illud a verbo, quod tegendi ſignificatum habuit, ortum fuiſſe. Simillimam vocis *clypei* derivationem videre licet infra, in *liſwa*, tegere.

HUDSTRYKA, virgis cædere, vel proprie cutem alicui detergere. WESTG L. *Bard. B. c.* 7. 1. *Lôſa hud ſinne* eſt, cutem ſuam argento redimere. SKÅNE. L. p. 30. A. S. *hydgyld*, redemtio cutis.

HUDFLÆNGA, id. v. ſupra, in *flenga*.

HUF, ſummitas tecti vel etiam ſuggrunda, quæ a ſtillicidio parietes defendit. WESTM. L. *Kirk. B. c.* 2. *Ær helt hade huu oc heller:* ſi integrum fuerit tam tectum quam fundamentum. Belg. *huyve*. Radicem arbitror Cambricum *hoffjo*, imminere. v. LYE, ad *Etym.* JUNIANUM, in *hover*.

HUFWA, tegmen capitis muliebre. C. B. *hwf.* Germ. *haube*. Angl. *how*. Belg. *huyf*, *huyfe*, unde *huyuen*, caput operire. Galli *h* in *c* converſo *coiſe* habent. It. *coffia*, *ſcuffia*. L. B. *coiſa*. Dani *huffue* dicunt & *huihe*, item *huihekløde*, calyptra, quod coincidit cum noſtro *hwif*, de quo infra. Collatis his omnibus viam mihi inveniſſe viſus ſum ad veram originem horum quærendam. Nam ut ex hiſtoriis medii ævi compertum eſt, *coifam* fuiſſe tegmen capillare; ita tam illud quam *huif* cognationem habere plus quam veriſimile eſt cum Moeſogothico *vaip*, vitta, hoc vero oriundum eſſe ex *vaiban*, amicire, circumdare, unde *bivaiban*, id. WACHTERUS derivat a Gr. ὕφεν, textile: ſed malo etymon domeſticum.

HUFWUD, caput. Ant. *howud*, *höfd*. Ulph. *haubith*. A. S. *heafod*. Al. *houbit*, *haubit*. Iſl. *haufud*, *hofud*, *hufud*. Precop. *hoef*. Belg. *hoofd*. Angl. *head*. Solis rei etymologicæ gnaris dicere auſim, unam eandemque vocem eſſe *hufud* & *caput*, licet vix ulla littera ſit, quam in his vocibus communem agnoſcat ἀμύητος. Interea nil certius eſt, quam *h* & *c* centies in his linguis alternatim poni, atque etiam *p* & *f*, *d* & *t* ejusdem organi litteras eſſe. Neſciunt VARRONES, FESTI, & qui cunque fuere originum L. Latinæ indagatores, unde *caput* & κεφαλὴ ortum ducant. De noſtra vero voce certum eſt, illa notari ſummitatem, ab *haf*, altus. Ulph. *hafjan*, elevare: Goth. *hæd*, altitudo, *hæfwer*, elatus, *hæfwa*, in altum tollere: *hofwud* itaque pars corporis ſumma eſt, aut, vi vocis, elevatum quid. Latii Helladisque primam litteram *c* vel *k* integriorem nonnullæ dialecti ſervarunt, ut dum Germani *kopf* dicunt, Itali *capo*, Galli *chef*. C. Britannorum *cop*, *coppa*, uti Gall. *hupe*, criſtam ſignificant.

II. Quod in quacunque re primarium eſt, nomine *hufwud* inſignitur, perinde ac Latini dicunt *caput rei*, h. e. ſumma, præcipuum. In LEGE WESTG. *Kirk. B. c.* 9. §. 6. *hofwudſynd* dicitur peccatum enorme. A. S. *heafod-leahter*, id. Sic *hufudmal*, pars fundi primaria, cui nempe ædes inſiſtunt. ÖSTG. L. *B. B.* c. 11. In eodem Codice, pro alio vocis *mal* ſignificatu, vox ea notat cauſſam principalem. *Reſſt. B. p.* 25. *hofudtionde*, decimæ univerſales, ab omnibus bonis decimo quolibet anno, aut ubi e vita exceſſit paterfamilias, pendendæ. WESTG. L. I. c. 28. Rem ita deſcribit GUSTAVUS I. in *Mand.* de anno 1528. *Hufwudtionde år når menniſkan blef död, ſkulle af hennes bohag tagas tionde penning.* *Hufwudſtol* eſt ſors, in oppoſitione ad uſuram. Gr. κεφάλαιον. *Hufwudſtorm*, ingens tempeſtas. OL. PETRI *Poſtilla*, Dom. III. poſt Nat Chriſti. *Hufwudman*, anteſignanus. Simili loquendi genere *hufwudſkelm* dicimus, hoc eſt trifurcifer. Iſl. *hofudſtrakur*. id. PROV. 24. *hufwudſtad*, urbs primaria.

III. Notat promontorium, quemadmodum *cap* & *capo* in L. Gallica ceterisque. HEIMS KR. Tom. *I. p.* 336. *Sigldu þeir at hofda þeim, er þar geck fram:* vela faciebant verſus promontorium, quod ibi procurrit.

IV. Significat individuum quodvis, unde apud veteres *at hofda tali* idem eſt ac per capita. UPL. L. *Wid. B. c.* 7: 8. *Thet är biord, ſum tiu howdh äru*, grex dicitur, ubi decem capita ſunt. Ita in BIBLIIS ISLANDICIS *hofud fyrer höfud. Num.* 1. h. e. per capita. *Huwdhlut* in LEGIBUS ÖSTROG. cap. 24. eſt quanta portio unicuique heredum competit ex tota hereditate. Oritur hinc fortaſſis illud noſtratium *öfwer hufwud*, quod proprie eſt ſummatim, quaſi omnia capita ſimul ſumendo. LAUR. PETRI *Poſtilla*, p. 33. *Drap allt offwer hoffud*, omnes ſine diſcrimine interfecit. Conf. *Vita* ANSCHARII, p. 2. *Dyrlika loffuade the Gud allmænt öfwer hufwud:* Solenniter & in univerſum omnes Deum laudabant. v. plura ſub v. *oxe*. Germani ſimiliter *über haupt* dicunt, quod corruptum cenſet HALTAUSIUS pro *über haufe*, h. e. acervatim, collective, ab *hauf*, cumulus. Afferendis etiam exemplis docet, ita ſcripſiſſe veteres Germanos & hodieque Batavos, *by*

den

Digitized by Google

den hoop, ſonder mate. Et in hanc ſententiam ſi iverimus, ſequitur, ut nos in noſtram Linguam Germanorum in loquendo errorem transtulerimus; atque ad aliam plane radicem hæc phraſis pertineat.

HUFWUDSMOG. Job. 30: 18. apertura togæ, per quod caput exſeritur. v. *ſmog.*

HUG, animus, mens. v. *hog.*

HUGGA, cædere. A. S. *heawan.* Angl. *hew.* Germ. *hauen.* Iſl. *hoggva,* quod in imperfecto habet *hio.* v. Runolphi Jonæ *Gr. Iſl.* & *Ind.* Hickesii: quod ideo affero, quia video, Alemannos ſimili & vocabulo & flexione uſos fuiſſe. Tatianus de Petro, Apoſtolo, c. 186: 2. *Inti ahabio ſin ora thaz zeſeuua,* & amputavit ipſi auriculam dextram. conf. Palthenius, in *Annot.* ad hunc Scriptorem, p. 371. Non itaque erat, cur Wachterus hic comminiſceretur verbum aliquod *bion,* quod nunquam extitiſſe, certus ſum, nedum ut Iſl. *bior,* gladius, inde oriretur. Ita error errorem trahit. Noſtrum vero *hugga* proprie de cæde, quæ ſecuri aut gladio fit, accipitur, unde *hoggoroſta* eſt ubi cæſim pugnatur. Hels. L. *Arfd. B.* c. 14: 3. &c. deinde vero de baculis virgiſque uſurpatur, unde *få hugg* dicitur, qui virgis admonetur. Westg. L. *Bård. B. c.* 7. *Hugga med huaſſo geſli:* acuto flagello verberare.

HUGG, ictus, cædes, pugna. Dal. L. p. 8. *kommer dråp ella hogg thera mellum:* ſi inter illos accidat cædes, aut verbera. Proverbiali loquendi genere dicitur *hugg i bältet* pro gravi infortunio. *Bälte* heic ponitur pro eo, quod alias *bälteſtaden* appellari ſuevit, h. e. locus balthei vel ilia, pubes, ubi graviora vulnera erant, & quo fere collineabant decertantes, ut ibi ferirent, ubi thorax deſinens corpus vulneri pervium reddidit.

HUGGORM, coluber, vipera, quippe quæ morſu infeſta eſſe ſolet.

FÖRHUGGA, præcidere: ſpeciali metaphora notat facinore quopiam mulctæ reum fieri. Östg. L. Dr. B. c. 9: 2. *Nu wil han egh a mothe ſwaria, tha hawir han firihuggit ſiuratighi markum:* ſi contra jurare nolit, 40 marcarum damnas eſto. Conf. cap. 16.

HUGNA in genere notat facere, ut alterius animo bene ſit, erigere, exhilarare. *Köpm. B.* St. L. *c.* 33. *Nu thå Fogatin eller hans Ombudsman hafwer i ſkipum köpt ock takit, thet honom hugnas, epter thy urſkils i Skipmåla Balker:* quando Prætor, aut qui illius nomine agit, id emit & accepit in navi, quod lubet, quemadmodum ſancitur in Titulo, de Jure Nautico. Jam vero, ad triſtiores caſus reſtrictum, notat fere conſolari, animum afflicto addere, ab *hog, hug,* animus, mens. Iſl. *hugga.* Bibl. Isl. *Rut.* 2. *þu hefur huggat mig, og blidliga talat vid þijna ambat:* Tu me conſolatus es, & clementer cum ſerva tua locutus es. Non dubito, quin ad eandem hanc tribum pertineant Saxonum *höge,* gaudium, Belgarum *verheugen,* oblectare, *ſich verheugen,* gaudere, Angl. *hug,* amplecti, fovere, &, quod primo loco adferendum erat, Alemannicum *hugen,* gaudere. Notkerus, Ps. 18: 6. *Er hugeta alſo riſe zi ſinero ferte,* exultavit ut gigas ad iter ſuum. Synonymum hujus eſt, ex eodem ſtipite ortum, *hugſwala,* ab *hug,* animus, & *ſwala,* refrigerare: credo, ut exprimat Græcum ἀναψύχειν, quod refrigerare & etiam refocillare notat. Iſlandi eadem voce utuntur. Hiobi 29. *þa ed eg hugſvalade þeim ſem harmþrungner voru:* quum ſolabar eos, qui moeſti erant. Facile dixeris, ex hoc *ſwala* Latinum *ſolari* ortum eſſe, quod ceteroqui, unde ortum ſit, ignorare Philologos, ex illis colligere poteris, quæ habet Voſsius, *Etym.* v. *ſolus.*

HUJ, nictus oculi, particula temporis breviſſima. *Thet ſkedde i en huj,* in puncto temporis accidit. Laur. Petri *Poſt.* Part. II. Eſt alias vox equos concitantium ad curſum, unde ad celeritatem in genere deſignandam apud nos pariter ac Germanos tranſlata eſt. Veteres Anglos pro hoc *heit* uſurpaſſe, auctor eſt Junius, in *Etym.* Ad rem vero propius facit, quod adfert Skinnerus, docens, eosdem veteres Anglos *on hie, in hie* dixiſſe pro conteſtim, illico, in puncto temporis, vocemque oriundam eſſe ab *hye,* feſtinare. A. S. *higan,* id.

HUKA, conquiniſcere, deſidere. Sax. *huken.* Belg. *huiken.* Gall. *hucher.* Creditur, Anglos coxam inde *hucklebone* appellare, quum ejus ope corporis partem inferiorem ſubmittamus. Germani ob dorſi formam incurvam gibbum *bocker* appellant: quod huc pertinere probat Iſl. *hukligur.* id. *Arinshukur* per contumeliam vocabatur,

qui

Digitized by Google

qui, ceteris in militiam abeuntibus, domui reſes manſit, vel ſenex incurvus, ciniflo.

HULD vel *hull*, benevolus. Ant. *holl*, ut in ſolenni juris jurandi formula: *ware mik Gud ſwa holl*, ita mihi Deus propitius ſit. Ulph. *hulths*. Luc. *18*: *13*. *Hulths ſiais mis frawaurhtamma*, propitius eſto mihi peccatori. Iſl. *holdur*. Al. *hold*. Supra monui, in v. *hård*, malos dæmones apud Moeſogothos *unhulthons* nuncupari, & inde forte eſſe, quod Diabolum vulgo *hin hå le*, pro *hin oholde*, appellemus. Non dicam, utrum Wachtero accedere malim, qui ab *hellen*, inclinari, vocem noſtram derivatam vult, an Junio, qui ab ἱλέω, placo. Fieri enim poteſt, ut adeo antiquæ vocis fontem quærentes ambo æque aberrent.

HYLLA, placare. Sic in Psalmo 2. dicitur, *hyller ſonen*, placate filium. Glossæ Alem. apud Junium, in *Notis* ad Willeramum, p. 297. *kihuldu*, placabo. Germanos *hulden* hoc ſenſu uſurpare, teſtis locuples eſt Wachterus.

2. Fidem juratam dare, obſequium Principi promittere. Iſl. *hylla*, *adhyldaſt*, alicui obedientem eſſe, obſequia præſtare. Deut *4*: *I ier ſem Drottin ydarn Gud adhylltuſt*, vos qui Domino Deo veſtro fideles fuiſtis. Germ. *huldigen*, ab antiquo *huld*, quod obſequium, fidem denotavit, ut apud Otfridum, *Lib. IV. XII*: *18*, *Thaz ir mir leiſtit huldi*, ut mihi obſequium præſtetis. A. S. *hylde*, id. *hold-aþ*, juramentum fidelitatis. v. Hickesii. *Gram. A. S. p. 156*.

HYLDRA, blandiri. Meldorph, *Om Påwiſke ſtåmplingar. Hyldra och ſmeekjas med Kejſaren*. Cæſari blandiri.

HYLLEST, benevolentia. Ant. *holloſt*, v. Norrska Hirdskrå, p. 3. A. S. *hyld*. *hylde*, affectio, fidelitas. *hulde-leas*, infidus.

HULDHET, id.

HULL, caro. Ant. *hold*. Westg. L. *Råtl. B. c. 6. 1. Nyti hold ok hud*, habeat occiſi animalis carnem pellemque. Proverbiale eſt dicendi genus *med hull och hår*, h. e. integrum, pro quo Germani non abſimili modo dicunt *mit haut und har*. Iſl *hold*, id. unde *holdgaſt*, incarnari. Radicem habet *hölja*, contegere, quum oſſa & inteſtina contegat. Ol. Tryggv. *Saga*, p. 169 huc alludere videtur, ubi habet *huldur manlega holdi*, tectus humana carne. Confer, quæ ſupra de voce *hud* diximus.

HULSÅR, vulneris genus. v. ſupra in *hol*.

II. Supremam cutem. Hinc plumas anſerum, quæ extremam cutem tegunt, vocamus *hulldun*.

III. Corpus integrum, uti dum in *Hiſtoria* Alex. M. dicitur:

Jag år omæktugur mine huld:
Corporis mei compos non ſum.

Sic in *Vita* Anscharii, p. 21. *Hans holl war högir*, ſtatura ejus procera fuit.

IV. Saginam. Latini non diſſimili ſenſu corpus uſurpant, uti dum dicunt, corpus facere, *wara wid godt hull*, nitidum eſſe, obeſum, *miſta hullet*, corpus amittere.

HULLER OM BULLER vox factitia ad indicandam ſummam rerum confuſionem. Anglos eodem fere ſenſu *hurlie burlie* dicere, novimus. Gall. *hurlu berlu*. Germ. *holl und boll*. v. Idiot. Prussicum. Apud Belgas *bille bil* eſt puerorum luſus, quo nates in altum tollunt, capiti inſiſtentes. Quibus in ſummam collectis, ſuſpicari ſubiit, ab *hale*, quod apud Iſlandos caudam, & *bol*, quod per orbem Scythicum caput notavit, (v. Wachteri *Gloſſ.* in v. *polſter*) *huller om buller* factum eſſe, ad indicandum adeo inverſum ordinem, ut ima ſint, quæ ſumma eſſe debebant. Conf. Gall. *bouleverſer*, quod a *bol* itidem ortum eſſe, opinantur nonnulli.

HULLING dicitur curvatura illa hami, quæ piſcem retinet, aut cuſpidis in telo, qui, ne facile auferatur, impedit: ab *hålla*, tenere, retinere.

HULT, nemus. Gothl. L. c. 4: 1. *Engin ma haita a huatci a hult eþa haugaeþa haþin Gud, huatci a vi eþa ſtafgarþa*: Nemo cultum præſtabit luco aut tumulo aut paganico idolo, non loco ſacro aut palis circumſepto. Germ. *holtz* non ſolum lignum, ſed etiam ſilvam denotare, novimus. Græci ἄλσος eodem ſenſu uſurpant, a quo noſtrum oriri potuiſſe, facile credo, etiamſi intercedat Wachterus. Ille vero etymon dat ὕλη, quod ſylvam pariter ac fabricandi materiam denotat.

HUM, incertus & nullo auctore ſparſus rumor, vel levis ſuſpicio: *hafwa hum om något*, de re aliqua rumuſculum inaudiviſſe. Östg. L. *Sar. m. c. 32*: *5. Nu hawir han hum a, hwart kumit år*: Si ſuſpicionem habeat, quo res ejus devenerit. Hinc *humamal*, caſus dubii, non ſatis certi. ib. *Kirk. B. c. 13*: 4. Proprie notat id, quod

quod creperum & obſcurum eſt. Islandice *huma*, luceſcere eſt & veſperaſcere, vide Verel. p. 128. & Gudm. Andreæ, p. 126. Fennonice *huma* ſuſurrum, *humiſen* ſonare, & in eadem Lingua *huomen* mane, *hæmæræ* crepuſculum notat. Stjernhjelmius, in *Ep. ad Senatores Regios*, inſerta Actis Litt. Suec. *Anni 1730.* ab hac voce Latinorum *autumo* ortum putat, præfixo *aud*, quod idem eſſe ait, ac ipſe.

HUMLA, fucus ſylveſtris. A. S. *humbel.* Isl. *humle.* Belg. *hommel*, *holm.* Germ. *hummel.* A ſono factum, vel ab Anglicano *hum.* Belg. *hummen*, quod eſt murmurare. Angli, teſte Skinnero, animal illud etiam *humble* appellant. Conf. It. *hombare.* Lat. *hombilare.* Gr. *βομβύλη* genus eſt avis ſtreperæ: a *βόμβος*, ſtrepitus.

HUMLE, lupulus, aut, ut Salmasius auctor eſt, *opulus* vel *upulus.* v. Gramii *Uſus L. AngloSax. in Dan.* p. 172. Ab hoc *upulus* Cymræci *hoppys*, Angli *hoppes*, Germ. *hopfen* feciſſe videntur, Galli vero *houblon*, cui dum *m* inſeritur, *humle* facile fieri poteſt: niſi forte credendum, ab oriente ad nos tranſiiſſe hunc terminum botanicum. Meninskius certe, in *Theſauro* ſuo, docet, Perſas lupulum *hymel* vocare, cui concinit LatinoBarbarum *humela*, Fennonum *humala*, Hungarorum *comlo.* Junius, qui Germanicæ originis hanc vocem eſſe, credit, radicem ponit *happen*, apprehendere, quum obvia quæque arripiat, immo apud Belgas inde *happenkruyd* dicatur.

HUMMELKOPPA, botrus lupuli.

HUMMELKUPA, tumulus vel congeſta humus, in qua radices lupuli deponuntur.

HUMMER, aſtacus marinus. Germ. id. Gall. *homar.* a Lat. *cammarus.*

HUMP, ſeparata quædam portiuncula agri vel prati. Östg. L. *Egn. S. c.* 3. Viget hodieque vox illa in re agraria apud Oſtrogothos, pro eo, quod Uplandi aliique *ſjäll* dicunt. *Lex.* vero *Civilis* Christoph. *B. B. c. 41.* *hop* habet, quod idem occurrit in *Receſſu Calmar.* de anno 1474. ad Leg. Birc. p. 58. §. 13. *hap* autem in Östg. L. *Gipt. B. c. 3.* Eſt hoc ſine dubio idem, quod L. Barbari *hoba* vocare ſolent, quodque apud Wadianum explicatur *fundi pars maxime paſcua.* v. Spelmanni *Archæol. p. m.* 293. Conſpirat Germ *hube*, menſura agri, quod derivandum non ab A. S. *hiwan*, formare, ut vult Wachterus, ſed ab *hoba*, quod Mœſog. aratrum denotat. Luc. 9: 62. *Nimanna uslagjands handu ſeina ana hoban*: nemo imponens manum ſuam ſuper aratrum. Eſt hic locus inter eos, quos Codici Argenteo reſtituit D. Er. Sotberg, in Ulph. *Illuſtr.* ubi ſimul monetur, *hof*, *hoba* in eundem modum dici, quo *jugerum* a *jugo*, *arata* apud Latinos recentiores ab *aratro*, & ſic porro. Fieri vero poteſt, ut noſtrum hoc *hump* a prioribus diverſæ originis ſit, & proprie portionem ſeparatam indicet: Germanos certe cujuslibet rei fragmentum *humpe* appellare, auctor eſt Wachterus, p. 649. Belg. *hompe*, id. *hompen*, abſcindere partes extremas.

HUND, canis. Moeſog. *hunds.* C. B. *cwn.* A. S. *hund.* Al. id. Isl. *hund*, *hun*, quod etiam uſurpatur de catulo urſi, leonis &c. Prov. 17. *Biarndyr þui, ſem rænt er ſynum hunum*, urſa catulis ſuis orbata. Angl. *hound.* Belg. *hond.* Germ. *hund.* Antiquitatem vocis teſtatur L. Græca & Latina, quarum illa *κύων* habet, hæc *canis.* Si vero ſcire lubeat, utri alteris hanc vocem debeant, Græcine nobis an verſa vice, conſurget utique omnis eruditorum chorus, eumque cum ratione inſanire, dicet, qui non Græcis noſtram acceptam referendam docat. Sed norat aliud ſuo jam ævo Plato, qui in Cratylo, Edit. Lugd. 1590. p. 268. ingenue fatetur, Græcam vocem *κύων* non eſſe, ſed a Barbaris deſumtam, quemadmodum etiam *πῦρ*, *ὕδωρ*, verba ejus hæc ſunt: *Reor equidem multa nomina Græcos a barbaris, eos præſertim qui ſub barbaris ſunt, habuiſſe.* Her. *Quorſum hæc.* Socr. *Si quis rectam iſtorum impoſitionem ſecundum Græcam vocem quærat, non ſecundum eam, qua eſt nomen inventum, nimirum ambiget.* Her. *Veriſimile id quidem.* Soc. *Vide itaque, ne nomen hoc πῦρ barbaricum ſit. Neque enim facile eſt, iſtud Græcæ Linguæ accommodare, conſtatque, ita hoc Phryges nominare, parum quid declinantes, & ὕδωρ & κύνας, aliaque permulta.* Et infra ſubdit *παρὰ βαρβάρων αὐτὰ παρειλήφαμεν, εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι*: a barbaris iſta accepimus, ſunt enim illi nobis antiquiores. Si id in præſentia agerem,

Digitized by Google

agerem, dignus commentario hic locus foret; mihi vero ad alia properanti, monere ſufficiat, in dialectis Gothicis eadem vocabula oppido perſpicua inveniri. Quis ignorat Germ. *feur*, *für*. Sueth. *fyr*, unde *fyrwerk*, ignis artificialis, *fyrbåk*, pharus. &c, Ὕδωρ Græce aqua eſt, C. B. *dur*, vel, quod propius huc facere videtur, Isl. *ude*, humor, *udur*, udus, uvidus. A.S. *yth*, unda. Hoc etiam *κύων* Gothicum eſſe, non negabis, ſi modo memineris, *k* in *h* frequentiſſime abire. Viſo hoc, inutilem eos navaſſe operam, facile perſpicimus, qui noſſe volunt, quinam hujus vocis ſint natales, utrum a *kennen*, parere, an ab A. S. *huntian*, venari, an tandem a Græco *κυνίδιον*, catulus, ſint deducendi. Remotisſimæ quippe antiquitatis tempus velum illius cunabulis obduxit, per quod penetrare, nefas eſt.

II. Per opprobrium canis nomen rebus contemtis datur: ſic *hundheden* eſt canis ethnicus. v. colloquium Olavi Tryggvasonii cum Sigrida, *R.* Sueciæ, in illius *Hiſtoria*, Part. II. p. 160. Heims Kr. Tom. I. *p. 670. hundſkur at ått*, qui generis canini eſt. Et huc pertinet ſolenne illud convicium *hundſifjoſon*, quod legitur in *Rådſt. B.* St. L. *c. 31.* ortum a *ſif*, quod in veteri L. Gothica canem feminam denotavit, & adhuc apud Saxonas in uſu eſt, referente Heumanno, in *Opuſculis*, p. 236. Ab hoc *ſif*, deinde *deef*, *teef*, *tæfwa* factum eſſe, alio loco dicetur. Scribitur quoque *hundſimaſon*, quod nec auctoritate carere videtur: in Lege enim Ostrogothica *hundſima* ponitur pro cane femina. *Nu fölas hundſima mans*, ſi laſciviat vel catuliat canicula cujuſpiam. v. infra in *ſäma*. Alias *ſöma*, *ſima*, *ſinni* genus notat, ut *frand-ſæmi*, *kyn-ſæmi*. v. Skåne L. *p. 45, 46.* Angli hoc exprimunt *ſon of bitch.* Lex Westrog. habet *hyckiuhwalp. Råttl.* B. c. 10. Sturlögers S. *p. 19. hundingisſon.*

HYNDA, canis femina. Isl. *hyndla.*

HUNSFOTT, convicium, quo hominem vilem & propudioſum indicare ſolent petulantes. Quid autem vocis ſit, varie inter auctores diſſeritur. Si vero operæ pretium eſt, in eo enodando deſudare, cujus melius eſt obliviſci penitus; dixero, alios arbitrari, convicium olim fuiſſe Latine loquentium *Humus fuit*, pro illo odio, quo nationem hanc proſequebantur cultiores aliæ. Sed hoc ludere eſt, non vero Etymologum agere. Alii alia docent, quæ videre licet apud Wachterum, qui & ipſe, ſecus ac ſolet, nimium a veriſimili recedit. Sicui ego accederem, foret id Junio, qui in Gloss. Ulphil. p. 205. *hunsfot* idem notare putat, ac hominem æque propudioſum, ac quod canis femina habet turpiſſimum. Conf. Isl. *fud*, matrix. Germani procul non abludunt. Mihi vero, quid in mentem aliquando venerit, ad vocem ſequentem indicabo.

HUNDHUFWUD vel *hundshufvud*, caput canis. Utimur eo in phraſi, *bæra hundhufwud för en annan*, alterius ignominia plecti, pro altero pœnam luere. Originem hoc proverbium ſine dubio habet a ritu veteris ævi, quo, qui gravius aliquod delictum commiſerant, e. g. rapinam, incendium, antequam capite plecterentur, canem in proximum Comitatum portare jubebantur, ſi Nobiles eſſent, ſellam ſi Miniſteriales, & rotam aratri ſi coloni. Commemorat ex Rittershusio Pezelius, in *Mellificio Hiſtorico*, Part. III. p. 249, Fridericum I. decem primariæ dignitatis Vaſallos ſuos ad hanc pœnam ſubeundam condemnaſſe: quum vero in hoc numero quoque eſſet Epiſcopus Moguntinus, ne ipſius infamia in Religionem recideret, ita temperatam fuiſſe ſeveriorem hanc pœnam, ut pro eo alius quiſpiam canem portaret. Videmus hinc, quid ſit, pro alio canem portare: ponitur vero caput canis pro integro animante. Apud Latinos *canem ferre* aliud erat, ut dum Plautus, in *Caſina* ait: *Deos quæſo, ut hodie canem & furcam feras:* Scilicet canis fuit catena ferrea, quæ collo facinoroſorum injiciebatur. Conf. *hunthans*, captivus, apud Ulphilam. Alias *caput canis* ſolenne convicium erat in homines nihili, bardos ſtupidosque. v. Boxhornii *Gloſſ. p. 452.* ubi *caput canis* Alemannice vertitur *dümme.* Ab hoc *hundshufwud* mihi veriſimile videtur, famoſum illud, quod nuper attuli, *hundsfot* ortum eſſe, media ſyllaba brevitatis cauſſa eliſa. Aliud aliorum etymon v. ſupra in *hon.*

HUNDFOGDE ante duo ſecula dicebatur ille, cujus officium erat, canes e templo abigere. Galli eum aliquando *Roy d' Egliſe* appellabant, nos hodie *ſpögubbe.* Commemoratur in *Hiſtoria* Sigismundi Regis, Swercherum, filium Swercheri Olavi Elfdal, qui ſub hujus Principis regimine magna gratia floruit, vile hoc munus obire, præ inopia, coactum fuiſſe.

HUNDRADE, centum. Ant. *hundrud* & *hundrugh.* v. Stjernmans *Acta Publ.* Tom. I. *p. 19.* Isl. *hundrud.* C. B.

B. *cant.* Ulph. *hund*, *hunda*, *twaihunda*, ducenti, *trijahunda*, trecenti. A. S. *hund.* Al. *hunt.* Germ. *hundert.* Angl. *hundred.* Belg. *hondred.* Ut vocem hanc penitius conſideremus, juvat ordine retrogrado ire, atque ab ejus fine initium facere. Videmus, a veteribus dialectis in eo diſcrepare noſtram vicinasque, quod *rade*, *red* (Germani transpoſuere litterarum ordinem) voci annectant. Quid vero illud ſibi velit, pauci docuere, vel potius, ſi a Wachtero diſceſſerimus, nemo. Ille autem tradidit, *rad* numerum indicare (v. infra, in v. *rækna*) ut adeo *hundrade* notet numerum centenarium. Procul quidem a vero Vir perſpicaciſſimus non abfuit, ſed quum tamen aliqua emendatione res indigeat, defungar paucis. Novimus, veteres abacos habuiſſe, qui ductis lineis numeros præferebant, ita ut primam denarius, alteram vicenarius, & ſic deinceps occuparet. Hoc in animo habentes Islandi, octogenarium dixere *attrædur*, quaſi octavam lineam occupantem (*rad* enim lineam notat, a quo *rada*, numerare. Ulph. *rathjan*, ut infra dicetur) *nirædur* nonam, *hundrædur* decimam, *tolfrædur* duodecimam i. e. centeſimam & viceſimam. Exempla nonnulla dabo. Hrolf Krakes S. p. 115. *Hvort þyki þier betre, ein attrædur, eda tveir tvielleftur*, utrum præoptas octogenarium unum, an binos XXII annos natu. Ol. Tryggvas. S. Ed. Skalh. Part. I. *p. 11. þa var* Haraldur *K. attrædur at aldri:* tum Haraldus Rex octavam lineam ætatis attigerat, h. e. octogenarius erat. Bibl. Isl. *Genes.* c. 17 Abrahamus ita loquens inducitur: *Skal eg eiga barn hundrad āra gamall, og ſkal* Sara *nyræd föda:* egone centenarius liberos ſuſcipiam, & Sara an nonagenaria pariet? Prætereo alia, quum hæc, quæ attuli ſatis commonſtrent, *attræd*, *niræd* & *hundrad* ordine ſe excipere. Quod dum video, ſuſpicio incidit, *hund* primario non niſi numerum denarium ſignificare, abſciſſum forte a *taihund* vel *tehund*, unde apud Ulphilam *taihund taihund*, decies decem, i. e. centum, pro quo Tatianus, c. 212: 6. habet ſimili calculo *zibenzug* & AngloSaxones *hund teontig*, ubi *hund* manifeſte denarii numeri nota eſt. Videmus hinc, quid velint iidem AngloSaxones, ubi numeris cardinalibus *hund* hocce præponunt, e. g. *hundſeofontig*, ſeptuaginta, *hundtvelftig*, 120. &c. Scilicet *hund* decada notat, *ſeofontig* vero aut adjectivum eſt, ſeptimum ordine denotans, ut adeo *hundſeofontig* proprie ſonet ſeptimam decada, aut, ſi *tig* a *tyn*, decem, eſt, abundare cenſebitur. Linguarum & Philologiæ amatores, quique rationem permutationis litterarum affinium perſpiciunt, agnoſcunt omnino Gothicum hoc *hund* in Græco *κοντ* & Latino *gint*, e. g. *τριάκοντα*, *triginta*, &c. Immo vero ipſum hoc *hund* in vernacula noſtra inque iisdem numeris auditum olim, ſed ab uſu demum excluſum fuiſſe, ille facile credere poterit, qui conſiderat formam vocis demonſtrativam *femti-unde* vel *femti-onde*, (quinquageſimus) quod quid aliud eſt, quam *femt-hunde?*

II. Uſurpatur pro numero CXX Scilicet obſervandum, veteres tam per decadas quam duodecadas numeraſſe, atque ad centenarium numerum pervenientes, illum *lill-hundrad* vel *hundrad tiræd;* (v. Ol. Tryggvs. S. Part *II. p. 45*) alterum vero ſeu CXX. *ſtorhundrade* vel *hundrad tolfræd* appellaſſe. Similiter *lilla tuſend* mille erat, ſed *ſtortuſend* aut *tuſend tolfræd* erat MCC. In Legibus Islandicis annus dicitur habere tercentum dies *tolfræd*, & inſuper ſex cum aliquot horis, quibuscum conſpirant *Schedæ* Arii, quæ tradunt, annum integrum habere *V dagar ens fjorda hunþrads*, quinque dies ſuper tertium centenarium, hoc eſt, ſi cuilibet centuriæ 120 aſſignes, 365 dies. Confer quæ ad Runolphi *Grammaticam Islandicam* ex Verelio adfert Hickesius, p. 43.

HUNDARI, centumpagus, territorium. Supra demonſtravimus, *hudari* & *hærrad* unum idemque ſignificaſſe. L. B. *hundredum*, *hundreda.* C. B. *cantref.* (a *cant*, centum & *tref*, villa) Angl. *countrie.* Gall. *contrée.* Ital. & L. B. *contrada.* (v. Spelmanni *Archæol:*) a quo, ut id obiter moneam, *contract* habemus in Jure noſtro Canonico, pro territorio eccleſiaſtico. Dicebatur vero *hundari*, vel quia centum villas continebat, quod indicare videtur ratio nominis Cambrici, vel quia centum milites tempore belli in aciem mittebat. Spelmannus, l. c. *hundredum* ideo dictum arbitratur, quia continebat 100 pacis Regiæ fideijuſſores, uti decuria 10. Sed diverſa fuit illa a noſtra regionum diviſione.

Digitized by Google

viſione. Hic enim diſtinctio viguit in *hundari*, territorium, *halſthundari*, dimidium territorii & *fjardung*, quartam ejus partem. v. ſupra in *hamn.* De diviſione centenaria. v. TACITUS, de *Moribus Germ.* c. 6. & 12. *Centeni ex ſingulis pagis ſunt* (delecti in aciem) *idque ipſum inter ſuos vocantur. Hundaris höfding* eſt judex territorii, *hundaris-thing*, judicium territoriale.

HUNGRA, deſiderare. Hanc enim primam vocis ſignificationem fuiſſe, credo, quæ ante aliquot ſecula adhucdum in uſu fuit. CHRON. RHYTHM. *min.*

Thå hungrade them, at ſia:
Deſiderabant eos videre.

Radicem ſervant MœſoGothi *hunjan*, deſiderare. MARC. 10: 24. *Hvaiva aglu iſt thaim hunjandam afar faihau, in thiudangardja Goths galeithan*: quam difficile eſt deſiderantibus opes, in regnum cælorum introire? Eſſe etiam, ubi apud Anglos *hone* eodem ſenſu, uſurpetur, docet EDW. LYE, in *Addit.* ad *Etym.* JUNII. HALTAUSIUS *hunger*, fames, compoſitum credit a *hund*, canis, & *ger*, deſiderium, quaſi famem caninam diceres. Tu vero *ger* pro mera terminatione habe.

II. Eſurire. Sic, qui in genere avidus eſt, apud AngloSaxones Angloſque *grædig*, *greedy* vocatur, quæ eadem vox *gredags* in CODICE ARGENTEO pro famelico occurrit. Ceterum apud Moeſogothos habemus *huggrjan*, eſurire. A. S. *hungrian*, *hingrian*: Al. *hungiran.* Angl. *hunger.* Belg. *hongeren.* Germ. *hungern.*

HUNGER, fames. Ulph. *huhrus.* Isl. *hungr.* A. S. *hunger*, *hungur.* Al. *hungar.* Belg. *honger.*

HUNGROG, famelicus. Angl. *hungry.*

HUNSL, vel *Huſl*, euchariſtia. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 12. *Præſtor a öre ſiri lägerſtadh allum frælſum mannum, the husl taka:* Sacerdos habere debet oram pro ſepultura liberi cujusvis hominis, qui ad Sacram Synaxin admiſſus fuit. Voce eadem utuntur AngloSaxones, unde *husl-disc*, calix euchariſticus, *huslgang*, euchariſtiæ aditio, apud BENSONIUM. In CODICE vero ARGENTEO prima illius veſtigia habemus, ubi *hunsl* ſacrificium denotat. MATTH. 9: 10. *Armahairtida viljau, jah nih hunsl*: miſericordiam volo, & non ſacrificium. Atque hæc vera & primigenia vocis ſignificatio eſt, euchariſtiæ accomodata inde ab eo tempore, quo S. Synaxis ſacrificium pro mortuis & viventibus haberi coepit: cui dogmati etiam id tribuendum, quod eadem δῶρον, ἅγιον δῶρον & Latine ſcribentibus *munus* appellaretur. (v. DU FRESNE, in v. *Eulogia* & *Munus*) quodque panis euchariſticus a nobis *oblata* dicatur & Latine *hoſtia.* Ortum creditur *hunsl* ab *hand* vel *hond*, manus, & *ſaljan*, offerre, quæ vox, docente JUNIO, in *Gloſſario*, de ſacrificiis proprie uſurpatur, reſpondetque Græco θύειν: ut JOH. 16: 2. *hunſla ſaljan Gotha*, ſacrificium offere Deo. Conf. MARESCHALLUS, ad *Verſ. A. S.* p. 478. Sed utcunque commoda hæc derivatio fuerit, inſolentior tamen videtur craſis illa vocis *ſaljan*, verique ſimilius pro inde eſt, ultimas hujus vocis literas meram terminationem conſtituere, ad formam τȣ̃ *ſvumſl*, κολυμβήτρα, a *ſvimman*, natare, quod habet dialectus AngloSaxonum. His poſitis radix forte fuit *hunan*, offerre. SOMNERUS *hunsl* & *husl* facta credit a Lat. *hoſtia*, MYHLIUS vero, in *Archæologo*, *hunsl* proprie myſterium notare credit, & ab *hus* dictum, in eundem modum, quo ab *heim*, domus, fit *geheimnis*, myſterium. Tota vero via errat GUDMUNDUS ANDREÆ, dum *huſl*, veteribus Islandis ſacrarium notaſſe ait, alias *moſtrans* vel *ciborium* dictum, quippe qui continens cum contento confundit.

HURRA, cum impetu circumagi, *hurra kring*, id. Dicitur etiam *orſwa* & *hwerſwa*, ut mox ſuo dicetur loco, ubi ſimul ex FESTO notabitur, veteres Latinos eodem ſenſu *vervare* dixiſſe, nec non *urvare.* Conf. STJERNHJELMIUS, in *Gloſſ. Ulph.* p. 83. ſub vocibus *hairto* & *hairus*, ubi notat, eandem hanc vocem nonnunquam *yra*, *hyra* proferri, unde *yrwäder*, turbo, quum imbres in gyrum aguntur. Eodem quoque pertinere credit Lat. *curro*, *erro*, *verro*, quibus addo Sueth. *ſurra* & *ſvirra*, cum impetu circumagi, ut ſolet litera *s* ſpiritus aſperi locum ſæpe occupare, nec non Angl. *hurry*, raptim propellere. Inter conſiderandum has voces in mentem venit, quod, in *Cratylo* PLATONIS legi, p. m. 274. ubi SOCRATES in rationem primæ nominum impoſitionis inquiſiturus, hæc habet: R *velut inſtrumentum omnis motus eſſe videtur*, & mox: *Elementum itaque ipſum* ρ *opportunum motus inſtrumentum viſum eſt nominum Auctori ad ipſam lationis ſimilitudinem ex-*

exprimendam: paſſim itaque & ad motus expreſſionem utitur. In primo quidem ipſo ῥεῖν & ῥοῇ, i. e. fluere fluxuque, per literam ϱ lationem imitatur, dein in τρόμῳ i. e. tremore, & τραχεῖ, aſpero, item in verbis hujusmodi, κρούειν, percutere, θραύειν, vulnerare, ἐρύκειν, trahere, θρύπτειν, frangere, enervareque, κερματίζειν, incidere, ῥέμβειν, vacillare, irrritare & circumverſare. Hæc omnia per ϱ ad ſimilitudinem motionis effingit. Mitto enim, quod lingua in hac litera pronuntianda minime immoratur, quin potius maxime concitatur. Quocirca ad iſtorum expreſſionem ipſo ϱ potiſſimum uſus fuiſſe videtur. Si hæc Platonis ſequamur, dicemus, ipſa natura magiſtra, hæc vocabula nos addidiciſſe. Conferatur Wachterus, in v. *hören*, agitare.

HURRHAKE, cardo. Östg. *L. B. B. c. 23. Ridher madher at wægh, ok hæver lidh ur hurraku:* ſi quis tranſiens portam cardinibus excuſſerit. Orta vox eſt ab *hurra*, quia in cardinibus janua vertitur. Isl. *hiör*, id. vide Gudm. Andreæ *Lex. Isl. p. 111.* A. S. *heor*, *heorra*, *horr.* Belg. *harre*, *herre.* Sunt alias, qui vocis originem quærant in Isl. *hurd*, janua. Ulph. *haurd.* Conf. Verelius, in *Indice.* Sed malim prius. Latinorum *cardo* neſcio an hinc arceſſere præoptes, quam Servium aut Isidorum ſequi, qui docent, cardinem dici quaſi cor januæ: *d*, quod ibi videmus, ad eſſentiam vocis non pertinere, probare videtur nomen *Carnæ* Deæ, quæ cardinibus præerat.

HURTIG, alacer. Germ. id. Alemanni veteres *hurſc* appellabant celerem, *filohorſco*, valde celeriter, nec non *hort*, quod ſupereſt in *unhort*, quoque apud Keronem, in *Reg.* S. Benedicti, pag. 35. explicatur Latinum iners. In Teutoniſta *huri* eſſe dicitur interjectio feſtinantis vel equos incitantis. Conf. Al. *hurſchen*, accelerare. Notk. *Pſ. 9: 20. kehurſche dina chumft*, accelera adventum tuum, *hurt*, impetus, C. B. *hwrdd*, id. Omnia a præcedente *hurra*, cum impetu ferri, circumagi. Conf. Schilterus, in *Gloſſario.* Rudbeckius, in *Gloſſ. Manuſcr.* in hac voce agnoſcit obſoletum Latii *horctus*, quod bonum vel vegetum notavit, uti etiam *forctus.*

HURU, quomodo. Celat vox illa non uno modo originem ſuam, nam primo pro veterum Gothorum *hvor*, *hvori*, *hvoru* nos *huru* formavimus, deinde compendii fecimus alterum vocabulum, quod illi ad ſenſum integrum reddendum annecti ſuevit. *Hver* enim & *hvor* reſpondent Lat. quis, qui, huic vero ſubjungebant veteres *lundi*, *led*, *veg*, e. g. *hverileid*, *hvernveg*, *hvernug* nec non *hverilund*, h. e. quomodo, qua via. Poſteri vero ſola priore voce uti, ſatis habuere, eaque, ut dixi, non ſine variatione. Islandi etiam *hverſu*, *hvernen* uſurpant, Angli *how*, A. S. *hu*.

II. Cum adverbiis quantitatis junctum reſpondet Latino quam, ut *huru många*, *huru långe*, quam multi, quam diu. Upl. L. *Kon. B. c. 10. Radi ſialwer huro långi han wil uthi wara*, ipſe diſpiciat, quamdiu peregre eſſe libuerit. *Statut.* Magni. R. de anno 1344. §. 11: ſcribitur *hvar i mangom*, in quotcunque. A. Saxones pro hoc noſtro *hu* uſurpant, *hu oft*, quoties. Angli *how*. Ulph. *hvaiva* & *hve aiva.*

HUS, domus. Vocem eandem habent A. Saxones, Alemanni Islandique. Ceteri exigua variatione utuntur. Angli *houſe.* Germani *haus.* Belgæ *huys.* Mœſogothis incognitam hanc vocem non fuiſſe, teſtatur compoſitum *gudhus*, templum. Joh. *18: 20.* Magnopere nec abludunt L. Sclavonicæ, ut me docet Edv. Bernard, in *Etymol. Brit.* ubi extant Ung. *haz.* Sclav. *hisba.* Croat. *kuzha.* Mericus Casaubonus noſtram vocem ortam putat a Latino *caſa*, *c* in *h* mutato, cui derivationi patrocinatur, quod Hiſpani Italique domum *caſa* appellitent, & Florentini *hauſa* vel *haſa*, ex obſervatione Skinneri. Et certe antiquorum Scytharum Celtarumque domus non niſi exigua tuguriola fuere, tumultuaria opera congeſta, utpote quorum uſus ultra annum non erat. De Britannis Strabo, Lib. IV: p. 200. *Urbium loco Britannis ſunt nemora. Arboribus enim dejectis, ubi amplum circulum ſepſerunt, ipſi caſas ibidem ſibi ponunt, ac pecori ſtabula condunt, nec in longum tempus.* Idem Suevos narrat ἐν καλυβίοις οἰκεῖν, in tuguriis habitare. Hac occaſione monere, non abs re erit, in cadente Latinitate *caſa*, non pro tuguriolo, ſed pro quacunque domo, uti de Hiſpanis jam modo monitum eſt, proque ipſis Regum palatiis accipi. Immo templa, quæ Ulphilas *gudhus* vertit, ſæpe *caſæ Dei* ſeculis mediis nuncupari ſolent. Hæc licet ita ſint, mavult tamen Wachterus, vocem

Digitized by Google

cem Latinam pro affine quam pro parente habere, eamque perinde ac noſtram ab *büten*, tegere, derivare. A S. *bydan*, unde certe *bydda* habemus, Germ. *bütte*, &c. Cognatas ſignificationes noſtræ vocis, ut dum familiam, œconomiam immo & latrinam denotat, Lexicographi tradunt: nos tantum obſervamus, quod accipiatur

II. Pro caſtello, arce: ut dum dicitur in LEGE CHRIST. *L. L. Kon. B. c. 44. Att han ej lati utbſoddan man hwſom æller landom radha*: ne Rex ſinat, exteros arces aut Provincias in poteſtate habere. Hinc eſt, quod *Malmöhus*, *Örbyhus* &c. audiatur pro arce Malmogienſi, Örebyenſi, &c. Hinc quoque dictas exiſtimo varias in Suecia villas, quæ *Husby* nomen habent. Nam licet hodie nulla id teſtarentur rudera; credibile tamen eſt, arcem quandam aut aulam ibi olim fuiſſe. LEX DALICA, *p. 33 Huſabyman* vocat arcis Præfectum. In LEGE ALEMANNICA *hus* crebro etiam hoc ſenſu occurrit: c. 250. *Ob ſi fur ain huſe uarent*: i. e. ſi caſtellum aliquod obſideant.

HUSA, tecto recipere. Belg. *huyſſen* Unde formula *huſa och hema*, in LEGIBUS PATRIIS ſæpe occurrens: hodie *hyſa* dicimus. v. ſupra in *hema*.

2. Notat aream ædibus inſtruere. ÖSTG. L. *B. B. c. 11. Nu huſar man a humpe:* ſi quis extra villam ædificaverit. Islandi eodem ſenſu *huſa* uſurpant v. HEIMS KR. Tom. *I. p. 432.* Al. *hauſen*, *huſen* notat habitare. A. S. *huſian*, hoſpitari, quo ſenſu nos *taga hus* dicimus, divertere: quæ eadem locutio apud Islandos longe diverſum denotabat, atrocem nempe morem, quo, obſeſſa domo, omnes, qui intus erant, comburebant. v. HEIMS. KR. Tom. *I: 85*, *109*, *116*. &c.

HUSKARL, miniſter, familiaris. Qui qualesque illi fuerint, docet NORRSKA HIRDSKRÅ, p. m. 119. *Lendirmæn ſkulu haſa vald til at taka ſer menn til trauſtz en Kongi ſinni til ſtyrks og ſemdar med Huskarls naſne:* Prætores jus habebunt, in ſuum præſidium Regisque augendum robur & decus, domeſticos habere, *Huskarlar* appellatos. Vocati hi poſtea fuere *Hirdmæn* & *Hirddrengar*. v. DOLMERUS, ad citatum Jus AULICUM, p. 177. & SPELMANNUS, in v. *huscarle*.

HUSMAN, ſervus, *huskona*, ſerva: vocantur alias *hemabjon*. v. WESTG. L. *Bard.* c. 7. Belg. *huysman*, agricola, it. inquilinus. Apud Cambros *hwsmon* etiam agricolam notat, nec non hominem frugi, parcum, docente BOXHORNIO. Arbitror, hinc eſſe, quod victum parcum & frugalem appellemus *husmans koſt*. Germ. *hausſpeiſe*. v. SCHERTZIUS, ad LEG. ALEM. c. 20. *Husaktig* eſt diligens, qui rem familiarem gnaviter curat. Belg. *huyshoudigh*, id.

HUSBONDE, pater familias. Angl. *husbond*. v. *bonde*.

HUSGERÅD, utenſilia, ſupellex domeſtica. Germ. *hausgeræth*. Belg. *huysraed*. *Rede* ſignificat inſtrumentum quodvis: *myllurede* in LEGE WESTROG. dicuntur inſtrumenta molæ, *meſſereae*, inſtrumenta miſſæ, &c. v. infra in *rede*.

HUSBONAD, tapetes. v. HEIMS KR. Tom. *I.* p. *559*. Dicitur alias *væggbonad*.

HUSSÆTIS FOLK, inquilini. WESTM. L. *Manh. B.* c. 98. Belg. *huysſaete*, domeſticus. *Husarm* vocatur mendicus, qui domi ſe continet, nec mendicatum egreditur. Belg. *huys-arm*, id.

HUSWILL, cui domus ſuâ ademta eſt, ab *will*, erro.

HUSTRU, conjux, tori ſocia: creditur ita dici, quaſi domui fida, a *tru*, fidus. Eſt elegans certe hæc derivatio, cuique nil aliud deſit, quam veritas. Ut enim verbo dicam, *huſtru* reapſe idem eſt, ac *husfru*, *f* poſt duriorem literam in *t*, quod hunc locum ſæpius occupare ſolet, converſo. Ab initio *kona* nomen erat generale conjugum, ita ut ne Reginæ quidem illud dedignarentur. WESTG. L. *Gipt. B. 1. Kononger wil ſer kono bidia.* ſi Rex uxorem domum ducere voluerit. Sed invaluit ſimul titulus *husfrea* (ut ex iisdem Tabulis patet. *Arfd.* B. *c. 12.*) *husprea*, *husfrö*, *husfru*, aſſumtus vel in honorem FREJÆ, Deæ Suionum, vel ab antiquiore radice, quæ dominam indicavit. Conf. Ulph. *frauja*, dominus, *fraujinon*, dominari, ut adeo idem hic in uſu fuerit, quod apud Lacedæmonios, qui a temporibus LYCURGI uxores ſuas δεσποίνας προσαγορεύειν; referente SERVIO, ad ÆNEID. *Lib. VI.* uti quoque obſervat EPICTETUS. c. 63. ab anno XIV virgines a viris Κυρίας vocatas fuiſſe. v. SCIP. MAFFEI *Muſeum Veron.* p. 16. Quemadmodum vero *husfru* & *husfrö* promiſcue uſurpabantur; ita etiam *huſtru* & *huſtrö* ſcriptum invenire licet. ÖSTG. L. *c. 10. Tha ärwir huſtrön tha jord ſamu*, tum uxor eandem terram hereditario jure habebit. WESTM. L. *Thing. B. c. 23. E ſva thykla bonden ſökis, ſkiptis buströna loter fran:* quoties mulcta expetitur a marito, toties uxoris portio ſeparatur. Ceterum hodie inter *Hustru* & *Husfru*, id diſcriminis obſervatur, ut hoc non niſi honoratioribus Matronis addatur in Actis publicis, illud vero de plebe feminis. Et hoc diſcrimen non eſſe recentiſſimum, mihi concludere poſſe videor ex CHRON. RHYTHM. p. 559. ubi ſuperbia feminarum Suethicarum ita deſcribitur.

The

Digitized by Google

Theras qwinnor wille ej ſlætt Hus
troer heta,
Ty monde the efter Frua namn leta:
Eorum uxores non ſimpliciter *huſ-*
troer ſalutari voluere,
Sed quærebant nomen *Fru.*

Tempore vero conditæ Legis Christophorianæ inter hos titulos *huſtru* & *husfru* nil fuiſſe diſcriminis, ſatis patebit conferenti *Gipt. B. L. L. c. 5.* cum eodem capite in Jure Civili.

UTHUS, bovile, granarium, &c. quæ ſeparatim & aliquo intervallo ab ipſis ædibus condi ſolent. Quænam ſint, indicatur in Westg. L. *Thiuf. B. c. 6.* Hiſce opponitur *inwistarhus.*

HUSBLÅS, icthyocolla. Germ *hausblaſe.* Dicitur ita a piſce Danubii *haus*, ex cujus veſica hoc gluten paratur.

HUT, apage: particula, qua canes inprimis faceſſere jubemus. Cambricum *hwt* idem ſonat, teſte Richardo. Quod antequam obſervavi, noſtrum contractum credidi ab *hær ut*, quemadmodum Germani *hauſen* dicunt pro *hie auſſen.* v. Apoc. 22: 5. Parallelismus vero veteris Linguæ Celticæ vetare videtur, ne domeſtica cenſeri debeat. Quicquid ejus ſit, habemus hinc formulam *ej veta hut*, quæ idem ſonat, ac perfrictæ frontis eſſe, aut non id didiciſſe, quod canes ſciunt: *huta ut en*, eſt cum indignatione & contemtu inſtar canis ejicere, nec non probris onerare. C. B. *hwttio.* Fenn. *hutitan.* Rev. Spegel, in *Gloſſario*, huic voci ſubnectit Anglorum veterum *huteſium*, quod erat idem ac Gallorum *haro*, ſeu conclamatio facinoroſum fugitivum inſequentium, de quo penes Lectorem judicium eſto.

HUTLA, ludificare. *Låta hutla ſig*, pati ludibrium. Nulla fere veterum Linguarum eſt, quæ vocis etymon quærenti ſuum penu non offerat. Ebr. התל eſt ludificavit: & credere poſſes, deceptores Judæos hanc vocem induxiſſe. Græce ὕθλος nugas denotat. ὕθλοι καὶ φλυαρίαι. v. Victorii *Variæ Lect.* Lib. 6: 19. Sorabis *hudlu* eſt illudere, Cambris *hud* præſtigias notat, *hudol* præſtigiatorem. Conf. *anhuddo*, tegere. Iſlandi vetereſque Gothi *had* contumeliam appellarunt. Palthenius, ad Isidorum, p. 414 *hudolida* apud hunc Auctorem aliquando hoc ſenſu inventum fuiſſe putat, pro illo, quod jam Codices habent, *huolida*, idque Germanico *hudlen*, circumveni re, cognatum eſſe. Wachterus omnia hæc orta credit ab *huen*, illudere, irridere. Ego nullum non eorum, quæ attuli, citius adoptarem.

HWAD, quid. Confer, quæ diximus ſupra ad *ho*, quis. Jam tantum notabo uſum L. noſtræ *hwad* cum *æller* conjungendi, e. g. Westg. L. *Rått. B 13. §. 6. hwat hælder han ær frǎls æller thræl*, ſive ingenuus fuerit, ſive ſervus, atque tum affinitatem illud habere cum Ulphilano *hvathar.* A. S. *hwæther.* Angl. *whether*, Germ. *weder*, quod denotat unum ex duobus. v. infra in *hwar.*

HWADAN, unde, pro *hvaran*, a *hvar*, ubi. Ulph. *hvathro.* A. S, *hwanon.* Angl. *whence.*

HWAL, cetus. SkåneL. *p. 31. Engen fiſk ma heta wrak utan ſtyrja oc hwal.* nullum piſcis genus *warecum* appellabitur, niſi acipenſer & cetus. A. S. *hwæl.* Al. *uuel.* Angl. *whal.* Isl. *hvalur.* Belg. *wal.* Hiſp. *vallena.* It. *balena.* Gall. *balaine.* Lat. *balæna.* Gr. βάλλαινα vel φάλαινα. Junius, in *Etymologico*, monet, in L. AngloSaxonica *wæl* abyſſum denotare. Al. *uuala.* id. v. *Gloſſ.* Lips. atque hinc *walfiſk* commode dici tanquam piſcem abyſſi, utpote cujus inſana moles altiores aquas requirit. Præfert tamen originem Græcam, facta apocope, a βάλαινα. Sed hæc monſtra marina Græciſne an Thules incolis familiariora fuere? Varia habent Islandi diverſarum ceti ſpecierum nomina, quæ in præſentia adferre, non vacat.

WALRAF, ſperma ceti. Germani rectius *walrad. Rad* vero Cambricam vocem eſſe, monet Wachterus, oriundam a *rhit*, genitale ſperma.

HWALF, fornix. Germ. *gewölbe.* Angl. *vault.* Gall. *voute.* It. *volta.* L. B. *voluta.* Creditur vulgo, a Latino *volvo* omnia hæc facta eſſe, nec ego rem in magno diſcrimine ponam. Sed nihilo minus, quum norimus, Gothos exteros architectonica ſcientia celebres fuiſſe, unde hodieque Itali Gallique *architecture Gothique* vetuſtum ſubſtructionum genus appellant; non fere ambigo, quin ad fornices nominandum ſuæ Linguæ voce iidem uſi fuerint. Nos vero *hwalf* habemus, & *hwælfwa*, arcuare, quod Latino *volvo* utique cognatum eſt, ſed ita tamen, ut ſignificationem domi habeat, termino huic technico multo aptiorem, quam quem e Latiali voce feneraretur, ceu mox pluribus oſtendemus. Ut itaque tam hoc quam illud ſimul ſub examen vocem,

Digitized by Google

cem, ſciendum eſt, *hwel* circulum, rotam denotare, unde pleraque orbicularis formæ in *el* deſinere, ſupra obſervavimus, in v. *bagel*; a *hwel* hoc deinde habemus

SIHWALF, rotundus, quod vide ſuo loco.

HWÆLFWA, quod eſt cingere, ut dum venatores noſtri, urſum indagine cingentes, termino artis ſuæ dicunt, *hwälfwa björnen.*

2 In orbem agi: *lyckan hwælfwer*, fortuna in orbem agitur, ut ſolet rotæ impoſita fingi. Iſlandi *hwerfa* dicunt, *hwerfande hwel*, rota volubilis. *Hwälfwa kull* dicuntur ea, quæ circumacta procidunt, ut currus & id genus. Ulph. *valvjan*. Angl. *wallow*. Al. *uualzan, uuelzen*. Belg. *wellen*.

3. Fornicem exſtruere: *hwælfwa et hwalf*, teſtudinem conſtruere. Dicitur vero ita, meo judicio, vel quod ſuppoſita forma orbiculari, & in rotæ modum effiɗa, fornix fiat, vel quod rotam figura referat. Latina vox *volvere* ad hoc minus certe quadrat: novimus, de libris & pannis uſurpatum fuiſſe volvendi vocabulum, ſed quid hoc ad fornices, in quibus nil niſi formam rotundam ſpectamus? Confer, quæ de origine vocum *camera* & *teſtudo* tradunt Etymologi Latini.

HWALM, meta foeni. Scribitur etiam *holm*, ut apud STIERNMANNUM, in *Actis Publ.* Tom. I. p. 341. *Otta holmar uthi ett ſommerlaſſ*, octo foeni cumuli vehem æſtivum efficiant. *Hwalma* eſt foenum in metas colligere. DAL. L. p. 19. Occaſionem nomini dedit forma rotunda, a *hwälfwa*, arcuare.

HWALP, catulus. Iſl. *hwölpr*. Al. *uuelfr*. OTFR. Lib. III. c. X: 73.

Gilechont thoh thie uuelfa:
Attamen lambunt catelli.

A. S. *hvelp*. Belg. *welp*, *wulp*. JUNIUS derivatum credit a *yealp*, *yelp*, gannire, tanquam quod catellorum proprium ſit. Crederes, Latinos *vulpem* ita appellaſſe, tanquam catellum, quem forma refert. Lupi vero nomen *wolff*, *ulf* origine diverſum eſſe, ſuo loco docebimus.

HWAR, *hwarre* vel *hwarje*, *hwart*, quis, quæ, quod, pro quibus invaluiſſe *hwa*, *hwo* & *ho*, ſupra p. 884 diximus, ubi etiam nonnulla ad cognitionem vocis pertinentia prælibavimus, quibus addi velim Ulph. *qharjis*, quis. MARC 12: 28. Occurrit vox noſtra crebro in ſcriptis medii ævi. Pro exemplo ſit WESTG. L. *Rätl. B. c. 10. Kaller madher man bycktubwalp, hwar är thet, ſighir han, thu kod han*: ſi quis alterum canis catulum appellet, & ille reſpondeat, quis eſt, de quo hoc dicis? & ille reſpondeat, tu is es. Scilicet ne cujus verba contra loquentis ſenſum detorqueantur, vult Legislator, ut actor diſerte illa repetat. Senſu heic caret verſio LOCCENIANA: ſi quis alium appellet caninum filium, alter vero regerat, ubi eſt hoc, quod dixiſti vel appellaſti eum?

HWARTILL, ad quid, quo. Germ. *worzu*.

HWARFÖRE, ad quid, cur.

II. Quisque, quicunque. WESTM. L. *Kirk. B. c 7. Gris hwarn, lamb hwart, gaas hwaria*, porcum quemlibet, agnum quemlibet & quemvis anſerem. *Lit.* CHRISTOPHORI R. *de anno* 1476. *Hwar then ſwa utwald är*, quicunque ita electus fuerit.

HWARJE, quod et *hwarre* ſcribi ſolet, quisque. Ulph *qharjis*, *hvarjizuh*: adjicimus *e* vel *je*, quæ ſæpe æquipollent Latinorum particulæ inſeparabi i *cunque*.

HWARGE, neuter. KON STYR. p. 128. *Hwar ſom takr til at göra twa ſyſſlir i ſändr, han fulkomna hwarga thera wäl:* Quisquis duo ſimul ſuſcipit negotia, neutrum eorum bene abſolvit. Conf. LAUR. PETRI *Dial de Miſſa p. 68.* Iſl. *hvorugr*. v. STURLÖGERS S. p. 11. Scech not. *hvatki*, id. GOTHL. L. *p. 29. §. 6. Huatki ma þaira miþ andra vitna*, neuter alteri teſtimonium dare poterit, a *hwar* & *eigi* vel *ecki*, non. In neutro genere occurrit *hwarte*, UPL L. *Thing. B.* c. I. *Hawer hwarte*, ſi neutrum habet.

HWARKEN, neque, ant *hwarte* & *hwarteg*. SKÅNE L. p. 30. Al. *huergin*. e. g. *huergin err nee after*, nec antea nec poſt. v. HICKESII *Gr. Theot.* p. 44, 45.

HWAR OCH EN, unusquisque. Loquimur ita vulgo: ſed arbitror rectius *och* omitti, utpote quod penitus abundat. Et ita quoque locutos fuiſſe veteres, video. *Hiſt* ALEX MAGNI:

Jak biudher allom, hwarjom enom:
Præcipio omnibus & unicuique.

Concinit dialectus Moeſogothica *ainhvarjaneh*, LUC. 4: 40. Eſt etiam, ubi hoc ſenſu *alle oc hwar* occurrat. v. *Confirm.* LEGIS CHRISTOPH. nec non *en hwar*, e. g *en hwar tror bæſt, thet han önſkar*, quisque, quod optat, facilis credit: Iſl. *hver ſem ein*. v. NORRSKA HIRDSKRÅ. p. 185. SYR. 12. In veteri lingua Gothica & Iſlandica *en hwar* & *einhvor* idem aliquando eſt ac aliquis, unus. *einhvor dag*, aliquo die WESTG. L. *Mandr. B. c. 12. Wärdher enhwar fal*,

Digitized by Google

ſal, ſi aliquis eorum cauſſa ceciderit. HEIMS KR. Tom. II. p. 11. SIGVATUR *geck eirn dag um þorp nockot, oc heyrþi, at einhvor husbondi veinaþi miog*: forte die quodam ruricolæ caſam prætergreſſus SIGVATERUS, patrem familias quendam miſere ejulantem audivit. In tranſcurſu commemorabo, JORNANDEN hunc idiotiſmum L. Gothicæ imitatum eſſe, dum unusquilibet pro quispiam uſurpat, cap. 4. de *Rebus Get*. Verba ejus ſunt: *Qui eos dicunt in Britannia vel in unaquaubet inſularum in ſervitutem redactos*, h. e. in quapiam inſularum. Mantiſſæ loco adjungo, pro *hvar en* apud veteres contracte non raro legi *hwan*. *Vita* ANSCHARII p. 125. *Wægha brödhet, ſom han ſkulle ata hwan dagben*, appendere panem, quem quoque die comedit.

HWAR ANNAN, alter alterum. *Ælſka hwar annan*, inter ſe amare. *Twætta hwars annars fötter*, pedes inter ſe lavare. JOH. 13: 14. ubi Iſlandus habet, *thvo hvors annars fætur*. Dicimus etiam, interpoſito pronomine definito, *ælſker hwar then andra*. Obſerva, Linguæ genium nos non ſequi, ſi dicamus, *the ælſka hwar andra*.

HWAR DAG, ubi diviſim ſcribitur, notat quovis die, ubi vero in unam vocem duæ coaluere, ponitur pro die communi, quatenus feſto opponitur. De moecha, quæ mariti ſui lectum contaminavit, dicitur in WESTG. L. *Gipt. B.* 5. eam exire debere *i hwardagsklædum ſinum fra bo oc boſlot*, illam in veſtimentis quotidianis domo exigendam eſſe. Quum AngloSaxones dicant *veorc-dæg*, Germ. *werkeltag*, facile adſtipularer, ſi quis contenderet, *werkdag* in *hwardag* ſenſim abiiſſe.

ANNATHWART, in ſcriptis, tempora GUSTAVI PRIMI præcedentibus, idem eſt ac *antingen*, ita ut *annat hwart eller* reſpondeat duobus *ſive* apud Latinos Germanorumque *entweder oder*. v. LAUR. PETRI *Poſtilla*, *Dom. I. Adv.* Hoc autem *weder*, a quo *hwart* fecimus, denotat alterum ex duobus, idque ex indicio L. Moeſog. ubi *hwathar* extat. MATTH. 9: 5. A. S. *hwæther*, Al. *wedar*. v. WACHTERUS in *Gloſſ. Annat hwart* proprie itaque eſt unum ex duobus, quod idem dicendum de *ent* in memorata voce *entweder*. v. ſupra in *annan*.

HWARTHERA, quisque eorum: *thera* eſt genitivus pluralis pronominis *then*, qui in hujusmodi conſtructione ſæpe adjicitur: *enthera*, *hwilkenthera*, *udgonthera*: perinde ac apud Græcos ἕτερος, quod proprie unum ex duobus notat, ut obſervat H. STEPHANI, in *Theſ. Gr.* Suethice *enthera*, οὐδέτερος, *ingenthera*, μηδέτερος, id. θάτερος, *thathera*: ὁπότερος, uter, ἑκάτερος, id. πότερος, quis eorum. Norunt vero Græci tam parum, quo ſpectet hæc horum vocabulorum terminatio, quam Latini cauſam ultimæ ſyllabæ in vocabulis alter, uter, neuter &c. v. *Præf.* ad ULPH. *Illuſtrat.*

HWATNA, ubicunque. KON. STYR. p. 175. *Hwatna är ſpurdaga wärt*, ubicunque opus eſt inquiſitione. Contracta vox eſt ab Iſl. *hvorvetna*, id. cfr. *vetta*, ſpectare.

HWAR, ubi. Ulph. *hwar*. A. S. & Iſl. id. Al. *uuar*. Belg. *waer*. Angl. *where*. Germani *wor* in compoſitis habent, alias *wo*. Conf. quæ ſupra diximus in *ho*. Otioſe interdum *eſt* additur, *hwareſt*.

II. Hic, idque in formula *ther och hwar*, quæ reſpondet Lat. hic illic. Al. *uuar enti uuar*. v. SCHILTERI *Gloſſar. p.* 837. Iſl. *hier og huar*, ut I. MACCHAB. 12. *Lietu þeir kynda marga ellda hier og huar i herbudunum*: accendi fecerunt plurimos ignes hic illic in caſtris.

HWART, quo: per craſin a *hwarät*: *ät* vero motum ad locum indicat. Patet itaque, pleonaſmum eſſe, ubi dicitur *hwart hæn*. Tu ſcribe aut *hwart* aut *hwarhæn*.

HWARJANS, ubique. CHRON. RHYTH. OL. S.

Tha at hwarjans i ordom gaar,
Huru KNUTER *wille Norge winna*:
Quamvis ubique rumor increbuit,
CANUTUM Norrvegiam ſuam facere velle.

Referri debet ad *hwarje*, quod, uti ad vocem proximam p. 940 annotavimus, univerſalitatis notionem habet.

HWARGENS, *hwargin*, *hwarjen*, nuspiam. Ut contrarii ſenſus eſſe vidimus *hwarje* & *hwarge*, ita par hic eſt ratio. Upl. L. *Thing. B. c.* 2. *Thing a Länsmadher hwarghin ſtämna, utan a rättan thingæſtadh*: Lænsmannus nuspiam judicium convocare debet, niſi in locum ordinarium. Modo cit. CHRON. p. 2.

Tha ſporde man hwargens hans like:
Tum nuspiam ejus ſimilis audiebatur.

Hiſt. ALEX. M.

Tu faar hwargin henna like:
Nuspiam illius ſimilem invenies.

Conf. CHR. RHYTHM. *min. p.* 113. Apud Scriptores Alemannicos *uuergin*, *huergin* ponitur pro alicubi, ut OTFR. *Lib. II. c. IV.* 51.

Ni hort er uuergin mari
Uuer ther fater uuari:
Non audivit uspiam rumorem,
Quisnam (illius) pater eſſet.

Conf. HICKESII *Gram. Theot. p.* 44. Germani hinc *irgent*, Belgæ *orgens* habent: quod

Digitized by Google

quod a *uuar*, ubi, pullulaſſe, docet Wachterus.

HWAR, particula conditionalis, ſi denotans, ut in Östg. L. *Arfd. B. c.* 3: 2. *Hwar ſum eg år madher til*, ſi mas non adfuerit. Vide Ord. Eccles. *de Anno* 1571. *p.* 2. Germ. *wann*, *wenn*.

AT HVARU, vel plenius, *An thy at hvaru*, quamvis, *ſwa thy at hvaru*, ita tamen. Particula, eſt in ſcriptis medii ævi ſæpiſſime occurrens, ſed quæ diverſisſime exarata invenitur: e. g.

The thvarjo. Chron Rhythm. *min. p.* 89.
Thy waru. Catal. Episc. Scar. *p.* 96.
Twar. Hiſtoria Alex. Magni.
An thy at hvarja. Chron. Rhythm. *min. p.* 41.
An tå at hvarjo. ib. p. 130.
Thy at hvaru. Westg. L. *B. B. c.* 8.
Thyt hvaru. Litt. Magni R. ad fin. Leg. Westg. p. 89.
Tyt hvaru. ib.
Tho at hvaro. Westg. L. *Kirk. B. c. I.* §. 3. *B. B c.* 13: 3.
Tho at hvareſt. St. L. *Gipt. B. c.* 9: 7.
Tho at hvariſt. Vita Anscharii. *p.* 25.
Tho waro. Östg. L. *Drap.* ad fin.
Tho hwerjen, *Stat.* Erici. in Lege Scan. *p. m.* 53.
Tho hverium, ib.
Tho icke thez hwerom. Skåne L. *Urb. m. p.* 61: 8.
Tok hverjom. Ib. *p.* 61.
Dok hwerjom. Ib. p. 66.

Prætereo multa alia, quum hæc ſatis oſtendant, quam fluctuans harum vocum orthographia olim fuerit. Et ut de ſcribendi ratione inter priſcos non convenit, ita nec minus incerta fuit earundem interpretatio, ut patebit conferenti loca, ex Codice Legum Westrogothicarum citata, cum interpretatione Locceniana, a Lundio emendata, quibus adde *Rel.* de *S.* Brigittæ *Revelatione*, in *Collect.* Bringianis. P. II. p. 93. Quod vero ad voces has attinet, reperio illas a veteribus Iſlandis, ſed parce tamen, uſitatas. Succurrit locus ex Heims Kr. *Tom. II.* p. 277. *Sidan dragaþeir honom heim, lia honom lifs, at hvaro nauþolega, en engrar annarar miskunnar*: poſtea eum domum trahunt, vitam ipſi quamvis ægre concedunt, ſed nullam aliam miſericordiam præſtant. Si jam a me quæratur, cur adeo diverſimode hanc vocem exaraverint Scandinaviæ noſtræ incolæ, nullam aliam invenio, niſi quod forte peregrina fuerit. Si vero porro in illius natales inquiramus, non dubito, quin *tho*, *thok*, *thyt*, ſit AngloSaxonum *theah*, quamvis, etſi, a quo etiam *thyat* & *thet* fecimus, ut infra ad v. *thy* dicetur. Alemanni *thou* habent & *thouuar*, verum tamen, (v. Hickesii *Gram. Theot. p.* 79:) nec non *tho uuidaro.* v. Tatianus, c. XXI: 19. Ex hoc *thouuar*, quod etiam tranſpoſita ratione apud Willeramum *auor thach* occurrit, noſtrum *tho waro*, *thy waro* & deinceps cetera promanaſſe, arbitror. AngloSaxonas *theah-hwæthere* etiam hoc ſenſu uſurpaſſe, me docuit Junius, in *Gloſſario Ulphilano*, ad v. *thau*, p. 345.

HWARF, locus in littore, ubi fabricantur naves. *Skepshwarf*, id. A. S. *wharfa* eſt littus, ubi merces veneunt, idque, ut putat Spelmannus, a *hwyrfan*, permutare. v. p. 571. Angl. *wharf*, notat molem, ultra nativam littoris crepidinem in aquas projectam, ne naves littoralium vadorum brevibus prohibeantur appellere. v. Jun. *Etymol.* qui vocem derivat ab Ulph. *vairpan*, projicere. A. S. *veorpan*. Germ. *werffen*.

HWARF, vices. v. infra in *hwerfwa*.

HWASS, acutus. Al. *uuas*. Otfrid. *Lib. I. XV.* 90. *Uuaſſan ſilu uuaſſaz*, arma admodum acuta. A. S. *hvæt*. Iſl. *hwaſs*. Uſurpatur etiam metaphorice de tempeſtate acri, de ingenio perſpicaci, etc. Ab hac voce neſcio an diverſa ſit *hwat*, celer, alacris, Iſl. *hwatur*: certe acria & alacria fere ubique communibus vocabulis exprimuntur, & inſuper, quæ mox adferentur, ſatis commonſtrant, *s* & *t*, ut ſæpe alias, ita in hac voce alternare. Quod ad originem attinet, cognatam hanc noſtram vocem credidero Latino *acer*, ut ſolet *c* ſæpe in *s* converti. e. g. penicillus, *penſel*, buccina, *baſun*, colare, *ſila.* &c. Et ſic ſponte deducimur ad *ἀκίς*, *acies*, *acuo*, & quæ plura ſupra attulimus, ad v. *ægg*.

HWÆSSA, *hvættja*. Iſl. *hueſſa*, it. *huettia*. Ol. Tryggv. S. P. I. p. 180. Sigrus *hvatti ſpiot*, *er han atti*: Sigrusus haſtam acuit, quam habebat. A. S. *hwettan*, *hvæt*, acutus *hvæt-ſtan*, cos. Belg. *wetten*. Angl. *whet*. It. *aguzzare*, Gall. *aiguiſer*. Diſcrimen obſervant noſtri inter *ſlipa* & *hwæſſa*: hoc de cuſpide, illud fere de acie in genere uſurpatur.

HWAT, alacer. v. *wat*, & proxime præcedens *hwaſs*.

HWÅSA, ſibilare, ut ſolent anſeres, aut quibus ſpiritus eliditur. A. S. *hveoſan*. Iſl. *hwæſa*. Sorles S. p. 20. *Tok nu* Tofi *at hvæſa*: jam Tofus ſibilare coepit. Angl. *wheeſe*. Fenn. *hawiſen*. A ſono fictum opinatur Junius.

HWEKA, vacillare, v. infra in *weka*.

HWERFWA, in gyrum agere. *Hiſt.* Alex. Magni.

 Hon

Hon är kringhworſwen med en
flod.
Inſula circumdata eſt torrente.

Al. *uuerben*, ut apud Otfridum, *Lib. II. 1: 34.*

Er ther himmel umbi
Sus emmizigen uuerbi:
Antequam coelum
Adeo velociter circumageretur.

Iſl. *huerfa* : Ol. Tryggv. S. c. 18. *Honom huerfadi hugurin*, ipſi animus vacillabat & quaſi circumagebatur. Angl. *whirl.* A. S. *ymbværlan*, circumagi. Belg. *werwen*, *wieren.* Gall. *virer.* Cfr. *verve*, quod apud Gallos notat enthuſiaſmum vel furorem, quo incitantur Poëtæ, veluti mentis quodam turbine. Iſlandi ejusmodi mentis motum *ſkaldwingl* appellant, a *wingla*, agitari, circumrotari. Cuncta videntur ortum debere Græco γυρεῖν, Lat. *gyrare.* Notabile eſt, quod lego apud Festum, p. 1128 Edit. Ald. in veteri Latio *vervare* idem fuiſſe, ac circumagere, qui idem paullo antea ex Ennii *Andromache* citaverat *urvare*, i. e. circumdare. Nil poteſt magis Gothicum eſſe. Ab hoc *hwerfwa* varia habemus derivata, alias adferenda, ut *qwarn*, Ulph. *qvairnus*, mola, *ſwarfwa*, tornare, &c.

HWIRFWEL, vertex: dicitur ita, quia ibi crines in circulum eunt, & hoc inde certius eſt, quod idem nomen habet quisque capillorum gyrus. In eundem modum a vertendo Latine etiam vertex dici creditur. *Wäderhwirfwel* eſt turbo, vel, uti a Lucretio appellatur, ventus verſabundus, quippe qui in orbem agitur. Belg. *werwelwind.* Angl. *whirlwind.* *Wattnhwirfwel* eſt vortex aquarum. Eadem porro metaphora, qua Latini apicem montis verticem appellant, Iſlandi etiam *hwirfil fiallſins* dicunt. v. Bibl. Isl. *Ex. 19.*

UMHWERFWIS. Iſl. circumcirca.

HWIRFING, circulus. *Dricka hwirfing*, in circulum potare, ut mos fuit Scytharum. v. Pelloutier *Hiſt. des Celtes. p. 474.*

HWERFLA, in orbem cito agere: inde *harſwel*, quod vide.

HWERFWA, reverti: in imperf. *harff* & *hwarf.* Iſl. *huerfa*, *huerfa aptur.* Al. *uuerben*, *giuuerben.* Tatianus, c. IV: 9. *uuarb zi ira hus*, reverſa eſt in domum ſuam. Apud Keronem c. 7. *Erhuuarabi fona willoom dineem*, revertere a voluntate tua. A. S. *hveorfian* Luc. 24: 52. *Hig gehvurfon on Hieruſalem mid mycelum gefean*, revertebantur Hieroſolymam cum multa lætitia. Radix eſt Moeſogothica *hwairban*, ire, abire, præterire, *biuuairban*, circumire, circumcingere.

II. Abire. Vita Anscharii, p. 24. *Swa bratt theſſin ordhin woro thalat, tha hwarff han bort*: et hiſce dictis abiit. Ulph. *hvairhon.* Joh. *8: 59*: *Usiddja us alh, usleithands thairh midjans ins, jah huarboda ſva*: & exiit e templo, ambulans per medium eorum, & evaſit ita.

III. Averti, perire. Suderm. L. *B. B. c. 5. Hwærwer ſkyul a akre uti*: ſi pereat acervus ſegetis in agro. Östg. L. *Thiupt. B.* cap. 32. *Tha ſkal han ſiri grannum ſinum lyſa, hwat hanum är hurwit*, tum vicinis ſuis notum faciet, quid ipſi perierit. *Hiſt.* Alex. M.

Apter hans död monde thet hwärfwa:
Poſt ejus mortem id periit.

Hymnus Eccl. *N. 10.*

Att wi icke borthwerfwe:
Ne pereamus.

Iſl. *huerfa*, id. Ol. Tryggv. S. P. II. p. 8. *Eg atti roſs þar i eyuni, þat huarff*, habui equum in inſula, qui periit.

HWARF, vices, quo ſenſu dicimus *try hwarf*, ter, *ett hwarf*, ſemel. Credo, id ab eundo dictum eſſe, quemadmodum ſimilem geneſin habent *gång*, *reſa* & *ſinn* in *någonſin*, ab Al. *ſind*, iter. A. S. *ſith.* id. Dicentur de noſtra hac voce plura, ad v. *töswar*, bis.

2. Ordo: *Nær hwarfwet kommer till mig*, quum ordo me tetigerit: *tidehwarf*, periodus. Notat vox noſtra proprie id, quod in orbem it, atque adeo rectius forte ad claſſem præcedentem referretur; ſed ut junctim omnes ſignificationes uni obtutui ſubjicerentur, hic ei locum fecimus. Galli *tour* vocant, Latini *orbem*, quæ vox ex Gothica hac radice, meo judicio, lucem accipit, in primis ſi obſervetur, *hwerfa*, *werfwa*, in orbem circumagi, in præterito *orff* apud Iſlandos habere.

3. Stratum, cum res, genere vel numero diverſæ, una ſuper aliam ponuntur per ſtrata: Vox geoponicis nota.

4. Judicium, ſive quia illuc itur, ſive quia ſtatis temporibus redit. Obſoleta vox illa penitus eſt, & nos fugiſſet, niſi eandem ab oblivione ſervaſſet Adamus Bremensis. Ita vero ille c. 229. *Hiſt. Eccles: Commune populorum concilium a Svionibus* warph a *nobis* thinc *vocatur.* Franc. Junius refert, in Legibus Frisonum *werf* eodem ſignificatu

Digitized by Google

gnificatu occurrere. Loca illa, quæ affert, hæc ſunt, Gloss. Ulphilani p. 273. Lib. I: 29. *Dis tredda deys aeghſe di frana oen den werf to bringhen*, tertio die debet eam Prætor ſiſtere coram conventu publico: & alio loco *an da loyda warue*, in populi conventu. Succurrit, quod in paroecia *Wendel*, haud procul Upſalia, locus ſit juxta viam, qui vulgo vocatur *Wendelshwarf*, ubi ſupplicium a fontibus ſumitur. Veriſimile eſt, ibi judicia olim habita fuiſſe.

HWETE, triticum. Ulph. *hwaitei*. Joh. 2: 24. *kaurno hwaiteis*, ubi Græcus habet κόκκος τȣ̃ σίτȣ, h. e. granum frumenti. Quantum itaque ex hoc loco colligere poterimus, *hwaitei* nomen eſt genericum, perinde ac *hwæt* apud AngloSaxones, qui Cererem appellant *hwæte God*. Novimus, Gallos *froment*, quod a frumento eſt, generi triticeo peculiare feciſſe. Videtur inde concludi poſſe, triticum antiquiſſimum inter Scythicas Celticasque gentes cereale donum fuiſſe, & tanto minus audiendos, qui nos credere jubent, non niſi ſeculo XV triticum in Suecia noſtra viſum fuiſſe. Quidni enim ante hoc tempus illis cognitum eſſet, quum jam ante tria fere ſecula Dani illo uſi legantur ad commeatum nauticum. Heims Kr. *Tom. II. p. 98.* illiusque mentionem faciant leges noſtræ, hac periodo multo antiquiores? Westg. L. *Kirk. B.* c. 14: 2. Upl. L. h. t. c. 7. De cetero occurrit vox noſtra in dialectis affinibus. Al. *hueitz*, *uueiz*. Belg. *weyt*. Germ. *weitzen*, Angl. *wheat*. Inter pleroſque convenit, *hwete* ab Ulph. *hweits*, Sueth. *hwit*, albus, factum eſſe, in quam rem commode Plinium citat Wachterus, *Hiſt. Nat.* Lib. XVIII. c. 7. ubi Sophoclem laudat, qui triticum appellat album frumentum. Sed non ignoſco eidem Viro docto, dum terminationem Germanicam originem debere tradit Græco ζεὰ, far. Adeone infolens eſt, Theotiſcos *t* Gothicum in *z* convertere? Rev. Ericus Benzelius Moeſogothicum *hwaitei* ab Ebr. חטה derivat, cui conjecturæ neſcio an aliud faveat, quam quod novimus, ab Oriente ad Scythicas gentes agriculturam & agros colendi rationem perveniſſe.

HWI, cur. A. S. *hvi*. Al. *hui*. Angl. *hwy*. Conſtabit geneſis hujus particulæ, ſi meminerimus, Moeſogothos, in cauſſam rei cujusvis inquiſituros, dixiſſe *du-hve*, quod eſt ad vel ob quid, διὰ τί. v. Matth. 9: 11. Hinc AngloSaxones *for hvig* fecere. v. Matth. 13: 10. & Theotiſci *bi huuiu*, ut apud Isidorum Edit. Palthenianæ p. 258. *Bi huuiu uuard Chriſt in liibhi chiboran*, cur Chriſtus in carne natus eſt? Iſlandi *thui* dicunt. v. Marc. 11: 3. Runolphi Jonæ *Gr. Iſl.* c. 10. Immo vero longius genus hujus vocis facile proferre valemus. Evidens enim eſt, apud Latinos *qui* idem notaſſe ac cur, unde habemus *quin* pro *quine*, hoc eſt, cur non, ut dum apud Comicum legimus *quin taces*, i. e. cur non taces, *quum domum abis*, i. e. cur non domum abis.

HWI, in *fȯr hwi* eſt formula aſſeverandi, ut inferius allata exempla commonſtrant. Hymnus Eccl. *N.* 205: 7.

Han ſade, nei: jag ſæger fȯr hwi:
Ille vero negavit, pro certo dico.

Hiſt. Alex. Magni.

Fore hwi, the obyra rymer tha.
Certe, peſtis illa tum recedet.

Chron. Rhythm. p. 28.

Wi tappom ſiger, jak ſæger fȯr hwy.
Certamen perdemus, pro certo id affirmo.

Conf. p. 33, 83. Non me falli crediderо, ſi dixero, ſenſim *fȯr hwi* irrepſiſſe pro *fȯr wiſſt* vel *fȯr wiſſo*, uſitata aſſeverandi formula. Iſl. *ad wiſu*. v. Heims Kr. Tom. *I.* p. 333. Immo *fȯrwijs* ſcriptum invenitur in Chron. Rhythm. p. 207.

Thet ſiger jak eder fȯrwijs:
Id vobis pro certo affirmo.

HWIF, rica, capitis tegmen muliebre. Gothl. L. c. 23: 1. *Slar þu tupp eþa hwif af cunur*, ſi calanticam aut vittam mulieri excuſſeris. Dan. *vibe*. v. ſupra in v. *huſwa*. Apud Ulphilam *vippja* & *vaip* diadema notant, *taurneinan vaip*, coronam ſpineam. Novimus quippe, Romanos, quibus tum ſubfuere Gothi, pro corona diademate uſos fuiſſe, quod in coronam imitatio gentium aliarum convertit. Radix Moeſogothica eſt *vaibjan*, ligare, conſtringere, unde *bivaibjan*, de quo conſule Lexicographos: nos hodie *veſva* dicimus, h. e. involvere, unde *vepa*, A. S. *væfels*, velamen. Latinum *vitta*, ſi aliunde commode derivari nequeat, originem Gothicam ne repudiet. F certe & *t* ſæpe alternant: ut *fimer*, temo, *torg*, forum

Digitized by Google

torum, *ſil*, lima, Iſl. *thil*, *fly*, fugere, Ulph. *thliuban*, id.

II. Vertex capitis, ſi recte intelligo verba Legis Gothlandicæ, c. 19: 17. *Hvaiſihain huer ſum bier elna langan þraþ iſir ſem elna huauga ri, ir byt at twem marc penninga:* Os quodibet verticis, quod portat filum, ulnam longum, ſuper trabem, quinque ulnas altam, luetur duabus marcis. Videbis infra, ſimilem in modum *krona* pro vertice uſurpari.

HWILA, quieſcere. Iſl. *hvila*. Dan. *hvile*. In ceteris dialectis non mihi conſtat, hoc vocabulum in uſu fuiſſe, ſi ab una diſceſſerimus Moeſogothica, quæ *hweilan* utitur vel *gahweilan*. Luc. *10*: *6*. *Gahweilait ſik ana imma gawairthi izvar*: requieſcit ſuper illum pax veſtra. Iſlandus hic habet, *tha ſkal ydar fridur huilaſt yfer honum*. Proprie idem ſignificare videtur, ac ceſſare, vel interſtitium laboris facere, a *hweila*, intervallum temporis. Ulph. Luc. *18*: *4*. *Ni vilda lagga hveilai*, nolebat per multum tempus. A. S. *hvil*, *hvile*. Al. *uuila*, *huila*. Angl. *while*. Belg. *wijle*. Germ. *weile*. Iſlandicum *bile* quodvis interſtitium tam loci quam temporis denotat. Obſoletum Latinorum *quio*, unde *quieſco*, ſi quis poſtularet, inter affinia numerari debere, *la* Gothicum pro mera terminatione haberi poſſet. Conf. tran*quillus*, h. e. quietus.

HWILA, quies: unde *hwilodag*, dies quietis, Sabbathi. Iſlandi *hwila* pro lecto uſurpant, ut Heims Kr. *Tom. I. p. 79. Nu man ec eigi ſofa i hvilo minni*: jam non dormiam in lecto meo. Eſt hinc, quod dicimus, *gå til hvila*, cubitum ire, quodque cubiculum *hvilokammar* appellaverint majores noſtri.

HWILKEN, qualis, cujusmodi. Ubi prima hujus veſtigia reperimus, Codex Argenteus eſt, qui ſæpe habet *hveleiks* & *hvileiks*, a *hve*, cui, & *leiks*, ſimilis. Luc. *I*: *29*. *Thahta ſis, hveleika veſi ſo goleins*, cogitabat ſecum, qualis eſſet hæc ſalutatio, vel, ad verbum, cui ſimilis eſſet hæc ſalutatio. Tatianus hæc reddit *thahta*, *uuelih uuari thas uuolaqueti*. Non ſine voluptate videre licet, quemadmodum vox hæc, in ſua Lingua h. e Gothica ſimplex & perſpicua, in cognatis ſenſim depravata fuerit. Apud Græcos ἡλίκος eſt quantus, quam magnus, cujus affinia ſunt πηλίκος, id. τηλίκος, tantus. In Lingua Latina *qualis* extat, huic noſtro tam geminum, ut uno eodemque partu utrumque editum eſſe, facile agnoſcas. Scilicet O illud punctatum, quod Gothi habent, ſonum inter *hv* & *qv* medium habuiſſe videtur, ut adeo a Gothico *qüeleiks* Latinum *qualis* ſola fere terminatione diſtet. Ii itaque, qui Gothica tanquam recentia & muſtea contemnunt, & nil, niſi quod trans Alpes natum ſit, commendandum putant, interrogent Varronem ſuum, quid *lis* heic in *qualis*, *talis*, *ſimilis* denotet, &, ſi hæreat, idem eſſe dicant, ac *leiks* in *hweleiks*, in *thalik*, in *ſamaleik*, quæ omnia germane Gothica ſunt, ſuis locis non prætereunda. Sed revertamur ad *hwilken*, cujus affinia ſunt A. S. *hwilc*. Al. *huuelich*, *uuelich*, nec non *uuielich*. v. Otfridus Lib. II. 1: 87. Præponunt iidem Alemanni nonnunquam *s*, *ſuuelic*, quod eſt pro *ſouuelich*. v. Palthenius ad Tatianum, p. 337. Reperies etiam apud Anglo-Saxones *ſwilc*, & plenius *ſwa hwilc*. Belg. *welk*. Germ. *welch*. Saxon. *welkeen*, *wolkeen*, *wokkeen*. v. Idiot. Hamb. p. 327. Iſl. *hwilikr*. Angl. *which*. Scot. *quilke*. Majores noſtri diverſimode exararunt, e. g. *huilikr*. Östg. L. *Kriſt. B.* c. 3: 1. *huilikin*. Suderm. L. *Jord. B. c. 6*: *10*. *hwliken*. Waldemari *R. Statut.* in Lege Scan. p. 67. *wolkin*. Suderm. L. pag. ultima, *holkin*. Chron. Rhythm. p. 463. & *hocken*, quod in ore vulgi perſonat, perinde ac *tocken* pro *tolik* vel *thålik*.

II. Ut in omnibus fere linguis *quis* & *qualis* confunduntur, ita & idem in hac voce animadvertimus. Ulphilæ jam ævo idem factitatum obſervare licet, ut Matth. *8*: *27*. *Hwileiks iſt ſaei*: ubi Iſlandus habet *huijlikr madur er theſe*, quis eſt hic vir? Simili modo majores noſtri. Östg. L. *Arfd. B, c. 6. Nu delis ther om, huilikit thera ſnimſt drunknade*: de eo lis eſt, quis eorum poſtremus aqua merſus obierit. Et hic ſenſus, obtrito altero, jam diu fere regnat.

EHWILKEN, quicunque. v. ſupra in *e*. Al. *gihuilic*. Hickesii *Gram. Theot. p. 43*.

HWIMLA dicitur de motu vermiculari, & plerumque ſenſu improprio: *Thet hwimlar i hufwudet*, caput vertigine laborat, ubi omnia intus volvi videntur, perinde ac ſi cerebrum rotaretur. Germani *wimmeln* uſurpant de

de ingenti multitudine, ſeſe in eodem veſtigio motitante.

HWIMMELKANTIG, qui vertigine laborat. Apud AngloSaxones *heafodvylm* notat capitis fervorem, ſed ab alia radice nempe *veallan*, æſtuare, it. furere. Utrumque vide apud Bensonium. Ultimam vocis partem mendo laborare, ſuſpicor, proque *hwimmelkantig hwimmelkantrig* dicendum, a *kantra*, quod denotat in latus procidere, ut ſolent navigia in alterutram partem inclinata.

HWIMSKA, ſtultitia; vox ejusmodi ſtatum indicat, ubi caput alicujus perpetua veluti vertigine laborat.

HWIN, furunculus. In Legibus Patriis fur dicebatur, qui dimidiam marcam alteri ſurripuerat, qui vero illo minus, *hwin* nuncupabatur. *Codex* Legum Westrog. *Manuſcriptus*, in *Thiuw B. c.* 2. *§.* 7. *Full thiuſt*, *þet år balf mark. Halfſätte órtugh*, *þet år hwinzkå, oc all nider fra.* Furtum plenum eſt dimidium marcæ, quinque vero órtugarum cum dimidio *huinzka* appellatur, & infra: *ſtiål maþer minnæ æn tva óræ,thet år huinzku*, *wåri ſik med XIV mannum ok ſwæri hwar ſins læſium. Fals han at*, *bóte þrenni ſæxtan órtugher i þre ſtadhi*: *orkar han eigh ſwa bótæ bete huin oc miſte hud ok óron*: Si quis minus duabus oris furatus fuerit, id *huinſka* dicitur: defendat ſe XIV conjuratoribus & quisque ſigillatim juret. Si in probatione defecerit, pendat ter ſedecim órtugas, trifariam pendendas: ſi mulctam præſtare nequeat, per opprobrium *hvin* appelletur, plectaturque cute & auribus. In Lege Islandica *huinſkuthiuf* appellatur, quicunque minus ora furatus eſt, alias *ſnattare.* Conf. Westg. L. l. c. cap. 2. Stjernhielmius in *Indice* adhas Leges docet, *huinſka* proprie denotare ſtultitiam quaſi *hwimſka*: quod indicaret, Legislatorem æſtimaſſe, minora furta proficiſci magis ex ſimplicitate, quam deſtinato nocendi conſilio.

HWINA, ſonum ingratum, ſtreperum edere. *Hiſt.* Alex. M. de ſuibus:

At the ſkullo hwijna faſt:
Ut fortiter grunnirent.

Videtur vox hæc genus ſuum referre poſſe ad vetuſtiſſimas dialectos, quæ tamen vocem hanc tantummodo de planctu & ploratu uſurpant. Ulph. *quainon.* Matth. 9: 15. C. B. *cwyn*, lamentatio, quam vocem Daviesius refert ad Ebr. קינה, id. Adde Leibnitii *Celtica* p. 111. Arm. *keini*. v. Pelletierii *Lex. Brit. p.* 474. Iſl. *kveina*, queri. Ol. Tryggv. S. *Ed. Skalh. P. II. p.* 66. *Jamna a vetrum er kveinat um eldvidar fæd*: perpetuo hieme queruntur de cremio. conf. Bibl. Isl. 1. Sam. 8. Heims Kr. *Tom.* 11. *p.* 122. quibus adde Volsunga S. p. 81. Gudrun *kueinade med grate*: Gudruna ejulabat cum lacrimis. Alemanni *kuinen* dixere, unde *kuinta* apud Otfridum, *Lib. I. Cap. XVI*: 15. licet huic voci immeritam dicam ſcripſerit Schilterus, ut etiam alias vocabulum hoc incuria librariorum adeo deforme redditum animadverti, ut ægre agnoſcatur. Exempli loco adferam *Lib. V. VI*: 65. ubi legimus,

Joh iagilih ſih kumit,
Sar ſih thaz herza rumit
Fon ungiloub feſti.

Quæ verba ita interpretatur Schilterus:

Ac quilibet recordatur,
Statimque cor purgat
Ab infidelitate valide.

Ego vero pro *kumit* & *rumit*, *kueinit* & *reinit* legendum arbitror, & ſic ſenſus ſimpliciſſime fluet:

Et quilibet lamentatur,
Statimque cor purgat
Ab infidelitate valide.

Quæ enim ad explicationem duarum harum vocum in *Gloſſario* adfert modo laudatus Auctor, ſubleſta ſunt, & nulla certa auctoritate ſubnixa.

HWINKA & *hwicka*, vacillare. Kon. Styr. *Stadugr ok eij hwinkande*, ſtabilis & non vacillans. Dicentur de hac voce plura ad *wacka*, *wicka.* Jam tantum obſervabo, pro noſtro *hwinka* Germanos *hinken* dicere, & de illis ſpeciatim uſurpare, qui claudicant, tanquam qui non ſatis certa veſtigia ponunt.

HWIPA, upupa. Angl. *howp*. Gr. ἔποψ, unde noſtrum factum credi poteſt, niſi forte a ſono malis.

HWIRFWEL, vertex. v. *hwerfwa.*

HWISKA in aurem dicere. Es. 29: 4. Iſl. *hwiſkra.* Angl. *whiſper.* Fenn. *cuiſcan.* Germ. *wiſpelen*: quæ originem ducunt ab A. S. *hviſprian*, murmurare, unde *hviſtle*, tibia, calamus. Veriſimile mihi videtur, ut id ἐν παρόδῳ moneam, Latinorum *fiſtulam* ab hac eadem radice aliquando proveniſſe. Pro

Pro ratione mihi eſt ſimilitudo vocis AngloSaxonicæ, & quod perhibet Strabo *Lib. X. p. m. 470.* Thracas fuiſſe, qui primam Muſicæ operam dederint, interque eos Ephorum & Orphea, ſubjungitque *inſtrumentorum etiam quædam barbarum nomen habent.* conf. Pelloutier *Hiſtoire des Celtes, p. 488.* & Vossius *de l'Poëm. Cantu. p. 117.*

HWISLA, ſibilare. Angl. *hiſs.* Uſurpatur proprie de oſcinum cantu, ſive per onomatopoeian, ſive forte a *qwæda*, ut ſolent *hw* & *qw* ſæpe alternare. Dicitur alias *qwittra.*

II. In uſu etiam eſt pro quolibet alio ſibilo, hominum, ſerpentum. Angl. *whiſtle.* A. S. *hviſtan, hviſtlan*, a *hviſtle*, calamus, fiſtula.

HWIT, albus. Ulph. *hweits.* A. S. *hwit.* Angl. *white.* Al. *wit.* Germ. *weis. Hwita wad* dicebatur veſtis alba, qua induebantur catechumeni & recens baptizati ſub finem hebdomadis ſanctæ, eandem depoſituri dominica in Albis, quæ proxima erat poſt feſtum Paſchatos. Ol. Tryggv. S. *P. II. p. 8. Kungur veitti þeim hina virþuglegusto veitſlo, meþan þeir varo i hwita voþum*: Rex eos perbenigne excepit, dum in albis erant. Ibid. p. 41. Bardur *tok ſott littla ſiþar hann var ſkyrdur, oc andadiſt i hwita vodum*: Bardur paullo poſt baptiſmum mortuus eſt, exſpirans in albis. Extat eadem phraſis in duobus cippis Runicis, quos edidit Buræus, in quibus illuſtrandis nimium aberratæ, que ac O. Rudbeckius, dum in *Atl. Tom. I. p. 495. huita vadum* loci nomen eſſe putat, & quidem Öreſundum, a *witar* vel *wetar*, ſpeculis ita dictum, quemadmodum omnes inſulæ vicinæ olim *Wetalabed* appellatæ fuere. Invenio etiam, templa mox a conſecratione dicta fuiſſe, in albis eſſe, *wara i hwita wodum*, l. c. p. 255. *Kyrkan var þa nyvigd oc i hwita vodum*: templum tum recens conſecratum erat, & in albis. Angli feſtum Pentecoſtes a ritu modo commemorato *whitſunday* appellant, Iſl. *hwita dagar.* Knytl. S. *p. 194.* v. Diſſertatio Cl. Dom. Andreæ Esse, de *Mortuis in Hvita vadum.*

II. Termino eccleſiaſtico *hwit* notat lacticinia. A. S. *hwitmetas.* Benson. Occurrit vox illa in Westg. L. *Kyrk. B. c. 21. Ater Bonde hwit um fasto, ællar nokon thæn dagh, ſom hiudes til fasto aff kyrkiu*: ſi quis comedat lacticinia ſub jejunio quadrageſimali, aut alio die, quo eccleſia, ut jejunetur, jubet.

III. Eſt monetæ genus, ſæpe in ſcriptis medii ævi commemoratum, quod valuit dimidium trientem, *örtug.* v. Ostersons *Lex. Juris Dan.* p. 544. Chron. Rhythm. docet p. 501, quatuor horum nummorum ſchillingum æquaſſe.

HWITMENAD, dealbatus: apud Evangeliſtam habemus *hwitmenade grifter*, ſepulcra dealbata. De vocis ultima parte, nil aliud monendum habeo, quam quod mihi videatur denotare candorem vel ſplendorem; ſuſpicioni locum dat Ulphilanum *glitmunjan*, ſplendere, collato cum *glitinian*, quod AngloSaxonice eſt ſplendere, cui quod additur *munjan* ad noſtrum prope accedit.

HY, color. *Hiſt.* Alex. Magni.

Thet wattn haſwer underlik hy:
Aqua illa mirabilem colorem habet.

A. S. *hive*, color, *hyve* & *heov*, id.

II. Notat colorem faciei humanæ. Anglica vox *hew* idem ſonat, quemadmodum etiam AngloSaxonicæ, quas attulimus. v. Junii *Etymol.* In Chron. Rhythm. p. 561. & 562 *hig* ſcribitur.

HYBYLE, domus: Iſl. *hybile*, ab *hive*, domus, familia. A. S. *hige.* Isl. *hiu*, unde *hiuſkapr*, familia, alias *hæſkapr*, quod ſi evolvas, plura huc pertinentia invenientur. *Byle* & *bæle* eſt habitatio, a *bo*, habitare, unde *ſpillwirkiabæle*, ſpelunca latronum. Marc. 2: 17. *ſwina bæle*, hara.

HYCKLARE, adulator. Belg. *huichelaer.* Germ. *heuchler.* De vocis origine tot adeoque diverſas conjecturas invenire licet, ut nil difficilius ſit, quam aliquam eligere, cui dicamus, tu mihi ſola places. Omitto illos, qui exiſtimant, *hycklare* non origine, ſed primæ literæ aliquantilla tantum variatione, differre ab antea allato *gycklare*, præſtigiator. Angl. *juggler.* Gall. *jougleur*: quæ derivatio neſcio an tam vera ſit, quam certum eſt, utramque hanc ſectam id agere, ut decipiat, & credulis fucum faciat. Eruditiſſimus Junius, in *Etymologico Anglicano*, eo inclinare videtur, ut *hycklare* ortum exiſtimet ab A. S. *vigler*, incantator, a *viglian*, hariolari, conjicere. Alii, quum in eadem Lingua Anglo-

Digitized by Google

AngloSaxonum *hiwung*, *hywung*, pro transformatione, nec non pro ſimulatione, uſurpatum inveniatur, frequentativa forma *hyckla* inde natum cenſent. Singulis horum calculum meum citius adderem, quam STADENIO, qui in *Explic. Voc. Bibl. hycklare* & *heuckler* formata putat ab Al. *gauch*, ſtultus. Qui peregre vocis fontem quærunt, deducunt vel ab αἰκάλλω, blandior, unde αἴκαλος, adulator, vel etiam, præeunte WACHTERO, ab ἴκελος, in eundem modum, quo Latini a *ſimilis ſimulatori* nomen dedere. Pulcra ſunt pleraque horum, ſed ego tamen in partes MARTINII lubentius conceſſero, qui *hycklare* natum exiſtimat a Belg. *huyk*, pallium, quatenus proverbium format *huyk nae den wind hangen*, h. e. *wända kappan efter wädret*, ſcenæ inſervire, quod qui agit, adulatoris perſonam induit.

HYCKLA, ſimulare.

HYDDA, ædicula. EZECH. 16 : 5. Germ. *hütte* CASAUBONUS, in Tract. *de 4 Linguis*, hoc perinde ac noſtrum *hus* a *caſa* deducit, ut ſupra monuimus. Pars vero eruditorum maxima origine Gothicum eſſe, autumat, ab *hide*, quod Anglice eſt tegere, Germ. *hüten*; perinde ac a tegendo *tugurium* dicitur & a καλύπτειν καλύβη, magalia. Ego, quum apud JUSTINUM de Scythis relatum legi, coriis eos ſe contra tempeſtatum injurias muniviſſe, ſuſpicabar fere, ab *hud*, *hydda* factum eſſe: ita vero ille. *Uxores liberosque ſecum in plauſtris vehunt, quibus coriis imbrium hiemisque cauſſa tectis*, pro domibus *utuntur*. Si cui hoc minus arriſerit, *hydda* pro diminutiva forma vocis *hus*, domus, habebit, *s* in *t* abeunte. In eundem certe modum a *bro* pons, fit *brygga*, ponticulus a *bo*, *bygga*, habitare, a *ſko* *ſkydda*, munire. VERELIUS æque ac STIERNHIELMIUS cognatum putat Ulphilanum *hethjo*, cubiculum.

HYDDA, tegere, domo excipere. Derivatum eſſe a priore, & non contra, evincunt cognata *huſa*, *hema*. ORDIN. ECCLES. *anni 1571. At fyra eller ſex perſoner ſig theruti (ſiukſluſworna) hydda och hehjelpa kunna*: ut quatuor aut ſex perſonæ ibi habitare & degere poſſint.

HYENDE, culcita, cui incumbitur aut inſidetur. EZECH. 13 : 18. Ant. *högin de*. ÖSTG L. *Gipt. B. c. 29*. Iſl. *hægindi*. KNYTL. S. p. 136. SEIN *haſdi ſpent af ſer belltinu, oc lagt up a hægindet hia ſer*: SUENO cingulum ſuum exutum culcitæ juxta ſe impoſuerat. Radix eſt *haga*, ordinare, unde *hagr* commodus, *hagſæng*, lectus, ubi interdiu commoditatis ergo recumbimus. Galli *lit de repos* dicunt. v. ſupra in *haga*.

HYGEL, collis Germ. *hügel*. Niſi me omnia fallunt, diminutiva forma eſt τῶ *hög*, tumulus, Iſl. *haugr*, de quo multa VERELIUS. Radix communis eſt *hög*, altus.

HYGGA, animum attendere. ÖSTG L. *Egna S. c. 8. Nu hyggin ther at bönder*, jam ad id cives animum attendant. Hodie fere uſurpatur de animo benevolo, uti dum dicimus *hygga ſig til en*, ſe ad aliquem adjungere. Radix eſt *hog*, animus, quam vide.

HYGGELIG, qui ſe cito ad alterius amicitiam applicat, vel, qui placet. SAP. 15 : 19. Contrarium eſt *ohyggelig*, foedus, turpis, obſcenus. *Ohyggeligt wäder*, foeda tempeſtas.

HYGGIN, prudens.

AHYGGIA, deliberatio, prudentia.

HYLL in inferioribus Sueciæ regionibus ſambuci nomen eſt, formatum, ut opinor, a Lat. *ebulus*. A. S. *ellarn*. Angl. *eldar*, *hellar*. It. *helione*. v. SKINNERUS.

HYLLA, repoſitorium, vel aſſer, in ſuperiori parietis parte fixus, ad res ibi ponendas. Iſl. *hilla*. v. GUDM. ANDREÆ, p. 112. AngloSaxonas eadem voce uſos fuiſſe pro cumulo aut aggere, docet compoſitum *ſand-hyllies*, aggeres, quod habet BENSONIUS. Credo, noſtrum non diverſum eſſe ab *hjälle*, quod antea explicuimus, atque utrumque oriundum ab *ha*, altus. In JURE ECCLESIASTICO SMOLANDORUM, inſerto ACTIS LITT. UPSAL. anni 1732, *hylla* notat faſtigium templi. *Nu är kirkiæ ſatt a ſyllæ, oc tyktäth owan med hyllæ*, ubi templum fundamentis impoſitum eſt, & faſtigio vel tecto coopertum. Videtur vero hoc ortum eſſe ab alia radice, nempe *hölja*, operire, tegere.

HYLLA, propitium reddere. v. ſupra in *huld*.

HYNDA, canis femina. v. in *hund*.

HYRA, conducere, elocare. A. S. *hyran*, *ahyran*. Belg. *heuren*. Angl. *hire*. Hiſce omnibus forte antiquius eſt Cambricum *hûr*, merces, *huriaw*, mercede conducere.

HYRESMAN, qui alterius ædes conducit.

Digitized by Google

HYSS vox eſt ſues abigentium. Græce hoc animal ὗς vocatur.

HYSSA, molliter jactitare, ut nutrices infantes ſolent. Sax. *huſchen*. Fenn. *hyſſytan*. Iſl. *hoſſa*. Scribitur hoc ſenſu cum *y*, ſed dum *i* habet, ſimpliciter attollere, in altum levare notat. Sax. *hiſſen*, *uphysſen* Angl. *hoiſe*, quod uſurpatur de velis, ubi vento danda in altum tolluntur. Gall. *hiſſer*. It. *iſſare*. Utriusque vocis radix videtur *ha*, altus, niſi forte in animum induxeris, prius illud aliqua neceſſitudine attingere obſoletum illud Latii *oſco*, unde ego ex analogia ſuſpicor natum eſſe *oſcillo*, quod ſimilem motum indicat.

I littera apud vetuſtos Suiogothos tam vocalis quam conſona fuit. Gothi vero exteri triplex *i* habuerunt, unum vulgare, alterum quod duo puncta ſuperne geſſit, & ab initio ſyllabarum ponebatur, tertium forma a prioribus omnino diverſum, & haud dubie ſono, cum ſibilo quodam conjuncto, a prioribus diſtinctum. Nos hodie diſcrimen facimus inter *i* & *j*, licet heic utrumque promiſcue & pro inſequentium litterarum ordine ponamus. Obſervamus vero nunc in genere, I, Litteram hanc vocibus a vocali incipientibus ſæpenumero otioſe præmitti, & hinc eſſe, quod pro *æta*, edere, *jæta*, pro *eſa*, dubitare, *jeſa*, pro *örter*, olera, *jurter* veteres dixerint. II. Litteram hanc, conſonis præmiſſam, ſignificationem apud eosdem intendere, ut dum a *græn*, viridis, *igræn*, valde viridis, a *ſur*, acidus, *iſur*, valde acidus, formarunt. v. GUDMUNDUS ANDREÆ ad VOLUSPA p. 7. BIÖRNERUS, in *Cogit. Criticis*, hisce addit *ihærdig*, valde obfirmatus, quod *Auctor* INSTIT. REG. ſcribit *enhärdig*, p. 114, INTERPRES vero vetus EVANGELIORUM *Manuſcr.* p. m. 294, *ilhärdig*, unde *ilhälning* provenit, de ſummo & decretorio conatu uſurpatum. Scilicet obtinet, ut nos hodie pro hoc *i* non raro *il* ponamus, atque adeo pro iiſdem, quæ nuper attulimus, *ilſur*, *ilröd*, *ilgrön* dicamus. Apud LEIBNITIUM, in *Notis ad* DICT. CHAUCICUM invenio *iblatig*, contumax, quod derivaverp a *lat*, mores, agendi modus, cum *i* præfixo (cfr. *enlatug*, id. KON. STYR. p. 99.) ut apud WILLERAMUM *iſol* ponitur pro valde pleno. AngloSaxonibus hoc forte debetur, qui *ge* vocibus præpoſuere ad augendam earum vim, ut *geſur*, peracerbus, *gegrene*, valde viridis. v. HICKESII *Notæ* ad *Menolog. AngloSax.* p. 212. Belgæ *in* addunt dicentes *in-arg*, *in-groen*, &c. valde pravus, valde viridis, ut putat KILIANUS ad imitationem Latiniſmi, in quo *in* ſenſum ſæpe auget. e. g. *indurus* apud OVIDIUM, pro valde duro, *invalidus* pro validiſſimo. III. Quod otioſe non raro, vel ſi mavis, euphonice præponatur, ut *ifrån* pro *från*. Alemanni ſimiliter pro *thoh*, quamvis, *ithoc* dixere: Quod veteres Angli *y* ſimiliter vocibus præpoſuerint, obſervat H. SPELMANNUS, in *Archæol.* ad v. *Birthin-ſak*. Nec IV. prætereundum forte erit, vocalem *i* in vocibus, quas ingreditur, minutum quid et exile ſæpe deſignare, uti contra grandia *o* & *a* fere habent. Non ego primus ſum, qui de noſtra Lingua id obſervavi, ſed de Germanica jam dudum, hoc annotavit, in *Arte Etymol. Teut.* p. 223, JOH. CLAUBERGIUS, &, quod, principe loco nominandum erat, de Græco ſermone idem prodidit PLATO, in *Cratylo* p. m. 274, ubi hanc litteram uſurpari ait πρὸς τὰ λεπτὰ πάντα, ad exilia omnia. Credi poſſet caſu factum, ut *ſtor*, magnum, & *liten*, parvum, *groſ*, craſſum & *fin*, ſubtile ſonet; ſed in vocibus ex cognata ſtirpe oriundis luculentior ſermonis noſtri genius apparet: uti in *ſtock*, *ſtake*, *ſticka*, quorum iſtud truncum arboris majorem, illud perticam, hoc minutum ligni fragmen indicat. *Klump* notat glebam terræ aut maſſam quamlibet grandiorem, *klimp* bolum, pilulam parvam: *fåll* & *ſil* cribrum ambo notant, ſed illud majus, hoc minus: *ko* vaccam indicat, quæ aliquoties peperit, *quiga* juvenculam. Prætereo alia, quorum vis magna afferri poſſet.

I nota ſecundæ perſonæ pluralis numeri, *I ælſken*, vos amatis. In ſcriptis medii ævi *ir* ſcriptum invenio, e. g. in *Statut.* MAGNI R. de anno 1335. annexum LEG. BIRC. p. 13. *at ir wilin waldzgerningar ſiri oſs oppenbaræ*, velitis violentos quosvis inſultus nobis indicare. ÖSTG. L. *Wiſſ. B. c.* 3. *Jak war*

war at thy, ir delin um: præſens adfui negotio, de quo controverſia eſt. Indicare *r* additum videtur, a Germanis hanc particulam ad nos invectam pro antiquo *þier*, quod ſervat L. Islandica. Illi vero *ibr* uſurpant. Ulph. *jus.* AngloSaxones *ge*, quod imitatur Belgarum *gy.* Angl. *ye.* Pol. *jei.* C. B. *chwi.* Armoric. *hui.* Vulgus pro hocce *I*, *ni* uſurpat, exinde, ut auguror, quod adjungi ſoleat ſecundæ perſonæ verborum, quæ in *n* exit. E. g. *tron I*, *ſægen I*, quod male diviſum ſonat *tro ni*, *ſæge - ni.*

I, in, præpoſitio, *i min ungdom*, in juventute mea. Isl. id. Conſentit L. Armenica, teſte BERNARDO. Ceteræ dialecti omnes *n* addunt. Gr. *ἐν*, Lat. *in.* C. B. *yn*, *en.* Ulph. *in.* Al. Germ. id. A. S. *on.* Quod nos idem *n* retineamus, ubi adverbium loci eſt, infra docebitur. Jam tantum addam, præpoſitioni huic ſæpiſſime euphonice *ut* præfigi, quemadmodum idem fit in aliis vocabulis, ſic pro *ur*, *öfwer* dicimus *utur*, *utöfwer.* Latini ſimiliter *ex* ſuum pleonaſtice ponunt, ut in exinde, exſuperare; in primis vero apud Mœſogothos id obſervatur, e. g. *usatbairan*, adferre, *usnu*, nunc. Sed de hoc infra pluribus.

II. Singularis eſt hujus particulæ uſus de animalibus prægnantibus, ut dum *iföl* dicitur equa prægnans, *ikalf*, vacca prægnans, quæ vox tranſiit ad Aremoricos & Cornubienſes, qui eodem ſenſu uſurpant *keule*, *kelue.*

III. Otioſe nonnunquam vocabulis tempus deſignantibus additur: e. g. *i går*, heri, *i jåns*, nuper: eſt enim illud a Lat. *heri*, hoc ab antiquo *adans*, quæ ſibi ſufficiunt abſque hac particula.

JA, particula ſimpliciter affirmans, nam ubi quæſtionem particula negativa ingreditur, *jo* reſpondere, moris eſt. Ita e. g. interrogans, vis hoc facere, ab affirmante *ja* requirit, ſed visne hoc facere, *jo.* ÖSTG. L. *B. B.* ad fin.

Thet är bäſt i lagbum, ne ok ja.
Thet är bäſt i lagbum, ſåt och ſåmja.

Optimum in juramento eſt, ajo & nego.

Optimum in lege eſt, pax & concordia.

Isl. *jä*, *ja.* Ulph. *ja.* MATTH. *5: 37.* A.S. *ja*, *ya*, *gea*, *gæ.* Cambr. *je*, *jæ.* Arem. *bia.* Germ. *ja.* Angl. *jes.* Conjicio, inverſum aliquando fuiſſe harum literarum ordinem, atque inde factum eſſe, ut nos negaturi *nej* uſurpemus, quaſi *naj*, ut *n* præfixum negationem fere infert, quemadmodum ad hanc literam monebimus. Ab eodem etiam ſcaturit Latinum *ajo*, cujus oppoſitum eſt *nego*, quaſi diceres *ne ajo*, conf. Ulph. *aikan*, affirmare, quod ſupereſt in *afaikan*, *ἀποφῆναι*, negare. Ab Ebræo היה, fuit, hanc vocem derivant multi, & inter eos WACHTERUS, cujus monitum eſt, ut vocem hanc aſpiratione claudamus, in primis quum illi teſtimonium dicat Germanicum *jaben*, affirmare. Sed mox videbimus, *b* illud non ad radicem ſed terminationem ſpectare, & æquipollere noſtro *k* in *jaka.* PELLETIER, in *Dictionario Britannico*, *ja* hic nomen Dei eſſentiale יה indicare putat, utpote per quod graviſſimæ aſſeverationes fiant. v. p. 432. De cetero obſervari velim, veteres Franciæ Reges pro nota aſſenſus monogrammate *y* uſos fuiſſe, quod nil aliud eſſe, quam noſtrum *ja*, obſervatum eſt. v. DU FRESNE *Gloſſ.* p. 1019. edit. rec. Qui vero cujuslibet petitioni ejusmodi ſignum ſponte vel invitus ſubſcripſit, per contemtum *Jaberre* ſalutabatur, quod tantopere ERICUM Pomeranum averſatum fuiſſe, teſtantur Hiſtoriæ. v. *Litt. Senatus Suethici* ad CHRON. RHYTH. p. 104. *Tha gorden J Eder wreda, och ſagde, at J ej vilde wara wår Jaberre*, tum iratus dixiſti, te nolle ſecundas nobis agere, vel omnibus noſtris deſideriis aſſentiri. Conf. CHRON. RHYTHM. *min.* p. 206. DALINI *Hiſt. Tom. II* p. 661. Germ. *Jaberr.* v. HALTAUSII *Gloſſ. in v.*

JAQWÆDE, affirmatio, aſſenſus. ÖSTG. L. *Jord. B. c. 8.*

JAKA, affirmare. Isl. *jata*, quod etiam promittere notat. Germ. *jaben.* Videtur mihi noſtri vocabuli facies ceteris minus corrupta, utpote quæ ab antiquiorum Linguarum uſu quam minime recedit. Obſervat Rev. FR. BENZELIUS, in *Notis* ad ULPHILAM p. 211. ad hanc radicem pertinere illud *frajethun*, negarunt, improbarunt, quod Luc. 7: 30. occurrit, utpote ortum a *jathun* & *fra*, quod, verbis præfixum, ſignificationem contrariam aliquando inducit, ut a *bugjan*, emere, *frabugjan*, vendere, *quithan*, dicere, *fraquithan*, maledicere. Diximus nuper nonnihil de Ulphilano *aikan*: porro ut *jaka* & *neka* relativa ſunt, ita ut illud affirmare hoc negare denotet, Isl. *jata*, *neita*; ita conſpirat Lat. *nego.* Quicquid ſit,

Digitized by Google

ſit, videmus noſtrum *k* apud Germanos in *h* abiiſſe, ut adeo radicale haud quaquam ſit, ſecus ac ſenſit WACHTERUS.

II. Immo: *Ja, thet ſom mer är*, immo, quod plus eſt. Obtinet idem in plerisque aliis Dialectis Gothicis. Ulph. *jai.* Angl. *yea.* Belg. *ja.*

JACKA, toga. Vox in diverſis linguis reperiunda, ſed nuſpiam aut raro ſibi ſimilis. Angl. *jacket*, *jack.* Gall. *jacque.* Hiſp. *jaca.* It. *giacco.* Belg. *jacke*, *kajacke*, olim *ſkeke.* Ita enim habet Teutoniſta. *Jacke, troye, ſchube, jopa, ſkeke, diplois, jopa, bamboſium.* Isl. *ſkickia.* Videtur eadem vox eſſe ac Belg. *kaſack.* Gall. *caſaque.* It. *caſaco*, *caſaquino.* Hiſp. *caſaca.* Angl. *casſoch.* Sueth. *kasjacka.* Sed difficile dictu eſt, utrum hæc creverint, an illa imminuta fuerint. Etymologi, quantumlibet æque incerti, audent tamen derivare vel a *caſa*, quod facit JUNIUS, vel ab ἰκγὴ, tegmen, quæ conjectura WACHTERIANA eſt, vel tandem a *ſago*, quum conſtet, veſtem fuiſſe bellicam, ut ex DU FRESNIO obſervat modo laudatus WACHTERUS. Cambri *jaccwn* inſigne bellicum vel armaturam, thoracem appellant, teſte RICHARDO, in *Theſ. Britann.* a quibus eorumve majoribus, Celtis, fieri poteſt, ut ceteri ſua deſumſerint. v. PELLETERII *Lex. Brit.* p. 775.

JADUT vel JODUT, formula quiritantium populive fidem implorantium in magno diſcrimine vel miſeria: Utitur illa *Hiſtoria* ALEX. M. ſeculo XIV ſcripta:

Perſæ jadut i hwarjom buſko öpa:
Perſæ væ nobis ubique ingeminant.

CHRON. RHYTHM. CHRISTIERNUM R. per ethopœian inducit loquentem p. 423.

Jadut dat ik to Sweden qwam:
Me miſerum, quod unquam in Sueciam veneram.

Occurrit eadem apud Interpretem Bibliorum, JER. 12: 6. loco cujus, ut id obiter moneam, BIBLIA SAXONICA, Lubecæ impreſſa 1533, *tyodute* habent, *ſchreyen tyodute auer dy.* v. JOH. H. *a* SEELEN *Selecta Lit.* p. m. 202. ſeq. In LEGIBUS FRISONUM, ubi de clamore populi, maleficum inſectantis, ſermo eſt, *clameur de haro* Gallis dicto, legitur *When dat ruchtbar worden mit jodute ropende edder dergliken*, ſi palam fuerit populi vociferatione, aut alio ejusmodi. De etymo vocis certamen eſt, & quum verecundentur Etymologi Latine fateri, incognitam eſſe hujus vocis proſapiam, inde vel nuſpiam viſum lectumve idolum fingunt, *Jadutum*, *Jodutum* aut *Jædutum* v. WORMII *Monum. Dan.* p. 19. vel præeunte CRANTZIO, in METROPOLI, Lib. VI. 7 Italicam vocem eſſe, perſuadere volunt, nempe *io me adjute*, juvate me, ſed ullum alium teſtem non afferunt quam qui ex eburnea porta accitus adſit. Acceſſit nihilo tamen minus huic conjecturæ Vir ſummus, LEIBNITIUS, in *Notis* ad DICT. CHAUCICUM p. 44. WACHTERUS a *rude*, *getude*, quod populum apud veteres denotat, vocem hanc deducendam credit, ὁμόψηφον laudans FRISCHIUM, qui docta diſſertatione, in MISCELL. BEROL. de hac voce egit. Simili opera apud nos defunctus eſt Dom. OL. JOH. BROMAN, apud Helſingos Paſtor & Præp. qui libellum peculiarem de hac voce ſcripſit, Holmiæ 1736 editum in forma 8:va. Ego ignorantiam meam ultro licet profitear, vel ſic tamen obſervabo, ἰῶ & ἰȣ̃ formulam fuiſſe, qua populi aut Cæſaris fidem implorabant veteres Romani, quæque reſpondebat alteri hac occaſione etiam uſitatæ, *porro Quirites*, vel *pro pro Quirites*, ut volunt alii. v. BARNAB. BRISSONIUS de *Form.* Lib. *VIII. p. 718.* Hoc autem ἰῶ TERTULLIANI ævo adhuc in uſu fuiſſe, verba ejus, quæ in libro adverſus Valentinianos legimus, indicant. *Ut etiam inclamaverit* ἰȣ̃, ἰῶ, *quaſi porro Quirites, aut fidem Cæſaris.* Suſpicari licebit, hanc formulam ἰῶ ad Scythas dimanaſſe, qui ſuum *dut*, *deut* addiderint, quod in L. Alemannica populum notat, atque adeo idem notavit ac Latinum Quirites. Sed hæc defectu meliorum adfero.

JAG, ego, Ant. *jak.* WESTG. L. *Jord. B. c. 4. Iak a, ok thu ikki wätti:* ego poſſideo, tuum vero ne hilum quidem eſt. Gr. ἐγώ. Bœot. ἰώγα, ἰώγε. Ulph. *ik.* Precop. *ich.* A. S. *ic.* Al. *ih.* Belg. *ik:* Germ. *ich.* Angl. *i.* C. B. id. Cimbr. *a.* Ruſſ. Pol. Boh. *ia*, *ga.* Gall. *je.* Ital. *io.* Hiſp. *yo.* Islandi omnium proxime ad Græcos accedunt, *eg* dicentes, *eg em*, ἐγὼ ἐιμί. Naturam ipſam nos hanc vocem alteramque ſecundæ perſonæ *tu* docuiſſe, auctor eſt NIGIDIUS apud GELLIUM, in *Noctib. Attic. Lib.* X. *c.* 4. cit. a WACHTERO, rationem addens, quod *quum dici-*

Digitized by Google

dicimus tu & ego, ſpiritum & labia adverſus eum, quocum ſermocinamur, emovemus & intendimus: at contra, cum dicimus ego, neque profuſo intentoque flatu vocis neque projectis labiis pronunciamus, ſed & ſpiritum & labia intra nosmet ipſos coërcemus. Sed hæc ſunt ὑπομνήματα Maſoreticæ induſtriæ non inficianda. Satius forte erit, obſervare, jam apud Ebræos ו notam primæ perſonæ fuiſſe, quod ex paradigmate verborum evidens eſt, atque adeo, dum אני dixere, primas litteras eſſentiam vocis non affeciſſe.

JAGA, perſequi. Uſitatiſſimum eſt de venatoribus, qui feras inſectantur. Germ. *jagen*: ut arbitror a Gr. ἄγειν & Lat. *ago*, unde *abactor*, *abigeus* pluraque alia. Non tamen diffiteri debeo, in antiquioribus Linguæ noſtræ monumentis terminum hunc vix eſſe reperiundum, in quibus quippe illius loco occurrunt *weda*, *berſa*, *beta*, *älta*, *reſa*. v. Westg. L. *B. B.* c. 13. Cum Germanis, hujus artis peritis, mihi introductus videtur: ceterum proſapiam heic reliquit

JAGT, venatio: unde *jagthund*, canis venaticus. 2. Per metaphoram non incommodam piratica *ſjöjagt* olim dicebatur. v. Tegels *Hiſt.* Gust. *I. P. 1.* p. 84. Unde facile patet, cur 3. myoparones & agiliora navigia *jagtſkepp* dicta fuerint, deſtinata nempe ab initio inſectandis aliis. *Jækt* ſcribitur in Chron. Rhythm. p. 482. Patet hinc quoque, ſuperfluam eſſe eorum diligentiam, qui inter hæc duo *jagt*, venatum, & *jagt*, navem piraticam, discrimen aliquod orthographicum præſcribunt.

JÆGTA, inſectari: frequentativum ſimplicis *jaga*: in uſu eſt, nec ſine emphaſi, in ſuperioribus Sueciæ partibus. Belg. *jaghten*, id.

JÆGMÆSTARE, Rei venatoriæ præfectus.

JAMA, inſtar felis clamare. Vox ad naturæ imitationem facta.

JAN, contr. pro *Johan*, *Johannes*. Alia ratione vox ea huc non pertinet, quam quia inter ludendum is *bliſwa jan* dicitur, qui duplum perdit. Apud Italos *zani* & *zanni*, quæ alia hujus ejusdem nominis depravatio eſt, pro fatuo vel morione uſurpari, docet Menagius, atque ad horum imitationem fieri potuiſſe, ſuſpicatus ſum, ut ei, qui ſimplici ludo binos perdidit, nos ut fatuo *Johannis* nomen addiderimus. Gallos in hac eadem materia *bête* uſurpare, ſciunt, qui nil aliud norunt. Ceterum adeo levi occaſione iſtiusmodi appellationes naſci poſſunt, ut rationem earundem quærere, pæne nefas ſit.

JARL & Isl. *Jall* vel *Jarl* titulus erat honorarius, qui illis ab initio concedebatur, qui aut regio ſtemmate orti erant, aut affinitate domui regnatrici annexi. Quod Principes Juventutis hunc titulum olim geſſerint, teſtatum reddit *Hiſt.* Ol. S. *Rhythm.* p. 75. ubi ſermo eſt de Magno, filio Olavi Regis:

Thera bud kom til Konung Jarsleff
Som tha ſjelfwer i Holmgard bleff,
The ſporde epter Magnus *Järl*:

Eorum nuntii venerunt ad Jarislawum
Qui ipſe Holmgardiæ commorabatur,
Quærebantque Magnum Jarlum. (Ol. Sancti filium)

Confirmat idem Jus Norrw. Aulicum *Edit.* Dolm. *p.* 84. *Sa er battur, at Noreges Kongr gefur ſine ſynum Jarls nafn, ſkulgietnum, en ſtundum brædrum ſinum edr naamaugum*: Ille mos eſt, ut Reges Norwegiæ filiis ſuis legitime ſuſceptis *Jarli* nomen impertiant, & nonnunquam etiam fratribus ſuis aut proximis cognatis. Quum idem honoris gradus apud veteres Anglos, qui hac dignitate præfulgentes *Earl* appellarunt, (ſolet quippe *e* eorum apud nos in *i* permutari, ut *Eadmund*, *Jadmund*, *Eadward*, *Jatward* &c.) in uſu fuerit; dubium eſſe poterit, indene ad nos venerit, an verſa vice a nobis illuc. Poſterius credit Spelmannus, in *Archæol.* nec non Seldenus, de *Tit. Honor.* p. m. 341, ſeq. a Danis expreſſe non ſolum dignitatem hanc proveniſſe ſtatuentes, ſed etiam nomen, utpote quod ab *æra*, honor, *ærlig*, honoratus, derivant. Confirmare idem hoc videtur Edda, dum *Jarl* eum in Scandinavia dici docet, qui apud Saxones *Grefwe* & apud Anglos *Baron* ſalutetur. Sed mihi nullum dubium eſt, quin vox hæc ad nos a Britannis pervenerit, id quod confirmat non tam titulorum faſtus, apud nos ſerius gliſcens, quam quod a Junio obſervatum lego, apud Cædmonem, titulum *Earl* jam uſurpari, uti dum de Jaredo ait, *ſe Eorl vas æthele*: ille Princeps nobilis erat. Et recte obſervat antea laudatus Vir doctiſſimus, Jo. Seldenus,

DENUS, in *Legibus* ATHELSTANI eosdem *Eorl* appellari, qui alias *Ethelingi* vel *Clytones* audire ſueverunt, hoc eſt, Principes Regii vel ſaltem propinqua cognatione domum Regiam attingentes. Ex hiſce jam præmiſſis mihi probabile viſum eſt, peregrinæ vocis natales peregre eſſe quærendos, & forte non aliunde, quam a titulo, quo cadens Latium Principes Regios *Eriles* vel *Heriles* appellabant, quos alias *Domicellos* nuncupare, moris erat, quorum utrumque diminutivum eſt, illud ab *herus* hoc a *dominus*, quos titulos Regibus proprios eſſe, voluere medii ævi Scriptores. Imitari id voluimus in noſtrate Lingua, dum pro forma diminutiva vocem *ung*, a fine adjectam ſubſtituimus, *Ungherrar*, *Ungarar*, *Junkarar*, Germ. *Junckern* in purpura natos appellantes. v. INSTIT. REGIA paſſim. De Latina appellatione *berilis* videri poterit DU FRESNE, in *Gloſſario*, nec non CAROL. LUNDIUS, in *Not.* ad LEG. WESTROG. p. 96. Et ſic carere poterimus etymologiis, quas nobis plures, ſed parum bonæ frugis habentes, dedere Scriptores rerum Borealium. Annumero his VERELIANAM, quam plerique noſtratium amplexi ſunt, a *jalla*, colloqui, garrire, quum ſcilicet poteſtatem haberent familiariter cum Principe confabulandi. Sed adeo moroſi non erant Reges veterum, ut ſui copiam ſoli familiæ ſuæ facerent. Deinde *r* ad eſſentiam vocis pertinere, parallelismus L. AngloSaxonicæ demonſtrat, cui addo, quod Hiberni Comitem *Jarla* nuncupant, & Cambri *Jarl.* P. Jo. RESENIUS, in *Notis* ad Jus AUL. DANIÆ p. 712. & cum illo plures ab *elle*, ætas, ſenectus, *Jallos* vel *Jarlos* dictos autumant, quod exinde confirmari credunt, quod, qui apud Anglos *Earli*, poſtea *Aldermanni* nuncupabantur. Sed quod ab initio revera diſtinctæ dignitates hæ fuerint, memoratæ *Leges* ATHELSTANI evidenter commonſtrant, ubi Archiepiſcopi & *Eorli* tanquam pares locantur, quos deinceps excipiunt Epiſcopi & *Aldermanni*.

II. Sequiori ævo *Jarli* nomen illis tributum invenimus, qui ratione muneris a Rege ſecundi erant, quique ſub ſe *Herſeros* aliosque Miniſtros habentes, ad muneris dignitatem tuendam tertia parte tributorum, ex conceſſo feudo colligendorum, fruebantur. v. SNORRO STURLÆS. *Tom. I.* p. 77. DOLMERUS, ad *Jus Aul. Norrw.* c. 13. ſeq. & PERMAN, in *Diſſert.* de *Dignitate Comit. apud Suionas.* Horum vero Comitum erat, jura petentibus dare, &, ingruente bello, certum militum numerum in aciem educere. Qua ratione quotque numero creati fuerint, & plura id genus referrem, niſi longus eſſe nollem.

JÆDER, limes agrorum. SKÅNEL. *p. m. 10. Til ſwa mykit, ſum the hawæ uthan jathurs i bæſdum ſinum*, quantum extra villam vel agri terminos habuerint in poteſtate ſua: & infra *innan jathurs ællær uthan*, intra pomœria aut extra. Sic ÖSTG. L. *B. B. c.* 28: 2. *Tha a ſtanda a æſſta* (ita enim legendum, non *ælſta*, quod ſenſu caret) *jædre ok öytarſta*, tum ſtare debet in limite ſupremo & ultimo. Isl. *jadur*, id. *ad jadri*, ad marginem. VEREL. *Ind. Gräsjädr* in LEGE WESTG. *B. B.* c. 5. notat pratum aratro ſubactum. Conf. STJERNHJELMIUS, in *Indice ad has Leges*, ubi docet, *jäder* notare iſthmum, vel terram inter duo maria. Sunt plura in Suecia loca, quæ *Jæder* appellantur, quibusque hæc ſignificatio non male convenit.

JÆFWA, dubitare. v. *Jefwa.*

JÆMMER, gemitus. Utuntur hac voce omnes fere dialecti Scythicæ, etiamſi cum aliqua immutatione. A. S. *geomor*, unde *geomrian*, gemere, quibuscum conſpirant Latina *gemo* & *gemitus*, nec non Germ. *jammer* & Iſl. *ymr*, unde *ymra*, alte ingemiſcere. Nec dubito, quin huc referre debeamus Al. *ameren*, miſereri, a quo *amerlichi*, miſeriæ. v. SCHILTERI *Gloſſar.* Alias vero ultimas litteras tranſpoſitas cernere licet, uti dum Iſlandi ejulatum *jarm* appellant. JUD. 5: 8. *Jarm hiardarinnar*, ejulatum gregis. C. B. *garm*, *carm*, id. item clamor, proprie, qualis ante pugnam cieri ſolebat, a Gallis *barditus* olim appellatus, ut auctor eſt PEZRONIUS. Idem ille Vir doctus ab Celtico hoc *χάρμη*, pugna, deducendum vult. Apud majores noſtros *harm* dolorem inter alia ſignificabat. Pæne oblitus eram, monere, veterum Gallorum *guermenter*, pro quo etiam *guementer* dici ſuevit, idem notare, ac quiritari, atque adeo ex breviter dictis illuſtrari vel etiam emendari poſſe ORIGINES MENAGIANAS hujus loci. Conf.

eorundem

Digitized by Google

eorundem *vacarme*, ſtrepitus, ejulatus, nec non *carmulus* in LEGIBUS BOJUW. quod tumultum ſeditioſum notat.

JÆMN, æquus, ſimilis, par. Antequam more noſtro *j* præpoſuimus, genuina vocis facies erat *äm*, quam ad nos tranſmiſerunt Scriptores noſtri antiquiores: in primis vero frequens illius uſus eſt in LEGE OSTROGOTHICA & SCANENSI. In priori videbis *æmlag kommin*, qui ad æquam rerum diſpoſitionem pervenit. B. B. c. 2. *æmfrek*, æque vegetus. *Arfd. B. c.* 21. *æmgen*, æque compendioſus. *B. B. c.* 5. *æmgod*, æque bonus. *l. c. c.* 16: 4. (pro quo LEX. JUTICA *Lib. I*: 35. habet *amgod*, perinde ac *omwel*, in JURE ROSKILD. in DANSKE MAGAZIN *Faſc.* 59: *p.* 344.) *æmlik*, æqualis. ib. c. 30. *æmwæl*, æque bene, immo etiam *æmjæmt*. *Gipt. B. c.* 23. quod pleonaſmum ſapit aut dialectorum mixtionem. In poſteriore, LEGEM loquor SCANICAM, habemus *æmfull*, æque plenus, *æmnær*, æque prope. Eadem voce *em* utuntur etiam AngloSaxones, unde *emlang*, æque longus, *emlice*, æqualiter, *emleof*, æque carus, *emnibt*, æquinoctium. Dubius vero hæſi, an eadem vox ſit hoc *em* vel *emn* ac, quod non raro occurrit, ejuſdem ſignificatus *efn*, *efen*, e. g. *efenlæcan*, æqualis eſſe, quodque exigua cum mutatione in ceteris dialectis apparet. Ulphilanum eſt *ibn*, LUC. 20. 36. *ibnans aggilum ſind*, æquales angelis ſunt. *Cap.* 6. 17. *Gaſtotb ana ſtada ibnamma*, ſtetit in loco æquo. Al. *eban*. Angl. *even*, Belg. *effen*. Arm. *eün*. Sueth. *efwen*, quod vide. Dan. *jeffn*, Iſl. *jafn*. Certe tranſitus ab alterutro in alterum facilis eſſe videtur. Quicquid hujus ſit, non dubito, quin *æm* ab ultima inde antiquitate in uſu fuerit, in primis quum luculenta ejus in Linguis affinibus veſtigia reperiantur. In hoc numero ſunt ὁμός, par, ſimilis, ὁμῶ, pariter, ὅμοιος, ſimilis, unde infinita derivata habemus, ὁμῆλιξ, æqualis, qui ejuſdem ætatis eſt, ὁμολαχής, æque velox, &c. quibus adde ἅμα, ſimul. Dum etiam vidi, in veteri AngloSaxonum Lingua *emtwa* non ſine emphaſi pro medio uſurpari, utpote quod proprie notat eum, qui ad duo æque ſe habet; in mentem venit, ejuſdem forte valoris fuiſſe Græcum ἡμι vel ἥμισυ, dimidium, quum hoc nil ſit aliud, quam totum in æquas partes diviſum. Et unde, quæſo, Latinorum *imitor*, *imago* (de v. *æmulus* v. mox in *jafning*) commodius derivabis, quam ex hac idea ſimilitudinis? Quod ad ſignificationem vocabuli noſtri attinet, reſpondet plane τῷ æquus Latinorum, ideoque accipitur tam de perſonis rebusque inter ſe paribus, quam de locis æquis. *Jæmt felt*, campus æquus, *jämn wäg*, via plana. Gr. ὁμαλὸς, id. & tandem de numero & menſura æqua, hoc eſt, cui nil deſit, nec quicquam ſupereſt, *jämna twå dagar*, duo admodum dies, *jæmna penningar*, nummorum juſta ſumma, *ett jämt år*, annus vertens. CHRON. RHYTHM. p. 248. ſed *jämt tal* eſt numerus par, prout impari opponitur. Senſu morali *et jämt ſinne* dicitur de animo æquo, *en jämn man* eſt vir probus, qui nihil iniqui molitur. Cambrice, teſte DAVIESIO, *jawn* notat rectum, æquum, legitimum, uti apud Iſlandos *ujafnadur* uſurpatur de iniquitate. v. OL. TRYGGV. S. *Parte* I. p. 174.

JÄMT, accurate: *jämt 100 daler*, centum thalerorum ſumma. *Wi komme jämt på en gång*, accurate ſimul & ſemel pervenimus. 2. Continue, ſemper, quaſi quod uno tenore fluit & ſine interruptione. ESAI. 21: 8. *Han blifwer alt jämt qwar*, perpetuo ibi manebit. Antiqui hoc ſenſu dixere etiam *jämliga*. LAUR. PETRI *Dial.* de *Miſſa. p.* 72. *Theras husdörar, ther the jämliga ſkulle gå igenom:* portæ, per quas continue ipſis eundum erat. Germani, qui me melius ſuam linguam norunt, diſpiciant, annon ex hoc fonte derivata habeant ſuum *immer*, ſemper, quod OTFRIDUS aliique veteres efferunt *jemer*, *jamer*, & numne hæc etymologia præferenda ſit illi, quam ſolam traditam vidi, a יום, dies, vel ἡμέρα, id. Acquieſcit huic WACHTERUS, quum commodius etymon non haberet, & ſimul monet, Lat. *ſemper* cognatum videri. *S* ſæpe præponitur, immo in hac, quæ nos occupat, voce idem fieri, infra ad v. *Jamme* docebimus. Iidem Germani *emſig* in opere jugem appellant. Al. *emmazzig*, quod ut aliunde derivare queat, ſatagit WACHTERUS.

JÆMTE, apud, juxta: *therjämte*, juxta illud. Non memini, me vocem hanc apud veteres legere, nec cum idea æqui aut continui aliquid commercii habere videtur, niſi quatenus contigua perpetuum aliquod efficiunt.

JÆMWÆL, æque bene: obtinuit hic, quem dixi, ſignificatus olim, & analogia firmabatur: nunc vero ſynonymon eſt *τῦ efwenwål*, atque adeo denotat etiam, quoque. Credidero, verſionem eſſe Latini æque ac, pro quo *jåmwål ock* ab initio dictum fuit, poſtea vero *ock* extritum.

JÅMNA, æquare. Ant. *jafnæ*. SKÅNE L. p. 19. Iſl. *jamna*. Ulph. *gaibnjan*. A. S. *emnian*.

JÆMKA, æqualem reddere.

JÆMNADR, proportio, æqualitas. KON. STYR. *p. 189. Thet kan ej giærnt warda kårlekr mållen rika berra ok fatôkt folk, ty at ther ångin jåmnadr thera mællom:* non facile divites pauperesque mutuo ſe amant, quia nulla inter ipſos eſt æqualitas. Hinc *jamnadæ arf*, quando hæreditas æqua portione dividitur. *Ganga til jamnada*, quum æqua inter plures diviſio fit. UPL. L. *c. 15*. ÖSTG. *L. B. B.* c. I. NORRSKA HIRDSKRÅ, p. 238.

2. Æquitas, probitas. Hinc *jamnade bænder*, manus ſequeſtra virorum bonorum. UPL. L. *Arfd. B.* c. 10: 5. *Jamnade ed*, juramentum virorum honeſtorum, vel forte quibus utraque pars æque acquieſcit. In LEGE WESTROGOTHICA *jamkyrnis mæn* appellantur, a *kora*, eligere. In L. JUTLANDICA occurrens *jeffnitz bende* ab OSTERSONIO explicatur arbitrium compromiſſariorum. OL. PETRI, in *Chronici* ſui *Præfatione* tradit, veteres Suionum Reges *jamningar* dictos fuiſſe, quaſi qui ex æquo & bono lites exortas dirimerent.

JÆMNING, æqualis. *Hiſt.* ALEX. M.

Man ma tik lika wider ſkål
Guda jåmninga wara wål.
Cum ratione ſimilem poterit quis
Dicere Te eſſe Deorum.

Conf BIBLIA ISL. *Ep.* ad *Galat. Cap. I. 14*. Oſtendunt veteres Hiſtoriæ, uſu fuiſſe receptum, ut animi cauſſa in conviviis aut alias majores noſtri comparationem inſtituerint inter eos, qui ſe eximios putabant, quique ſe *jåmningar* h. e comparabiles crediderе. v. HEIMS KR. Tom. 2. p. 155. Analogia probat, eos *æmningar* olim dictos fuiſſe, quod mihi ſubjicit, fieri poſſe, ut Latinorum *æmulus*, *æmulari*, Græcumque ὁμιλλάομαι, certo, æmulor, hinc originem ducant. Eſt hoc quippe ſeſe alteri æquiparare, vel aliis æqualem fieri velle. Sic dum Poëtæ labra æmula roſis nominant, ſenſus eſt, eadem roſis æqualia videri velle.

JÅMNÅLDRIG, æqualis, ætate par. Iſl. *jafnalder*. A. S *efene-ald*. Al. *epanalt*. Græci dicunt ὁμῆλιξ, quam vocem, qui noſtræ affinem eſſe negaverit, de re etymologica ne judicet, velim conf. συνῆλιξ. GAL. *1: 24*.

JÆMCHRISTEN. Latine diceres conchriſtianus, vel ejusdem veræ religionis ſocius. A. S. *Emne-criſten*. LEGES EDWARDI *c. 36. Reddat interfector Epiſcopi tres forisfacturas, unam quia legalem pro interfectore interfecerit, alteram quia fratrem ſuum pro latrone interraverit, quod Angli dicunt bis emne-criſten.* NOTKERUS. Ps. *32: 2.* habet *ebincbriſtan, ze mannis ebinebriſtanin minno*, ad amorem proximi. SCHILTERUS vertit: ad hominis etiam chriſtiani amorem. Hoc vero inde factum eſſe, quod vim præfixi *ebin* vel *eban* non intellexerit, quivis facile videt.

JÆMFÖR, qui æqualis bonitatis eſt, a *för* bonus, quod ſuo loco habuimus. Hinc *jåmföre*, æqualis bonitas. *B. B. L. L. c. 6. Nu år by til jamföris kommen:* ſi pagus ad æquas portiones pervenit, contrarium eſt, ubi aliquis incolarum laborat nimium exili portione, ut dum in illam incidunt loca paludoſa, ſenta aut montana, quod vocatur *menföre*, SUDERM. L: *B. B.* c. 11. Ejusdem quoque proſapiæ eſt *jåmföra*, quod proprie notat bonitatem unius cum altero conferre. Græci ſimili loquendi genere dicunt ἰσοφερίζειν, de quo nonnihil diſſeruimus in v. *för*, bonus. HESYCHIUS ἐμφερὴς explicat ὅμοιος, ἐμφέρεια, ὁμοιότης.

JÆMLIK, plane par.

JAMLANGA eſt periodus major minorve, qua vertente ad idem punctum temporis pervenitur, unde numerandi initium fiebat. Accipitur ita pro νυχθημέρῳ, ANS. S. p. 17. *At jafnleingd annara dags*, eadem hora ſequentis diei. Conf. Sax. *ebenliet*, quod eſt ſpatium 24 horarum. v. IDIOT. DITHMARS. p. 409. Omnium vero frequentiſſime uſurpatum invenitur pro periodo annua. *B. B. L. L. c. 15. 4. Legboſtemmor ægba wara twa um jamlanga arit:* termini conductionis bini erunt quotannis: ubi tamen notari velim, *arit* gloſſema eſſe cujusdam, voculam *jamlanga* interpretaturi. Lucem addent hisce, quæ ſupra ad v. *jåmn* attulimus: quibus adſtruam ex L. WESTROG. *Arfd. B. c. 28. Thagar jam thry ar årolidbin*, poſtquam præteriere tres anni vertentes. LAUR. PETRI *Poſtilla* p. 93. *Sådane kunſkap började i dag jåmnom årom:* hæc cognitio exorta eſt hoc die anniverſario. LEX JUTLANDICA per *jamling*, impoſitione technica, intelligit ſex hebdomadum tempus ſupra annum, pro quo CODEX WESTROGOTHICUS *Kirk. B. c. 10.* habet *natt och jamlanga*.

JAMRIFFT, crepuſculum, quando tempus æqualiter diviſum eſt inter diem noctemque. WESTG L. *Rättl. B. c. 10. Tha alt war jamrift, nat ock dagher:* quum eſſet crepuſculum. Vocem

arbitror

Digitized by Google

arbitror AngloSaxonicam. BENSONIUS habet *æfen rima*, crepuſculum, nec non *æfen-brepſung*, veſper. VERELIUS *jemrif* vertit æqualem, æque longum, legemque de æquinoctio explicat.

JÆMSKYLDER, qui ejuſdem gradus conſanguineus eſt. HELS. L. *Ærfd. B.* c. 12. LEX SCANICA hoc ſenſu habet *æmner kyni, Lib.* 5: c. 15.

JÆMSKÖTT, ſimulac: a *ſkött*, cito. *Hiſt.* ALEX. MAGNI.

Jamſkött ALEXANDER *thetta fra.*
Simulac ALEXANDER id reſcivit.

Iſlandi etiam dicunt *jafnbratt*, *jafnſkiott*.

JAMSKJÆLA, qui æquas rationes habent. SUDERM. L. *Kirk. B. c.* 16.

JÅRF., gulo, animantis genus. HELS. L. *Wid. B. c.* 8. *Biörn ok warg ok iærf hawi frid i engum ſtad:* urſus, lupus & gulo impune quocunque in loco occiduntur. Samnites olim lupum *irpum* dixere, unde *Irpini* vocati putantur, auctore FESTO. Sæpius vero a me monitum eſt, animalium ſpecies mire in linguis confundi.

JÆRTEKN, miraculum. Scribitur varie *jertekn*, *jartekn*, *jartign*, *jardtign*, &c. CATAL. REG. SUIOG. ad L. WESTROG. *Hawir han ther theet ok oppenbaret marg fagbær järtigni*: ibi multa oſtendit pulcra miracula. Quòd ad rationem nominis attinet, inter eruditos fere convenit, dicta ita fuiſſe miracula, a *jern*, ferrum, quum illi, qui vel fidem ſuam vel innocentiam probaturi erant, ferro ignito, nudis manibus tractando vel etiam nudis pedibus calcando, fere uterentur. Nota eſt Hiſtoria POPPONIS, Danorum Apoſtoli, qui, ut veritatem Chriſtianæ Religionis probaret, per ignitos vomeres ambulavit, & ita fidem fecit. Sed cur ab hac etymologia nos diſcedamus, ratio mox reddetur.

II. Teſſera, qua rei veritas probatur, *σύνθημα*, quali inſtruebantur, qui alio verſum ablegabantur, ut ſcire poſſet is, ad quem mittebantur, vera eos narrare: (alias *ſkirtekn*, id.) quod tum inprimis neceſſarium fuit, quum literas non noſſent laici. HEIMS KR. Tom. II. *p.* 315. *þar er han kom a Nordmæri, voro allt kommen fyrir bonom bref oc jartegner*, quum perveniſſet in Mauriam ſeptentrionalem, obviam erant literæ & teſſeræ. STURLÖGERS S. p. 19. *Hier er fingurgull, er þu ſkallt henne færa til jardteikna*: hic annulus eſt, quem documento dabis. Vide RIMBERTI *Hiſt.* ANSCH. p. 97. *Ta ſände then fornempda K.* ERIK *ſit enkannelika budh oc wartekn medh honom til Konungen i Suerike, ſom heet* OLAFF: Tum prædictus ERICUS nuntium cum teſſera miſit ad R. Sueciæ, cui nomen erat OLAVO. Sic *jartekn* in *L. L. Thiuf. B.* c. 3. dicitur ſignum, quo dominus rei amiſſæ probare poteſt, illam ſuam eſſe. *Sigher til mærke och ſan jartigni*, indicat indubitata rei amiſſæ ſigna. Conf. c. 35. & LUNDII *Not.* ad WESTG. L. p. 88. LOCCENII *Antiqu. Suiog.* p. m. 145. ÖSTERSON. *Lex. Jur.* p. 255. LEGES ALEMANNICÆ in eadem hac materia vocabulo *uuarzaichen* & *uuortzeichen* utuntur, uti *Cap.* 337: 7. *Und ſuuer darnach kumpt mit erbern geziugen, und mit geuuizzen uuortzaichen, diu an dem gut ſint:* ſi quis poſtea ad judicem accedat una cum viris honeſtis, tanquam teſtibus, & juris ſui indicium faciat per ſigna, quæ rei inſunt. Hoc viſo non amplius dicere dubitavi, Alemannicam vocem in noſtrum forum receptam eſſe, *j* pro *w* poſito, quod retinetur in alia ejuſdem hujus vocis pronuntione *wårtekn*, teſſera, pignus. Dicitur autem *uuarzeichen* a *uuar*, verus, vel inde derivato *beuuern*, Sueth. *bewæra*, probare, verificare.

JARDTEIKNA, indicare, portendere. HEIMS KR. *T. I. p.* 124 *þat iarþtegnþi bloma rikis hans*, illud portendit florem regni illius.

JÆSA, fermentare. v. *Gæſa*.

JÆTA, affirmare, confiteri. Ant. *jata*, *jacta*. GOTHL. L. cap. 1. *Jacta chriſſni*, affirmare Chriſtianiſmum, ut fieri ſolet in formula baptiſmi Iſl. *jata*, id *jatare*, confeſſor. Germ. *jahen*, *bejahen*. Al. *gehan*, *jiban*. Confer illa, quæ ſupra diſſeruimus, ad v. *bikt*, confeſſio, & nuper in v. *ja*.

II. Promittere. HYMN. 129. *Som Gud fader hade jätt i fordom tid*: ut Deus Pater promiſerat olim. *Kon. B.* L. L. c. 6. *Ægher Konungen jätta och loſwa*: Rex promittere debet & ſpondere. Occurrit *jata* apud Scriptores Iſlandos eodem ſenſu. HEIMS KR. Tom. II. p. 232. *Konungarne jatto þui*: Reges annuebant. l. c. Tom. I. p. 18. *þeir jatto þui*, promittebant illud. Gothos exteros per literarum metatheſin *haitan*, *gahaitan* dixiſſe, patet evolventi CODICEM ARGENTEUM,

Digitized by Google

MARC. 14 : 11. *Gabaibaitun imma faibu giban*, promiſerunt, illi pecuniam dare. A. S. *gabatan*, id. Uſurpatur vox hæcce ut plurimum in bonam partem, ſed eſt tamen, ubi in malam accipiatur. CHRON. RHYTHM. p. 88.

Han jattade Upplandſkom mannom ofred.

Mala minabatur civibus Uplandicis.

JAT, promiſſio. *Stat.* MAGNI R. de anno 1280 apud HADORPHIUM, ad L. L. BIRC. §. 2. *Hwar ſum that wardþir prôuat, at þerra bandæ ſamband ær bundin æller mæt ſcript, æller mæt eeþ, æller mæt nokre trolekre jaat:* ſi compertum fuerit, ejusmodi conjurationem initam eſſe ſcripto, jure jurando, aut quacunque alia certa & ſolenni promiſſione.

JÆTTAN, id. INTERP. VET. *Euang. p. 19. Kallande med kyrkionne kennedom ocb bimmerikis jættan*: vocans per Eccleſiæ doctrinam & promiſſionem vitæ æternæ.

JÆTORD, aſſenſus. SKÅNE L. p. m. 62 : 14.

JÅNS, nuper: *jag war tber i jåns*, nuper ibi fui. Faſtidit hoc vocabulum ſtilus elegantior, ut humile, licet quotidiano ſermone frequentatum. Credidi olim, a Germ. *jungſtens* hocce noſtrum formatum eſſe, ſed poſtea ſententiam mutavi, quum viderem, Majores noſtros pro *jåns* dixiſſe *i jadans*, ut videre eſt in Narratione de tumultu Telgenſi; inter *Monumenta Eccl.* BENZELIANA, p. 66. *At nu ær tid, oc ekke i jadans*, nunc tempus eſſe, non vero nuper antea. Utitur hac eadem voce, omiſſo jota, LEX GOTHLANDICA, c. 16 : 3. *Ai frammar, þan aþans var telt*: non amplius, quam ſupra erat memoratum. Ex hoc *i adans* per craſin deinde formatum eſt *i ans* vel *aans*, quam voculam adhuc apud Bornholmenſes in uſu eſſe, illius deſcriptor, Dom. de THURA me docuit, ubi de Lingua horum inſularium agit. *Ans* vero & *adans* ortum debent Iſlandico *adan*, prius. VERELIUS *ſkamma adan*, paulo prius. HEIMS KR. Tom. II. p. 121. *Sa Greiſi, er aþan gat ec*: Comes ille, cuius mentionem nuper feci. *Aþur*, id. Ex his, quæ modo breviter dicta ſunt, patet, *jåns* duas eſſe voculas, & olim rectius ſeparatim ſcriptas.

IBLAND, inter, v. ſupra in *bland.*

ICKE, non. Geneſin hujus particulæ videbit, cui evolvere libuerit, quæ ſupra annotata ſunt ad v. *ej*, ubi obſervamus, pæne Græcam hanc eſſe particulam: οὐχὶ enim Helleniſticum eſt. Nunc tantum addam, eandem mire deformatam inveniri per uſum & conſuetudinem, ſcribitur enim *ecki*, *æcki*, *ækki*, *æncti*. Eſt etiam, ubi in compoſitione prima ſyllaba penitus abſorbeatur, ut id in *bwarken*, neque, hoc eſt *bwaricke*, uſurpatum eſſe, ſuo loco monſtrabitur. Porro obſervamus, uti a *ja* fecimus *jaka*, affirmare, a *ne*, *neka*, negare, ita ab hoc *icke* formatum eſſe *icka*, quod etiam eſt negare. Scribitur *ykia* in JURE ECCL. SMOLANDICO. *Gifuer man ôrthug land aaf marklande, ta a arſum ey ykia aat*: Si moriturus de bonis ſoli trientem de qualibet marca legaverit, heres, quod recuſet, non habet.

JCKORN, ſciurus. Scribitur hac fere ratione in tabulis Legum Suiogothicarum, quæ nobis hoc in puncto pro norma fuere. v. GOTHL. L. Cap. 57. *Hwer ſum far at Jcornum firi* SIMONIS *meſſu* JUDE *oc eptir* MARIU *meſſu i faſtu, byti III. marc:* Quicunque ſciurum inſectatur, ante Feſtum SIMONIS JUDÆ & poſt Feſtum annunt. MARIÆ, 3 marcis mulctetur. Græce ab umbra caudæ dicitur σκίουρος, quam vocem Latini adoptarunt, transformatam ſub cadente Latinitate in *ſcirra*, *ſquirius*. Galli levi cum immutatione *eſcurieu* vel *eſcurieuil* inde finxerunt, & Angli alia mutatione *ſqwirrel.* Recentior Gallia *ſ*, ut ſæpe, abjecit, unde facilis ab *ecurieu* ad *ekorre* vel *ickorre* tranſitus fuit. AngloSaxones hoc animal jam dudum *acwern*, Alemanni *kwir* appellavere, non ab *ac*, quercus, & *cwyrn*, mola, quia in quercubus glandes comminuit: nec a *curre*, quod apud Anglos Iſlandosque canis nomen eſt, quaſi diceres catellum ſilveſtrem vel inter quercus ſalientem, ſed revera a Græco hujus animantis nomine, id quod etiam WACHTERO viſum, in v. *eichborn*, quem adi. Lappones animalculum hoc *orre* appellant: Dani *egerne.*

ID, opus, negotium, exercitium, *Præf.* CHRON. RYTHM.

At bwar komme åter tilſin id:

Ut quilibet rediret ad ſuum negotium.

Iſl. *idia*, *idn.* GEN. 42. *bwad er idar idia*, quodnam eſt veſtræ vitæ inſtitutum

tutum. Huc pertinet, quod in Lege Gothlandica *id* vocatur, quicquid uxor ipſa ſuis manibus perfecit, & quod poſt mariti obitum ſibi proprium habuit. *Cunu lauɑtr bogſl oc iþ eptir bonda ſin*: Uxor poſt fata mariti portionem ſibi propriam habebit ex illo, quod ipſa operata eſt. Forſitan quum exercitatio conſiſtat in iteratione actuum, vocabulum hoc affinitatem habet cum *ed*, *id*, quod mox explicabitur; in v. *idiſla*.

IDA, agitare, obire. *Hiſt.* Alex. M.

J willjen allabanda ida.

Varia vultis obire.

Ab hoc eſt verbum mediæ vocis *idas*, quod notat operi intentum eſſe: a quo habemus illud loquendi genus de ſumme ignavo, *han ides ej röra ſig*, adeo piger eſt, ut ſe ne loco quidem movere velit.

IDIN, laborioſus. Iſl. id. *idnir men*, homines induſtrii: hinc *idna*, agitare, ſatagere. Kon Styrel. p. 53. *idna i hog ſinom thet godt är*: animo ſuo id agitare, quod bonum eſt. In *Antiquit. Eccl.* Dikmanni, p. 225. ex antiquo Scriptore adfertur, *idhna at hafwa reent hierta*: operam navare, ut cor purum ſervetur.

IDOG, laborioſus: Iſl. *iduligr*. Prov. 25.

IDKA, exercere: *idkna*, id. *Kon. B. St.* L. c. 21. *Engin gjærningsman må eller ſkal flere emb ete uppehålla eller idbkna än ennebandı gjärning*: nullus opifex plura opificia exercebit & frequentabit, quam unum. Orta hinc habemus *idkelig*, ſedulus. 1 Tim. 5: 10. item continuus. *Idkeliga pino*, continuus dolor, Rom. 9: 2. pro quo etiam *idelig* uſurpatur. Iſl. *idiuligur*. Syr 30. *Idiuligur kraukleikur*, continua ægritudo, *idkelig*, aſſidue. *Kbp. B. L. L.* c. 6. *Hiſt.* Alex. M. de Gymnoſophiſtis:

Alla mænnerna ſunderlik,

Fra qwinnor ock barn alt idelik.

Omnes mariti erant ſeorſim

A feminis & infantibus continue.

Hinc eſt, quod dicamus *ideliga beſwär*, continui labores, *idel ſorg*, meri dolores.

IDE, taxus. A. S. *iv.* quod etiam pro hedera accipitur. Angl. *ivy*. C B. *eiddew*. Hib *eidean*. Cornv. *iddio*. v. Richards *Thes. L. Brit.*

IDE, latibulum ferarum, alii, & id forte rectius, *hide* ſcribunt, ab A. S. *hydan*, celare, *hebid*, abſconditus. Gr. κεύθω.

IDEL, vacuus. A. S. *idel*. Al. *ital*. v. Otfridus, *Lib. I. Cap.* VII: 36. Germ. *eitel*. C. B. *eidil*, gracilis, tenuis, unde noſtrum forte pullulavit. Abrogata propria hac ſignificatione, ſupereſt tantum metaphorica, qua id, quod vanum & futile eſt, denotat. Hymn. Eccl. N. 266.

Alt hwad werlden loſwar,

Idel ſkugga hafwer.

Quicquid mundus promittat,

Nil niſi caſſam umbram habet.

II. Continuus: uti dum dicimus *idel beſwär*, continui labores. Hunc vero ſignificatum diverſæ radici deberi, oſtendimus ad vocem præcedentem *id*. Idem etiam judicium eſto de derivato *idelig*, dum pro ſingulis ponitur. *Hiſt.* Alex. M.

Qwinnor ok barn alt idelik.

Feminæ & infantes ſigillatim.

Sic dicimus, *han betalte bonom i ideliga ducater*, nummis non niſi aureis ſolvit. Alias negligentiore pronunciationis modo efferimus, *hwar edelig* vel *eweli en*, unusquisque, quod mihi ſubjicit Anglicum *everie one*, unusquisque. Germani *ein jeder*, alias *ider*, unde *iderman*, id. dicere ſolent.

IDER, poenitentia. *En ſann ider*, vera poenitentia. Vox eccleſiaſtica, & tam Scandinaviæ, quam Ponticæ regionis Gothis familiaris. Codex ſcilicet Argenteus *idreigo* habet pro poenitentia, & *idreigon*, poenitere. Majores noſtri etiam *idruga* eodem ſenſu uſurparunt, teſte Auctore *Vitæ* Anſcharii, p. 127. *Han haſde ſwa ſtoran idruga*, tanta poenitentia ducebatur. Iſl. *idran*. Unde nomen hoc ortum ſit, diſquiri a Criticis video. Stadenius, quum dolor ob commiſſa peccata pudore non careat, *ider*, vel *idreigo* a Gr. αἰδώς deducit. Gudmundus vero Andreæ ab Iſl. *idur* viſcera (conf. Gr. ἦτρον, ilium, vel, ut habet Hesychius, τὸ ὑποκάτω τῦ ὀμφαλῦ μέρος) derivat, idque ex ea ratione, quod affectuum nomina ſæpe ab inteſtinis nomen ſortiantur, id quod de Ebræo רחם, de Gr. σπλάγχνα de MoeſoGothico *inſemandeins*, de A. S. *miltſian* &c. certum eſt. Mihi in mentem venit, ut antiquiſſimam ita maxime ſinceram vocis eſſe formam, quam habet Ulphilas, ortumque prodere a particula *id*, repetitionem actionis indicante, & Al. *rügen*. Iſl. *rægia*, accuſare, ut adeo *idreigaſt* vi vocis denotet, commiſſa iteratis vicibus accuſare, quæ pulcra eſt poenitentiæ circum-

circumlocutio. De particula *id* ad vocabulum mox ſequens plura adferentur. *Rügen* vero Alemannis familiare eſt, quod Gothice alias *wrohjan* ſcribitur, ut ſolent *g* & *h* alternare. AngloSaxonice *wregan*, *wreian*, unde ortum habemus *ruelſe*, quod huic *ider* ſignificatione æquipollet.

IDRAS, pœnitere. WESTG. L. *Jord. B.* c. 3. *Idras Konunger fyr än han kommer at döran, tha är hans wald, at taka atter ſkötning, än han wil*: ſi Regem emtionis pœnituerit, antequam ad oſtium domus pervenerit, penes ipſum erit, donationem ſuam irritam declarare. Obſerva, in LEGIBUS PATRIIS ſemper favorem ſequi partem debiliorem, & proinde adeo circumſcriptum & breve pœnitudinis tempus Principi concedi.

IDRAKÖP. ÖSTG. L. *Egn. S. c.* 4. emtio, cujus pœnitet, pœnitudo emtionis. Dicitur alias *ångerköp* in JURE BIRC. c. 6.

IDISLA, ruminare: uſurpatur de animalibus, ubi comeſta alimenta iterato ad palatum revocant. Compoſitum vero eſt ab *id* vel *it* & *isla*, quorum illud perticula eſt in pluribus dialectis Gothicis reſpondens Latinorum *re* in compoſitione, uti obſervat JUNIUS, in *Notis* ad WILLERAMUM, p. 167. e. g. *itlones tag*, dies retributionis, *itporan uuerdit*, renaſcetur. AngloSaxones pro *it*, *ed* amant, e. c. *edgyldan*, rependere, cui affine eſt Isl. *idgjold*, remuneratio. Eſt etiam inter genera carminum Islandicorum, quod *Idmælt* appellant, ita vocatum, quia idem vocum ſonus ſæpius in eo recurrit. De vocabulo *ider* vel *idruga* v. ſuo loco. Ex Mœſogothica L. exemplum habemus in *idveitjan*, exprobrare, quod proprie notat criminis deprehenſo iterum illud objicere. A. S. *edvitan*. Al. *ituuizan*. Nos inde *åwita* fecimus, pro quo Uplandi, ad præſentem formam vocis propius, uſurpant *ederweta* vel *hederweta*. *Jag ſkal hederweta honom för omaket*, probe eum depexum dabo, ſuum ipſi facinus ob oculos ponam. Sed ut e diverticulo redeam, Alemanni pro noſtro *idiſla itdruckan* uſurparunt. v. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 498 quod ortum cenſet ab hoc *it* & *druchen*, premere: JUNIUS vero, cujus Codex *itruachen* habuit, a *ruachen*, curare, parare: ambo forte non optime, quum cognatione attingat L. B. *rugire*, quod ruminare denotat, teſte DU FRESNIO. Alias *ederkowen* Saxonibus in uſu fuit, ab eadem particula repetente derivatum. v. IDIOT. HAMB. p. 445. Latinorum *item*, *iterum*, *iterare*, *iti*dem, *identi*dem veſtigia veteris hujus particulæ ſervare, ſi dixero, ſomnia forte narrare multis videbor, ſed Lectorem appello, qui præjudicia ſexuere didicit. Vidimus priorem vocabuli noſtri partem: ſupereſt poſterior, de qua nil amplius monendum habeo, quam quod forma frequentativa videatur verbi *äta*, Al. *ezzan*. Dalekarli noſtri pro *idiſla emta* dicunt, quaſi *omäta*, iterum manducare.

IDROTT, ars. Uſurpatur proprie de corporis exercitiis, qualia erant curſus, natatio, &c. unde *idrottamadur*, vir corporis agilitate excellens: ſed nec raro de aliis ſcientiæ generibus, Poëſi pluribusque id genus. v. OL. TRYGGV. S. *P. I.* p. 209. Mira ſunt quæ de hujus Regis aliorumque corporis agilitate narrant veteres, quamdiu ſub aqua degere non ſolum, ſed ibi etiam colluctari potuerint: quam certa manu jacula miſerint, ut equos curſu præverterint, quemadmodum inter remigandum extra latera navis per remos curſitaverint. & inter currendum *handſakaleik* luſerint, quod dicebatur, quum tres enſes breviores accipiebant, inque aëra ita mittebant, ut unus eorum ſemper ſublimis volitaret. v. cit. *Hiſtoriam*, P. II. p. 262. Duodecim has artes Suionum fuiſſe, docet RUDBECKIUS, in *Atl. Tom. I.* p. 556. Sed de re ipſa viderint alii, nos in cortice hæremus, viſuri, quæ vocis *idrott* origo ſit. P. SALANUS, in *Notis* ad *Hiſt.* EGILLI, p. 133. compoſitam credit ab *ida*, exercere, & *drott*, dominus, ut notet principum exercitia. H. SPEGEL, in *Gloſſario*, etymon dat Isl. *þreita*, contendere, exercere, unde *þrottur*, fortitudo. VOLS. S. p. 100. *þroſkur*, vir fortis, *þroaſt*, invaleſcere. Afferam unicum exemplum, quod ſimul præfixi *i* rationem reddere videtur. STURLÖGERS S. p 15 *þan man ſem nockur er þrottur i*, illum (mihi mittat) in quo aliqua virtus ineſt. Itaque *idrottur*, hac ſtante etymologia, eſt inſita virtus, niſi malis a nuper explicato *id*, exercitium, primam vocis ſyllabam derivatum ire. Si hæc, quæ modo attuli, æquis animis accipiantur, non, opinor, neceſſum erit, Græcam originem noſtræ voci quærere.

Con-

Digitized by Google

Concinunt interea egregie ἴδρις, peritus, ἰδρία, ἰδρεία, peritia, unde ἄιδρις, imperitus, πολύϊδρις, multiſcius.

II. Ad artes ſellularias honorificum hoc nomen demiſſum fuit. Certe in LEGE SCANENSI, *Om Urbota Mal.* §. 17. Sutores, Laniones aliique, artes illiberales exercentes, appellantur *ydredzmæn*, etiamſi Editor hanc vocem alio trahat. v. *Index* ad has Leges.

JEF, dubium. *Litteræ* ALBRECHTI R. de anno 1371. p. 35. *Edit.* HADORPH. *Thertil at alt jäf och alder rædduga aflægges*, atque ut omne dubium omnisque timor ceſſet: alias *ef* et *if*, unde *an iwa*, ſine dubitatione. OL. TRYGGV. S. c. 58. Habent Linguæ cognatæ particulam dubitativam *ef*, ſi. A. S. *if*, *gif*, Angl. *if*, quibuscum convenit Ulphilanum *jabai*, *jau* & *gau*. MARC. 8 : 23. *fraihna*, *gau hva ſehvi*, interrogavit, an quid videret.

II. Senſu forenſi notat dubium, quod adverſus judicem vel teſtem adfertur, tanquam qui alteri parti præter jus & fas faveant, *anföra jef mot domaren*: hinc *jefaktig*, qui rejici poteſt. Isl. *efanlig*, dubius. OL. TRYGGV. S. Edit. Skalh. *P. I. p.* 9. alibi *ivanlig*, *ivanligr blutr*, res aleæ plena.

JEFWA, dubitare, ſuſpicari. CHRON. RHYTHM.

Att idher ſkal om konungen jäfwa.
De Rege nobis dubitandum eſſe.

Isl. *ifa*. Non injucunda eſt relatio, quam legimus in *Hiſtoria* SIGISMUNDI R. a WERWINGIO conſcripta, de Sacerdote quodam Norrlandiæ, qui ad Concilium Upſalienſe 1593 venerat, quique, quum a Præſide Concilii, M. NICOLAO BOTHNIENSI interrogaretur, quid de Liturgia JOH. R. ſentiret, reſpondit *jag jefwer*. M. NICOLAUS quum neſciret, quid hiſce verbis intellectum vellet Sacerdos ille, quæſtionem iteravit, idemque reſponſum tulit, *jag jefwer*, h. e. ἐπέχω, aqua hæret. M. NICOLAUS arbitratus, eum dixiſſe, *jag gifwer*, (do) ulterius quærebat: *hwem gifwer tu henne*, cui illam das? tum vero miſellus ille territus & concilium in arena capiens, dixit, *jag gifwer henne fanen*, do illam diabolo. Vide *cit. Hiſtoriam*, Part. I. p. 146. 2. Senſu forenſi notat integritatem Judicis vel teſtis in dubium vocare, rejicere, *jefwa en domare*, vel, ut rectius aliquando dictum fuit, *jefwa om en Domare*, vel *jefwa Domaren wäldbogan wara*, uti legimus *L. L. Ting. B. c.* 36. Apud Gallos *gefuer* olim erat recuſare, quod noſtro plane geminum eſt. Angl. *wawe*. v. SKINNERI *Etymol.* 3. Jure experiri, diſceptare: ut ſolent litium exitus eſſe incerti. CHRON. RHYTHM. *min. p.* 41.

Thå jäwade Herrana om riket.
Attamen de regno diſceptarunt Principes.

HIST. ALEX. MAGNI.

Om godz eller guld bær ængin gæfver.
De divitiis & auro hic nemo diſceptat.

2. Suſpicari. *Hiſt.* ALEX. M.

Mik jäfwer, at hon under mik grafwer.
Suſpicor, illam me ſubruere.

Huc pertinet *omgiæfwa*, in JURE TRÖNDENSI, §. 7. *Thærræ bye, the umgyæwer*: illas villas, quæ in ſuſpicionem venerunt.

JENS, gladius. CHRON. RHYTHM. p. 453.

Han læt them binda jens wid ſida.
Gladios ad latera eorum appendendos juſſit.

ib. p. 455.

Ok tog harnisk, ok bant jens wid ſida.
Loricam ſumſit, gladiumque lateri adaptavit.

Manifeſta eſt harmonia Latini *enſis* noſtrique *jens*; & licet pleraque armorum Latinorum nomina Scythicæ ſint originis, ut alias demonſtrabitur, credo tamen Latium hac voce factitia Linguam noſtram locupletaſſe. Eſt vero ſolus hic Rhythmographus, apud quem vox ea inveniatur, quantum quidem mihi videre licuit.

JERGA, ſemper eadem obgannire, ut ſolent aniculæ iratæ. v. SPEGELII *Gloſſarium*, qui cum hocce confert Gall. *jargon*, ſermo inconditus. Hodie uſitatius eſt *kerga*, vitilitigare. Illud vero antiquius eſſe, docere videtur Isl. *jargr*, fervida contentio, unde lucem fortaſſis fœnerari poterimus Latino *jurgium*, quod nil minus eſt, quam *jure agere*, ut communiter a Criticis traditur. Gr. ὀργή iram notat, omnis contentionis fontem, quocum conferri poterit Sueth. *arg*, iratus.

JERN, ferrum. A. S. *iren*, *irene*. Angl. *iron*. C. B. *hajarn*, *houarn*. Hib. *iarann*. Hiſp. *hierro*, quod a *ferrum* natales ducere, certum eſt, ut ſolet in hac lingua *f* Latinorum in *h* fere converti, ut dum a *filius hio* faciunt, &c. Novimus, Hiſpaniam ferri olim feraciſſimam fuiſſe, idque, quod circa Bilbilin & Turaſſionem colligebatur, ceteris præſtantius habitum fuiſſe. Vide PLINII *Hiſtoria Nat.* Lib. XXIV: 14.

14. Credibile itaque eſt, Suecos, ignaros adhuc, quos theſauros intra ipſorum montes alma natura recondiderit, ex Hiſpania per Britannos illud accepiſſe metallum, unde ſua cimelia, gladios, confecerint, quos ab hac origine non aliena voce Gothi exteri *hairus* nuncupavere, noſtri *bjôr*. WACHTERUS autem, in *Gloſſario*, ab *æs*, *æris*, hinc Suecos *jern*, inde Alemannos *iſe*, *eiſen*. A. S. *iſen*. Belg. *yſer* & ante hos omnes Gothos exteros *eiſarn* formaſſe, credit. Juvare hanc opinionem poterit, quod uno ore tradant Auctores Græci Latinique, ante inventum ferrum ex ære arma ſua vulgo fabricaſſe veteres. OVID. *Faſt.* IV. 405.

Æs erat in pretio, chalybeia maſſa latebat, quod idem in *Laconicis* tradit PAUSANIAS. Επὶ τῶν Ηρώων τὰ ὅπλα ὁμοίως χαλκᾶ ἦν πάντα: ſub heroibus ſimiliter omnia arma erant ærea. HESIODI Εργα.

Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μεν τεύχεα χάλκεοι δέ τε οἶκοι:
Χάλκῳ τ' ἐργάζοντο: μέλας δ'ὐκ ἔσχε σίδαρος:
Illis autem erant ærea arma, ærea domus.
Ære fabricabant: nigrum vero ferrum non erat.

Quod vero huc inprimis facit, obſervat JUNIUS, in *Gloſſario Ulph.* ad v. *aiz*, æris nomen genericum olim fuiſſe, ita ut ſub ſe complecteretur ferrum & chalybem, immo Græci χαλκέας appellavere, τὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένυς ferrum tractantes. v. LUD. CERDA, ad VIRG. *Æn.* IX: 463. TURNEBI *Adverſ.* XXVI: 23. Sic etiam intelligo JULIUM CÆSAREM, de B. G. Lib. IV: 31. *Quæ graviſſime afflictæ erant naves, earum materia atque ære ad reliquas reficiendas utebatur*: ubi ære intelligit ferramenta navis, quibus illius latera firmantur. Tu B. L. ipſe videbis, utri ſententiæ calculum tuum addendum putaveris: omnino vero fruſtraneum eſſe, dicas, vel, quod DAVIESIUS fecit, ab Αρης, Martis appellatione, vel per transpoſitionem a σίδηρος hujus metalli nomen arceſſere, quorum poſterius ut fiat, JUNIUS auctor eſt.

JERNBYRD dicebatur portatio ferri igniti ad probandam innocentiam ſuam: Erat hoc ordalii genus, quod *Judicium Dei* appellabatur, cujusque non unum genus apud veteres viguit. Alias enim per 12 ignitos vomeres nudis pedibus ambulabant, alias manibus candentes ferri laminas tractabant, idque ita ut vel easdem in poſitum alveum (*trog*) conjicerent ea lege, ut ſi ferrum excideret, iterandus eſſet jactus, quod genus probationis appellavere *trygsjern*, vel etiam, ut ferrum nudis manibus per novem paſſus portarent, & tum tandem abjicerent, quod erat *ſkudsjern.* Peracta hac cerimonia linteo obvolvebatur manus, poſt tres dies inſpicienda: ſi tum illæſa manſit, innocentiæ id certum indicium erat, & contra, ſi ignis veſtigia apparebant. Quod doli fraudumque tota res pleniſſima fuerit, quodque Sacrificuli certis quibusdam pharmacis manus adverſus ignem obfirmare potuerint, dubio caret. Notum eſt, Hirporum gentem in agro Faliſco, dum ſacra fierent, illæſis pedibus carbonibus inſultaviſſe, quod ut facere poſſent, tradit VARRO, certo medicamento plantas eos inunxiſſe. v. SALMASIUS ad SOLINUM, p. 85. & Commentatores ad illos VIRGILII verſus:

& medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia planta.

Sublatus vero eſt ſuperſtitioſus hic ſeſe purgandi modus tempore BIRGERI JARL, ut docet LEX. OSTROG. *Edſ. B.* c. 17. *Nu wönis thön ſak til thera, tha war thet ſwa förſt i laghum, at thön ſkuldu wärja ſik medh jarne ok Guds domi: ſidhan gaf* BIRGHIR JARL *af Jarnbyrdina*: ſi ſuſpicio in illos inciderit, antea ſancitum erat, ut ferro & judicio Dei ſeſe purgarent, poſtea vero BIRGERUS JARL hunc ritum abrogavit. De filio ejus MAGNO & nepote BIRGERO idem commemorat LEX HELSINGICA; ſed penitus tolli nequiit inveterata perſuaſio, antequam ſub MAGNO SMEK tandem unanimi Senatorum R. conſenſu & publico mandato penitus prohiberetur. v. STJERNHÖK, de *Jure Sueon. Vetuſto.* p. 94. WORMII *Mon.* Lib. I. c. 11. pluresque citatos a D. MOZELIO, in *Diſſ.* de *Judiciis Dei.*

JERNBÆRA LAND dicebatur olim Dalekarlia & Wermelandia, utpote tractus terræ præ ceteris ferro abundantes. v. SCHÖNNINGS *Förſög til Norges Gamla Geographie*, p. 104. Sunt, qui credant, rectius loci nomen ſcribi *Jernwaraland* a *wari*, quod Fennonice & Lapponice montem denotat. Ceterum nil impedit, quin a *bæra*, gignere, producere, regio appellari potuerit, uti dicimus *bæra ſæd*, ferre fructum, & *bærande land*, regio fertilis.

JETTE, gigas. *Hiſt.* ALEX. M. *Jætna oc Riſa*, gigantes. Isl. *jotun*, *jötun*, *jautun*. Scot. *giaunt*. Gall. *giant*. A. S. *gigant*. It. *gigante*. Angl. *giant*. Manifeſte ſuam a Græco γιγας originem præ

Digitized by Google

præ ſe ferunt hæc omnia. Anglo-Saxones gigantem etiam *eten* nuncupant, ut innuit BENSONIUS, quod ad noſtram propius accedere videtur, præfixo nempe *i*, quod ſæpe fieri, ſupra aliquoties monuimus. H. SPEGEL confert Ebr. אתן, (etan) robuſtus, fortis; bene quidem, niſi meliora adesſent, quod idem dico de etymologia STJERNHJELMII ab ἄητος, quod eſt, ut habent Gloſſæ, μέγας, πολύς: ἄητον θάρσος, ingens audacia.

JETTEGRYTOR, ollæ gigantum dicuntur illæ, in formam ollarum cavatæ in petris rotunditates, in quibus cibos præparaſſe gigantes, tradit plebs inficeta. Probabilius eſt, in iſtiusmodi cavatis petris, piſtillo olim comminuta fuiſſe frumenta, dum adhuc rarior erat molarum uſus.

IFRÅN, v. *från*.

IFWER, vehementia, impetus. Germ. *eifer*, unde *eifern*, inflammari iracundia, quæ originis forte Islandicæ ſunt: *æfaſt* enim in hac lingua eſt efferveſcere, *æfr*, fervidus, *yfaſt*, indignari, *yfr*, indignabundus, æmulus, *yfd*, irritatio. v. GUDM. ANDREÆ, p. 156. *Lex. Isl.* Apud NOTKERUM, Ps. 10: 7. *eiueri* eſt acerbus, amarus, ut ſolent acerba ad animum applicata, iracundiam deſignare. Orta hinc habemus *ifrig*, vehemens, *ifra*, efferveſcere, & quæ plura Lexicographi recenſent.

IGEL, hirudo, *blodigel*, id. Al. *egal.* Germ. *igel.* Belg. *echel.* Islandi animal hoc appellant *blodſuga*, a ſugendo ſanguinem. Cambri *gel*, a quo noſtrum derivant multi, alii a Lat. *aculeus*, ob aciem linguæ vel pungendi ſolertiam, quæ etymologia WACHTERIANÆ non abſimilis eſt, vocem ortam putanti ab *becken*, pungere, *ecke*, acies. Conf. SKINNERUS, in v. *eglantine.*

IGELKOTT, hiſtrix. Isl. *igull.* Al. *igil.* Belg. *egel.* Fenn. *liliskotti.* Utitur eadem, quam nuper dixi, etymologia in hac voce explicanda WACHTERUS, creditque, a dorſi ſpinis animal hoc nomen accepiſſe, ut apud Angl. *porcupine* & *hedge hog*, apud Germ. *ſtachelſchwein* apud Danos *pin-ſwin*, &c. Anglo-Saxones animal hoc *il* & *el* nuncupant & *ile*, idque, ſi JUNIO credimus, a Gr. εἰλέω, convolvo, ut novimus erinaceos in glomeris modum ſeſe convolvere. Conferri poterunt ſuperius allata, ad v. *bagel.* *Kott* vero eſt ſtrobilus pini, cui non male aſſimilatur erinaceus, ubi ſe contraxit, niſi potius in animum induxeris, *igelkott* dici pro *igelkolt* vel *igelkult.* *Ault* vero apud ruricolas noſtros notat porcum.

IGEN, rurſus, contra. v. *gen.*

IKORN, ſciurus. v. *Ickorn.*

IL, turbo, *wæderil.* *Hiſt.* ALEX. M.

Rätt ſom bagel utaff ett il:
Veluti grando cum procella veniens.

Isl. *el*, *jel.* Perſ. *bile*, typhon, turbo. v. MENINSKII *Thes.* Pro tempeſtate notanda Majores noſtros *æle* uſurpaſſe, antea ſuo loco obſervavimus. Ortum hoc videri poteſt ab εἰλέω circumago. Apud HESYCHIUM ἄελλα explicatur συστροφὴ ἀνέμου. Conf. ἴλιγξ, vortex. Habemus ab hoc *il* verbum *ila*, quod amiſſa primaria ſignificatione nunc tantum uſurpatur de ſubito & intentiori dolore vulnerum aut læſi membri: *thet ilar i tanden*, dens ſubito dolore corripitur.

IL, planta pedis, in pl. *iliar.* COD. ANT. PRECUM. *Af tinom ſotailiom oc til tin biäſſa:* a plantis pedum ad cervicem. Isl. id. Obſervat GUDMUNDUS ANDR. *illerpr* notare ſoleam, calceo ſuppoſitam, illique cognatum videri ἦλιψ, calceus.

ILA, properare, curſitare, proprie ita currere, ut inter properandum plantæ pedum ſurſum vertantur. Al. *ilen.* Germ. *eilen.* *Öfwerila*, præpropere aliquem opprimere, *öfwerila ſig*, nimium feſtinare. Germ. *uebereilen.* Ab hoc penitus diverſum eſt, atque adeo contrariæ ſignificationis, quod ſequitur.

ILA, morari. Proverbio Suethico dicimus *ila får aldrig hwila*, cunctator requiem non invenit. Occurrit hoc eodem ſenſu aliquoties apud Auctorem CHRONICI RHYTHMICI, cumque, quantum quidem ego vidi, ſolum. p. 447.

Oc bad om nattena alla gaa til hwijla,
Ty han wille ej längre med forræderi ila:
Omnes cubitum ire juſſit,
Noluit enim diutius proditionem differre.

p. 477.

The willo thet utan yla,
Thet K. KARL ſkulde i Stockholm hwyla:
Volebant ut ſine mora
CAROLUS R. Holmiæ commoraretur.

Conf. p. 486, 548. Suſpicari aliquando ſubiit, non niſi dialectica varietate hocce verbum differre a vulgari *hwila*, quieſcere, ut promiſcue olim dicebatur *inna*, *hinna*, *winna*, *akta*, *wakta*, *irra*; *wirra*, &c. poſtea vero mentem mu-

Digitized by Google

mutavi, animadvertens, *ildan*, *yldan*, *eldan* apud AngloSaxones idem eſſe, ac cunctari, morari, unde *ylding*, mora, *yldung*, ceſſatio, apud SOMNERUM & BENSONIUM. Alemanni etiam *elten*, *alten* eodem ſenſu uſurpant. OTFRIDUS, *Lib.* V. *XXV*: 151.

Sie oub thaz ni eltent,
Then gotes drut ſo ſceltent:
Neque etiam ceſſant,
Dei fidelem adeo culpant.

Adi SCHILTERI *Gloſſarium*, p. 26. Originem hæc omnia habent in idea ſenii, ut etiam Latini *conſeneſcere* de diuturniori mora uſurpant: conſeneſcere in aliqua re. *Ylde* ſcilicet AngloSaxonice & *alter* Alemannice ſenium, ætatem denotant.

ILL, *iller*, malus. KON. STYR. p. 165. *Ille mæn lagom ſpilla*, pravi homines corrumpunt leges. Iſl. *illur*. Ulph. *ubils*. C. B. *yfall*, *fall*. A. S. *yfel*. Al. *ubil*, *uuuel*. Belg. *evel*, *euvel*, *oevel*. Germ. *übel*. Angli *evil* habent nec non *ill*, quod a priori contractum eſſe, merito judicat FR. JUNIUS, in *Etymol.* Formavit ab hoc *ill* vel *iller* recentior ætas *illug*, quod in Scriptis noſtratium medii ævi non raro reperitur, & tandem *elak*, uti ſuo loco monuimus.

ILLA, male, ant. *illt*: *tala illa om en*, male de quopiam loqui: alias *illt* idem ſæpe notat ac difficulter, ægre. UPL. L. *Jord. B.* cap. 5. *Illt är wid ægbandan, at dela*: arduum eſt, cum poſſeſſore contendere. Apud Iſlandos *illt* etiam idem valet. HEIMS KR. T. 1. p. 128. *Varþ honom illt til liþs*: difficile ipſi fuit, milites conquirere. Contrario ſenſu *god* in lingua noſtra uſurpatur, ubi dicimus *wara godt efter*, facile inventu eſſe. *wara godt att få*, inventu facile eſſe. Tandem hocce *illa* in ſermone familiari vim habet *αὐξητικὴν*, e. g. *han är ej illa ſtor*, non admodum magnus eſt. *Hiſt.* OL. S. RHYTHM. p. 26. *Tha vart Konungen illa wreder*: tum Rex valde iratus fuit.

ILLA WID, attonitus, conſternatus. *Bliſwa illa wid*, animo percelli. *Vita* ANSC *p.* 50. *wardh han illa widher*: animo percellebatur. Iſlandis eadem loquendi ratio non inſolita fuit. HEIMS KR. T. 2. p. 165. *þa varþ bonda ſo illt viþ*: tum ruſticus adeo conſternabatur Colligo ex allato STURLÆSONII loco, accuratius olim dixiſſe veteres, *mig vart illa vid*, quam *jag wart illa vid*, hoc eſt, mihi ægre fuit.

ILLA, moleſtum eſſe: ſpeciatim vero notat litem alicui movere. WESTG. L. *Kirk.* B. c. 3. *Illa bönder at honum*, ſi litem ipſi moverint bondones. Ib. *Jord. B.* 2: 2. *illis tha ennorſtadder*, ſi lis alibi moveatur. Occurrit hinc formatum nomen *illa*, lis. l. c. Cap. 4: 3. *eller är illan ugill*, alias actio irrita eſt.

UILLT vel, ut in antiquis Tabulis ſcribi ſolet, *wilt*, de quo ulla lis mota non eſt. Hinc WESTG. L. *Jord. B.* c. 4: 2: *köpa at wiltu*, ita emere, ut emtioni nemo interceſſerit. LOCCENIUS quiete vertit, quaſi a *hwila* ortum foret, idque repetit in LEXICO JURIS, ubi *wilt* quietem denotare, ait. Error graviſſimus non eſt, quum ſenſus idem maneat; non tamen aliunde oritur hoc *uillt*, quam a particula negativa *u* vel *o*, & *illa*, litem movere, quod idem in mentem veniſſe doctiſſimo VERELIO, video. Adi *Ind. Scyth.* p. 132.

ILSKA, idem ac *illa*. SKÅNE L. *p. m.* 6. *Warther ſwa, at Bondans börn eftir han döthår ilzka jorth af hans barnæbörnum*: ſi evenerit, ut filii familias poſt mortem patris nepotibus ejus de agro litem moverint. Conf. p. 29. §. 14. *illzſkår åter then ſamme*, *år ſalde*, ſi idem dicam ſcripſerit, qui vendidit.

ILLSKEN, malignus. HABAC. 1: 8. Proprie qui malæ indolis & naturæ eſt, quaſi *illiskyner*, a *kyn*, indoles.

JLLFÆGNAS, anxie appetere. Rectius forte aliquando dictum fuit *ifægna*. *Fægna* (a *få*, accipere) notat captare, amplecti: cui dum *i* præmittitur, augetur ſenſus, ut ad initium hujus literæ I, nec non ad v. *illa* annotavimus. *Ifægnas* itaque vel *illfågnas* vi vocis erit valde appetere.

ILLHÆRDIG, alias *ihærdig*, propoſiti tenax, conſtans: ab *ι ἐπιτατικῷ* & *hærdig*, obfirmatus.

ILLHÆRDNING, vel, ut vulgo dici ſolet, *illhælning*, neceſſitas maxime urgens. *När thet kommer i ihærdningen*: quum ad incitas perventum fuerit.

ILLPARIG, vafer, aſtutus, a *par*, dolus, quod vide: ſynonyma ſunt *illfundig*, *illiſtig*.

ILLBRAGD, fallaciæ, malæ artes. CATAL. LEGIF. WESTROG. *krokæ oc illbragdi*, ſtrophæ & doli. Iſl. id. a *bragd*, ars.

ILLGERNINGSMAN, facinoroſus. KON. ST.

ILLSÖKI, caſus adverſus, proprie id, quod infortunium auget, ab *öka*, augere. DAL. L. p. 24. *Marghe æru ilzöki, oc wardir hani at mans bani, ſa bilder a wåg, flögh wp hani, oc a hild nidir, bildir oc i qwid kalli, dödh hafdi thån karl af, tha dömis fram hani, oc a threa markir*: Multis rebus infortunia accidere poſſunt: interdum gallus gallinaceus homini cædis cauſſa eſſe poteſt. Si vomer in pariete ſuſpenſus fuerit, & evolans gallus eum dejecerit, vomer vero in ventrem viri prolapſus fuerit, &

& ipſi lethale vulnus infixerit: tum gallus cædis auctor judicabitur, mulctaque trium marcarum eſto. (v. Verel. in *bill.*) Iſl. *illcikni.* id. Ol. Tryggv. S P. II. p. 187. *Hvorſu miklar unadir en illeikni han hefr oſſ gort hvórn tima*, quam multum inquietis & malorum nobis faceſſiverit omni tempore.

ILLWILJA, malevolentia Iſl. *illvilje.* Verel. *Ind* ubi largam ſegetem invenies vocum ab hac radice pullulantium. In Skåne L. *Om Arf.* §. 67. *illwiljas* eſt altercari: *ilwiljas the theræ i mellom*, ſi inter ſe rixentur.

ILLPLIGTIG, vafer, doloſus. De poſteriori vocis parte hæret aqua. Apud Otfridum. *Lib* II. cap. IV: 85. *pluagi* denotat inſidias:

Uns errent ſine pluagi.
Nos deciperent ipſius fraudes.

Quod ſi accipiatur, ratio compoſitionis clara eſt.

JMBRUDAGAR. Scribitur varie *ymbrudagar, himbrudagar, hiumbrudagar, umbrudagar.* Gilda *Monaſterii S.* Catharinæ *Wisbyenſis*, in *Diſſ.* Schoumacheri, de *Gothlandia. p. 30. Hwarjom friadag i hiumbradagaum*, quovis die Veneris quatuor temporum. Ita enim vocabantur quatuor illa ſtata jejunia, quæ celebravit vetus Eccleſia quatuor temporibus, hoc eſt quatuor anni tempeſtatibus, ineunte nempe vere, æſtate, autumno & hieme, ſeu, quod idem eſt, prima feria menſis Martii, ſecunda Junii, tertia Septembris & quarta Decembris. Calendarium Islandicum, quod citat Dikmannus, in *Antiquit. Eccles.* hosce dies paullo aliter collocat, v. pag. 166. adde Wormii *Faſtos*, p. 152. Unde vero hæc ſolennia ita appellata fuerint, inter Etymologos non ſatis conſtat. Quum *embers* apud Anglos cineres denotet, falſo nonnullis creditum eſt, ab aſperſis cineribus nomen hoc creatum eſſe. Gudmundus Andreæ, in *Lexico Iſlandico*, alias derivationes adfert ut ab *umbra*, ab *imbre*, ab *halcyone*, Iſlandice *immer* dicto: ſed tum demum horum aliquam conjecturam accipiemus, quando probatum fuerit, vel imbres tum creditos fuiſſe frequentiores cadere, vel cinerum conjectum in Eccleſia hisce temporibus fuiſſe uſurpatum. Sed quum nulla alia re quatuor hæc tempora notentur, quam anniverſariis jejuniis, parum probabilia mihi hæc omnia videntur. Longe vero plurium aſſenſum impetravit Vir elegantiſſimæ eruditionis, Thomas Mareschallus, qui, in *Notis* ad *Verſionem quatuor Ev. Anglo-Saxonicam*, tempora illa apud AngloSaxones *ymbren-vuca* & *ymbren-fæſten* dicta docet ab *ymbe*, *embe*, circum & *ryne*, curſus, ut adeo vi compoſitionis ſignificet in orbem rediens vel, ut Latini dixere, anniverſarium. In eadem Saxonum Lingua *ymbe geares ymbrynum* denotat anno vertente vel anni curriculo, & hinc *ymbren-vuca* eſt hebdomas ſtata vel quovis anno recurrens, ſolennis. Et hoc ſi verum eſt, ulteriori inquiſitione opus non erit: interea tamen Lectorem meum non celabo, mihi hæc jejunia, quæ olim contracte *quatember*, Lat. *quatempora* dicebatur, viſa eſſe majori forte alia mutilatione dicta fuiſſe *emberdaga*: obſervantur ejusmodi mutilationes ſæpe, in primis in vocibus peregrinis, quas vulgus ſemper breviſſimas reddere amat, unde pro *hoſpital*, *ſpital* pro *Apoſtlar* Iſl. *Poſtlar*, pro *eryſipelas*, *ros.* &c. facta videmus: immo, ne procul teſtimonium petamus, ab ipſo hoc *quatemberdaga* Dani *tamperdage* formarunt.

IMME, vapor. v. *Em.*

IN, particula. Gr. *ἐν*, Lat. *in.* C. B *yn*, *en.* A. S. *on*, *into.* Al. *in.* Iſl. *inn.* Germ. *in.* Differt a ceteris in eo L. Gothica, quod particula hac non niſi vel adverbialiter vel in conjunctione cum alio quodam verbo uſurpet. Sic dicimus *gå in*, intrare. Moeſogothi, dum præpoſitio eſt, *in* ſcribere amarunt, ſed *inn*, ubi adverbium. Germani poſteriori caſu fere *ein* adhibent.

INNE, intus. Ulph. *inn*, *innathro.* A. S. *innan*, *innane*, Al. *inna* Iſl. *inni.* Germ. *innen.* De hac particula id tantum obſervabo, quod more Latiniſmi comparativum & ſuperlativum habeat *inre*, *innerſt*, interior, intimus, quod idem de aliis particulis *ut*, *upp* &c. tradetur.

2. *Haſwa inne med ſig*, ſpeciali loquendi genere notat in ergaſtulo ad opera ſervilia præſtanda habere addictum. e. g. qui ſolvendo non eſt. v. Hels. L. *Thing. B. c.* 21. *Ganga in til hondans*, eſt obnoxium fieri, noxæ dari. Westm. L. *b. t. cap.* 21. Dicitur idem *firi wårka ſår*, in Östg. L. *Wad. B. c.* 4.

INNAN, intra, unde plurima derivata habemus, quorum aliqua mox ſumus allaturi.

2. Ante. *Innan få dagar*, ante paucos dies, *innan hæfdar*, ante poſſeſſionem. Östg. L. *Gipt.* B. Cap. 11: 1.

Hinc *bærförinnan*, antehac, quod *beden för inden* ſcribitur in Litt. *Procerum Daniæ de Anno 1475*, apud Hadorphium, in *Act. Publ.* ad Chron. Rhythm. p. 227. *Therförinnan*, ante illud tempus.

3. Idem eſt ac ſimplex *i*, ut in *Hiſtoria* Alex. M. *innan ſömnen*, in ſomno: & alibi

Han förwan bonom innan kyſ.
Eum vicit in certamine.

Occurrit hic loquendi modus ſæpe in vetuſtis legum Tabulis. *L. L. Jord B. c. 18. Alla the jord man haſwer obindrada oc oqwalda innan try ar*: omnes agri, quos quiſpiam ſine lite & impedimento habuit totum triennium. Östg. L. *Räſſta B. c. 11. Innan natt och jamlanga*, per totum annum. Simili modo AngloSaxones etiam ſuum *innan* uſurpant. Matth. 21: *Tha the ceapodun innan tham temple*, qui in templo mercabantur: nec non Alemanni. Otfr. *Lib. V.* cap. 1: 50. *innan erdu ſtentit*, in terra ſtat.

INNANFÖRE, intus.

INNE, domus, domicilium. *Kongs inne*, domus regia. Verelius ab hoc vocabulo explicat illud *innisman*, quod in Westg. L. *B. B.* c. 13 occurrit, ſed de quo mox ad v. *inna* plura occurrent. Angl. *inn*, diverſorium: ab A. S. *innan*, ingredi.

INNERLIG, internus. Germ. *innigl. innerligen älſka*, vehementer amare. Non ſatis ſcio, utrum in hoc Latinos imitati ſimus, qui dicunt *intime amare*, an vero *innerlig* ſit ab *unna*: apud Iſlandos certe *inneligr* eſt dilectus Cant. 5. *Min ſyſter, min dufa, min inneliga*, ſoror mea, mea columbula, mea dilecta. Quod alias *innerlig* id, quod vehemens eſt & intenſum, denotet, infra ad v. *inna* obſervabimus.

INBÖRDES, viciſſim. Ant. *inbyrdes*. Kon. Styr. *p. 10. Saman wara med frid ok ſæmjo inbyrdis*, vivere in pace & mutua concordia. Factam vocem credo, ut eſſet, quo exprimerent Latinum *invicem*: *börd* enim vices denotat, ut ſuo loco obſervatum eſt.

INBROTT, violatio, irruptio. *Göra inbrott på lagen*, legem violare. Belg. *inbraeke*. A *bryta*, rumpere.

INBUNDEN, ſubdolus, falſus, qui aliud mente conditum aliud ore promtum habet. *En inbunden karl*, homo vafer, ad fallendum compoſitus. Metaphora deſumta eſt a mercibus, dum probis inutilia immiſcentur, & quaſi illigantur. St. L. *Köp. B. cap. 32. Hittis inbundet fals med*, ſi fraus deprehenſa fuerit.

INELFWOR, inteſtina. Iſlandi *inniſli* & *inniſlor* dicunt. Thorst. Wik. S. p. 128. quam eandem vocem reperio ex *Gloſſario AngloSaxonico* allatam apud Schilterum, in *Gloſſario.* Alemanni cognato termino uſi ſunt, *innuovili* vel *binnuovili*. Credo vero, hæc omnia ficta eſſe a *naf*, quod rem cavam notat, unde *nafle*, umbilicus, qua nempe ratione Græce ἐγκοίλια dicuntur a κοιλία, venter. AngloSaxones inteſtina *innowe*, *innot* & etiam *inelve* appellant, quorum primum prope accedit ad Iſlandicum *innaun*, quod in modo citata *Hiſtoria* occurrit, p. 128. *Rakti ur hanum innaun, þat lauſt var*: extraxit ejus inteſtina, quæ ſoluta erant. Alemanni præter allata *innadri*, *inadere*, *inethron* uſurpant, quæ omnia ſimpliciter illud notant, quod intus eſt, ab Ulph. *innathro*, introrſum. v. Palthenius ad Tat. p. 306.

INFALL, invaſio. Germ. *einfall*. Diximus ſupra, *falla* eſſe vocabulum bellicum, unde habemus *öfwerfalla*, opprimere, *affalla*, deſciſcere, &c.

II. Notat ingenioſe dictum. *Ett artigt infall*, ab *infalla*, incidere, ut quod caſu & non cogitanti incidit.

ING, INGE, terminatio, quam habent nomina propria locorum, quaque nulla fere in Suecia frequentior eſt, ut *Bælinge*, *Björklinge*, *Hæmringe*, &c. Quid ea denotetur, docere poterit Lingua Cambrica, in qua *ing* campum, planitiem denotat, ut me docet nupera editio Gloſſarii Du Fresniani, in v. *inboc*.

INGE terminatio veterum patronymica filium denotans, unde Skioldung eſt Scioldi filius, Yngling, Yngvii filius. Habuimus eandem cum AngloSaxonibus communem, apud quos Bryning eſt Brynæ filius, Kipping, Cippi filius &c. Obſervat vero Wachterus *engi* in L. Cambrica idem eſſe ac parere, naſci, quod utique pro fonte communi haberi debet, a quo etiam eſt, quod apud Francos Caroli nepotes *Carolingi* dicti fuerint & Merovæi proſapia *Merovingi* &c. Nos pro hoc *ing unge* non raro ponimus, ut in Folkunge, Folconis proſapia.

II. Eſt hinc, quod diminutiva multa terminationem *ing* adſciſcant. Sic a *cocq* gallus, quod apud nos deſiit, Galli vero retinent, formavimus *kyckling*, pullus. *Byting* eſt infans ſuppoſititius. Nacta ſunt eandem terminationem nomina ſubſtantiva, formata ab

ab adjectivis in *ig* deſinentibus. Sic a *ſjuklig*, ægrotus, fit *ſjukling*, homo morbidus, a *flygtig*, vagus, *flygting*, homo profugus, ab *adelig*, nobilis, *Ädling*, juvenis nobilis.

III. Mantiſſæ loco obſervo, varia nomina, quæ hodie in *ing* terminantur, e. g. *ſanning*, veritas, *fægring*, pulcritudo, in ſcriptis medii ævi pro *g* *d* fere habere, ut *fægrind*, *ſannind*.

INGELD, reditus. v. ſupra *gelda*. Denotavit olim etiam ſtilo forenſi rem omnem, quæ intra parietes eſt. v. *Kon. B.* St. L. *c. 95*: 7.

INGEN, nemo, nullus. Iſl. *eingin*. Al. *ingein*. v. *Rhythm. de* S. ANNONE. v. 307. & ibi *Annot.* Alias *negbein*, *negheyn*. Ulph. *niainshun*. A. S. *nan*, *nanman*. Commonſtrat horum omnium paralleliſmus, compoſitionem factam eſſe a particula negativa & pronomine aliquem ſignificante, perinde ac a *ne* & *ullus*, *nullus*, ab οὐ vel οὐδὲ & εἷς οὐδείς facta novimus. Quod vero ad noſtrum attinet, facile aſſentior GUDMUNDO ANDREÆ, qui *eingin* contractum putat ab *eigi*, non, & *ein*, aliquis, ut in HAVAMAL, Strophe 42 & 75, *mange* ponitur pro *man eige*, i. e. nemo hominum. Erat etiam, quum noſtrates pro *ingen egen* ſcripſere. v. REG. CALM. inter *Acta Publ.* HAD. p. 125. *Och ſkal bonom egen begna eller halda*, ipſumque nemo domo vel menſa excipiet. Alias etiam *ängon* exaratum videmus. WESTM. L. *Thing. B. c. 5. bot ängon at*, nulla mulcta ſequetur, quod poſterius contractum videri poteſt ab *ei* vel *áj* & *någon*, ut prius ab *eig* & *en*. Alemanni ſimiliter *nihein* a *ni* & *ein* formarunt, & quemadmodum in compoſitione particulam negandi *ne* ſæpe invertunt, uti dum *enuuizz* dicunt pro *neuuizz*, ignoro. v. JUS ALEM. c. 312: 14, ita pro *nihein* non raro *ingein* uſurparunt (v. *Rhythm. de* S. ANNONE l. c. & ibi *Notas* SCHERZII) nec non *einchein*. ib. v. 804. unde Belgæ *gen* fecere, quod durius pronuntiatum Germanicum *kein* finxit. Hæc ſcribens ante oculos habeo WACHTERUM, in quo facere non poſſum, quin geminum errorem animadvertam. Prior eſt, quod doceat, Lingua Moeſogothica *ainshun* neminem notare, quod tamen contrarium eſt: ſignificat id etenim quemque vel aliquem. Quod vero MARC. 12: 34. & alibi nullum ſignificet, id non ex ſe, ſed ex ſequenti negatione *ni* habet. Alter eſt, quod *hun* negandi vim habere credat, idque probet exemplis τῶν *manhun*, nemo, & *hwanhun*, nunqvam. Sed etiam hoc genio L. penitus eſt adverſum: *hun* enim reſpondet Latino *que* in quisque, ubique &c. quod vero in allatis negatio ſit, id ex antea allata ratione evenit, quod nempe particula negans ſequatur vel præcedat, id quod WACHTERUS, geminæ negationi in Alemanica Lingua adſuetus, non, credo, animadvertit. Præluſit huic illius errori, & forte occaſionem præbuit STJERNHJELMIUS, in *Gloſſario Ulphilano*. Dum Hiſpani *ninguno* dicunt, *n* abundans voci Gothicæ addidiſſe videntur. Ut obſervatione non indignum addo, in veteri Latio *ningulus* idem fuiſſe ac noſtrum *ingen*. FESTUM auctorem habeo.

INGENTHERA, nullus eorum: *thera* genitivus pluralis eſt, ut alibi a me monitum eſt.

INGALEDES, nullatenus, nullo modo Iſl. *engo aleiþis*. HEIMS KR. *Tom 1. p 289 Sagdi* ODINN *ſcyllþo þa engo aleiþis coma, at ſvikja þa*, negabat ulla ratione futurum, ut ipſos luderet ODINUS. Radix eſt *led* via, perinde ac Germani dicunt *keines weges*.

INGALUNDA, id. a *lund*, modus.

INGESINNE, familia, famulitium. *Jus Aulicum* MAGNI SMEK. §. 13. *Tha biudhom wi allom them i wart ingeſinne ärw*: mandamus omnibus, qui noſtræ familiæ ſunt. Germani *geſind* dicunt, nec non *ingeſinde*. v. JUS PROV. ALEMAN. c. 300: 2. *Den ſol er behalten reht alz ſin ingeſinde*: illum apud ſe tueri debet, ut famulum ſuum. L. B. *gaſindium*, quas utriusque Linguæ voces nonnunquam de ſervo ſingulari accipi, annotat WACHTERUS, inque rei fidem adducit OTFRIDUM, *Lib. IV. c. XII: 83*.

Uz giang ſar tho lindo
Ther diufeles giſindo.
Egreſſus illico humiliter
Diaboli miniſter.

Ingeſinne itaque eſt ſervus domeſticus, ab *inne*, domus. De cetero non minus accurate obſervat modo laudatus WACHTERUS, *geſind*. A. S. *geſith* proprie denotare ſocium itineris, a *ſith*, quod iter notat, Sueth. *ſinn*, vel *ſin*, eandemque vocem in CODICE ARGENTEO eſſe reperiundam de JESU duodecenni,

Digitized by Google

decenni, quem amiſſum inter comites eſſe putabant, *in gaſinthjam*.

INKAST, objectio. Germ. *einwurff*. Facta vox ad amuſſin Latinam, a *kaſta*, jacere.

INKOMST, reditus, proventus. Germ. *einkunſt*, *einkommen*, ad imitationem cujus Prov. 14: 4. extat *inkommende*.

INKRÆKTA *ſig*, vi ſede aliqua potiri: *inkræckta ſig på ett ſtælle*, a *kraft*, Belg. *kracht*, vis, robur. Dicitur etiam *bekrækta*, ut ſupra obſervavimus. Germ. *bekræchtigen* extat apud Haltausium.

INKROM, *inkromme*, inteſtinum, vel quicquid alias alteri rei inſertum eſt, ab Angl. *cram*, farcire. A. S. *ic cramige*, farcio. v. Ælfrici Gr. p. 30. cui adde *acryman*, farcire, apud Bensonium. *Kruyme* Belgice mica eſt. Al. *crume*. A. S. *cruma*. v. Junii *Gloſſ. Ulph.* p. 420. Saxones *krömen*, *inkrömen* eodem farciendi ſenſu uſurpare, docet Idioticon Hamburgense.

INLAGA, literæ ſupplices, aut petitio quævis, apud Judicem vel ſuperiorem inſinuata, ab *inlægga*, deponere, pro quo uſitatius eſt *lægga in*.

INLAGSFÆ, depoſitum. L. L. *Köp. B. c. 5.*

INLÅNDA, advenire. Uſurpatur de quovis ingreſſu in fines territorii, e. g. exulis, ubi redeundi veniam accipit. *Lit.* Brynolphi ad L. Westg. *Wardhi aldrig inlænder, fyr æn Biſkuper hidir ſiri han*: nunquam redeat, niſi Epiſcopus illi veniam conciliet. Speciatim vero de Regum in provinciam ingreſſu cum ſolenni comitatu, datisque obſidibus, fore, ut quiete & pacifice regionis limites transeat. Westg. L. *Kon. B. §. 1. Giſla ſkulu witni bæra, at han ſwå inlånder är, ſum lagh therræ ſigiæ*: obſides teſtimonium perhibebunt, ita eum in provincia eorum præſentem eſſe, ut Leges ipſorum ſanciunt. In Östg. L. *Dr. B. c. 5: 6. taka inlændning* dicitur de actu provinciam ineundi, vel potius de tributo 40 marcarum, a ſingulis territoriis hac occaſione Regi pendendo. *Tha kunungr år nytakin til kunungr, ok han ridhær Eriks gatu, ok takær inlænding ſina, thet åru ſiuratighi marker aff hwarju hæråde*: Quando Rex recens electus eſt, & ſolenni cum comitatu provincias obit, ſingula territoria quadraginta marcas pendent. Iſl. *ilenda*, id. Heims Kr. Tom. II. p. 93. *Ecki warþ hann ilendor a þui ſumri i Danmork*, non illa æſtate ad regnum Daniæ pervenit. Alem. *inleendiſch*, præſens, qui coram eſt. v. Haltausii *Gloſſ.* in v.

INLEDA, inducere. *Inleda i freſtelſe*, in tentationem inducere, ab *in* & *leda*, ducere.

INLEDSN, Germ. *einleiten*, dicebatur introductio matronarum in templum, quæ duplex erat, altera die dominica, nuptias excipiente, altera poſt puerperium. v. Hels. L. *Kirk. B. c. 19.* Utraque hac occaſione præferebantur cerei numeroſoque comitatu matrona ad altare ducebatur, nummulos ibi oblatura, aut etiam res edules, *boſwankaka* dictas. v. Dikm. *Ant. Eccleſ.* p. 317. Appellabatur vero hic actus *inledsn*, quia preces recitabantur in atrio templi, quibus finitis Sacerdos neonympham manu prehendens in templum induxit. Duplex hic actus introductionis alio nomine dicebatur *gå i kyrkio efter barn ſit, ælla bonda ſin*. Östg. L. *Kr. B. c. 31.* & Dal. L. *b. t. § 8.* Smol. L. *Kirk. B.* p. 86. in Actis Litt. Ups. anni 1732.

INNA, operari. Supra ad vocem *hinna* notavimus triformem hujus vocabuli faciem, pro temporum nempe & regionum varietate jam *winna*, jam *inna* & alias *hinna* pronuntiatum fuiſſe. *Winna* vero proprie notat laborare, operari: unde *winnuman*, operarius, & quæ plura ſuo loco allaturi ſumus. Occurrit hoc noſtrum *inna* in non uno loco Legum vetuſtarum. In Lege Scanica *Om Urbot. p. m. 67. Then man ther ſtud och inne redhær*, ille vir, qui vectigal vel operas pendit, hoc eſt inferioris ſortis civis, qui arma pro patria non induebat, ſed aut operam aut vectigal pendebat. Vocatur ille in Legibus Juticis *indebonde. Lib. 3. c. 7.* In Lege Westrog. *innisman. B. B. c. 13.* conf. L. L. *Sar. m. Wad.* c. 7. Sed in eadem Lege *Edſ. B.* c. 25, ubi Titulus capitis præfert *innesman*, ſequenti modo ille deſcribitur *ſom haſwer hus leght eller laane tagbit*, qui alterius ædes conduxit aut commodato accepit, atque adeo originem ducit ab *inne*, domus. Conf. Haltausii *Gloſſ.* in *Inſte*.

II. Præſtare. SkåneL. p. m. 13. *Leding innæ oc ſtud rede*, præſtare copias navales, & cenſum pendere. ib. p. 43. *uppebaldæ inna*, cenſum præſtare.

III. Aſſe-

Digitized by Google

III. Aſſequi, accipere. Dal. *L.* p. 5. *Inna ſkript ſinni*, accipere abſolutionem ſuam. Westg. L. B. B. 9: 6. *Innir han i thy bærade:* ſi (abigeum) aſſequatur in illo territorio: Conf. Upl. L. *Manh. B.* c. 13. Alias *winna* ſcribi ſolet, uti modo monuimus.

IV. Frui, pleno uſu poſſidere. Exempla hujus ſignificationis antea attulimus ad v. *anna*, quo Lectorem remittere liceat. Unicum adjungam ex Östg. L. B. B. c. 9: 9. *Inner up mala ſin*, ſi fruatur pacto conductionis ad terminum exſpirationis: ſupra §. 6. dixerat eodem ſenſu, *æ ther til gipt är utb int*, ubi tamen ſuſpicor, *utb* a Gloſſatore eſſe inſertum. Cognatio ſoni fecit, ut hanc ſignificationem reliquis adjungam, etiamſi opiner, diverſum plane hoc a ceteris eſſe vocabulum, ortum ab *anna*: certe quod legimus in Östg. L. B. B. c. 9. *oint*, non plene perceptum, in Upl. L. *Jord. B.* c. 13. ſcribitur *oannat*.

V. Notat durare, quam ſignificationem voci *winna* competere, ſuo loco dicetur. Heims Kr. *Tom. I.* p. 140. *meþan Jolinn ynniz*, quam diu feſtum *Juliorum* duravit.

INNERLIG, ſtudioſus, intenſus, *innerligt begær*, deſiderium vehemens. Antiqui pro hoc etiam *innig* dixere *Vita* Anscharii p. 127. *Huru innig han haſwer warit, at uptända kunna en alſwarſam kärlek til Gudh:* quam ſtudioſe id egerit, ut verum in Deum amorem accenderet. Islandis eadem loquendi ratio uſitata fuit: teſtem appello *Hiſtoriam* Olavi Tryggvasonii, P. I. p. 92. *Þangbrandur ſeger bønum þa innilega fra pino Drottins*: Tangbrandus ipſi ſtudioſe explicuit paſſionem Chriſti. Obſervo ex occaſione hujus loci, me a Kiliano annotatum deprehendere, in Lingua Belgica *innig* notare attentum, religioſum. Proprie nempe *innig* & *innerlig* eſt id, quod cum labore perficitur. Dum vero *innerlig* internum notat, ab *in*, *inne*, intus, derivatur.

INNANDÖME, opus inteſtinum, hoc eſt, quicquid domum interius perficit vel ornat. v. Gronovius ad Plauti *Pſeud.* I: 3. Chron. Rhythm. *min.* p. 172.

Och fans ey tå i Rikſens gøma
Hwaſken breff eller indöme.

Reperiebantur tum in regni cuſtodia
Nec litteræ nec ulla ſupellex vel
gaza.

Scribitur alias *ingedöme*: Vita Anscharii p. 57. *i kirkione ingedömom*, in vaſis ſacris. Arbitror, nos hanc vocem a Saxonibus accepiſſe, qui ea hodieque utuntur, ut docet Idioticon Hamburgense. Reperitur etiam in Lege Wisbyensi, Saxonice edita, p. 31. *van old ingbedöme*, de vetere ſupellectile. De terminatione vocum in *dom* & *döme* ſupra ad vocabulum *dom* diximus nonnihil.

INNEBÆRA, importare. *Tu wet, ej hwad thet haſwer, att innebära*: neſcis, quid importet. Vox nova & ad genium L. Latinæ formata, a *bæra*, portare.

INPASS, moleſtia, impedimentum. *Han haſwer gjort mig inpaſs*, mihi moleſtiæ fuit. Peringsköldius, in *Notis* ad Cochlæum, obſervat, vocem hanc ab Italis mutuatam eſſe, qui eodem ſenſu *impaccio* uſurpant.

INSAGA, lis, contentio, objectio. v. Tegels *Hiſtoria* Gustavi I. Part. II. p. 19. Laur. Petri, de *Cerimoniis*, fol. 92. *ſwara til några inſagor*, ad oppoſitiones quaſdam reſpondere. Ab initio *inſaka* dictum fuiſſe credo, a *ſak*, lis, contentio. A. S. *ſac*, *ſaca* Al. *ſache*, conf. Wachterus in v. Accidit nempe ſæpe in hujus radicis propaginibus, ut *k* in *g* commutetur, ceu fidem facient illa, quæ ad *wederſaka* diſſero: quod vero *ſak* a Latinorum *cauſſa* aliquando formatum fuerit, idem Wachterus in animum inducit: quicquid ejus ſit, *inſaga* vel *inſaka* idem eſt ac eorum *incuſo*, ut *urſaka* reſpondet verbo *excuſo*.

INSEGEL, ſigillum. A. S. id. Isl. *inſigl*. Heims Kr. *Tom. I.* p. 618. *Haſþu þeir bref oc inſigli Einglands Kongs*: habebant litteras & ſigillum Angliæ Regis. Vox Latina, ſed Gothica civitate jam inde ab Ulphilæ ævo donata, utpote qui uſurpat *gaſigljan*, ſignare. Joh. 6: 27. *faurſigljan*, id. Matth. 27: 66.

INSKRÆNKA, includere, coarctare. *Inſkränka ens wälde*, poteſtatem alicujus minuere. A *ſkrank*, cancelli.

INSTÆNDIGT, enixe. Diu vox illa noſtra non fuit: medio quippe ævo formata eſt ad modulum Gallorum *inſtamment*, a Lat. *inſtare*. Conf Gr. ἐνςατικὸς, pervicax, acriter obſiſtens.

INSTEMMA, concinere, concordare. Germ. *einſtimmen*. Apud Otfridum legimus, Lib. I. IX: 56.

Thoh uuarun einſtimmu.
Attamen erant conſpirantes.

Radix eſt *ſtemma*, ſonus, vox.

Digitized by Google

INSTUNDA, appropinquare: *wåren inſtundar*, ver imminet. Non dubito, quin aliquando *inſtånda* dixerint majores noſtri, atque adeo vox hæc claſſi ad formam Latiniſmi effictorum ſit ad. ſcribenda: *inſtånda* vero eſt *inſtare*. Et ne dubites, afferre lubet ex vetere *Euangeliorum Dominicalium Interprete*, quem manuſcriptum habeo, locum, qui huic conjecturæ mire favet. *I theſſom faſtotijmanom, ſom nu inne ſtaar*: in hoc jejunii tempore, quod modo inſtat. Apud ULPHILAM *anaſtodeith* in titulis Euangeliorum notat incipit. Gr. ἐφίσταμαι, inſto, advento.

INTET, nihil. Superiores Sueciæ incolæ *intwet* dicunt, quod incorruptius arbitror. Scilicet ut *nihil* compoſitum eſt a *ne* & *hilum*, ita hoc *intet* concinnatum eſſe apparet ex particula negativa & *wett*, hilum: Ulph. *waiht*, id. In CODICE ARGENTEO ſimiliter ab hoc, quod attuli, *waiht niwaiht*, nihil, formatum eſt, unde porro Alemanni ſuum *inuuiht*, fecere: vid. OTFRIDUS. *Lib. II. Cap. V.* 23. alias *niauuiht*, *neouuiht*, *niuuiht*, &c. Manifeſtatur dictorum veritas exinde, quod in antiquioribus noſtratium ſcriptis diviſim & plene non raro ſcriptum inveniatur *incte* vel *æncte wætta*. *Hiſt.* ALEX. M.

Och wille æncte wætta ſwara.
Et volebant nil reſpondere.

& infra.

J ſkulo rædas æncte wætta.
Timebitis plane nihil.

Sic etiam in LEGE WESTROGOTH. *Jord. B. c. 4. Jak a ok thu ikki wætta*: ego habeo, tu vero ne hilum. Germani literarum arctius adhuc compendium fecere, qui a noſtro *åncti wätt icht* formarunt, & etiam *nicht* ab antea allato *niuuiht*. Prius in uſu olim fuiſſe, obſervat SCHERZIUS ad *Expeditionem* C. MAGNI *Hiſp.* p. 7. poſterius quotidiano uſu adhuc teritur. Eorum vero majores ad noſtrum loquendi modum propius acceſſere, quippe quibus in uſu erat *entwicht*, uti pluribus docet HALTAUS, in *Gloſſ.* p. 354. WACHTERUS, qui alias adeo ſagax eſſe ſolet, ultimam partem vocis *nicht* pro mera terminatione habet, quod tamen ſecus eſſe, per allata patere, arbitror.

INTRÅNG, incommodum. *Göra intrång*, alicui incommodo eſſe, jus alicujus minuere. Germani *eintrag* olim dixerunt. Eſt vero a *trånga*, arctare.

INWAD, dicitur alias *intaka*, quod ex agro publico conſepſit quispiam, ſuumque fecit. L. L. B. B. c. 29: 2. *Wårde han broom, ſwa widt ſom hans inwadhi är*, curet pontes, quousque illius conſepti limites pertinent: a *wada*, vadere, circumire, qui terminus ſpeciatim accipi ſolet de actu circumeundi ad deſignandos limites. ÖSTG. L. *Egn. S.* c. 1. §. 2. *Nu will Kununger allmænning ſælia, tha ſkal Stallare hans wadha ridha*: ſi Rex terram publicam vendere voluerit, Mareſchallus ipſius limites deſignabit, equo obeundo. Adde WESTG. L. *Jord. B.* c. 2: 1. *Stadswadi* apud VERELIUM eſt diſtrictus civitatis.

INWARDA, tradere. WESTM. L. *Köp. B. c. I. Skårt ſilwer inwarda*, argentum purum in officinam inferre. Proprie notat alicujus tutelæ commendare, a *wård*, tutela. Dici etiam ſolet *antwarda*.

INWÆNDA, alias *förewænda*, prætexere, prævertere. *Inwändning*, prætextus. Facta vox ad imitationem Latini præverto.

INWIDUR, ſupellex domeſtica. UPL. L. *Arfd. B.* c. 10. §. 4. *Hus ok inwidhur*, ædes & ſupellex vel opus inteſtinum domus. Conf. WESTM. L. *h. t.* c. 30: 34. *Wed*, *wid* notat lignum, materiam ædificiorum communiorem, & dein ipſas ædes.

INWISTARHUS in LEGIBUS WESTROGOTHICIS nomen eſt genericum, quod competit cellæ penuariæ, apothecæ & cubiculo, quibus opponuntur *utwiſtarhus*, bovile, ſtabulum, &c. *Wiſt* duo ſignificat, cibum & commorationem, uti *wiſan* apud Mœſogothos duplicem ſignificatum vocis Latinæ *eſſe* habet, edere nempe & exiſtere. A priori nominis rationem petit VERELIUS, credens *inwiſtarhus* domum notare, in qua eſculenta ſervantur, quamque hodie *wiſthus* vocamus. Sed repugnant præfixa *in* & *ut*. Meo judicio *inwiſt* dicitur, quum quis intra aream ſuam eſt, *utwiſt* dum exit, & extra ſuos lares eſt aut commoratur, & hinc *inwiſtarhus* ſunt illa ædificia, quæ eadem area circumſcribuntur, in qua degit dominus domus, dum reliqua, ut bovile & cetera, extra eandem collocari ſolent. Ejusdem cenſus eſt *heimwiſt*, domicilium. Conf. *gastuuiſſi*, diver-

ſorium,

Digitized by Google

ſorium, apud OTFRIDUM *Lib. I. XI. 68.*

II. *Inwiſtæ* in LEGE HELS. *Jord. B. c. 13.* ponitur pro bonis quibusvis mobilibus, quæ intus ſervari ſolent. *Pæninga aller adbræ inviſtæ*, pecuniæ aut res aliæ mobiles. LEX UPLANDICA, a qua verba hæ Tabulæ mutuari ſolent, habent *adra coſte*, res aliæ

JO, particula affirmandi. v. ſupra in *ja.*

JORD, terra. *Jordh mun alla til Ofninga fâ*: terræ omnes aliquando plus ſatis accipient: clauſula eſt Tituli JORDABALKER, qua innuitur, omnes poſt fata tantum terræ habituros, quantum tumulando corpori ſufficiat. Isl. *jord.* Ceteræ omnes dialecti *j* littera carent; Ulph. *airtha.* A. S. *eard*, *eord.* Al. *erda*, *herda.* Angl. *earth.* Belg. *aerd.* Gr. ἔρα. Lingua Ebræa terram ארץ, *arâz* appellat: ſed durior illa terminatio jam in dialectis ejus, Chaldaica & Syriaca, emolliri cœpit, inque *t* converti. Novimus inprimis ex indicio TACITI, Germanos *Hertham* Deam coluiſſe, perque eam intellexiſſe *terram matrem.* v. de *Mor. Germ.* c. 40. Noſtrum vero *jord* vel terrarum orbem notat, unde *jordbæfning*, terræ motus, &c. vel II. bona ſoli, quo ſenſu in Tabulis Legum creberrime occurrit. Hinc *jordægare*, vel, ut habet L. OSTROGOTHICA, *jordattare*, poſſeſſor ſoli, *utjord*, ager ſeparatus a reliqua villa, & ſic in pluribus exemplis aliis. III. Notat terram, cui mandatur mortuus: hinc *jordas*, ſepeliri, *wigd jord*, terra cœmiterii conſecrata, *jordafærd*, pompa funebris.

JORDGUMMA, obſtetrix: alias *barnemorſka*, & in LEGE GOTHL. *griþcunu.* Isl. *liosmoþer* nec non *yferſetukonu.* Unde vero *jordgumma* & *jordmoder* dicatur, varie inter Philologos diſſeritur. Alii putant a terra illam nomen accepiſſe, quod infantem humi poſitum, prima olim tolleret. LAUR. ROBERG, in *Tabulis Anatomicis*, ab *birda*, curare, ſervare, derivat, ob curam puerperæ, quam obſtetrix gerit: & proinde *hjordgumma* ſcribere ſolet. Mihi dubium non eſt, literam *r* caſu irrepſiſſe, veteresque non *jord* ſed *jodgumma* dixiſſe. *Jod* quippe Islandice puerperium notat, unde *jodſot*, dolores puerperii. I. SAM. 4: *jodſjuk kona*, mulier puerperii dolores ſentiens. Alemannos olim *odan* hoc eodem ſenſu uſurpaſſe, video ex *Paraphraſi metrica Bibliorum*, cujus ſpecimen adfert HICKESIUS, in *Gram. Theotiſca*, p. 102, ubi legimus *thi kind odan ſcoldi uuerthan*, filius pariendus tibi eſſet. Ejusdem familiæ eſt Gr. ὠδίνω, pario, ὠδῖνες, partus dolores.

IRRA *ſig*, errare. Al. *irron.* Germ. *irren.* Lat. *errare.*

IS, glacies A. S. & Al. id. Belg. *ijs*, Angl. *ice*, Germ. *eis.* WACHTERUS derivat a Gr. ἴσος, æqualis, alii aliunde.

ISLÆGGA, os animalium, plantis pedum adaptatum, ſuper quo, curſum dirigente baculo, cui innituntur, per glacies diſcurrunt adoleſcentuli. Regiam olim fuiſſe hanc exercitationem, diſcimus ex HEIMS KR. *Part II. p. 256.* Isl. & Gothice *legg* os denotat, unde *benlægg*, tibia, crus, *armlægg*, os brachii.

ISMOGS KLÆDE, ÖSTG. L. *Gipt. B. c. 15.* tunica, in qua ſuperne foramen eſt, per quod caput inter induendum exſeritur: a ſimplici *ſmog*, circulus veſtis, unde *halsſmog*, veſtis, quæ collum ambit, quod etiam *hufwudſmog* dicitur. V. EXOD. 28: 32. & JOB. 30: 18. Radix Islandica eſt *ſmeiga*, ſeſe inſinuare, uſurpaturque proprie de veſtibus, quæ hac ratione induuntur. HEIMS KR. *Tom. II.* p. 310. *Han* (SIGURD) *lagdist i biargſcoro nockora, ſvalaþi honom mioc, han for af brokonom, oc ſcar rauf a ſetgeiranom, oc ſmeighþi a ſig*: intra montis cavernam cum ſe ſubduxiſſet, plurimum frigoris ſenſit. Itaque braccas ſibi detrahens, averſam a tergo partem diſſecuit, & caput per fisſuram exſeruit. In Lingua AngloSaxonum *nædran æſmogu* vocatur ſerpentis ſenecta, quum ille eadem ſe exuat, facta ad collum apertura, ut fieri ſolet in veſtibus in tunicæ modum conſutis: adde quod in *Gloſſis* ÆLFRICI colobium vertatur *ſmoc.*

ISOP, Lat. hyſſopus. Conſpirant dialecti pleræque omnes, quæ vocem hanc acceptam referunt Ebr. אזוב.

ISTADA MÆN, conjuratores. WESTG. *L. Thing. B. c. 9.* Nomen habent a formula forenſi *ſtanda i ede*, quæ eodem capite occurrit, notatque in numero conſacramentalium eſſe. In *Conſtit.* MAGNI *Regis de Anno 1345* annexa JURI BIRC. p. 22: 16. vocantur *aſtæþumæn.*

ISTÆD, ſtapeda, ut vulgo dici ſolet, alias *ſtapha*, *ſtaffa*, *bistapia.* It. *ſtaffa.* Re & nomine caruere veteres Romani:

Digitized by Google

ni: nec Gothis videntur familiaria fuiſſe hæc adminicula, quippe qui in equos inſiluere, non per hos gradus conſcendebant. Cfr. Vossius de *Vitiis Sermonis*, p. m. 32, & Brodæi *Miſcell.* Lib. 4: 26. Occurrit tamen in Narratione de conventu trium Regum Danaholmenſi, ad finem Legum Westrogothicarum. *Dana holmbær ær ſkipt i thre löte, a en lot Upſala Kononger, annan a Dana Kononger, thridiæ lot a Noregs Konunger: Da ær ſtamnæ therræ war, tha hælt Dana Kononger i beſſle Upſalæ Konongs oc Norræn Kononger i iſtæd bans*: Danaholmia diviſa eſt in tres partes: unam partem habet Rex Upſalienſis, alteram habet Danorum Rex & tertiam Rex Norrwegiæ. Quum congreſſus eorum erat, frenum equi Regis Upſalienſis tenuit Rex Daniæ, ſtapedam vero illius Rex Norrwegiæ. Non indignum eſt, quod animadvertatur, in antiquo Chronico *Regum Daniæ* Rhythmico, Hafniæ 1495 edito, narrationem hanc, tanquam Regi Daniæ parum honorificam, inverti penitus. Ita vero Sveno de ſemet verba faciens inducitur:

Konningen aff Norigæ mitt bitzel holth
Oc Sweriges Konning i mitt iſtædbæ

v. Danske Magazin. *P. I. p. 31.* Hiſce gemina eſſe, quæ in exemplo Manuſcripto Selandico deſignationis limitum inter tria hæc regna Borealia extant, teſtatur Ol. Wormius, ad *Seriem Reg. Daniæ*, p. 32. qui ibidem graviter in Joh. Messenium deſævit, illum malæ fidei accuſans, quodque narrationem nuper laudati Chronici corruperit. Ego de facto nemini litem movebo, utpote quod dubiis haud levibus premi, lubenter fateor, ſed monebo tantum, Messenii innocentiam neminem in dubium vocare poſſe, qui modo citatum ſchediaſma una cum Legibus Westrogothicis, quibus in veteri Codice Manuſcripto annexum eſt, oculis uſurpaverit. Si vero alicubi fraus eſt, recidet illa utique in caput Rhythmographi Dani, qui parodiam effinxit eorum, quæ noſter Scriptor attullit. In *Notis* ad Catalogum Regium *Su.* p. 48. ſeqq. hanc rem breviter tetigimus, & monſtravimus, narrationem hanc, de qua agitur, tanquam fide dignam citari in ſerie hac hiſtorica ſub vita Anundi. Videor mihi, dicto loco ſatis commodis rationibus probaſſe, exemplar hoc Legum Westrogothicarum illique annexos Catalogos exſcriptos eſſe tempore Erici Balbi, hoc eſt ante medium ſeculi XIII. adeoque plus 250 annis antequam Chronicon Danicum prodiret: & jam tum tanquam antiquius & claſſicum monumentum citari hancce limitum deſignationem. Si etiam conſulamus ſtatum rerum Suionicarum illius ævi, non certe is fuit, ut adeo reverenter viciniam haberet. Aliter eum deſcribit Adamus Bremensis, σύγχρονος, & in Aula Regis Daniæ verſatus. *Populi*, inquit, *Suionum multi ſunt, viribus & armis egregii, præterea tam in equis quam in navibus optimi bellatores. Unde etiam ſua potentia ceteras aquilonis gentes conſtringere videntur.* Conf. *Vita* Anscharii p. 110.

ISTER, pinguedo, quæ ilia ambit, unde *iſterhinna*, tunica adipoſa. Isl. *iſtur*. Ortum videtur ab Islandico *idur* vel *ydur*, ilia: niſi quis in animum induxerit, ejusdem proſapiæ hoc eſſe, ac Græcum στέαρ, adeps.

JU, particula interrogativa affirmans. *Tu wet ju thet*, iſtudne ſcis? Germ. *ja*, & ſic in reliquis dialectis.

II. Eſt particula partitiva, reſpondens Germanico *je*. e. g. *ju twå och twå*, bini. Sub idem ſignum hæc duo vocavimus, etiamſi revera origine diverſa. Illud enim nil niſi pronunciatione & conſuetudine loquentium differt a *ja*, *jo*, hoc vero eſt *e* particula ſegregans, de qua ſupra ſuo loco diſſeruimus, cuique *j* præmiſit antiquitas: *u* deinde locum τȣ *e* occupavit.

III. Adjectivis junctum gradus deſcribit. *Ju mer man haſwer, theſs mer will man haſwa*: quo plus poſſidetur, eo plura deſiderantur. Germani *je* utroque loco ponunt. Eſt hoc ejusdem ac prius cenſus, veteres nempe pro eo *e* poſuere.

IV. Verbis additum adſeverat. Laur. Petri *Poſtilla*. *Han måtte ju gifwa therpå akt*, illud utique operam dabit. Al. *ieo*. Notk. *Pſ.* 35: 12. citante Wachtero, *uuanda ſi ieo ſar fallet*, quando revera tamen cadet. Gr. ἦ μὴν, certe, utique, cui ſi *j* præponas, Gothicam vocis geneſin facile animadvertes.

JUL, feſtum hiemale, quod jam in memoriam nativitatis ſanctiſſimi Salvatoris

Digitized by Google

ris noſtri celebratur, tempore vero ethniciſmi in honorem ſolis, brumale tempus emenſi, ſacrum erat, *Midvetursblot* alias nuncupatum. Non vero feſtum hoc paganicum cum Chriſtiano penitus ratione temporis coincidebat, ſed aliquanto ſerius celebrabatur, adulto nempe menſe Januario, ut amplius monebitur ad v. *Midvetur.* In præſentia tantummodo, de nominis ratione ſolliciti, monebimus, nullam facile vocem eſſe, de cujus etymo tot conjecturæ increbuerint. Ego antequam hanc arenam ingrediar, Lectoris mei judicio ſubmittam, annon in anteceſſum ſedulo diſpiciendum ſit, vox illa *Jul* Ethnicisne debeatur, an cum Chriſtianiſmo ſit inducta: & poſterius ſi fuerit, annon peregrinæ forte originis ſit. Quod igitur ad hanc quæſtionem attinet, non diffiteor, mihi ſedere, paganicum illud feſtum non *Jul* ſed *Midweturs blot* appellatum fuiſſe. Evidens hujus rei teſtimonium mihi ſubminiſtrat STURLÆSONIUS, qui in *Hiſtoria* OLAVI SANCTI, p. 557. memoriæ prodit, Regem hunc, ubi inaudiverat, Trundhemenſes media hieme magna frequentia feſtum celebraſſe, ab OLVERO ſciſcitatum fuiſſe, annon *Midwetursblot* agitaverit cum pluribus aliis: hunc vero reſpondiſſe, non *Midvetursblot* illud fuiſſe ſed *Jolabod.* Verba illius hæc ſunt: *Bar kongur þat a bendur bændum, at þeir hefþo haft miþsvetrarblot.* ÖLVER *ſvarar oc ſeigir, at bændur voro oſannir at þeirri ſok, hauſþom vier, ſeigir hann, Jolabod oc viþa i hieroþum ſamdryckiör: ætla bændur eigi ſva hnept til Jolaveitſlo ſier, at eigi verþi ſtor afhlaup, oc drucco men þat, Herra, leingi ſiþann. Bondones* incuſabat Rex, quod ſacra hiberna celebraſſent, OLVERUS vero asſeveravit, inſontes eſſe *bondones*: ſed habuiſſe eos compotationes *Julias*, una cum undique adventantibus hoſpitibus. Non vero adeo parce penum inſtruxiſſe *bondones*, quin poſt finitum feſtum *Julium* multum in promtu fuerit reſiduum, atque hoc ut abſumerent, diutius eos una commoratos fuiſſe. Patet ex hiſce, *Midveturs-blot* Gentilibus fuiſſe, quod *Jul* Chriſtianis, niſi quod illud tempore aliquanto poſterius eſſet, & exeunte menſe Januario. Celebraretur. Hiſce jam breviter præmiſſis, videbimus, quid de vocis origine doceant Philologi, quorum conjecturas, prout calamo ſeſe offerunt, breviter recenſebo. I. Quæ itaque prima de ponte dejiciatur, WORMII & JOH. MAGNI erit, qui feſtum *Juliorum* a JULIO C. nuncupatum tradunt, idque in grati animi teſſeram, quia terras Scandinaviæ devaſtatum non venit. Quantumcumque abſurde & abſque auctore hæc dicantur, mirari tamen licet, fuiſſe, qui fidem habuerint. BUCHANANUS non adeo diſſidet, qui Scotos ſuos Saturnalia Romanorum *Julia* vocaſſe ait, Cæſaris nomine honoris cauſſa pro Saturno ſubſtituto. 2. Alii a *jubilo* vel Ebr. *jobel* hilaria hæc nuncupata putant, cui ſententiæ accedere voluere H. SPEGEL, in *Gloſſario*, GUDM. ANDREÆ, in *Lexico*, aliique. Ad eandem claſſem illos refero, qui ἴουλος, quod cantilenæ genus fuit, in primis in Cereris & Mercurii honorem decantatæ, natales noſtræ vocis quærenti, facem præferre putant: qua in opinione fuit PONTANUS, & neſcio qui alii. 3. VERELIUS, in *Notis* ad *Hiſtoriam* HERVORÆ, LOCCENIUS in *Antiquit. Suiog.* aliique *Jul* deducunt a *jola*, genio indulgere vel *jala*, confabulari: ſed quod ad prius attinet, perinde eſt, ac ſi a filia matrem creatam diceres, aut Bacchum a Bacchanalibus nomen accepiſſe traderes. Ut enim genio ſub *Juliorum* feſto per totum regnum indulgebatur, ita *jola* & hodieque *jula* vocabula quidem ſunt huic tempori propria, ſed quæ nil aliud denotant, quam feſtos dies agere, quales hac tempeſtate celebrari ſolent. Trans Danubium eandem hanc vocem migraſſe, obſervarunt Philologi: paullum enim immutata ſignificatione apud Suevos notat lætitia efferri. Indicat id WACHTERUS in *Gloſſario*, qui a feſto *Juliorum* & ſolis reditu non ſolum populares ſuos hocce vocabulum formaſſe putat, ſed etiam Anglorum *to be jolly* ab eodem fonte derivat. Quod ad alterum *jala* attinet, nimis exilia tantæ rei initia id tribuit: & præterea non tam ſermones lætos indicat, quam vitium in loquendo, quale eſſe ſolet infantum, tertiata verba proferentium. 4. Nec magis aſſentimur illis, qui a *hwila Jul* vel, ut ſcribendum autumant, *Hjul* derivant: explodit merito horum ſententiam HICKESIUS, in *Notis* ad *Menologium AngloSaxonicum*, quum nec

nec rei nec orthographiæ ſolitæ conveniat. Hic vero Vir, Gothice doctiſſimus, 5. aliam proponit vocis geneſin ab *öl*, cereviſia, potu gentium Borealium ſolenni, & qui ſpeciatim quodvis repotii genus ſignificat: unde *brudöl*, feſtum nuptiale, *grafōl*, ſilicernium, *hemkomöl*, convivium, quod novi conjuges in ſuis ædibus inſtruunt, &c. Credit, pro hac ſua opinione militare omnia illa loca, quæ ex vetuſtis Auctoribus adfert Verelius, quæque indicant, genio ſuo hoc tempore liberaliter indulſiſſe veteres: & præterea non uno exemplo docet, *i* litteram vocibus præfixiſſe veteres, cujus rei nos etiam non pauca documenta ſuo loco damus. Nil fere eſt aliud, quod huic conjecturæ opponamus, quam quod nomenclatura illa parum ſevera videatur. Comiſſabantur quidem hoc tempore majores noſtri, ſed non tamen feſtum ideo inſtitutum fuit, vel inde nomen accepit, quod bacchanalia viverent. Aptior itaque illorum videtur derivandi, ratio, qui 6. nomine hoc anni ſe circumvolventis periodum notari credunt, ſcilicet a *hjul*, rota. A. S. *hveol*. Commendavit ſeſe hæcce nominis notatio ingenioſiſſimo Atlantices Conditori, qui, ut late demonſtrat, feſtum hoc in honorem ſolis, ſideris inter boreales in primis pie culti, inſtitutum fuiſſe; ita oſtendit, converſionem illius poſt æquinoctium tam brumale quam æſtivum rotæ figura in faſtis Runicis deſignari: quo facit, quod ſolis epitheton in Edda *Iſlandica* ſit *fagra hweel*, pulcra rota, alias *rodul*, id. in eundem modum quo canit Lucretius, *Lib. V.*

Hic neque tum ſolis rota cerni lumine claro
Altitonans poterat nec magni ſidera mundi.

Et Sidonius.

Inde patefecit radiis rota candida cælum. 7. Proxime ad hanc derivationem accedit Wachteriana, qui feſtum hoc paganicæ originis eſſe arbitratus, atque, ut dictum, in honorem ſolis, currum ſuum propius admoventis, inſtitutum, cauſſam nominis quærit in C. B. *haul*, quod ſolem denotat, pro quo dialectus Moeſogothica habet, ut putat, *uil* vel *il*, Marc. I: 32. Gr. ἥλιος. Nec minus ſalis habet illorum etymologia, qui ab ejuſdem Linguæ Cambricæ *gwyl*, quod feſtum denotat, noſtrum *Jul*, A. S. *gehol*, *gehul*, *geol*, Angl. Bor. *yule*, *joule* derivant. Appellant ſcilicet Cambri hoc nomine quodvis feſtum, unde *gwyl arbennig* eſt feſtum primarium: *y tair gwyl arbennig*, tria feſta primaria, Nat. Christi, Paſchatos & Pentecoſtes. Mantiſſæ loco addam, Georgium Stjernhjelmium noſtratem ad marginem *Lexici Britannici* Boxhorniani, quo utebatur, jam vero Bibliothecæ eſt Upſalienſis, ad v. *gwylio*, vigilare, annotaſſe, ab hac radice noſtrum *Jul* forte pullulaſſe, ut ſit vigilia ſacra, in eum modum, quo Germani hoc feſtum noctem ſanctam, *weynacht*, appellant, quam conjecturam firmat D. Louis Le Pelletier, in *Dict. Brit.* qui docet *gwell* & *gouil*, quod pro feſto communiter apud Aremoricos uſurpatur, proprie vigiliam indicare: immo apud Anglo-Saxonas *gebul* feſtum in genere denotaſſe, inde probat Skinnerus, in *Explicatione Vocum Forenſium*, quod feſtum S. Petri ad vincula appellatum inveniatur *Gebul of Auguſt*, h. e. feſtum menſis Auguſti. Videmus quot numero Eruditi, fontem vocis *Jul* indagaturi, in veterem Celticam Linguam oculos conjecerint, quaſi præſagiret animus omnium, inde originem hujus feſti eſſe petendam. Tam prope vero quum collinearint, punctum tamen nemo forte adhuc feriit. Ego, poſtquam in animum me inducere profeſſus ſum, Chriſtianæ impoſitionis hanc vocem eſſe, ulterius lubenter perſuaſero, Anglicæ potius vel Britannicæ quam Gothicæ proſapiæ eandem eſſe, prout ſcatet doctrina ſacrorum noſtrorum petitis ab hac inſula loquendi formulis. *Chwyl* vero Cambrice converſionem notat, Aſtronomis familiare vocabulum, unde *chwyl yſtwyddyn*, curriculum anni. Cur vero hinc præcipue vocis etymon quæram, paucis indicabo. Qui primus omnium hujus feſti illiusque nominis meminit, Beda eſt, qui ante undecim ſecula vixit, & quum adhuc in Anglia vox non potuit non recens eſſe. Ita vero ille Cap. 13. de *Temporum Ratione*. *Menſes Giuli a* Conversione *ſolis in auctum diei, quia unus eorum præcedit, alius ſubſequitur, nomina acceperunt.* Tradit hic Doctor ille Venerabilis expreſſis verbis

Digitized by Google

bis a *converſione* menſes *Gjuli*, qui feſto huic cognomines ſunt, appellatos fuiſſe. Sciendum vero eſt, in A. Saxonum Calendario duos fuiſſe menſes, qui hoc nomen geſſerint, quorum alter *ærre-geola* vel *Julius* prior noſtro Decembri, alter *æftera geola*, *Julius* poſterior appellatus, Januario noſtro reſpondit. In nominis vero ratione danda non cereviſiam aut epulas, non JULIUM CÆSAREM nuncupat, ſed tantum docet, *gebol* a converſione ita fuiſſe appellatum. Videor mihi animadvertere, eodem tendere veterem MENOLOGUM *AngloSaxonem*, cujus verba adfert HICKESIUS l. c. p. 212, a me Latine tantum heic adterenda. *In duodecimo menſe ſunt dies XXXI. Menſis hic vocatur Latine December, noſtra vero lingua prior Geola, quoniam duo ſunt menſes, qui uno nomine gaudent, alter Geola prior, alter poſterior eſt. Horum enim alter præcedit ſolem, priusquam convertat ſe ad longitudinem diei, alter ſubſequitur.* Ex his, quæ modo dicta ſunt, manifeſtum eſſe reor, a menſe feſtum non verſa vice nominatum eſſe, idque quia ſol in confinio utriusque convertebatur, novamque orbitam incipiebat. Hac vero occaſione notandum, Gentiles poſt medium menſis Januarii hiberna ſua ſacra celebraſſe, illaque deinde ex inſtituto Eccleſiæ Chriſtianæ in diem 25. Dec. fuiſſe tranſlata, quæ utriusque religionis diverſa periodus geminato Anglorum *Gebol* occaſionem dediſſe, videtur. Notatu digna ſunt verba STURLÆSONII *Tom. I. p. 140. Han ſetti þat i laugum, at hafa Jolahalld þann tima, ſem Chriſtnir menn, oc ſcylldi þa hvor maþur eiga mælis ǒl, enn gialda ſe ella, oc hallda heilagt, medan Jolinn ynniz. En aþur var Jolahalld haſt Hókonott, þat var midvetrar nott, oc hallþin þriggia natta Jol: Juliorum* ſolenne feſtum ſtatis Chriſtianorum feriis celebrari juſſit, utque ſinguli certam frumenti portionem ad hæc repotia adferret, quod qui negligeret, mulctaretur, ut ita juſta ſolennitate feſtum hoc celebrari poſſet. Antea vero Feſtum hoc habebatur die accipitrum (v. ſupra in *Hók:*) hoc, eſt media hieme, idque tres dies continuos. In tranſcurſu monebo, veriſimile mihi videri, ad triduum hocce paganicum collineare verba *Concilii Turinenſis* 2. *Can.* 18. ubi ſancitur, inter Natalem Domini & Epiphanias dies omnes feſtos eſſe, exceptis tribus a Gentilibus ſacrari ſolitis, ne cum profanis eorum ſpurcitiis caſtiora ſua gaudia confunderent Chriſtiani. Verba Canonis hæc ſunt. *Inter Natalem Domini & Epiphaniam omni die Feſtivitates ſunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam Gentilium conſvetudinem Patres noſtri ſtatuerunt, privatas in kalendis Januarii fieri litanias.* Loquitur heic quidem Canon feſtum, Calendis Januaris celebratum, dum *Midweturs blot* exeunte menſe (*at Goi* h. e. verſus Februarium:) celebrarentur: ſed forſan ratio hujus diſcriminis quæri debet vel in parum accurata temporis apud veteres dimenſione vel in diverſa conſvetudine. Quicquid ejus ſit, ex dictis nos porro docemur, omnes illos faſtos Runicos, qui 20 dies *Julio* feſto aſſignant, certiſſime ævi Chriſtiani eſſe, quum Ethnicorum hilaria non niſi triduum durarent, & viceſima dies non addita ſit, niſi ad octavam feſti Epiphanias conſtituendam, ut conſuevit octavus quisque poſt majora feſta dies ſolenniorem in modum celebrari. Sub initiis vero annuntiati apud nos Chriſtianiſmi feriati non erant niſi tres primi *Juliorum* dies cum octavo, qui *aſſara dag Jolar*, (v. HEIMS KR. Tom. 2. p. 386) vel ultimus dies appellabatur, ut initium feſti numerabatur a vigilia feſtum hoc præcedente, *aſſanga dagr* dicta. v. OL. TRYGGV. S. P. I. 204. In nominis deinde communionem venit feſtum Epiphanias, quod partim *tolfte* (v. WESTG. L. *Kirk. B*.c. 19: 6. A. S. *twelftan dæg*, ſcilicet computando a die natali Chriſti excluſive. v. HICKESII *Gram.* A. S. p. 210.) partim *trettonde dag* nuncupari ſuevit, quodque, uti dixi, viceſimus dies ſubſecutus eſt, ut octava prioris. In LEGE GOTHL. c. 8. §. 6. numerantur 14 feſti dies *Julii*, connumerato nempe die paraſceves.

JULBOCK eſt ludricum, quo tempore hoc pellem & formam arietis induunt adoleſcentuli, & ita adſtantibus incurſant. Credo, idem hoc eſſe, quod exteri Scriptores *Cervulum* appellant, vel in *Cervulum ſe transformare*: ut olim in ſacris ludi profana conſuetudine, uſitati erant: e. g. pilæ ludus in feſto Paſchatos. v. DU FRESNE *Lex. Lat.* in v. *pelota*

pelota, ut nil dicam de feſto ſtultorum, de quadrageſimali ſcena &c. Aliam A rictis *Julii* originem tradit Wormius, in *Faſtis* p. 21. quem, qui fabulas amat, adire poterit.

JULBRÖD dicitur panis, qui ſub hoc tempore vario aromatum genere conditus, inque varias formas animalium piſciumque fictus apponi ſolet. Originem hujus ritus eam eſſe credo, quod apud veteres uſu receptum erat, ut prædiorum locatores dominis ſuis hoc tempore offerrent *panem*, ut dicebatur, *natalitium*, qui in Gallia *cuignets* appellabatur, &, ut ſpecioſior eſſet, in diverſas ejusmodi formas pinſebatur. v. Du Fresne l. c. in v. *panis natalitius*.

JULHALM, ſtramen, quo ſub feſto *Juliorum* pavimentum ruri conſterni ſolet. Antiquitatem hujus ritus teſtantur cum plurimi alii, tum Auctor *Vitæ* Olavi Tryggv. S. P. 1. p. 204. ubi narratur de Thorleifero, Convivium *Julenſe* Haquini, Norrvegiæ Comitis, adeunte. *Seeſt han nipr utarliga i halminn:* ſedebat in ultimo ſtramine: conf. P. 2. p. 79. Atlanticæ *Auctor* in honorem Cereris hocce inſtitutum fuiſſe arbitratur, alii ritum eſſe credunt obſervatum in recordationem Chriſti, in præſepi depoſiti: ſed falli tam hos quam illos, tanto minus dubito, quanto certioribus teſtibus novimus, apud veteres Europæ gentes uſu receptum fuiſſe, ut ſolennioribus occaſiomibus pavimenta ſtramine conſternerentur. Neſcio, an ad hunc morem reſpexerit Ulphilas, ubi. Marc. 14: 15. ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον vertit *kelikn mikilata gaſtravith*, i. e. aulam ingentem ſtramine conſtratam. Novimus enim, *ſtrå* ſtramen in genere denotare, & *ſtrö* ſpeciatim, id quod equis in ſtabulis ad incubandum ſubjicitur. De Græcæ vocis vero ſignificatu in præſentia non ero ſollicitus, id vero novi, multa cum Scythis iis fuiſſe communia. Ut vero ad veteres Scandiæ incolas redeam, dico, uſu receptum fuiſſe, ut ornatus cauſſa culmo pavimenta ſua ſternerent, cujus rei evidens habemus teſtimonium apud Sturlonidem, qui ubi narrat, quam ſolennem in modum Olavus Haraldi a matre ſua domum rediens acceptus fuerit, inter alios apparatus, fuiſſe, ait, quibus id negotii datum eſſet, ut ſtramenta in ædes inferrent. *Tveir karlar baro halmin a golfid.* v. Tom. *I. p. 403. Auctor Hiſtoriæ* Alfi, p. 41. de Principibus Regiis in Aula R. Hiori ludentibus ait: *þeir voru i halminum nidur a golfinu*, ſedebant humi in ſtramine. Crederem, hunc morem pavimenta ſternendi in primis hiemali tempore receptum fuiſſe, idque eum forte in finem, ut minus frigoris ſentirent pedes. Tanquam inſolitum quippe de Olavo Kyrre commemorat idem *Hiſt. Norrwagicæ Auctor*, quod æſtate perinde ac hieme ædes ſuas calamo inſterneret: *han let giöra ſtragolf um vetur ſem um ſumar*. Immo vero non noſtro Boreæ peculiaris erat hic ſtramentorum uſus, ſed legimus etiam, in Gallia ſolenne fuiſſe, ut feſta quavis occaſione pavimenta ſtramine tecta eſſent. v. Du Fresne in *jonchare*, *junceus*, nec non Menagius in *Originibus Gall.*, qui docet peculiarem Pariſiis plateam fuiſſe, ubi ſtramenta venum proſtarent in hos uſus.

JULKLAPP, dona *Julenſia*: a feriendo ita dicta, quia is, qui ea apportabat, portas pulſando adventum ſuum fere annuntiabat. Uti conſuetudines hodiernæ in inſtitutis majorum fere fundamentum habent; ita obſervari velim, ſolenne apud veteres fuiſſe, ut bis quolibet anno domini clientes ſuos muneribus ornarent, Die nempe natali Domini & dein circa medium menſis Aug. feſto ſc. Aſſumtionis Mariæ. Diſtribuebant tum pallia & robas, quæ communi nomine *libratarum* erogabantur. v. Du Fresne, in *librata*. Tum etiam feuda donabantur, & xenia amicis mittebantur. v. P. Salan, *ad Hiſt.* Eigilli p. 121. Norna Gesturs S. p. 4. Diss. *de Initio Anni vet. Sviog. p. 11.* Atlanitca, Tom. I. p. 92. ubi ex Buchanano ſimul obſervatur, eundem morem apud Scotos obſervatum fuiſſe. Dolmerus ad *Jus Aul. Norrweg.* p. 117. & 341. *Hiſtoria* Olavi, p. 47.

JULLE, navigiolum, ſcapha. Video alia lemborum nomina, quæ procul ab hoc non abeunt, & proinde eo incertius eſt, quonam potiſſimum hoc ſit referendum. Valerius Flaccus, Lib. I. *Argon.* commemorat *Phrygios Iulos*. Græcia etiam navigii genus, εἶδος πλοίου, habebat, cui nomen erat γαῦλος, quod Latine etiam *gaulus* appellabatur, Festo teſte. Latino Barbaris *agyale* erat navis piſcatoriæ genus, referente Du Fresne, *in Gloſſ. Lat.* uti credit, ab αἰγιαλὸς, littus, quia littora legebat. Quod vero huc propius facere videtur, frequens olim erat uſus navigiorum, quæ iidem Latini ſequiores *ciulas* dixere, quorumque crebra in veterum monumentis mentio fit. *Auctor Vitæ* Ælfredi narrat, hunc Regem naves fabricandas curaſſe, quas *ciulas* ſive *galejas* appellaverit. v. p. 110. in *Not.* Ol. Rudbeckius, dum in *Atlantices* Tom. III. p. 279 varia navigio-

rum-

Digitized by Google

rum nomina apud Suionas recenſet, *julle* a *julka*, vacillare derivatum arbitratur, quod ego vocabulum non ſatis cognoſco.

JUNGFRU, virgo nobilis. Germ. *jungfer*. Belg. *juffrow*. Supra dixi ad vocem *Jarl*, uſu receptum fuiſſe, ut infantes perſonarum nobilium in forma diminutiva titulum patrium gererent, uti a *Domino domicellum*, ab *hero herilem* a *frau*, *fraucben* & *fraulein* fecere, &c. Ut id in patria lingua imitari poſſent majores noſtri, *ung* vel, ad modum dialecti Germanicæ, *jung* præpoſuere, ab *herre ungherre*, *ungare*, *jungherre*, *junckare* & a *frau*, *jungfrau* formantes.

II. Notat octavam partem ſtopæ, uti loqui amant, vel minimum menſuræ liquidorum genus. Obſervo, in Linguaa Gallica idem *fillette*, in Anglica *cilderkin* vel *kilderkin*, Belg. *kindeken* appellari, quaſi infantulum, reſpectu menſuræ majoris. v. JUNII *Etym.* in v. Ex eadem ratione illuſtrari poteſt Anglicum *gill*, quod noſtro huic æquivalet, & forte rectius *girl* diceretur, puella. v. SKINNERUS.

III. Ita quoque appellabatur equuleus vel peculiare tormenti genus, quo ad exprimendam veritatem utebantur veteres. DOMARE REGLOR §. 38. *Thet år ett uppenbart ôfwerwâld med jungfrur och annor ſâdana plâgor, ſom brukas*: Manifeſta vis eſt, quum equulei & id genus tormenta uſurpantur. Ratio appellationis incerta eſt, & numne pulcro nomine rem triſtem per εὐφημισμὸν inſignire voluerint. Notum nomen eſt *Roſencammare*, Tullianum Holmenſe, quod a *roſis* nomen immeritum habet.

JUNKER, domicellus: juvenis illuſtrioris loci. Scribitur *ungare* in KON. STYRELSE, p. 105, ſpeciatimque de Principum filiis uſurpatur. *Ungara ſkulu ængaled ſâſânge wara*: Principum filii otiari non debent. Germ. *junckherr*. De ratione nominis conferri velim, quæ ſupra ad v. *Jarl* & *Jungfru* diſſeruimus, quibus addi poterit SCHILTERUS, in *Gloſſario*, p. 498. ubi ex vetere diplomate demonſtrat, Principum filios ſibimet ipſis titulum *Juncker* tribuiſſe: *Wir Juncker* FRIEDRICH. In *Chronico* etiam MARGARETÆ *Wadſtenenſis*, HAQUINUS, jam tum Rex Norwegiæ, appellatur *Junkar* HAKON. *Oc om then tima war konung* MAGNUSA *ſon Junkar* HAKON *Konungher i Norghe*: illo tempore filius MAGNI Regis, HAQUINUS Princeps, Norrwegiæ Rex erat. Obſervat PH. JO. v. STRAHLENBERG, in *Deſc. Ruſſiæ Bor.* p. 65, Tartaros Principes Crimenſes *Chuncker* appellare, non vero *Chan*, idque quia linea recta a ſtirpe TZINGIS-CHAN non erant prognati, titulumque hunc Principibus Regiis proprium eſſe. Non vero aſſentior, dum Tartaricæ originis Germanicam vocem eſſe credit: nimis enim manifeſtos natales domi habet. Ludit ſæpe caſus in vocabulis diverſarum Linguarum regionumque.

II. Notat ſuperbum & præ arrogantia deſidem, *wilja wara junker*, vitam mollem affectare. Reſpicit eo INTERPRES ISLANDUS, *Prov. 30. Nær nockr þræll er fra barnæſku uppalen med epterlate, ſo will han vera þadan iſra eirn junkiære*: quum ſervus in ignavia educatus eſt, tandem altum ſpirare incipit. Conf. SYR. 33. Hinc *junkerera*, otiari, vagari. *Junker ſlens*, troſſulus, homo ſuperbus. v. in *Slens.*

JUR & *juſwer*, uber pecudum. Fontem Græcia ſervat οὖθαρ, Æol. οὖφαρ. v. MENAGII *Orig. Ital.* p. 8. unde longo agmine provenere A. S. *uder*. Germ. *euter*. Belg. *uder*, *uyder*, *huyder*. Angl. *udder*. Fenn. *utare*. Dan. *yver*. v. GRAMII *Specimen uſus L. AngloSax. in Dan. p. 207.*

JUST, exacte. Vox nova, & ex Latino vel Gallico facta. Belg. *juyſt*. Dicimus etiam *juſtement*, quod purumputumque Gallicum eſt.

JUWEL, gemma. Angl. *iewel*. Belg. *juweel*. Germ. *juwel*. WACHTERUS, auctore REITSIO, in *Belga Græciſſante*, credit, Gr. κειμήλιον in orbe Gothico transformatum eſſe in *juwel*, *m* in cognatum *w* mutato. Fateor, ſenſum convenire, ut qui maxime, ſed neſcio qui tranſitus ille mihi nimium videtur difficilis, & parum proinde probabilis. Præſtat itaque, vocem non antiquiſſimam deducere a Lat. *jocale*, quo nomine medii ævi Scriptores monilia, gemmas & quicquid pretioſiorem mulierum mundum conſtituit, appellabant: unde Galli *joyau*, Hiſpani *joyele*, *joya*, It. *gioies* fecere. Ut fidem faciam, Lectorem meum obſervare jubebo, majores noſtros, ſeveros illos morum cenſores, gemmis & id genus pretioſis ornamentis,

 forte

Digitized by Google

forte ut contemtum eorum mentibus hominum ingenerarent, nomina dediſſe, quæ proprie crepundia & infantum ludicra denotant. Huc ſpectat alterum ejusdem ævi vocabulum *baubella*, quod olim armillas, gemnas &c. proprie vero crepundia denotabat, a *babe*, *bab*, puſio, unde Gallicum *babioles* adhuc in ſenſu proprio ſupereſt. Immo ſi Galliæ Etymologis fides habeatur, *bagatelle*, quod hodie res frivolas notat, nomen habet a *bague*, torquis, annulus, nec forte alia ratio nominis *klenod* dari poterit, (compoſiti a *klen*, parvus, & *od*, poſſeſſio) quam quod hac μειώσει pretium rebus inutilibus minuere voluerint. Apud Græcos etiam λῆροι ornamenti aurei genus erat, quo togas ſuas diſtinguebant. v. JUNII *Etym. Angl.* in v. atque in primis SALMASIUS ad SOLINUM. p. 1124 ubi notat Latinorum *nugæ* rem quamvis, ad mulierum mundum pertinentem, indicaſſe.

II. Notat omne id, quod cimelii inſtar eſſe, atque ſuſpici debet.

JUBELER, gemmarius. Gall. *joualier.* Germ. *jubelier*, L. B. *jocularius.*

IWI vel *iwir*, ſuper. KON. STYR. p. 4. *Ty hafwer Gud mannenom giort herra iwi allabanda diur*: ea propter Deus hominem fecit Dominum omnium animantium brutorum. Familiam vocis videre licet in *öfwer*, quæ hodierna eſt vocis pronuntiatio.

IWIRMÆN, ſuperiores. KON. STYR. p. 46. *Iwirmæn almogans*, ſuperiores multitudinis.

IWIRAXLADER dicebatur olim, qui nudato capite, aut cucullo in humeros dejecto, inceſſit. UPL. L. *Manh. B.* c. 47. LEX WESTMANNICA h. t. c. 96. habet *owoaxlade.* Citatis locis ſermo eſt de illis, qui rem ſuam furto abreptam in alterius ædibus celatam arbitrati, atque ut immitterentur poſtulantes, intrandi & ſcrutandi veniam a Legiſlatore adepti erant *losgiurdir ok iwinaxladhi* i. e. ſine cingulo & cucullo, ne nempe per fraudem quid ſecum inferrent. LEX WESTROGOTHICA, *Thiuw* B. c. 6. ait: *the ſkulu iwirlöſir wæræ, ok losgiurdir, ok barfötter, bundit brokæ wid knæ.* i. e. ſine cucullo, cingulo & calceis, & femoralibus ad genua conſtrictis. Meo vero judicio *iwiraxlad*, *iwinaxlad* uſurpabatur, quum in humeros dejectum erant capitis illud tegmen, quod togæ aſſutum habebant, idque in eum finem, ne quid ibi celatum geſtarent ſcrutinium peracturi. Cognatam phraſin videor mihi reperire in *Statutis Gildæ S.* CHATARINÆ apud Wisbyenſes, quam *Diſſertationi* ſuæ de *Gothlandia* inſeruit JOH. SCHOUMACHER, p. 29. *Hwar ſom ăj axlar hetto æller hat, æn minnæ ſkænkins, byti VI penninga*: quicunque caput non nudat, cucullum aut pileum in humeros demittendo, ubi propinatur in memoriam (Dei & S. MARIÆ) VI nummis mulctetur. Veram eſſe, quam dedi, noſtræ vocis explicationem, confirmat LEX HELSINGICA, *Manh.* B. c. 31. *The ſkulu utban kapu ok bælti inganga*: ſine pileolo & cingulo intrabunt. Scilicet *kapa* olim pro pileolo uſurpatum fuiſſe, infra ſuo loco docebitur. Conf. GOTHL. L. c. 37. *Lausgyrtur ſkal inn at ganga oc kapulaus.* Memorabile eſt, eandem plane legem in Græcia viguiſſe, ut erudite obſervat C. LUNDIUS, in *Not.* ad L. WESTROG. p. 124. *Vetus eſt inſtitutum*, inquit, *quod hic vides, rem furtivam in domo ſuſpecta quærendi: ut ſi lic concepta eſſet, proinde ac ſi manifeſto foret cum fure deprehenſa vindicaretur. Quod quidem in Græciam inde propagatum diſperſumque, antiquæ edocent Leges; ut quibus eadem plane verba, quæ ipſis illis noſtris, contineantur.* Unde PLATO, *Dial. XII. de L. L.* γυμνὲς καὶ ἀζώςυς ἢ χιτωνίσκον ἔχοντας ἐισιέναι, *nudos & discinctos intrare jubet, aut per licium concipere.* Addantur Ἀριςοφάνες Νεφέλαι, *p. m. 88. ubi* Σωκράτης *ita loquens inducitur*: ἀλλὰ γυμνὲς ἐισιέναι νομίζεται: *ſed leges nudos ingredi jubent.* *Ad quem locum vetus. Schol.* ἔτος ἦν, τὲς ἐισιόντας ἐις ὀικίαν τινὸς ἐπὶ τῷ ἐρευνῆσαι γυμνὲς ἐισιέναι, ἵνα μὴ τὶ ὑπὸ τὰ ἱμάτια κρύψαντες λάθωσιν, ἢ ἵνα μὴ τὶ ὑπὸ ἔχθρας λάθωσιν ὑποβαλόντες τὸ ζητέμενον: *Mos igitur erat, ut ingredientes inveſtigandi cauſſa domum alterius veſtem exuerent, ne quid eadem tegentes inimicitiæ cauſſa quæſitum ſubjicerent. Concepti autem is tenebatur, apud quem furtum quæſitum ac inventum eſſet.* Heic allatis adde, ſimilem fere morem apud Romanos obtinuiſſe, ut docente FESTO novimus. *Lance*, inquit, & *licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos* (lege coleos) *tenebat propter matrum familiæ & virginum præſentiam.*

K.

Litera ſexta in ordine Runicarum, reſpondet Græcorum Latinorumque *k*. LEIBNITIUS, in *Collectionibus* MEJERIANIS p. 284. ſibi viſus eſt animadvertere, eandem ſua natura id inſinuare,

nuare, quod figura curvum eſt, e. g. *bake*, hamus, (cui ex Gothiſmo addere potuiſſet *kringla*, *krok*, *krum* & ſexcenta alia) & ex doctis linguis כפף, incurvavit, κύκλος, circulus, κάμπτω, flecto, κοῖλος, cavus, ἀγκών, cubitus, κόχλω, roto, torqueo, χαμὸς, obliquus, curvus, nec non *cavus*, *curvus* &c. Neſcio, quid inſitæ huic literarum poteſtati inſit, ſed videmus tamen vetuſtiſſimam hanc eſſe perſuaſionem, & jam a PLATONE in CRATYLO agnitam.

KABBEL, funis denſior, rudens, tomex. Gall. *cable*, *chable*, Angl. id. Hiſp. *cabre*. Dan. *kabbe*, *kabbeltou*. Belg. *kabeltouwe*, Hib. *gabla*. Islandi, *b* in *d* commutato, dicunt *kaddle*. Nec major eſt differentia Græci κάμιλος, quod παχὺ σχοινίον interpetatur SUIDAS. Proxime vero omnium accedunt pleræque allatarum Linguarum ad Ebr. חבל, *chæbæl*, funis.

KABBYSA dicitur exedra vel cubiculum navis. Proprie denotat tuguriolum, gurguſtium, uti dum GLOSSÆ MONSEENSES, citante SCHILTERO, in *Gloſſ.* p. 698. Alemannicum *ſelida* explicant *kubiſi*. Neſcio, utrum ultimæ ſyllabæ mera ſint terminatio, an vero corruptæ a Belg. *buys*. Sueth. *bus*. *Cabin* vero & *caban*, *cabane* in Lingua Belgica, Anglica Gallicaque pro magalibus ponuntur. It. *capanna*. C. B. *cab*, *caban*, quod Jo. DAVIES derivat ab Ebr. קבה, tabernaculum.

KACKLA, crocire. v. *kakla*.

KAF, profundum maris. Isl. id *Springa a kaf* in JURE AUL. MARG. §. 18. notat pœnæ genus, quod hodie *ſpringa rå* dicitur, quum, qui peccavit, rudente in altum demittitur, & aliquamdiu ibi detinetur. Ab hoc *kaf* eſt *kafna*, ſuffocari, ut ſolent, qui in aqua pereunt: alias *cufna* & *qwafna*. Vide infra in *qvaf*.

KAFLE, pertica, bacillus, rotundus, cujuscunque uſus. In LEGIBUS PATRIIS *ſkipta med lut oc kafle* eſt tactu bacilli & ſortitione hereditatem dividere. v. UPL. L. *Manb. B.* c. 34. & conf. LOCCENII *Ant. Suiog.* Lib. II. 17. Arbitror hinc eſſe, quod Belgæ ſortem *kauel* appellent & *kauelen*, ſortiri, docente KILIANO. Quod ad originem attinet, ejusdem videtur proſapiæ eſſe ac *kapp*, baculus, illiusque diminutivum.

II. Notat manubrium enſis. Ils. *medalkaſle*. HEIMS KR. *Tom. II.* p. 395. *leggr hægri hönd a medalkafli*: dextram capulo imponere. Latini cognata voce *capulum* appellant, ſuamque vocem a capiendo formatam credunt, nos noſtram a forma bacillum referente.

III. Uſurpatur de ſura. *benkafle*. Sed rectius hoc *benkalf* dici, infra ſuo loco monebimus.

BUDKAFLE, bacillus nuntiatorius, quo ad conventus excitantur cives. Egimus de illa voce ſuperius in v. *bod*, nec non in *berrör*.

KÆFLING, bacillus; diminutivum prioris. Ab hac voce neſcio, an nomen habeat *kæflingsoxe*, taurus minor, qui juſtæ magnitudinis non eſt. Id ſcio, a trunco craſſiori ingentia dici *blockſtor*: an vero minora a bacillo ſimili metaphora appellantur? Inobſervatum interea transmitti non debet, *knippel* tam baculum quam buculum vel juvencum noſtra Lingua notare, unde *tjurknippel*, *oxknippel*, licet poſteriorem vocem ex alio fonte derivari poſſe, ſuo loco oſtendatur.

KAFWELBRO, pons a bacillis, ſuper loca paluſtria conſtratis, factus.

KAGGE, doliolum incertæ menſuræ, ſed quod duos aut tres cantharos Suethicos fere continet. Habent hanc vocem aliæ Linguæ. Angl. *cag* Gall. *caque*, quo neſcio an referre debeam C. B. *cawg*, pelvis. Omnia originem debent Latino *cadus*.

KAJA, graculus. L. B. *gajus*, *gaja*. Angl. *ca*, *cadow*, Belg. *ka*, *kawe* Al. *ka*. Sax. *kayke*. Hiſp. *gajo*. Gall. *jeay* JUNIUS, in *Etymol.* varias de origine vocis conjecturas affert, doctas quidem ſed parum veriſimiles. A ſono multæ aves aliaque animantia nomen acceperunt, quod idem de hac ſuſpicari liceat.

KAJUTA, cubiculum naucleri in nave. Proprie domunculam notat, uti in veteri verſione Bibliorum Danica cujus notitiam debemus *Auctoribus* ACTORUM HAVNIENSIUM, *Tom.* I. p. 11. pro tentorio ponitur. Belg *kajuyte*. Gall. *cabutte*, a quo poſteriori procul non abludere videtur Sueth. *bydda*, tugurium. A. S. *cyte cote*. v infra *kota*.

KAKA, placenta. Dicitur tam de libis, in ſartagine coctis, quam de panibus tenuioribus latisque, quales in CHRON. RHYTHMICO aliquoties *flatkaka* appellantur. Al. *cuch*. Germ. *kuchen*. Venodot. *caccen*. Belg. *koek* Angl. *cace*. Syri כוכא ejusdem ſignificatus habent, Ebræi ככר.

KA-

KAKEL, cubi teſtacei, ex quibus junctis fernaces conſtruuntur. Si WACHTERUM audimus, vocabulum hoc in genere vas fictile notat, a Gr. *κόχλω*, roto, gyro; ſed quod deinde particulare evaſerit teſtis hisce fornacalibus: ſi vero JUNIUM, a Lat. *cacabus*. MARTINIUS a *coquo* derivat, quum teſtæ coctæ ſint. Mihi veriſimile non ſit, rudes artifices rei novæ tam eruditos terminos technicos quærere voluiſſe. Conſtat enim, recens inventum eſſe, & ante aliquot demum ſecula repertum.

KAKELUGN, fornax teſtacea: catachreſticum eſt, ubi dicimus *jernkakelugn*, fornax ferrea.

KAKLA, glocire, glocitare, ut ſolent gallinæ. Ang. *cackle*. Belg. *kackelen*. Gr. *καкκάζειν*, quod, HESYCHIO teſte, pertinet ad *τὰς ὄρνεις τὰς πρὸς τὸ τίκτειν φθεγγομένας*. Καχλάζω eſt ſtrepitum edo. Forte in his omnibus imitatio naturæ nomenclaturæ locum dedit: Galli *cocq* cognata voce avem glocientem appellant. Gr. *κίκκος* gallus.

KALF, vitulus. A. S. *cealf*, *celf*, *cælf*. Al. *chalp*. Germ. *kalb*. Angl. *calf*. Manifeſtus error eſt WACHTERI, qui modo recenſita omnia derivat a *calfian*, quod SOMNERUS vertit foetare, vitulum edere. Noſſe debuerat Vir doctiſſimus, inverſa methodo procedendum fuiſſe, & hoc ab illo deduci oportere, perinde ac Galli a *veau*, vitulus, formarunt *veler*. Angl. *calve*, Belg. *kalven*, *kalffen*, C. B *galw*, & quemadmodum, nos a *lam*, agnus, *lamma*, quod de ovibus dicitur, ubi pariunt a *föl*, pullus, *föla*, parturire, ubi de equabus ſermo eſt. Credidi, vocis ideam primam fuiſſe poſitam in pinguedine, ſive quia eo ducit Ebr. חלב, pinguedo, ſive quod ex indicio SVETONII, in GALBA c. 3. conſtat, Gallorum Lingua veteri pinguem *galb* vel *galba* appellatum fuiſſe. Confirmat me hac in opinione, quod ſuram Suethice *benkalf* appellemus, Angl. *calf of the legg*, quam GALLI *gras de la jambe* nuncupant. Arm. *kill*. Belgice *kalf van het hout* eſt pulpa ligni. KILIAN.

KALFATRA, navem ſtuppa vel alia quacumque re conſolidare. Belg. *kalefaeten*. Gall. *calfeutrer*. Gr. B. *καλαφάτης naupegus*.

KALK, calx. C. B. *calch*. Angl. *chalk*. Belg. *kalck*. Gall. *chaux*.

KALK, phiala: uſurpatur non fere niſi in Sacris pro poculo, ſub euchariſtiæ ſacris uſurpato. Gr. *κύλιξ*. Lat. *calix*. A. S. *calic* & *cælc*. Al. *kelc*, Germ. *kelch*. Isl. *kalekr*.

KALL, frigidus. Ceteræ dialecti *d* vel *t* tanquam neceſſarium adjungunt a fine. Ulph. *kalds*. JOH. 18: 18. A. S. *ceald*. Al. *chalti*. Isl. *kaldur*. *Brenna at koldum kolum*, comburere ad frigidos usque carbones, i. e. non prius abscedere, quam in cineres omnia redacta ſint. Germ. *kalt*. Angl. *cold*. Belg. *coud*. Confirmatur per hæc illorum opinio, qui noſtrum cum Latino *gelidus* affinitatem habere autumant. Hoc vero ut a *gelo* vel *gelu* provenit, atque adeo *d* non adſcivit niſi in adjectiva forma; ita credere idem licet de Gothica voce. Habent enim ISLANDI *kala*, obrigeſcere, *kalen*, frigore rigidus. Sueth. *kælen*. A. S. *ciele*, *cyle*, frigidus, quibus forte addere liceat, præter illa, quæ ex vernacula noſtra mox afferentur, Græc. *κιέλλη*, pruina.

II. Senſu morali notat eum, qui erga alium inimicitiam concepit: qui ab eo alienus eſt. HIST. ALEX. M.

CASSANDER *bær mot tik tankar kalla*.
CASSANDER adverſus te animum minus faventem gerit.

Notum eſt, Latinorum frigus, frigusculum eodem ſenſu uſurpari.

III. Notat eum, cujus affectus cito non moventur: cuique opponitur *het*, *hetſig*. Hinc *kallſinnig*, qui nulla re movetur, qui omnes caſus æqua mente accipit: eſt vero, ubi vox eadem pro inimico poſita inveniatur: *vara kallſinnig emot någon*, alicui minus faventem ſe præbere.

KÆLF, gelu. A. S. *cele*, *ciele*, frigus, inde *kælen*, frigore aduſtus, rigidus. *Kældrag* dicitur, quum humores terræ verno tepore extrahuntur.

KYLA, frigus, Angl. *chill*: eſt hoc levius, quam præcedens. *Kænna en kyla i kroppen*, frigoris aliquid in corpore perſentiscere, *kulen*, algidus.

KOLDA, *kolleſjuka*, febris, quæ alias *froſſa* dicitur. TEGELS *Hiſtoria* GUST. I. Part. II. p. 4 Apud SCANOS vox eadem hodieque ſuperſtes eſt. Ab urendo idem morbus *brinno* nomen habet in CODICE ARGENTEO: utrumque ob viciſſitudinem caloris frigorisque recte.

KÖLD, frigus, A. S. *coled*, refrigeratus. Angl. *cold*, frigus. Germ. *kelte*. Hinc *köldſld*, egelidare.

KALLPISS, ſtranguria, dyſuria, ab antiquis

Digitized by Google

antiquis *qwallpiſſ* dictum putant non nulli, ut exprimat vocabulum Græcanicum. Belgæ tamen *koude-piſſe* dicunt. Angl. *colde evil*, Germ. *kaltseuche*, teſte KILIANO. Ignorant LEXICOGRAPHI noſtri, Latinam illam vocem, *culbieto*, qua *Gloſſæ GræcoLatinæ* στραγγυρίαν interpretantur, mere Gothicam eſſe, & ab hac noſtra non diverſam. v. FABRI *Thes.*

KALLA, vocare, unde *kalla tilſamman*, convocare, *kalla ut*, evocare. Gr. καλεῖν, Lat. *calare*, a quo comitia *calata* i. e. convocata, & *incalanto*, quod apud FESTUM explicatur invocanto. *Servi calatores* dicebantur, qui Senatores rure in urbem vocabant. De Curia *Calabra* v. MACROB. *Saturn.* Libr. I. 15. Poſſemus, in genere hujus vocis quærendo, altius aſſurgere, & quidem ad Orientales, apud quos קול vox eſt, cujus radicem קלה, dixit, ſonuit, Arabes ſervant. Nobis vero in præſentia indicare, ſufficiat, Gothos Iſlandosque ſolos eſſe vocis adeo antiquæ fidos cuſtodes. Angli quidem *call* eodem ſignificatu uſurpant; ſed forte accepto vocabulo a commercio cum Norrmannis, niſi fortaſſe Cambro Britannicum *galw*, vocare, ejusdem familiæ eſſe, credere oporteat. Dixi, Gothos ceteris fideliores vocis cuſtodes fuiſſe, id quod adeo verum eſt, ut illam in ſcripti Alemannicis non agnoverint illius Linguæ Myſtagogi. Ceterum non dubito, quin *k* in *b* permutato, illorum *balon* ad hanc claſſem pertineat. Loca nonnulla in rei fidem dabo. TATIANUS, c. 19: 3.

Thanan tho furdir ganganti
Giſab andere zuene bruoder,
Rihtente iro nezzi, inti gibalota ſie.
Inde hinc procedens
Videt alios duos fratres
Rectificantes retia ſua, & vocavit
eos.

PALTHENIUS quidem & cum eo SCHILTERUS arbitrantur, *balota* heic idem eſſe, ac aſſumſit, a Germ. *bolen*: ſed ſenſui noſtrum convenientius arbitror: appellavit enim hosce fratres CHRISTUS, dixitque, δεῦτε ὀπίσω μου. MATTH. 4: 19 Conf. Cap. 8: 4. 44: 2. Sic quoque OTFRIDUS, Libr. V. c. XX: 140.

Intfahet thaz er uuorahta
Richi, thaz er garota.
Er anagengi uuorolti,
Er iuib thata boloti.
Accipite, quod operatus eſt,
Regnum quod præparavit.
Ante initium mundi
Ipſe vos eo vocavit.

Conf. idem in Præf. ad LUDOVICUM R. v. 239. *Epinicium* LUDOVICI v. 7. ut plura alia reticeam.

II. Appellare, nominare. Solent hæ duæ ſignificationes conjunctæ eſſe: obſervare id licet in Gr. καλεῖν & Lat. vocare. Latinum *calare* etiam hoc ſenſu uſurpatum video, ut dum VARRO, de L. L. p. m. 33. docet, *Calendas appellari, quod bis diebus calentur ejus menſes, hoc eſt, quod a calendis totus menſis nomen nanciſcatur.*

III. Dicere, loqui, recitare. *Hiſt.* ALEXANDRI M.

Gik a mônſtrit, ok ſina bôner kalla.
In templum ibat, ut preces ſuas
recitaret.

Belgæ Friſonesque dum *kallen* uſurpant, idem notat ac dicere, loqui, ſermocinari. KILIANUM auctorem habeo.

IV. Ut Latini dicunt appellare criminis, quod eſt accuſare, ita etiam *kalla* apud veteres Scriptores noſtros idem ſonat. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 7: 4. *Kaller Præſter bonda tænt bawa*: ſi Sacerdos *bondonem* accuſet, quod ignem accenderit. Sic etiam ISLANDI. HEIMS KR. Tom. I. p. 299. *þu munt calla, at ec baſi med ſvicom feingit þic*: tu quidem arguis, dolo te circumventum eſſe. Conf. Gr. ἐγκαλέω, in jus voco. ἔγκλημα, controverſia, accuſatio. Poſſes etiam dicere, hisce locis *kalla* idem eſſe, ac ſimpliciter affirmare, aſſerere, quo ſenſu variis locis occurrit. WESTG. L. *Gipt.* B. c. 3: 7. *Kwäder han ne wid, kallær ei fæſt bawæ*: ſi inficias iverit, affirmetque, ſe non deſpondiſſe. Ib. *Ärfd. B.* c. 20. *Num han kallæ barn ſit wære*: niſi affirmet, infantem ſuum eſſe. LOCCENIUS multiplici errore vertit, niſi vocet eum ad cuſtodiendum filium ſuum. Conf. ÖSTG. L. *Dr. B.* c. 18.

V. Provocare, appellare. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 16: 4. *Wil han kalla ſik under hôgbræ domara*: ſi appellare voluerit ad ſuperiores judices. Credidero verſionem eſſe vocis Lat. provocare.

KALL, vocatio: hodie vero uſurpatur de munere eccleſiaſtico, tanquam ad quod divina vocatione perveniatur.

KALLELSE, vocatio, invitatio.

KALSA, ſermocinari. *Lib. ant. Precationum. Snacka eller kalſa i kirkionne*, confabulari in templo. ISLANDI de ſermone quovis, vel frivolo vel etiam ad alios circumveniendos compoſito, uſurpant. TROJOM. S. cit. VERELIO. *Var Herra ſar altid med alvara oc ecki med kalſe*: Dominus noſter ſemper ſerio agit, non vero fallaciis. Majores noſtri *kals* eodem ſenſu uſurpavere. *Hiſt.* ALEX. M.

Tholikt är rätt ſkalka kals.

Tales ſolent eſſe nebulonum technæ.

& mox:

Swå länge han haſwer ſit kals utfört.

Donec ſtrophas ſuas ad finem perduxerit.

Apud Scotos *culze* denotat blando ſermone morari, ut docet JUNIUS, in *Etymol.* v. *gull.* Prima vero ſignificatio mihi illa videtur fuiſſe, qua ſermonem in genere notat. Galli, uti *l* in medio ſæpe excludunt, ita inde *cauſer* fecere, quos imitati Alemanni *koſen* dixere, ambo tamen ſine adhærente vitio. NOTKERUS divina eloquia reddit *gotelichero gechoſo*. Ps. 67: 31. Germani hodie *liebkoſen* uſurpant de blanditiis amatorum. Vide WACHTERUM in v. qui varia habet, quibus carere potuiſſet Lector, Gothicæ vocis non ignarus. Radicem hujus noſtri credo *kalla*, prout loqui, eloqui notat, ut ſupra monitum eſt, cui terminatio *ſa* acceſſerit. Quum vero ſermoni noſtro vitium facillime adhæreat, factum eſt, ut *kalſa* non tantum de ſermone frivolo, ſed etiam de irriſione uſurpetur. Hinc *kalſa* Iſlandice etiam notat irridere, apud VERELIUM. Gall. *gauſer*, idem, *gauſſerie*, irriſio. Anglice *coozen*, verbis decipere NORRSKA HIRDSKRÅ *p.* 276. *At þui ſydur þurſe men um bid ſamma mal kallz ad giöra*, homines eo minus negotio huic illudant.

KAM, antiqui *kamb*, non ſine auctoritate cognatarum dialectorum, ut mox ſumus viſuri, ſcripſere. Denotat pectinem. A. S. *camb.* Al. *camf.* Angl. *combe.* Germ *kam.* Nimium mihi ingenioſus videtur WACHTERUS, dum a *kam*, manus, quam vocem ECCARDUS in *L.* SALICA ſibi viſus eſt inveniſſe, pectinem nomen accepiſſe putat, utpote quo pauperiores ante hujus inſtrumenti uſum ad crines in ordine ponendos videntur uſi fuiſſe. Nimium vero male habitæ ſunt voces illæ *Malbergicæ*, quam ut absque pluribus teſtibus & certioribus indiciis quidquam inde concludere, tuto poſſis. Quod vero dicit, L. B. *cambire* & Ital. *cangiare* inde eſſe oriunda, æque incertum eſt: nam quæ, quæſo, neceſſitudo major inter manum & permutationem, quam ceteras omnes actiones, quæ manuum miniſterio carere nequeunt? Quid ego de vocis hujus origine ſentiam, illico patebit.

II. Criſta galli idem nomen habet apud nos, Alemannos (*hanenkamp*) Germanos Anglosque. Ratio evidens eſt ſpectanti formam illius dentatam, & pectinem non male referentem.

KAMMA, pectere, A. S. *camban.* Germ. *kæmmen.* Latini *comere* dicunt, quam vocem, qui a noſtra alienam putaverit, de re Etymologica nunquam judicium ferre debet. *Comere* vero a Gr. κόμη, Lat. *coma* oriri, certum eſt, ſi quid in hoc ſtudio ita dici queat. Quidni itaque ſtatuimus, tam hoc quam prius *kam* a cæſarie, cui ornandæ inſervit, nomen accepiſſe?

KAM, vertex, apex. Utuntur de cono galeæ Germani, *helmkam*, quod in *Gloſſario* ÆLFRICI eſt *helmes camb:* nos de vertice ædium. WESTG. L. *Kirk. B.* c. 6: 2. *Ligger kamber:* ſi faſtigium ædium integrum fuerit. SAXONES de vertice aggeris adhibere ſolent. v. *Idiot. Hamb.* p. 365. Si WACHTERUM audimus, faſtigium ædium a cono galeæ nomen accepit, id a criſta galli, hoc a manu. Sed itane quidvis ex quolibet fingere licebit? Ego hanc plane diverſam a priore vocem eſſe, autumo, & forte ejusdem familiæ ac Gall. *cime*, quod de utriusque generis ſummitate uſurpari ſolet, galeæ, inquam, & ædificiorum.

KAMMAR, camera, χαμάρη. Germ. *kammer.* Dicitur de fornice a *camurus*, incurvus: quam vocem ab Umbris in Latium inductam eſſe, ſuſpicatur WACHTERUS: verumque adeo etymon eſſe Celticum vel Cambro Aremoricum *camm*, curvus, *cammo*, curvo.

II. Notat κατ' ἐξοχὴν conclave Regium, vel hoſpitium Principis, quo ſenſu cubicularii ejus vocantur *Kammarherrar*, ſervi a pedibus primarii, *Kammar laquayer.*

III. Quum Principes juxta ſeſe fere haberent

Digitized by Google

haberent theſauros ſuos, hinc *kammar* frequenter poſitum invenitur pro fiſco Regio. Talis in arce Holmenſi ſub Regimine Gustavi Primi erat *Herr* Æscilus *mak*, de quo ſuo loco nonnihil monuimus. Hinc *Cammar gods*, bona fiſcalia, *Cammarverk*, Rationes publicæ, *CammarCollegium*, Collegium ærarii Inſpectorum.

IV. Traducta vox eſt ad alia loca publica: Hinc *kammar* dicitur tribunal inferius, vel, ut dicere moris eſt, prima inſtantia judiciorum urbicorum, illiusque Præſes *Cammerer*, corrupte *Kämmenär*, unde *kämnärskammar*, judicium antea memoratum.

V. Per metaphoram notat quamlibet cellam, vel receptaculum: *v.* g. *biertkammar*, præcordia: *krutkammar* in bombardis theca eſt, quæ pulvere pyrio impleta prima accenditur. Chron. Rhythm. p. 338.

Kammaren af byssona ſprang.

Theca pulveraria bombardæ diſſiluit.

KAMP, planities, locus planus. Eſt planities prope Lincopiam, decurſionibus militaribus ferme conſecrata, quæ *Kampen* appellari ſolet. Latini *campum* perinde ac nos dicunt. Apud Hesychium legimus κάμπος, ἱππόδρομος, Σικελοὶ καμπεῖος δρόμος. Et apud Vegetium campicurſio eſt velitatio militum. Gallice *champ*. Et hanc primam noſtræ vocis ſignificationem eſſe ceterarumque matrem, non dubito affirmare. Quod vero deinde ad luctas, certamina & bella traducta ſit, id ex eadem ratione factum, qua Latini arenam pro certamine ponere ſolent: immo hoc ipſum campus non ſolum locum, ubi certabatur, ſed ipſum certamen deſignare ſolet apud inferioris Latinitatis Auctores. Idem Vegetius campidoctorem appellat eum, qui tirones modum decertandi & pugnæ meditamenta docuit, ut alia id genus omittam. Ex ſimili cauſſa *feld*, apud Germanos pro campo ſimul ac expeditione bellica accipitur, ut adeo ſolitum in Wachtero judicium deſiderem, dum *kamp* a *kämpa*, certare, deducit, & hoc a dubio illo *kam*, manus, uti ſcilicet a vola ſit involare, a pugno, pugnare.

II. Notat caſtra. Angl. id. Gall. *camp*. Belg. id. It. *campo*: unde *campera* dicimus de militibus, dum alicubi ſtativa habent, *campement*, caſtra.

III. Certamen A. S. *camp*. C. B. *camp* & *cammon*. In eadem Lingua, Richardo teſte, *camp* circulum notat, quippe quo includi ſolebant monomachi. Al. *kampb*. Germ. *campf*. Islandi more ſuo loco *m* intermedii conſonam geminant, *kapp* dicentes, unde *kappe*, pugil, *kappſamur*, contentioſus. Nec ea vocis forma a noſtræ vernaculæ uſu abhorret, ut infra ſuo loco monebitur.

KÆMPE, athleta, pugnator. Anglo-Saxonice *cempa* militem notat. Alem. *kampfanter*, id. Gall. & Angl. *champion*. It. *campione*. Belg. *kamper*, *kampioen*. 2. Ut omnis Majorum noſtrorum excellentia in fortitudine conſiſtebat, ita *kæmpe* pro eo ponitur, qui in ſuo genere eximius eſt. *En kæmpa karl*, vir excellens: *en kæmpa preſt*, ſacerdos eximius. Sheringham refert, Anglos, in *Nordfolkia* ſenem alacrem appellare *a kamper old man*. Si Rudbeckium audimus, *Cimbri* ab hac voce nomen accepere.

KÆMPA, certare. C. B. *campa*, apud Pezronium, in *Ant. Celt.* p. 430. A. S. *campian*. Al. *chemfan*. L. B. *campire*. Uſurpatur hodie in primis de æmulantium certamine; *kæmpewis*, certatim.

KAMP, equus. Vox plebi quam aulæ notior. Interea a me præteriri non debuit, quum antiquitatis ſuæ haud dubia præ ſe ferat indicia. Dum enim Græci equos marinos *hippocampos* nominant, aliunde nomen id provenire non potuit, quam a *campus*, equus: cui per pleonaſmum Græcum ἵππος adjungitur. Concludo id exin, quod Latine *campi marini* audiant. v. Martialis Lib. IX. Ep. 43. Occaſionem denominationi dare forte potuit id, quod ſupra monui, ἱπποδρόμους nempe ſpecialiori loquendi genere campos appellatos fuiſſe. In tranſcurſu dicam, Scanos equum *hoppa* appellare, quod non minus cognatione Helleniſtica gloriatur, utpote quod alteram partem vocis, hippocampi conſtituit. In eo tamen Græcis palmam præripimus, quod radicem vocis fidelius conſervavimus. *Hoppa* enim tripudiare, ſubſilire notat, quo nil huic animanti convenientius eſſe poteſt. Sed ut ad noſtrum *kamp* revertar, deducit illud D. J. Serenius, in *Lexico AngloSuethico*, ab Angl. *champ*, quod uſurpatur de ſonipede, ubi frena ferox ſpumantia mandit.

KANN, poſſum. v. *kunna*.

KANA, ſcapha, lembus. *Hiſt.* Alex. M. *The*

The ſände en man a en kana: Miſerunt hominem in ſcapha. JUVENALIS *Sat. V; 89. canna* utitur pro navigiolo, unde cannicarios dictos annotat vetus Interpres, ſed quid id ſit, non addit. Ceterum credunt Philologi; ita dicta fuiſſe parvula navigia, ex arundine confecta, qualia olim in uſu fuiſſe, docet PLINIUS, *Hiſt. Nat.* Lib. VII; 21. Germani etiam ſcapham *kan* appellant, Galli *canot.*

KANA dicitur, quum quis junctis pedibus per lubrica fertur. Scani rhedam *kana* inde appellant. Ad harmoniam vocis pertinet Fennonicum *canin*, effuſe currere.

KANKA, pedes vel corpus crebro motitare, ut ſolent, qui equo oſcitanter inſident. Neſcio, an a κιγκλίζειν, crebro movere, agitare.

KANNA, cantharus, e quo bibitur. Eſt etiam menſura non modo liquidorum ſed etiam frumentorum. Derivatum credit JUNIUS a Græco κάνθαρος, qui idem Vir eruditiſſimus obſervat, pleraque vaſorum potoriorum nomina cum Græcis nobis eſſe communia, *pott*, ποτήριον; *krus*, κρωσσὸς; *ſkål*, σκαλὶς, *kopp*, κύπελλον, &c. Germanicum vulgus *kanne* utitur, & utitur ſedulo. De formula, qua de infamibus dicitur, *att ingen will dricka ur kanna med honom*, neminem communi cum eo ſcypho uti velle, obſervandum eſt, ſummum apud Majores noſtros id infamiæ genus fuiſſe, ſi quis illius συμπότης eſſe abnueret. Inſtituto CAROLI VIII. ad calcem LEG. BIRC. ſancitur, ſi quiſpiam in alterum dormientem, cubantem aut narantem irrueret, cum ab omni virorum honeſtorum convictu arcendum eſſe, *komme aldrig til bords med andra redeliga borgare.* In *Legibus Caſtrenſibus* CANUTI M. legimus, ſtatutum fuiſſe, *ut ſi quem obſtinata præſumtio ternis exceſſibus inobedientem notaverit, & reſipiſcere detrectaverit, extremum omnium locandum, & ut quilibet convictorum oſſa in eum pro arbitrio jactaret - - inſuper ut, illi in potu & cibo nemine communicante, ſolus ſuo catino contentus eſſet & poculo.* Vide SAXONEM GRAMMAT. Lib. X. p. m. 197. DU FRESNE, *Gloſſ. Lat.* in *Menſale dividere*, & in *Sella.*

BORKANNA, cantharus major. Belgæ *Born-kanne* hydriam appellant, a *born*, fons, puteus. Poterat alias vox orta credi a portando, *bårkanna.*

KANS, certamen, alea. Dicimus vulgari ſermone: *nappa kans med en, taga i kans med en*, cum aliquo vires experiri, certaminis aleam ſubire. Belg. *kanſſe*, certamen, *the kanſſe wagben*, certaminis aleam ſubire. Angl. *chance*, *chaunce*, ſors, caſus. Gall. *chance, cheance:* de hoc videatur MENAGIUS, de illo JUNIUS.

KANT, rei extremitas: ſic dicimus *bergskant*, crepido montis, *ſjökant*, ora maritima. Exſtat vox illa in pluribus linguis, in ſignificatione tamen non penitus ſimili. Gr. κανθὸς notat circulum ferreum, quo rotæ vinciuntur, nec non oculi angulum. Cambris *cant* eſt orbiculus. Germ. *kant*, angulus. Belg. id. It. *canto.* Nec illa ſignificatio a noſtro ſermonis uſu penitus abhorret: valet enim, dum e. g. dicimus, *ſoka i alla kanter*, in omnibus angulis quærere, dumque *kantigt* illud eſſe dicimus, quod plures angulos habet, *trikant*, triangulum. Gr. Barb κάντον, κάντη, id. unde *ſucre candi* dici quaſi angulosum, obſervat THOMASSINUS, in *Gloſſ.* p. 691. Gall. *coin.* conf. Lat. *cuneus*, qui angulum acutum habet. Cives Alpini regionem *canton* appellant, quod a *kant* multi derivant, vel prout circulus certum terræ tractum denotat, vel qua ratione fines terræ (*Landsænde*) pro ipſa terra poni ſolent; ſed probabilior mihi videtur etymologia WACHTERIANA, qui *Canton* factum putat a *centena*, quum norimus, ex indicio J. CÆSARIS aliorumque, HELVETIAM in centum pagos (*Hundari*) fuiſſe diviſam. Sed ut ad noſtrum *kant* revertar, denotat, uti dixi, extremum rei, interdum vero ſpecialiori ſignificatu rei latus anguſtius, e. g. aſſeris, trabis, dolii, &c. D. PELLETIER, in *Lexic. Brit.* p. 785. obſervat, *cant* in L. Cambrica notare *le coté d'un corps plat & large.*

KANTHUGGA, eſt aſſeribus oram inæqualem præcidere.

KANTA, oram alicujus rei munire vel formare.

BRÖDKANT, fruſtum præſidaneum. Gall. *chanteau*, Angl. *canthe.*

KANT, uſurpatur alio ſignificatu dum de ſuperbo & ſui admiratore dicitur: *wara på ſin kant*, ſibi aliquid eſſe videri, parum communem eſſe. Credo Gallicum eſſe loquendi modum: illi enim dicere olim ſuevere, *etre*

ſur

ſur ſon quand à ſoi, ſibi placere, *Il eſt ſur ſon quand à ſoi*: Suffenus eſt. Apud Saxones *ſik in de kant ſetten*, eſt ad ſe defendendum ſeſe accingere, neſcio, an quia qui defenſionem parant, libenter angulos quærunt, ut a tergo tuti ſint. v. IDIOT DITMARS. p. 414.

KANTARE, Cantor. Nomen hoc dedere veteres ſacerdoti, qui miſſam clara voce canebat. Hinc *kantara kapa* in HEIMS KR. T. I. p. 567. dicitur ſtola Epiſcopalis & *kantarabonad*, amictus ſacerdotalis, ſub miſſa uſurpatus. CATAL. EPISC. SCAR.

KAPARE, pirata, latro navalis. *Kaperi*, piratica, quam antiqui pulcro vocabulo *ſjöjagt* appellavere. v. TEGELS *Hiſt.* Tom. I. p. 84. Hocce noſtrum, ſi peregrinæ originis eſt, a capiendo formatum fuit, ſi domeſticæ, metaphora forte deſumta eſt ab urinatoribus, qui in Neptuni regno divitias quærunt. *Kafare* enim urinatorem denotat, teſte WORMIO, in *Lexic. Runic.*

KAPP, certamen. *Rida kapp*, vel, *i kapp* certare equorum curſu: *gå i kapp*, pedum velocitate certare. Hinc *kapp-ſtåda* dicitur rheda minor, quaſi utuntur in certamine hyberno per nives decurrentes, *kåppas*, certare, alias *kämpas*, quod vide. Iſlandi eodem *kapp* utuntur pro certamine, æmulatione, unde *kappmali*, diſputatio: *kappe*, athleta. Quum vero illi firmo gradu rectoque corpore incederent, hinc eſt, quod *kapprak* appellemus eum, qui erecto vertice incedit; quod tamen alii dictum putant quaſi *kæpprak*, h. e. inſtar conti rectus. Saxones ſimili certe locutione ajunt *he hett eenen Beſſemſteel im Rüggen.* Singulare loquendi genus eſt in rationibus, ubi dum ſumma accepti & expenſi conſtat, nihilque ab alterutra parte ſupereſt, dicimus, *thet går kapp upp.* Hamburgenſes dicunt *kamp up* (v. RICHEYI, *Idiot. Hamburg.* p. 108) quaſi diceres rationes æmulas, ubi accepta & expenſa paria ſunt.

KAPPA, amputare: *kappa af togen*, rudentes amputare. OL. TRYGGV. S. p. 116. *kippa bryggiunne*, pontem ſcindere. Angl. *chippe*, *chopp*. Belg. *kappen*. Germ. id. Gall. *couper*. L. B. *capulare*, a Gr. κόπτειν, id. Multos hujus radicis ſurculos recenſet WACHTERUS, quos heic non transſcribam, illud tantum moniturus, Virum hunc litteratiſſimum Lat. *capo*, C. B. *cabon* A. S. *capun*, Gall. *chapon*, ab hac eadem radice deducere. Obſervat, MARTIALEM voce Latina primum uſum, ut nova & forte peregrina. Quod ſi ita ſit, credit Alemannicum eſſe, & domi plenius dictum *kapp-han*, i. e. gallus caſtratus.

KAPPA, in genere, WACHTERO judice, denotat tegumentum. Ebr. כבה hanc certe ſignificationem habet, nec non *kappod* apud Lappones, ut docet RUDBECKIUS, in *Lexico Lapponico*, manu ſcripto. A capiendo derivat ISIDORUS, quia totum capit hominem. A capite VOSSIUS aliique, ut fuſe docet OTTO SPERLING, in *Notis* ad *Teſt.* ABSOLONIS, p. 107, quem adeas velim. Speciatim vero denotat

II. Capitis tegumentum. In *Hiſtoria* OLAVI TRYGGV. Edit. Skalh. P. I. p. 134. *kapubetta. Lypti hun kapubætti hans, oc ſa i andlit hanom*, levavit cucullum illius, vultumque ejus intuita eſt. Suethice *kappmyſſa* dicebatur hoc capitis tegmen: quod, quo tempore uſu receptum fuerit, docebit v. DALIN, in *Hiſt. Suiog.* P. II. p. 355, *Not.* g. A. S. *cæppe*, L. B. *capa*. Cambri hinc pileum *cap*, *capan* nuncupant, Gall. *chapeau*. Ut mire uſus in veſtibus tam portandis quam nominandis variat; ita facile conjiceres, a caput, capitium, & ſic cetera vocabula formata eſſe, deinde vero cucullum veſti ſenſim ſenſimque ſe longius demittenti nomen dediſſe.

III. Pallium: ſolebant vero veteres cucullatas veſtes gerere, unde non mirum, ſi pileo & pallio commune nomen fuerit. Nunc omnis generis ſtolas & pallia denotat, lacernas viatorum, togas ſacerdotum, idque ita, ut pro ſymbolo Eccleſiaſtici ordinis habeatur: *miſta kappan*, eſt ſacerdotio dejici. *Draga kappan på båda axlar*, nec non, *wända kappan efter alla wäder*, proverbialis locutio eſt de illis, qui favorem diverſarum partium captantes, ab illis ſtant, quibus fortunam favere vident, illico eos relicturi, ubi reflaverit aura. Originem proverbio dederunt illa, quibus utebantur veteres, breviora pallia, ex ovina plerumque pelle confecta, aut etiam, pro facultate, pretioſiore alia, quibus illud corporis latus

latus obtegebant, quod a tempeſtate maxime impetebatur, mutantes illius poſitum aliter aliterque, quoties alia ex cæli regione procellæ oriebantur. Rem apprime illuſtrat narratio Monachi S. GALLENSIS de CAROLO M. ſimili tegmine uſo apud VERTOTIUM, in *Diſſert. de l'Etabliſſement des Loix ſomtuaires parmi les* FRANÇOIS, cujus fragmentum exſtat in Vita auctoris præmiſſa Revolutionibus ejus Romanis, p. m. 60.

NARREKAPPA, pileus morionis, in Comoediis uſurpatus. HERT. TROLLE, in *Litteris* ad FRIDERICUM R. inſertis DANSKE MAGAZ. P. III. p. 253. *Jag hörer, at K.* ERIK *ladett trycka E. K. M. waaben förſt 3 löffwer therij ſtedcn 3 reffve: 3 kroner therij ſteden 3 narrekapper: 1 löfwe met bellebart, therij ſteden en ugle med en plegel*: i. e. accepi, ERICUM R. inſignia veſtra imprimenda curaſſe, ſed ita, ut pro tribus leonibus tres vulpes, pro tribus coronis tres pileos morionum, pro Leone cum ſecuri ſimiam, flagellum tenentem repræſentaverit.

KAPPE, poculum: apud FESTUM notatur, *capis* eſſe vas vinarium. Interpres Syrus ποτήριον ſua lingua interpretatur *kapho* vel *kopho*, cujus cum Gothiſmo harmoniam obſervat CAROLUS SCHAAF, in *Lex. Syriaco.* Cetera, quæ huc pertinent, videri poſſunt in v. *kopp*, id.

KAPPSÆCK, pera. Pro eo Angli *knapſack* dicunt. Belg. id. quæ indicare videntur, ejusmodi manticam intelligi, in qua viaticum ſervatur, ab Angl. *knapp*, mandere. Wermelandi *kackſæck* pronunciant, quod a *kack*, dorſum, quaſi manticam dorſualem diceres. conf. DIALECT LEX. p. 82. Nota, quod Gr. καψάκης ciſtulam denotet, quod a κάπτω, comedo, derivant Etymologi Græci: prope accedunt *capſa*, *capſula*.

KAR, vas, unde *bryggekar*, vas, in quo cereviſia paratur. *Hiſt.* ALEX. M.

> *Wi görom ej karr af trä eller jord:*
> Vaſa non conſtruimus ex ligno vel terra.

Græcum eſſe, a multis putatur, ortumque a χωρέω, capio, ut *fat* a *fatta* prognatum creditur. Sed nonnihil huic etymologiæ obſtat, quod ubi prima hujus vocis indicia habemus, CODICEM loquor ARGENTEUM, *kas* ſcribatur. v. MARC. 3: 27. *kaſa ſwinthis vilvan*, i. e. vaſa fortis rapere. Citerior ætas dein s in r convertit, cujus permutationis admodum frequentia in L. Gothica habemus exempla. Si æque facilis eſſet *v* literæ in *k* tranſitus, dicerem forte Latinum *vas* & Ulphilanum *kas* eandem vocem eſſe, atque adeo diverſa via ab eadem Latiali voce, hinc *kar* inde *fat* proveniſſe. Quicquid ejus ſit, certum habeo, Germanos noſtræ voci ſibilum præmiſiſſe, indeque *ſchirr*, *geſchirr* feciſſe.

II. Ciſta. LEX WESTROG. habet, *i læſtom karom*, in arcis ſera clauſis.

KÆRIL vel *Kærl*, vaſculum: forma diminutiva, a priori formata. Scribitur *kærald* in WESTM. L. *B. B.* c. 63.

KARA, colligere, corradere. *Kara eld under grytan*, diſperſos carbones ſub ollam colligere: *kara ihop*, in unum colligere. Factum forte per metatheſin a *raka*, quod v. ſuo loco. S pro more Germanico præfixo, formatum hinc videtur *ſcharren*, id.

KARRIG & contracte *Karg*, qui bona lubenter corradit, avarus. Germ. *karg*. Dan. id. WACHTERUS tradit, a *girig karig* vitio pronuntiantium factum eſſe. Alii ab A. S. *cearig*, ſollicitus, vel Ulphilano *kara*, cura, deducunt, perinde ac Latini attentum ad rem eum dicunt, qui parcior eſt. Cymræci *cyrrith*, ſordidum, immunificum appellant. Sed credo, alia nos non indigere etymologia, quam a radice *kara*.

KARGHET, avaritia. Hiſt. ALEX. M.

> *Wi bruke ej nidſkap æller karughet:*
> Non apud nos locum habet invidia aut avaritia.

Cernimus hinc, haud adeo muſteam eſſe hanc vocem, ac credidit WACHTERUS: Hiſtoria enim hæcce ſeculo XIII ſcripta eſt, & BOETIO JONÆ, Regni Dapifero, dedicata.

KARBAS, ſcutica. Germ. *karbatſch*. Derivatum credunt alii a Perſico *kyrbac*, flagellum, nervus tauri, alii a Græco καρβατίνη, ſed nulla veri ſpecie: denotat hoc enim calceos agreſtes, a quibus ad ſcuticam ingens ſaltus. WACHTERUS a *kür*, corium, & *batten*, cædere, Sueth. *baſa*.

KARBORRE, carduus. Gall. *chardon*. Ad originem propius *kardborre*. Dicitur vero carduus a carendo, Suethice *karda*.

KARDA, carminare, lanam pectere. Angl. *card*. Belg. *kaerden*. Gall. *carder*. Hiſp. *carder*. Ital. *ſcardeſſare*. Cuncta a Lat. *carere*, quod a κείρειν, tondere, ortum putant Critici. EDV. LYE arbitratur, ad originem vocis inveniendam facere

re poſſe Hib. *cioram*, pectere, *cir*, pectea. Wachterus vero in Lingua Cambrica *cartbu* idem eſſe obſervat, ac a ſordibus purgare, elegante ſane & commoda etymologia.

KARDA, pecten ferreus, quo lana pecti ſolet. Al. *charto*, L. B. *cardo, cartus*. Germ. *karten*.

KARF, navigii genus, apud majores noſtros uſitatum. Chron. Rhythm. p. 120.

Snæckor, Karfwar och Löpeſkutor.

Hiſt. Alex. M.

Then ſtad har miſt både folk ok karfwa.

Civitas illa amiſit tam milites quam naves.

Utebantur eodem termino veteres Islandi. Heims Kr. Tom. I. p. 431. *Han gaf* Katli *af Ringo tvo karfa ſimtanſeſſo*. Kettillo Ringonenſi dedit duo navigia quindecim verſuum. Hiberni *karbh* naviculam appellant, & Fennones *carvas, carpan*, quæ aliena non videntur a C. B. *corwl*. Angl. *carawell*, Gall. *caravelle*, It. *caravella*. Hiſpan. *caravala*. Ad illuſtrationem vocabuli monere juvat, Isidorum annotare, quod *carabus* ſit *parva ſcapha, ex vimine facta, quæ contecta crudo corio, genus navigii præſtat*. De iſtiusmodi navigiis loquitur Flor. Vigorniensis, ad annum 892. *Occulte de Hibernia fugerunt, & carabum, qui ex duobus tantum coriis & dimidio factus erat, intraverunt: mirumque in modum ſine velo & armamentis poſt ſeptem dies in Cornubia applicuerunt.* Quod vero veteres Britanni e vimine contexta & corio obtecta navigia habuerint, docent auctores, quos ſupra ad v. *Bonde* attulimus. Sunt etiam, qui credant, florenti Latio non incognitum fuiſſe hoc navigii nomen. *Curbita* certe erat navis onerariæ ſpecies. v. Comment. ad Ciceronis Ep. ad Atticum, Libr. XVI. Ep. 6. p. m. 727. & Gellium, *Noct. Att.* Lib. X. c. 24. ubi varia navium nomina recenſet, & inter alia *Corvitam* nuncupat. Apud Plautum *corbitam cibi comeſſe*, eſt navem cibo plenam comedere.

KARFWA, minutim cædere. A. S. *ceorfan*, id. *beceorfan*, amputare, *ceorf-æx*, ſecuris. Angl. *carve*. Belg. *kerven*. C. B. *kervio*. Hib. *corbham*. Dikmannus in *Notis* ad *Lap. Runicos* vocem Suiogothicam derivat a *kara*, quod in cippis noſtris literatis crebro occurrit, *lit kara ſtin, lit kara merki*. Sed ex illis, quæ ſupra in v. *gôra* monuimus, patere arbitror, hoc ad aliam radicem pertinere, *gara* nempe & *garva*, quæ præparare, facere, notant. Nec eſt, quod de primo hujus vocabuli fonte adeo ſolliciti ſint Critici noſtri: ubi enim Latini docuerint, unde ſuum *carpo* habeant, nos noſtræ vocis cunabula facile indagabimus. Nil enim certius eſſe poterit, quam diverſæ originis hæc non eſſe. Quos Angli *carver* nominant, Latini *carptores* ciborum nuncupant. Nec procul abludit Gr. *κείρειν*, ſcindere.

KARFSTOCK, talea. Germ. *kerbholz*. Belg. *kerfstock*. In quibusdam Sueciæ partibus taleam *ſkarfſtock* appellant, idque non incommode, quum velut fruſta ſint, quæ juncta & coagmentata totum, efficiunt. v. Dialect Lexicon, p. 150.

KARL, vir. Vox per omnes Scythicas dialectos pervagata, excepta tamen Moeſogothica, ubi pro illa *vair* occurrit. Hoc animadvertens, ſuſpicari incepi, fieri fortaſſe potuiſſe, ut, *v* litera vehementiori halitu pronuntiata, pro *vir*, *vair*, *kar* vel A. S. *ceor* &, *l* addito, *ceorl* evaſerit, in eundem modum, quo *vas* Latinorum Gothi exteri *kas* efferebant, uti nuper in voce *kar* indicavimus. Confirmat me hac in opinione, quod video, omnes ſignificationes, quas vir in Latiali ſermone habuit, huic in vernacula noſtra tribui. Wachterus congeſſit ex veteribus Linguis varia, quibus vocis hujus natales illuſtraret, ſed tædet tot ambagum, ubi propiora indicia ortum indicant. Rudbeckius in *Atl. Tom.* III. *kar* a *kora* derivat, ut denotet virum in ſuo genere electum. Sed tam libere Criticum agenti nunquam etyma deerunt. Si Linguæ Armenicæ cum Gothica commercia teſtatiora eſſent, non adeo abſonam dicerem Gesneri etymologiam, qui in ſuo *Mithridate* docet, *car* ibi poſſe denotare, & *carol*, potentem, atque inde Gothicæ vocis natales derivandas. Ego vero in præſentia, ne fruſtra dixiſſe videar, communem pluribus Linguis hanc vocem eſſe, aliquot afferam. A. S. *ceorl*, Al. *karl*. L. B. *ceorlus*, *karlus*, Germ. *kerl*. Iſl. *karl*. Denotat vero I. Hominem in genere, cujus

cujuscunque ſortis et conditionis, modo virilis ſexus fuerit. Hinc *karkläder*, habitus virilis, *karlmaþr*, in Legibus antiquis, mas, *karlswäg*, via publica, in Upl. L. *Vid.* B. c. 23: 7, *karlsbo*, hominis habitatio. St. L. *Gipt.* B. c. 17.

II. Virum adultum. Hinc *karl* & *gäſſe*, vir & adoleſcentulus, opponuntur. Habemus id commune cum Latinis & omnibus Scythicæ originis gentibus.

III. De plebe hominem. In Legibus patriis ſæpe opponuntur *Karl oc Konung*, i. e. plebs & Princeps. L. L. *Arfd. B.* c. 17. Östg. L. *Eg. S.* c. 2. *Nu ä thär ther dela, Karl och Konunger, tha aghe karl witzord, ok Konunger egh*: Si litem habuerit privatus cum Rege, tum jus privati vel territorii melius eſt jure Principis. Cfr. Dal. L. *B. B.* 45. Iſl. id. Göthr. S. c. 36. *Opt er þat i karls huſi, er ej er i Kongs ranni*: ſæpe in paupercula taberna reperies, quo carent regum turres. Junius, in v. *churl*, obſervat Anglo-Saxonicum *ceorl*, quod etiam *carl* & *cyrl* ſcriptum invenitur, nunquam niſi de plebejis & inferioris ſortis hominibus uſurpatum inveniri. *Ceorlborin* eſt humili loco natus, *ceorliſc*, ruſticus, *ceorliſc hlaf*, panis ſecundarius. Belg. *kaerle*, ruſticus. Kilian. Ital. *alla carlona*, ruſtice, inſubide. C. B. *carl*, ruſticus.

IV. Hominem robuſtum, virilem. Iſl. id. *karlmanlig*, ſtrenuus: *karlmenſka*, ſtrenuitas. Dicimus nos etiam, *vara karl för ſig*, viribus præditum eſſe, *karlaktig*, virilis. Tralatitium eſt, homines, quo altioris loci, eo fere molliores eſſe: hinc apud Poëtas Latinos ingenuæ vires pro debilibus, ingenuum latus pro infirmo, utrumque apud Nasonem habemus. Obſervare fortaſſe jubebimus Lectorem noſtrum, Dorica Dialecto κάῤῥων notare meliorem, fortiorem, ut ἀγαθὸς pro bono ſimul & forti accipi ſolet.

V. Maritum. Ruri feminæ maritos ſuos *karl* ſalutant: *min karl.* Sic Angli felem marem appellant *carlcat*, nos cohortis anſerinæ maſculum, *gåskarl.* Similiter A. S. *ceorl* pro marito occurrit, *ceorlian*, nuptum dari. Alemannorum idem loquendi mos erat. Otfridus Lib. IV, VI: 63.

Thiu habeta, iu uueiſt es mer,
Zi karle ſibun bruader.

Habuit, ut optime noſti,
Maritos ſeptem fratres.

VI. Ex Glossario Theotisco probat Junius, in *Etymologico*, *karl* olim ætatis nomen fuiſſe, & vetulum ſignificaſſe. In Lege Gothlandica c. 20. 3. pro avo ponitur: *Giftir faþir ſun ſenn, oc doyr ſuninn, oc laifr dydir eptir ſic, þa ſchulu þaar ſitia i Karls ſcauti, och biþa luta ſenna*: ſi conditionem filio quæſiverit pater, ille vero moriatur, relinquens poſt ſe filios filiasque: tum illi ſedebunt in ſinu avi ſui, & portionem ſuam exſpectabunt. Quod ad phraſin, ſedere in ſinu avi ſui, attinet, memini me obſervatum videre a Dacieria, in *Notis* ad Terentii *Andriam*, in more poſitum fuiſſe apud Græcos, ut pater recens nati infantis illum in ſinu avi deponeret, id quod ex Homero etiam comprobat.

KARLGILD, terminus in Legibus patriis uſitatus, ubi in pendenda mulcta diſcrimen obſervatur inter *mark karlgild*, & *mark köpgild.* Upl. L. *Arfd. B.* Cap. 2. *Boti tha giftemannin thre marker köpgilda, tha threſkiptis: Ok thre marker Kargildar taki bondin fori koſt ſin*: mulctabitur deſpondens tribus marcis *köpgilda*, quæ tripartito dividentur: tres vero marcas *kargild* pater familias accipiat pro ſua impenſa. Quid hi termini proprie ſignificent, non ſatis explicate traditum invenio ab Interpretibus Legum antiquarum. Ego, quid mihi in mentem venerit, ſalvo aliorum judicio, breviter indicabo. *Karl*, præter eas ſignificationes, quas attuli, denotaſſe videtur ſervum, quemadmodum *man* eodem ſenſu apud veteres uſurpatum fuiſſe, ſuo loco tradetur. Jam vero ex Lege Ostrogothica *Dr. B.* Cap. 16. diſcimus, pretium ſervi fuiſſe tres marcas *wadmala*, quæ pretio altero tanto ſuperabant *talda marker* vel *pänningamarker*, hoc eſt, marcas, numerata pecunia pendendas, quasque eaſdem arbitror eſſe, ac quas Codex Uplandicus *köpgilda marker* appellat, quippe quæ nummis ſolvebantur, pretio rerum omnium in commercium venientium communi. Si vera fuerint, quæ modo tradidi, ſua ſponte ſequitur, marcam *karlgild* æquaſſe pretium duarum marcarum *köpgild.*

KARLAKNAPP nomen erat libri Euangeliorum, quem primo Upſalienſium Archiepiſcopo dono dedit Alexander P. R. De nomine multa tradunt hiſtorici noſtri. Affinis meus, Lincop. Epiſcopus, D. Andr. Rhyzelius, in *Epiſcopoſc.* p. 29. nominis rationem quærit, in

in v. *knappa*, quæ metaphorice notat aliquem depexum dare, ſuggillare: ut notetur, eo comprehenſa fuiſſe præcepta de laicis ſub jugum ſtrenue mittendis. Alii literas initiales eſſe credunt totidem verborum, quæ, qualia fuerint, divinandi cuilibet facultatem relinquunt. Ego nil, quod afferam, habeo: ſcio tantum, veteres, ut gladiis ſuis, ita & libris, nomina ſæpe ludicra indidiſſe, e. g. quum Codex Legum Norrvegicarum appellaretur *gragas*, anſer canus.

KARLWAGN, ſidus illud cæleſte, quod triones appellamus. A. S. *carleaswagn*. Angl. *charlswain*. Dan. *karlvogn*. v. Junii *Etymol.* Unde *wagn* appelletur, evidens eſt ex conſenſu plurium linguarum. Græci enim jam ἅμαξαν, Latini plauſtrum conſtellationem eam appellavere. Quid vero ſignificet prior vocis pars, dicere non æque pronum eſt. In honorem Caroli M. ſidus hoc ita appellatum fuiſſe, inter eruditos rumor eſt, ſed nullo auctore vetuſto. Id ſcimus, Romanos thronum J. Cæsaris ad aſtra evexiſſe. Resenius, in *Notis* ad *Jus Aul.* Canuti R. p. 614. *Karlwagn* contractum putat ab *Herrkarls wagn*, h. e. curru Herculis. Rudbeckius vero ſuæ defuiſſet cauſſæ, niſi probaſſet, Thoronem ab antiquis Karl dictum fuiſſe, & quemadmodum currui inſidens depingebatur, prætereaque in ſidera & tonitrua imperium exercuit, ita ſymbolo hoc inter Borealia ſidera deſignatum. v. *Atl.* Tom. I. 320, 356. Tom. III. 461, 467. Scheffirus, in *Upſalia* ſua p. 41, *vehiculum Thoronis ad modum plauſtri ſideris fabrefactum fuiſſe prodit.* Cambri tam plauſtrum in genere, quam ſidus hoc boreale *certwyn* appellant. Fieri facile potuit, ut levi mutatione nos genteſque vicinæ inde *karlwagn* formaverimus: quod ſi fuerit, tam *Thoro* quam Carolus *M.* in pedes deſcendent.

KARM, vehiculum undique tectum. Latini carpentum dixere, & antique carmentum, unde eſt, quod Ovidius, *Libr. Faſtorum* ab Euandri matre Carmenta nominis rationem petat:

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant.
Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.

Commemorantur haud raro in ſcriptis medii ævi ejuſmodi carpenta. Christophorus Bavarus, in *Litteris* ad Elisabetham, Ottonis Nicolai Uxorem, apud Arrild. Hvitfeld, *Hiſt.* p. m. 837, nec non Dalinum, in *Hiſt. Suiog.* Tom. 2. p. 705. jubet, *at i reden Eder koſtligen ut med eder fôreſpânde karm och fagre hæſtar:* ut ſe magnifice præparet, currui equis pulcerrimis junctis. Ibidem ad finem vitæ Erici Pomerani Olavus Axelii dicitur deturbaſſe hujus Regis Amaſiam, ſedentem *i en grön karm*, in carpento viridi. In Danske Magazin, Part. 5. recenſetur *karm* inter paraphernia, quæ novæ nuptæ dabantur. cfr. Part. 46. p. 317. Non ſatis ſcio, an iſtiusmodi currus penſiles fuerint, qualibus nos hodie circumvehimur: id ſcio, apud veteres jam occurrere mentionem carpentorum tectorum, *tioldadvagn*. Tali ſponſa Halfdani, Norrwegiæ R. advecta fuit, narratque Sturlæsonius, Heims Kr. Tom. I. p. 68, 69. eminus apparuiſſe currum hunc, indeque judicatum, perſonam iſtiusmodi dignitatis appropinquaſſe. Hoc generis curru deaurato, præcedente tubicinum turba, in Dalekarliam invectum fuiſſe Ericum Sparre, narrant Hiſtorici noſtri. v. Diſſ. de Tumultu *Næſtoget* dicto, p. 11. Conjicio, nec aliud fuiſſe vehiculi genus, de quo loquitur Ericus Walkendorff, A. Ep. Lundenſis, & Christierni II Legatus, dum tradit, ſponſam ſecum allaturam *en vogn effter deris ſid*, carpentum moris Brabantini, quod mox appellatur *frwe wogn*, currus matronalis.

II. Denominatione a curru ſumta factum eſt, ut ſellæ, quæ utrinque brachia fulciunt, *karmſtol* dictæ fuerint, in eundem modum, quo in Latio a curru ſellæ curules nomen accepiſſe creduntur: *karmſlâda*, rheda lateribus ſepta, & tandem

III. Margo plurium rerum hoc nomen habet. *Sângkarm*, umbo lecti. Et ſic in pluribus. Fecimus hinc *karmiſera*, quod eſt margine includere, ut dum gemmam majorem minoribus aliis circumdamus.

KARNIFFLA, verberare, ortum creditur a C. B. *cernod*, id. Noſtra vox non niſi in humili ſermone auditur.

KARP, piſcis nomen. Germ. *karpf.* Belg. *kerper.* Gall. *carpe.* It. *carpione.* Lat. *carpio.* Ant. *cyprinus*, a Gr. κυπρῖνος.

KARPUS, cucullus. Angl. *capuch.* Gall. *capuchon.* Lat. *capitium.* Iſlandi *caprun* iſtiusmodi capitis tegumentum nuncupare ſolent: a quo *capronica* ſequior ætas fecit. A capite hæc omnia nomen accepiſſe, evidentius eſt, quam ut moneri debeat. Monachi ordinis S. Francisci indidem vulgo Capucinorum nomen habent.

Digitized by Google

KARSK, validus, ſtrenuus. CHRON. RHYTHM. p. 443.

Hans modh war karſth, hans hog war fri:
Ejus animus virilis erat, & cor intrepidum.
Ibid.
Han hade tre ſöner karsk:
Habuit tres filios ſtrenuos.

Dan. id. Iſlandi, eliſo *r*, *kaſkur* dicunt. v. WORMII *Lex. Run. kasklega*, ſtrenue, VEREL. Quod eos Saxones imitentur, jam mox docebitur. Dicitur vero *karſk* quaſi *kariſk*, ut penitus reſpondeat Latino virilis, a vir, & Gr. ἀνδρεῖος, ab ἀνήρ. v. GUDMUNDI ANDR. *Lex. Iſl.* p. 140. v. infra in *Kaxe.*

II. Vegetum notat, ſanum, incolumem. CHRON. RHYTHM. p. 256.

Om aptonen karſk, om morgonen död:
Veſpere vegetus & mane mortuus.

Saxones *karſch* ſimili ſenſu uſurpant, docente IDIOTICO HAMBURG. p. 111, ad quem locum notat GRAMIUS, Danos id nobiscum habere commune. *De karſke hafve ikke Lægen behof*, ſani medico non indigent.

KART videtur id notare, quod ratione bonitatis defectum habet. Ad duo vero objecta uſum vocis conſuetudo reſtrinxit. Primo notat quosvis fructus immaturos & acerbos, *ſurkart*. II. De unguibus uſurpatum notat adulterinos, deformes, *kartnagl.* Iſlandi pariter *kartnögl* dicunt, ſed unde vox illa provenerit, non ſatis conſtat. Scio, Gr. ἄωρος intempeſtivum nec non indecens ſignificare: ſcio quoque, *k* non raro præfigi, ſed inde tamen certum non eſt, id noſtro eſſe affine.

KAS, ſupereſt in phraſi, *köra kas med en*, aliquem exagitare, pellere, perſequi. Ad cognationem pertinet Angl. *chaſe*, venari, feras agitare. Gall. *chaſſer.* It. *cacciare.* Hiſp. *caçar*, quas voces MENAGIUS formatas putat a Lat. captare. Ego lubentius illis acceſſero, qui a Moeſog. *kaſan*, pellere, *uſkeſan*, expellere, recentiora hæc formata putant. v. infra in *köra*. Conf. JOH. PERINGSCHÖLD, in Notis ad COCHLÆUM p. 392.

KASE, congeries, acervus, in primis lignorum virgultorumque. Iſl. *kaſa* eſt ſub iſtiusmodi ſarmentorum congerie hominem trucidatum condere. OL. TRYGGVAS. S. Ed. Skalh. Append. p. 29. *Draga han ſiþan up under ein moldbacka, oc kaſa han þar:* deinde eum occiſum ſub cumulum trahunt, ibique eum obruunt. Fennones acervum *caſa* appellant, *caſoan*, coacervare. Gr. χωςός, a χώω, exaggero, aggerem facio.

KASNAWARGUR, incendiarius, qui coacervatis per inſidias lignis ad alterius ædium oſtia (quod Iſlandi *taka bus* appellant. v. HEIMS KR. Tom. I. 85, 106, 116.) incendium ſuſcitant, eoque omnes, qui intus ſunt, comburunt. Scribitur alias *Kaxnawargur*, pro quo STIERNHIELMIUS in *Indice* ad LEG. WESTG. (v. *görwarg*) legendum putat *Raſnawagr* a *raſn*, ædes, domus. Sed non eſt, quod lectionem ſollicitemus, quam tuentur Legum patriarum plurimæ. v. OSTG. L. *Edſ.* B. c. 31. UPL. L. *Wid.* B. c. 25. DAL. L. B. B. c. 56. OL. VERELIUS *kasnawargur* derivat a *kaxn*, fungus betulæ adnaſcens, unde fomes conficitur. Sed noſtra derivatio, fallor an facilior eſt. Leges Iſlandicæ pro eo *brennewargr* habent. Addere juvat *kaſa* apud nos etiam in calefaciendi ſignificatione occurrere.

KASJACKA, vulgo *kaſika*, thorax, pallium brevius. Ad illuſtrationem vocis facere poterunt, quæ ſupra ad v. *jacka* monuimus: ubi obſervavimus, veriſimile videri, diverſas non eſſe duas has voces, ſed aut hanc imminutam, aut illam adauctam. Duplici quippe hac ratione in pluribus linguis efferri ſolet: Angl. *jack* & *caſjock.* It. *giacco*, *caſaco.* Hiſp. *jaca*, *caſaca.* Belg. *jacke, caſacke.* Quod vero ad initium vocis attinet, credi poſſet, ortum debere Latino Barbaro *caſa*, *caſula*, unde Gall. *caſuble*, quod olim erat veſtimenti ſacerdotalis genus. Confer SPELMANNUM in *Archæologo.* OCT. FERRARIUS Italicam vocem a Latino gauſape derivat, alii a Coſaccorum nomine, ſimili cultu utentium, ut obſervat SPEGEL in *Gloſſario.* HESYCHIO κάσσον eſt breve quoddam indumentum: cui adde κώς, pellis ovina.

KASSE, reticulum, in quo piſces, carnes & aliæ res edules portantur. Iſl. id. *braudkaſs*, reticulum pane plenum. HEIMS KR. T. I. p. 298. Fenn. *kaſſi*, pera reticulata. Hung. *caſs*, corbis. Cognatum videtur Latinum *caſſis*, quod retis genus eſt, & apud Latinos inferiores *caſſidelis*, quod explicatur pera aucupis vel piscatoris rereticulata. Conferri quoque poterit *capſa*, nec non Turc. *kize*, crumena. Gall. *gouſſet*, id.

KASTA,

KASTA, jacere, mittere. Iſl. id. Heims Kr. *Menn hennar kauſtudu lykio ſnæriſins upp i limar træſins :* viri ejus nodum funiculi in ramum mittebant. Dan. *kaſte.* Extra Scandinaviæ regna vox hæc non fere auditur, niſi quod Angli *caſt* uſurpant, quam tamen vocem videntur Norrmannis debere, quum eorum majores, AngloSaxones, quantum ſcio, ea non fuerint uſi. Apud Ulphilam quidem *keſan* tam ſenſu quam ſono affine eſt, unde *uskeſan*, ejicere, quod hodie dicimus *utkaſta*; ſed non ſatis ſcio, annon id ad aliam tribum pertineat, v. infra in *kôra*. Interea tamen non dubito, quin vetuſtiſſimus Scytharum ſermo vocem noſtram agnoverit. Pro indicio mihi eſt Latinum *haſta*, quod, aut fallor, aut ab hac radice oriundum eſt, perinde ac a *βάλλω* formatum eſt *βέλος*, a mittendo miſſile, a jaciendo jaculum, a *ſkicka* apud nos *ſkæckta*. Mera enim ſomnia nobis narrant Varro, Isidorus aliique, dum hoc vocabulum ab adſtando, ab aſtu, vel etiam, ſi diis placet, ab auferendo prognatum tradunt. Quod vero *h* & *k* ſæpiſſime alternent, in Prologo a me ſatis probatum, reor. Varias vocis hujus ſignificationes, metaphoricas & derivativas, recenſent Lexicographi noſtri. Johnsonius, in *Lex. Anglico*, 44 tales enumerat, quæ tamen ad multo pauciores reduci poſſent.

KAST, jactus. *Ett kaſt på tærning*, aleæ jactus: *ett ſtenkaſt*, lapidis jactus, nec non ſpatium, quantum lapidis jactu emetiri licet. 2. Eſt numeri quaternarii nota. *Ett kaſt ſill*, quaternio halecum, quantum ſimul in vas ſale condiendum mittebant. 3. Notat certamen, luctam. Chron. Rhythm. *min.* p. 90.

The räddes Normæn ej ett kaſt :
Non detrectabant certamen cum Normannis.

Inde eſt *armkaſt*, pugilatus, *ordkaſtas*, rixari, nec non phraſis illa, *ſtå ſitt kaſt*, quod eſt, ſuo periculo aliquid facere, vel certaminis aleam non detrectare. A. Saxones eodem ſenſu uſurpant *ceaſt*, quod contractum putat Somnerus pro *cearſt* a *cearian*, queri, Sueth. *kära*. Apud Chaucerum *cheſte* pro lite, jurgio, inveniri, notat Lye, ad Junii *Etymol.* cui affine videtur Gall. *caſtille*, id. *caſtiller*, litigare. In Lingua vero Cambrica *caſt* notat technam, v. Richardi *Thes.* 4. Notat cumulum, a ſuperiore *kaſe*, quod vide. Hinc dicimus *vedkaſt*, ſtrues ligni. Chron. Rhythm. *min.* p. 91.

Så droog man them ſamman i kaſt:
Dein eos in cumulum congeſſerunt. *Walkaſt* erat congeries cadaverum in bello occiſorum, congeſto ſupra tumulo in monticuli ſpeciem, ut docet Wormius, *Monum.* Libr. I. p. 43. 5. In re navali notat jacturam. v. *Skip.* B. c. 11.

KASTSKOFWEL, ventilabrum: in re enim georgica *kaſta* notat frumentum ventilare. Conf. Jerem. 51: 2.

UTKAST, prima rei faciendæ lineamenta, adumbratio. Germ. *entwurff.* Credo, verſionem eſſe Gallici *projet*, quod a *jetter*, jacere, oriundum novimus. Idem etiam uſurpatur, quum in adverſaria negligentius cogitationes noſtras conjicimus.

KASTER, plumbum. Occurrit vox illa in Chron. Rhythm. *min.* p. 73.

Både koppar, teen och kaſter :
Æs, ſtannum & plumbum.

Videtur terminus technicus eſſe, formatus a Græco *κασσίτερος*, quod plumbum album denotat, unde inſulæ Caſſiterides, hujus metalli feraces, nomen habuere. Arabes & Chaldæi קסטירא caſtira, plumbum appellant, ut obſervat Thomassinus, in *Gloſſ. Univ.* p. 78. Sclavonicæ etiam gentes ſtannum *koſſiter* nominant.

KATIG, callidus. *En katig karl*, homo callidus. Latini *catum* appellant: ut in illo Horatii, *Qui feros cultus hominum recentum, voce formaſti catus :* nec non Ausonii. *Legumque catos fandique potentes.* Varro vocem Sabinæ originis eſſe, docet, adeoque nec a *καίω*, uro, nec a *caveo* deducendam. Catones hinc olim nomen accepiſſe, docet Vossius, & cum illo alii.

KATSA, inſtrumentum piſcatorium, excipula. Fenn. *katiza.* Anglice *catch* eſt prehendere, captare, pro quo veteres Latini capſare uſurparunt, unde capſa. Græcum *κυψέλη* Gloſſographi explicant *πλεκτὸν ἀγγεῖον.*

KATT, felis. C. B. *cath.* Arem. *caz.* A. S. *cat.* Al. *catze.* Germ. id. *kater*, felis mas. Hiſp. *gata.* Belg. *kat.* Gall. *chat.* It. *gatto.* Ruſſ. *kote.* Pol. *kot*, *kotka.* Turc. *kady.* Armen. *citto, citta.* Iber. *kata.* Lapp. *gato.* Apud Suidam *κάτης* explicatur *κατοικίδιος αἴλουρος.* Latini inferiores etiam *catum* dixere, de cujus vocis origine hæc habet Salmasius, *Exerc. Plin.* p. 1009." Quæ felis veteribus, recentioribus dictus eſt cattus. Isidoro ita appellatur, quia cattat, i. e. videt. Gattare etiam in "Gallia dicimus, videre, ſpeculari. "Martiali Pannoniæ cattæ ſunt, quas

"vulgo marthas vocamus, quæ de gene"re ſunt felium. Vetus itaque eſt "verbum. WACHTERUS *gattum* vel *cattum* ita dictum putat a Gall. *guet*, excubiæ, *guetter*, obſervare, ſpeculari. Sed recordari oportet, vocis hanc formam novitiam eſſe, formatam a Moeſog. *vitan*, quod idem ſignificat, & cui GALLI more ſuo *g* præpoſuerunt. Conf. PEZRONII *Origg. Celt.* p. 336.

KAXE, vulgari ſermone dicitur vir ſtrenuus, præcellens, ut puto, ab Iſl. *kaskur*, ſtrenuus, facta literarum metatheſi. BIBL. ISL. JUD. 20. *all kaſka krigsmæn*: omnes viri ſtrenui & manu promti. conf. A. S. *caf*, agilis, ſtrenuus. *caflice*, viriliter, ſtrenue.

KÅBBLA, rixari, altercari. Videri poterit frequentativum τῦ *kifva*: quod ſi ſit, orthographia pro *ä* requireret *e*. Saxones dicunt *kibbeln* & *kabbeln*, v. IDIOT. HAMBURG. p. 114. Belg. *kybling*; rixa. Flandrice *kaboel*, tumultus. Angli eandem vocem habent, ſed præmiſſa *ſ* litera, *ſquable*.

KÆCK, audax, ſtrenuus, Germ. *keck*. Iſl. *kiækr*. GUDM. ANDR. *Lex. Iſl.* Forte a *qweck*, vividus, alacer. A. S. *cuce*, vivus.

KÆDER, tetrao, urogallus. Scribitur etiam *tjåder*. De origine & orthographia vocis hæſito. Videri enim poſſet ita appellatus eſſe a ſono, quem, dum veneri operam dat, acutiſſimum habet. Apud Teutones certe *köderen* garrire notat, quod pro frequentativo vocis Latinæ habet WACHTERUS. Nos fere *kuttra*, Uplandi *köddra*, qui iidem avem hanc *köddersfogel* appellare ſolent. Sed video, Iſlandos has aves *þidra* nuncupare, & inferiores SUECIÆ cives *törrbane*. Judicium penes Lectorem eſto.

KÆDJA, catena, vide *kedja*.

KÆFLING, v. ſupra in *kaſle*.

KÆFT, maxilla. Iſl. *kiaftur*. Angli Boreales fauces *chafts* appellant. Ut maxilla inſtrumentum eſt, quo cibi commoluntur; ita credo radicem eſſe A. S. *ceovan*, mandere, manducare. Al. *kouuen*, Angl. *chew*. Germ. *kawen*. Confirmare hoc videntur DANI, qui maxillam *kiæwe-been* nuncupant.

KÆGLA, vel rectius *kegla*, conus luſorius. Gall. *quille*. Angl. *cile*, *kile*, *kayle*. Belg. *kegel*. Germ. id. Clavus, qui tentoria depangit, in GLOSSIS PEZIANIS *zeitchegil* appellatur. Si WACHTERO fides habeatur, *kegel* productum erit a *keil*, *kil*, cuneus, quippe cujus formam habet. Evolve illa, quæ infra ad vocem *kil* dicentur.

KÆLKE, traha: unde *kælkadrætt*, jus exigua traha lignum ex ſylva in ſuos uſus convehendi. WESTM. L. *Jord B.* c. I. Fenn. *kelcka*, quod ortum creditur a *keli*, vecturæ hiemalis aptitudo, Sueth. *ſlædföre*. Ceterum Iſlandi *kialke* genas appellant, quumque trahæ illæ, quibus onera imponunt coloni noſtri, genas præciſe forma ſua referant; hinc facile in animum induceres, nomen hoc inde proveniſſe. J. PERINGSKÖLD in *Notis* ad COCHLÆUM p. 362 originem Græcam ſubminiſtrat, ſc. ab ἕλκω, traho. Notum eſt, geminas ejusmodi trahas equis adjungere vulgus Suionicum. Prior vocatur *framkælken*, poſterior *bakkælken*. Proverbium hæc dedit, *komma på bakkælken*, quod de illis dicitur, quorum res retrocedunt, & in pejus ruunt.

KÆLL, acidus, uſurpatur de lacte, quando aceſcens coagulari incipit: *kællſur mjölk* Apud Saxones *kellern* eſt coagulari. v. IDIOT. DITHMARS. In GLOSSIS LIPSIANIS habemus *gequalbit*, coagulatus.

KÆLLA, ſcaturigo, fons. Ant. *kælda*. CATAL. REG. ad finem LEGUM WESTROG. *Han döptes i kiældu therre widh Hoſæby ligger, ok beter* BYRGHITÆ, baptizatus eſt in fonte prope Huſaby, qui a BRIGITTA nomen habet. A frigore nomen hoc ortum eſſe, hoc eſt, a *kall*, *kæle*, communiter creditur. Sed quum inveniam, Germanos pro hoc noſtro *qwelle*, AngloSaxones *weal*, *wæl*, *welle*, Anglos *well*, uſurpare; videbar mihi pro certo affirmare poſſe, omnia hæc pullulaſſe a *wålla*, *qwålla*, ſcaturire.

OFFERKÆLLA, dicitur fons ſacer, ad quem plebs ſuperſtitioſa concurrit, medelam morborum ibi inventura, conjecta in fontem ſtipe. Commemorant LEGENDÆ Sanctorum, in eo loco, ubi Martyrum ſanguis effuſus eſt, ſæpe ſcaturiiſſe fontes, ut id de fonte S ERICI Regis, invita chorographia, narratur. Et hoc forte occaſionem ſuperſtitioni dedit, niſi potius ex ethniciſmi cultu ſit derivanda, de qua videſis LINDEBROGII *Gloſſ.* ad. v. *fontanas adorare*. CLUVERII *Germ. Ant.* Lib. I. c. 34. SELDENI *Marmora Arundel.* p. 174. SAVARRO ad SIDON. APOLLINAREM p. 67. Carm. 5.

KÆLL-

KÆLLSÅG, aqua fontana, ſecundum ſuperficiem terræ ſenſim reptans, a *ſiga*, penetrare, percolari.

KÆLLARE, cella. C. B. *cell*, *ſeller*. Al. *kelre*, *kelner*. A. S. *cellera*. It. *cella*, *cellajo*. Gall. *cellier*. Hiſp. *cillero*. Belg. *kelder*. Germ. *keller*. Manifeſtam cognationem cum Latino habent hæc omnia, ſed ideo æque tamen incertum eſt, utri ab alteris vocem acceperint. Scilicet, ſi Latini primi vocis hujus poſſeſſores erant, a celando vocem formaſſe putabuntur, vel, ſi Junio credimus, a κελαινὸς, ater; ſin vero Gothicæ originis exiſtimabitur, radix in mundo erit *kall*, gelidus. A. S. *celan* refrigerare, quum ideo ſub terra effodiantur hæ apothecæ, ut ſub æſtate frigus ſuum potuum variis generibus conſervetur. Wachterus derivandum cenſet aut a Latino *cellarium*, aut a *kele*, cavitas.

KÆLLERHALS BÆR, daphnoides, Belg. *kellerhals*. Herba eſt, quæ guttur acri ſapore conſtringit. Nomen habet ab A. S. *cvellan*, ſuffocare, perimere, & *hals*, guttur.

II. Taberna vinaria: unde *kællarmåſtare*, qui varia potuum genera vendit, *cellarius*, promus.

KÆLTA, precibus aut ingrato quovis ſermone obtundere. Credo, frequentativum eſſe vocis *kæra*, queri.

KÆNGOR, calceorum genus, Fennis in primis familiare, quod hirtum fere eſt, & in cuſpidem recurvum dedefinens: a qua forma nomen forte venit. *Keingr* enim Iſlandice curvaturam notat. v. Indicem ad *Hiſtoriam* Thorstani Wik. Neſcio, an huc faciant *zanchæ* vel *zangæ* vel *kangæ*, Parthici calceamenti genus, de quo v. Salmasius ad Pollionis c. 17: p. 826. & Brissonius de *Verborum Signific*. Auctoresque ibi citati.

KÆNNA, noſſe, ſcire, Ulph. *kunnan* & in præſ. *kann*. Joh. 9: 55. *kann ina*, novi eum. A. S. *cennan*, *cnawan*. Iſl. *kan*, ſcio. v. Runa Capitule in ſingulis fere ſtrophis. Germ. *kennen*. Κοιεῖν quoque Hesychio eſt ſcire, intelligere, κοεῖν, id. unde Θυοσκόος, aruſpex. *Kænna igen* eſt agnoſcere, recognoſcere, quum animus refert, aliquid antea cognitum fuiſſe.

II. Diſcere, reſciſcere. S. Olofs S. p. 7.

Tha Erics *ſyni the tydende kånde*:
Quum filii Erici hoc reſciſcerent.

Occurrit hoc ſenſu ſæpe in Scriptoribus coævis. Ulph. *kanjan*. Luc. 2: 15. *Gakannida unſis fan*, oſtendit nobis Deus.

III. Senſibus experiri, ſentire. Dicitur de omnibus ſenſibus, tam externis, quam internis: in primis de olfactu uſurpatur, ut Gall. *ſentir*. Vetus Interpr. *Evang*. *Som en fulan ok illa luktande atbol, ther a markini ligger, ok inghin gittir kånth med ſinom næſom*: ut turpe & male olens cadaver, quod ſub dio jacet, quodque nemo naribus ſuis olfacere velit. Similiter *kånna ſveda*, *wårk*, dolorem ſentire.

IV. Docere, ut in Hymno: *Han oſs thet ſjelfwer kände*, ipſe nos id docuit. *Hiſtoria* Alex. M.

Swa kænner nød nakna kono ſpinna:
Neceſſitas mulierem nudam nere docet.

Kon. Styrelse p. 133. *kænna barnom dygd ok ſnille*: infantes virtute & ſcientia imbuere. Hinc *kænna ſig* eſt diſcere. *Hiſt*. Alex. M.

Han kænde ſik ſpringa och kaſta ſten:
Didicit ſubſilire, & lapides jacere.

Kænnefader eſt doctor, *Kænneſwen*, diſcipulus.

V. Cognoſcere, ſenſu forenſi. *Kænna malit*, cauſſam cognoſcere. v. Act. 25: 21. Hinc formula veteribus uſitatiſſima, dum Deum teſtem invocabant, *thet Gud kænne*, quod Deus cognoſcat. Sic etiam apud v. Stiernman in *Actis Publicis*, Tom I. p. 33. *Epter thet kænnas ſkal i rätta eller minne*: quoniam res examinari debet jure, aut amice tranſigi. Cognatæ ſignificationis eſt, dum *kænna* apud Iſlandos, pro quavis luſtratione accipitur, *kenna berin*. exercitium luſtrare, *canna eyar oc utſker*, inſulas & ſcopulos luſtrare, Heims Kr. Tom. I. p. 97.

VI. Acceptum referre, attribuere. Heims Kr. l. c. p. 54 *kendo þeir þat Kongi*, illud Regi acceptum referebant. Ib. *kænna kongi bædi ar oc hallæri*: Regi tam felicem quam duram annonam aſſignare. Hujus commatis eſt, dum in Scriptis medii ævi idem notat ac

VII. Accuſare. Catal. Reg. Suiog. in Cod. Westg. *Ingin matte ok banum laghæ ſpiæll kyannæ*: nemo eum violatæ legis accuſare potuit. Dal. L. p. 5. *kånna huſtru ſinne hor fori þiſtum*: ſi maritus uxorem adulterii accuſet in conventu publico. ib. p. 22. *kænner man aræk*, ſi quis alterum accuſet, quod pecora ipſius in arvum ſuum

um immiſerit. Sic *kænna manni barn*, aliquem patrem infantis edere. SUDERM. L. *Kirk.* B. c. 15. Conf. Fenn. *cannan*, accuſare, *canne*, accuſatio.

VIII. Confiteri. ST. L. *Dr.* B. c. 11. *Swa mykin är kånd ſak, ſom ſkærſkutin æller med wittnum tilbundin ær*: ejusdem valoris eſt crimen agnitum, ac ſtatim indicatum aut teſtibus convictum. CHRON. RHYTHM. p. 304.

Käre Herr Marſke, wi kænnoms thet wål:
Domine Mareſchalle, id confitemur.

Habemus inde *bekænna*, & Germ. *bekennen*, id.

IX. Agnoſcere. Addi fere ſolet in hoc ſignificatu particula *vid*. *Kännas wid ſin ſynd*: delictum agnoſcere. *Hiſt.* ALEX. M.

I mordare, I förſtandin ey idher.
I hafden ey ællas kænis ther widher.
Homicidæ, inter vos non convenit.
Alias enim peccatum hoc non agnoviſſetis.

Coincidit hæc ſignificatio cum priori, niſi quod hodie uſurpetur de interna animi convictione, non vero de confeſſione coram judice facta.

KÆNSLA, ſenſus: unde *kænſlolös*, qui ſenſu caret.

KÆNNESPAK, qui alios facile agnoſcit, a *ſpak*, ſapiens. Credo, veteres Norrmannos, h. e. Scandinaviæ noſtræ incolas, vocem hanc apud Lincolnienſes in Anglia reliquiſſe, qui aliquantilla ſenſus variatione *kennſpeked* appellant nota inſignitum, hoc eſt, qui facile agnoſci poſſit. SKINNERUS, cui vocis hujus notitiam debeo, ultimam ejus partem derivat a *ſpecce*, macula, derivatione non incongrua, ſed cui tamen meam præfero, ut eſſe ſolet ſuum cuique, & in primis Etymologo, pulcrum.

AFKÆNNO TING dicitur, quum quis ideo ad judicium venit, ut ibi poſſeſſione prædii alicujus ſolenniter cedat. UPL. L. *Jord.* B. c. 4. *Thing.* B. c. 5. Contrarium eſt, *kænna åt ſig*, rem quandam ſibi vindicare: unde in LEGIBUS WESTROGOTHICIS *ſankænna* & *rætkænna*, eſt rem quandam furto ablatam, ut vere ſuam, vindicare.

KÆPP, baculus: cujus diminutivum eſt *kafle*, *kæfling*. Lat. *cippus*, v. CÆSAR de *B. G.* Lib. VII. Gall. *cep.* It. *ceppo.* Hiſp. *cepo.* Credo etiam, ejusdem familiæ eſſe Ulphilanum *kaupatian*, verberare, MARC. 14: 65. pro quo STIERNHIELMIUS fruſtra reponendum vult *raupatjan*, quaſi foret Gr. ῥαπίζειν. Græci Latinique ab initio vocis *s* literam præfigunt, unde dein σκήπων, σκῆπτρον, *ſceptrum*, *ſcipio* promanarunt. Apud Alemannos *kuffen* eſt fuſte cædere, v. SCHILTERI *Gloſſar.* Angl. *cuff*, colaphos impingere.

KÆPPLA vel *kippla*, ÖSTG. L. *Wåd.* B. c. 31. 2. bacillo os obturare, ne vociferari quis poſſit.

KÆR, carus. Iſl. *kiær*. C. B. *car*, id. PEZRON. *Hiſt. Celt.* p. 383. Arm. *ker*. Gall. *cher*. Deinde etiam *kær* active dicitur ille, qui aliquid perdite amat. *Vara kær i en.* Conf. Gall. *careſſe*, blanditiæ, *careſſer*, blandiri. Latini *carus* dicunt, a quo noſtram vocem formatam eſſe, probabile multi credunt. Ego vero, quum videam, veteres promiſcue *kær* & *kör* ſcripſiſſe, v. HEIMS KR. T. I. p. 120. *var hann hin körſti Kongi*, Regi dilectiſſimus erat, facile aſſenſum me impetraturum credo, ſi dicam, *kör* illud ortum eſſe a *kiora*, eligere, unde *kör*, electio: quid enim aliud eſt carus, quam qui præ ceteris amandus eligitur? Latini, modo huic germano, dilectus dicunt a diligendo. II. Eadem ratione uſurpatur, ac Latinorum ſodes, vel amabo te, *kære gör thet*, fac, quæſo, illud.

KÆRA, queri. ALEX. M. *Hiſt. Rhythmica.*

Jak vænte DARIUS *kære nu ſik*:
Credo DARIUM jam conqueri.

CHRON. RHYTHM. p. 66.

The gingo ſamman, ok kærde thera wanda.
Congregabantur ſua conquesti mala.

A. S. *cearian* idem ſonat, teſte BENSONIO, *cearung*, querela, ſolicitudo. Manifeſta neceſſitudo eſt hujus vocis & Latini *queror*; quæ adhuc evidentior eſt in antiquiori noſtræ vocis orthographia. LEX quippe WESTROGOTHICA habet *qwæriæ*. B. B. c. 13: 2.

II. Accuſare, litem intentare. CHRON. RHYTHM *min.* p. 33.

I hafen mik för konungen kært:
Me apud Regem accuſaſtis.

Non occurrit in Legibus patriis altera vox hac frequentior: unde *kårande*, actor, *kåromål*, accuſatio. Latinos etiam radice hac non caruiſſe, indicio eſt eorum *queri*, quod idem aliquando notare ac accuſare, obſervat B. BRISSONIUS, de *Verborum Significat.* nec non *anquirere*, quod eſt accuſare, *anquiſitus*, accuſatus. Quod *kar* Alemannice

Digitized by Google

mannice accuſationem notet, ex NOTKERO probat WACHTERUS p. 814.

KÆRUSUNNUDAG, dominica quinta jejunii magni. UPL. L. *Manb.* B. c. 41: 2. *Komber madher til thingx mädh tiuwi ſinum, tha ſwäri a fyrſta thingi, hwat thät är i faſtu ällär utan faſtu, är thät ſykn dagher ällär hålagher: utan fran Käruſunnudagh ok til thät ſiu nätter äru uti äpte Paſka dagh.* h. e. Si quis in judicium venerit cum fure ſuo, jurabit primo die judiciali vel primo die lunæ, ſive ſit tempore jejunii, ſive ſecus, ſive die profeſto ſive feſto, excepto illo tempore, quod intercedit inter dominicam quintam jejunii & octavam Paſchatos. LOCCENIUS heic *kæruſunnudag* pro die dominico in genere accepit. LUNDIUS nimium heic aberrat, feſtique nomen a *kæra* vel *tiära*, pix, derivat, diemque explicat, quo fluida pice in formam crucis fores illini ſolent. Idem vero Vir celebris alibi (*Thing.* B. c. 14: 2) *kæruſunnudag* eſſe dicit quintum diem dominicum jejunii magni. Et hoc ultimum verum eſſe, docet vetus Interpres Euangeliorum, qui poſt verba *Quis ex vobis arguet me de peccato,* hæc ſubjungit: *Thenne Synnodagerin hethr kærſynnodaghær, och hafwær nampnit fangit af then kæromalomyn ok delo, ther Judanne hyollo i dag medh Jeſu Chriſto, til the fulſylgdho thet i gerningomyn med dödſins pino a langha fredag*: i. e. Hic dies dominicus vocatur *kæruſunnudag*, nomen que habet ab accuſationibus & intentata Chriſto lite hoc die, donec Judæi easdem perficerent die paſſionis CHRISTI. MARESCHALLUS, in *Notis* ad *Verſionem* A. S. p. 136. apud Anglos *care* vel *carrſunday* dici ait eum diem Solis, qui proxime feſtum reſurrectionis CHRISTI antecedit. Quod dum cogito, quodque Germani *charwoche* hebdomada ſacram nominent, diemque CHRISTI emortualem *charfreytag*, neſcio utrum credere debeam, diverſas voces eſſe, & ex alio alioque fonte derivandas, ut ſolent Germani ſua hæc derivare vel a *gara* præparatio, vel a *kara*, luctus, ſollicitudo, &c. vel an dicere conveniat, periodum hanc XV dierum, (vide locum modo cit. LEGIS UPL.) totum proceſſum juris contra Salvatorem noſtrum inſtitutum complectentem, nomen hocce geſſiſſe.

KÆPS vel *kæbs*, homo ſervilis conditionis. WESTG. L. *Gipt.* B. c. 2: 6. *A ækki kiæpſir i barnum*: ſervus nullam partem in liberis habet. Perinde ac in ÖSTG. L. h. t. c. 29. nec non *Ärfd.* B. c. 18. *Nu ma egh thæn annan löſa, ſum ſialwer är löſter, ok tha kuna, ſum han ær kiæpſer til:* non debet alium redimere, qui ipſe redemtus eſt, nec eam mulierem, cujus eſt concubinus. Germani *kebs* habent, ſed pro pellice, & AngloSaxones *cyfece*, unde *cyfeceboren*, ex pellice vel ſerva natus. Ambigi poterit, utra idea voci prima contigerit, fornicationisne an ſervitutis. Si ceterarum Linguarum uſum in conſilium vocaverimus, pro priore ſententiam ferent. GLOSSÆ enim PEZZIANÆ *chepiſot* pellicatum vertunt: *kebſen* & *bekepſen* veteribus etiam Germanis mœchari denotabat, ut afferendis exemplis docet WACHTERUS. Conf. STADENIUS, in *Explicatione Voc. Bibl.* p. 359. In alteram vero partem adduci poteſt auctoritas EDDÆ ISLANDICÆ, quæ inter epitheta ſervorum *kiepſir* affert. In hoc bivio difficile eſt videre, quo diſcedendum ſit. VERELIUS ſibi viſus eſt, radicem inveniſſe in Iſl. *kopſaſt*, aliena ſequi & appetere, WACHTERUS aliique in Latinorum *cubo*, STIERNHIELMIUS in *Ind.* ad LEGG. WESTROG. in Belg. *kevie*, *keviſſe*, cavea, fornix. Id monere debeo, apud immodeſtum vulgus vocem *koſſa* uſurpari inter convicia, in feminas laſcivas conjici ſolita.

KÆRGA, altercari, vitilitigare. Uſurpatur fere de illis, qui eadem obganniunt, & accuſationum nunquam finem faciunt, qui ſemper mala verba loquuntur. Conſonat Angl. *jarre*, litigare, litigioſe contendere. Itali *gergo*, *gergone* nuncupant inconditum quemvis ſermonem. Gall. *jargon*. MORHOFIUS in libello elegante de *Lingua & Poëſi Germ.* p. 64. tradit, apud Saxones, *targen*, *tarren* & *terren* idem notare ac altercari, dictis continue increpare. Non jam examinabo, quænam horum propiore remotioreve cognatione noſtrum contingant: id vero mihi perſuadeo, frequentativum hoc noſtrum eſſe ſimplicis *kära*, accuſare, queri.

KÅRING, anus: alias *kærling*, quaſi diminutivum a *karl*, qud interdum ætatis nomen eſſe, & ſenem notare, ſupra ſuo loco obſervavimus. Iſl. *kierla*, *kierling*, *kielling*. Apud veteres occurrit etiam *kærling* pro uxore vel femina cujuſcunque ætatis. WESTM. L. Kirk. B. c. 10. *Nu byggir karl och kärlingh i thorpe enzumin ſoman, ok kona hans barn födhär*: ſi vir & femina ſoli in tugurio habitent, & uxor partum edat. Conf. Angl. *girl*, puella, quod ab AngloSaxonico *ceorla* vitiatum credit SKINNERUS. Ludunt itaque illi, qui *käring* dictum putant tanquam *kær ingen*, nulli accepta,

aut

aut etiam a *kæra*, accuſare, queri, quaſi querulam diceres, quod poſterius *ἔυρημα* eſt Jo. Pet. Resenii, ad *Jus Aul.* Canuti R. D. p. 566. Sciendum quippe eſt, *kelling* in ſcriptis Iſlandicis etiam Reginis tribui. Asmundi & Eigilli Hiſt. p. 21. *kelling ſpir*, *kelling ſagdi*, i. e. Regina interrogat, dicit. Ceterum hodie in ſequiorem fere partem accipitur, perinde ac apud Latinos, anus, unde aniles fabulæ dicuntur *kæringſladder*, *kæringſkrock*, anilis ſuperſtitio, quum hæc vitia ſenium hujus ſexus conſequi ſoleant.

KÅRL, vas. v. ſupra in *kar.*

KÆRNA, vas, in quo butyrum formatur. v. *kerna.*

KÆRR, palus, locus paluſtris. Iſl. *kiar*, *kiarmyra.* Occurrit etiam in ſcriptis Iſlandicis *tior*, palus, & in plur. *tiarnir.* Ol. Tryggv. S. p. 170. *Trudu a ſkoga oc biorg eda tiarnir*: ſylvas, montes & paludes adorabant. Angl. Boreales paludem vocant *carre*, v. Raji *Collect.* p. 9.

KÅRRA, ciſium, vehiculum birotum. C. B. *carr*, *cart.* Hib. id. A. S. *cræt.* Germ. *karre.* Belg. id. Gall. *char.* It. *carro.* Angl. *cart.* Lat. *carrus* & *carrum:* quam vocem Celticam eſſe exinde concludit Wachterus, quod alibi fere non occurrat apud J. Cæsarem & Livium, quam ubi de Gallorum vehiculis militaribus ſermo eſt: de illis enim præcipue uſurpatur, unde *carrago*, munimentum tumultuarium, ex carris inter ſe junctis conſtructum (*wagnborg*). A *kóra*, currum agere, derivat Wachterus, eique affinia eſſe notat Germ. *karren*, vehere, Angl. *carry*, id. Gall. *charrier*, &c. In Linnua Fennica *kierrin* notat cicumagi, unde *kiern*, rota, quæ vocabula, viam quærendo etymo pandere videntur: unde enim citius, quam a rotis, carri nomen adipiſcerentur? *carry* vero & cetera a *carro* potius orta credo, quam ut inde nata ſint.

KÅRRABYSSA dicebatur ſclopetum bellicum majus, quod carro vehebatur. De exercitu Caroli VIII Regis hæc habet Chron. Rhythm. p. 411.

Wid XX kärrabyſſor hade han mæſt:
Viginti admodum tormenta majora habebat.

Erat apud veteres machinæ bellicæ genus, quod *carrobaliſtam* appellavere; quod non dubito, quin nomine hoc exprimere voluerint majores noſtri. Alibi a me dictum eſt, eadem belli inſtrumenta *Kartowe* mihi videri dicta fuiſſe, a *karre*, vehiculum, & *toga*, Ulph. *tiuhan*, ducere, trahere, ut totum ejusmodi inſtrumentum bellicum notet, quod carro trahatur: etiamſi non ignorem, alias eſſe aliorum de hac voce conjecturas. Immò ex ſimili ratione currus bellicus Latino Barbare dicebatur *carrochium*, a *carrus* & Goth. *åka*, vehere. Speciatim ita dicebatur vexillum bellicum majus, quod currui infixum exercitum comitabatur, junctis vehiculo bobus: minora, ſi quid ego video, & quæ virorum onera erant, dicebantur *barocia*, a *baro*, vir, v. *Dannebroka.*

KARRET, carpentum, vehiculum contectum. Gall. *charrette*, L. B. *carreta.* A. S. *cræt.* C. B. *cart.*

KÅTTARE, qui contra naturam peccat: unde *kätteri* dicitur ipſum peccatum. In Ord. Vet. Eccles. p. 32. inter facinora infanda recenſentur *ketteri*, *tydelagh*, &c. conſuetudo maris cum mare aut beſtia. Uſurpatur eodem ſenſu *ketzer* & *ketzerey* in Lingua Germanica, ut dum in Jure Alem. c. 166: 23. commemoratur Fridericum II. Imperat. a Clericis fuiſſe accuſatum, *er uuær Sodomitte, oder er das vihe geunrain, oder er ſi ain kezer*: quod fuerit Sodomita, cum beſtiis rem habuerit, & contra naturam peccaverit. Arbitror enim, non de errore in dogmatibus ſermonem eſſe, ſed de ſumma hac morum turpitudine. Plura apud Schilterum occurrunt, e. g. *Bubenkezer*, pæderaſtes, *kukezer*, vaccarum initor &c. Rationem nominis quærit Wachterus in Italico *cazzo*, penis: quod vel inde veriſimile fieri poteſt, quod trans Alpes fere horrenda iſtiusmodi crimina didicerint veteres. Ceterum commodiorem vocabuli fontem Lingua Gothica domi ſuæ habet: ſcilicet, ut peccatum hoc nequitiæ omnis ſumma eſt, ita a *kåt*, laſcivus, *kåttja*, *kåti*, laſcivia, nominari congrue potuit; cui adde Belgicum *keſen*, *keyſen*, fornicari, *ketsmerie*, equa laſciva, it. mulier laſciva.

II. Qui in religione falſa dogmata fovet. Incertus ſum, utrum nomen hoc ignominioſum, ob morum turpitudinem, veram fidem deſerentibus veteres dederint, utpote quos ſimul fere inceſtioris vitæ vere falſove arguere conſuevere: uti apud Gallos *bougres*, h. e. Bulgari appellabantur olim communi nomine omnes Hæretici, atque etiam qui infami hac libidine ſe polluebant

Digitized by Google

luebant, v. Menagii *Origg. Gall.* in voce; an vero ſtandum communiore opinione, quæ a *Chatarorum* nomine, quod Novatianis olim proprium fuit, ſed poſtea ad omnes hæreticos tranſiit, noſtrum hoc deducit. Pro priore ſententia haud leve momentum eſt, quod non niſi recentiore tempore uſus hujus vocis increbuerit, nec videatur veriſimile, adeo ſe controverſiæ cum Novatianis immiſcuiſſe Gothos Alemannosque, ut Catharorum nomen tanquam præcipue infame dein ſemper retinuerint: alteram vero nominis rationem, ut e domeſtica penu promtam ipſi intelligebant, nec facile rei, quam exſecrabilem audientibus reddere voluere, deformius nomen adinveniri potuit. Præter has duas totam decada conjecturarum de nominis hujus origine recenſere poſſem, pleraſque improbabiles & nonnullas plane monſtroſas, ut ſunt a *gözen*, idola, a *katze*, felis, a Lat. *hæreticus*, & neſcio quas alias, quibus charta perdi non debet, v. Wachterus, in *Gloſſario.* Epimetri loco addam, mihi in mentem etiam veniſſe, quum in L. Belgica *ketzen* ſectari denotet, omnium ſimpliciſſimum eſſe, ſi dicamus, veteres ſectarium, hoc eſt, qui erroneæ in fidei dogmatibus ſectæ adhæret, *ketzer* appellare voluiſſe. Et in hac opinione fallor an præeuntem habeo Kilianum, in *Etymol. Teutonico.* Hanc vero etymologiam ſi adoptemus, conſtabit, opinor, ratio utriusque, quam vox hæc habet, ſignificationis, impuræ ſalacitatis & fidei erroneæ. Ambæ in devia auferuntur, hæc erronea dogmata, illa obſcena quævis ſectando.

KÆTTE in genere notat cellulam aut locum, quocunque modo a toto ſeparatum. Speciatim ſignificat I. Cunas, ut in Gothl. L. c. 18: 2. *Cuna ſkal barns at gietta at mungati bueriu, leggi i kietta:* Uxor infantis curam aget, in primis ſub compotationibus illum in cunis deponet. Fennones etiam *kehto* & *kàtkyt* cunas appellant. II. Lectum. Apud Ulphilam *hethio* pro cubiculo occurrit, quod neſcio an ad præſentem familiam pertineat: apud Alemannicos vero Scriptores *ketti* non raro hoc ſenſu obvenit. Otfrid. Lib. III. c. XXIV: 163.

Intheket mir thaz ketti
Thes mines friuntes betti.
Aperite mihi cellulam,
Amici mei lectum.

Sermo eſt de Christo **Lazarum** in vitam revocaturo. Vocatur heic autem ſepulcrum *ketti*, eadem metaphora, qua Græce κοιμητήριον dicebatur. Et, ne dubites, in eodem capite v. 196, occurrit *legare*, quod eſt lectus, & *grab*, ſepulcrum, v. 175. Offendimus idem vocabulum de ſepulcro Christi Lib. V. c. IV: 39.

In mihilan unuuan
Thaz ketti fundun undan.
In magna conſternatione
Sepulcrum inveniebant apertum.

Non itaque erat, cur Interpretes heic *ketti* per vinculum explicarent, & hanc ſignificationem a Lat. *catena*, vel Germ. *kette* illuſtrare, conarentur, quum adeo manifeſta illius cunabula alibi habeamus. Scilicet referri omnia hæc debent ad Græcum κοίτη, cubile.

III. Septum in ovilibus pro agnis, inque boum ſtabulis pro loco, ubi vituli ſeorſim paſcuntur. In animum induxi, quum Itali partes illas urbium, ubi ſtabulantur Judæi, & quæ ſepimento quodam a reliquo corpore diſcretæ eſſe ſolent, *ghetto*, appellent, Gothicæ originis hanc vocem eſſe, & ex illis, quæ modo attulimus, explicandam.

KÆTTA, includere, circumdare. Occurrit vox illa in oratione ſeditioſa Magni Nicolai apud Tegelium, in *Hiſt.* Gustavi I. Part. I. p. 277. *I Dalekarler låter Eder icke oftare blifwa kættade i ring af konungen:* Facere nolite, Dalekarli, ut amplius a Rege vos includi patiamini.

KÆXA, altercari. Frequentativum vocis *kifwa*, a quo primum *kæfta* & dein *kæckſa* factum fuerit, ut ſolent *f* & *k* alternare. Stiernhielmius vocabulum hoc a crebo motitatis maxillis formatum putat, hoc eſt, a *keke*, mala, maxilla. Cum hoc *kæfta* erunt, qui conferendum voluerint Lat. *diſcepto.*

KÆXA, hamus, uncus. Gothl. L. c. 49 *þarf viþr croch oc kexi*, ſi opus habeat unco (ad tollendum per naufragium amiſſa bona e fundo maris). Jus Birkense ejus loco habet: *þorf vider oſt bytu*, de qua v. confer infra in *oſt.* Neſcio, an ejus tribus ſint A. S. *boc.* Al. *bac.* Angl. *book* & noſtrum *haka: k* certe & *h* ſororia ſunt, eorumque prius agnoſcitur in Ebr. חח, hamus, uncus.

KÅDA, reſina, liquor lentus ex abiete & pinu manans. Credo neceſſitudi-

nem habere cum Gall. *godron*, quod a *cedria* ortum putatur: erat vero illa reſinæ genus, ex cedro arbore confectæ. Iſlandi habent *kuada*. VEREL.

KÅFNA, ſuffocari. Ant. *kufna*. GOTHL. L. c. 18. *Cufnar barn i þrangi*: ſi infans in anguſtia ſuffocetur. Iſl. *kafna*. id. Proprie olim dicebatur de illis, quibus in aqua ſpiritus intercludebatur; a *kaf*, profundum maris. *Ganga a kaf*, in profundum mergi; *kafa*, ſub aqua natare. Pro vetere *kaf*, hodie *qwaf* dicere ſolemus, & inde *qwafna*, quod vide.

KÅFRA, augeſcere. v. *Förkofra*.

KÅFTA, toga. Gall. *cotte*, unde *cotte de maille* nec non *cottillon* it. *caffetan*, a Suech. *kappa*, *kåpa*. L. B. *capa*, vel a *capitium*, quod proprie capitis tegmen erat, ſed togæ ita adjunctum, ut pro lubitu demitti poſſet. Dicitur ita communiter veſtis ſacerdotalis, nec non Matronarum toga brevior. Quod quum ita ſit, veriſimile ſit, huc fortaſſis pertinere Gr. *καπνάτια*, quod HESYCHIUS vertit *γυναικεῖα ἱμάτια*, veſtitus muliebris. v. mox in *kåpa*.

KÅK, infelix lignum, ad quod alligati ſtant, qui vel verbera patiuntur, vel alias ignominiæ ergo publice oſtentui ſunt. Belg. *kaecke*. Dan. *kaag*. Dicitur fortean ita ab Anglico *cage*, quod aliud eſt pœnæ genus, domuncula nempe lignea, cui includuntur ebrii & facinoroſi, ita ut per tranſennas caveæ a prætereuntibus ſpectari poſſint. Novum eſt apud nos & nomen & ſpectaculi genus, atque adeo non deducendum a Gr. *ποδοκάκη*, cippus, machina, pedes facinoroſorum conſtringens, uti conjicit JUNIUS, in *Etymol. Angl.* KILIANUS derivare videtur a *kack*, cado, quem aliqua ratione refert caralta hæc.

KÅL, olus, braſſica. BIÖRK. R. c. 22 *Hwar ſum ſtjel kal i annæs. mans kalgarþ*, quicunque braſſicam furatur in alterius horto: ubi tamen per *kål* forte non tam braſſicam, quam omne oleris hortenſis genus intelligere debemus. Ita enim vox hæc apud veteres accipitur. Interpres Iſlandus MARC. 4: 32 de grano ſinapi: *vex thad upp og verdr öllum kaalgröſum meira*: ſurgit & fit majus omnibus oleribus. Iſl. *kal*. SNORRO STURLÆS. Tom. I. p. 613. *Mun han eirn ætla, at eta kal alt a Einglande*: ille ſolus ſibi propoſuit, omnia, quæ Anglia fert, olera conſumere, quod proverbiale genus eſt loquendi de immoderata ingluvie, quodque ſimul innuere videtur, braſſicam veteres non domi plantaſſe, ſed ab Anglia petiiſſe. C. B. *caul*. v. PEZRONII *Hiſt. des Celt.* p. 337. A. S. *cawl*, *cawlwurt*. Angl. *cole*, *colevort*. Al. *chol*. Germ. *kohl*. Gall. *choux*. Hiſp. *col*. It. *cavoli*, *coli*. Derivant ab olus alii, alii a *κόλον* quod apud ATHENÆUM exponitur *τροφή*, cibus. Sed verius eſt, terminatione tantum differre hanc noſtram vocem a Latino *caulis* & Gr. *καυλὸς*, quod in oleribus idem eſt, ac caudex in arboribus, ceterum pro braſſica etiam ob notabilem ejus caulem accipitur. PLIN. *Hiſt. Nat.* Lib. XVII. c. 24. *Odit vitis & caulem & omne olus.* Pro caule veteres etiam *colis* uſurpaſſe, ex melioribus HORATII editionibus probat VOSSIUS, in *Etym.* Ille vero *Sat.* Lib. II: 4 canit

Cole ſuburbano, qui ſiccis crevit
in hortis.

BLÅKÅL, eſt genus braſſicæ, quod hieme, & poſtquam frigore maceratum eſt, editur. Credit nonnemo, factum eſſe ab Italico *broccoli*, quod explicatur *jeunes rejettons de choux*, unde noſtri hortulani fecerint *blåkål*: at alias *hwitkål*, *grönkål* a colore formavimus.

KÅPA, poderis, veſtis talaris. Proverbium eſt, *han begår ſig ſom kåpan i danſen*, illi eſt, ut togæ inter ſaltandum, hoc eſt, quam omnes calcant. Angl. *cope* L. B. *capa*: unde *capa choralis*, veſtis miſſatica, quam *chorkåpa* appellamus. v. SPELMANNI *Archæol.* p. 137.

KÅRA, eligere: v. *kora*.

KÅRE, gladius. Apud Scanos finitimosque Danos in uſu eſt. Hung. *kard*. Veteres Scythæ videntur pro prima litera aſpiratione uſi fuiſſe: quod conjicio ex Iſlandico *hior*, collato cum Ulphilano *hairus*, quorum utrumque gladii nomen eſt.

KÅSEN, apud Weſtrogothos notat faſcinatum. Anglis *coozen* eſt decipere: quæ duo probe in una ſede morantur. Ceterum plura dabimus infra ad v. *kjusa*.

KÅT, ſalax, laſcivus. CHRON. RHYTHM. *min.* p. 265.

The woro tå ey når ſå kåte,
Sam tå the Marſkeus får uppåte.
Non æque laſciviebant,
Ac quum Mareſchalli oves devorabant.

Eſt etiam, ubi demto vitio, hilarem, lætum notat, quemadmodum in *Chronico* MARGARETHÆ p. 12. *Han war mycket*

mycket kater man: admodum læti animi erat. Et hac ratione uſurparunt jam Iſlandi ſuum *katur*. WILKINA S. *Aldri ertu kater, nema þa er þu gerer illt*, nunquam lætus es, niſi ubi malum perpetras.

KÄTE, lætitia, illaque effuſa & laſciviæ contermina. CHRON. RHYTHM. p. 500.

Med ſtor ſorg oc inge kæti.
Præ dolore, nulloque gaudio.

Fori kätis ſkyld in LEGE UPL. *Manh.* B. c. 6: 1. denotat animi cauſſà. Conf. HELS. L. h. t. c. 4. ROM. 13: 14. LAUR. PETRI *Poſt. At the icke af kæti bade tagit ſig en ſå lång reſa för handen*: quod tam longum iter animi cauſſa non ſuſceperint.

KÄTTJAS, laſcivire. 2. TIM. 5: 1.

KÅTE, tuguriolum. STIERNH. *Hercules. Utkommen af taklöſa kåtar*, natus in tuguriolo, ſine tecto, hoc eſt, pauperrimo. C. B. *cwtt*. A. S. *cote*, *cyte*. Iſl. *kot*. KÆTTIL HÆGNS S. p. 5. unde *kotbæ*, id. & *kotkarl*, qui parva incolit magalia, *kotunge*, natus in tugurio. Angl. *cottage*. Fenn. *cota*, *coturi*, inquilinus, *cotona*, domi. Lapp. *kaate*, *kuatta*. Sax. *kate*. Vetus CHRON. HOLS. RHYTHM. *Se togen Fruwen und Jungfruwen uth den huſern und kathen*, abducebant matronas & virgines ex ædibus & caſis. L. B. *cotarius*, *cotomannus*, *cotſetus*, *coterellus*, inquilinus. v. SPELMANNI *Archæolog.* in v. Belg. *keete*. Sorab. *keiza*. Inter agnata eſſe poterunt Gr. κοίτη, cubile. Lat. *caſa*, ut ſolent *ſ* & *t* alternare. WACHTERUS primam originem deducit a C. B. *buddio*, abſcondere. Sic in uno congruent *kåte* & *bydda*.

KED, pertæſus, ad nauſeam usque expletus. SCANI dicunt *jag är ked theråt*, ſatietas me tenet ejus rei. Gallorum *guedé* idem ſonat, de quo ita MENAGIUS: *Ce mot ſe dit d'un homme, qui a trop mangé: je ſuis tout guedé.* ANGLI eodem ſenſu *quott* uſurpant. ED. LYE ab Iſl. *quidr*, ſtomachus, ſatietatem commode nomen hoc accipere potuiſſe, autumat. Ego in animum potius induco, vel per mutationem *t* literæ in *k*, a *tædet*, *tædulus*, factum fuiſſe *ked*, vel etiam, quod prætulero, a Gr. κίττα, pica, malacia, qui morbus eſt mulierum gravidarum, vulgares cibos faſtidientium, & abſona quæque appetentium.

KEDJA, vel etiam *ked*, catena, *gullked*, catena aurea, C. B. *cadwyn*, *chaden*. Hib. *caddan*. Al. *kettin*, Germ. *kette*. Derivat WACHTERUS a Celtico *kutten*, claudere. Alii a κάθημα, monile, catenula. Adi VOSSII *Etymol.* Nomen hinc habet *Kedjaſkär*, ad latus Holmiæ boreale, ubi, faucibus MELERI catena obſeratis, reditu prohibere OLAVUM HARALDI conabantur Sueci, ſed irrito conatu, quum ille iſthmum una nocte perfoderet.

KEFSA, rixari, litigare, v. infra in *kif*.

KEISARE, imperator. *Ther intet är, har Keiſaren förlorat ſin rätt*: ad verbum, ubi nil eſt, Cæſar jure ſuo excidit, aut, ut APULEJUS id exprimit, nudus nec a decem palæſtritis ſpoliari poteſt. Latinam vocem ſervant plurimæ dialecti, parum penſi habentes, unde primum Romani eam formaverint.

KEKE, maxilla. C. B. *ceg*, A. S. *chice*, *ceac*, *ceoc*, *cheac ban*. Belg. *kaek*. Germ. *keke*, v. WACHTERUS in v. MER. CASAUBONUS derivandum cenſet a γένυς, mala, FR. JUNIUS, ne Græce neſcire argueretur, a κεάζω, findo, contero, WACHTERUS a χηαίνειν, hiare. Iſlandi pro hoc *kialkur* uſurpant, ut ſupra notavimus ad v. *kælke*. Græci χείχελα frenos appellabant, Sueth. *kekring*.

KELA, blandiri: dicitur de nimia parentum erga liberos indulgentia. Gr. κηλέω, mulceo, blandior.

KERF, inſipidus. Uſurpatur proprie de cibis, qui palato parum grati obveniunt, *kerf ſmak*: metaphorice vero de terra ingrata, ſterili, & quæ vota coloni ſæpe fruſtratur. Non dubito, quin communem originem habeat cum Lat. *acerbus*, capite ſuo truncato. Novimus, veteres *c* in modum *k* pronuntiaſſe. Concinit C. B. *chwerw*, amarus, *garw*, aſper, nec non Fenn *carwan* id. Germ. *k* in *h* mutant, *herb*.

KERFWE, manipulus, merges ſegetis. Al. *garwe*, *gariwon*. Belg. *garwe korngarwe*. Germ. *garbe*. Gall. *gerbe de bled*, *gerbée*. Apud Armoricos *kerbe* notat manipulum lini, ſoli expoſitum, ut maceretur. v. PELLETIERII *Lex Britan.* p. 487. Derivant alii a κάρφη ſtramen, a καρπός, fructus, alii. STADENIUS, qui inter primos erat Germani nominis, qui quidquam in ſtudio etymologico vidit, domeſticæ originis eſſe putat, ortumque a *garwen*, *gerben*, præparare, quia merges eſt faſciculus e frugibus præparatis. WACHTERUS a *gripa* deducit, proprieque manipulum cujuscunque rei hac voce indicari docet, uti

quoque *garba* ſagittarum, in *Statutis* Roberti Siciliæ R. occurrit, pro faſciculo, 24 ſagittis conſtante. Obſervat idem Vir doctus, apud Anglos *gripe*, pro manipulo & mergite hodieque uſurpari, a quo facili mutatione *grabe*, *kerſwe*, fieri potuerit. Miror, eum, dum ceteras conjecturas affert, ſicco pede præteriiſſe Hickesium, cujus philologemata nullis ſecunda ſunt. Is, inquam, in Mantiſſa ad *Gram. Franc.* p. 25, *garbe*, *garwe*, &, ut veteres dicere ſolebant, *gariwon* derivat a *ripan*, *garipan*, metere: unde in Lege Salica *reſſare* ſegetem, eſt vellere ſpicas. Ol. Rudbeckius, Filius, *kerſwe* factum putat a *karſwa*, ſecare, quemadmodum *ſheawe* Anglis merges dicitur a *ſhave*, amputare. Si vero a me quæratur, quid de diverſis hiſce opinionibus ſentiam, dicam, ingenioſas eſſe pleraſque, veram fortaſſis nullam. Mihi enim ſedet, *kerſwe* & *gerwe*, *gerbe*, eadem cognatione attingere Latinorum *acervus*, ac ab *acerbus kerſ* factum fuiſſe, vox ſuperior docuit. Acervus vero de frugibus & ſtramentis in unum collectis uſurpabatur. Liv. Lib. 2. c. 5. *Ita in vadis hæſitantis frumenti acervos ſediſſe illitos limo.* Livius *akervos* pronuntiavit.

KERFWEL, chærephyllum, A. S. *cerfille*, Al. *kervele*. Gall. *cerfeuille*. It. *cerfoglio*.

KERNA, butyrum tundendo elicere. A. S. *cernan*, Belg. *kernen*, Angl. *churn*. Sax. *karnen*. Fenn. *kirnun*. Skinnerus ſuam vocem affinem putat Gallico *cerner*, quod eſt in orbem rotare, a Lat. *circinare*, vel ortam a *cernere*, ſeparare, unde diſcernere, vel tandem ab Al. *keren*, vertere. Tu vero B. L. præoptabis primam, cujus cognata in plurimis linguis ſuperſunt, cujusmodi ſunt, *qwern*, *qwarn*, mola, *qwerl*, bacillus, quo liquores circumaguntur, quæ utique a motu gyrali nomina habent. In L. Theotiſca *wirren* eſt in gyrum movere. Junius a *κερνάω*, miſceo, etymon petit, ſono magis quam ſenſu favente.

KERNA, vas, in quo butyrum circumagitur. Angl. *chern*. Belg. *kern*. Eſton. *kirnu*, auctore Mollero, in *Deſcriptione* Estoniæ Iſl. *kernuaſk*. Kon. S. p. 247. 2. Ita etiam in Scriptis medii ævi a forma oblonga vocatur turris Stockholmenſis. Chron. Rhythm. de Rege Magno Smek. p. 14

Och ſat jag i Stockholms kærna i bæckte
In arce Holmenſi captivus detinebar.
& infra:

Ok lots jag i kernan i thet ſinne.
In arcis captivitatem tunc mittebar.

KERNE, nucleus, acinus. Iſl. *kiarne*. Al. *kern*. A. S. *kyrnel*. Angl. *kernel*. Gall. *cerneau*. Videtur germanum eſſe noſtro *korn*, uti quoque *kerne* non raro de frugibus uſurpatur. *Gifwa boſkapen af kernan*, frumentum altilibus dare. Forſitan communis parens eſt *granum*, quod a *gro*, germinare, ſupra derivavimus.

KERSING, panni lanei genus, quod Angli *kerſy* appellant, Galli *de la careſſe*. Belg. *karſeye*, ſed unde illis hoc nomen venerit, dicere non valeo.

KERTA, lampas, candela, unde *kertiſticka*, candelabrum, & in Jure Aulico Norrw. *Kertuſueinar*, famuli Regii, quorum munus erat candelas tenere, quæ Regi & una cœnantibus prælucerent, quales Græci *λαμπαδοφόρες*, Latini infer. Lampadarios nuncupavere. Erant autem totidem numero, quot convivæ, ut auctor eſt Snorro Sturlonides Tom. I. p. 189. Nomen hoc a *kertu*, virga derivat Stadenius, in *Explic. voc. Bibl.* p. 344. non tam quia ſchidia fuerunt, qualia exigua cum mutatione *pertor* appellare ſolemus, ſed quia inſtar virgarum erecti ſtare debent cerei. Verum enim vero egregie obſervat Wachterus, in *Gloſſario*, *kertu* hocce nil differre a Germanorum *kerze*, quod Dani & Norrwegi imitantur, qui candelam *kers* nominant, teſte Dolmero ad Jus Aul. Norrwag. p 333. Originem ſingula hæc debent Lat. *cereus*.

KES coagulum notat apud Helſingos, hinc *kesmage*, ventriculus vituli, qui ad coagulum adhibetur, *keſmus*, *kesoſt*, lac nuper coagulatum. Vera hæc origo eſt Germanici *kæs*, Angl. *cheeſe*. C. B. *caws* & Lat. *caſeus*. Tradit Plinius, ignotum Scythis fuiſſe caſei uſum, ſicut butyri apud Romanos. Ita vero ille, *Hiſt. Nat.* Lib. XI c. 41. *Mirum, barbaras gentes, quæ lacte vivunt, ignorare aut ſpernere tot ſeculis caſei dotem, denſantes id alioquin in acorem jucundum & pingue butyrum.* Ex hiſce verbis concludit modo laudatus Wachterus, una cum arte caſeos formandi, nomen a Romanis perveniſſe: cui facile aſſentirer, ſi id, unde caſei fierent, Scythis ignotum fuiſſet. Nunc vero videmus naſcendi ordinem, æque in voce ac re ipſa evidentem:

Digitized by Google

evidentem: a *kes* enim fit *caſeus*, ut ci bus hic a lacte coagulato. Nec Germanis ignotum fuiſſe caſei uſum, memoriæ prodit Cæsar, de *B.Gall.* Lib. VI.

KESA, eligere. Chron. Rhythm. *min.* p. 180.

Om morgonen anammade Ingelbrikt *thet fæſte*,
Ok kieſte tå fore then bæſte.
Mane arcem illam cepit Engelbrechtus,
Illique virum optimum præfecit.

Ulph. *kausjan*, probare, guſtare, nec non *keſan*, quod reſiduum eſt in *uskeſan*, reprobare. Luc. 9: 22. *Uskeſans wairthan fram ſiniſtam*, reprobari a ſenioribus. Al. *kjuſan.* v. Junii *Gloſſ.* in *uſkiuſan.* Iſl. *kioſa.* A. S. *ceoſan.* Al. *kieſen*, unde *kius*, elige apud Otfridum. Lib. II. c. VII: 102. *verkieſen*, negligere. v. *not.* ad. *Exped.* Caroli M. Hiſp. p. 4. Belg. *kieſen*, Angl. *chooſe* vel *chuſe.* Gallice *choiſir.* Ultimam hanc vocem derivat Menagius a Lat. colligere. Sed magno opus eſt ingenio ad talia audendum, & majori ad perſuadendum, in tot ambages conſentire potuiſſe Scythicas nationes omnes.

KESJA, jaculi genus, cujus in hiſtoriis crebra mentio eſt. *Hiſt. Rhythm.* Olavi S. p. 66.

Han hafde keſio i ſine hænde.
Jaculum in manibus habebat.

Heims Kr. Tom. I p. 302. *keſia kongs ſlo undir haund*: jaculum Regis partem manus interiorem vulneravit. Eſt ab hac voce, quod Haraldus Kesja, Danorum Rex, nomen habuit, etſi Wormius aliique ejus Sectarii exinde Cæſaris titulum exſculpere voluerint. v. Reenhielm, ad *Hiſt.* Thorst. Wikingsonii, p. 108. Idem hoc armorum genus apud Scriptores Romanos ſæpius tanquam Gallicum telum nominatur barbaroque ſuo nomine *gæſum.* Festus *geſum* ſcribit, explicatque *grave tactum*, ſed pro quo grave jaculum eſſe reponendum, quivis facile videt, & ab eruditis jam dudum animadverſum eſt, v. Lipsii *Poliorc.* Lib. IV: 4. Pollux γαισὸς explicat δόρυ πολυσίδηρον.

KID, hædus. C. B. *gitten.* Angl. *cidd* vel *kidd.* Non dubito, quin *kid* noſtrum & Latinum *hædus* ejuſdem ſint originis, quod ut affirmem, affinitas facit literarum *h* & *k*: qui vero fontem communem in Ebræo גדי quærendum jus ſerit, magno ſe Auctorum conſenſu tuebitur. v. Thomassini *Gloſſ. Univerſ.* p. 222.

KIDLING, *killing* vel *kille.* Iſl. *kidlingur*, hædillus. Obſervat Wachterus, Suevos capellam *kitzle*, *kitzlein*, appellare, eamque vocem Sclavonicæ originis eſſe, quum Sorabis *koza* capra ſit, caper *kozol*, & hædulus *kozlo.*

KIF, rixa, lis. Belg. *kijvinghe*: inde *kifwa*, altercari. Jus Birc. c. 7. *kiwæ och trættæ mællin ſig*, inter ſe altercari. Iſl. *kifa*, id. *kifen*, litigioſus. Belg. *kijwen*, altercari. Apud Anglo Saxones *cid* eſt contentio, *cidan*, rixari, unde Angl. *chide*, objurgare, a quibus, *d* in *f* mutato, noſtra vox facili negotio formari potuit. Quod ſi minus placeat, cognatum credi poterit Latinum *caveo*, verbum Cauſſidicis proprium, ut docet Scaliger ad Festum, & a quo ortum ducit *cavillari*, quod proprie eſt jus petentem morari, aliasque ex aliis lites ſerere, deinde vero quævis jurgia exercere v. Livius. Lib. V: 15. Ut itaque a *cavillari* Leguleji veteres *kyffeln* fecere, quod apud Alemannos eodem ſignificatu occurrere, docent Heumanni *Opuſcula*, p. 447; ita a ſimplici *caveo* vel *cavo* (utroque enim modo uſurpabatur,) *kifwa* factum judicari poterit. Eruditis etjam diſpiciendum relinquo, annon ad eandem tribum referri debeat Latinorum *diſcepto*, quod frequentativum eſſe omnes vident, ſed quodnam verbum ſimplex & radicale ſit, non æque. Quod enim a *capio* vulgo derivetur, ratione carere videtur. Si vero *kifwa*, *caveo*, *cavo* in ſubſidium vocentur, nec ſenſus nec derivandi leges quidquam inde patientur. Coronidis loco monebo, apud Anglos *cope* in uſu eſſe, pro contendere, quod ad hanc familiam erit forte qui referendum voluerit. Fenn. *kywas* notat æmulum, zeloten.

KEFSA, rixari, frequentat. prioris. Vulgus noſtrum moroſum, quique lubenter litis materiam quærit, *ofkæftig* appellant, qui idem Iſl. *ofkioptugr* audit. Vol. S. p. 112. Forte a *kioptur*, rictus, Sueth. *kæft*, maxilla, quaſi mordacem diceres.

KIKA, intentis oculis videre. Scot. *keyke*, *kyke.* Belg. *kyken.* Germ. *gucken*, *kucken.* Sax. *gyken*, Dan. *kige.* Hib. *kighim.* Iſlandi *giägaſt* dicunt. Syrac. 21. *Eirn afglape giægiſt inn um annara glugga*: Stultus per aliorum feneſtras

 neſtras

neſtras ſpeculatur. 2. Reg. 9. Jesebel *giægdeſt ut um vindaugad*, Jesebel per feneſtram caput exſeruit. Hoc vero *giægaſt* derivatum videtur a *gaa*, animum attendere.

KOXA, id.

STIERNKIKARE; Aſtronomus, qui ſidera ſervat.

KIKERT, cicer, cicerula. Gall. *pois chiches*. It. *ceci*. Hiſp. *ciceres*, Al. *chucherra*, *kechere*. Belg. *cicere*. Angl. *chich peas*. v. Vossii *Etymol.* Nos *t* addidimus, caſu vel errore, quoniam piſorum genus eſt, quod Suethice *ert* dicitur. Sunt ejusmodi tranſitus ab una lingua in alteram, qui Etymologos ſæpe confundunt. conf. dicta ad v. *ert*.

KIKNA dicitur, quum quis præ nimio vel riſu vel etiam tuſſi anhelitum perdit. Belg. *kichen, kichelen*, difficulter ſpirare. Fenn. *bihdun*. Apud Iſlandos *kuef* catarrhum notat, a *kuefwa*, ſuffocare, quum animæ ſpiracula quaſi obturet: hinc, effectu pro cauſſa poſito, *cough* Anglice eſt tusſire, Germ. *keuchen*. Hic vero *kikna* notat ſummum tuſſis gradum, quo ſpiritus intercluditur. Stadenius, in *Explic. Voc. Bibl.* p. 340. a ſono formatum putat, ut aliquo modo referat tuſſientium laborem, quod tamen neſcio, an perſuadeat.

KIKHOSTA, tuſſis ſicca & frequentior. Belg. *kikhoeſt* & *kinkhoeſt*. Angl. *chin-cough*, *keck*, *kickle*. Skinnerus.

KIL, cuneus. Germ. *keil*. Belg. *kiel*. Qui in originem vocis inquirunt, derivant vel a Græco κῆλον, quod apud Suidam explicatur ξυλινὸν βέλος, telum ligneum; vel etiam a κῶνος, conus, hoc eſt, figura cunei. Pro hoc facit, quod cuneus Cambrice *cyn* & *cuen* dicatur, a quibus unius literulæ mutatione ad noſtrum *kil* tranſitus eſt, ſolent quippe *l* & *n* non raro inter ſe permutari. e. g. *child* infans Anglice dicitur, Germ. *kind*. Ab hoc noſtro alienum forte non eſt Anglicum *cile*, *kile*, quod Junius vertit meta, conus: & unde Gallos *quille*, Danos *keggle*, nos *kægla*, formaſſe exiſtimat. II. Figura conformis facit, ut metaphorice dein ad varias res transferatur: hinc uſitatiſſimum eſt, ut *kil* dicantur panni, veſtimento hic illic immiſſi, ut forma deſiderata enaſcatur. III. Nomen idem habet fundus in reti, *notkil*, & tandem IV. terræ quævis portio, in anguſtiam deſinens, uti *Rasbokil*, *Biörklingekil*. Apud Iſlandos *kyl* peram notat, auctore Verelio, quæ eadem vox eſt ac Tatiani *kuilla*. Cap. XLIV:6.

KILT, *kiolt* vel *kilting*, ſinus. Lex. Scan. p. m. 38. *Far man gönum bägbnadä ſcogh annars manz, tha ma han ſanckä ſwa margbä nytbär, ſum han bitär thär, oc före bort hat ſin fullan, ällär banzkä ſinä fullä. För han bort i barme ſinum, ällär i kiltu ſinni, &c.* Si quis tranſeat ſilvam conſeptam alterius, tum impune tot legat nuces, quot ibi confregerit, immo etiam tantum auferat, quantum pileus aut chirotheca capit: ſed ſi in gremio aut ſinu condiderit, &c. Occurrit vox eadem in *Catalogo Regum Suiogothicorum*, ad finem Legum Westrogothicarum. *Sun Sværker war boren i Danmark i kiltu*, Filius Regis Swercherus in ſinu portatus erat in Daniam. Obſervavi, in *Notis Criticis* ad hunc Catalogum, in explicatione illius loci deceptos fuiſſe eruditos, dum *kiltu* pro loci nomine habent, Suercherumque in *kiltu* (Roſchildam interpretatur v. Dalin in *Hiſt. Suiog.*) natum eſſe, dicunt. Sed manifeſtior hic error eſt, quam ut operoſe refutari debeat. De Thiostolfero pugnam initaro apud Sturlæsonium, Tom. 2. p. 316. narratur, eum Ingonem, Principem Juventutis, ante ſigna in gremio portaſſe, ita milites ad acrius ineundum certamen incitaturum. Þiostolfur Ala *Son haſþi* Ingo *kong i killtingi ſier, meþan oroſta var.* Nec novum id inventum fuit: legimus enim tempore Stephani, Angliæ R. quum Scoti ingenti exercitu impreſſionem facerent, Boreales populos Earlum Albemarlenſem in cunis apportaviſſe, & ante ſignum militare poſuiſſe. v. Gu. Camdeni *Remains*, *Concerning Britain.* p. 249. Occurrit porro vox eadem *kilting*, apud modo laudatum Auctorem, Tom. I. p. 622. *ſteipti han ſilfrin i kilting ſier*, argentum in ſinum ſuum effudit. Ætatem vocis ad Moeſogothica usque tempora referre valemus, ubi *kilthei* ſinum notat, unde *inkiltho warth*, Luc. I. 36. gravida facta eſt, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Eſt hinc forte, quod infans, uteri onus, *cild*, *child* AngloSaxonice & Anglice dicatur. Coronidis loco obſervabo, in Gothiæ inferioris regione *keltringar* appellari fæcem populi, ut ego arbitror, ex eadem hac voce. Errones enim & vagabundi, ut ſunt Cingari & id genus alii circumforanei, infantulos ſuos in ſinu fere ge-

ſtantes

Digitized by Google

ſtantes diſcurrunt, unde nomen parentibus proliquc fortaſſis manſit. Probabilius hoc puto eorum doctis nugis, qui nominis rationem a *Celtis* petunt, vel hos per contemtum ita appellatos, fingunt.

UPKILTA, tunicam ſuccingere. Gothlandi dicunt, *kiltra ſig*, *kilterband*, faſcia, quæ veſtes in ſinum colligit. Hallandis *kilta barn* eſt infantem faſciis involvere. Ubi Angli dicunt *to be in kelter*, quod notat in procinctu eſſe, non præter rem noſtræ vocis indicium ſibi reperire videtur SKINNERUS. Utuntur eadem metaphora Latini, dum dicunt, operi ſe accingere. h. e. veſtium ſinus contrahere.

KOLT, prætexta, veſtis infantum.

KIM, extremum dolii. Anglice *chimb*. Belg. *kime*. GLOSS. ANGLOSAXONICUM apud SCHILTERUM, in *Gloſſ.* p. 181, *cimbing* vertit commiſſuras, quod voci huic non male convenit. Sax. *kymer*, qui dolia quaſſata reficit. SKINNERUS vocem derivat a Gall. *cime*, vertex, ſed quod nemo facile approbaverit.

KIMMA, campanæ alterum latus piſtillo crebro percutere. Angl. *chime the bells*: quod derivat JUNIUS a *cymbalo*, cujus ſonum quodammodo imitatur campanarum hæc pulſatio, SKINNERUS autem a Gall. *gamme*, numeris muſicis. Suspicari quis poſſet, a voce proxime præcedente hanc factam eſſe, ut indicetur pulſus extremitatis campanæ.

KIMRÖK, fuligo. Compoſitum ex duabus vocibus, utraque peregrina, utraque etiam paululum deformata. Germani *kienruſs* dicunt a *kien*, *kiin*, tæda, & *ruſs*, Belg. *roet*, fuligo, quorum genus & proſapiam B. L. alibi quæret. Sunt, qui primam vocis partem Anglicæ originis eſſe arbitrentur, ortumque a *chimney*, caminus, focus. Apud Oſtrogothos *kim* eſt fuligo, *kima ſig*, fuligine ſe inquinare.

KIND, gena. Gr. γένυς, γένειον. Perſ. & Armen. *gana*. C. B. *gen*. Ulph. *kinnus*. Luc. 6: 29. A. S. *cinne*. Al. *chin*, *chinn*. Iſl. *kinn*. Angl. *chin*. Belg. *koon*. Dan. *kind*. Recenſet WACHTERUS hæc omnia, ſimulque varias Eruditorum de etymo conjecturas, utpote ab A. S. *cinan*, hiſcere, Germ. *gienen*, Iſl. *gina*, id. vel a κινεῖν, movere, quum inter edendum genæ in continuo motu ſint, vel tandem a χαῦνος, laxus. De voce *cinnabar*, cujus mentionem facit ISIDORUS, *Origg.* Lib. XIX. c. 28. nonnihil ad voc. *Gran* diximus. Verba illius hæc ſunt: *nonnullæ etiam gentes, non ſolum in veſtibus, ſed & in corpore aliqua ſibi propria quaſi inſignia vendicant: ut videmus cirros Germanorum, granos & cinnabar Gothorum.* Poſt LOCCENIUM arbitrantur WACHTERUS & SPEGELIUS, voce hac indicari genas non veſtitas: *bar* quippe apud nos nudum ſignificat. Sed obſtat, quod genæ nudæ Gothos ab aliis nationibus non diſtinxerint: nam quum Romani florente Latio genas raderent; Gothos ubique tanquam immodicis horripilantes barbis deſcribi novimus. *Bar* itaque æquivalet Latinorum *barbæ*, & *cinnabar* eſt genarum barba.

KINDBEN, maxilla. Ps. 3: 7. a *ben*, os.

KINDBOGE, id. *Aſnakindboge*, maxilla aſini. Quo pars altera vocis ſit referenda, non ſatis evidens eſt. Alemanni *chinibahhon* habent, Germ. *backen*, quod a *backe*, collis derivat WACHTERUS, quum genæ inter oculos & mentum inſtar monticulorum leviter inſurgant, & ob eandem rationem a HRABANO MAURO *hjuſilon* vocentur. Quum vero apud nos *kindboge* non partem faciei exteriorem & eminulam notet, ſed mandibulam, cui infixi hærent dentes; a forma incurva ita dictam arbitror, atque adeo radicem eſſe *böja*, unde *boge*, arcus, & quidquid fornicis formam habet.

KINDHÆST, colaphus. *Hiſt.* ALEX. M.

Han gaff en kinbæſt them ſamme drång.

Conf. TEG. *Hiſt.* Part I. p. 259. Iſland. id. HEIMS KR. T. 2. p. 266: *lauſt Drottningena kinbæſt*, colaphum Reginæ impegit. *Hâſta* Iſlandice increpare notat, unde hoc forte deſumtum: non enim recurrendum opinor ad Græcum κόσσος, alapa.

KINPUST, id. a *puſta*, ſufflare, a quo Galli *ſoufflet* fecere. *kinpuſta*, alapas impingere.

KIND, nomen plurium locorum, in primis apud Oſtrogothos, e. g. *Hanekind*, *Bankekind*. Putatur denotare dynaſtiam a *kind*, regulus, Ulph. *kindins* & apud Burgundiones *Hendinus*. Conf. DALINS *Hiſt. Suiog.* Tom. I. Incertum vero eſt, an tot olim reguli fuerint, quot ibi *Kindiæ*. Rev. Doctor ERIC BENZELIUS, quum Lincopiæ Oſtrogothorum Præſul eſſet, a fertilitate locis hiſce nomen inditum docuit, a *kin*, ſemen. Al. *chinen*, germinare. Ulph. *keinan*, Germ. *kiemen*, *keimen*. Ceterum non inobſervatum relinquam, *kind* in Lingua Iſlandica pecus, animal notare,

Digitized by Google

notare, uti infra pluribus dicturi ſumus ad v. *qwick*, & quum rei pecuariæ in primis hæ regiones operam dent, credi poſſet, hinc nomen illis natum eſſe.

KINDA, *kynda*, ſuſcitare ignem, accendere. Uſurpatur in primis apud Weſtrogothos, Smolandosque. Gothlandi *qwenda* dicunt. Vox illa cum qualibet alia antiquitate certat. Indicio eſſe poterit uſus L. Iſlandicæ, in qua ſupereſt. I. Macchab. 12. *Hietu þeir kynda marga elda bier och hwar i herbudunum:* accendi fecerunt plurimos ignes hic illic per caſtra. Hrolf Krakes. S. p. 98. *þar var ecke tilſparad hecke og þurr ſkid ad kinda*, non pepercerunt pici & aridis ſchidiis ad ignem accendendum. C. B. *cynne*, id. v. Boxhornii *Lex. L. Ant. Brit.* Angl. *cindle*, *kindle*. Omnium autem certiſſimum teſtimonium præbet Lingua Latina, quæ licet hac radice careat, non uno tamen illius derivato utitur, *accendo*, *ſuccendo*, *incendo*, *cicindela*, quæ quidem a *candeo* derivari ſolent, prout hoc verbum ideam ſplendoris involvit: ſed quivis, me non monente, animadvertit, Gothicum antiquum *kinda* longe certiora primi fontis indicia habere. Quinimmo Græcos χάνδειν eodem hoc ſenſu uſurpaſſe, Martinius inde concludi poſſe cenſet, quod χάνδαρος apud Hesychium explicatur ἄνθραξ, immo primam ideam vocis *candere* docet eſſe πεπυρῶσθαι, accendi. Ab hoc *kinda*, *kynda* Iſlandi candelam *kyndil* appellant, & feſtum Purificationis Mariæ *kyndilmeſſa*, alias *kertameſſa*, Angl. *candlemaſs*. Non abs re eſt, quod judicat Wachterus, alia dialecti libertate ab hoc *cando* vel *cendo* & Goth. *kinda* facta eſſe Ulph. *tandian*, A. S. *tendan*, Su. *tænda*, Germ. *zunden*, *k* nempe in *t* mutato, cujusmodi plura exempla ſub initio hujus Gloſſarii dedimus.

KINKOG, proprie querulum notat, ab Iſl. *kveina*, gemere, *kveinkan*, querimonia. Bibl. Isl. Ps. 106. Conf. κινυρὸς, querulus, קינה, querimonia, lamentatio. Ulph. *quainon*, quiritari. Vox noſtra deinde notat difficilem, cui ægre ſatisfacias. Anglis *chinche* avarus eſt, quod forte ab hoc alienum non fuerit, quum ſua ſorte nemo minus ſit contentus, quam qui pluribus ſemper imminet.

KJORTEL, tunica. Sumitur hodie pro indumento muliebri: olim vero etiam de virorum veſtitu uſurpabatur. Chron. Rhythm. *min.* p. 116.

Hertog Waldemar *fick*
En kiortel, och hom theri.
Dux Waldemarus accepit
Tunicam, quam induit.

Sic in *Statuto* Caroli VIII. ad finem Juris Birc. ubi definitur manupretium cuilibet opifici pendendum, legimus, *Skræddari taki för manna-kiortel och qvinnokiortel med 30 knöpet öre*; Sartor pro toga tam virili quam feminea, cui 30 inſunt globuli, oram habeat. A. S. *cyrtel*. Angl. *kertells*, *certells*. De etymo vocis dubius hæreo. Si Gothicæ originis ſit, naſci potuit a *kort*, curtus, brevis; ſi Sclavonicæ, a *curttu*, quod Fenn. rugoſum denotat. Dum etiam apud Keronem, in *Regula* S. Bendicti, legi *picurte curtilom*, quod eſt accincti cingulis, ſuſpicari ſubiit, *kjortel* proprie notare veſtem ita factam, ut commode accingi poſſit.

KJOSA, eligere. v. *keſa* & infra in *kora*.

KIPPA, rapere, vellere. Occurrit non raro hoc ſenſu apud Iſlandos. Trojom. S. *I andalatinu greip han teninnum i graſit, oc kipti up:* in agone mortis herbas apprehendit, & evulſit. Sic *kippa bryggia*, pontem vellere. Ol. Tryggv. S. Part. I. p. 165. C. B. *cippio*, rapere.

II. Notat diripere, ut fieri ſolet, dum de re aliqua lis eſt. Östg. L. *Egn. S.* c. 19. *kippas um ſkyldir*, de reditibus digladiari. Privil. *Civ. Stockh.* de anno 1592. *Ther något gods effter lagben förbrutit warder, ſkal thet ej af konungens Fougte ryckjas eller kippas:* ſi cujuspiam civis bona fiſco ceſſerint, illa miniſter publicus non violenter abripiet, &c. v. Tegels *Hiſt.* Gust. Part. I. p. 258.

III. Notat etiam raptim induere, *kippa ſkor*, calceos ſolutos induere. v. Olof Tryggv. S. P. 2. p. 208.

KIRSEBÆR, ceraſum. A. S. *cyrſe*. Al. *kirſen*. Germ. *kirſchen*, Belg. *kerſen*. Gall. *ceriſes*, It. *cereſe*. Hiſp. *cirezas*. Angli *s* omittunt, *cherries* dicentes, & Cambri *ceiroes*. Fuit tale quid in majorum noſtrorum ſermone, ſi recte interpretor verba Legis Westm. *Kirk. B.* c. 6. *Bönder agbo tionda af alle ſäd ok af humblagardom ok äj af kierrom:* Omnium frugum decimas dare debent

bent coloni, ſic quoque ex lupulo, ſed non ex ceraſis. Origo omnibus communis eſt ex Græco *κέρασος*, a qua voce Ceraſuntis in Ponto urbem & non verſa vice nomen accepiſſe, CASAUBONUS, in *Notis* ad ATHENÆUM demonſtrat. Cont. MENAGII *Origg. L. Gall.* in v. *ceriſe.*

KIRSEDRANCK, potus ex ceraſis confectus Hodie dicimus *kerſebärsvin*, quaſi foret vinum Ceraſunticum. Fit illius mentio in CHRONICO RHYTHMICO, inque *Edicto* JOHANNIS III de anno 1572 apud v. STIERNMAN, in *Oeconom.* p. 228, ubi nominatur tanquam potus domeſticus, & cujus apud nos copia fuit. Ex hiſce locis patet, manifeſto falſum eſſe, quod ex KLOCKIO, de *Ærario* c. 9. adfert BURGOLDENSIS, *Diſcurſum* ad *Inſtr. Pacis Weſtph.* p. m. 330, in Suecia nulla ipſius tempore fuiſſe ceraſa, præterquam in unius J. L. TORSTENSONII villa. *In Schweden gibt es keine kirſchen, als auf* J. L. TORSTENSONS *Gut.* Cautione opus, ne ab ejusmodi narrationibus nos decipi patiamur.

KISTA, arca, capſula, in qua bona noſtra condimus, unde *kiſtafæ, Skipm. B.* c. 13. bona ciſtis includi ſolita, ut aurum, argentum &c. C. B. *ciſt*, *cyſt.* A. S. *cyſt.* Angl. *cheſt.* Iſl. *kiſtu.* Germ. *kaſten.* Gall. *caiſſe*, *caſſetin.* Latini *ciſta* a Græco *κίςη* acceperunt, & hi incertum unde. Obſervat WACHTERUS, Perſas quoque ciſtam *caſtr* appellare, quod forte illos Etymologorum confundit, qui Grææ originis eam credunt, & *παρὰ τῦ κεῖσθαι*, quod aliquid in ea reponatur, ita appellatam.

II. Accipitur pro carceris genere, in quem conjiciuntur facinoroſi. *Tyfkiſta*, carcer furum, qualis ad tribunalia fere ſingula eſſe ſolet. Latini ſimiliter dixere, in *arcam* conjici. v. CIC. pro MILONE. c. 22. & GRONOVII *Lect.* PLAUT. p. 97. quo facit, quod dicit FESTUS, robur locum in carcere fuiſſe, *quo præcipitabatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſteis includebatur.*

III. Loculus, ſarcophagus. *Likkiſta.* Iſlandi ſuum *kiſtu* eodem modo uſurpant. ALFS S. p. 9. *oc var ſkotid kiſtu hennar yfir bord*: loculus ejus in mare projectus erat. Sic etiam AngloSaxones. LUC. 7: 14. *þa cyſte ætbran* ſarcophagum tetigit. Conf. ſupra in *ark.*

KITT eſt bituminis genus, quo vitriarii utuntur ad feneſtras firmandas. Hiſpanice *alquittran* bitumen notat, quam vocem Arabicæ proſapiæ eſſe, docet MENAGIUS, & originem dediſſe Gallico *godron.*

KITTEL vel *kettel*, cacabus. Ulph. *katils.* A. S. *cetil*, *cetl*, *cytel.* Angl. *cettle*, *kettel*, v. JUNII. *Etymol.* Al. *chezil.* Germ *keſſel.* Belg. *ketel.* Fennon. *katila.* Exercuit vox illa eruditorum ingenia, eamque hi Gothicæ, illi Latinæ, plurimi vero Græcæ originis eſſe, probatum ivere. Ad primam claſſem pertinet WACHTERUS, qui a Gothico *quith*, venter, ob formam ventroſam, vas hoc nomen accepiſſe, putat: ſed opinor, eum ſemper ſolum futurum, qui hanc conjecturam tueatur. Qui Helladi vocem aſſignant, radicem edunt aut *κοτύλη*, vas concavum, aut *κύτλον*, vas, quod oleum continebat, quo lavabantur poſt balneum. Qui tandem in Latio illius cunas quærendas putant, formatam credunt a *caldarium*, quæ opinio eſt HELVIGII, vel a *caſſila*, quod veteres pro caſſide poſuere, auctore FESTO, quum nempe inverſa caſſis lebetem referat. Sed caſſa nuce digna hæc omnia non ſunt. Miror, nemini in mentem veniſſe, *katil*, quæ prima vocis forma eſt, derivare a *catillo*, quod diminutivum eſt catini, ut docent Lexicographi. Probabile eſt, culinæ apparatum aliunde hauſiſſe gentem Scythicam, cujus erat, adverſus famem & ſitim pugnare, ut ait PLUTARCHUS, in *Apophth.* Tom. II. p. m. 174.

KITTLA vel *kitzla*, titillare. A. S. *citelan.* Al. *chizilon*, *quizilon.* Belg. *kittelen.* Germ. *kützeln.* Gall. *chatouiller* & antique *catiller.* v. MENAGII *Origg.* Angli literas tranſponunt, *tickle* dicentes. WACHTERUS, qui horum pleraque recenſet, recte obſervat, originem hæc eandem habere ac Romanum *titillo*, *t* in *k* converſo. SPEGELIUS noſtrum confert cum ejusdem L. vocabulo *catulire*, conſentientem habens JUNIUM, ſed alterum præfero.

KITSLIG, qui aliorum attactu ſubſilit. Germ *kützlich.* Denotat etiam hominem levem, & qui novis rebus delectatur.

KJUSA, faſcinare, unde Pſalm. 58: 6. *kjuſarens röſt*, vox faſcinantis. CHRON. RHYTHM. p. 549.

Gud wet, om the Swenſke äro nu kyſte.

Fortaſſe Sueci noſtri faſcinati ſunt.

Oſtrogothis inde *käſen* eſt faſcinatus.

Proprie voce hac notatur cantu magico & malefico carmine aliquem faſcinare, quemadmodum a canendo *incantationes*, a carmine Gall. *charmer*, a *gala*, canere, *galdur* apud Gothos nomen habent. Conf. infra in v. *trolla*. Adducor inde in hanc opinionem, quod in L. Anglica hodieque *coozen* & *chowſe* idem ſunt, ac decipere, quæ a *koſen*, loqui, deducuntur, auctore JUNIO. Vide, quæ ſupra ad v. *kals* attulimus.

FÖRKIUSA, id. LAUR. PETRI *Poſt.* *Likwäl är wårt hierta ſå förkiuſat, och förwillt:* cor tamen noſtrum adeo eſt effaſcinatum & perturbatum.

KLABB, truncus craſſus ſed brevior, ex qualibus e. c. clavæ formari ſolent. Familiam vocis invenies in *klubba*, *klump*.

KLACK, calcaneum calcei. Factum a *calce* per literarum transpoſitionem. Hinc vox Saxonica *klackloos*, qui calcaneo firmiter non inſiſtit. *Klackloos up den föten.* v. RICHEY *Idiot.* p. 117.

KLADD, ſordes, inquinamenta. Sax. *kladde*, id. *In de kladde kamen*, in ſordes præcipitari. Hinc dicimus, *kladda ſig ned*, ſe veſtesque ſuas inquinare, *kladderi*, ſordes. Belg. *kladden*, inquinare.

II. *Kladd* ſumitur pro adverſariis, in quæ annotationes tumultuarie conjiciuntur. Brunswicenſibus *kleien* notat male & incurioſe ſcribere. v. LEIBNITII Annot. ad *Dict. Chaucicum* p. 46. Belg. *kladden*, id. Utimur eadem metaphora, dum dicimus contrario ſenſu, *ſkrifwa rent.*

KLAFFA, calumniari, obtrectare: unde *klaffare*, calumniator, PROV. 26: 20. Proprie notat ſonum moleſtum & inprimis canum latratum. Germ. *klaffen*, ut vult LEIBNITIUS, in *Celticis* p. 130. a C. B. *llef*, vox, alii a כלב, canis, vel a *læpp*, Germ. *lefze*, labium, ant. *gleffe*. v. SCHILT. *Gloſſ.* 394. Deinde metaphora deducta eſt ad ſermonem hominum vel in genere moleſtum, unde *kläffer* in BIBL. GERM. pro garrulo poſitum invenitur, SYR. 51: 7. vel etiam honori aliorum detrahentem. Pro hocce *klaffa* credo olim *glaffa* in uſu fuiſſe, unde hodieque dicimus *glåfs*, latratus, *hundaglåfs*, id. & *glåffa ur ſig*, verba effutire. C. B. *clappian* eſt garrire. Sclavonice etiam *klaffar* rabulam notat.

KLAFWE, numella, furca, qua boves præſepi ſuo alligantur. WESTG. L. *Rätl. B. warda ſiri ſult ok klaui*, curam agere, ne fame vel numella enecentur boves. LOCCENIUS ſcabiem vertit, ſed non ſatis appoſite, quum in nullius poteſtate ſitum ſit, hunc morbum ſua cura avertere. Apud Scriptores LatinoBarbaros *claves* dicuntur numellæ, quibus junguntur canes venatici. Radicem ſuperſtitem ſervat vetus Celtarum ſermo, in quo *claba* eſt obſerare, claudere, uti notatur in nupera edit. GLOSS. DU FRESNIANI. Romani hinc *conclave* appellavere locum clauſum, obſeratum, ex qua ratione COLUMELLA caveas volucrum *conclavia* appellat; *aves conclavibus ſeptæ*. Iſlandi cubile, cellulam *kleſe* appellant. GUDM. ANDR. *Lex. Iſl.* p. 146. A. S. *clyſa*, cubile, *bedclyſa*, cubiculum. Non itaque gravius errant, qui *conclave* a *clavi* derivant, quam quod radicem id reputent, quod communem ortum habet.

II. Pars poſtica nummorum. Sic dum pueri noſtri caput aut navim ludunt, vel ut Gallice dici ſolet, *croix ou pile*, Belgice *kruys oft munte*, noſtri *krona eller klafwa* nominant. Ratio in promtu eſt, quum vulgo nummi ſcutum præferant, cui inſculpta ſunt arma, uti dici ſolent, Principis aut Reip. quæ monetam cudit. Hæc vero ſcuti forma accurate numellam boum refert.

KLAGA, queri, conqueri, ſive id fit privatim ſive ante judicem. Proprie vero denotare videtur infantum ejulatum, qui apud Ulphilam *klahai* appellantur. Occurrit Luc. 10: 21. *Jah andhulides thaiim klahaim*, & revelaſti illud parvulis. *G* vero & *h* proximæ affinitatis ſunt. Alemanni & eorum ſuboles hodie ſoli cum Scandinaviæ incolis hanc vocem communem habent. Dicunt enim *klagen*, queri, *klage*, querimonia, & antique *chlagen*. v. WACHTERUS in v. In Lingua A. S. *clagles* eum notat, qui ſine querimonia eſt: v. HICKESII *Gram. Anglo-Sax.* p. 150. Nos hinc varia compoſita fecimus, ſed quæ omnes queruli quid habent, *beklaga*, vicem alicujus deplorare; *anklaga* & *förklaga*, accuſare, *klagomål*, querimonia. Pæne oblitus eram dicere, eſſe qui hocce noſtrum derivent a Græco κλάζειν, κλαγεῖν, clamare, vel a κλαίειν, flere. Conf. JUNIUS ad WILLER. p. 14.

II. In

II. In Chron. Rhythm. p. 461. *klaga* idem eſt ac pronuntiare, edicere.

ErkeBiſkopen uppa Burſprak mondethet klaga
Thet han wilde aldrik Danſke mæn indraga:
ArchiEpiſcopus palam edixit,
Se nunquam Danos inducturum.

KLAKE, ſolum frigore aſperum. Iſl. id. v. Gudm. Andreæ, in *Lex.* p. 146. Pro hoc in nonnullis Sueciæ partibus *krake* uſurpatur, quod parum abeſt, quin præferam: ea enim voce indicatur id, quod ſcabrum & aſperum eſt, ut ſuo loco dicetur.

KLAM, obſcenitas in agendo vel loquendo; hinc *klambogg* eſt ictus turpis, utpote quum quis alterum a tergo adoritur. Conſpirat Lat. *calumnia*, quod nil aliud eſt, quam obſcenus de altero ſermo. Gudmundus Andreæ confert Ebr. כלמה, ignominia.

KLAMMER, tumultus, rixa, *klameri*, id. vox ficta ad imitationem Latini *clamor*, unde & Galli veteres *clameur* fecere, & Angli *clamour*.

KLAND, infamia. Chron. Rhythm. p. 104.

Thes hafwe wj länge ſkada ok kland:
Inde diu damnum & infamiam habemus.

Cognationem vox hæc videri poſſet habere cum priori *klam*, ut proprie pro contumelioſis dictis & probris in alterum conjectis accipiatur: ſed de etymo ejus mox plura dabimus.

KLANDER, id. Ordin. Eccles. de anno 1571. p. 32. *kommen i ſtor rykte ok klander för någon ſak:* qui ob aliquam rem peſſime audit. Galli eodem ſenſu *eſclandre* pro infamia uſurpant. Angli *ſclander* & *ſlander*. Iſlandice vero *klander* notat clandeſtinam & periculoſam factionem. Cfr. *ſlentr* in *Lexico Runico.*)

KLANDRA vel *klanda*, ſuggillare, infamare. Ord. Eccl. cit. p. 77. *then perſon, ſom hafver waret klandrat, berychtad eller ok beſlagen medh någor oböſwelig ſtycker*; ille qui actionis indecentis infamia premitur, vel illius convictus eſt. Gall. *eſclandir*. Junius hæc omnia manifeſte deſumta eſſe putat a σκάνδαλον, Lat. *ſcandalum*. Conf. Du Fresne *Gl. Lat.* Patrocinatur huic conjecturæ, ne quid diſſimulem, quod *ſcandalum* apud medii ævi Scriptores occurrit pro jurgio, controverſia. Gregor. Tur. Lib. 3: 15. *Orto inter Reges ſcandalo.* Et in hanc ſententiam ſi transeatur, ſignificatio, quæ tertio loco adfertur, prima eſſe, deberet.

2. Vindicare, ſibi aſſerere. Jus Birc. c. 26: 1. *þa ſkal ſwærjæ til ſins, ſum klandædi,* tum jure jurando rem ſuam eſſe probabit, qui vindicat. Westm. L. *Manb. B.* c. 93. *Nu klandar man ſit, hwat ſtad ther är beltæt:* jam ſi quis ſuum vindicare voluerit, quocunque in loco fuerit. Cfr. Westg. L. B. B. c. 13: 1.

3. In controverſiam vocare, *klandra ett köp*, venditionem ab altero factam infirmare: unde *oklandrad beſittning*, poſſeſſio non turbata. v. Cod. Friedric. *Jord.* B. c. 4. Vetuſtiores Legum Tabulæ eodem ſenſu *klutra* & *oklutrad* uſurpant. Upl. L. *Jord. B.* c. 4: 3. *klutræs nokot i thy köpi*, ſi quid in ea emtione controverſum fiat. ib. *Arfd. B.* c. 11. *at oklutrædu oc oklandædu*, ſine lite & controverſia. Non ſatis ſcio, annon idem ſit vocabulum *klutra* & *klandra*, nec non *klættra*: v. Westm. L. *Jord. B.* c. 18. *klættras thet ok klandas ſidhan:* ſi poſtea in controverſiam venerit. Solent enim veteres Gothi ſæpiſſime ante conſonam in medio *n* inſerere, aut etiam pro lubitu tollere: ut *wettur*, hiems, *winter*, *mottul*, pallium, *mantile* &c. Anglos a nobis ſuum *clutter*, quod turbam, tumultum denotat, accepiſſe, veri haud abſimile eſt, licet a κρότος, plauſus, derivet Junius, *Etym. Angl.* in v. *clatter.* Cambrice *clewtw* eſt jurgari.

KLANG, ſonitus. v. infra *klinga.*

KLANKA, gemere, lamentari, ut ſolent, qui ſortem ſuam ſemper incuſant. Arbitratus ſum, frequentativum eſſe v. *klaga*, ut a *wada*, ant. ire, eſt *wanka*, vagari, a *bliga*, videre, *blinka*, connivere, a *ſtöna*, ſuſpirare, *ſtånka*, crebro ſuſpirare, & innumera alia. Sed dum video, Danos *klyncke* pro hoc noſtro uſurpare, & Saxones *klöhnen*; alio forte oculos convertendos duxi. AngloSaxonice quidem *crangan* eſt gemere, *gecrangian* id. unde Angl. *grank*, queſtus: ſed non auſim affirmare, hæc noſtris affinia eſſe, nedum originem dediſſe.

KLAPPA in genere notat motum manu factum, ſive ad tundendum ſive ad mulcendum, ortum, uti credo, a veteri vocabulo *laf*, quod manum denotavit, unde C. B. *llaw*, id. nobis *loſa*, *loſwa*, pro quo Latini nil mutata ſignificatione, ſed ſolo literarum ordine, *vola* dixerunt. Conf. *labbe*, quod proprie phocarum brancas denotat, & dein quamvis manum informem & grandiuſculam. Ab hoc *llaw* Cambri *lloffi*, palpare, & *dyloffi*, quod ſynonymum eſt, fecere. Inter ceteras Europæ gentes convenit,

nit, ut *k* præmitterent. Al. *clophen.* Belg. *kloppen* Germ. *klopfen.* Sorab. *klepu, klepu.* Iſl. *klappa*: unde *loſaklapp*, palpatio manus. GUDM. ANDREÆ, *Lex. Iſl.* p. 146. Cambrice *clapa*, ferire. Angl. *clapp.* Iisdem *claw* notat demulcere, delinire, ut docent Lexicographi, cujus cauſſam M. CASAUBONUS quærit in Gr. κηλέω, JUNIUS aliique in *claw*, unguis, ungula, demulcendi inſtrumento, ſcilicet, quo apud ÆSOPUM utebatur aſinus vapulans. Ego recenſita ſurculos arbitror unius ejuſdemque ſtipitis. Uſurpatur vero, uti dixi, de non uno manus motu, atque primo reſpondet Latino tundere: ſic dicimus *klappa*, quando fores pulſamus, ut aperiantur. *Klappa byk* eſt lintea tundere, quod faciunt lotrices. Apud HESYCHIUM λυπεῖν eſt τύπτειν, percutere. *Colaphus* & *alapa*, utpote manus miniſterio data, affinitatem ſuam heic agnoſcunt. Pro illis cadens Latinitas *eclaſſa* aſſumſit. THOMASSINUS noſtram vocem ceteraſque deducit a כלף, malleus.

II. Cædere, amputare, ut in GOTHL. L. c. 25. *klapa quiſti*, ramos arborum amputare.

III. Tundendo cavare. BIBL. ISL. MARC. 15: 46. *Og lagde hann i eina gröf, huor ad kloppud var i einn ſtein*, & poneret eum in ſepulcro, quod erat exciſum de petra. *Steinklappare* dicitur cæmentarius, vel qui lapidibus quadratis tundendo formam dat. 2. REG. c. 12. Sueth. *ſtenhuggare.* Maniſeſtiſſima heic eſt cognatio cum Gr. κολάπτειν, quod idem notat.

IV. Mulcendo delinire, ut ſolent parentes filios filiaſque blanda manu palpare, & amaſii amicas. *Mången klappar then hand, man önſkar wore af.* Multi manum palpant, quam amputatam vellent.

V. Plaudere, *klappa ihop händerna.* Germ. *klopfen*: unde *klappjagt*, venatio, quæ inſtituitur vario tumultu & vociferatione, ut in unum compellantur indagine cinctæ feræ.

KLÆPP, tudes, piſtillum campanæ. ÖSTG. L. *Kirk. B.* c. 6: 3 Sorabis *klepa*, *klapor*, malleus. Angl. *bellclapper.* Belg. *klepel.*

KLÆPTA vel *klämta*, admoto piſtillo campanam tundere. ÖSTG. L. *Kirk. B. klämtar han tha ællæ ringir*, ſi tum campanam moverit, aut piſtillo latera campanæ ferierit. Uſurpatur hic ſonitus inprimis hora decima matutina & a meridie quarta; hic, ex quo JOHANNES XXII. P. R. anno 1225 juſſit, ut quotidie tintinnabula hac hora pulſarentur, atque Ave Maria recitaretur; ille poſt medium ſeculi XV. a CALIXTO III pro auxilio Dei impetrando adverſus Turcas injunctus. HOLBERGIUS, in *Hiſtoria Danica*, pulſationem hanc campanarum in Dania incepiſſe docet tempore CHRISTIERNI Primi, ad indicandum, preces fundendas eſſe pro illis inprimis, qui pro vera fide in regione Conſtantinopolitana obiere. Eodem tempore hanc conſuetudinem ad nos tranſiiſſe, veriſimile eſt; quum vero ſuperſtitionem alere exiſtimaretur Clero noſtro, 1593 Upſaliam convocato, ſatius viſum eſt, ut penitus abrogaretur. Videntur tempora noſtra id tanquam medium inter utrumque tenuiſſe, ut ſuperhabitis ſacris meditationibus, campanæ ſonum retinerent.

II. Metaphorice *klämta* dicitur de illis, qui diu multumque alterius fores pulſant, ut admittantur. *Jag får gå och klämta*: illius fores fruſtra diu pulſo.

KLAPPER, lapides minuti & rotundi, quos ad plateas muniendas vulgo adhibere ſolemus. Videtur nomen id latiorem olim habuiſſe ſignificatum, id quod exinde concludo, quod Iſlandice *klaupp* ſcopulum denotat, quicum convenit L. B. *clapa*, id. ut docent loca a DU FRESNIO allata, licet ille vocem hanc in ſuſpectis habeat. Gallice *clapier* eſt acervus lapidum. Quæ omnia dum mecum cogito, in animum facile induco, accidiſſe heic, quod ſæpe alias, ut nempe *k* præmiſerimus Latino *lapis*, niſi forte illi eandem literam demſerint. Utrumque exemplis firmari poteſt.

KLAR, lucidus, illuſtris. C. B. *claer.* Germ. *klar.* Angl. *clear.* Lat. *clarus.* Galli *clair* dicunt, qui etiam videntur *glair* olim uſurpaſſe, quippe qui albumen ovi *glair d'oeuf* appellant. Græce γλαυρὸς & γλαυσὸς ſplendidum notat, a γλαύσω, ſplendeo. In Notis ad WILLERAMUM p. 183 FR. JUNIUS radicem ponit ejuſdem Linguæ γαλερὸς, ſerenus.

KLARNA, luceſcere: dicitur inprimis, ubi poſt nubila Phoebus redit.

KLASE, congeries, cujuſmodi ſunt uvarum botri. *Hiſt.* ALEX. M.

Ther ſtodo wintræ, the waro all full
Af qwiſtom af gull, och alla grena
The baro klaſa aff ædla ſtena:
Ibi erant vites, quæ plenæ erant
Ramis aureis, quæque omnes
Habebant

Digitized by Google

Habebant botros adamantinos. Iſl. id. *Skyaklaſe*, nubium congeries. Ezech. 38. In Lingua Germanica *kloſs* notat rotundum quodvis, unde nos *klot* fecimus, de quo mox plura dabimus.

KLÆCKA, ſufficere, ſatis eſſe. Ita dicunt Uplandi, *thet klæcker intet*, non ſufficit. Chron. Rhythm. *min.* p. 168.

The förtärde thera ſpijsning medan hon räckte,
Tå hon them ey länger klächte, &c.

Annonam ſuam conſumebant, donec erat:
Quum vero amplius non ſufficeret, &c.

Iſl. *kleka*, id. Verelius habet *klekkinga maþr*, vir robuſtus, cujus vires ſufficiunt. Alem. *kleken.* Otfridus, Lib. V. c. VII: 103:

Ni klekent mih zi beiti
Thiz lieban arabeiti:
Nec ſufficiunt mihi juxta votum
Grati hi labores.

Parum mihi ſatisfacit Wachterus, qui ſua hæc derivat ab Alemannico *kenuachan*, ſufficere. Mihi ita perſuaſum eſt, gloriam illam haud paucis vocibus relinqui debere, ut pro radicalibus habeantur. Germanizantes ſuperioris ſeculi Scriptores noſtri ab hoc *klæcka erklæcklig* fecere, h. e. ſufficiens.

KLÆCKA, excludere pullos. Iſl. *klekia.* Job. 39. *Lætur þa beita jordena utklekia þeim*, calidæ terræ eos excludendos permittit. Si voci Latinæ particulam *ex* demas, & dein recorderis, *d* Latinorum in medio vocum ſæpenumero in *k* Gothicum abire, e. g. ludo, *leka*, trudo, *trycka*, rado, *raka*, nudus, *nakod*, facile animadvertes, diverſa non eſſe nomina, *klæcka* & *cludere*: id vero ulteriori examine indiget, qui fiat, ut Latina vox in hac unica phraſi a reliquo uſu abeat. Non enim proprie loquendo excluduntur pulli, ſed alliciuntur potius nativo matris incubantis calore. Scilicet, quæ dixi, huc tendunt, ut innuam, aliquam mihi incidiſſe ſuſpicionem, a Scythici forte ſermonis indole vel communi radice profluxiſſe hoc loquendi genus.

KLÆCKA dicitur de ſubito & levi ſuſurro, ut arbitror, a C. B. *clecc*, ſtridor, *cleccian*, ſtridere. Quum glacies ſubleſta & veluti rumpenda crepat, dicimus, *thet klæcker i iſen.* Frequentiſſime vero uſurpatur, ubi in ſubito timore corda velut micant. *Thet klack i mig, når jag hörde thet:* id audiens, corda præ timore micare ſenſi. Iſl. *klokva* eſt inopina vi percelli, auctore Verelio, unde *afklaukku hiarta*, corde perculſo, *klockna*, id. Romunder Gripsons S. p. 10.

KLÆDE, pannus. A. S. *clath*, unde Angli *clad*, amictum vocant. *He is well clad* bene veſtitus eſt. Ceterum iidem pannum *cloath* appellant. Derivant alii a *κλώθειν*, nere; alii a C. B. *clyd*, calidus, quum veſtimenta a frigore corpus defendant; alii tandem a *lod* vel *blod*, lana, unde factum fuerit *cloath*, pannus laneus, & tandem *clad*, *klæde.* Stadenius, Vir alias non illiteratus, a Gothico *loda*, *bloda*, adhærere, veſtes nomen hoc accepiſſe, minus probabiliter putat. Vide interim *Explicat. Voc. Bibl.* p. 353.

II. Veſtis. Obſervatur vero in L. Suethica, ubi pannum vox noſtra denotat, in ſingulari numero eam poni, in plurali vero, ubi de veſtimentis. In ſcriptis medii ævi ſæpiſſime etiam *et par klåder* occurrit, quod ſine dubio ex illa ratione factum fuit, quod veteres Gothi ad corpus tegendum hinc feminalibus uterentur, quæ partem corporis inferiorem, inde toga, *tröja* uterentur, quæ ſuperiorem. Illa duo junctim ſumta *ett par klædher* par veſtium, appellabantur. Vet. Int. *Euangeliorum* p. m. 284. *Hemtin mik fram thet bäſta par klæder jak haſwer:* apportate par veſtium optimarum, quas habeo. Chron. Rhythm. p. 121.

Then Riddaren Hertugens diſk bar,
Et höſweligt örs ok klæder ett par
Gaf han bort.
Miles Auratus, qui pateram Ducis portabat,
Elegantem equum & par veſtium
Dono dedit.

Conſ. Leges Gothl. c. 17: p. 73. & Literas Caroli VIII annexas Juri Birc. p. 51. Germani *kleid* dicunt. Iſl. *klæde.* Matth. 21. *Enn margt folk breidde ſin klæde a weigen:* & multi veſtimenta ſua ſternebant in via.

III. Strophium, pannus linteus vel ſericus, quo collum tegunt Matronæ, vel quo narium ſordes excipiunt. Dicitur hoc poſterius *armklåde*, quia circa brachium convolutum olim geſtabatur: *förklåde*, præcinctorium.

IV. Specialiſſime ſumitur apud veteres

Digitized by Google

teres pro habitu monachali, *taga klåder*. Skåne L. *om Arf.* c. 39. *Uthan han far udhi cloſther, oc tagher clædher*: niſi monaſterio ſe dediderit, & habitum monachalem aſſumſerit.

GÅNGKLÆDER, toga, veſtes quotidianæ. Iſl. *gangsklædi*. H. Kr. T. I. p. 693. Vocantur ita in oppoſitione ad *herklæde*, veſtis militaris, quæ gravior & ambulanti incommodior erat.

KLÆDA, veſtire. Germ. *kleiden*. Angl. *cloath*.

2. Metaphorice de veſte uſurpatur: *then klådningen klæder wål*: illa veſtis ornat, decet. Altera dein metaphora omne id, quod decet, *klæda* dicitur.

BEKLÆDA, veſtire, metaphorice munus aliquod obire, *beklåda ett åmbete*. Ratio loquendi inde orta, quod veterum ſcamna panno fere veſtita erant, unde Aſſeſſor ipſe dicitur ſubſellium tegere, cui inſidet. v. Haltaus, in v. *bekleiden*.

KLÆK, opprobrium, infamia. Eſt hinc quod convicium, nomen probroſum dicitur *klæknamn*, & *klækord*, opprobrium. Utroque utuntur Iſlandi Heims Kr. T. II. p. 120. *Kaus* Guthormur *helldur a deygia meþ dreingſcap eþa vega ſigur, helldur enn hitt, at þola ſkomm oc ſvivyrþo, oc klækisorþ af ſva mikillo miſſo*: Elegit Guthormus, forti animo mortem oppetere, aut victoriæ læta ſorte potiri, quam probroſo dedecore affici, facta opum omnium jactura. Ibid. p. 384. *Quad mannom klæk i vera*: dicebat, opprobrio eſſe. Conf. Ragnar Lodbroks S. p. 55 & Verelii *Ind.* Proprie maculam quamcunque denotat, unde *kiick* hodieque ſupereſt. Germ. *klecken*, maculare, *beklecken*, id. Rhythmus de *Bello Saracen.*

In themo pluote lab er beklocken.
Sanguine foedatus jacebat.

Iſlandis *klack* etiam damnum, noxam notat, *klacklaus*, incolumis. v. Halfd. S. p. 44. Cum hoc noſtro confer, quæ infra dicentur ad v. *lack*, quæ ejusdem ſignificationis eſt, forte etiam proſapiæ.

KLÆMMA, premere, ſtringere. *Ingen wet, hwar ſkon klåmmer, utan then ſom bår honom*: nemo ſcit, ubi calceus urat, niſi qui eum portat, quod effatum erat Pauli Æmilii apud Plutarchum. Germ. *klemmen*. Non fallitur Wachterus, ubi radicem ponit AngloSaxonicum *clam*, vinculum: dum vero ulterius progreſſus, hujus radicem edit Græcum *κλείω*, claudo, nil invenio, quod calculum meum depoſcat. v. infra v. *krama*. Metaphorice uſurpatum denotat, alteri negotium faceſſere. *Jag ſkal klæmma honom*: ego ipſum male mulcabo. *Sitta i klæmman*, ad incitas redactum eſſe, prehenſum eſſe. Conf. Belg. *klemme*, decipula, tranſenna. Speciatim vero nomen *klæmma* olim in uſu erat pro ſigillo imperii maximo, utpote quod torculari ſuppoſitum ſui formam ceræ imprimebat. *Rikſens klæmma*, ſigillum Regni. Stiernmans *Acta Publica*, Tom. I. p. 22.

KLÆMMEL, *kræmmel*, harpago ferreus, quo lapides aut alia corpora compinguntur. Germ. *klammern*. A. S. *clommas* vincula notat. *Ærenna clommas*, ærea vincula. v. Wachteri *Gloſſ.* p. 848. Iſl. *klaumbr*, ſubſcus aliquid comprimens.

KLÆMTA, pulſare campanam. v. ſupra in *klappa*.

KLÆNGA, ſcandere, dicitur quando magna cum moleſtia ardua ſubimus. *Klænga ſig uppför höga berg*, arduos montes nitendo ſcandere. Videntur ejusdem familiæ eſſe Al. *climmen*. A. S. *climban*, *climan*. Angl. *climb*, *clime*. Belg. *klimmen* & Gr. *κλῖμαξ*, ſcala.

II. Apprehendere, ut ſolent obvia quæque arripere, qui per ardua enituntur. Jus Aul. Norrw. p. 85. *þo at ſumer haſi rangliga vid klengst*: quamvis plurimi id arripuere. Neſcio, an ad eandem tribum pertineat, quod legimus in Chron. Rhythm. *min.* p. 6.

Mångt et gammalt fædernes ſwerd
Wart tå nider af wæggiom
klænckt.

Multi enſes, a patribus relicti.
A pariete depromti fuere.

Crederem vero potius, hoc diverſæ originis eſſe, & forte prognatum ab A. S. *gelængan*, protrahere, porrigere. Germ. *langen*, id.

KLÆPP, malleus campanæ. v. *klappa*.

KLÅ, ſcabere. A. S. *clavan* nec non *clifrian*. Iſl. *klæ*, *klo*. Belg. *klowern*, *klowen*. Dan. *klaa*, *klöne*. Sax. *kleyen*. v. Idiot. Hamb. p. 121. Verbum hoc factum eſſe quivis videt a *klo*, unguis, a qua eadem radice habemus *klia*, *klöſa*, *kloas* &c. quæ ſuis locis inveniuntur. Anglorum *claw* hoc eodem ſenſu uſurpatur, ſed ſimul quoque demulcendi notionem habet.

II. Notat unguibus veluti fixis comprehendere, manum injicere. Superreſt

eſt illa ſignificatio in proverbiali loquendi modo, *thet år ſå ogörligt, ſom att klå månen*, æque impoſſibile eſt, ac lunam unguibus apprehendere.

KLORFF, tormina ventris, A. S. *clawunge*. Nemo non videt, aut *ref* heic abundare, aut inverti verborum ordinem, *kloref* pro *refklo*, a *ref*, venter.

KLÅDA, ſcabies. Belg. *klode*, *klowe*.

KLÅNGON, ita morum rubi appellant Helſingi: ratio eadem eſt, ob quam Galli fructum hunc *gratecul* nuncupant.

KLÅDOLG, vulnus unguibus factum. Occurrit vox illa in LEGIBUS FRISONUM in *Addit.* TIT. III. c. 44. *Si quis alium unguibus crataverit, ut non ſanguis, ſed humor aquoſus decurrat, quod cladolg vocant. Dolg* in vetere A. S. & Alemannica Lingua notat vulnus. v. DU FRESNE *Lex. Med. Ævi*, SPELMANNI *Archæol.* & WACHTERI *Gloſſ.* p. 844.

KLÅCKA, campana, v. *klocka*.

KLÅPARE omnium primo claudum denotaſſe videtur. L. B. *cloppus*, quam vocem CICERONI, *Epiſt.* ad ATTICUM Lib. XII. Ep. 3. haud paucæ editiones tribuunt. Quidquid hujus ſit, in Legibus certe veterum Alemannorum occurrit apud BALUZIUM c. 65. §. 31. *Si quis in geniculo placaverit, ita ut cloppus permaneat.* Galli inde formaſſe videntur ſuum *clopiner*, claudicare. Deinde quum, qui membris capti erant, ſellularias artes fere exercerent; hinc factum eſt, ut quilibet artifex ignobilis, quique artem ſuam non callet, *klåpare* appellatus fuerit. v. PROV. 26: 10. In vetere Germanorum Lingua *kloppen* etiam evirare denotavit: unde fieri forte potuit, ut qui ignavi in Veneris caſtris eſſent, hoc nominis acceperint, idque ad alios ſeſe dein diffuderit. v. STADEN. in *Explic. Voc. Bibl.* p. 355.

KLEFF, clitellæ. v. infra in *klyſwa*.

KLEFSA vel *kliſſa*, blandiri, proprie dicitur de parentum nimia in infantes indulgentia: quod cogitans, & ſimul quam ſæpe literæ, in noſtro alphabetico ordine, vicinæ, *f*, *g* & *h* inter ſe permutentur, conjicere, in animum induxi, hocce noſtrum neceſſitudinem quandam fortaſſis habere cum Ulphilano *klab*, quod infantem denotat. LUC. 10: 21. *Jah andbulides thaniu klabaim*, & revelaſti illud parvulis. WACHTERUS nos docet, in agro Berolinenſi eandem voculam ſupereſſe; utpote cujus parvuli *klagen* appellantur. Ex hiſce, addicente tam literarum natura, quam vocum ſignificatu, *klefſa* fieri potuit, quod eſt infantum inſtar molliuſcule habere. SCHILTERUS, in *Gloſſario* p. 184, teſtis eſt, veteres Germanos hoc ſenſu *clüſelen* dixiſſe, unde *clyſling*, quod eſt amaſia. Conf. apud BENSONIUM *clyſung*, amplexus, *clyppan*, amplecti.

KLEFS, indulgendi actus, nec non bellaria, cupediæ, quales inprimis infantum palato gratæ eſſe ſolent.

KLEMA, idem & forte ejusdem originis, licet alii a Latino *clemens* illud arceſſant, alii a κήλημα, delenimentum. Hinc certe eſt, quod delicatulum *klemer* appellemus: *klemog*, id.

KLEN, parvus. In HYMNO NAT. CHR. *Så liten och klen*, infantulus ille adeo parvus. Al. *clein*, *chilin*, Germ. *klein*. Vidimus nuper Ulphilanam vocem *klabaim*, parvulis. LUC. X: 21, quæ unde orta ſit, quærere, nefas duco. Non enim placet Etymologia JUNIANA a κλάειν, frangere, quam habet in *Notis* ad WILLERAMUM p. 91.

II. Debilis. *Han år klen af ſig*: natura debilis eſt, quum quæ exigua ſunt, citius marceſcant. Eſt hinc, quod *klenögd* appellemus eum, cui debilis eſt viſus: alias *blödögd*. GEN. 29: 17. Conf. A. S. *hline*, macer, exilis. Gr. χλιδανὸς delicatum notat.

III. Subtilis. Al. *clein*, id. *cleini*, ſubtilitas, *cleine uuorte*, ſubtilia verba, *cleine githanko*, ſubtiles cogitationes, uti ſupra vidimus, *föga liſt* apud noſtrates uſurpari pro arte ſubtili. Obſervat WACHTERUS, amare OTFRIDUM hanc hujus vocis ſignificationem, atque etiam, ut ſubtilia fere pretioſa ſunt, voci huic ideam pretii adjungere. Lib. III. c. XX: 127.

Ahtotun is reinor
Joh harto ſilu kleinor.
Æſtimabant illud purius
Et multo pretioſius.

KLENOD, res pretioſa. Varie ſcribitur *klenod*, *kleinod*, *kleinat*. Diploma MAGNI R. ad fin. JUR. BIRC. p. 21. *Briſtor*, *gullſingr æn æller annar ſolik cleynæ*; torques, annulus & id genus alia cimelia. Germ. *kleinod*. Non una eſt cauſſa, cur hujus vocis origo eruditis negotium faceſſiverit. Prima eſt, quod animadverterint, apud Græcos recentiores ejus uſum invaluiſſe, quippe qui æque ac nos rem pretioſam κλενόδιον appellant. Indecorum autem viſum eſt, dicere, aliquid eſſe, quod Gothis debeat Hellas. Alterum eſt, quod terminatio vocis eos turbaverit. Alii quippe *kleinod* dictum credidere quaſi *klein*

klein not, parva neceſſitas, & tanquam res, cujus exiguus ſit uſus; alii quaſi parvam poſſeſſionem, ab *od*, poſſeſſio. Wachterus, in *Gloſſario*, in alia omnia abit, *od* pro mera terminatione habens, *klein* vero ſua natura pretioſum deno tare, docens. Unum vero, quo Viri hujus literatiſſimi obſervationes illuſtrari poſſint, mantiſſæ loco ſuperaddemus, donec quid de hac re ſentiamus, ulterius, ubi ad vocem *od* perventum fuerit, ediſſerendi commodior locus detur. Credit vero Vir eruditus, præter hanc ſignificationem, etiam alteram & fere contrariam nonnunquam occurrere, ut nempe ſignificet ſubſtantiam parvam & parvo comparabilem. Auctorem adfert *Itinerarium Terræ S.* ubi hæc leguntur: *Bringende mit ihnen wein und brot, kockfleiſch, hüner, eyer und frucht auch ander kleynoten:* afferentes ſecum vinum & panem, carnes ad coquendum, gallinas, ova, poma & alia cleinodia. Sed in hoc diſſenſum profitemur: non enim, quæ ad vitæ ſuſtentationem faciunt, inter contemnenda numerari ſolent, deinde parallelismus noſtræ L. Scriptorum monſtrabit, per *kleinoten* in genere ſignificari res edules & vitæ conſervandæ idoneas: *Relatio Hiſtorica*, annexa Legi Gothl. p. 49. nominat *tolf wedra mid andrum clenatum*, duodecim arietes cum aliis rebus, ad penum pertinentibus. Al. *kleinet*, id. v. Haltausii *Gloſſ.* ubi hoc nomine comprehendi docetur caſeos, ova, gallinas quæque id genus tributi nomine pendunt ſubditi. Hodieque ſupereſt, ut liba vel placentulas *klenät* appellemus. v. *Gloſſas* ad 1. Cor. 10: 17. ad quam vocem notat H. Spegel, in *Gloſſario*, originem Anglicam eſſe, a *cleanet*, cruſtula, lagana. Sed non memini, me eam vocem vel in Anglia audire, vel apud Lexicographos, Johnsonium, Serenium alioſve reperire. Apud veteres Gallos vox eſt hodie obſoleta *cliner*, cribrare, unde *clinet*, cribrum, (v. Dict. Etymol.) ſed quæ horſum non pertinere videntur.

FÖRKLENA, notam alicui inurere, v. in voce mox ſequente.

KLENA, linere, illinere, *klena ſmör på bröd*, pani butyrum illinere. Apud Otfridum *biklan* & *giklan* (forma eſt imperfecti temporis a *klenan*) idem notat, nec ab hoc noſtro differt, niſi ſolo præfixo. Ceteræ dialecti paululum divertunt. A. Saxones *n* in *m* convertentes *clæmian* dixere. Belgæ *kleuen*: id teſtatur Bensonius, in *Vocabulario*, hoc Myhlius, in *Archæol* p. 21. Quod vero nos fideliores formæ vocis cuſtodes fuerimus, mihi videor probare poſſe teſtimonio L. Latinæ, quæ *lino* habet, cui ſi *k* præmiſeris, Suethica vox exiſtet. Ad alterum propius accedit *lim*, gluten, Angl. Bor. *clim*, glutinare. Conf. Lat. *limus*.

FÖRKLENA, conviciari, infamiam nomini alicujus affricare. Derivatum credi poterit a *klen*, parvus, ut adeo proprie notet, parvum reddere, alicujus pretio detrahere. Sed cur ſub hoc ſignum illud vocabulum vocare maluerim, ratio eſt, quod ſimilem plane metaphoram in aliis vocibus uſurpatam videam. Sic *ſmæda* ſuo loco non a *ſmå*, parvus, pullulare docebimus, ſed cognatum eſſe Alemannico *ſchmaderen*, luto illinere, polluere, Belg. *ſmodderen*, id. Eſt itaque eadem heic metaphora, quæ apud Plautum legitur. *Hæc famigeratio te honeſtet, me autem collutulet.*

KLERK, ordinis ſacri homo. A. S. *cleric.* Al. *chlirich.* Gall. *clerc.* Angl. *clark* & *clergyman.* It. *chierico.* Lat. *clericus*, a Gr. *κλῆρος*, ſive quod de ſorte Dei eſſent, ut ait Hieronymus, *Epiſt.* 2. ad Nepotianum, ſive quod Dominus ipſe eorum ſors eſſet: unde etiam Sacerdotibus in vetere Eccleſia prohibitum erat, terrenas hereditates adire, ut pluribus docent Antiquitatum Eccleſiaſticarum Auctores. Alii reſpectum habitum fuiſſe credunt ad morem per ſortem ad ſacerdotia eligendi. Quicquid ſit, nomen hoc erat illis proprium, qui ex ordine ſacro erant, Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis. Poſtea vero etiam aliis communicari coepit hic titulus, utpote Oſtiariis, Pſalmiſtis & Lectoribus. v. Savaro, ad Sid. Apollinaris *Epiſt.* p. m. 394 & Binghami *Origg. Eccl.* Lib. I. c. V. Et hinc factum interpretor, ut apud nos omnibus illis, qui quoquo modo Eccleſiæ operam navabant, vel ordini cuidam monaſtico nomen dederant, titulus Clerici daretur. Upl. L. *Manh.* B. c. 16. *Præſter ællær ok annar klærker*, Presbyter aut alius Clericus. Sic Lex Christophoriana L. L. *Dr. m. wil.* c. 31. *Dræper præſter eller annar klerker lekman:* Si Sacerdos aut alius Clericus Laicum occiderit.

II. Uti Clerici ſoli olim erant, qui literas norant, ea propter etiam apud nos *lærdir men* & *boklærdir* appellati: v. initium L. Westrog. & ibi notas Caroli Lundii; ita & contra illi, qui extra ordinem ſacrum erant,

ἰδιῶται

Digitized by Google

ἰδιῶται appellabantur, etiamſi non neſciam, vulgo id explicari, tanquam privatum vivendi genus, oppoſitum curæ eccleſiæ, Sacerdotibus commiſſæ. Quicquid ejus ſit, apud nos Presbyteri fere ſoli literas forma tenus norant, unde factum eſt, ut *klerkdom* poſitum inveniatur pro literis. Kon. Styrelse p. 130. *Oc ty at kununga ok hôfdinga ſkulu umganga med klerkdom i mangom ſakom*: et quoniam Principes ſæpe neceſſum habent, literas tractare propter varia negotia. Interpres Latinus heic *klerkdom* vertit clericos, non adeo male, quatenus illi ſoli hujus arcani myſtagogi erant; ſed indicat contextus verborum, velle auctorem, ut Princeps ipſe literas diſcat. Veteres Galli *clergie* eodem ſenſu uſurparunt, uti dum proverbio ferebant:

Un poignet de bonne vie
Mieux vaut, qu'un muy de clergie.

Temporis progreſſu factum hinc eſt, ut qui viris eminentioris dignitatis ab epiſtolis erant, eorum Clerici appellarentur. Sic in *Teſtamento* Lundenſis Archiepiſcopi Absolonis Saxo, *Hiſtoriæ Danicæ* Auctor, vocatur Clericus ejus, v. *Notas* Otthonis Sperlingii, p. 126. quod forte occaſionem dedit vulgato cognomini ejus Grammaticus. Conf. Stephanii *Prol.* ad illius *Hiſtoriam*, c. 9. Novimus in Gallia & Belgio hodieque clericos illos dici, qui ſuam in ſcribendo operam locant. Conf. Menagii *Origg. L. Gall.* ad v. *clergie*, eruditio.

KLETT, mons, collis. Iſl. *klettur*: 1. Macchab. 10. *þar eingin fiall edur klettur er*, ubi nullus mons nec collis eſt. C. B. *lletbr*. Hodie, ut ſæpe pro conſona geminata *n* apud nos poni ſolet, *klint* dicimus. Ex veteri vocis forma id unum ſupereſt, quod *klettra* uſurpamus, hoc eſt per loca ardua eniti, ſcandere montes. Germ. *klettern*, Belg. *klauern*. Radix eſt Gr. *κλιτὺς*, clivus, v. infra in *klifwa*. Docet quoque Scaliger ad Festum, *clitellas* apud veteres Romanos pro locis declivibus dictas fuiſſe.

KLI, furfur, fæx farinæ. Glossæ Florentinæ furfur vertunt *cruſo* vel *chlia*; Monseenses vero apud Schilterum p. 182. *chiuva*, unde Teutonicum *kleven*, *klije*, id. Videtur exigua cum mutatione, illaque oppido naturali, *kli* factum eſſe a Dorico *κρὶ* pro *κρίμνον*, farina craſſior, unde fortaſſis Galli *gru*, furfur, formarunt.

KLIA, prurire. Ant. *kleia*. Tegels *Hiſt. Gust.* I. Part. 2. p. 363. *Han wiſte på hwad ſtälle på kroppen meſt klejade*: norat quæ corporis pars inprimis pruriret. Saxonice *kleien* hodieque ſcabere notat, quod mihi ſuſpicandi occaſionem dedit, primam hanc eſſe ſignificationem, atque ortu diverſam non eſſe a *klå*, quod nuper habuimus.

KLIBBA, adhæreſcere. Uſurpatur inprimis ubi de glutinoſis ſermo eſt. A. S. *clyſian*, *cleofan*, *cleofian*. Al. *kliban*. Otfridus Lib. II. c. VI. 7.

Bala ther uns klibit:
Malum, quod nobis adhæret.

Belg. *kleven*, *klüven*. Angl. *cleave*. Germ. *kleben*, *kleiben*. Orta hæc omnia recte judicat Wachterus a Gr. *γλία*, gluten, vel, ut veteres Latini dixere, *glus*, unde Gall. *glu* (conf. *γλισχρὸς*, lentus, viſcoſus) ſed emendatione eget, dum Alemannicum *klan*, illinere, ad hanc eandem claſſem refert, de quo v. ſupra in *klena*. Stadenius vero in *Explicatione Voc. Bibl.* p. 352. radicem Gothicam edit *laf*, coagulum.

KLICKA, macula. *Lægga klick på något*, alicui rei maculam affricare. Verelii *Runogr.* p. 7. Al. *klecken*, maculare. Familiam vocis retuleris vel ad *klæk*, opprobrium, vel, quod malim, ad Iſl. *black*, vitium, ut ſolent *bl* & *kl* ſæpe inter ſe permutari. v. infra in v. *lack*.

KLICKA dicitur de bombarda, quum pulvis chalybis ad ſilicem attritu non accenditur. Denotat vero *klicka* proprie leviuſculum crepitum edere, qualis eſſe ſolet horologiorum &c. Idem quoque Anglorum *click* Belgarumque *klicken*, denotat. v. infra in *klocka*.

KLIFS, cupediæ. v. ſupra in *klefsa*.

KLIFWA, ſcandere: unde *klifſtætta*, gradus in ſepimento, qui efficit, ut facilius ſuperetur. Iſl. *klifra*. De vocis origine duplex mihi nata eſt ſuſpicio. Aut enim illa peti poteſt ab A. S. *clef*, mons, unde *clifiht*, clivoſus, cui affinia ſunt Iſl. *kliſ*, tramites in clivo ſaxoſo difficilis. v. Gudm. Andreæ. Jam diu obſervarunt eruditi, aliam in Latio non eſſe vocis *clivus* ſignificationem: ut dum apud Pomp. Melam legimus, Lib. I. c. 13. *montem decem ſtadiorum clivo ſatis arduum*, i. e. adſcenſu ſatis arduum.

Eodem

Eodem modo intelligendus Naso, ubi canit *clivo ſudamus in uno*. Hinc *clivius* apud Festum explicatur arduus, difficilis. Græce clivus κλιτὺς dicitur, Æolice κλιπὺς: utriusque dialecti proprietate uſi fuiſſe videntur veteres Gothi, hinc *klif*, inde *klettr* formantes, unde *klettra* creavimus, *klettra ſig uppför ett berg*, ardua montis reptando adſcendere. Aliqua variatione utuntur ceteræ dialecti. A.S. *climan*, *climban*. Belg. & Germ. *klimmen*. Sax. *klemmen*. Angl. *climb*, quæ vulgo referuntur ad Gr. κλίμα, gradus, κλίμαξ, ſcala. Tu ſi Græca hæc a Gothicis orta dicas, quod ordini naturali convenit, dixeris. Altera, cujus mentionem injecimus, conjectura eſt, quod *klifwa* cognatum eſſe poſſit Belgico *klaueren*, quod Kilianus explicat, ſurſum repare unguibus fixis felium more. Quod ſi adoptes, radix vocis erit *klauwe*, unguis, ungula. Sed meo judicio prior originatio prævalet.

KLIMP, maſſa. Germ. id. Servatis iisdem conſonis per omnes fere vocales vox hæc tranſit. Cambro-Britanni enim maſſam *clamp*, Belgæ *klomp*, nos, quæ majoris molis fuerit, *klump*. Germ. id. Angl. *lump*. Ultimam hanc vocem M. Casaubonus ſevera lege nos a τολύπη, glomus lanæ, ortam credere jubet. Wachterus veriorem radicem a Stiernhielmio ſe didiciſſe credit, qui docet *klubb* eſſe corpus concretum, natum a *klibba*, adhæreſcere. Ego neutri etymo multum tribuo, etſi meliora, quæ afferam, non habeam. Fortaſſe ſi certius conſtaret, unde Latinum *gleba* ortum habeat, lux aliqua hisce omnibus adderetur. Martinius id cum Gr. κόλαβος, cognatæ ſignificationis confert, unde *klabb*, *klamp*, *klimp*, *klump*, facile enaſci potuerunt. Sed de his omnibus amplius pronuntiandum cenſeo.

KLINGA, ſonare; clangere. Ant. *klinka*, ut in Chron. Rhythm. *min.* p. 92.

Swærdin klinkade ok gredan gall:
Enſes clangebant, mucronesque reſonabant.

Gr. λίγγω & κλάγγω, unde Latium ſuam vocem deſumſit, nec non κιγκλίζω. Angl. *clink*, id.

KLINGA, lamina gladii. Germ. *klinge* Belg. *klinge*, *klincke*. Forte a tinniendo ita dicta, quum in certaminibus ſonitum edat. Apud Alemannos *clinga* torrentem notat, quod inprimis notandum arbitror, quum tot in Suecia habeamus locorum nomina, quæ cum hac voce compoſita ſunt, ut *klingeby*, *öſterklinga*, quorum nomenclatura hinc forte illuſtrari poterit. Kilianus, in *Etymologico*, ſuæ regionis loca, cum hac voce compoſita, deducenda putat a *kling*, clivus.

KLINKA, peſſulus. C. B. *clicied*, obex, peſſulus. Arm. *cliket*. L. B. *cliquetus*. In *Gloſſis* Isidori legitur *clingit*, eludit, pro quo tamen Grævius recte monet, cludit eſſe legendum: ut apud Papiam *clingo* eſt excludere, apud Festum cingere. Veteribus Germanos *klinken* eſt obex, *ſchlagbaum*. v. Schilterus in *Gloſſ.* p. 516. & Saxonibus hodieque *klincke*. Du Fresne in *Gloſſ.* hæc omnia originem debere putat Græco κλείω, quorum etiam eſt κιγκλίς, porta cancellis clauſa. Galli *loquet* dicunt, cui credere poſſes *k* præpoſitum eſſe. Conf. eorundem *clanche*, *clenche*, id. & quæ infra dicentur ad v. *lås*. Fuerit fortaſſe, qui omittendum non putaverit, Græcos peſſulum λύκος appellaſſe. Hesychius λύκος, ὁ τῆς θύρας μάνδαλος, cui ſi *k* præmittatur, harmonia evidens eſt.

KLINT, zizaniorum genus, ſegeti ſeſe immiſcens, cyanus. Neſcio, annon eadem vox ſit, ac Germ. *klette*, quod alias lappæ nomen eſt. Lat. *glis*, *gliſſis*. In *Gloſſ.* Ælfrici *clate*. Al. *chledda*. Belg. *kliſſe*. v. Wachteri *Gloſſ.* p. 848.

KLINT, ſcopulus, vertex montis excelſioris. Iſl. *klett*, *klettur*, de quo v. ſupra. Heimskr. Tom. I. p. 444. *Kongur lagþi ſcipom utann þar at er klettur nockur var, oc geck fram in i ſæinni:* Rex claſſem ſuam ad rupem mari imminentem appliduerat. v. ſupra in *klettr*.

KLIPPA, ſcopulus. C. B. *clip*. A. S. *clif*. Angl. *cliff*. Germ. *klippe*. Dixi nuper ad vocem *klifwa*, quod Attici κλιτὺς dixere, id Æolos κλιπὺς extuliſſe: & vero videri ſimile, ab altero *klettr*, *klint*, orta eſſe; ab altero vero *clivus*, *clif*, *cliff*, *klippa*. conf. λέπας, rupes, promontorium. Skinnerus a *klöben*, findere, derivat, & proprie voce noſtra notari putat fiſſuram montis, vel petram fiſſam, perinde ac rupes a rumpendo ortum creditur, a *ſcearan*, allidere, *ſkär*, rupes. Wachterus, cui nil temerarii excidere ſolet, heic loci ludere voluit,

voluit, *klippe* deducens ab Alemannico *kleiben*, vocare, quum percuſſæ rupes reſonare ſoleant.

KLIPPA, tondere. A. S. *clypan*. Iſl. *klypa*. Angl. *clip*. Scot. *clepe*. Metaphorice *klippa* notat alicui alas præcidere, vel male mulcare.

KLIPPING, moneta quadrata, cui forma ſua forfice dabatur. Quum ſub principatu exterorum Regum in Suecia juſto vilior eſſet hæc moneta; hinc produnt Hiſtoriæ, CHRISTIERNUM Primum per contemtum *Klipping* cognominatum fuiſſe.

KLIPPARE, equus minor. Germani Belgæque *klipper*, *klepper* dicunt, a quibus ad nos vocem tranſiiſſe, inde conjicio, quod in nullis veterum ſcriptis, nedum in Legibus, ubi varia equorum genera recenſentur, hocce nomen exſtet. Neſcit WACHTERUS, unde profectum dicere debeat, ab antiquone *blaufan*, currere, an a *klopfen*, pulſare, quippe qui ſonitu putrem humum quatit, an tandem ſagmarium proprie denotet, a *klif*, clitellæ, *klifia*, ſarcinam clitellis imponere. C. F. LIUNGBERG, in libello grammaticali Suethico p. 65, *klippare* dictum putat a *klifwa*, ſcandere. Ego ſemper aſturcones hos ita dictos putavi a juba tonſa, qualem equi jugales & majores portare non ſolent, ſed promiſſam. Latino Barbari *equum curtatum* nuncupavere, cui juba vel cauda amputata erat. LEX WISIGOTH. Lib. VIII. Tit. IV: 3. *Si quis alieni caballi comam turpaverit, aut caudam curtaverit*. Hinc Gallicum *courtaut*, de quo v. DICTIONAIRE ETYMOLOGIQUE.

KLISTER, colla, gluten, ex aqua & farina confectum. Familiam vocis invenies allatam ad v. *klibba*, ubi veterum Lat. *glus*, hoc eſt, gluten occurrit, nec non γλία, Gr. id. unde γλισχρὸς, glutinoſus, Germ. *kleiſſen*, adhæreſcere, *klej*, terra glutinoſa.

KLISTRA, glutine compingere.

KLO, unguis. Iſl. *klò*. A. S. *clawu*. Belg. *klauw*. Angl. *claw* Germ. *klaw*. MER. CASAUBONUS, in *Diſſ. de quatuor Linguis*, hanc vocem adfert, tanquam exemplum harmoniæ L. Anglicæ cum Græca. Credit enim, nil differre hanc noſtram a χηλὴ, forceps, quales cancrorum, ſed quæ vox apud SOPHOCLEM etiam uſurpatur de avium unguibus. Hæc ille p. 373. Sed non dubito, vocem hanc ex alio fonte promanaſſe, atque adeo una cum pluribus aliis referendam eſſe ad radicem *klyfwa*, findere, in oppoſitione ad ungulas non fiſſas. Adſtipulatur WACHTERUS.

KLOA, vox artificum, notans, lignum aliquod alteri indere. In cognatis eſſe arbitror Belg. *klauwern* & Gall. *enclaver*.

KLOAS, unguibus decertare. H. SPEGEL ex *Hiſtoria* S. OLAVI adfert, *Ornar kloas auwärdis*; aquilæ adverſis pugnant unguibus.

KLÓSA, unguibus lacerare.

KLOCKA, campana. C. B. *clocb*. A. S. *clugga*. Iſl. *klocka*. Gall. *cloche* L. B. *clocca*, *cloca*. Germ. *klocke*, *glocke*. Angl. *clock*. Ruſſ. *kaloco*. Recte monet doctiſſimus WACHTERUS, a vetere *klocken* vel *klobbon*, pulſare, nominatam fuiſſe æream hanc machinam, quam falſo & pæne dixerim inepte a γλωχὶς, cuſpis, mucro, derivat FR. JUNIUS in *Etym*.

II. Horologium, ob nolam, quæ percuſſa horas indicat. Habemus id cum aliis Linguis cognatis commune, phraſinque, *hwad är klockan*, quota eſt hora?

III. Ponitur pro nolis in veſtitu, quales olim portabant, qui eminentioris erant dignitatis, ut in *Hymno* PETRI DRESDENSIS:

Ther the klockor klinga,
Ubi campanulæ ſonant.

Sic in præfat. CHRON. RHYTHMICI *minoris* legimus:

Hwilken ſom framkom med ſkällo
ok klocka:
Quicunque inceſſit ornatus nolis
in veſtimentis.

Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, quicunque ſplendide veſtitus erat. Sic infra:

Een kom ej ſå arm af Tyſkeland,
Hade han et ſwärd i ſin hand,
Kunne han dantza, ſpringa och
hoppa,
Han ſkulle ju haffua ſkällo och
förgylta klocka:
Nemo adeo inops a Germania
venit,
Si modo enſem in manu habuit,
Sciteque ſaltare & tripudiare novit,
Quin ſtatim nolas acciperet &
deaurata tintinnabula.

Effigiem cum aliorum, tum S. ERICI REGIS tali ornatu inſtructam videre licet in *Monumentis Ulleråkerenſibus* PERINGSKIÖLDII p. 55. Uſus illarum erat,

rat, ut admonerentur adſtantes, de via decedendum eſſe præcipuæ dignitatis viro. v. Du Fresne in *campana* & *tintinnabulum*, quæque infra dicentur ad v. *ſkælla*.

KLOCKARE, æditimus. Ant. *kluckari*. Upl. L. *Manb.* c. 52. *Tiuwar bitta giårna, ſwa ſum kluckarin bitti kalkin*: inveniunt fere fures, ut æditimus calicem. A campanis nomen habet, quippe cujus præcipuæ muneris partes erant, motis campanis ad ſacra convocare paroecianos.

KLOCKNA ODENSDAG. Westg. L. *Kirk. B.* c. 17: 1. dies Mercurii Paſchatos feſtum proxime præcedens, ita dictus, quia tum campanæ piſtillus ligabatur, ut ad diem reſurrectionis Chriſti ſilentium eſſet, quemadmodum ſancit Lex. Ostrog. *Kriſt.* B. c. 22: 1. *Tha uppbindas klukkur*, quod alias dicitur *klockno ſtræng upbinda*, in Jure Eccl. Smolandico, p. 83.

KLOCKÆRUM, locus ubi ſuſpenſæ ſunt campanæ. Westg. L. *Kr.* B. c. 8 Dicitur alias *klockſtapel*. Angl. *ſteeple*. Gall. *clocher*.

KLOFWA, ruptura, laqueus. v. *klyſwa*.

KLOK, prudens, ſapiens. A. S. *gleaw*, ſagax, ſapiens, unde *glawlice*, prudenter, quod in Codice Argenteo ſcribitur *glaggwuba*, Luc. 1: 3. *glaggwuba afarlaiſtjandin*, h. e. παρηκολουθηκότι ἀκριβῶς. In Glossis Lipsianis *glauuno* prudentem notat. Conf. Otfridus, Lib. V. c. XXIII: 8.

Thaz uuil ih gizellen
Glauuen mannon allen:
Illud narrabo
Viris prudentibus omnibus.

Iſl. *klokr* & *glôggr*: alius quippe proſapiæ eſt *klokr*, mollis, infirmus, nempe ortum a *klokna*, percelli. Illud vero *glóggr*, quod attuli, radicem habet *gloa*, videre, quocum conferri debet Gr. λάω, video. Al. *lugen*. Angl. *look*. Goth. *glugga*. v. Stiernhielm in *Gloſſario Ulph.* & Verelius in *Indice*, ubi invenies *gloggſyn*, perſpicax, *gloggſkygr*, accurate diſcernens. Sunt, qui putent, *klok* ortum eſſe a Lat. *callidus*, *d* in *t* converſo, demtaque terminatione.

II. Notat magum, qui illicitas artes exercet: *en klok gumma*, ſaga, ut ſolent ſcientiæ nomina ab imperitis vel aſtutiæ vel magiæ idea denigrari. Apud Iſlandos *klokſkapr* non raro pro fallacia & aſtutia occurrit. v. Syr. 12: 1. *Et klok kielling*, venefica. Romunder Gripsons S. p. 14. conf. ſupra in *hæxa*.

KLOSSA, bufo, rana. Credo a notione rotunditatis. Hæc enim ſignificatio eſt vocis *kloſs* apud Germanos. Opifices quoque apud nos lignum rotundum *kloſs* appellant, cui affine eſt *klot*, ſphæra, ut mox ſumus viſuri.

KLOT, orbis, ſphæra: *jordklot* eſt orbis terrarum, vel, ut veteres loqui amarunt, terræ pila. v. Turnebi *Adverſaria* p. m. 653. Belg. *kloot*, *aerdklot*, orbis terrarum. Germ. *kloſs*. Quum voces hæ antiquiſſimæ eſſe non videantur, in animum induxi, a Lat. *globus* per ſyncopen *b* literæ hocce noſtrum factum eſſe: video idem Wachtero incidiſſe, qui nec improbabile putat, ſi quis a Gr. κλώθω, circumvolvo, noſtram vocem deduxerit. Angli *clodd* glebam terræ nuncupant. Belg. *klotte*, *kluyſe*. In *Legibus* Eduardi Anglorum R. *cloth* vel *cloſſe* vocatur ludus, quo globo ligneo erecti coni decutiuntur, uti nos etiam de eodem ludo verba facientes dicimus *kaſta klot*. v. Skinnerus, in *Etym.*

KLÔF, ungula. v. *klyſwa*.

KLÔSA, unguibus lacerare. v. *klo*.

KLUBBA, clava. C. B. *clwppa*. Al. *kolb*. Sorab. *klapa*. Belg. *kluppil*, *kolfe*, *kolpe*. Angl. *club*. Iſl. *klumba*. v. Alfs S. p. 15. & Ol. Tryggv. S. P. I. p. 180. *Hvad ſkal klumban ſu hin mikla*: quo clava illa ingens? Uſitatius vero eſt per literarum tranſpoſitionem enatum *kylſa*, v. Verelii *Index*. Junius Gothicum *klubba* contractum ſuſpicatur a κάλοβος, fuſtis, baculus. Daviesius vero, eodem referente, derivat a voce antiquioribus Rabbinis uſitata קולפא, baculus capitatus: alii a κολάπτω, percutio. Mihi incidit, ſuſpicari, bellicum hoc inſtrumentum a nodo, quo inſtructa eſt pars ejus ultima, nomen accepiſſe. Iſtiusmodi vero nodum nos *klump*, *klubb*. *kluns* nuncupare ſolemus. Belgæ *klont*, *klonte*. Unde Philologi Latini ſuum *clava* derivent, apud Vossium aliosque videre licet. Cum dictis confer, quæ infra differentur ad v. *Kolf*.

KLUMP, maſſa. C. B. *clamp*. Iſl. *klimpa*. Germ. *klumpe*. Belg. *klomp*. Angl. *lump*. Stadenius, in *Explicatione Vocum Bibl.* p. 274. derivat ab Ebr. גלם convolvit, unde גלום, maſſa incondita. Nos ita vocamus arborum partes grandiusculas, quas equorum pedibus adjungere

Digitized by Google

adjungere ſolemus, ut impediantur, ne ſepes tranſiliant.

KLUNS, id. Uſurpatur de maſſa quavis conglomerata. Germ. *klunt*. Belg. *klont*, *klontje*. Angl. *clodd*. Nos inde, quod vel obeſum vel alias præ mole ſua informe eſt, *klunſig* appellare ſolemus: Angli *clumſy hand* dicunt manum prægrandem: v. Rayi *Collection of words not commonly* &c. p. 11. Latina vox *glomus* easdem literas radicales habet, uti *globus* nec non *gleba*; ad vocem præcedentem *klump* propius accedunt.

KLUT, panni fruſtum. *Hiſt.* Alex. M.

> *Swa nakan at han hafde ey en klut:*
>
> Tam nudum, ut ne fruſtum quidem panni haberet.

C. B. *clwtt*, id. AngloSaxones *clut*, *cleot*, commiſſuram vocant, unde Anglicum *clout* eſt reſarcire, interpolare A. S. *geclutad bræl*, veſtis interpola. Ex his conjicere licet, *klut* prima & antiquiſſima ſignificatione denotaſſe panni fruſta, ad ſarciendas veſtes immiſſa. Iſl. *klut* notat etiam faſciam, unde loquendi illud genus, *þar er hona klutlagd*, ibi primum faſciis involuta eſt, h. e. nata. Diverſæ originis videtur Anglicum *cloath*, *clad*, de quibus ſupra in voce *klæde*.

KLUTARE, homo nihili. Proprie notat veteramentarium, qui detritas veſtes ſarcit & venum circumfert, ab Angl. *clout*. Saxones *kluterer* eodem fere ſenſu uſurpant. v. Idioticon Hamburgense p. 126. Apud Anglos *clouterly fellow*. Belg. *kloete* eſt homo ineptus, bardus.

KLUTTRA, rixari, controverſiam alteri excitare. v. ſupra in v. *klandra*.

KLYFWA, findere. A. S. *cleafan*, *cleofan*. Angl. *cleave*. Al. *clauban*. v. Scherzius ad Otfridum p. m. 70. Belg. *kloven*, *klieven*. Germ. *klöben*. v. Wachterus in *Gloſſ.* Iſlandi *kylfa* dicunt, forte quia clava adhiberi ſolet ad findenda grandiora ligna, quæque niſi adacto cuneo ſcindi nequeunt: iidem etiam *klifa*, *klyfa*, *kliufa*, hoc ſenſu adhibere ſolent. v. Hickes. *Gram.* A. S. p. 214. Gr. *κλάω* frangere notat.

II. Notat rimari, ut dum dicimus, *han hafwer ej klufwet thet utur ſitt hufwud*, illud ſuo marte non invenit. Saxones etiam *kluven* hoc ſenſu uſurpant, *utkluven*, teſte Richeyo in *Idiotico Hamburgenſi* p. 127. Notari hæc ſignificatio vel ideo debet, quod ingenia acria & perſpicacia inde *klyftig* appellemus. *Ett klyftigt hufwud*, caput ſagax. Sax. *klüftig*. Belgice vero *kluchtig* facetum notat, *klucht*, facetias, *kluchtſpeel*, comoediam.

KLOFWA, in genere notat fiſſuram omnem, ſpeciatim vero tendiculam aucupum. Hymnus Eccl. N. 251.

> *Mig tycktes mitt hierta thet war beſpånt i klofwa:*
>
> Mihi videbatur cor meum laqueo incluſum eſſe.

Al. *chlobo*, unde *fogelars chlobo*, tendicula aucupum, apud Notkerum Ps 123: 7. Germ. *kloben*. Sax. *klawen*. *Handklofwar* appellantur manicæ, quibus facinoroſorum manus alligantur, quocum conferri debet Angl. *gloves*, chirothecæ, quodque ab eadem radice derivat Hickesius l. c.

KLYFT, fiſſura. Uſurpatur ſæpe de fiſſuris montium. Germ. *kluft*.

KLÖF, ungula, quia bifida: et parte pro toto ſumta ipſum animal, quo ſenſu occurrit ſæpe in Tabulis Legum antiquarum. *Gå klöf om klöf*, Westg. L. B. B. c. 53. dicitur, quum promiſcue paſcuntur omnium villicorum armenta. Angli veteres eodem ſenſu dixere *horn with horn*, teſte Spelmanno, *Archæol.* p. 301. Hinc *klöfträd* eſt, ubi acta per arvum alterius pecora ſegetem conculcant, l. c. cap. 4. *klöfwawäg*, actus armentorum. L. L. B. B. c. 8.

KLÖFWER, trifolium, ita dictum ob foliorum notabilem fiſſuram. A. S. *clæfer*. Angl. *claver*, *clover*. Belg. *klawer*. Germ. *klee*. Accepit recentiori ævo idem nomen chartarum figura, quæ trifolii formam præfert.

KLOFNA, findi. Chr. Rhythm. p. 514.

> *Axelen han klufnade wider:*
>
> Axis ſub pondere findebatur.

KLEF vel *klif*, clitellæ, quia bifidæ ab utroque equi latere dependent. Hinc *kleffadel* vel *klöffadel*, ephippium, cui ſarcina imponitur. Veteres Latinos *clitas* dixiſſe, unde diminutivum *clitellæ* formatum ſupereſt, docet Voſſius, & res ipſa teſtatur. Ego vero hanc vocem Gothicæ originis eſſe, facile in animum induxero, ut ſolent *t* & *f* ſæpe alternare, dum enim a clunibus, a colendo, vel a clinare derivant Philologi, talia ſunt hæc omnia, ut eorum ratio haberi non debeat.

KNACKA, pulſare, ferire: *knacka på dören*, fores pulſare. C. B. *cnoccio*. A. S. *cnucian*, *cnucigean*. Angl. *cnock*. Germ. *knocken*, pro quo antiquos Alemannos *klocken* dixiſſe, obſervat Wachterus *Gloſſ.* p. 850. Latino Barbari inde tympanum bellicum *nacaria* appellarunt, Galli *nacaire*.

KNAGGLIG, confragoſus, aſper: dicitur

citur de via inæquali aut ſua natura aut hieme glebas indurante. Angli eodem ſenſu *craggie* dicunt, & forte ad originem vocabuli convenientius. *Craggie* enim derivatum eſt a *cragg*, petra, rupes. C. B. *craig*: unde conjici poteſt, de via uſurpatum fuiſſe vocabulum, quam lapides & clivi difficilem reddiderunt. Ceterum apud Anglos *cnagg* nodi arboris vel tuberis nomen eſt, unde ad quamvis inæqualitatem traduci potuit. C. B. *cygnog*, nodoſus, inæqualis, v. infra in *knæ*.

KNAKA, reſonare. Dicitur etiam *kraka*: illud uſitatius, licet hoc, ſi harmoniam ſpectes linguarum cognatarum, magis analogum. Angli enim *crac*, *creake* habent. Belg. *kraecken*, *kreken*. Gall. *craquer*. Eſt ab hac voce, quod amygdala, dum adhuc putamine ſuo tecta venduntur, *krakmandel* dicere ſolemus, quum fracta ſub dentibus reſonent. *Kraka* hoc affine videtur Græco *καγχάζω*, reſono, vel *κρέκω*, ſtrideo, ſonum inſuavem vel ſtreperum edo. Germani vero *n* literam tuentur, *knacken* dicentes, quod a *knacka*, pulſare, derivat WACHTERUS, per metonymiam cauſſæ. Confer Gr. *καναχεῖν*, reſonare. Videtur, onomatologos ſonum, atque adeo naturam ipſam imitari, voluiſſe.

KNAKHALSAR dicuntur homines feroces, quique difficulter in ordinem rediguntur. Utitur illa voce PAULINUS, in *Concione Cygnæa*, p. 21. & in quotidiano ſermone non raro auditur. Quod in originem vocis inquirenti primum incidere poterit, eſt quidem, ab antiquo *hals*, quod virum ſtrenuum notat, partem illius poſteriorem deducendam eſſe; ſed arbitror tamen, aliunde profectam eſſe, & proprie notare cervicoſum vel *σκληροτράχηλον*, alias *hårdnackig* dictum, ab *hals*, collum. Prior vero vocis pars orta mihi videtur a *knak*, quod apud Sicambros os notat. Germ. *knoch*, unde vi compoſitionis notat eum, cujus oſſea eſt cervix, hoc eſt, rigidiſſima.

KNALL, ſonitus. Germ. id. Angl. *knell*, ſonitus campanarum. C. B. *cnul*. A. S. *cnyl*, id. Derivat, WACHTERUS ab A. S. *cnyllan*, ferire, verberare.

KNAPE, ſervus. Iſl. *knapa*. Uſurpatur de miniſteriis inferioris ordinis. Sic qui nuper *Skoſwein* apud STURLÆSONIUM, in vita OLAVI S. appellabatur, mox *knapa* audit. *Bardi han knapann*, percuſſit ſervum ſuum. JUS AUL. NORRW. p. m. 4. *þeonudu opt velborner menn þeim, er varla mattu vera knapar þeirra*: Viri nobiles ſæpe illis ſervierunt, qui vix digni erant, ut eorum pediſſequi eſſent. In Lingua Anglo-Saxonica, cui nos hanc vocem fortasſis debemus, *cnapa* ponitur pro infante, puero, atque etiam pro ſervo, quemadmodum *παῖς* apud Græcos & puer apud Latinos abſque ætatis reſpectu ſervorum appellationes ſunt, ſive quia honeſtiore vocabulo ſortis miſeriam levare voluere, ſive quod filii per naturam ad id deſtinati ſunt, ut parentibus inſerviant. Vide Commentarios ad illud HORATII:

Perſicos odi, puer, apparatus.

Germani hinc habent, quod puerum *knab* appellent.

II. Ita dicebantur olim, qui Equitum Auratorum armigeri erant, quos Latino Barbari *knapones* appellavere, Germ. *knapen*, Angli *knaves*, licet hodie is titulus apud Britannos nimium de pretio amiſerit, & nebulonem denotet. A ſerviendo in pluribus Linguis nobiles hi miniſtri nomen habent: Longobardi eos *ſcilpor*, AngloSaxones *ſcild-knyht*, Galli *ecuyer*, majores noſtri *wæpnare*, a *wapn*, hoc eſt ſcutarios, appellavere. Erant autem hi armigeri duplicis generis. Alii dominorum ſuorum arma portabant, illorumque latera in prælio cinxere, pro certis ſtipendiis militantes; alii erant illuſtrioris loci homines, qui hunc dignitatis gradum tuebantur, usque dum Equites creari poſſent, qui actus ſollennioribus occaſionibus reſervatus erat. De his intelligenda ſunt illa veterum diplomatum loca, ubi *Wæpnare Riddarelikar* nominantur, vel *Riddare notar*. v. infra in *Notar*.

III. Nobiles inferioris ordinis. Scilicet, quum armigeri dominis ſuis, hoc eſt, Equitibus multo cenſerentur inferiores; hinc ut nomine ab illis diſtinguerentur, qui ſecundæ claſſis erant, dicebantur fere *knapar*, alias *menige adelen*, *the ringare af adel*, *menige frælſismæn*.

IV. Denotat ordinem Nobilium in genere: B. B. L. L. c. 21. *Alla ſkulu næth och ſkallabud uppehalda, ſwa knapa ſom bönder*: omnes plagas & conventus venatorios obſervabunt, tam ordo nobilium quam colonorum. Conf. LOCCENII *Lex. Juris*, qui obſervat, eos,

Digitized by Google

eos, qui heic *knapar* audiunt, §. 1. hujus capitis *frælſisman* vocari. In transcur ſu dicam, eſſe nonnullos, qui RAGVALDUM, ultimum STENCHILLIANÆ proſapiæ Regem, qui vulgo *Knappböſde* vocari ſolet, rectius *Knapbößding* appellari credant, quaſi nobilium caput, & qui præ ordine equeſtri populum reliquum Gothorum contemtui habuerit: ſed ſciendum eſt, vocem *knape* tempore RAGVALDI aut civitate donatam non eſſe, aut nil niſi ſervum gregarium denotaſſe. Nondum enim innotuerant ordines equeſtres, quum hic Princeps infelici fato ſuccubuit. Veriſimilius eſt, eum, utpote qui *baldur* & *bugſtor* deſcribitur, in *Catalogo Reg. Suiog. knappböſde* eodem modo dictum fuiſſe, quo iracundum: hodie *kort om huſwudet* dicere ſolemus, a *knapp*, brevis, quod mox ſequitur. Credo ex iidem vocibus, ſed alia earum ſignificatione factum eſſe, ut certum poculorum genus apud Iſlandos *knappkauſþe* appellatum fuerit, nempe ex forma in breve cacumen deſinente, vel alia quacunque cauſſa. v. HEIMS KR. Tom. 2. p. 83.

KNAPP, globulus, quo conſtringuntur veſtimenta. Anr. *knop* & in pl. *knöpar*, *Mand.* CAROLI CANUTI de *mercede Opificum*, *manskiortel med 30. knöpar*, toga virilis 30 habens globulos. A. S. *cnæp*, fibula. Belg. *knoop*, Germ. *knopf*. Ego arbitror, eo primum nodum in genere denotatum fuiſſe, utpote quo priſca ſimplicitas pro globulo primum forte uſa fuit. Confer cognata *knopp*, *knyppel*, *knubb*, de quorum ſingulis ſigillatim. Confirmor hac in opinione eo, quod GLOSSÆ FLORENTINÆ nodum vertant *cnopf*. WACHTERUS derivatum credit a *knipa*, conſtringere, coarctare. Per utrumque derivandi modum ratio reddi poteſt alterius ſignificatus, qui in ſcriptis ævi medii offenditur, dum notat

II. Peſſulum, quo januæ clauduntur, in eo a ſera diverſum, quod hæc clave indigeat, ille non item. CHRONICON RHYTHMICUM ea voce utitur, ubi de cura ſermo eſt, qua horrea colonorum a vi defendit MAGNUS R. eapropter LADULÅS dictus.

Almogen mik Ladulas kalla,
Jag fridade Rijka, och fattige alla,
Och bad them ſättja knapp för lade,
Och fruchta ſedan ingen ſkade.

Populus (Suionicus) me horreorum
ſeram vocavit,
Quia a vi defendebam divites inopesque.
Juſſi, ut non niſi peſſulum horreis
adderent,
Et nihilominus nil timerent periculi.

Occurrit eadem ſignificatione in LEGE DALICA p. 31. *Firi allum thöm huſum thår windögha år wpa, ella knapir firi durum, tha ſtandi firi oc wåri ſik medh twem witnum oc tolf manna edi*: dum de illis ædibus ſermo eſt, in quibus feneſtra ſuperne eſt, vel quæ non niſi peſſulo clauſa eſt, defendat ſe duobus teſtibus, & duodecim conjuratoribus. Dicitur vero ita, quia idem ædium valvis præſtat, quod globulus veſtibus, ut nempe hiantes ne pateant.

KNÆPPA, claudere, globulis conſtringere. *knæppa igen klåderna*, veſtes globulis claudere. Germ. *knupfen*. Metaphorice dicitur *knæppa ihop händerna*, colligare manus, ut ſolent ſupplices. Aliam vocis *knæppa* ſignificationem quære ſuo loco.

KNAPPNÅL, acicula: dicitur ita vel quia uſus ejus eſt in conſtringendis veſtimentis, vel ob globulum, qui caput ejus conſtituit.

KYRKOKNAPP, vertex templi. v. infra in *knæpp*.

KNAPP, citus, velox: unde *knapphändig*, qui manu promtus eſt, qui opus ſuum cito perficit. Belg. *knap-handigh*. id. TYCHO BRAHE in *Litteris* ad ESCHILLUM BILDE, *in* DANSKE MAGAZIN, P. II. p. 367. *at jag ſaa knap ſkulle gifte mig*: ut tam cito uxorem ducerem. Belgæ ſimili ſenſu *knap* uſurpant, ut notat FR. JUNIUS in *Monoſyllabis Teutonicis* p. 195, qui radicem vocis edit Græcum *γναπτος*, flexilis. MARTINIUS vero in *v. puer*, conferendum cenſet Latinum *gnavus*.

II. Anguſtus: *knapp tid*, anguſtum & metaphorice difficile tempus. Et ita de quacunque re uſurpatur, quæ ægre ſufficit. *Hafwa knapp utkomſt*, habere quo te ægre tuearis. Saxones & item Dani eadem voce utuntur, & eodem ſenſu. v. IDIOT. HAMBURGENSE p. 128, ibique a GRAMIO addita. Iſlandi more ſuo *k* in *h* convertentes *hnepr* dicunt HEIMS KR. Tom. I. p. 557. *ætla bændur eigi ſva hneppt til Jolaveitſlo*: non adeo parce patres familiarum convivia inſtruunt. Dicerem

rem pæne, a priori diverſam & origine diſcretam hanc vocem eſſe, atque adeo cognatam τῷ *knipa*, coarctare; quod v.

II. Tenacem, ſive quia ſemper in anguſta re ſibi eſſe videtur & parca manu expendit, ſive quia clauſas manus habet. v. ſupra in *knapp*, *knæppa*, Etiam hic conſpirant gentes vicinæ; AngloSaxones *hneaw* dicunt, *hneawlice*, tenaciter, Germani *genau*.

KNAPPT, proprie notat id, quod ita accurate admenſum eſt, ut nil plane ſuperſit. II. Reſpondet Latinorum ægre: *Thet räckte knappt till*, ægre ſufficit. Originem debet ſecundæ ſignificationi, quid enim eſt, de quo ægre uſurpamus, niſi cui ad perfectionem aliquid deeſſe videbatur? Eſt etjam, ubi *k* omiſſo *napp* dicatur, *med nappa nöd*, ægerrime, plane, uti *knipa* dicimus & *nypa*. Eſt hinc illud huic voci ſynonymum *näppligen*, cui affine eſt Germanorum *mit genauer not*, & pro quo nos aliquando *noga*, *ſom nogaſt*, uſurpamus: ita videmus A. S. *hneaw*, Germ. *genau*, noſtrum hoc *nog* & *næppligen* nec non *knappt* ſurculos eſſe unius ejusdemque radicis.

KNAPPA, tenacem eſſe, de ſolito aliquid demere. Conf. Germ. *nawen*, arctare. Dicere pæne oblitus eram, ad hanc radicem, quæ jam ſub manibus eſt, referri ſolere Græcum κνιπὸς, parcus, tenuiter vivens.

KNAPPRA, leniter admordere. Angl. *cnapp*, mandere, manducare. Belg. *knappen*, unde manticam viatorum *knappſack* appellant. Sax. id. Affine videtur χναύω, carpo.

KNARRA, ſtridere, ut ſolent januæ, rotæ & id genus. A. S. *gnyrran*. Saxones hodierni *gnarren* dicunt de canibus, ubi hirriunt. Hoc vero contractum putat RICHEJUS a *gnadderen*, id. unde *gnadderig* & *gnarrig* dicitur de homine incommodo & vitilitigatore, quod apud nos *knarrig* efferri ſolet. Si hoc fuerit, radicem facile agnoſcemus Iſlandicam *gnadd*, murmur. OL. TRYGGV. S. p. 212. *Sua er ſagt, at Olafr Kong ſan gnadd oc mugl ſina manna:* perhibetur, OLAVUM R. obſervaſſe murmur & querimoniam ſuorum.

KNARKA, frequentativum prioris. Inprimis metaphorice ſumitur de ſono hominum incommodo, ubi alios inceſſunt, aut inutilibus rixis obganniunt. Hinc *knark*, rixa, quod in ſcriptis ævi GUSTAVI I. ſæpe occurrit. *Utan knark och genſago*, ſine rixa & lite. v. STIERNMANNI *Acta Publica*, Tom. I. p. 31. *Oknarkadt för hwar man*, ſine ullius lite & conteſtatione. Conf. Ejusd. STIERNMANNI *Acta Oecon.* Tom. I. p. 142.

KNASTRA, ſtridere. Aliud frequentativum ejusdem verbi.

KNÆ, poples, genu. Gr. γόνυ, pro quo veteres κόνυ dixiſſe, docet SCHOLIASTES APOLLONII. v. PELLOUTIER *Hiſtoire des Celtes* p. 81. quo ducere etiam videtur illa Philologorum vocis derivatio a κονεῖν. v. H. STEPHANI *Theſ.* Tom. p. 1887, cui adde, quod Græce ἐγκονεῖν notat obverſis genibus ad ſe trahere, v. GERMANUS ad *Æneid.* III. 38. nec non Ulph. *kniu*. A. S. *cneow*. Al. *kneu*, *chniu*. Iſl. *hnie*, *knie*. Belg. *knie*. Angl. *knee*. Germ. *knie*. Gall. *genou*. It. *ginocchio*. Mihi hanc vocem cognatasque conſideranti in mentem venit, ſuſpicari, pro eo, quod jam longo uſu invaluit, *knæ* vel *kniu* in veterum Scytharum ſermone *knæd* auditum fuiſſe, id quod a Latino *nodus* aliter non diſcrepaverit, quam terminatione & literæ *k*, a Scythis ab initio vocum amatæ, jactura. In hanc me opinionem ducit, quod quicquid vel in corpore humano vel alias nodoſum eſt, ab ſtirpe hac pullulare fere cernatur. Sic manus in nodum contracta Iſlandice *kno* appellatur. HEIMSKR. Tom. 2. p. 122. ubi de membris capto legitur: *geck a kniam oc a knum*: reptabat ſuffultus genibus & pugnis: a quo deinde ortum eſt *knoda*, quod eſt pugnis ſubigere, vel depſere. A. S. *cnædan*. Angl. *cnead*. Belg. *kneeden*. Germ. *kneten*: unde forte oriundum etiam eſt *becnuodelen*, quod *Cant.* V: 2. apud WILLERAMUM occurrit ad exprimendum Latinum pulſare, quodque FR. JUNIO aliisque Philoteutonibus negotium faceſſivit. Suethicum *knoga* eſt pugnis genibusque eniti, nec non manibus tractare, *hnæſe*, Iſl. hodie *næſwe*, pugnus, unde *knuffa*, pugno verberare, *knæppa*, *knæppa ihop handen*, manum in nodum contrahere, *knoke*, condylus, a quo Germani *knoch*, *knochel* fecere (non vero ab A. S. *cnoccian*, Angl. *cnock*, pulſare, pugno ferire, quod verſa vice a *knok* potius derivandum) *knote*, tuberculus, unde *ryggknote*, ſpondylus vel nodus ſpinæ, *knotryggig*, gibbus, cujus prominent ſpondyli, *cnagg*, Hibernice & Anglice nodus arboris, tuber, *knut*, nodus, una cum numeroſa ejus familia.

Si

Digitized by Google

Si hæc ſatis probata videantur, patebit, *knæ* proprie nodum vel juncturam eſſe partium diverſarum, id quod in digitorum nodos æque ac in eam partem corporis quadrat, ubi tibia & crus conjunguntur. A *knæ* vel ſimili alia Scythica voce deinde altera variatione, *d* nempe finali abſciſſo, ortum videtur *κνῦ*, *γνῦ* (unde *γνὺξ*, in genu, *πρόχνυ*, id.) & dein *κόνυ*, *γόνυ*, genu. Ex his ita ratio facile patet, cur hoc idem nomen habeant

III. Nodi arundinum ſegetisque & id genus, quæ eadem ſignificatio eſt Græcanicæ vocis: *γόνυ καλάμυ* nempe eſt arundinis geniculum, vel locus, ubi in calamo nodus eſt. Eſt hinc, quod ſeges apud nos dicatur *gå i knæ*, ubi geniculata ſit, & primo nodo firmatur calamus.

III. Quum per corporis humani juncturas cognationes & affinitates explicarent veteres, ita ut primam a capite generationem indicaret junctura humeri, alteram cubiti, tertiam carpi & ſic porro usque ad ultimum digiti articulum; hinc *knæ* poſitum ſæpe invenitur pro generatione. Östg L. *Gipt*. B. c. 5. *The bænna næſte æru innan thridia knæ:* qui ipſi proximi ſunt intra tertiam generationem. *Knæm kunnaſter* in eadem Lege dicitur, qui cognatione proximus eſt. Cfr. Jus Eccl. Smol. p. 99. Hinc dicitur de odio internecino, *förfölja en till nionde knæ*, ad nonum usque genu perſequi, hoc enim modo locutos etiam eſſe recentiores Latinos, pluribus docet Du Fresne, in *Gloſſ. Lat.* & Hotomannus, in *Comment. de Verbis Feud.* in v. *geniculus*. A. S. *hneo* & *cneo*, id. unde *hneomaga*, cognatus. Edv. Lye, in *notis* ad Thwaitesii *Gram*. A. S. verſus finem ex foedere Edweardi & Guthruni adfert *bute þam the ſy binnan cneove:* præter eos, qui ſunt intra conſanguinitatis gradum. Conf. Hickesii *Gram*. A. S. p. 127. qui idem l. c. p. 226 ex Laudatore S. Margarethæ hæc habet: *al my cun i furſake to þe niþe cne*, omni cognationi meæ abrenuntio usque ad nonam generationem, quæ ultima verba miror Virum Literatiſſimum in notis vertiſſe genibus flexis.

IV. A forma genu inflexi ita dicitur quod flexuoſum eſt, linea recta in angulum abeunte. Hinc Agrimenſores *knærör* appellant ejusmodi lapides limitaneos, qui hosce flexus deſignant.

Vitruvius ſimiliter de canali, Lib. 8: 7. *Quod ſi non venter ſed geniculus fuerit.*

KNÆKA vel *kneka*, *kniga*, genua flectere, ut ſolent titubantes vel mox caſuri: inde *knek*, ſtatus incertus, ubi quis firmiter pedibus non inſiſtit. *Komma en på kneken*, alicujus conditionem ſequiorem reddere, eodem ſcilicet loquendi modo, quo Herodotus. Lib VI. utitur *ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε*. In Lege Ostrogothica B. B. c. 36. *knek* uſurpatum invenitur pro femore animalium. *Tha a han ſkutbog ok halfwa knek:* tum habebit armum venatori debitum & dimidium femoris. Iſlandice *hnækia* notat peſſum dare, humiliare. Thorsten Wik. S. p. 5. *ad henne munde komma nokor hnecker*, illi evenire aliquam humiliationem. *Hnecking* a Gudmundo vertitur degradatio, cohibitio. Keroni *keneickan* notat inclinare, quod a *knie*, genu, melius derivat Wachterus in v. *neigen*, quam qui ordinem hunc invertit Stiernhielmius, in *Gloſſ. Ulph*. p. 91. Belg. *kniegen*, ingeniculari.

KNÆBÖJA, in genua procidere, ut ſolent ſupplices.

KNÆFALLA, in genua procidere, *γονυπετεῖν*. *knæfall*, actus adorandi.

KNÆDA, id. Chron. Rhythm. *min*. p. 133.

Ther knædde han ſig fagerliga a:
Super id pulcre ſe inclinavit.

Germ. *knien* dicunt, Angli *kneel*, *knee*. Ulph. *knusſjan*.

KNÆSÆTTA proprie notat in genubus ponere, metaphorice vero adoptare, in filii locum ſuſcipere. Heims Kr. Tom. I. p. 97. Guttorm *kneſetti þan ſuein oc foſtraþi:* Guttormus puerulum in genua ſua, & educandum ſuſcepit. *knæſettingur*, filius adoptivus. Ol. Tryggv. S. Edit. Skalh. P. I. p. 53. Conf. quæ infra dicentur ad v. *ſkötſætta*.

KNÆCKA, frangere, cum quodam fragore rumpere. Angl. *cnack*. Belg. *knacken*. Dan. *knecke*. A *κανάχειν*, reſonare, derivat Wachterus. Ejusdem tribus eſſe videntur, quæ ſupra attulimus, *knacka*, pulſare, & *knaka*, ſtridere, quæ, ſi volupe fuerit, evolvi poterunt. Angl. *crack* & Belg. *cracken* idem ſonant. Conf. Gall. *croquer*.

KNÆFWEL, nequam. De origine vocis incertus hæreo. Si nulla alia derivandi ratio eſſet, non dubitarem, quin a Latino *nebulo*, præpoſito *k*, *knæfwel* factum fuerit. Sed erunt fortaſſis, qui veriſimilius putaverint, ab Angl. *knave*, *cnave*, noſtrum formatum eſſe. *Knave* vero idem eſt ac

noſtrum *knape*, quod primo puerum & dein ſervum notavit, tandem vero, quum ſervorum malitia in proverbium abierit, convicium factum fuit, nebulonesque ſignificavit, perinde ac a *ſkalk*, quod in veteribus dialectis miniſtrum notat, nebulones omnes a nobis *ſkalkar* audiunt. Notum etiam eſt illud Virgilii:

Quid domini facient, audent quum talia fures, i. e. ſervi. Omnium proxime ad noſtram vocem accedit illud Linguæ Belgarum *kneueler* (ortum a *kneuel*, nervus, funis) quod denotat lictorem, qui facinoroſorum manus colligat, nec non latronem, qui injuſta vi idem ſæpe agit. Etiamſi ultima hæc derivatio ſpecie non deſtituatur, nihilominus tamen ille rem acu tangere exiſtimabitur, qui crediderit, *knæfwel* nil eſſe niſi inflexionem nominis infernalis genii, *djæfwel*, pro quo, ne os ſuum contaminarent majores noſtri, atque adeo exſecrationis rei eſſent, *knæfwel* ſubſtituiſſe videntur. Sic pro *Guds död, kodon*, pro *ſacrament*, *ſlapperment*, pro *fanen, fanken*, & id genus alia ſubſtituerunt, Deum ita ludi poſſe exiſtimantes. Confirmat me hac in opinione, quod audiamus in jurando *knæfwel* ſæpiſſime uſurpari, uti quoque inſigni catachreſi ad rem augendam adhiberi ſolet, ut dum dicimus *knæfwels ſnell*, ſolertiſſimus, *knæfwels wacker*, pulcerrimus. Ad verbum diceres, dæmonis inſtar pulcer.

KNÆFWELBÅR, myſtax, proprie notat barbam bifidam, quales myſtaces eſſe ſolent. Germ. *knebelbart*. Antiquiores vero voces habemus domi natas, quibus pilos in labiis virorum creſcentes deſignamus, *graner* nempe & *kampar*. Compoſita eſt vox hæcce, qualis qualis fuerit, a *bår*, quod pro *bart* ponitur, non absque vetuſtatis auctoritate: novimus enim, auctore Isidoro, Gothos veteres *cinnabar* faciei hoc naturale ſive regmen ſive ornamentum, jam neutrum, genarum, inquam barbam appellaſſe, ut ſupra indicavimus in v. *kind*; *knæfwel* vero evidens eſt bifidum notare, ſenſu id præ ſe ferente potius, quam certa derivandi ratione. Wachterus radicem dat *klöben*, findere, Sueth. *klyfwa*, ſed aliquanto violentiori etymologia. Ad eandem hanc familiam pertinet haſtæ bifurcæ nomen *knæfwelſpiut*, quod in veterum armatura legitur. v. Stiernmanni *Acta Publ.* Tom. I. p. 47. Germ. *knebelſpies*. Belg. *kneuel-ſpriet*.

KNÆPP duo denotat, ictum nempe & ſonitum ictus, ut ſolent hæc duo ſæpe in una voce conjungi. Hoc modo de horologio crepitante dicitur, *thet knæpper i uret*. *En fingerknæpp* eſt crepitus pollicis, digitum medium ſtringentis, quocum mundi gloriam comparavit epitaphium Sardanapali. Conf. Gr. κόναβος, ſonitus, ſtrepitus. Alter vero vocis ſenſus eſt in *næſeknæpp*, talitrum, aliisque, a feriendi inſtrumento, manu, *næſwe, knæſwe*, ita ſine dubio eundem in modum dictis, ac a κόνδυλος eſt κονδυλισμός, a talus (qui & manuum erat, v. Vossii *Etym.*) talitrum. Conf. C. B. *cnippws*, talitrum.

KNÆPPA vi originis notat reſonare & ferire. Belg. *knappen*. Hisce accedit tertia ſignificatio, qua notat frangere, ut dum dicimus *knæppa nötter*, nuces frangere. In vetere Lingua Moeſogothica *disbniupan* rumpere denotat. Luc. VIII: 29. *Disbniupands thos bandjos*, rumpens vincula. Fr. Junius obſervat, in L. Anglica & Belgica eandem vocem in uſu eſſe, ut dum Ps. 46: 9. Interpres Anglus habet: *He knappeth the ſpear in ſunder*, frangit jaculum, quod Belgæ dicunt, *in twee ſtucken knappen*. Haud procul ab his recedit Gr. κνάειν, ſecare.

KNÆPP, vertex, ſummitas montis. A. S. *cnæpp*. Luc. IV: 29. *Hig læddon hine ofer thæs muntes knæpp*, deduxerunt eum usque ad ſupercilium montis. v. Fr. Junii *Monoſyll.* p. 237. Iſl. *gnupur, gnipur* & *gnap*, v. Verelii *Index*: *hamargnipur*, vertex rupis, *gnop*, id. v. Rugmanni *Monoſyllaba Iſl.* Dalekarli hodieque verticem montis *gnaup* appellant, ab Iſl. *gnæfa*, eminere, *gnaſa yfer*, id. Conf. νάπος, locus montoſus, νάπη, mons, clivus. Hiſp. *ceneſa*. Eſt hodieque collis prope Upſaliam in ſilva, quam tranſeunt Holmia venientes, *knæppingen* quaſi colliculus dictus. Ab hac noſtra voce Ol. Rudbeckius deducit voculam *kyrkoknapp*, verticem templi vel ſummam turrim: ſed forte credere præſtat, globum, qui turribus imponi ſolet, verbo occaſionem præbuiſſe. Anglice *knap of a hill* eſt jugum montis.

KNIPPOR in Weſtmannia appellantur vertices compactarum nivium,

quæ

quæ vias iniquas reddunt, *knippig wæg*, via inæqualis, quam collectæ & inæqualiter compactæ nives difficilem efficiunt.

KNÅDA, depſere, *knåda deg*, ſubigere farinam. A. S. *cnædan.* Angl. *cnead.* Germ. *kneten.* Belg. *kneden.* Derivat STADENIUS, in *Explic. Voc. Bibl.* a Gothico *knoſa*, contundere, quod tamen huic materiei minus convenire videtur, GUDMUNDUS ANDREÆ, in *Lex. Iſl.* a κνεῖν, movere, v. p. 148, WACHTERUS ab Al. *knet*, maſſa. Sed opinor, hoc ab illo *knåda* potiori jure deduci. Niſi nimium mihimet blandiar, probabiliora ſunt, quæ ſupra in v. *knæ*, ad illuſtrandos hujus vocabuli natales tradidi. Addo jam tantum, *kny* apud Iſlandos denotare intenſiorem manuum laborem. HEIMSKR. T. I. p. 671. OLAFUR *Kongr knyr med árum*: Rex OLAVUS remos ſtrenue motitat.

KNECK, globulus lapideus, quo ludunt pueri. Credo veteres *keck* dixiſſe. STURLÆSONIUS *ſnia keck* appellat globum nivis, Tom. II. p. 337. Græcorum Medici pilulas ſuas κόκκυς nuncupant.

KNECKT, miles. Vox peregrina, ſed Scythicæ tamen originis, id quod inde judico, quod tam inter AngloSaxones, quam Alemannos æque in uſu fuerit: hi *cnecht*, illi *cniht*. *cnit*, *cnyt* dixere. Patuit vero latius apud has gentes vocis noſtræ uſus, dum 1. puerum, 2. ſervum, 3. Armigerum denotavit, ut pluribus demonſtrant SOMNERUS, WACHTERUS aliique. Animadvertit B. L. omnes has ſignificationes, cum prius allato *knape*, huic eſſe communes, unde haud præter rem ſuſpicari licet, aliena inter ſe hæc duo non eſſe, ſed fortaſſis germana. Nec fallent auguria, ſi laudatum WACHTERUM auctorem ſequamur, qui utrumque a Gr. κονεῖν, famulari, κονήτης, famulus, deducit. Sed, ut verum profitear, mihi hæc etymologia adeo non placet: quum vero meliora ipſe dare nequeam, vituperare non auſim, id tantum dicturus, apud nos non niſi militis ſignificationem voci manſiſſe, ſive quia a ſerviendo militibus in omnibus fere linguis recentioribus nomina petita ſunt, ſive a florente ætate, ut novimus apud Romanos per juventutem ſæpe illos intelligi, qui pro patria arma ſumſerant. Apud nos tot olim erant milites, quot cives ætatis vegetæ: poſtquam vero una cum pulvere pyrio variæ artes bellicæ & multa diſciplinæ militaris capita ab hoſtibus introducta eſſent, quæ ſcientia & exercitatione indigerent, opus fuit noſtratibus a Germania, Anglia Scotiaque arceſſere copias auxiliares, quæ ad tutandam noſtram patriam operam conferrent. Et cum his nomen *kneckt* introductum fuiſſe, non ambigo. Denotat vero in genere militem, *krigsknekt*, ſpecialius vero peditem, uti ſæpe videmus *ryttare och knecktar*, equites peditesque, tanquam diverſos citari.

KNECKTA, multis humilibusque precibus apud aliquem contendere. JOB. 11: 19. & 19: 17. Factum hoc eſt ex illa vocis ſignificatione, qua, uti dixi, ſervum, *kneckt*, olim denotavit. Indidem etiam eſt, quod factitio vocabulo *ſtöfwelknekt* appellemus furcam, cui ocreas inſerimus, illis nos liberaturi, quaſi diceres ſervum ab ocreis. Sic *ljusknekt* eſt tridens, cui ultimas candelæ jamjam finiendæ reliquias inſerimus, ut tota nobis inſerviat. Conf. IDIOT. PRUSS. Alias credi poſſit, *kneckta* frequentativum eſſe vocis *kneka*, geniculari, quod ſupplicum eſt.

KNEGGLA, vitilitigare, ut ſolent avari de rebus minimis controverſiam movere. Saxones eodem ſenſu *gnegelen* dicunt, *gnegelig*, avarus. *Noga* pro parco apud nos quoque uſurpatur. Germ. *genau.*

KNIA, vellere, *knia gräs*, gramen manibus colligere. Iſl. id. EDDA: *Han knuddiſt at faſt*, valide arripuit. Metaphorice vero notat diſceptare, altercari. HEIMS KR. Tom. I. p. 606. *Er þeir kniado þetta mal i milli ſin*: quum hanc rem inter ſe diſceptarent. Originem vocis arbitror deducendam ab antiquo *kno*, pugnus: quum uſus ejus ſit, ubi non falce, ſed ſolius miniſterio manus herbæ tondentur. In Lingua Græca multa ſunt, quæ Græcanicarum Etymologiarum amans conferenda putaret, κνάω ſeco, κνύω, rado, ſcalpo, κνίζω, per ſumma leviter derado. Sed præſtat ſua amare & boni conſulere.

KNIF, culter. A. S. *cnif.* Angl. *knife.* Belg. *knyf.* Galli *canif* & Hiſpani *gannivette* uſurpant pro ſcalpro ſcribarum, quam vocem SALMASIUS, in *Ex. Plin.* p. 1045. derivat a *canna*, ſcriptorio veterum inſtrumento. M. CASAU-

[illegible] *knif* ortum putat a Græco ξίφος, pro quo Æoles σκίφος dixere, Junius vero a κνάειν, quod eſt radere, ſcalpere, quocum convenit C. B. *cnifio*, tondere, *cnaif*, tonſura, Wachterus a κνάω, ſeco: diceres inter eruditos conveniſſe, ut Græciæ vocem hanc vindicarent, quantumvis de ipſis natalibus inter eos diſſenſus fuerit. Nos nonnihil de prima vocis origine mox commentabimur, nunc obſervabimus tantum, apud nos de quovis cultrorum genere *knif* uſurpari; ſæpiſſime vero de eo, quo ad carpendos cibos utimur, unde phraſis illa Legis Westrog. *Ard.* B. c. 1: 8. *ſitia um knifs ok kötſticke*, quum duo eandem carnis offam cultris ſuis ſcinderent: ad cujus loci illuſtrationem in tranſcurſu notabo, morem apud antiquos fuiſſe, ut omnes convivæ uno uterentur eodemque cultro: & hanc eandem conſuetudinem ante centum annos adhuc in Gallia viguiſſe, docet Cluverius, in *Germania Antiqua*, p. 156, ubi poſtquam ex Athenæo docuiſſet, Græcos eadem carnes ſcindendi methodo uſos fuiſſe, ſubjungit: *Ab hac antiqua Gallorum ſive Celtarum conſuetudine hodiernum puto manare morem in Gallia, ubi etiamnum uno univerſi utuntur in prandio atque cœna cultro.* Idem Legis locus tanquam infame notat, ſi quis alterum cultro occidat. Conf. Leg. Jutl. Lib. 3: c. 22. utpote quod non fiebat, niſi ubi clanculum quis alterius vitæ inſidiabatur. Eſt tamen, ubi *knif* poſitum inveniatur pro enſe breviore, ut in Kon. Styr. p. 204. proverbium vetus adfertur. *Then lete lit, ther liten hafver kniwen*: ille auxilium circumſpiciat, qui brevem habet gladium, h. e. ille aliorum ſocietatem quærere debet, qui ipſemet exiguis ſuffultus eſt viribus. Verſio Latina Burrana non ſatis appoſita eſt: Quærat ſocios, ubi conſociati ſunt armati. *Hiſt.* Alex. M.

Före ſwärd ok knif war jamſtort fall:
Enſes ſicæque æquam ſtragem edidere.

Leges Germanorum veterum *metzer* appellant, ut Burgundionum Statuta diſtinctionem faciunt inter ſpatham & ſemiſpatham. Quæ a me dicta ſunt lucem aliquam addere poterunt loco, in Codice Christophoriano extanti: *Rådſt.* B. c. 34, ubi vetatur, ne quis arma in civitate gerat, *utan rætta matknifwa*, excepto cultello cibario, vel uti extat, vere cibario, ne quis homonymia vocis cavillaretur. Quum itaque cultelli uſus non niſi in ſecando olim fuiſſe videatur, derivata vox hæc merito credi poterit a *knipa*, quatenus ſcindere, ſecare denotat.

KNIPA, arctare, comprimere. Germ. *kneiffen*, *kniepen*. Omiſſo *k* initiali, etiam *nypa* dicimus, Iſl. *niupa*. Vox hæc uſurpatur, quum rem aliquam conſtringimus & comprimimus vel forcipe vel digitis manuve: quæ ultima acceptio ceteris forte antiquior eſt. Non enim dubito, quin ut a *næſwe*, Iſl. *hnæfe* & *knæfe*, ita a *nypa* A. S. *hnipa* & hocce *knipa* orta ſint. Sic *nypa* dicitur, quantum digitis continere poſſumus.

Ad eandem tribum etiam referri debere noſtrum *knapp*, arctus, parcus, innuimus ſuo loco. Confer *knæpp*, ictus, talitrum. Metaphorica locutio eſt, ubi, qui præparcus eſt, *knipa pänningen* dicitur, hoc eſt, arcta cuſtodia, ne e manibus effluat, retinere. Galli ſimili metaphora avarum nominant pincemaille, Germ. *knüper*, Gr. κνιπὸς. Neſcio, an cum *knipa* communem originem habeat Iſl. *klipa*, coarctare, torquere forfice, unguibus. A. S. *clypan*. v. Hickesii *Gram.* A. S. p. 119.

KNIP, anguſtia, *wara i knipan*, ad incitas redactum eſſe. Habemus hoc dicendi genus cum Saxonibus commune. Apud Belgas *knippe* notat decipulam machinam, capiendis avibus aut beſtiis præparatam. Conf. ſimile loquendi genus infra ad v. *ſtampa*. *Knip i magen* vocantur tormina ventris.

KNIPNINGAR, tormina inteſtinorum. Conf. C. B. *gnif*, *gwiff*, dolor, ærumna. Germ. *kneiffen im leib.*

KNEP proprie videtur denotaſſe preſſionem, quali utuntur pugiles, adverſarium ſuum fortiter tenentes. Metaphorice vero notat artem, ſtropham, technas. *Han wet ſina knep*: fallendi artes novit. Credo, Saxonibus hoc loquendi genus deberi, qui eodem modo dicunt *He weet de rechten kneepe*, novit, qua via incedendum ſit. v. Idiot. Hamb. p. 129. Similem in modum *grep* uſurpatur, a *gripa*, prehendere.

KNIPA, ſcindere, amputare. Ulph. *hniupan*, unde *disbniupands*, rumpens, διαῤῥήσσων, Luc. 8: 29. & *disbnaupnodedun natja ize*, rumpebantur retia eorum. A. S. *hnipan*, concidere. Belg. *knippen*,

knippen, id. unde *knipſchaar*, forfex. Eſt hinc, quod machinas illas, quæ ferri laminas in minutas partes ope mallei concidunt, appellemus *knipbammar*.

KNIFSA, frequent. prioris. Germ. *knipſen*. v. Idiot. Pruss.

KNIPPE, faſciculus. *The leſwandes knippe*, faſciculus viventium. *En höknippe*, foeni faſciculus. *Knæppa* eſt in nodum colligere, a *knapp*, *knopp*, nodus. Iſlandice *hneppe* eſt, quantum brachiorum amplexu includi poteſt. Alias *kippe* pro faſciculo ſæpe occurrit. *Fuglakippe*, faſciculus avium. Halfdan Ostensons S. p. 42. Ab hac radice *knippa* fecit recentior ætas *ſammanknippa*, colligare. *för knippa*, alligare. Addere juvat, apud Notkerum occurrere *inchnuſben*, enodare, docente Schiltero, in *Gloſſ*.

KNIPPEL, baculus. Ant. *knöppel*: v. Skåne L. p. 70. In literis Caroli, Sudermanniæ Ducis & poſtea Sueçorum Regis ad Zamoskium, Poloniæ Cancellarium, qui eum ad pugnam ſingularem provocavit, legimus: *Hwar tu wore then perſon, ſom kunde li knas med oſſ, ſå ſkulle then lutet bliſwa tig aſſlagen, och wille wi thertill bruka hwarken böſſa, ſpetz eller wärja, utan en god knippel, hwarmed wi wille ſmörja tig wäl af*. Senſus eſt, ſi dignitate par eſſet Zamoschius certamen non detrectaturum Carolum, in arenam vero deſcenſurum non ſclopeto, framea aut gladio cinctum, ſed valido baculo dorſum illius probe dolaturum. Saxones *knüppel* habent, & Cambri *cnioppa*. v. Idiot. Hamburgense p. 132. Belgæ *klippel*, *kluppel* dicunt, quod verius ſinceriusque exiſtimat Wachterus, utpote ortum a *klopfen*, pulſare. Conf. *klæpp*, piſtillum, *klubba*, clava. Germani alia variatione baculum *knüttel* nuncupant, ut opinor, a *knut*, nodus; quemadmodum in Latino nodoſæ & trinodes clavæ dici ſolent. Immo vero noſtrum hoc *knippel* a ſimili fonte profluxiſſe, in animum facile induxerit, qui vocabula *knapp*, *knopp* & *knubb* examinat.

KNIPPLA dicitur circumvoluto plurimis bacillis filo ornamenta veſtium contexere. Sax. *knüppeln*, *kloppeln*.

KNIPPEL, *Knyppel*, buculus, damalio, bos nondum adultus. Radicem vocis ſervat Iſlandicus ſermo, in quo *knyffel* vel *knyfel* notat cornua primum protuberantia. v. Heims Kr. Tom. I. p. 70 & Gudm. Andreæ *Lex*. p. 117. Sunt primum enata cornua inſtar nodorum e capite prodeuntium: & hæc vera nominis origo. v. *knapp*.

KNO, manus in volam contracta, vel ipſe carpus. Heims Kr. Tom. II. p. 122. de membris capto, & per Olavum S. ſanitati reſtituto. *Geck a kniam oc a knom*: inceſſit genubus manibusque. Inprimis vox illa mihi notanda viſa eſt, quum numeroſam in noſtra lingua familiam ducere cernatur: ego enim huc retulero

Knöge, condylus.
Knoda, pugnis ſubigere.
Knoga, manibus genubusque eniti.
Knæfve, pugnus.

Quum juncturæ membrorum nodi quaſi ſint, quibus diverſæ partes connectuntur, ſuſpicari ſubiit, originem *kno* vel *knod* diverſum non eſſe a Lat. *nodus*, cui *k*, uti ſæpe, præmiſimus, dempta vocis terminatione. v. ſupra in *knæ*. Galli *noeud des doigts* appellant digitorum condylos. Apud Williramum legimus *thas geknuſſe thinero thiebo*, juncturæ feminum tuorum, ad quem locum Junius in *Obſ*. ex Vetere Glossario Alemannico adfert *knouel*, articulus.

KNODA, depſere. v. *knåda*.

KNOGE, condylus, digitorum nodus. C. B. *cwgn*. A. S. *cnucl*. Angl. *knuckle*. Belg. *knockel*, *kneuchel*. Germ. *knuckel*. It. *nocca*. conf. C. B *cuoccel*, talitrum. Eſt etiam *knoke* Suethicum pro junctura oſſium aut eorum eminentiis, e g. quæ in jumentis ſtrigoſis extare ſolent. Iſl. *knuka*, v. Verelius, nec non *knota*, unde Sueth. *ryggknota*, vertebra dorſi, de quo mox plura. Nodoſum quid ut hæ res habent, ita hisce vocabulis id indicatur. Locum invenient, quæ ſupra ad v. *kno* diſſeruimus.

KNOPP, gemma arborum. Belg. *knoppe*. Germ. *knoſp*, quod a *knops* vitiatum eſſe, merito judicat Wachterus, cui tamen non aſſentior, dum ab Iſl. *gnipa*, eminere, appellationis rationem deducit. Ego potius formam rotundam reſpexiſſe nominis auctores puto, ut adeo origine nil differat a *knapp*, globulus, cujus formam refert.

II. Eadem ratio eſt, cur capitellum columnæ in hiſtoria fabricæ templi Moſai

Moſaici appelletur *knop* & pluraliter *knöpar*. Germ. *knauf*. v. *knöp*.

KNOPPAS, gemmas emittere.

KNOR, navigii genus, apud veteres ſæpe commemoratum. Heims Kr. Tom. I. p. 398. Olafur *K. bio þaþan knero twa*: Rex Olavus inde abitum paravit cum duobus navigiis. Cont. Tom. II. p. 369. A. S. *cnear*, quod Somnero interprete denotat anguſtum, ſed longius navigium, *a long and narrow ſhip*. Unde vox orta ſit, mihi incompertum eſt: Hibernicam eſſe, ſuſpicatur Hickesius, *Gram.* A. S. p. 132.

KNORRLIG, criſpus. Dicitur tantum de crinibus, quos in nodi formam natura torſit. Dum mihi aliud monſtretur etymon, ejusdem proſapiæ hoc dixero, ac illa, quæ ſupra ad voces *kno* & *knæ* attuli.

KNORRA, murmurare. Sax. *gnarren*, quod proprie de canibus hirrientibus urſurpari, docet Idioticon Hamburgense, contractum, uti putat, a *gnaddern*, id. A. S. *gnyrran*, ſtridere. Iſl. *knurra*, v. Heims Kr. T. I. p. 143. &, una literula reſecta, *kurra*, vel *kura*, murmurare. Ol. S. c. 96. *Buender knurudu illa*: vehementer murmurabant ruſtici. Non dubito, quin gentile ſit *knurla*, de columbis turturibusque, dum gemunt, uſurpatum, alias *knulla*. Es. 38: 14. Dan. *kurle*. A. S. *ceorlan*. Belg. *koerien*, *korien*, *karien*. Angl. *chirre*. Secundum hoc *knorra* proprie erit, malis ſuis ingemiſcere.

KNOTA, ſubmurmurare. Differt a priori, quod illud de multitudine tumultuante aut querimoniis inferioris erga Superiorem, hoc de quavis indignatione, inprimis ubi crebro eadem nænia repetitur, in uſu ſit. Neſcio, utrum frequentativum ſit a *knorra*, an vero ortum debeat Iſlandico *gnadd*, murmur. Ol. Tryggv. S. p. 212. Belgæ *knoteren* eodem ſenſu uſurpant.

KNOTA, os in genere, ſpeciatim vero de illis uſurpatur, quæ juncturam dorſi conſtituunt. Diximus ſupra, ſororia eſſe *knoge*, *knoke* & *knota*, utpote quæ proprie nodos denotant. Iſl. *hnota*, id. v. Gudmundum Andreæ p. 118. Apud Willeramum legimus *thas geknuſſe thinero thiebo*, juncturæ feminum tuorum, quam vocem deformarunt originis ignari Editores. v. Schilteri *Gloſſ.* p. 518. Manifeſta vero eſt naſcendi ſeries a Latino *nodus*, *hnota*, *knota*, *knuſſe*. Eliſo *n* etiam *kota* in aliquibus Sueciæ partibus effertur.

KNOTTRIG, nodoſus. Germ. *knötig*. Iſl. *hnottur*, *hnatt*, globulus.

KNÖP, globulus, qualis in ſummitate columnarum ornamenti loco poni ſolet. Exod. 25: 31, 33. v. ſupra in *knopp*.

KNÖS, vertex montis. *En backknös*, colliculus. Ab Iſlandico *hnaus*, id. Metaphorice hoc nomen habet, qui ſupra alios eminere vult, elatus. *Hiſt.* Alex. M.

Foor at Klause *then onda knöös*:
Claudium petiit, malum illum atque ſuperbum.

KNÖSTER, tudes. v. *knyſter*.

KNUBB, truncus brevis & nodoſus, ſuper quem ligna concidere ſolent coloni. Saxonicum *knubbe* Richeyus explicat *ein grobes knotiges ſtuck holtz*, maſſam ligni nodoſi. Belg. *knobbel*. Angl. *cnob*, *knob*. Recurrit heic etiam idea nodi, antiquis *kno*, *knod*, *knot*, *knok*, dicti, ut ex vocibus præcedentibus apparere arbitror: diminutivum inde formatum eſt *knyppel*, *knippel*, quæ etiam ſupra adduximus.

KNUBBIG, nodoſus. Per metaphoram quicquid obeſum eſt, inprimis quod ſimul ſtatura parvum. *En knubbig karl*, qui plus ſaginæ quam magnitudinis habet.

KNUBBA, pulſare, trudere. v. Spegelii *Gloſſ.* Belg. *knibbelen*. Vulgatius eſt

KNUFFA, pugnis impetere. Credo ab Iſl. *hnefe*, pugnus, ut ſunt *h* & *k* literæ convertibiles.

KNULA, tuber: *knyla*, id. Dicitur ita quælibet in plano ſurgens eminentia rotunda. A. S. *hnol*, *cnolle*, verticem capitis notat, pro quo Angli *nodle* hodieque uſurpant: nec non montis cacumen, quæ eadem vocis Alemannicæ *nollo* ſignificatio eſt, ut ad Tatiani c. 13: 3. obſervat Palthenius. Germani hodierni quemlibet glomulum *knaul*, *kneuel* appellant, quod tamen rectius *kleuel* dici putat Wachterus. (conf. A. S. *clive*, *clyve*, id.) Sed tuetur hanc tamen vocis formam A. S. *cnolle*, quod, Bensonio teſte, præter ſupra recenſitas hanc quoque ſignificationem habet. Tu vero ſi hæc duo origine diverſa eſſe, contenderis, non adeo refragabor.

KNÖL, id. A. S. *cnolle*. Fr. Junius, in *Notis* ad Willeramum ex vetere Glossario Alemannico affert *knoccel*, articulus. A. S. *cnucl*, id., v. Benson. Belg. *knockel*,

Digitized by Google

knockel, *kneuckel*. C. B. *cnuc*, gibbus, tuber.

KNÖLIG, tuberoſus.

KNUT, nodus. A. S. *cnotta*, *cnyt*, *cnytt*. Belg. *knodde*, *knocht*. Angl. *knot*. Germ. *knote*. Dan. *knude*. Manifeſtior eſt Gothiſmi cum Latiali *nodus* harmonia, quam ut moneri debeat Lector, unam utrobique vocem eſſe. Quænam autem ſit origo communis, varie diſſeritur: alii, auctore HELWIGIO, Ebr. *ganad*, nodavit, citant, alii Gr. *νήθω*, neo, connecto, quæ poſterior JUNII etymologia eſt, alii a Lat. *necto* Germanicam vocem per metatheſin factam ſuſpicantur: quod ultimum calculo WACHTERI ſe tuetur. Tranſiit hoc nomen in virorum appellationem, pluribusque Regalis proſapiæ perſonis per totam Scandinaviam proprium fuit. KNUT HIN FUNDNI unde id nominis geſſerit, tradit *Hiſtoria* OL. TRYGGV. P. I. p. 70. *var knyttr knutur mikill i enneno a ſilkedreigli, þar var i örtugar gull*: ſenſus eſt, ubi in ſilva infans expoſitus fuit ſtatim a partu, nodum fuiſſe annexum vittæ ſericæ, quæ caput infantis cingebat, cuique triens auri inerat, ut adeo a nodo id nominis primum profluxerit. Alias *cnut*, *cnaut* apud A. S. notat calvum, Latino Barbare *canutus*, id. SPELMANNUS ex ECKEHARDO ſequentia adfert: *O maturitatem veſtram & pæne omnibus vobis ſparſam canitiem! Abbatem veſtrum inter tot canutos, qui ſibi poſſint ſubrogari, inveniri non potuiſſe*. Scimus vero, frequentiſſime a corporis notis agnomina in patria noſtra hominibus addita fuiſſe. Hac occaſione obſervare jubebo B. L. in allato loco *Hiſtoriæ* OLAVI dici aurum nodo incluſum fuiſſe: quod indicio eſt, pro crumena nodis veſtium theſauros ſuos incluſos habuiſſe veteres. Sic CHRON. RHYTHM.

Tha war löſter mang penninga knutr.

Neſcio, an inde ortus ſit mos ille hodieque non infrequens, ut cauturi, ne rem quandam oblivioni tradamus, nodum ſtrophiolo innectamus: qui ſcilicet alias nota fuit incluſæ pecuniæ, poſtea rei alicujus in memori pectore ſervandæ index erat. Singulare eſt loquendi genus, quum dicimus *ſlå knut på näſan*, hoc eſt, naſum nodare, quod inprimis uſurpatur, quando quis alterum loquentem cum indignatione audit, & naſo adunco ſuſpendit. Græci *μυκτηρίζειν* dicunt. Saxones vero, teſte IDIOTICO HAMBURGENSI, *eine knüte in de neſe ſlahn* dicunt, quum quis injurias alta mente reponit, vindictæ occaſionem non neglecturus. Si meminimus, naſum iræ ſedem olim habitum fuiſſe; ex ritu nodum colligandi, ubi vereris, ne quid ex memoria effluat, proverbium hoc enatum eſſe, jure ſuſpicaberis.

II. In re architectonica *knut* dicitur angulus ædificii, & ubi trabs trabi immittitur, & quaſi illigatur. Hinc in Legibus patriis *knutarum* dicitur tantum ſpatii, quantum prominentes trabium extremitates requirunt.

KNYTA, nodum ſtringere. Braſſica, ubi denſantur folia, dicitur *knyta ſig*. Angl. *knitt*. A. S. *cnittan*. Inde *knyte*, faſciculus, quippe qui nodis firmari ſolet. Metaphorice juvenculam exiguæ ſtaturæ *ett litet knyte* appellare ſolemus.

KNYTNING, inſtita tenuis, qua ora veſtimentorum ornatur: alias *ſpetz*.

KNY, mutire. *Han törs icke kny*, mutire non audet. Nimium manifeſta eſt harmonia Græcæ vocis *κνύζομαι*, gannio. Non tantum enim *kny* ſed & *knyſta* dicimus. Dan. *knyſte*. Radix eſt *κνῦ*, res minima.

KNYTT, ſonus minutus. Lat. mu. Gr. *γρῦ*.

KNYSTER, fiſtuca, tudes. Proprie malleum grandiorem notat, quo lapides confringimus. Ab Iſl. *knoſa* vel *hnoſa*, contero, confringo. v. GUDMUNDUS ANDREÆ p. 118. HEIMS KR. Tom. II. p. 279. *þeir hauſþu knoſit hauſut*: habebant caput contuſum verberibus. Al. *chnuſſan*, *chniſen*, *gekniſen*, id. unde *gekniſedon lichamon*, contrita corpora, apud WILLERAMUM, ad quem v. *Notas* FR. JUNII, p. 139, ubi varia huc pertinentia ex veteribus Gloſſographis adfert. NOTKERUS Ps. 36: 24 *gechniſtet* eodem ſenſu uſurpat. Belg. *kneuſen*, *kneuſelen*, id. ut auctor eſt MYLIUS, in *Archæol.* p. 29.

KO, vacca. Perſ. *ghav*. A. S. *cu*. Al. *chua*. Iſl. *ko*. Belg. *koe*. Angl. *cow*. Germ. *kuhe*. Ruſſ. *kua*. COLUMELLA Altinos, Italiæ populum, vaccam *cevam* appellaſſe, ait, Lib. 6: 23. Qui de origine vocis hujus ſimpliciſſimæ, & ſine dubio antiquiſſimæ differunt, eo inclinant fere, ut a Gr. *κυέω* vel *κύω*, uterum geſto, derivent. Ratio eſt, quod antea nomen hoc illi animantis generi non detur, quam enixæ ſint: vel quia in hac fetura præcipuæ conſiſtebant

Digitized by Google

ſiſtebant veterum opes. Enatæ hinc ſunt locutiones proverbiales, *then bö te med kroppen, ſom ej ægber ko. Gipt.* B. L. L. c. 8. §. I. ille corpore luat, qui non habet vaccam, nec non *alle the ko och ſo haſwa*: omnes qui vaccam & ſuem habent, hoc eſt, rem familiarem & proprium focum. ib. B. B. c. 21. Illud vero ſingulare loquendi genus eſt, quo qui inter ſacrum & ſaxum, ut Latinorum fert proverbium, conſtituti ſunt, a nobis dicantur *wara emellan ko och kyrkogård*, eſſe inter vaccam & cœmiterium. Conjicio ad rem veterum eccleſiaſticam digitum hic intendi: ferebant quippe leges veterum, ut pro ſepulturæ officio, ubi ruſticus illiusve uxor moriebatur, vacca Sacerdoti cederet, quæ tum funus in cœmeterium comitabatur, & quæ niſi traderetur, juſta funebria mortuo negabantur. Qui vero pauperiores erant vel tenaces, conſtituti dicebantur inter vaccam & cœmeterium, illam ægre dimiſſuri, nec exſequiarum honorem & Chriſtianos ritus mortuo lubenter denegantes. v. *Mandatum* Caroli D. 1599 d. 7 Febr. & Werwings *Hiſt.* Sigismundi, Tom. I. p. 453. Uplandi hominem ignavum & mutilum *ett kowårde* h. e. vacca dignum vel vaccæ pretium per contemtum appellare ſolent, quod audienti mihi duplex nominis origo incidit. Probabile enim mihi videbatur, ita nihili hominem appellatum fuiſſe, tanquam qui utilior non eſſet, quam ut pro illo Sacerdoti vacca æquo animo dari poſſet, h. e. ut Libitinæ offerretur. Ceterum conferenti aliarum Linguarum uſum, ſuccurrit, Anglos iſtiusmodi hominum genus appellare *coward*, Gall. *couard.* It. *codardo.* Hiſp. *cobarde*, quæ omnia ad noſtrum quam proxime accedunt. Tu, B. L. in utram partem concedendum putes, ipſe vide, vel annon in concordiam redigi poſſent, dicendo, a nobis ad exteros vocem hanc propagatam fuiſſe.

KOMYCKET NÖT, juvencus, vaccam pretio æquans. Upl. L. *Kon.* B. c. 10: 11.

KOCK, coquus. A. S. *coc.* C. B. *cog.* Germ. *koch.* Belg. *kock.* Angl. *cook.* C. B. *ceginwr.* Vox hæc in noſtris oris diu audita non eſt, ſed una cum aliis gulæ illecebris aliunde invecta. In Lege Christophori coquus Regius vocatur *Konungs Stekare*, uti culina in Legibus noſtris paſſim appellatur *ſtekarebus*, pro quo apud Dalekarlos, Scanos aliosque ſupereſt non ſine violentia contracta vox *ſtegers* & *ſters*.

KOKA, coquere. Germ. *kochen.* Angl. *cook.* Hoc ut prius a Latinis accepimus, communibus in Europa luxuriæ magiſtris.

KÖK, culina. Scan. *kökene.* C. B. *cegin.* A. S. *cycene.* Al. *cochene*, *cuchin.* Belg. *keuken.* Germ. *küche.* Angl. *kitchen.*

KOCKLERI, præſtigiæ magicæ. Occurrit vox illa Sap. 17: 7. ubi quum verſio Lutheri habeat *gauchelwerck*, non dubito, quin vox hæc ſit eadem ac Germanica *gauchelei*, quæ pro omni ludicro, inprimis vero pro illuſione magica accipi ſolet. Wachterus Notkerum Ps. 65: 3. auctorem citat: *Diſiu zeichen tout er mit coukele*, quod Latine ibi ſonat: hæc ſigna facit in Beelzebub. Idem Ps. 85: 9, 10. magorum ſigna reddit per *gauclero zeichin.* v. Scherzius ad Otfridum Lib. IV. c. XVI. v. 66. Iſlandi eodem ſenſu dicunt *kuklare*, *kuklareſkapr*, auctoribus Gudmundo & Verelio. Vide plura huc pertinentia infra in v. *kuſl.*

KOFFERT, arca. C. B. *coffr.* Angl. *coffer.* Gall. *coffre.* Hiſp. *cofre.* Belg. *koffer.* Derivant alii non ſine ſpecie ab Angl. *cover*, tegere, ſive quod corio tecta, ſive quod tegat: alii ab Hibernico *cufar*, cupreſſus, a qua materia primum facta conjicitur, quæ conjectura eſt Edw. Lye. Fr. Junius omnes arrodit ungues, ut Græcum efficiat. Ego ampliandum cenſeo.

KOFNA, ſuffocari. Lex. Gothl. c. 18: 5. *kufnar barn i þrangi*, ſi infans in anguſtia ſuffocetur. Iſl. *kafna*, quod proprie notat fumo ſuffocari, a *kóf*, fumus. Gudm. Andreæ p. 149. Confr. Gr. *καπνὸς*, id. Confr. etiam Lat. *vapor.* Gothos exteros *qhaujan* uſurpaſſe, (ita enim legendum eſſe, non vero *qhapjan*, docet Ulphilas Illustr. p. 30.) indicat derivatum *afqhuaujan*, de quo v. Gloſſographos. Vox noſtra Scanis hodieque familiaris eſt. v. infra *qwæfwa.*

KOFRA, proficere. v. *förkofra.*

KOFWA, caſa. A. S. *cofe*, *cofa.* Iſl. *kofe.* Germ. id. Angl. *cave*, luſtrum. Belg. *kouwe.* Gall. *cave*, cella ſubterranea. L. B. *cavena.* v. Loccenii *Append.* ad *Lex. Juris.* Apud Cambros *cau* claudere notat, Lat. ant. *cajare*, id. unde vocem noſtram non inepte deducunt nonnulli

Digitized by Google

nonnulli; alii a Latino *cavea* ortum credunt, quo poſito, proprie notabit vel cavernam montium, primum hominum receptaculum, vel humilem quamvis aliam caſam. Concinit Gr. κῶος, cavernæ, it. Ebr. חבא, abdidit, occultavit, unde מחבואים, latibula. SPEGELIUS confert חפה, texit. Quidquid ejus ſit, uſurpatur hodie non niſi de magalibus & vilioribus tectis. In antiquorum ta men ſcriptis eſt, ubi pro digniori con clavi poſitum inveniatur. *Hiſt.* ALEX. M.

Hon ledde han i en annan koſwa:
In aliud conclave eum duxit.

Et infra:

Med ædlom ſtenom ſatte waro
Wæggia ok tak i hwariom koſwa:
Geminis diſtincti erant
Parietes & tecta cujuslibet conclavis.

Speciatim hoc nomen geſſere ſacella, Sanctorum memoriæ in Templis dedicata. CATAL. EPISC. SCAR. *Han læt ſkriſwa Sancta Maria Kyrkiukorn allæn, oc ſydri kowæn:* Pingendum curavit chorum Templi & ſacellum meridionale. AngloSaxones idola, quæ noſtri *ſkurdgodar* dixere, *coſa godas* appellabant, hoc eſt, parietibus incluſos, ſecus ac ſolebant Scythiæ Celtæque. Ab hac voce non niſi pronunciationis diverſitate differunt *koja* & *kyffe*, ut infra dicetur.

KOGER, pharetra. A. S. *cocer*, *coxre*. Al. *cohlar*. Belg. *koker*. Germ. *kocher*. Gr. B. κούκερον, κύκερον. Hiſp. *cuchar*. Iſl. *kogur*, unde *kogurſvein*, ſervus a pharetris, *Dvergorum* nomen. Conf. Fenn. *cuckare*, crumena. Abeunt aliquantulum Angli, *quiver* dicentes, & longius Galli hodierni Italique, quorum illi *carquois*, hi *carcaſſo* telorum thecam nuncupant. Convenit fere inter trium L. peritos, per literarum transpoſitionem variationemque a Scythico ipſorum hac facta eſſe. Sed non æque conſtat, quis communis ſit fons & ſcaturigo. Mihi aliquando in mentem venit, voce hac ab initio non tam thecam ſagittariam, quam potius eidem incluſa tela indicata fuiſſe. Rationes, quæ me ad hoc credendum invitavere, ſunt 1. quod apud Dalekarlos, vetuſtæ L. fidiſſimos cuſtodes, *kof* pro ſagitta poni, compererim: *f* vero & *g* literæ ſunt omnium maxime permutabiles. OCT. FERRARIO idem ſuboluit, qui a *coche*, crena ſagittæ (quod vocabulum pro ipſa ſagitta poni Vir ille laudatus obſervat) vocem Italicam derivandam autumat, inque ſuæ opinionis robur adducit, quod *decocher une fleche* idem ſit ac ſagittam emittere. It. *ſcoccare*. 2. Obſervavi, in ſcriptis medii ævi noſtratium pharetram non *koger*, ſed *kogerbyſſa* appellari: *byſſa* vero uti thecam notat, ita *koger* non poteſt aliud quam ſagittam ſignificare. CHRON. RHYTHM. *min.* in *Præf.*

Fick han ena kogerbyſſo och pila uti:
Si pharetram accepit inque ea ſagittas.

Scio, mihi obverti poſſe, quod, addito *pil*, pharetram *pilkoger* etiam nuncupemus, quodque Belgæ ſimiliter *pylkoker* dicant, qui iidem *meſſekoker* thecam cultellariam appellant. Hinc vero nil aliud certo elici poteſt, quam alterutrum ἀκυρολογίαν ſapere, atque adeo videndum, utri parti ratio & ſanior critica patrocinetur. WACHTERUS radicem ponit C. B. *caw*, cavus, unde plurima id genus alia pullulaſſe credit, quæ apud ipſum legi poterunt. H. SPEGEL, præeunte GUDMUNDO ANDREÆ, *koger* derivat a חגר, cinxit, חגור, cingulum, JUNIUS a *quaver* vel *quiver*, motitare, MARTINIUS a *couvrir*, tegere. Quod hinc elicere tu certiſſime potes, Lector, id eſt, inter tot tamque diverſas ſententias unam, quæ ſola vera ſit, ægre inveniendam. Ego mantiſſæ loco tantum obſervabo, pro duriore exterorum pronuntiatione *g* noſtrum in *k* mutatum fuiſſe, proque *koger kók* invaluiſſe. Milites noſtri *patronkók* appellant thecam illam, ubi parata habent necandi inſtrumenta, bombardæ ingerenda. Germ. *köker*. v. IDIOT. HAMB. p. 135. GLOSSÆ FLOR. peram vertunt *cugila*.

KOGG, navigii genus apud veteres. CHRON. RHYTHM. p. 139.

Kogga ſtora och breda.
Naves ingentes lataſque.

Iſl. *kuggr*. GUDMUNDUS ANDREÆ, p. 153. C. B. *cwch*, linter. Angl. *cockboat*: apud CHAUCERUM *cogge*. Gall. *coquets* & *coche*, unde *coche d'eau*. v. THOMASS. *Gloſſ.* p. 323. Belg. *kogghe*. It. *cocca*, *cucca*. Dan. *kog*. Alemannos etiam *kogge* uſurpaſſe, docet CHRONICON ArchiEpiſcoporum Bremenſium, citante GRAMIO, in *Diſſ.* de *Uſu L. A. S. in Danica*, p. 175 *Poſuerunt magnam navim, vulgariter dictam* kogge, *cum armatis viris.* PONTANUS, in *Origg.*

 Franc.

Francicis haſce naves fuiſſe, ait, oblongas, apertas & veliferas. Scriptores Latini ſequioris ævi eas *cogones* & etiam *coquas* appellavere, uti pluribus exemplis probant SPELMANNUS & DU FRESNE. Poſterior appellatio occaſionem dedit Etymologis augurandi, nomen hoc oriundum eſſe a Gallico *coque*, concha, ob *contemtibilem exilitatem*, ut ait FR. JUNIUS, in *Etymol. Angl.* Supra laudatus THOMASSINUS ab חוג, circinus, derivat, nominis rationem quærens in forma navigii rotunda. Quicquid hujus ſit, exilitas certe nomini cauſſam non dedit: Scriptores enim antiqui hoc navigii genus ſemper tanquam grandius deſcribunt. Modo laudatus GRAMIUS citat *Diploma* HENRICI LEONIS de anno 1170, quo confirmatur Epiſcopatus Sverinenſis. Ita vero ibi: *Cives Swerinenſes ad uſus mercationum ſuarum, in portu qui Wiſmar dicitur, duas magnas naves, quæ* koggen *appellantur, & minores quotcunque voluerint naves alias, ſine contradictione quorumlibet hominum ſemper habebunt.* WACHTERUS, in *Gloſſ.* ad voc. *kocher*, nominis hujus rationem petit a C. B. *caw*, cavus. Difficile vero eſt, de etymo vocum diſſerere, ubi non conſtat, quæ earum patria ſit, quæque rei, de qua quæritur, vera facies. v. infra in *kugg.*

KOJA, tuguriolum. Belg. *kooi*, *kou*, *kouw.* Germ. *koie.* Valebunt hic eadem, quæ ſupra ad v. *koſwe* diſſerui, utpote quam ab hac diverſæ originis non eſſe, autumo: addo tantum, in veteri Latio *cavum* idem fuiſſe quod cavum, atque etiam cælum ipſum ita aliquando appellatum fuiſſe.

KOITE, cubile nauticum apud Germanos, teſte WACHTERO. Eſt hinc, quod dicamus, *krypa till koits*, cubitum ire. Græci κοίτη cubile quodvis appellant, ex quo noſtrum oriundum eſſe, dicere poteris, niſi malis cognatum credere proxime præcedenti, vel contractum a *kojute*, *kajuta*, triclinium navium majorum.

KOK, *koka*, gleba, ſcamnum, ita enim appellant PLINIUS & COLUMELLA glebas grandiores, quæ prima aratione excitari ſolent. Fenn. *cockare.* In eadem lingua *cuocba* eſt tudes, inſtrumentum nempe, quo glebæ comminui ſolent.

KOKA, coquere. v. *kock.*

KOL, ignis. Deſiit jam hæc vocis hujus acceptio, ſed ita tamen, ut fugere non poſſit eum, qui veterem Linguam noſtram accuratius expenderit. Apud Weſtrogothos *kylla* eſt ignem accendere, & *kylle* ligna arida, quæ ignem citius arripiunt. v. infra in *qwilla. Kulswarf* eſt terminus veterum legalis, de iſtiusmodi infortunio uſurpatus, ubi ſuborto incendio tota familia perit, vel, ut explicat CODEX OSTROG. *Ærfd.* B. c. 6. *Brinner inne madber ok kuna ok barn thera*: ſi uno incendio pereant maritus, uxor eorumque liberi. Iſlandica Lingua *koljern*, VERELIO teſte, appellatur ferrum, quo e ſilice ignis elicitur. *Kolbytur* in *Hiſt.* KÆTTILLI HÆGN p. 4. eſt qui ignem accendit, ciniflo. Sueth. *fyrbytare.* Apud Græcos καλεὸς erat ignis epitheton, HESYCHIO teſte, denotans καυστικὸν, θερμόν: quocum convenit Lat. *caleo*, *calor*, *culina*, quæ, docente FESTO, etiam notavit locum, ubi epulæ in funere comburebantur, NONIO vero auctore, locum ædium, ubi largior ignis colebatur, &, ſi altius adſcenderimus, Ebr. קלה eſt torruit: cui adde גחל, pruna, quæ ultima obſervatio DAVIESIUM auctorem habet.

KYLLA, accendere ignem, apud Weſtrogothos alias *qwilla*, *quildna.* OSTG. L: B. B. c. 44. *Nu a bonde warda allum thöm elde ſum han qwildnar*: Paterfamilias curare debet ignem, quem accendit.

2. Pruna: *glödande kol*, prunæ ardentes: hinc *kolpanna*, ignitabulum. A. S. *col.* Angl. *coal.* Al. *cole*, *chol.* Germ. *kole.* Iſl. *kol*, Dan. *kull.*

3. Carbo, unde *kolmila*, ſtrues lignorum in carbones convertenda, *kola*, carbones coquere. Veteres Iſlandi, ut hanc ſignificationem a priore diſcernerent, *kalda* adjungere ſolent. *Brenna at koldum kolum* eſt incendio penitus delere, ut nil ſuperſit præter carbones. STURLÖGERS S. p. 64. OL. TRYGGV. S. P. I. p. 203. *Kolbränna* ideo dictum fuiſſe EMUNDUM OLAVI filium, Regem SUECIÆ, quod facinoroſos ædium combuſtione puniverit, obſervavi in *Notis* ad CATAL. REG. SUIOG. p. 30. oſtendique aliorum regnorum exemplis, in uſu fuiſſe, ut qui mulctæ ſolvendæ impares eſſent, punirentur combuſtione ædium, vel totarum, ſi gravius crimen eſſet, vel etiam alicujus earundem partis, ſi levius. Eſt hoc idem, quod indicat ERICUS OLAVI, in illius vita p. m. 32. *Hunc vocatum dicunt* KOLBRENNA, *quia*

pro

Digitized by Google

pro lege ſtatuit, quum aliquis contra juſtitiam deliquiſſet, domus ejus tota vel pars domus major vel minor, ut juxta modum culpæ eſſet plagarum modus, incenſa igne periret.

KOLMÖRD nomen eſt ſilvæ, Sueciam a Gothia ſeparantis. In vetuſtioribus Scriptis appellatur κατ᾽ἐξοχὴν *ſkog*, unde tota regio noſtra dividebatur in terram *Nordanſkog* & *Sunnanſkog*. Ceterum nominabatur etiam *Kolmörkr*, ſive a *mark*, ſilva, forte quia regio hæc carbonariis largam materiam carbonibus conficiendis ſuppeditavit, ſive quia arborum denſitas luci officiebat, a *mörk*, obſcurus. Germani ſilvam ſuæ regionis primariam *Schwartzwald* ex eadem ratione nominavere, opinanturque multi eruditorum, ſilvam *Arduennam* aliunde nomen non accepiſſe, quam a Celtico *arddu*, niger.

KOLF, clava. CHRON. RHYTHM. *min.* p. 86.

The ſkæpte thera kolffua och thera lee:
Manubria aptabant clavis ſuis & falcibus.

Al. *kolb*. OTFRIDUS, Lib. IV. c. XVI: 41.

Sume oub thie ginozza
Druagun ſtangun groza
Kolbon oub in henti,
Thaz ſie es gidatin enti:
Quidam etiam conſortes
Portarunt perticas magnas,
Clavas quoque in manibus,
Ut conficerent finem.

Iſl. *kylfa*. v. VEREL. Belg. *kolfe*, *kolpe*. Supra in v. *klubba* obſervavi, plurimas gentium Gothicarum literas transpoſuiſſe, proque hoc *klubba*, C. B. *clwpa* &c. dixiſſe, quæ omnia orta credit WACHTERUS a *kloppen*, ferire.

II. Sagitta. Iſl. id. HEIMS KR. Tom. I: 392. *Han ſcaut med backa kolfi i gegnum uxa huþ hi ablauta, er bieck a aſi einum*: EINARUS ſagitta obtuſa crudum corium bovinum ſuper trabe pendens perforare valuit. Metaphorice *ſkottkolfwar* dicuntur verba aculeata, quæ in alium conjiciuntur, dictum mordax.

KOLFLÅS eſt feræ penſilis genus, cui ferrum, in modum teli hamatum, inſeritur. In GLOSSIS FLORENTINIS uncus explicatur *chalwon*, quod indicio eſſe videtur, *kolf* proprie denotaſſe id, quod uncum vel hamatum eſt.

KOLKA, tuburcinari. *Kolka win uti ſig*, vino ſe opplere. Belg. *kolcken*, id. STADENIUS, in *Explanatione Voc. Bibl.* p. 363 obſervat, in L. Germanica ſuperſtitem eſſe hujus vocis radicem *kölcke*, puteus vel barathrum, in eundem modum, quo a Lat. gurges fit ingurgitare. Conf. WACHTERUS in v.

KOLLOPS, edulii genus, confectum ex carnis ſegmentis, tudite lignea probe contuſis & maceratis. Germ. *klops*, v. IDIOT. PRUSS. Nomen hoc cum Anglis commune habemus, quorum *colab*, *colob* vel *collop* proprie denotat ſegmentum carnis, (ut in medium allatis exemplis probat JOHNSONIUS) & dein juſculum hoc inde confectum. JUNIUS derivat a κόλοβος, quod a SUIDA explicatur μικρὸς ψωμὸς, buccea parvula, a κολοβόω, mutilo. Si in culina primum natum eſt hoc vocabulum, non dubitarem, ortum dicere a *klappa*, *kloppfen*. Conf. VOSSII *Etym.* in *collabi*, ubi notatur, κόλλοψ eſſe partem ſpinæ bovis.

KOLT, toga. Uſurpatur nunc tantum de prætexta infantum: in verſione vero LEGUM WISBYENSIUM Germanica, p. 173. *kolt* pro tegmine, quod lecto inſternitur; acceptum videmus. Veteres Iſlandos *kiol*, *kilt* pro veſte & ſinu veſtis accepiſſe, ſupra ad v. *kilt* obſervavimus.

KOMMA, venire. Ant. *kuma*, ÖSTG. L. *Egn.* S. c. 14. Ulph. *quiman*, venire. A. S. *coman*, *cuman*. Al. *chumen*. Iſl. *komma*. Angl. *come*. Belg. *koomen*. Germ. *kommen*. Quum vox hæc ſit inter ſimpliciſſimas, easque, in quarum originem inquirere, nefas eſt, ſuperſedebimus hac opera, & tantum notabimus, veri nobis haud abſimile videri, veteres Gothos, pro *quiman quinan* dixiſſe, atque adeo germanum fuiſſe Latinorum *venio*. Sed his miſſis, obſervo nimiam hic, ut non raro alias, WACHTERI diligentiam, qui ſignificationes cumulat, quas ſermo noſter non agnoſcit. Docet enim *komma*, præter veniendi ſignificatum, etiam idem notare ac capere, perire, perdere. Sed nihil horum agnoſco. Licet enim *bekomma* ſit accipere, *förkomma*, perire & perdere, hoc tamen particulæ adnexæ potius, quam verbo, adſignandum: in eundem modum ac dicere nequeo, apud Latinos ire intereundi notionem habere, aut dare deſtruendi, licet perire & perdere hisce ſignificationibus polleant. Dabimus itaque operam, ut ſcopulos, ad quos alliſi ſunt

Digitized by Google

ſunt alii, nos vitemus, & tantum notabiliores vocis ſignificatus recenſebimus.

II. Habet notionem faciendi, ut quis veniat vel agat. *Komma en at ſpringa*, facere, ut quis currat: *komma en från tjånſten*, facere, ut aliquis ab officio removeatur. *Lex Aulica* Canuti M. p. m. 600. *Of Kunung wil annan man af witberlag cumma*: ſi quempiam Rex e ſocietate aulica removere voluerit. Huc forte referri poterit phraſis illa *komma i bog*, reminiſci, quod proprie eſt in mentem revocare. Sed ſciendum eſt, veteres Gothos Iſlandoſque pro eo, quod dicimus *jag kommer i bog*, ſemper *mig kommer i bog* uſurpaſſe, id quod verſionem arbitror phraſeos Latinæ, venit mihi in mentem. Chronicon Rhythm.

Jag undrar hwi idher kom thet i bog:
Miror, cur id vobis in mentem venerit.

Vita Anscharii p. 59. *Tha bonom thet i bug kom*: quum id ipſi in mentem venit. Et ſimili modo locutos video Iſlandos. Hrolf Krakes S. p. III. *Ep- ter komma oſuinnum manne rad i bug*: ſero ſapiunt Phryges. Knytl. S. p. 92. *Mir kemir þat i bug*, id mihi in mentem venit. Bibl. Isl. *Deuter.* 5. *Til bugar komma*, in mentem venire. *þier ſkal til bugar komma*, meminiſſe debes.

III. Accidere. *Thet kom ſig ſå*, ita accidit. *Jag kom att nämna*, accidit, ut indicarem. Gothl. L. c. 18: 4. *Hvat ſum belzt can at cuma*, quicquid accidere poterit. Ita apud Latinos venire & evenire gentilitia ſunt. *Tillkomma* eodem ſenſu uſurpatur, I. Sam. 10: 11. *Hvad är Kis ſon tillkommet*, quid filio Kis accidit?

IV. Conſtare. *Huru mycket kom thet uppå*, quanti conſtitit? Germani eodem loquendi modo utuntur, nec non Iſlandi. Ol. Tryggv. S. p. 19. Sigurdur *ſpyr*, *hvar komma ſkal*, Sigurdus interrogat, quanti conſtet? Suſpicor, a Lat. venio vel potius veneo novam hanc ſignificationem Gothicæ acceſſiſſe. Ludimagiſtris credo nos plurima ejusmodi accepta referre debere, qui Latina interpretaturi, verbis, quantum fieri potuit, inhæſere, & hinc novos ſignificatus Gothicis vocabulis ſæpe dedere, ab uſu dein confirmatos.

V. Convaleſcere. *Komma ſig*, *komma ſig före* dicuntur, qui ex graviore morbo ad ſanitatem redeunt, & alia metaphora, quorum opes & facultates convaleſcunt. Belgæ dicunt *bekomen*.

KOMPAN, ſocius. Iſl. id. v. Verelii *Index*. Germ. id. teſte Wachtero. Veteres Galli *compain* dixere, quod hodie *compagnon* efferunt. Vi originis denotat vel comitem in via, quaſi *combennonem*, a *benna*, vehiculo Gallico, vel ſodalem ad menſam & *communi pane* veſcentem, quomodo apud Moeſogothos ſocius *gablaiba* dicitur, a *blaibs*, panis, Al. *kaleibo*, id. vel tandem ex eodem pago profectum, quaſi *compagum*. v. in hac voce Du Fresnium.

KOMPERSKA, convicium, quod uſurpatur de femina, tricas & jurgia excitante. Ortum utique eſt a Gall. *compere*, quod patrem luſtricum notat, unde Belg. *comperſchap*, cognatio ſpiritualis, qua uti multi abuſi ſunt, ita vitium nomini adjunctum eſt. Galli eodem pæne ſenſu ſuum *commere* uſurpant.

KOMPTARE. Occurrit vox illa in Chronico Rhythmico ſemel aut iterum, a nemine, ut arbitror, intellecta, niſi quod ſeries orationis indicet, miniſtros Regios, Domini ſui nomine ablegatos, hunc titulum geſſiſſe. Ita vero l. c. p. 21.

Then komptare loto Swenſke forſtanda,
Huru konungen hade giort them wånda:
Oratori huic Suiones declarabant,
Qua injuria Rex eos affeciſſet.

Et infra:

Komptaren och Hanis *toko tha ſwara*:
Miniſter Regius & Johannes tunc reſponderunt.

Quum ſermo hic ſit de nuntio Regis Erici, ad Suecos Principis ſui nomine in eum finem miſſo, ut cum Engelbrechto tranſigeret de querelis contra Regem ſubortis, credidi, me nominis rationem inveniſſe in Anglico *counters*, quod apud veteres Anglos nomen erat cauſſarum actorum vel Juriſconſultorum. v. Lye ad Junii *Etymol.* in voce *counte*. Sed dein vidi, medii ævi Scriptoribus *comptores*, *comtores* & *comitores* dignitatem fuiſſe aulicam, quæ muneri Vicecomitum proxima erat,

Digitized by Google

erat, ut docet Du Fresne, in *Gloſſ. Lat.* Med. Ævi, Edit. rec. Tom. 2. p. 832.

KONA vel KUNA, mulier. *Hiſt.* ALEX. M.

Nöden kænner nakna kone ſpinna:
Neceſſitas nudam mulierem nere docet.

In LEGE OSTROGOTHICA inque Legibus patriis ſæpe *löſka kuna* dicitur mulier, quæ nondum nupſit. Ulph. *queins*, *queno*, *quino*, cujus dialecti rationem ſequuntur ceteræ filiæ, præter Alemannos & Scandianos, qui *v* illud omittunt. Sunt in hoc numero Iſlandi, qui etiam *kona* uſurpant, ſed qui tamen in *kvongaſt*, uxorem ducere, *v* illud reſumunt. v. infra in *quinna*. De voce Theotiſca jam mox aliqua afferentur. Patrocinari noſtræ vocis formæ videtur Græcum γυνὴ, quod cum Gothico nimium manifeſtam affinitatem habet, inque eo ſolum differt, quod *k* mollius proferat. Accidit vero idem toti familiæ: quod enim Græce eſt γεννάω, genero, γένναιος, generoſus, audax, γέννα, γένος, progenies, genus, id Scythicæ originis dialecti per *c* vel *k* efferunt. A. S. *cennan*, generare, Goth *kön*, generoſus, audax, *kyn* vel *kön*, genus, proſapia.

II. Uxor. L. L. *Gipt* B. c. 11. *Nu kan kona hor göra:* ſi uxor adulterium commiſerit. Lingua Moeſogothica in hac voce accuratior eſt, utpote quæ diſtinctionem facit inter *queins* vel *quens* & *quino:* hoc ſcilicet mulierem notat, illud vero uxorem. Dabimus utriusque exempla. MATTH. 27: 19. *Inſandida du imma queins is*, miſit ad eum uxor ejus. Conf. LUC. 1: 5. & 2: 5. Salutatio Angelica in eodem capite habet *thiu tida thu in quinom*, benedicta tu in mulieribus. Alemanni promiſcue hoc ſenſu *quena* & *kona* habent. LEGES ALEM. 36. *chonen oder magt*, uxorem aut virginem. OTFRIDUS Lib. I. c. IV: 17.

Unbera uuas thiu quena:
Sterilis erat uxor.

v. PALTHENIUS ad TATIAN. p. 278, & JUNIUS ad WILLERAMUM, p. 261. Iſl. *kona*, uxor, *konolaus*, cælebs. Si etymologos audiamus, JUNIUM aliosque, hæc prima erit vocis ſignificatio, utpote ortæ a Gr. οἰΦεῖν, coire, vel a κύω, pario. v. GLOSS. ULPHILANUM, p. 382.

III. Per ignominiam notat mulierem impuram. Hinc *borkona*, adultera. A. S. *borcven*, hodie *quean*. Sic *tjuſkona* eſt mulier furto infamis. Plura huc pertinentia videſis in *quinna*.

KWÆNAS, uxorem ducere. Iſl. *kvongaſt*, hinc *kwænt*, maritus. CHRON. RHYTHM. *min.* p. 36.

Och wart ſidan i Danemark qwänter,
Och wart af cronan wäl förlänter:
Poſtea in Dania uxorem duxit,
Pulcre ab ærario dotatam.

KONST, ars, ſcientia. L. L. *Kirk.* B. cap. 5. *Biſkoper åger ſkodha hans konſt:* Epiſcopus ſcientiam (futuri Sacerdotis) ſpectare debet. Varie ſcribitur, uti *koneſt*, WESTM. L. *Kirk.* B. c. 4. *kunniſt*, *kunnaſt* & *kunnåtta* in monum. Iſlandicis. v. OL. TRYGGV. S. c. 13. nec non *koſt*, in illo ab Auctore libri, KONUNGA STYRELSEN dicti, allato proverbio, p. 119. *Natiſkæfwa wit ok ræfunge koſtr æru odryg*: noctuarum calliditas & vulpecularum technæ diu non ſufficiunt. Interpres quidem heic *koſtr* cibum vertit, ſed paralleliſmus præcedentis *wit* aliud ſuadet, nec non tota ſeries, quæ in commendanda vera prudentia tota eſt. Melius itaque in *Indice*, p. 222. l. 5. *koſt* hic pro *konſt* poni, obſervatur. Alemanni *chunſt* dixere eodem ſenſu; in GLOSSIS vero PEZIANIS *chunſtigir* notat potentem. Germ. *kunſt*. Radix eſt *kunna*, quæ apud Gothos exteros ſcire notat, apud noſtrates vero poſſe: uti quippe Suethice *kråft* vires ſimul ac ſcientiam denotavit, ita a corporis facultate ad animi vires heic translatio facta eſt. Notat vox noſtra probo & intemerato ſenſu quamlibet artem: ut autem in omnibus linguis artes probæ fraudesque confuſos limites habent, (v. infra in *liſt*, ſcientia) ita *konſt* ſæpe ponitur

II. Pro technis, dolo. *Bruka konſter*, technis uti. Angli *cunning* peritum & item ſubdolum appellant, Suethice *konſtig*.

III. Machinam quamlibet artificioſiorem, unde eſt, quod machinam aquæductoriam *wattnkonſt* appellemus, Germ. *waſſerkunſt*, & *Konſtmæſtare* apud monticolas dicatur, qui ſibi ſuæque curæ creditas habet illas machinas, quæ extrahendo metallo liberandisque fodinis noxia aqua inſerviunt.

KONUNG, rex. Ant. *konunger*, *kunnunger*, *kununkr*, & brevius *kung*. Utramque vocis formam cum Anglo-

Saxonibus communem habemus, qui rectorem ſuum *cyng*, *cynig*, *cyning*, appellavere, hodie *king*, a quibus Islandorum *kong* & *kongur* parum abludunt, addita ſcilicet huic terminatione generis maſculini. Alemanni conſtanter titulo huic Regio duas ſyllabas vindicant, *kuning*, *choning*, & ad eorum exemplum Belgæ, quorum eſt *koning*, quibus adde Germanicum *kônig*, Danic. *konning*, Hibern. *cunnç*, Fenn. *kuningas*, Curl. *kônix*. E re Etymologi eſt, hoc inobſervatum non dimittere, quum fruſtra in familiam vocis inquiratur, niſi prius conſtet, quæ litteræ ad ipſum ſtemma pertineant. Pari quidem antiquitate utraque forma ſe tuetur tam monoſyllabica, quam diſſyllabica, verum quum Alemanni contractionem ignorent, & hanc tamen vocem ab Anglo-Saxonibus non acceperint (ea enim jam Otfridus utitur aliique) veriſimile eſt, productiorem formam altera magis eſſe genuinam, v. infra membro ſecundo. Sed inde tamen evidentius non eſt, qui tituli hujus natales ſint, & ubi gentium primum uſurpari cœperit. Gothi exteri populi rectorem *thiudans* appellavere, unde *thiudanaſſus*, regnum, & *thiudangardi*, regia, *thidanon*, regnare, nec non *kindins*, v. Matth. 27: 11, 15. quod vocabulum idem eſſe, ac illud *Hendinus*, quod Ammianus Marcellinus memoriæ prodit, regum titulum fuiſſe apud Burgundiones, (vide Lib. 28: 5.) recte docet Wachterus, in v. *Elterman* p. 367. Suiogothos antiquiores Principes ſuos *Drottar* nuncupaſſe, fide Sturlæsonii conſtat, qui Dyggvonem primum fuiſſe noſtratium docet, qui hunc titulum *Konung* admiſerit, & in vicinia Danum, Ringonis filium. Quod inde probabili conjectura deducere licet, id eſt, exoticum eum fuiſſe, & aliarum gentium exemplo huc illatum. Id vero indagatu haud adeo facile eſt, quibus hanc gratiam debeamus Alemannisne an Britannis,& quos illi duces ſecuti fuerint. Multis veriſimile viſum eſt, a Scythicis inde oris Regiam hanc appellationem ad Europam perveniſſe, & rationem afferunt, quod hodieque Tartaricæ gentes Imperantes ſuos *Chan* vel *Kan* appellent. Conf. *Hiſtoire des Huns* par Desguignes, Tom. I. p. 105. Et hoc ſi eſſet, illico ceſſare deberet Etymologorum induſtria. Ut autem de cetero breviter indicem, quæ virorum eruditorum de voce hac conjecturæ fuerint,ſubjungam paucula. Auctor libri pulcerrimi, Konunga och Höfdinga Styrelse dicti, a *kyn* nomen hoc regium derivat: ſed quum vox illa in vetere Lingua duo notet, genus vel proſapiam, & etiam fortem, audacem, (niſi potius dicendum judicares, duas eſſe voces diverſas, quæ iisdem literis conſtant) utroque inter etymon quærendum uſus eſt, eoque indicari voluit, Regem tam illuſtri loco natum eſſe debere,quam fortem & ſtrenuum. Hisce II. illi adjungendi ſunt, qui conflatam vocem putant a *kôn*, genus & Inge, quod nomen erat plurium Sueciæ Regum, inde a tempore Freji, Niordi filii Suionumque Regis, in Deos relati, cui agnomen erat Yngve, id quod diu poſtea tanquam honoris titulum in Familia hac Regnatrice uſurpatum fuiſſe, docet modo laudatus Sturlæsonius Tom. I. p. 12. Freyr *het* Yngvi *auþru nafni:* Yngva *nafn var leingi ſiþann haft i hanns ått fyrer Tignar nafn*, *og* Ynglingar *voro ſiþann kallaþer hanns ættmenn:* Yngonis nomine vocabatur Freyerus, quod multis deinceps temporibus apud ſtirpem poſterosque ejus uſitatum eſt, tanquam honoris titulus, qui etiam exinde Ynglingi nominati ſunt. Quæ verba ita intelligenda eſſe putat Ottho Sperling, in *Tract.* de *Regio Nomine Konning*, p. 217. ut filius ejus Yngvi Fiolner, nepos Yngvi-Sueigdar atque ſic deinceps ceteri appellati fuerint. Hisce poſitis, *Koning* nil aliud erit, quam proſapia Yngvica. Sed obſtat huic derivationi, quod videamus, idem nomen apud Anglo-Saxones Alemanosque viguiſſe, idque ita, ut probabile non ſit, a nobis ad illos id tranſiiſſe, quippe qui antiquiore alio titulo ipſi utebamur, reges noſtros *Drottar* appellantes. Ol. Rudbeckius Junior, & cum illo alii, *Kong* Europæorum diverſum eſſe non putant a כֹּהֵן, quod in Ebræa L. non ſolum Sacerdotem ſed etiam Principem denotare, obſervarunt Philologi. Quem vero modo laudavi, vir Eruditiſſimus Ottho Sperling, in *ſingulari* de hoc titulo Regis *Schediasmate*, Hauniæ 1707 edito, a *kunna*, poſſe, & *kænna*, ſcire, eum derivat, eoque indicari docet non ſolum nullis limitibus circumſcriptam

ptam poteſtatem, ſed & ſapientiam Divinæ proximam, & his poſitis, a nominis ratione ὑπεροχὴν Daniæ Regum eo majorem præ reliquis Imperantibus infert, quo auguſtiori titulo coluntur. Ulterius obſervat, adeo emphaſi hujus vocabuli captas fuiſſe ceteros orbis incolas, ut tota gens Ingevonum in vetere Germania inde olim nomen habere voluerit; ut Japonenſibus in deliciis fuerit, & ante COLUMBUM ad Peruvianos pervenerit, ibique familiam *Ynkarum* inſigniverit. v. p. 214, ſeq Ita adulatio materiem ubique quærit. Sed perbene monet WACHTERUS, ſi vel a potentia Reges appellati fuiſſent, inde tamen nullo modo ſequi, limitibus carentem poteſtatem eo vocabulo intelligendam eſſe. EDV. LYE, in *Additam.* ad *Etymologicon* JUNIANUM, ſuſpicatur *king* & A. S. *cyng* deducenda a *cyn* vel *kyn*, gens, natio, pari ratione ac a *thiod*, populus, factum eſt *thiudans*, Rex apud Mœſogothos, & in noſtra Lingua *Drott*, Dominus, ab Iſlandico *drot* vel *drót*, populus, turba. Qui in Lingua vetere Celtica vocis originem quærunt; ut LLUYDIUS, *kynog* Principem ſupremum apud Cambros notare, obſervant, ortum ab obſoleto *kyn*, quod Hibernis hodie eſt *kean*, caput. Neſcio, an ab hoc diverſum ſit, quod ex BOXHORNIO notat WACHTERUS, in eadem Lingua Cambrica *cun* Dominum notare, qui idem Vir literatiſſimus AngloSaxones ab initio Regem *cyn* appellaſſe, ex derivatis *cynedom*, *cyneric*, regnum, *cynelic*, regius, &c. concludit, & adeo uſui tribuendum, quod literæ aliquot a fine additæ ſint. Ex his, quæ jam allata ſunt, Lectoris ſit, aut aliquam adoptare, aut etiam omnes reſpuere. Ego antequam finem faciam, tribus verbis monebo, omnium forte certiſſimam derivationem noſtræ vocis a C. TACITO peti, qui rite intellectus, viam inveniendæ primæ ſcaturigini monſtrabit. Ita vero ille: CENTENI *ex ſingulis pagis ſunt, idque ipſum inter ſuos vocantur: & quod primo numerus fuit, jam nomen & honor eſt.* Oſtendit hic TACITUS, Antiſtitibus Germanorum a numero Centenario Gothice vel Germanice nomen inditum fuiſſe. Jam vero ex antiquioribus & TACITI ævo propioribus L. Alemannicæ monumentis conſtat, *chun* & *hun* centum denotaſſe, unde in LEGE SALICA *Septuncunna* 700 & *theotbocunna* vicies centum, id eſt 2000, denotant, immo vero apud NOTKERUM *hunno* pro centurione poſitum invenitur, ex obſervatione SCHILTERI, uti quoque GLOSSÆ FLORENTINÆ centenarium *hunno* interpretantur, pro quo ECCARDUS nulla neceſſitate *hundaro* ſubſtituendum putat, in *Annot.* ad LEG. SAL. p. 87. Diplomata etiam vetera Latine conſignata, Judices centenis præpoſitos *hunones* & *hunnones* appellare, probat HALTAUSIUS, in *Gloſſ.* v. *Heune*. Inde etiam eſt, quod OTFRIDUS, hanc Centenarii dignitatem expreſſurus, *kuning* uſurpet, Lib. III. c. II: 5. ubi de Baσιλικῷ, cujus puer æger decubuit:

Ein kuning gieiſcot iz in uuar,
Iob fuar ingegin imo ſar.
Quidam Centurio reſcivit id certe,
Et ivit adverſum eum illico.

Confirmatur hæc etymologia conſuetudine populorum Scythicæ originis plerarumque omnium, apud quas regium nomen dignitas erat militaris, quæ finito bello fere ceſſavit. De Hiſpanis, Luſitanis ceteriſque populis Celticis id commemorant Scriptores Romani. Nec aliam fuiſſe imperii formam apud majores noſtros, ſi ADAMO BREMENSI fides eſt habenda, credere oportet. Ita vero ille, in Libello de Situ Daniæ: *Reges habent ex genere antiquos, quorum tamen vis pendet in populi ſententia. Quod in commune laudaverint omnes, illum confirmare oportet, niſi ejus decretum potius videatur, quod aliquando ſequuntur inviti. Itaque domi pares eſſe gaudent, in prælium euntes præbent obedientiam Regi, vel ei qui doctior ceteris a Rege præfertur.*

II. Notat filium Regis. Tales erant illi Reges, quos a CANUTO ERICI ſuperatos tradit CATALOGUS REGUM SUIOGOTHICORUM, LEGIBUS WESTROGOTHICIS annexus: ad quem locum ita commentati ſumus *Diſſertatione* quarta "p. 100. Scire convenit, uſu apud veteres receptum fuiſſe, ut, qui ex "Regia familia oriundi eſſent, ſimul "ac expeditionem bellicam ſuſceperant, "& vel claſſem piraticam duxerant, "vel alias exercitum ſuis auſpiciis rexe"rant, a commilitonibus Regium ti"tulum impetrarent, & dein retine"rent, quamvis etiam nullum propriæ "ditionis regnum habuerint.

III. Idem nomen dabatur Regulis, alterius

Digitized by Google

alterius ditioni ſubjectis, quique partem imperii pro certo pendendo vectigali tenebant, inde *Skattkonungar* dicti, *Herkonung*, dux militaris, *Siökonung*, Dux piratarum, qui, in navibus perpetuo degens, *ſvaff alldrei under ſotkum aſe, og drack aldrei at arins borni*: nunquam dormiit ſub fuliginoſo tigno, nec ante focum bibit, ut ait STURLÆSONIUS, Tom. I. p. 40. *Næskonung*, qui promontorio cuidam præerat, *Fylkiskonung*, præſes territorii, qui omnes Regi Upſalienſi tanquam *Thiodkong* paruere, quemque *Kong Konga* eapropter Poëtæ nuncupatunt, docente EDDA STURLÆSONII, i. e. regum regem.

IV. Catachreſtice idem nomen datum invenitur iis, qui in perquam humili campo primas tenent. *Notkung* hodieque ſalutatur ille, qui in piſcatura majori, ſuper glacie facta, imperator eſt, ut pluribus docet libellus, qui titulum *Reſpublica Glacialis* præfert. In inferioribus regni provinciis *Ståta rekung* dicitur, qui mendicantium agmen ducit, perinde ac Galli *Roi des Ribauds* appellabant eum, qui viliſſimam plebis partem ſuæ ſubjectam habuit inſpectioni.

KOPP, apis. Supereſt vox illa in compoſito *koppoſund*, quod LEX WESTROG. habet *Forn.* B. c. 13. uſurpaturque de apium examine, in ſylvis reperto. Videtur vox illa latiorem olim habuiſſe ſignificationem, & omne inſectorum genus denotaſſe. Conjicio id inde, quod in aliis dialectis Scythicis pro aranea uſurpetur. Cymræci *gwer coppyn* telam aranei appellant (a *gwe*, tela) Angli *cobweb*, Belgæ *kopwebbe*. Germani animalculum ipſum *ſpinnekopp* nuncupant, non quaſi caput filum ducens, ſed potius, ut inſectum, hanc artem exercens.

KOPP, cyathus, ſcyphus. Perſ. *cub*, *cobba*, *cupa*. C. B. *cup*. Al. *cuph*. Angl. *cup*. Hiſp. *copa*. It. *coppa*. Gall. *coupe*. Iſl. *kopp*. Belg. *kop*. Dalm. Hung. *kuppa*. Germ. *kopf*. A Græco κύπελλον per apocopen factum, judicat FR. JUNIUS, in *Etymologico*, ut cetera potandi inſtrumenta apud Græcos Scythasque communia nomina habent, e. g. κάνθαρος, *kanna*, ποτήριον, *pott* &c. Latinis *cupa* vas vinarium notat, a Celtico *caw*, cavus, ſi WACHTERUM auctorem ſequimur, vel, ut alii volunt, a κύπη, navicula, ut ſolent poculorum nomina a navigiis ſæpenumero ſumi.

II. Vas vel dolium, ut dum in ſermone vulgari *koppar* & *kar* conjunguntur. Angl. *cowpe* vel *coope*, a *cowpe*, coasſare. Vide plura infra in v. *kypare*.

KOPPA, cucurbitulas admovere. Belg. *koppen*. Angl. *copp*, non a Græco κόπτειν, ſcindere, ut viſum Græcarum originum amantiſſimo FR. JUNIO, ſed ab inſtrumento, phialæ formam referente. v. DU FRESNE in v. *ſcupha*.

KOPPA, variola, & in plurali *koppor*. Olim *pockor* hunc morbum appellatum fuiſſe, docet Vetus ORDINANTIA ECCLES. p. 71 & 93, idque ad amuſſin dialectorum antiquiorum. A. S. *pocca*, *poc-adl*. Belg. *pocken*, *pockjes*. Angl. *pocks*. Dan. *pocker*. Cambri *buccl* dicunt, quod forte ad originem proximum. Ortum enim credo non a ποικίλος, varius, etiamſi Latinum nomen huic derivationi favere videatur, ſed a forma extuberante, quæ in Germanica Lingua *buckel* nomen habet, unde *bucklare*, ſcutum rotundum.

II. Eadem forma rotunda fecit, ut etiam *koppa* uſurpetur de botris lupuli, *en bummelkoppa*. Confer infra *kupa*.

KOPPÆRRIG, variolis notatam faciem habens.

KOPPAR, æs Cyprium, quod cadens Latinitas *cuprum* appellavit. CHRON. RHYTHM. ab init.

Ther görs nog ſillf, bly, jern och koppar:

Ibi conficitur vis argenti, plumbi, ferri & æris.

Germani *kupfer* dicunt, qui hac in parte ut artis, ita & loquendi magiſtri fuere. Dan. *kaabber*. Gall. *cuivre*. A. S. *cyper*. Al. *copher*. Hiſp. *cobre*. Angl. *copper*. Belg. *koper*. De inſula Cypro narrat FESTUS, antiquos illam *Ærosam* appellaſſe, quod in ea plurimum æris naſcatur.

KOPPARMYNT, moneta ærea. Inter numerandum vero *kopparmynt* triplo minor eſt numero per *ſilſwermynt* inito, ita ut marca ærea valeat octo nummulos, marca vero argentea viginti quatuor. Ratio diverſitatis calculi petenda eſt in decreſcente valore nummorum uſualium, tanta æris cum argento facta mixtura, ut primum duæ marcæ argenti puri æquivalerent tribus marcis monetæ cuſæ, quæ differentia cauſſam aperit formulæ illius, in Legibus patriis non raro occurrentis:

Hete

Digitized by Google

bete tre mark och æro twå, i. e. appellentur trinæ marcæ, & binæ tamen ſunto, ſcilicet qua valorem internum: Deinde vero magis magisque vileſcente nummo uſuali, tres marcæ ipſæ non niſi uni æquipollebant, ut id notat LEX SCANICA, *Arſd. B.* c. 16. *ſkal bötæ thre marker ſwa godbæ ſom en mark ſilfs*: tres marcas cuſas pendat, unam argenteam valentes. Et hinc *ſilfwermynt* dicebantur nummi argenti purioris, *kopparmynt* vero ære permiſti, uti lego in excerptis veteris teſtamenti, allatis in *Deſcriptione Weſtmanniæ* p. 129, DANIELEM MAGNI, anno 1535, bona ſoli vendidiſſe templo Aroſienſi *for 116 mark penningar i ſilf och kopparmynt*, pro 116 marcis nummorum argenteorum æreorumque. Dicuntur hic ærei, qui cuſi erant ex argento adulterato vel ære permixto: alii enim nummi ærei tum temporis cudi nondum cœperant. Notabilis locus eſt LEGIS UPLANDICÆ *Jord.* B. c. 1. §. 1. ubi ſancitur, quod pretium eſſe debeat ſoli vendendi, nempe in ſingulos trientes argenti puri marca aut tantum nummorum, quantum conflatum marcam puram efficit, ſi ſcilicet terra illa frumentum ſimul & argentum pendat, ſi vero totus cenſus ſit pecuniarius, ſummam triplo minorem eſſe debere. *Tha ſkal byrdaman gifwa ena mark ſkiärt ſilwer fori örtugh hwarja, ſum ganger aff korn ok pänninga, ok thridiunginum minna fori örtugh, ſum ſnödhir pänningar af ganga.* Conf. LUNDII *Notas* ad Jus UPL. p. 164, ubi ex antiquis tabulis probat, æquivaluiſſe *tre penningar taldir vid eirn veigen*, hoc eſt, tres nummos numeratos uni appenſo.

KOPPARRÖK, chalcanthum. Germani ec *kupferwaſſer*, unde Galli *couperoſe*, Angli *Scoperas* fecere, nos, in *k*, verſo *kopparrök*.

KOPPARSLAGARE, faber ærarius, ita dictus ab ære tundendo.

KOPPARORM, ſerpens, cute ſua æreum colorem præferens. Apud Græcos ex eadem ratione χαλκὶς appellabatur. v. VOSSII *Etym.* in v. *ſeps.*

KOPPEL, copula. C. B. *cwpl.* Gall. *couple.* It. *coppia.* Dan. *kobbel.* Proprie notat catenam, qua duo canes venatorii connectuntur; deinde idem nomen accepit par ipſum canum.

KOPPLA, canes catena conjungere; *koppla ihop hundar.* Metaphorice uſurpatur de turpi lenonum officio, qui homines diverſi ſexus copulant, & ad obſcenas libidines invitant. Hinc *kopplare*, leno, & *kopplerſka*, femina, turpe hoc miniſterium obiens.

KORA, guſtare, probare, ſive palato, ſive alio quocunque ſenſu. *Hiſt.* OLAVI S. p. 17.

Thet mik til ärfwe epter blef,
Thet hafwa alt uthlændſke män
Utan mina tack, thet korer jak än:

Quod mihi hereditatis evenit,
Peregrini id poſſident
Meis ingratiis: ſatis id hodieque ſentio.

Utuntur Alemanni ſuo *choron* eodem ſenſu, ut pluribus oſtendit SCHILTERUS, in *Gloſſ.* p. 171. & ante eos Mœſogothi. *Kauſjan* enim in COD. ARGENTEO eſt guſtare, nec non probare. A. S. *coſtigan.* Germ. *koſten.* Aſcende ad Græcum γεύω, Latinumque *guſto*, quæ omnia origines ſuas miſcent.

KORA, eligere, a quo *utkora*, id. Iſl. *kiora*, & ut literæ *r* & *s* in Lingua tam Latina quam Scythicis dialectis omnibus ſæpenumero alternant, ita nos *kioſa*, *keſa*, Gall. *choiſir*, Germ. *küren* & *kieſen*, de quorum utroque videſis WACHTERUM. Saxones *koren* uſurpant. Latinum *cerno*, prout eligere notat, ut in diſcerno, ſecerno &c. haud procul abludit, in primis ſi cogitemus, non niſi primas tres literas radicales eſſe, duas vero ſequentes terminationem conſtituere.

KAR in Legibus patriis notat libertatem agendi, & cum illa conjunctam pacem domeſticam, qua quis plena ſecuritate fruitur. ÖSTG. L. *Gipt. B.* c. 9. *Tha ſkulu ther waknadrykkio ſina hawa i ſamu karum, ſum ther för hafdo*: tum armorum recipiendorum ergo repotia fiant, eademque id ſecuritate, qua antea uſi ſunt. Ex capite præcedente videmus, moris fuiſſe apud majores noſtros, ut ad nuptias venientes arma ſua & ephippia hoſpiti cuſtodienda traderent; quæ ubi reſumenda erant, cereviſiam ſtrenue haurire, moris erat, ſed ſub pace tamen publica, ne quis illis abuteretur. Occurrit vox eadem in *Arſd. B.* HELS. L. c. 2: 3. *Ölfridher ok laghu kar, wari alt äpti thy ſum for är want*: pax convivii & legitima ſecuritas obſervetur, ut antea moris fuit.

KOR, electio. CHRON. RHYTHM. *min* p. 217.

JÄMKYRNISMÄN, arbitri, qui ex æquo & bono inter diſceptantes reconciliationem quærunt. WESTG. L. *Arſd.* B. c. 4. ita dicti, vel quia ab utraque parte in eorum electionem conſentitur, vel quia vi officii id, quod æquum eſt, quærere debent. Belgice *keers-lieden*, vel *kiers-lieden.* KILIANUS.

WILLKOR, arbitrium, v. infra ſuo loco.

KORDEL, funiculus, chorda. C. B. *cord*, *cordyn.* Belg. *koord.* Gall. *corde.* It. *cordo.* Hiſp. *cuerda.* Invaluit inter artifices noſtros, ut hoc ſenſu *qward* uſurpent. JUNIUS ad WILLERAMUM, p. 190, obſervat, apud Græcos χορδόω & χορδεύω reperiri, idemque eſſe, quod involvo, contorqueo.

KORF, farcimen, cujus varia genera nos

uti Latini, habemus, *blodkorf*, *kött-korf*, &c. Et hanc ultimam ſpeciem, quæ fit ex minutim conciſis carnibus, primam hoc nominis habuiſſe, opinor, atque adeo radicem eſſe *karſwa*, diſſecare, carpere, uti Lat. tomaculum a τομή, ſegmentum carnis, nomen accepiſſe creditur. In Lingua Sclavonica & apud Dalmatos *karw* cruorem ſignificat, unde ſi vox noſtra provenerit, ſponte patet, aliud fuiſſe farciminis genus, quod ceteris nomen dederit.

KORFWETOG dicitur per contemtum pugna ſubitanea, vel tumultus inter privatos, non ſine verberibus ortus. *Wara på korftog*, rixas exercere. Sub bello civili, quod heic tempore SIGISMUNDI Regis flagravit, legimus, Uplandos ad Fennonas repellendos arma ſubito corripuiſſe, ducibus uſos duobus Profeſſoribus Upſalienſibus, MAG. NICOLAO & JACOBO ERICI, quibus cum præparata cibaria deeſſent, peras ſuas farciminibus oppletas in caſtra adduxere, quo factum eſt, ut expeditioni illi nomen *Korftoget* manſerit, ut auctor eſt WERWINGIUS, in *Hiſt.* SIGISM. Tom. I. p 387. Credibile eſt, id deinde ſe communicaſſe omnibus inordinatis rixis & tumultibus.

KORG, ſportula, caniſtrum. Al. *churpa*, docente WACHTERO. *Germ. korb*, Belg. *corf.* Iſl. *körf*, LEV. 8: Dan. *kurf.* a Lat. *corbis*, quod Galli *corbeille* efferunt. Metaphorice uſurpatur in phraſi *få korgen*, de quavis repulſa; ſpeciatim vero, quando quis uxore, quam ambierat, excidit. Germanos eundem in modum ſuum *kipe* uſurpare, auctor eſt modo laudatus WACHTERUS, p. 839. Unde vero loquendi hic modus ſit, dicere in difficili eſt.

KORK, ſuber. Angl. *cork*. Belg. *korck*. Germ. *gorch*. Hiſp. *corcho*, a Lat. *cortex*.

KORN, granum cujuscunque generis: *ſandkorn*, arenæ micula, *pepparkorn*, granum piperis. Germ. id. Quum in alphabeto Runico ad *H* literam dicitur, *hagel er kaldaſtur korna*, recte obſervat WACHTERUS, male a WORMIO verti grando frugum gelidiſſima, ſed ſenſum eſſe, inter res minutas grandinem eſſe gelidiſſimam. STIERNHIELMIUS, in *Indice Ulphilano*, vocem hanc, cum Latino *granum*, poſt factam metatheſin, collatam, a *gro*, germinare, derivat. RUDBECKIUS vero a *kora*, eligere, quia frumentum, tanquam exquiſitior cibus, glandibus ſucceſſit. WACHTERUS hæc non reticet, & adducit ſimul conjecturam PEISKERI, vocem hanc derivantis a nomine SATURNI, χρόνος, eamque utut audaciorem, rejicere non audet, quum non exiguas in agricultura partes SATURNO veteres tribuant. Sed concidunt hæc ſua ſponte, ſi vocula hæc primario non niſi γρῦ, quoddam vel rem minutam denotet: id autem ita eſſe, tam allata exempla probare videntur, quam quod videam, in L. Gothica & Iſlandica vetere, *korn* vocibus additum, non fecunditatem ſed minutum quid deſignare, ut mox ſumus viſuri. Latinum granum, quod huic ſororium eſſe, multi non ſine veri ſpecie tradunt, nec non Gothicum *kerne*, nucleus, in alteram partem nos ducere videntur, utpote quæ, præeunte STIERNHIELMIO, a *gro* profecta dixeris. Sed neſcio qui tamen alteram in ſententiam libentius inclino. Si quis interea ordinem hunc invertendum duxerit, nullam ipſi dicam ſcribam.

II. Notat frumentum in genere, utpote rem mole minutam. In antiquis dialectis ſpecies frumenti fere adjici ſolet. Sic apud ULPHILAM *kaurno hvaiteis*, JOH. 12: 24, dicitur granum tritici, pro quo AngloSaxonicus Interpres habet *hwætene corn*, Iſlandus *frækornit*. Generaliorem hanc notionem noſtra hæc ubique, quantum ſcio, in LEGIBUS patriis CHRISTOPHORIANIS ceteriſque antiquioribus habet, uti dum L. L. *Jord.* B. c. 8. inter pretia eminentia, hoc eſt, quibus terræ redimi poterant, poſt aurum, argentum & pecuniam *korn* ſequitur tanquam primarium. Conf. WESTG. L. *Forn.* B. c. 8: 2. & ſic alibi ſæpius.

III. Speciatim notat id frumenti genus, quod in qualibet regione frequentiſſime uſurpatur. Obſervat SCHILTERUS, in *Jure Auguſtano*, *chern* pro tritico poni. Apud Iſlandos pariter ac Suiogothos fere hordeum denotat, unde byne vel polenta (*malt*) conficitur. Et hunc ſenſum eſſe opinor LEGIS UPLANDICÆ, ubi *kornſpan* & *maltſpan* junctim poſita occurrunt. Sic apud STURLÆSONIUM, in Vita S. OLAVI, c. 123. *korn oc malt* eodem modo occurrunt.

HÆSTAKORN in *Conſtit.* MAGNI Regis, impreſſa ad calcem LEG. BIRC. p. 16. §. 6. vocatur avena, quod etiam

Digitized by Google

tiam *foderkorn* dicitur in Lege Weſtrog. *Forn.* B. c. 7. v. ſupra in *baſra*.

KORNBOD. ib *Thjuf.* B. c. 6. apotheca, ubi conduntur fruges trituratæ.

KORNGUD dicitur annonæ flagellator, qui frumenta alio tempore emit, ut carius alio divendat. Male ita dicitur pro *kornjude*. Scilicet Judæi lucro immodico infames eſſe ſolent.

KORNSKIAMMA, Östg L. B. B. c. 9 granarium, a *ſkemma*, tegmen, tanquam quod a cæli injuriis fruges defendit.

KORNSKYL, acervus manipulorum. Ruth. 3: 7. Conſtat fere 20 faſciculis, alias 10. a *ſkyla*, quum ſuperne fere ſtramentis integatur.

KORNSKYLD, Westg. L. *Jord.* B. c. 5. agrarium, penſio frumentaria. Radicem alterius partis v. in *ſkuld*.

IV. Uti rem quamvis minutiſſimam ſua natura indicat, ita vocibus affixum diminutivam formam efficit. Hinc eſt, quod *hjertekorn* uſurpetur pro eo, quod Latini corculum dicunt. Inprimis hoc Iſlandis familiare eſſe animadvertitur. Sic in Biblica verſione *ordkorn* eſt verbulum, Germ. *wörtlein*, ut habet Lutherus, *lioskorn* parva candela, *lichtlein*, Joh. 12: 6. *ſonakorn*, τεκνία, Joh. 13: 33. *barnakorn*, id. Marc. 9: 36. *ſtundarkorn*, momentum temporis, Prov. 24: 33. *buskorn*, ædicula. Es. I. v. Gudmundus Andreæ, *Lex. Iſl.* p. 150.

KORN in re nummaria, ubi cum *ſkrot* ſæpe conjungi ſolet, notat metalli puritatem. Apud Germanos idem obtinet, qui a *küren*, quod probare, & apud Belgas cenſere, æſtimare, denotat, nominis rationem fere petunt. Loccenius, in *Antiquitatibus Suiogothicis*, a priori *korn*, quatenus frumentum notat, metaphoricam hanc ſignificationem deducit, ſed cui refragatur Wachterus, verba illi opponens Hübneri, in *Zeitungs Lexicon*, ubi legitur: *korn iſt das biſgen ſilber, ſo ſich im probieren auf die capelle ſezet.* Si vero, ut hic Auctor docet, *korn* primario notet miculam illam argenti, quæ inter probandum decidit; videri poterit, a prima vel quarta, quam nuper dedimus, illius vocis ſignificatione, hanc prognatam eſſe, ut idem ſit, ac granum argenti defæcatum. Sed ſimplicius tamen mihi videtur, ab idea puritatis voculam hanc deducere, quæ ipſius vis eſt in Lingua vetere Iſlandica, unde *kornlegur*, purus, quod habes in *Indice* ad *Grammaticam Iſlandicam* Runolphi Jonæ. Fuerunt tamen, qui ſatius exiſtimaverint, *korn* pro mera verſione Lat. vocis *granum* habere, quod aurifices pro minimo pondere uſurpare ſolent, ut Gr. κεράτιον, ſiliqua, unde *carrate*.

KORP, corvus. Gall. *corbeau*. Gr. κόραξ. Ebr. עורב. A cadavere, quod C. B. *corf* appellatur, animal hoc carnivorum appellatum cenſet Wachterus. Alii, quum κόρος Græce nigrum notet, a colore nominis rationem petunt, a ſono tandem alii.

KORS, lignum ſupplicii, Lat. *crux*, unde ad Alemannos dimanavit, qui *cruz*, *kruz* & *cruce* inde fecere. Germ. *kreutz*. Majores noſtri *kruſs*, *kroſs* dixere, ut hodieque Iſlandi. Monui, poſt ſupplicium illud, quod, in mundi ſalutem, luit ſanctiſſimus Salvator noſter, a Latinis trans Alpes portatam fuiſſe hanc voculam, & tandem noſtræ civitatis factam: ſed, ſi tanti videretur, cogitare juberem Philologos, annon Scythicæ originis ipſum ſit vocabulum? Primam id ſuſpicandi materiam mihi præbuit, quod recordabar, Suiogothos furcillam, quam pedibus capti brachiis ſubdunt, ut greſſum moliantur, *krok* & *kryckia* appellare, unde *kroko* vel *krokiokarl*, qui furcilla ejusmodi nititur. (Latini ab ſimili bacillo imbecillum appellavere) Dal. L. p. 10. Quis vero neſcit, crucem veterum, quam τ Græcorum retuliſſe tradunt Scriptores, examuſſim ejusmodi bacilli formam habuiſſe? Quæ vero tum utriusque vocis Latinæ Suethicæque ratio ſit, noſtræ linguæ perito facile patuerit. *Krok* enim id denotat, quod a recto deflectit. Sic *krokrå* in re Agrimenſoria dicitur limes, qui recta non pergit, ſed ſinum facit. *Crux* ideo, *krok* & *krycka* ſunt ſtipites, in quibus transverſum lignum ſuperne angulum efficit. Appellarunt etiam Latini ξύλον illud δίδυμον *gabalum*, quam vocem exoticam eſſe, vidit Lipſius, l. c. p. 185. ſed unde & qua via ad Latium venerit, ſe ignorare, ultro fatetur, niſi forte Ebræa ſit aut Perſica. Ego Scythicam eſſe aſſevero; *gaſwel* enim & *gaffel* apud nos furcam, & quod in furcæ modum divaricatur, denotat: quod vero cruces veterum compactæ decuſſatim poſita ligna habuerint, & ut priores τ literam, ita

Digitized by Google

bhæ χ Græcorum adumbraverint, notius eſt, quam ut moneri debeat.

II. Metaphorice notat afflictiones, & tam corporis quam animi angores. Ratio evidens eſt. *Bara ſitt kors med tålamod*, crucem ſuam patienter ferre.

III. Significat crucis figuram, qua ſe ſuaque notavit olim Papiſmi ſuperſtitio, certa, nil eſſe, quod æque timeant dæmones & ſpectra.

IV. Interjectio eſt admirantium, in ore populi Suecani ſæpiſſime audita.

V. Ita etiam vocatur os ſacrum. Belg. *kruys-been.*

KORSSNITT. Ordalii genus eſſe dicit v. DALIN, in *Hiſt. Suiog.* Tom. 2. p. 54, quo accuſato fruſtulum panis vel caſei manducandum dabatur, cuique Sacerdos crucis figuram incidebat, eo effectu, ut in gutture rei hæreret, tanquam ortum a *kors* & *ſnida*, ſecare. Sed utrumque a vero aberrat. Quod enim AngloSaxones *corſned* vel *curſned* appellant, Lat. offam judicialem, originem habet a vetere *curs*, quod apud KERONEM notat ſacram ſynaxin, apud veteres vero Anglos maledictionem, tormentum, & *ſnæd*, offa, buccella, cui affinia ſunt Islandica *ſnæda*, manducare, *ſnæding*, coena.

KORSWERK, ædificandi modus ex materia & lateribus, ita dictus, quod trabes ibi decuſſatim ponantur, ut ædificium fortius contineant.

KORSA, ſigno crucis notare, ut moris erat olim, ad abigendos dæmones, & mala quævis averruncanda, hoc emblemate paſſionis Dominicæ uti.

KORT, charta luſoria. Gall. *cartes*, Hiſp. *cartas*. Belg. *kaerten*. Germ. *karten*. Latino Barbari chartas triumphales appellavere. Singulare de earum origine & ætate libellum Lugduni 1757 edidit Dom. BULLET, ubi ex monumentis antiquioribus oſtendit jam tempore CAROLI V. Galliæ Regis, uſum chartarum nominari. Gallicum etiam inventum eſſe, probat ex nota unitatis *as*, quod Celticum vocabulum eſt, nec non ex nominibus tam miniſtrorum, quam CAROLI M. qui inter reges chartaceos primus eſt, liliisque veſtimenta diſtincta habet. Occurrit idem chartæ nomen in *landkort*, quod eſt charta Geographica.

KORT, brevis. Perſ. *chord*, *churd*, parvus, exilis. Al. *churtz*. Germ. *kurtz*. Belg. *kort*. Gall. *court*. It. *curto*. Antiquitatem vocis teſtatur Latinum *curtus*, cui aliæ dialecti Gothicæ *s* præfixere. A. S. *ſceort*, Angl. *ſhort*. Al. *ſcurtz*, ad quod prope accedit Iſl. *ſkorta*, deficere, *ſkortur*, defectus. Belg. *ſchorten*, deficere. v. JUNII *Etymol.* In ſcriptis, GUST. I. tempore exaratis, per εὐφημισμὸν dicitur de caſu mortis *om honom fôr kort ſker*, ſi quid illi humanitus acciderit, pro quo etiam occurit *om honom fôr ſtackot warder:* proprie, ſi vita ejus nimium curta evaſerit. *Kort om hufwudet* eſt homo, qui facile iraſcitur. Creditur, ſimili metaphora RAGVALDUM KNAPPHÔFDE olim nuncupatum fuiſſe, a *knapp*, curtus. Quin immo Saxones quoque *kortkôppiſch* ad iram pronum nuncupant.

KORTWILLIG, urbanus, facetus, a Germ. *kurtzweilig*, hoc vero a *kurtz* & *weile*, mora, quum hic ſuis facetiis longas moras videri non patiatur.

KOS vel *Koſa*, iter. Hinc *fara ſin kos* abire, *ſtälla ſin koſa*, iter dirigere. ACT. 21 : 1. Neſcio, utrum narum ſit a Gallorum *cours*, quod in noſtratium ore *r* ſuum amiſerit, an potius ab Angl. *cauſey*, quod viam notat, auctore SKINNERO: ille vero vocem hanc formatam putat a Gall. *chauſſée*. It. *calzata*. Hiſp. *calçada*, via ſtrata. Diu apud nos in uſu hæc vocula non fuit, & forte nautis prima civitatis jura accepta refert.

KOSA, calix minor. *Brånvins koſa*, calix, cui vinum chemicum infunditur. Gothlandi *kauſa* dicunt; quod prope accedit ad illud *caucia*, *caucium*, quod eodem ſenſu occurrit in CODICE JUSTINIANEO. Gr. καυκίον. A. S. *ceac*, MARC. 7 : 8. In Lingua Moeſogothica *kas* vas quodcunque denotat. Propius vero accedit כוס Ebr. calix. כס Chald. id. Vide OTHO SPERLINO ad *Teſt.* ABS. p. 81. THOMASSINUS obſervat, Gr. χῦς etiam pro poculo uſurpatum inveniri.

KOSA, faſcinare, veneficiis perdere. Hallandi dicunt *thet går ſå koſet för honom:* res ejus male ſuccedunt, non ſecus ac ſi faſcinatæ eſſent, *en koſen månniſka*, homo faſcinatus. Anglice *chowſe* fatuum notat, & *coozen* eſt malis artibus fallere, pecunia emungere, quod unde derivet JUNIUS, apud ipſummet videri poterit. Inter Oſtrogothos *koſma* pro venefica uſurpatur, quod a *kors*, crucis ſigno, aliquando profluxiſſe, ſuſpicatur SPEGELIUS. Concinit Ebr. כשף, divinator. Syr. כשף, faſcinare, quod tamen ſi caſui attribuas, non refragabimur. Quæ

noſtra

Digitized by Google

noſtra ſit de hac voce conjectura, ſupra indicavimus in v. *kjuſa*.

KOST, conditio. Iſl. *koſtr*. Ol. S. c. 76. *koſtr agiæta godur*, apprime bona conditio. Ib. *a odrum koſti*, alia conditione. *Koſtlauſt*, ſine conditione. Verel. *Koſtabod*, conditionis oblatio. Sic *Hiſt.* Alex. M.

Nód år ju enga koſtr:
Neceſſitas arbitrium excludit.

Orta vox videtur ab antiquo *kioſa*, eligere (quid enim aliud eſt conditio, quam facultas conceſſa inter plura eligendi?) ut etiam cognata ſignificatione accipitur pro electione vel arbitrio, optione. Skåne L. p. 45. *wil han hælder jårn bæræ, thå æghe thæs coſt*: ſi malit ferrum ignitum portare, id ejus arbitrii ſit. Ejusdem proſapiæ eſt *koſta*, quod apud Iſlandos notat experiri, tentare. *Koſta ſunds* in Thorstens S. p. 81. eſt natatum tentare. Ulph. *kauſjan*, id. Luc. 14: 19. A.S. *coſtan*, *coſtian* tentare, unde Germ. *koſten*, cibum tentare; Latinorumque *guſtare*, quod a Gr. γεύεσθαι derivari vulgo ſolet. Jus Eccl. Vicensium, p. 48. *koſta at komma fyrer*, tentare, ut præveniat.

II. Modus, ratio agendi. Upl L. Wid. B. c. 10. *Hwar ſum andrum gör wårnaruff annur kuſt, ån nu år ſagt*: quicunque alterius ſepto vim infert alia ratione, quam modo dictum eſt. Ib. *Årfd. B.* c. 8: 2. *kan ſon ållå dotter ſkipta bort lutt ſin, æller annær koſt*: ſi filius aut filia hereditatem ſuam, permutando aut alia ratione, abalienaverit. *Hiſt.* Alex. M.

Hwarte i hor eller annar koſt:
Neque adulterio neque alio modo.

Conf. Suderm. L. B. B. c. 33. Östg. L. *Råſſt.* B. c. 14: 1.

III. Inſtrumentum, medium agendi. Hinc *ankoſt* dicuntur inſtrumenta, quibus opera ruſtica obimus. *Farkoſt*, inſtrumentum itineris: e. g. navis, equus. v. in *fara*. Factum hinc eſt, ut

IV. Accipiatur pro quovis ſupellectilis & boni mobilis genere. Westg. L. *Jord. B.* c. 11. *Låggår madher manni få ſitt in til gätſlu, tha ma thet få eig tappas af them widh takår, hwarti medh ſtyld, ellar medh rani, num bondå thes få år wider takår, ellar koſtår warda medh takrir: åffter ſkal han gialdå.* Senſus eſt: ſi quis bona ſua apud alium ad cuſtodiendum depoſuerit, a depoſitario non debent amitti nec furto nec aperta vi, niſi patris familias ejus, qui depoſitum accepit, pecunia aut ſupellex ſimul ablata fuerint: alias reſtituenda omnia habet. Lubens hunc locum attuli, utpote male explicatum a Juris noſtri Anteceſſoribus, Lundio Loccenioque. Apud Verelium reperies *kviki kuſti*, vivens ſupellex, hoc eſt, pecus.

V. Bona, facultates. Westm. L. *Ting. B.* c. 24. *Thæn ma witne bæra, ſum a til thriggia marka koſt, ok ål thæn minna a*: ille teſtimonium edere poterit, qui tres marcas poſſederit, non qui minus. Videmus ita veteres teſtium facultates reſpexiſſe: adde Gothl. L. c. 25: 2. & cfr. c. 5: 2.

KOST, ſumtus. Hinc in Legibus patriis *góra a eghin koſt*, proprio ſumtu aliquid facere. C. B. *coſt*. Gall. vet. *coust*. unde *couter*, conſtare, *couteux*, ſumtuoſus. Angl. *coſte*. L. B. *coſtagium*, *cuſtangia*, *cuſtus*. Creditur, a Latina hac voce *conſtare* profluxiſſe reliqua, quod tamen Junio non placet, qui ſumtus apud gentes boreales ab arca, ubi conduntur, nomen accepiſſe putat. *Cyſte* nempe ciſta eſt vel arca in Lingua AngloSåxonum. Leibnitius in *Franco Gallicis* conferenda putat *gaſt*, *gater*. It. *guaſtare*, impendere.

KOSTA, conſtare It. *coſtare*. Hiſp. *coſtar*. Gall. *couſter*. Germ. *koſten*. Metaphorica vocis acceptio eſt, ubi dicitur, *thet koſtar móda*, magno labore conſtat, &, breviore loquendi genere, *thet koſtar på*, res laborioſa eſt, non ſine difficultate peragitur. Active *koſta på* eſt ſumtus impendere. Ant. *kuſta*. Östg. L. *Kriſt. B.* c. 1.

KOSTELIG, proprie notat id, quod magno conſtat, deinde quia quod care venditur, in deliciis fere eſt, hinc 2. accipitur pro re quavis excellente. *Koſtelig ſæd*, frumentum excellens, *koſteligt win*, vinum palato acceptiſſimum. 3. In Scriptis medii ævi uſurpatur pro eo, quod ſolenne eſt, quum id fere non ſine impenſa ſit. Chron. Rhythm. p. 176.

The ſkulle koſtelika tyt fara:
Solennem in modum eo proficiſcerentur.

Hinc explicari tandem debet, quando in Scriptis medii ævi legimus *koſtelig ed*, ſolenne jus jurandum. v. *Diplomata* annexa Chronico Rhythm. p. 213. *koſtelig grof ærende*, negotium ſolenne magnique momenti, ib. p. 231. *koſtelig bref*, ſolennis literarum confirmatio. Ex occaſione hujus phraſeos ſuccurrit, quod

 in

in Westm. L. *Kōp. B.* c. 17. *koſt* accipi videatur pro literis patentibus: *utan ban bawe konungs koſt lauda mellum at thy ſinne*, niſi habeat mandatum Regis ad iter faciendum per provincias. Vocatur infra *ſkiutabref*. Angli etiam *coſtly* pro pretioſo uſurpant. Germani *koſtlich*.

KOSTBAR, pretioſus.

II. Cibus. Östg. L. *Kriſt. B.* c. 2. *Tha gōrin bōnder banum ſwa manga fiſka firi then annæn kuſtin:* tum patres familias loco carnium alia cibaria afferent. Credibile eſt, veteres inter res pauciſſimas, quæ eorum uſibus ſatisfaciebant, præcipuo in numero habuiſſe alimenta, adeoque incertum eſſe, utrum ab impenſis cibus, an ab hoc illæ nomen acceperint. Negat utrumque Wachterus, vocem hanc ratus a Latino *guſtare* ortam, quod tamen mihi veri vix videtur ſimile. Quidquid ejus ſit, ab hac voce varia loquendi genera habemus *gå til koſt*, menſam ſuam alicubi habere. Metaphorice vero & paſſiva ſignificatione notat abſumi. Derivatur hinc etiam *koſtfri*, hoſpitalis, *koſthåll*, ubi venduntur cibi, *koſtgångare*, qui alicujus menſa utitur.

KOTE, tuguriolum. v. *kåte*.

KOTTA, ſcindere: dicitur de eo, qui cultro aliove minori inſtrumento ligno figuram addit. Angl. *cutt*. Alemannos eodem ſenſu *kuatte*, *quatte* uſurpaſſe, teſtis eſt Mylius in *Archæol.* p. 140. Græca radix esſe videtur *κόπτω*, cædo.

KOTTE, ſtrobilus. Græce *κόκκαλος*, eſt nucleus nucis pineæ.

KOTTE, amicus. Familiari ſermone in pluribus Sueciæ partibus dici ſolet, *de æro ſtore kottar*. De origine vocis duæ mihi ſubnatæ ſunt conjecturæ: altera, quod a *gōte* vetere Germanico vocabulo aliquantilla cum variatione formatum fuerit. *Göte* vero hoc patrimum notat. Vide Jus Alem. c. 75: 15. Fundamentum conjecturæ præbet arctiſſima illa cognatio, quæ cognationi ſpirituali ineſſe credebatur, vi cujus qui ſuſceptores erant, plus quam parentum loco habebantur. In alteram, & forte probabiliorem, incidi, dum in Lingua Anglica pro hoc *kotte*, *cater couſin* uſurpatum fuiſſe vidi. Notum vero eſt, ſeptem olim cognationis gradus numeratos fuiſſe, inter eos vero ſanctiores habitos fuiſſe quatuor priores: hinc quaterni cognati, hoc eſt, quarti gradus ponebantur pro veris amicis, notante Skinnero apud Junium in *Etymol.* in voce *quater*. Scilicet hoc *quater* ſenſim in *kater* & *kottar* abiit. Confirmat me hac in opinione, quod memini, me etiam audiviſſe dicentes *the åro ſtore couſiner*, intimi amici ſunt.

KOXA, proſpicere, attentis oculis obſervare. Germ. *kucken*, *gucken*. Sax. *gyken*. Belg. *kyken*. De familia vocis conſuli poterunt ſuperius dicta ad vocem *kika*.

KÖK, culina. v. *kock*.

KÖK, pera. v. *koger*.

KÖL, carina. A. S. *ceol*. Al. *cheol*. Iſl. *kiolur*. Gall. *quille*, *la cale*. Hiſp. *quilla*. Angl. *keel*. Belg. *kiel*. Obſervat ex Somnero Fr. Junius, olim vocem hanc non tam partem navis infimam, quam certum navigii genus denotaſſe, *ceola*, *cyula* dictum, de quo vide Du Fresne in *Gloſſ. Lat.* forte quia id carina munitum fuit, ſecus ac ex ligno excavati lembi. Confirmat hanc conjecturam, quod *kiolsbwarf* in vetuſtis patriæ Legibus dicitur, quando in una eademque navi pater illiusque filius moriuntur, ita ut ſciri nequeat, uter alteri ſupervixerit, & hinc uter alterius heres cenſeri poſſet. Glossæ Pezzianæ habent *chiel*, celox. Forſan indidem habemus *chaloupe*: ceterum derivant alii a *κοῖλος*, cavus; alii a *ξύλον*, lignum.

KÖLD, frigus. v. *kall*.

KÖLLER, thorax equeſter. Germ. *koller*. Belg. id. Agnoſcunt in hac voce alii Lat. *collare*, quaſi ab initio colli tantum tegmen indicaverit, alii *colobium*. His favet ſenſus, illis ſonus.

KÖLNA, locus, ubi maceratum hordeum torretur ad coquendum cereviſiam. C. B. *cylyn*. A. S. *cyln*, *cylne*, fornax. Angl. *eiln*, unde *limekiln*, furnus calcarius, *brikkiln*, ubi coquuntur lateres. Dan. *kölle*, *kölne*. Hiſp. *calera*, fornax calcaria. Luſit. *caleira*. Videtur eadem vox eſſe ac Latinorum *colina* vel *culina*, quæ proprie non notavit coquinam, ſed, docente Nonio, p. m. 1248, *locum, ubi largior ignis colitur*. Aliquoties jam monuimus, Suethicum *kol* proprie ignem notare, & adeo communem matrem eſſe vocum utriusque Linguæ. v. ſupra in voce. In aliquibus Sueciæ partibus *kylla* notat ignem accendere.

KÖN, genus, generatio. Ant. *kyn*. Kon. Styr p. 12. *Ey ma Kungær utan af godo*

Digitized by Google

godo kyni komin wara: non debet Rex alio, quam nobili genere ortus eſſe. CHRON. RHYTHM. in *Collect.* BRINGIANA, P. I. p. 78.

Tina afguda är intet annat än diæfwuls kön:
Idola tua non ſunt niſi genus diabolicum.

In proverbio dicimus *brås katta på kön*, felis genus ſuum refert. Eſt hæc vox inter antiquiſſimas, utpote quæ Gothis exteris jam familiaris fuit, ut docet eorum *kuni*, genus, generatio. Apud ULPHILAM, MARC. 8: 12. *thata kuni*, iſta generatio, *aljakunja*, alienigena, *godakunds*, h. e. *af godo kyni*, nobili genere ortus, *himinakunds*, cælo genitus. Immo in Hispaniam eandem vocem ſecum attulisſe videntur Weſtrogothi: ibi enim *alcuna* gentem, generationem notat. Anglo Saxones *cyn*, *cynne* & *cynd* habent, & Angli hodieque proſapiam *kindred* appellant. Alemannis frequens eſt *chunn*, *kunn*, unde apud NOTKERUM *von chunne ze chunne*, a generatione in generationem. Vide PALTHENIUM ad TAT. p. 301, qui obſervat, vulgus Saxonicum dicere, *kind und künne mitbringen*, cum tota familia venire. Iſlandos eadem voce crebro uti, norunt illius linguæ gnari. Conf. VERELII *Index* in voce *kyn*, unde *kyniadur*, oriundus, *kynſlod*, progenies, *kynſtor*, genere nobili ortus.

II. Notat cognationem, ſanguinis vinculum. JUS ECCL. SMOLANDICUM, p. 98. *komber talan a bionælag*, *ſi ghia them kyn wara*, *ſom ej æru*: ſi taxetur matrimonium, & affinitas ibi eſſe arguatur, ubi nulla eſt. Radicem ſola dialectorum Gothicarum ſervat AngloSaxonica, *cennan*, generare, quæ nos facile ducit ad Gr. γεννάω, unde γέννημα, genus. Vox Latina ejusdem etiam familiæ eſt, orta ab obſoleto *geno*, unde *genui*.

KUND, cognatio. SKÅNE L. p. m. 59. *Then ther icke n kunth wid*, qui cognationem non habet.

KUNDR vel KUNNR, conſanguineus. ÖSTG. L. *Arfd. B.* c. 17. *Till kyns och kundra manna*, ad familiam & viros conſanguineos. Hinc *kunnaſter* in c. 3. eſt proximus cognatus, quique legali ſtilo dicitur *nidium näſter och knæm kunnaſter*. *Jamkunne*, cognatus æqualis gradus. Ib. *Unkunner man*, alienus, qui ejusdem familiæ non eſt. SKÅNE L. *Kirk. B.* §. 10. *än um ukunnare är*, ſi remotioris cognationis ſit. Apud SCHILTERUM ex GLOSSIS MONSEENS. adfertur, *chuenum*, *ſippia*, *kalangero*, affinium.

KYNZIMI, cognatio. ib. §. 9. Dicitur alias *frändſimi*, unde *frändſimis ſpiall*, quod etiam *frändkuna ſpial* dicitur in LEGE WESTROG. *Kirk. B.* c. 19. *kynzimis brut*. SKÅNE L. h. t. §. 13.

III. Genus, ſpecies. Imitamur in hoc Latinos, aut nos illi: communis certe uterque ſignificatus utrobique eſt. Sic in *Hiſtoria* ALEX. M. legimus *allehanda fiſka kön*, omne piſcium genus. In primis vero hoc frequenter obſervatur in vocibus compoſitis, ut ſunt

ALLKYNS, omnis generis. SKÅNEL. Lib. 15: 5. p. m. 42. *Swa är ok um alkyns fælaghs fæ*: par ratio eſt omnis generis bonorum communium. Hodie *allſköns* dicere ſolemus. Iſl. *alſkonar*: *allſkonar dryckr*, omnis generis potus. V. VERELIUS.

HWÅRSKYNS, cujuscunque generis. SKÅNE L. p. 20. *Vita* ANSCHARII, p. 51. THÆRSKYNS, id genus. SKÅNE L. l. c.

NOCKUR KYNS, alicujus generis, NORRSKA HIRDSKRÅ p. 202.

MANGSKYN, varii generis. KON. STYR. p. 45. *Mange ock mangſkyne*, multi varii generis. Iſl. *margſkonar*. EYGILS *Hiſt.* *Matti þar heyra margſkonar ſkemtan*, ibi audire licuit varii generis luſus. Latini ſimili ratione dicunt omnigenus, quo etiam referri debent pleræque terminationum in *gnus*, ut malignus, benignus, quod a bono & gignendo derivat FESTUS. Alemannorum conſenſum produnt Lexicographi. Ex GLOSSIS MONSEENS. adfert SCHILTERUS *des chunnes gotu-uueppi*, id genus panni pretioſi.

IV. Sexum, tanquam diceres alterutrum hominum genus. Ex *Diplomatibus* veterum Germanorum adfert PALTHENIUS l. c. *Se ſin mannes oder frauen künne*, ſive maſculini ſive feminini ſexus fuerint. Belg. ant. *konne*, *kunne*.

KÖN, KYN, audax, ferox. CHRON. RHYTHM. p. 47.

En ſtoltz Riddare kyn ok klook:
Eques ſplendidus, ſtrenuus prudensque.

p. 70.

Däner kunde ej wara ſwa köna,
At the ſinge aff landit en höna:
Dani usque adeo intrepidi non erant,
Ut a regione vel gallinam expoſcerent.

KON. STYR. p. 197. *Folk thet könt är i ſtrid ok bardaga*: homines audaces in acie

acie & certaminibus. Occurrit idem modus loquendi p. 203, & alibi. Iſl. *kiän*, id. *okiæn*, ignavus. v. Alfs. S. p. 15. ubi male vox hæc vertitur imperitus. A. S. *con*, *coon*, *cene*, id. *cenlice*, audacter. Al. *chon*, *choner*. Germ. *kühn*. Angl. *keen*, acris. Derivationibus aliorum a *conando* vel a *καίων*, ardens, ſuam, & ab altera hac parum abludentem, adjungit Wachterus, nempe vel ab A. S. *cynne*, accendere, quum ignis ad animi motus denotandos ſæpe transferatur, vel a *kennen*, poſſe. Miror, eum in conſilium non adhibuiſſe Gr. *χαυνός*, ſuperbus, quum qui ſtrenui ſunt, viribus ſuis fere ſuperbiant, & vox præſens revera utramque ideam includat.

II. Celer. Hoc ſenſu in Kon. Styr. dicitur *kôn til goda rada*, promtus ad bona conſilia. Sic Auctor Epinicii Ludoviciani *ſnel indi kuoni* conjungit; v. 101. Novimus, Latinos manu promtos illos appellare, qui bellica laude cluunt.

KÔPA, paciſci. Iſl. *kaupa*. Hrolf Krakes S. p. 21. *þeſſu rada þeir oc kaupa ſam man*: hæc inter ſe conſulunt & paciſcuntur. Ol. Tryggv. S. P. I. p. 197. *Vid ſkulum kaupa ſamman, at ek man her vara*: id inter nos paciſcemur, ut ego hic maneam. Conf. p. 177. Et hanc ego arbitror primariam eſſe vocis noſtræ ſignificationem, translatam deinde ad varias contractuum ſpecies, quales ſunt promiſſio, emtio, venditio, permutatio, retributio, ut mox adferenda luculentius monſtrabunt. Apud veteres Iſlandos *brudkaup* nuptiæ dicebantur, vel a pacto nuptiali & mutua promiſſione fidei conjugalis, uti *brudlop*, *brudlauſt* & *bröllop* a ſimili cauſſa dicebantur, etſi me non fugiat, per æs & libram olim tori ſocias comparatas fuiſſe, ut ſupra ad vocem hanc obſervavimus. In vocis hujus natales fruſtra inquirimus, quum antiquitas & veteris Linguæ penuria conatibus noſtris obſit. Videbimus mox, Mœſogothos & vetuſtiſſimos Latii incolas eadem jam uſos fuiſſe.

II. Promittere, quippe quod imperfectæ pactionis genus eſt. Thorst. Wikings. S. p. m. 101. *Bæn þa er eg keypti ad þier fyr*, petitio, quam antea tibi promiſi.

III. Conducere. Heims Kr. Tom. I. p. 16. Drifa *keypte Huld ſeidkonu, at hun ſkyldi*: Drifa mercede conduxit veneficam Huldam, ut &c. Hinc *kaup*, merces. Wilk. S. p. 459. *Vil ec viſt ei roa utan kaup*: non ſine mercede transfretare volo.

IV. Retribuere, penſare. Bibl. Isl. *Tob.* c. 12. *Hvert kaup ſkulu vid þo giſa þeim heilaga manne*: quamnam gratiam referemus ſancto illi viro?

V. Dare. Ol. Tryggv. S. P. I. p. 177. *þu ſkalt hafa keypt i frid alt ſe þitt*: omnia bona in pace poſſidenda tibi concedentur. Sic quoque *kaup* pro dono uſurpatur. Ol. Tryggv. S. p. 175. *Gaf honom mykit kaup*, magno ipſum dono mactavit.

VI. Permutare. Heims Kr. Tom. I. *Ek villdi kaupa ſkipinu wid yckur bræder*: volui permutare navem cum vobis fratribus. Sic in Lege Westrogothica, *Jord B.* c. 7: 1, occurrit phraſis illa *kôpa jord i jord*, agrum cum agro permutare; quod mox dicitur *ſkifta jord i jord*. Conf. Östg. L. *Gipt. B.* c. 14. ubi *kôpa jord ur ſtad*, idem notat, quod *ſkipta ur ſtad*, ib. Legitur ibidem *kôpa til bättra ok eg til ſämbra*: permutare in melius non vero in deterius. In Glosiss Germanicis occurrit quoque *chouftun*, permutarunt. Et quum veterum emtiones & venditiones ſola permutatione peragerentur, hinc quoque invaluit, ut notet actum tam emendi quam vendendi.

VII. Vendere. Heims Kr. Tom. I. p. 349. Karlsefni *þotti vel vidbodit, ok keipti*: Karlsefnio ſatis liberaliter oblatum videbatur, & proinde vendidit. Ol. Tryggv. S. P. II. p. 319. *Mun ek geſa þer fyrer mörk ſilfurs, ef þu vilt kaupa*: marcam argenti tibi dabo, ſi vendere vis. A. S. *cypan*. Marc. 11: 5. *The tha culfran cyptun*, qui columbas vendebant. Eſt hinc, quod *köpman* hodieque appelletur, non minus qui merces emit, quam qui vendit, & *köpenſkap* mercaturam utriusque nominis indicat, uti mox.

VIII. Emere. Obtritis ceteris ſignificationibus, hæc ſola apud nos jam diu obtinuit. Occurrit eadem apud Ulphilam *kaupon*, Luc. 19: 13. alias *bugjan*. A. S. *ceapan*, *cypan*. Al. *chauſan*, *chouſan*. Sclav. *kupætæ*. Pol. *kupowac*. Boh. *kaupiti*, *kupowati*. Fenn. *caupaan*, *caupata*, venum exhibeo, *caupia*, mercator. Germ. *kauffen*. Belg. *koopen*. Angl. *cheapen*, licitari, diſceptare. Gall. *achepter*, vel, ut hodie ſcri-

ſcribendi mos eſt, *aebeter*, quam vocem ut ſuis natalibus aſſignent, fruſtra ſe torquent MENAGIUS aliique.

KÖPMAN, Ant. *köpin.* v. ÖSTG. L. *Egn. S.* c. 8. mercator, hoc eſt, qui emit ut vendat. A. S. *ceapman*, *cypman*. Al. *coupman*, *coufman*. Belg. *koopman*. Angl. *cheapman*. Apud Latinos veteres *caupo* dicebatur non ſolum qui vina promercalia habuit, ſed nomen hoc generale fuit, omnis generis venditori datum. Hinc *cauponari* idem erat, ac mercaturam facere. v. TURNEBI *Adv.* Lib. XII. c. 5. Græcorum καπηλέυειν ejusdem ſignificationis eſt, ejusdemque proſapiæ.

KÖPENSKATT, mercatura. L. L. *Köp.* B. c. 21: 133. CHRON. RHYTHM. p. 224. Belg. *koop-ſchat*, id. Al. *kauffmann-ſchatz*, id. v. HALTAUSII *Gloſſ.* in v. Hodie *köpenſkap* dicimus. Alterum illud a *ſkatt* eſt, quod nummum notat, omnis mercaturæ fontem. Iſlandi ſimili compoſitione merces *kaupeiri* appellant, ab *eyri*, nummus.

KÖPGILD. UPL. L. *Ärfd.* B. c. 23. erat certus numerandi modus, cui opponebatur *karlgild*. Uſus vocis ſimpliciter indicat ejusmodi monetam, quæ in commerciis uſualis erat. Vide SPELMANNUM in v. *ceapgild*, qui eam derivat a *ceap*, merx, & *gild*, valens; alias *orfgild*, ab *orf*, pecus. Secundum hæc diceres, *en mark köpgild* idem eſſe ac *en mark wärdöre*, conſiſtentem in bobus, panno aliisque, quæ in Tabulis Legum recenſentur. Conf. dicta ad v. *karlgild.*

KÖPING, forum ruſticum: hoc eſt, ejusmodi loca, ubi ad negotiandum ruri conveniunt emtores & venditores. Quum in urbes hæ ſæpe commutatæ fuerint, factum eſt, ut terminationem illam plurima oppidorum noſtrorum retineant.

KÖPSLAGA, contractum emtionis inire. Iſl. *kaupſlaga*. OL. TRYGGV. S. P. I. p. 203. *Frettiſt ſiri um goda kaupnauta, oc kaupſlagar vid þa*, quæſivit bonos emtores, & cum illis paciſcitur. Germ. *Kauffſchlagen*, id quod ortum debere creditur complofioni manuum, quæ Germanis *handſchlag* dicitur, Sueth. *handſlag*. L. B. *handiſlagus*. v. ECCARDUS ad L. SALICAM. p. 59. Simili compoſitionis ratione, *rådſlå* dicimus, quod eſt capita conferre, conſultare. Videbimus infra, *ſlå* inter alia idem eſſe, ac calculos ponere, numerare.

KÖRA, vi pellere. *Köra ut en*, aliquem ejicere. Iſl. *keira*. KNYTL. S. p. 56. *keyrde fram heſtin med ſporum*: equum calcaribus incitabat. OL. TRYGGV. S. P. I. p. 50. *keirdi han egſina i hofud hannum*: ſecurim in caput ejus adegit. Ad vim vocis cognoſcendam ſcire convenit, *keyre* lorum eſſe (Conf. Lat. *corium*) v. *Indicem* ad *Gram. Iſl.* RUNOLPHI, nec non virgam, ſcuticam, ut SYR. 33. *ok enn bönd beygia halſen, en vondan þræl ſtockur enn keyre*: jugum & vincula colla flectunt, malo vero ſervo timorem injicit ſcutica. *Keira* itaque & noſtrum *köra* proprie notant verbere pellere. Apud Mœſogothos olim in uſu fuit cognati ſenſus vocabulum *keſan*, unde *uskeſan*, ejicere, LUC. 9: 22. *uskuſun*, ejecerunt. LUC. 4: 24. Credi vero poſſet, ſolitas vices heic alternare *r* & *s*, ut in *kiora* & *kioſa*, eligere, multisque aliis. Ab hoc certe *keſan* profecta videntur Gall. *chaſſer* & cognata alia. v. ſupra in *kas*.

II. Notat equos agitare, unde *körſwen*, auriga. De antiquitate vocis teſtari videtur Latinum *currus*, quod hinc originem ducere arbitror. Pondus huic obſervationi addit, quod veteres videantur *curus* ſcripſiſſe, id quod patet ex derivatis ſella curulis, equi curules.

KÖRTEL, glandula carnis. Derivant alii a Lat. *cartilago*, alii a circulus: ego neutris acceſſero. Quum vero videam, Anglos ejusmodi nodulos carnis *cernels* a ſimilitudine acinorum appellare, ſuſpicari incepi, unius literulæ mutatione Suethicam vocem factam inde eſſe: vel etiam Medicorum forte filios a Gr. χοιρὰς, glandula indurata, *s* in *t* mutato, *körtel* feciſſe.

KÖRWEL, chærephyllon. A. S. *cerfille.* Al. *keruele.* Belg. *kervel.* Angl. *chervill.* Gall. *cerfeuil.* It. *cerfoglio.*

KÖTT, caro. Dicitur Danice *kïöd.* Ignorant hanc vocem ceteræ dialecti, niſi huc referendum quis putaverit Cambricum & Armor. *cig*, id. unde *kikdent*, gingiva, (Sueth. *tandkött*) *kigber*, lanio: & ſi PELLETIERIO fides in *Lex. Brit.* Lat. *cicatrix*. De origine vocis in diverſa non abeunt Etymologi: omnes quippe, quos conſulere licuit, a ſecando nomen hoc enatum credunt, quod Anglice *cut*, Sax. *katten*, Sueth. *kotta* dicitur. Eſſe hinc arbitrantur, quod Hamburgenſes macellum vel lanienam *küttbaus* appellent, teſte RICHEJO in *Idiot.* p. 145. & *küthen*, boves ſecuri ferire, *küther*, lanio, docente LEIBNITIO ad *Gloſſ. Chaucicum*, in v. Idem Vir Illuſtris, Tom. I. *Rerum Brunsvic.* docet, apud Sileſios *cottelhof* eſſe macellum, & *kütelen*, inteſtina

teſtina, dialecto eadem. v. Stadenius in *Expl. Voc. Bibl.* p. 331. Nec quemquam turbare debet, quod *kött* dicatur non modo, quod lanius in uſum culinæ diſſecuit, ſed etiam caro viva hominum animantiumque. Nemo enim ignorat, qui in hoc ſtudiorum genere paullo exercitatior eſt, iſtiusmodi tranſitus in qualibet Lingua perfamiliares eſſe. In robur allatæ etymologiæ etiam id adferri poterit, quod doceant Critici Latini, *caro*, quaſi *cado* a cædendo nomen habere, & a *ſkeren* Belgas olim macellum *ſkarn* nominaſſe, teſte Junio. In L. Iſlandica carnem *kvett* appellari vidi, in Alfs S. p. 12. ubi monſtrum marinum, interrogatum, quidnam optimum ſit, reſpondet

Kallt vatn augum,
En kvett tonnum,
Lierept like:
Aqua frigida oculis.
Caro dentibus,
Lintea cadaveribus.

Lectori meo judicandum relinquo, an *kvett* hoc pro *kveikt* dictum cenſeri debeat, ejusque origo repetenda a *kveck* vel *kvick*, vivus; in primis prout animal denotat, unde Danorum *qweg*, id. noſtrumque *qwicktionde*, decimæ ex pecoribus. Mihi adhuc aqua hæret.

KÖTTSUNDAG in Lege Westrogothica, *Jord.* B. c. 14. dicitur dies Dominica, quæ jejunium magnum proxime præcedit, ſub quo carnium comeſtione privabantur. Apud Danos *Fleſkeſundag* nomen erat Dominicæ Eſto mihi, ut patet ex Fastis Wormianis. Conf. *Diſſ.* Sven. Bring, de *Jejuniis Suiogothorum.* p. 9.

KÖWERNE, canis minoris genus. Östg. L. *B. B.* c. 24. Lex Suderm. *B. B.* c. 33. *kywerne* ſcribit. Ex addito pretio trium marcarum (240 thal. cupr.) in deliciis hoc canum genus habitum fuiſſe, intelligere licet, quum canis, ædium cuſtos, non niſi tribus oris (30 thal. cupr.) cenſeretur. Singulare eſt, quod priori loco additur, eo occiſo, ſi definitam mulctam expoſcere vellet dominus canis, jurare debuiſſe, nec oſſa eum arroſiſſe, nec furfure paſtum fuiſſe: *thet het aldre om ben, ok thet at hwatte ſudh älla ſadbar.* Crederem facile, Legislatorem per has ambages impedire voluiſſe, ne quis mulctam hanc exigeret. Lex Scanica eandem vocem habet, L. 9. c. 20. ſed paullulum immutatam, *köuæn rakka.* Eruditiſſimus H. Gram, in *Actis Haunienſibus*, P. V. p. 173. ubi de uſu L. AngloSaxonum in illuſtranda Danica agit, *köuæn* heic pulcrum explicat, ſed ſine dubio error eſt exſcriptoris, *n* pro *u* ponentis. Servant eandem vocis formam hodieque Wermelandi, *köwæn* appellantes catellos vel minores canes. Dictos vero eosdem puta a *kofwa*, hypocauſtum, & *wara*, cuſtodire, ſive quod ædes a furibus defendant, ſive quod in ædibus degant. AngloSaxones canem ædium cuſtodem *bowaward* appellavere. vid. Spelmannus in *Archæol.* p. 136. Leges Alemannicæ *bouuauuart*, cap. 331. Loco vero citato Legis Suderm. diſtinguitur *kywerne* a *gardbund.*

KRABBA, cancer. Alias ſpeciatim ita vocatur illud cancrorum genus, quod locuſta marina ab Hiſtoriæ naturalis Scriptoribus nominari ſolet. Vide Arist. *Hiſt. Animal.* Lib. 8: 2. Gr. κάραβος. Lat. *carabus.* C. B. *crwban.* A. S. *crabba.* Belg. *krab*, *krabbe.* Gall. & Germ. id. Thomassinus, p. 504, notat Arabes *akrab* dicere. Arbitrantur alii, a Græcis ad nos vocem transiiſſe; alii ordinem invertunt, piſcemque hunc vel a reptando, *krypa*, nomen accepiſſe putant, vel a *crib*, pecten, ob multifidam pedum formam. Prior conjectura Wachteri eſt, altera Leibnitii in *Celticis*, p. 109. Ab hac voce aliena non eſt altera *kræfweta*, quæ infra occurrit, & ad quam nonnihil huc facturum dicemus.

KRAFLA, reptare, difficulter progredi. Angl. *crowl.* Belg. *krielen.* Sax. *krauelen*, id. v. Idiot. Hamb. p. 138, 366. Profectum arbitror ab eadem radice, qua mox adferendum *kraffa*, a *kraw* nempe vel *kral*, unguis, ut notet infixis veluti unguibus per ardua greſſum moliri.

II. Pro tenuitate virium laborare, *krafla ifrån ſig ſin ſkuld*, nomina ſua difficulter ſolvere. Iſl. *kræla*, id. v. Spegelii *Gloſſ.*

KRAFSA, ruſpari, agitare, ut ſolent gallinæ ungulis terram fodicantes. Iſl. *krapſa.* Job. 39. Varie hæc vox apud nos adaucta eſt. A *rifwa*, fodere, primo factum eſt frequentativum *raffa*, & dein *k* præfixo *kraffa*. Alias immediate a *kraw* deduci ſolet, quod apud Germanos unguem denotat. Armorice *craſa* eſt unguibus leviter vulnerare, *craf*, vulnus unguibus factum.

Digitized by Google

factum. v. Pelletierii *Lex. Britann.* p. 174.

KRAFS, reculæ, res nullius pretii, quaſi temere congeſtæ.

KRAFT, vis, potentia. Al. *chraft*, *chreſti*, vires, *megincraft*, majeſtas. Germ. *kraft*. Exiſtimat Wachterus, veteres ab initio *krat* dixiſſe, utpote quod propius refert Græcorum *κρατὸς*, robur. Ego dubito. Video quippe, in Lingua Cambrica *cryf* fortem denotare, cui affine eſt noſtrum *kry*, de quo ſuo loco. Si itaque de vetuſta vocis facie conjicere liceat, *kraf* potius quam *krat* fuerit: cui meæ conjecturæ fidem facit Lingua Iſlandica, in qua *kräfr* robuſtum denotat, Auctore Gudmundo Andreæ. Mantiſſæ loco addam, in Lingua Cymræca *craff* perſpicacem notare, quod apprime in illum vocis ſignificatum quadrat, qui AngloSaxonibus exigua cum variatione perfamiliaris erat, necdum Anglis deſitus, quoque artem, ſcientiam notat, unde *rim-cræft*, arithmetica *leoth-cræft*, poëtica, *cræftig*, artifex: immo etiam artis abuſum, fraudem loquor. Conf. infra in v. *liſt*.

KRAFTIG, fortis. A. S. *crafty*.

KRAFT, ſpelunca, ſpecus ſubterranea. Chron. Rhythm. *min.* p. 8.

Och læto han uthaff thæn kæſt,
Och aff kommerlichom kræſſt:
Eumque emiſerunt e vinculis
Ex triſti ſpelunca.

Nomen inde *kraftskyrka* Londini Scanorum habet cella illa ſubterranea, quæ Templo primario ſubjacet. Angl. *croft*, *undercroft*. Belg. *krofte*, *krufte*. Dan. *kraft*. Lat. B. *croftum*. v. Spelmannus in v. Originem hæc omnia habent a Græco *κρύπτη*, id. a quo alia via Itali *grotta* fecere, Hiſpani *gruta*, Galli *grotte*.

KRAGE, collare, patagium: hinc *præſtkrage*, collare, Sacerdotis inſigne. Ortum credit Wachterus a *κρίκος*, circulus, vel a *krok*, Sueth. curvatura. Ego vero arbitror, *krage* proprie collum denotare, unde etiam dicimus *taga en karl i kragen*, aliquem collo apprehendere, Scanique collare *krageklud* appellant, quaſi colli indumentum. Inducor inde in hanc conjecturam, quod Walliſium tradere video, apud Scotos *crag* pro cervice vel collo uſurpari, uti etiam Belgis *kraeghe* jugulum notat. Affine huic noſtro eſt Angl. *craw*, ingluvies, veſicula colli avium, Sueth. *kroge*, Dan. *kroe*. Gallicum *cravate* haud dubie Gothicæ originis eſt, a *craw*, collum, & *wad*, pannus.

KRAK, quiſquiliæ, res rejectaneæ, ab Iſl. *brak*, id. hoc vero a *brekja*, abjicere. Belgæ *kraecke* vocant domum vetuſtate nutantem, ut Auctor eſt Junius in *Etym.* Omnino vero noſtra vox eſt, qua utuntur Hamburgenſes, dum *kraekgood* appellant illas merces, quibus aliquid vitii ineſt. v. Idiot. Hamb. p. 137. Ruſtici noſtrates equos exiles, & ad ferenda onera non ſatis validos, appellant *ſmått krak*, quod tamen alius forte originis eſt, nempe ab Iſl. *kregd*, quod, docente Verelio, notat exiguum quid & præ exilitate contemnendum. Conf. Vet. Lat. *craceo*, hoc eſt, exilis, gracilis ſum, ut docet Scaliger in *Conjectaneis*, unde Ennius *cracentes* i. e. graciles. Ne titulos multiplicem, heic tribus verbis monebo, *krakmandel* dici amygdala, ſuo putamine non liberata, idque a *kraken*, frangere, *craquer*, Gall. dentibus frangere.

KRAKE, contus, aliqua ramorum parte relicta aſper, cujusmodi ligna ſepibus injicere ſolent agricolæ, ne facile ſuperentur a furibus, quo etiam pro ſcalis utuntur, ad enitendum in altum, ut docet Saxo Grammaticus, cujus hæc ſunt verba, p. m. 31: "Danica "Lingua *krage* dicitur truncus, cujus "ſemicæſis ramis faſtigia conſcendun"tur, ita ut pes præciſorum ſtipitum "obſequio perinde ac ſcalæ nixus, ſen"ſimque ad ſuperiora provectus, peti"tæ celſitudinis compendium aſſequa"tur." Plane huic noſtro gemina ſunt Græcorum *χάραξ*, *χάρακος*, nec non *χαράκιον*, quod, Suida teſte, uſurpabatur pro *ἀκανθώδεσι φυτοῖς*, vel ut Hesychius pro *φραγμοῖς*. Idem Suidas *χάραξι* interpretatur *ὀξέσι ξύλοις*, lignis acutis. Idem porro: *χάρακα ἄριστον δὲ Ἕλληνες τοῦτον ἡγοῦνται, ὃς ἂν ἔχοι πλείστας ἐκφύσεις καὶ μεγάλας πέριξ τοῦ πρέμνου*: Græci ridicam optimam cenſent, quæ plurimos validioresque ramos habet circa ſtipitem. v. H. Stephani *Theſ.* in v. Quum præcipuus ſimilium ſtipitum uſus eſſet in vallis condendis, hinc *χαρακίζω* eſt vallis depactis munio.

KRÆKLA, inſtrumentum, ejusmodi prodeuntibus ramulis aſperum, quo pultem inter coquendum agitant matresfamilias. Metaphorice ita dicitur homo litigioſus, tanquam qui undique aſper eſt, undique pungit.

2. Idem nomen in Scriptis medii ævi habet pedum Epiſcopale, ut arbitror, a figura incurva. Angl. *crooke*, *croke*. L. B. *crocium*.

KRAKA in capite ultimo Legum Weſtrogothicarum notat palis humo defixis communire, h. e. *χαρακίζειν*.

KRAKEL, jurgium, ſubita contentio cum ſtrepitu. Iſlandis *brak*, *brakning* eſt motus importunus, apud Gudmundum Andreæ, & converſis literis *bark*. Bibl. Isl. 1. Sam. 4. Göthriks S. c. 37. Belg. *krack*, ſtrepitus. Utuntur eadem voce Saxones & Belgæ, uſi etiam ſunt veteres Angli pro tumultu. Conf. Gall. *craquer*, ſtrepere.

KRAM dicitur unice de nive molli humidaque, quæ facile comprimitur. Iſl. *krom*. Ol. Tryggv. S. P. II. p. 59. *ſem han hafþr ſtadit i kromum ſnio*, quaſi ſtetiſſet in nive humida. Dani Saxonesque *klam*, *klamm* dicunt, *de ſney iſt klam*. v. Idiot. Hamb. Angl. *clammy*. Haud facile dixero, utri rectius, nos an illi. Pro *l* litera ſententiam dicit Anglicum *clammie*, tenax, cui affine eſt A. S. *clæm*, lino: caninam vero litteram tuetur auctoritas L. Iſlandicæ, in qua *kreima* notat mollem eſſe. v. Gudmundus Andreæ p. 152. *eg krem*, liquefacio, *þat er eingin krem a*, non eſt molle, cui forſan haud incommode ſubjunxeris Ulphilanum *qbrammitha*, humor. Luc. 8: 6. ubi vide Benzelium. Addo, in Gothiæ nonnullis regionibus *krymta* eſſe uvidum reddere infuſo humore: unde *krymta klæde*, quod eſt pannum recentem aqua leviter irrigare, pro quo vitioſe *krympa* vulgo uſurpamus.

KRAM, omnis generis mercimonia. Viget eadem vox apud Danos Germanosque, ſed ambo nobiscum neſcii ſunt, unde venerit. Wachterus oculos conjicit in obſoletum *mark*, mercatus, ſed id vix ſatisfacit. Conjectura Haltausii nimis quoque mihi videtur artificioſa, qui *kram* a *ram*, margo, derivat, quum merces propolarum in ſuis forulis & loculamentis disponantur. Ex Ortelii *Harmonia Linguarum* diſco, Sclavonice *kramar*, & Hungarice *kalmar*, mercatorem notare. Dicant harum Linguarum periti, indene origo vocis ſit petenda? Quæ Junii conjectura fuerit de nominis hujus ratione, videri poterit in *Etymol. Angl.* in v. *cram*. Orta hinc habemus

KRÆMARE, propola.

KRAMBOD, pergula mercatoris.

KRAMA, comprimere, premere. Syr. 22: 23. A. S. *crammàn*. Iſl. *krema*, unde *ſunderkrema*, ita premere, ut frangatur. Bibl. Isl. Joh. 16. Belg. *kruymelen*. Saxones *klam* arctum appellant, unde diſcimus, hocce *krama* & ſuperius *klæmma* origine forte diverſa non eſſe.

KRAMSILL, halecis genus, quod inter condiendum arcte denſatur: unde proverbium de exilibus eſt, *har är ſå tunn, ſom en kramſill.* In *Statutis Oeconomicis* Gustavi I ſcribitur *krampeſill.* v. Stiernmans *Act. Oecon.* Tom. I. p. 2.

KRÅMMEL, longurio, quo agricolæ fœnum comprimunt, ne plauſtris excidat.

KRAMPE, clavus uncinatus, qui duo contigua conjungit. Gall. *crampon*. Belg. *kramme* vel *krampe*. It. *ſgramffo*. Si a forma nomen habet, offert etymon Lingua Theotiſca, ubi *krumm* curvum notat, ſin vero ab effectu, deduci poterit a *kramma*, comprimere.

II. Spaſmus. Gall. *crampe*. Angl. *cramp*. Belg. *kramp*. Germ. *krampff*. It. *granſo*, *granchio*: morbus eſt, qui nervos contrahit, ſive a priori voce metaphora ducta fuerit, ſive morbi nomen profluxerit a *krympa*, contrahi: in Chron. Rhythm. *min.* p. 52. *krampa ſoott* dicitur.

KRÅMPA, morbus, quilibet ſanitatis defectus. *Wara full med kræmpor*, infirmitatibus laborare. Si a *krampe* originem ducat, propria ſignificatione exuta, generaliorem aſſumſit. Ceterum obſervari velim, *kram* apud Iſlandos idem notare. Heims Kr. Tom. I. p. 665. *þrandur haſþe augnaþunga oc þa enn kramer aþrar.* Thranderus oculorum morbo laborabat, & præterea aliis infirmitatibus.

KRAMSFOGEL, turdi genus. Germ. *kranetsvogel*. A Latino racemus derivat Wachterus, tanquam qui uvis delectetur. Difficile eſt arborum, herbarum volucrumque nomina ad regulas Etymologicas exigere; non enim novimus, quid primi nomenclatores in primis reſpexerint. Belgæ baccas juniperi appellant *kranetsbeer*. An avem hanc inde nominatam putabimus? v. Heumanni *Opuſcula*, p. 434.

KRAN. Proprie vox hæc gruem denotat, metaphoræ vero ratione a colli longitudine ſumta, inſtrumentum ſignificat, quod grandiores moles tollit aut demittit. Origine Græca eſt, aut certe Græcis communis cum Scythicis populis. Eſt enim C. B. *garan*. A. S.

Digitized by Google

A. S. *cræn.* Al. *crano.* Belg. *kraen*, *krane.* Gr. *γέρανος*, cujus primam literam Europæi reliqui durius pronunciarunt.

KRANCK, æger. Belgæ Germanique ſimiliter. Iſl. *krankur.* Arbitrantur aliqui Philologorum, natales hujus vocis repetendos a Græco *ἀκραγγὴς*, quod HESYCHIUS interpretatur *ἀσθενὴς*, infirmus. In Lingua Cambrica gangræna vel cancer *crange* nuncupatur, unde ſuſpicari licet, ab initio illis id nominis proprium fuiſſe, qui mala hac lue infecta membra habebant, deinde vero, ampliata ſignificatione, ad quamvis ægritudinem denotandam vocem hanc adhibitam fuiſſe. Uſurpatam certe novimus, de quovis tam corporis morbo quam animi vitio, genere nempe pro ſpecie ſumto. Sic in CHRON. RHYTHM. *min.* p. 84. notat moleſtum, triſtem:

Jag tror the hade en krankan Jul:
Credo, eos triſte feſtum Julium transegiſſe.

In præf. ad Leges Uplandicas *krankra manna ſidhi* uſurpatur de moribus male affectorum vel protervorum hominum. Conf. *Conſtit.* MAGNI Regis, ad calcem JURIS BIRC. *Kranka gerningar*, mala facinora. In LEGE DALICA p. 17. ſumitur de portione, quæ, facta diviſione, altera pretio deterior eſt: *thær ſkall gødning tillægga*, *ſum krankarin ær. Hiſt.* ALEX. MAGNI:

Tik tycker mig wara litin och krank:
Videor tibi parvus & imbecillis.

Eſt etiam, ubi in dialecto Alemannica *chranc* pro parvo vel imbecilli poſitum inveniatur. Auctor RHYTHMI de Expeditione CAROLI M. Hiſp. Cap. 14: 19. p. 129.

Der iſt zu chlaine und zu chranc:
Ille nimium parvus & debilis eſt.

Apud Anglos inverſa ſignificatione *cranc* ſanum, vegetum notat. Commode vero conjicit SKINNERUS, hoc pro *uncranc* dici, omiſſa prima ſyllaba.

II. In vulgi Suiogothici ſermone *krankt* uſurpatur de præſtigiis diabolicis & ſpectris. *Se något krankt* eſt ſpectrum aliquod videre. Credidero tamen, origine hoc a priori diverſum eſſe. Didici nempe ex HICKESII *Gram. A. S.* p. 192, *crang* in hac lingua mortuum, occiſum denotare: & hi præcipue ſunt, quos ſuperſtitioſum vulgus hominum quietem turbare autumat. Conf. *gecrong*, mortuus fuit, apud BENSONIUM, & Belg. *krenghe*, cadaver. Gall. *carogne.* Apud Saxones *kranckt* diabolum notat. v. RICHEYI IDIOT. p. 138.

KRANCKAS, languere, deteriorem fieri, ſive id phyſice fiat, ſive moraliter. De facultatibus diminutis & peſſum euntibus uſurpant LEGES UPLANDICÆ *Arfd. B.* c. 11. *krankas bo thera ällä bättras*: ſi res eorum familiaris diminuatur aut augeatur.

KRANCKDOM, morbus. HYMN. ECCL. N. 140: 3. aliàs *kranckhet.*

KRÄNCKA, deteriorem reddere, & hoc ſenſu uſurpatur de virgine, ubi vitiatur. *Kränka en mö.* Gr. *φθείρειν πάρθενον.* Deinde etiam de animi anxietate non râro acceptum occurrit: *thet krænker mig*, illud me affligit.

KRANS, ſertum. Iſl. & Belg. id. Germ. *krantz.* HELVIGIUS natum putat a *κορωνὶς*; alii a *cranium*, WACHTERUS a C. B. *crwnn*, rotundus, quum circulari figura caput ambiat.

II. Limbus, rem quamcunque ornatus cauſſa ambiens, ut *krans på ett ſkåp*, ora, margo armarii.

KRAPPA apud Weſtmannos dicitur, quando aqua frigore denſata medios fluviorum curſus aliquando ſiſtit. Eſt hoc inſolitum apud alios Europæ populos phænomenon, in quod ſpeciali opera inquiſivit D. BLOCK, in *Schediaſmate*, *Om Motala ſtröms ſtadnande.* Radicem vocis habet L. Iſlandica *krap*, aqua nive mixta, *krapadriſwa*, nivis pluviæque præcipitatio. VERELIUS.

KRAS eſt nomen defectivum, quod uſurpatur in unica illa phraſi, *gå i kras*, in partes rumpi, in fruſta dividi. Habent cognata aliæ linguæ: Iſl. *kras*, dilaceratio. GUDM. ANDREÆ, in *Lex.* Iſl. Angl. *craſe*, in fruſta rumpere. Adfert in rei fidem ex CHAUCERO JUNIUS

I am right ſiker, that the pot was craſed:
Certus ſum, fideliam ruptam fuiſſe.

Galli *ecraſer* dicunt, hoc eſt, conterere. Occurrent nonnulla huc pertinentia in *kroſſa.* Interea monuiſſe juvat, Græcum *ῥάσσω*, *ῥήσσω*, frango, prope alludere. Auctor *Hiſtoriæ* ALEX. M. pro hoc noſtro *kruus* habet.

Och ſlaa thet ſunder alt i kruus:
Illud in fruſta minutim concidere.

Divinare hinc liceret, veteres *grus* dixiſſe, quod ſabulum notat, ut ſignificet,

Digitized by Google

gnificet, in parvas & glarea non majores partes concidere. v. ſupra in *grus*.

KRASLIG, qui cito confringi poteſt, debilis. Angl. *craſie*, valetudinarius, cujus valetudo minimo motu percellitur. Germ. *krüſlich*. v. IDIOT. PRUSS.

KRASSE, naſturtium. A.S. *cærſe, cerſe*. Al. *kerſſe, craſſe, creſſo*. Gall. *creſſon*. Belg. *kersſe*: a Gr. κάρδαμον, auctore WACHTERO.

KRATTA, ſcalpere, radere. Al. *chrazzen*. Germ. *krazzen*. Gall. *grater*. Angl. *grate*. Ital. *gratare*. Videtur ejusdem familiæ eſſe Lat. *rado*, &, propiori adhuc cognatione, *cratire*, quod, definiente PLINIO, eſt cratibus terram in pulverem reſolvere, & ſemen jactum obruere. v. *Theſaurus Lat.* GESNERI.

KRATTA, raſtrum. Latini cratem appellavere dentatum illud inſtrumentum, quo glebæ conteruntur, occa alias dictum: quodque forma & uſu raſtrum refert. Utrumque Uplandi *barf* nuncupant.

KRAWEL, navigii genus. CHRON. RHYTHM. p. 533.

Herr STEN *hade ſtora krawela tre.*

v. DU FRESNE, in v. *caravella*. Angl. *caravell*. Gall. *caravelle*. Ital. *caravella*. Deſumtum hoc nomen eſt vel a Gr. κάραβος, quod navigii genus fuiſſe, ſupra ad v. *karfwe* obſervavimus, vel a C. B. *corwl*, quod eſt cymba piſcatoria, corio contecta, & inde forte nomen habens. *Bygga på krawel* eſt modus conſtruendi navigii, cui opponitur *bygga på klinck*: ſed hæc melius explicant artis periti.

KRÅFWA, poſtulare. C. B. *creſu*, *creu*. A. S. *craſian*, unde *craſinge*, poſtulatio forenſis, v. HICKESII *Diſſ. Ep.* p. 15. Angl. *crave*. Iſl. *krefa*. HEIMS KR. Tom. I. p. 200. *Vet ek at þu fair eigi rikit, ef þu krefur ei*: ſcio te regnum accepturum non eſſe, niſi poſtules. Latino Barbari hinc ſuum *cravare* fecerunt, unde *miscravatio*, injuſta poſtulatio, a quo, *c* in *g* mutato, emerſit dein *gravare*, *gravatio*, *gravamen*, a quibus, tanquam ſi a *gravis* orta eſſent, nos *beſwår, beſwåra ſig* (*ſwår* notat gravem) fecimus. WALLISIUS non arridet, dum *crave* contractum docet a *crie*, clamare, & *have*, habere, quaſi ſit vociferando ſuum ſe habere velle, indicare.

II. Exigere. *Kræfwa ut geld*, debitum exigere.

III. Petere. OL. TRYGGV. S. p. 20. BRINIOLF *krafdi ſier lid*: BRYNOLPHUS auxiliares copias petiit.

KRÅFWE, ingluvies. Angl. *craw*. C. B. *croppa*. Belg. *krop*, *kroppe*, unde columbas, quæ grandiori ingluvie notabiles ſunt, *kroppdufwor* appellare ſolemus. Diceres, ingluviem a poſtulando dictum, quum continue eſuriat.

KRÅFWETA, *Kræfta*, *Kræfwika*, cancer. Al. *creuez*. Belg. *kreuiſſe*, *kreeſt*, *krevet*. Angl. vet. *crevis*. Gall. *ecreviſſe*. Attuli ad cognatum *krabba* diverſas Eruditorum conjecturas de vocum harum origine. Nunc tantum addam, RUDBECKIUM, Filium, opinatum fuiſſe, *kræfweta* a *kraw*, ungula, quam pro corpore grandem habet, nomen accepiſſe. Cambro-Britanni *craſange* ungulam avis & cancri appellant.

II. Thorax, unde in Verſione noſtra Suecana, EPH. 6:14. & 1. THESS. 5:8. thorax fidei vertitur *trones kræfweta*, ſolenni tunc temporis appellatione, forte quia lamellæ thoracis ſe mutuo tegebant, in eundem modum, quo in cauda cancri partes aliæ alias firmant. v. DANSKE MAGAZIN, P. 49. p. 3. & Part. 55. p. 215. VeteresBelgas *kreft* eodem ſenſu uſurpaſſe, teſtis eſt KILIANUS.

III. Morbus cancer, imitatione ſermonis Latini. 2. TIM. 2:12.

TASKKRÆFWETA, cancer marinus. Germ. *taſchenkrebs*. Si, uti creditur vulgo, a pera, *taſka*, piſcis hic nomen accepiſſet, nullum fere incommodius illi indi potuiſſet. Sed liberabo hac culpa primos nomenclatores, appellatumque credere jubebo a vetere Germanico *tartſch*, clypeus, Gall. *targe*, It. *targa*, ut proprie notet cancrum clypeatum, quum teſta illius ſcutum exacte referat. Et, ne dubites, vocatur alio nomine *ſchildkrabbe*.

KRÅFTEGÅNGEN dicitur, quando quis cancrino more retrorſum fertur. v. RUDBECKII *Atlantica*, Tom. III. p. 84.

KRÅKA, reptare. Al. *chriechen*. Iſl. *kreika*. Germ. *kriechen*. Derivat WACHTERUS a C. B. *crych*, tortus, ſinuoſus ego vero facile credidero a Latino *repo*, præfixo, ut ſolet, *k*, *krypa* & *kræka* facta eſſe.

KRÆK, reptile, & per metaphoram animal quodvis exiguum.

KRÆKAS, ſcreare, ut ſolent vomituri. Gallis *cracher* eſt ſpuere. Iſl. *hræckia*. A. S. *hræcan*. Germ. *kröchzen*. v. STADENII *Explic. Voc. Bibl.* p. 376. Communem hæc omnia fontem habent in Ebr. *rakak*, exſpuit, unde *rok*, ſputum. Iſl. *hråka*. JOB. 7. A. S. *braca*. Angl. Bor. *whreake*, tuſſis.

KRÆK-

Digitized by Google

KRÆKNING, conatus vomendi.

KRÅCKLA. v. *krake.*

KRÆCKTA, perrumpere. *Kræckta inſig*, vi aliquo perrumpere. Nomen habet a *kraft*, vis, robur, quod Belgæ *kracht* efferunt. Hinc eſt *bekräckta*, quod in Scriptis medii ævi non raro occurrit, notatque ſuæ ditionis facere, ſubigere. CHRON. RHYTHM. p. 24.

Til thes K. ALBRICHT *all Swerike be-*
kræckte,
Donec Rex ALBERTUS omnem Sue-
ciam ſibi ſubderet.

In eundem modum a *magt* formavimus *bemägtiga ſig ett rike*, regnum aliquod vi ſuum facere.

KRÆLLA, reptare. GEN. I: 28. Angl. *crawle.* Belg. *krielen.* Frequentativum eſt verbi *kræka.*

KRÆMPA, infirmitas, morbus. v. *krampe.*

KRÆS, *kras*, *kraſe*, cupediæ, cibus delicatior. CHRON. RHYTHM. *min.* in præf.

Hafwer tu ey meer än ena gaas,
Then ſkulle wi i apton hafwa till
kraas:

Si non niſi unum anſerem habueris,
Ille cœnæ noſtræ deliciæ erit.

CODEX *Ant. Precum: Then ſamme tin frukt är giordr mathr oc kraſe ſyndoga manna*: idem ille fructus tuus cibus factus eſt & deliciæ peccatorum. Iſl. *kraſir*, deliciæ. OL. TRYGGV. S. c. 23. *Alſkonar kraſir*, omnis generis cupediæ, *kraſadiſkr*, menſa opipara. C. B. *cras*, bene coctus, ſucculentus, *craſu*, panem coquere. Obſolevit vox hæc in noſtra patria, dum res ipſa maxime fervet, ſed ſuperſunt tamen varia derivata.

KRÆSELIG, lautus.

KRÆSELIGHET, deliciæ. DEUT. 28: 56.

KRASMÅTI, id. KON. ST. p. 110. *Girnas oſmycket äpte krasmæti*, inhiare cibis opiparis.

KRÆSMAGE, delicatulus.

KRÅKA, cornix. Anr. *kraka.* A. S. *crowe* & *krooc.* Al. *cracce.* Angl. *crow.* Belg. *kray.* Germ. *kræhe.* A clamando dictam avem hanc docent tam JUNIUS quam WACHTERUS, ſed non una eademque methodo: ille enim, ut ſolet, a Græcia etymon petens, ad κραυγή, clamor, refert; hic, non minus ſibi ſimilis, a Celtico *crio*, clamare. Addo, apud ARISTOTELEM, in *Hiſt. Animal.* avis genus nominari, κρὲξ dictum, quod a ſono κρὲξ κρὲξ nomen accepiſſe dicit. Apud ULPHILAM invenimus *brukjan*, quod canere notat, uſurpatum de cantu galli.

KRÅM, unde *inkråm* vel *inkrom*, quicquid infartum eſt inteſtinis aut alii rei: ita *inkrom* dicitur ſucculentum illud, quod malis citreis ineſt. A. S. *cruma* eſt mica panis. Belg. *kruyme.* Angl. *crum.* Germ. *grume.* Conf. A. S. *cruman*, *acruman*, friare, *acryman*, farcire.

KRÅS, exta, inteſtina: unde *gåskrås*, jus ex inteſtinis & præciſis anſeris alis pedibusque confectum. Germ. *krös*, *gekrös.* In GLOSS. ALEM. *crozdarma*, extales. Derivatum credit WACHTERUS a *krauſen*, criſpare. Confirmari hoc inde videtur, quod fimbrias & ſimiles ornatus criſpos *krås* appellemus.

KRÅTS, rixæ, contentio. Occurrit vox illa SYR. 25: 30. & alias non raro, unde *kråtſa*, litigare. DIAL. *de Miſſa*, p. 59. *Slechtingar och bröder ſig emellan full oſta kifwa och kråſſa:* cognati & fratres ſæpenumero inter ſe litigant & rixantur. C. B. *crwyſeed*, lis, jurgium. RICHARDS *Theſ.*

KRÖT, KRETE, moleſtia, inquietatio. Al. *kraiten*, *kroten*, moleſtare. v. HALTAUSII *Gloſſ. Germ.* Ejusdem proſapiæ eſt, ut ex allatis patet, Sueth. *kretla*, vitilitigare. Sax. *kretelen.* Iſlandicum *kretta* eſt contradicere apud VERELIUM, inque vetere Germania *bekretten*, impugnare. Belg. *kreyten*, *kreten*, irritare, *kreytelick*, irritabilis.

KREPSK, moroſus. Belg. *kribbig.* Saxon. *kribbiſch*, quod a *kribben*, irritare, ortum putatur. v. IDIOT. HAMBURGENSE, p. 139. STADENIUS, in *Explic. Voc. Biblicarum*, hoc noſtrum cum Græco ἀκριβής, accuratus, conferendum putat, quod tamen nemini perſuaſerit. JUNIUS, quum *crepu* apud Gallos criſpum denotet, credit *kribbiſch* eadem metaphora dici, qua alias iracundum *krauskopff*, Sueth. *krushufwud*, nuncupare ſolemus. v. *Etymol. Angl.* in v. *crabb.* Apud TATIANUM Cap. 205: 5. *incribota inann* reſpondet Latino increpabat eum. Si vox ea Germaniæ domeſtica eſt, noſtræ originem dediſſe potuit: quid enim aliud voce *krepſk* indicare ſolemus, quam hominem, ad jurgia & alios inceſſendos pronum?

KRETS, circulus. Germ. *kreis.* Belg. *kries*, *kriet.* WACHTERUS vel a γῦρος vel a κρίκος, quorum utrumque formam orbicularem deſignat, Germanicam vocem ortam putat. STADENIUS aliã conjicit, ſed nihilo certiora.

KRET-

Digitized by Google

KRETTA, latrare: dicitur proprie de canum ululatu, affine, ut puto, Germanico *kreiſſen*, *kreiſchen*, clamare, plangere. Belg. *kryten*, *kryschen*. Græce *κρίζειν*. Conf. WACHTERUS in v. *kreide*, clamor ejulantium. Vox Suecana inter rarius occurrentes eſt. EXODI 11: 7, ubi occurrit, textus Ebræus utitur voce חרץ, quod OL. RUDBECKIO, Juniori, ſubjecit, inde fortaſſis noſtrum *kretta* originem ducere.

KRIG, bellum. Germ. *krieg*. Belg. *krygh*. Mirum merito videri poſſit, bellicoſiſſimas Europæ gentes, relictis veteribus ſuæ artis nominibus, de novo introducendo conſentire potuiſſe, nec tamen liquido conſtare, undenam illud hauſerint. Novum dico; nam quantum vetuſtiora monumenta Linguæ noſtræ conſulere licuit, nuſpiam illud apparet. Fatentur idem de ſuis Germani. Et hoc quum ita ſit, fruſtraneam WACHTERUS mihi videtur inſumere operam, qui a Cambrica Lingua ejus natales deducit. Novum enim non eſſet, ſi inde ab eo tempore in uſu fuiſſet, quo origines ſuas miſcent Celticus Scythicusque ſermo: per commercia certe cum hac gente recentiori tempore parum aut nihil mutuati ſunt noſtri. Et hæc cauſſa eſt, cur non adſtipulemur Viro huic doctiſſimo, dum a C. B. *cyrck*, inſultus, nomen hoc derivat, nec STIERNHIELMIO, dum in *Annotationibus Manuſcriptis ad* LEXICON BRITANNICUM BOXHORNIANUM ejusdem L. *gryd*, prælium, noſtræ vocis radicem habet. Quumque a BENSONIO annotatum viderim, apud AngloSaxones Bellonam nuncupari *val-crigge*, ſuſpicabar aliquando, latere in hoc nomine aliquid, quod noſtro lucem fœnerari poſſet, ſed idem non explicat, quid vocis ſit *crigge* illud, quod alteram compoſiti partem conſtituit. Skaldi noſtrates *Valkyrior* Deas, bellorum præſides, nuncupant. Omiſſis itaque his, conjicere ſubiit, quum Scriptores medii ævi antiquiores conſtanter *kri*, *kry* ſcribant, voce hac proprie prælium indicari, illique nomen datum eſſe a clamore illo, quem inde ab ultima antiquitate certamen inituræ tollebant Scythicæ gentes omnes, quique *cri* appellabatur a Gallis & Britannis, radicem ipſam *crier*, vociferari, retinentibus Suecis Germanisque, licet poſtremi ſolito ſuo ſibilo illam auxerint, *ſkria*, *ſchreien* dicentes. Conſentientem habeo doctiſſimum STADENIUM, in *Explicatione Voc. Biblic.* p. 574. nec non HALTAUSIUM, qui pluria diplomata adfert, in quibus *krieg* inprimis denotat clamorem in foro litigantium & ipſas querelas, lites. Græci ſimili imitatione prælium *βοὴν* aliquando appellant: *βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος*, i. e. bellator, uti etiam *φύλοπιν*, quod, eodem ſenſu uſurpatum ab HOMERO, proprie ſignificare creditur *φυλῶν ὄπα*, turbæ clamorem. Conf. Iſl. *glyma*, luctari, a *glymr*, ſonus, fragor.

KRIKON, pruna minora. Gall. vet. *creque*. Nomen hoc Celticæ originis ſit, oportet. Aremorice enim *gregon*, PELLETIERIO teſte, notat prunum ſilveſtre (prune ſauvage), illudque ita appellari docet a *cryg*, raucus, *crygu*, raucum facere, quum guttur quaſi conſtringant. Confirmat hanc etymologiam alterum eorum nomen *eſtrangulas*, a ſtrangulando ortum. Belgæ ceraſa *kriecken* appellant.

KRING, circum, *omkring*. id. *K* euphoniæ cauſſa præpoſitum eſſe, certum habeo, atque adeo radicem eſſe *ring*, circulus, quod vide. In compoſitis non tam id, quod in orbem agitur, quam potius quod ſparſum eſt, notat. Ut *ſprida kring*, ſpargere, &c.

KRINGLA, circulus, orbis. Hinc *Kringla heimſins* eſt orbis terrarum, & ſimul titulus Libri SNORRONIS STURLÆSON, Hiſtoriis ejus Norrwegicis ideo datus, quod ab hac voce incipiant. OTFRIDUS eodem ſenſu *uuorolt ring* habet, Libr. V. c. XVII. 51. Hodie non uſurpatur, niſi de ſpiris piſtorum, Germ. *kringel*, *kringlein*, a quo prope abeſt Gall. *craquelin*. Belg. *krackeling*. Accidit huic voci idem quod priori, ut nempe *k* euphonicum aſſumſerit, ortum quippe a *ring*, orbis, fruſtra in alias partes abeunte WACHTERO. Hinc natum puta *krongla*, per ambages ire, mæandros quærere. Germ. *krængeln*.

KRISMA, oleum ſacrum. ÖSTG. L. *Kriſt*. B. c. 13: 2. *Nu år Biſkuper ſkyldugher firi tiunda ſin wighia kriſmu ok klärka, kalk, mäſſuklädhe*: Epiſcopi eſt, conſecrare oleum ſacrum, clericos, calicem & veſtes ſacras. Conf. *Kyrk.* B. L. L. c. 4: 2. Vox Græca eſt, uſu noſtra facta, dum ſub Papiſmo viguit actus confirmationis, traducta etiam ad denotandum oleum ſacrum, quo inungebantur

quo inungebantur ſub ſacris initiationis Reges. HADORPHII *Acta Publ.* p. 425. *Synderliga tha kröntb och crismadt konung ickä är i landit:* præſertim ubi Rex in regione non eſt coronatus, ſacroque chriſmate inunctus.

KRITA, terra alba. Germ. *kreide.* Gall. *craie*: a Latino *creta.*

KROG, caupona. Iſl. *krå.* Dan. *kroe.* Germ. *krug*, quæ vox eadem denotat vas potorium, Sueth. *krus.* Mirum non eſt, ſi ab inſtrumentis potandi, locus ubi comiſſationes exerceantur, nomen acceperit. Apud nos vocabulum hoc recens eſt.

KROK: ita dicitur quicquid aduncum vel incurvum eſt, & unci formam habens. Angl. *crook.* Belg. *krook.* Gall. *croc.* a C. B. *crwcca*, curvus, incurvus. Ruſſ. *kroge.* Iſl. *krå* angulum notat. v. infra in *vrå.* Apud Græcos κρίκος vel κίρκος, quod proprie circulum notat, etiam, HESYCHIO teſte, pro harpagone & re omni incurva accipitur. In eundem modum nos hamum, quo capiuntur piſces, vocamus *fiſkekrok*: ab eadem adunca forma inferiores Sueciæ partes aratrum minus *krok* appellant. Conf. SKÅNEL. LIB. 17: 2. p. m. 43. *Num fæſtis a baræ krokæ*, niſi accipiatur ſola aratio h. e. arvum absque ædificiis.

II. Ita dicuntur ambages, utpote quæ a recta diſcedunt. *Gå en krok*, ambages ſequi. Metaphorice *krokar*, *räfkrokar* (quaſi vulpinæ ambages) dicuntur technæ, ad fallendum compoſitæ.

KRÖKA, curvare. Angl. *crooke.* Belg. *kreucben*, *kroken.*

KROKRYGGOT, gibbus, cujus dorſum incurvum eſt.

KROKRÅ eſt limitum ductus, a recta linea deflectens, angulum efficiendo.

KRONA, corona. Arem. *curunn, coron, cruyne.* Al. *corona.* Iſl. id. Manifeſtum mihi videtur, a Latio in ceteras Europæ partes diditam fuiſſe hanc vocem. An vero Romanorum corona a Cambrico *crwnn, cren* & Hibernico *cruin*, rotundus, promanarit, lis eſt, quam meam non facio. Recentiores dialecti totius Europæ eandem vocem aliquantilla cum immutatione adoptarunt. Germ. *krone.* Belg. *kroone.* Angl. *crowne.* Gall. *couronne.* It. *corona.* Nunc obſervo, vocabulum hoc uſurpatum inveniri I. de corona Regibus in eorum conſecratione imponi ſolita. Incepit mos hic, uti videtur, regnante ERICO IX Rege. De Norrwegis commemorat STURLÆSONIUS, MAGNUM ERLINGI Filium primum fuiſſe, qui coronam ſibi impoſitam habuerit, idque ad exemplum Anglorum Danorumque, non nominatis Suecis. Tom. II. p. 429. Portabatur vero illa corona, non niſi in comitiis publicis, quem eundem morem in Anglia obſervatum, tradit HICKESIUS in *Diſſ. Ep.* p. 149. Adde SPELMANNI *Notas* ad *Vitam* ALFREDI, p. 4.

II. De Sacerdotibus uſurpatum notat tonſuram illam verticis orbicularem, quæ ordinis inſigne eſt, quæque a S. PETRO inſtituta, emblema eſſe creditur ſpineæ Chriſti coronæ. v. SAVARO ad SIDONIUM, Lib. 6: Ep. 3. LEGES HELS. *Slar man wigdan klærk, ſom krono bawer*, ſi quis Sacerdotem conſecratum, quique coronam habet, percuſſerit. Arbitror hinc, factum eſſe, ut in non una lingua corona pro capitis vertice ponatur. Valet id apud Scanos noſtros. C. B. *coryn* vertex eſt. Angl. *crown of the head.* Hiſp. *corona de la cabeça.*

III. Geſtamen fuit virginum apud antiquos, unde CHRON. RHYTHM. p. 36.

The jungfru namn och krono bæra:
Quæ nomen virginum earumque coronam geſtant.

Incedebant olim virgines nudo capite, crinibus tantum in duos cirros tortis, & in coronæ modum exſtructis. Vide SPELMANNI *Archæol.* p. 139, ubi adfert phraſin illam *eſſe in capillis.* Matronæ contra calantica caput tectum, ut hodieque, gerebant.

IV. Sponſarum ornatus erat coronæ geſtamen, qui mos hodieque pleno uſu apud ruricolas viget. Hæc vero, ut una inter omnes ornatu maxime exſplenduit, ita metaphorice *krona* uſurpatur de illa, quæ inter æquales excellit. *Wara kronan för ſitt kön*, ſexus ſui ornamentum eſſe.

V. Ponitur pro ſubjecto Majeſtatis communi, ut dum bona fiſci dicuntur *kronogods*, ſic *wara i kronans tjänſt* notat eſſe in publico officio. Eſt hoc antiquum loquendi genus, quippe quo utitur LEX UPL. *Kirk.* B. c. 22. *Badhi æghu nämd radha kruna ok kirka*: Aſſeſſores judicii æqua portione nominabunt Rex & Eccleſia. Galli eodem ſenſu dicunt *la couronne.*

VI. Hoc nomen geſtant lychni pen-

Digitized by Google

ſiles, qui ex tecto in templis ſuspenduntur vel πολύφωτα, ut in Eccleſia Græca appellabantur, vulgo *ljuskronor*. L. B. *corona*. v. Du Fresne. Forma, coronæ non abſimilis, metaphoræ locum dedit.

VII. Erat monetæ aureæ genus, quod ſub imperio Gustavi I & Erici XIV quinque marcas örtugorum valuit. v. Stiernmans *Acta Oecon.* Tom.I.p. 183. Quod aurum hujus monetæ puriſſimum non fuerit, vel inde concludere licet, quod hodieque, id quod ſequius eſt, vulgo *krongull* nuncupetur.

KRÖNA, coronam imponere. Germ. *krönen*. Belg. *kroonen*. Gall. *couronner*. unde *kröning*, coronationis actus, *kröningsoxe*, bos integer, variisque fartus volatilibus, qui aſſatus populo diripiendus datur, de cujus ritus origine vide diſſerentem Becmannum, de *Dign. Illuſtr.* p. 532.

KROPP, ingluvies. v. ſupra in *kräfwe*.

KROPP, ſummitas cujuscunque rei. Anglos eodem ſenſu hac voce olim uſos fuiſſe, tradit Casaubonus, de *Quatuor Linguis* p. 278. qui etiam monere non intermittit, a Gr. κορυφὴ hanc vocem immediate deſcendere. Fr. Junius, exemplis a Galfr. Chaucero allatis, id ulterius firmat, quibus adde Spelmannum, qui in v. *reaccropum* docet, *crop*, præter ſummitatem in genere, etiam ſpicas, tanquam germinis hujus ſummitatem, apud Scriptores AngloSaxonicos denotare. Nec aliud ſignificat Gallorum *croupe*, dum pro montis vertice acceptum occurrit. Conf. Ital. *groppa*. Nos eo tantum utimur ad notandum ſummum ædium faſtigium, unde lignum illud transverſum, quod Græci μεσόδμην appellarunt, *kroppås* nobis audit, ab *ås*, lignum, & hocce noſtro. Conf. Skinneri *Etymol.* in *crop*, & A. S. *brof*, quod tectum denotat. Ulph. *brot*.

KROPPODAM in Chron. Rhythm. notat aquæ receptaculum, quod in ſummo arcis tecto habere ſueverunt, ut aqua ne deeſſet, ingruente diuturniore obſidione.

KROPP, corpus. C. B. *corf*. Iſl. *krof*, unde nos *ſkrof* tandem formavimus. Germ. *körper*. Gall. *corps*. Vocis hujus adeo antiquæ & adeo late diffuſæ primam indagare originem, ego certe non auſim. Ludere vero mihi videtur Stilerus, dum eam quærit in *gerippe*, ſceleton.

KROPPOG, gibbus. Lev. 21: 20. Proprie notat eum, qui nimium corporis habet. Belg. *kroppaert*, *kroppachtig*. Iſl. *krappr*, quod cognomen erat Koli, famoſi illius athletæ, cujus mentio fit in hiſtoria Sturlaugi Kol *en krappi*, i. e. gibbus.

KROSSA, conterere. Exſtant hujus vocis veſtigia in variis Europæ linguis. Incipiamus a Mœſogothica, ut antiquiſſima, in qua *gakrotuda* notat quaſſabitur, *ſ* in *t* commutato. Angli *cruſb* dicunt, Galli *ecraſer*, Itali *croſciare*, Poloni *kruſze*, docente Spegelio in *Gloſſ.* p. 242. Affine huic videtur *knoſa*, de quo nunnulla tradidimus in v. *knyſter*.

KRÖTA, congeries, conferta turba. *En kröta af folk*, magna hominum turba. A. S. *crutb*, conferta turba. A. S. *croud* & *crew*. Sax. *klute*. v. Idiot. Hamb. p. 126 quibus adde C. B. *crwg*, congeries. v. Richardi *Thes.*

KRUBBA, præſepe. A. S. *crybbe*. Al. *cribbe*, *crippe*. Belg. *kribbe*. Angl. *cribbe*. Germ. *krippe*. Gall. *creiche*. Ital. *greppia*. In Provincia Galliæ *grupi*, docente Thomassino, in *Gloſſ. Univerſ.* p. 916. & apud Languedocienſes *gripio*. v. Diction. Languedocien. L. B. *crepia*. Franciscus Junius, ſe in nullo monumentorum AngloSaxonicorum hanc vocem reperiſſe, ait, ſuſpicaturque, Alemannos, in memoriam collocati in præſepi Servatoris noſtri, a Gr. κράββατος, lectus, nomen præſepi dediſſe. Sed nimium hoc longe petitum merito Wachtero videtur, qui ingenioſe *cribbe* derivat a C. B. *crib*, pecten, arbitratus, ea voce proprie indicari cancellos illos, quibus fœnum equis manducandum inditur, quique haud male a pectine nomen ſortiri potuerunt. Apud Bensonium invenio *crybbe*, ſtratum, præſepe.

KRUKA, vas fictile. C. B. *cregen*, *crwc*. A. S. *crecbe*, *crocca*. Al. *crucb*. Germ. *krug*. Belg. *kruik*. Angl. *crock*, *cruk*. Gall. *cruche*. L. B. *croceus*. Appellatur vas idem *krus*, ex diverſa forte literæ *c* in aliquot linguis pronuntiatione.

II. Metaphorice ita dicitur homo ignavus, qui primo attactu corruit & animi frangitur. Simili fere translatione utuntur Galli.

KRUM, curvus. Obſoleſcere vox illa incipit in L. Suiogothica, non prætereunda tamen reſpectu late ſparſæ illius familiæ. C. B. *crwmm*, *acbrwm*. A. S. *crumb*, *crump*. Al. *crumpb*. Belg. *krom*. Germ. *krumm*. A Græco γυρὸν, curvum, deducit Wachterus, neſcio quam

quam feliciter. Credi poſſet, a Lat. *camurus*, per tranſpoſitionem noſtram vocem effictam: Fenn. *kymæræ*, id. Quidquid ejus ſit, habemus hinc derivata *krumma ſig*, quod dicitur de equis, ubi ſuperbiunt, in arcus formam colla ſinuantibus, & de quolibet ſuperbo, qui ſe diligenter circumſpicit. *Krumſpång* metaphorice dicuntur ſtrophæ, metaphora ducta a re venatica, & quorundam animalium flexuoſo curſu.

KRUS, urceus. A. S. *crecbe*, *cruſe*. Angl. *cruſe*. Belg. *kroes*. Germ. & Sorab. *krus*. Fenn. *kruus*. Gall. *creuſequin*. v. Dict. Etymol. nec non *cruche*. Videri poterit, *kruka* & *krus* unam eandemque vocem eſſe, ex ratione, quam nuper dedi. Græcis κρωσσὸς denotat ampullam fictilem, vel, ut Eustathius ait, κεράμειον, κρατῆρα ὕδατος. Vid. Junius ad Willeramum, p. 197. Wachterus derivat a Celtico *croth*, quod ventrem notat, ob figuram vaſis, ventri ſimilem.

KRUS vocatur omne id, quod criſpum eſt, unde *kruſig*, criſpus. C. B. *crych*. Belg. *kroes*. Germ. *kraus*. Lucem neſcio an voci noſtræ foeneretur Gr. κροσσὸς, quod notat fimbriam ſeu villos, qui veſtibus prætexi ſolent: vel potius, quum Galli *crepu* dicant, ant. *creſpu*, annon ejusdem originis ſit ac Latinorum *criſpus*, poſterioris ſyllabæ aphæreſi?

II. Metaphorice ita dicuntur verborum calamiſtri & ad decipiendum compoſitæ ſermonis veneres: unde *kruſa*, ficta in verbis civilitate uti. Contra vero *kruſigt huſwud*, conſentientibus pluribus dialectis Gothicis, notat hominem moroſum.

KRUSERING, I. Reg. 7: 24. notat ſculpturas ſtriatas, ut habet Verſio Vulgata.

KRUSBÆR, uva criſpa. Galli *groſeilles* hunc fructum nominant, Angli *gooſberrie*, quod tamen depravatum putat Junius, pro *groisberry*, utpote quod ad Gallicismum propius accedit. Ex eadem ratione facile crederes, nec noſtram vocem intaminatam eſſe, ſed dixiſſe forte majores noſtros *grusbær*, ab acinis, quorum copiam hic fructus habet.

KRUT, pulvis pyrius. Plenius olim dictum fuit *böſſekrut*, quemadmodum Belgis *buſſekruyt* & Danis *byſſekrud*, Germ. *zundkraut* in uſu eſt. Denotat vero proprie glaream aut ſabulum, quippe quam forma ſua refert flagellum hoc generis humani, de cujus prima inventione eruditam diſſertationem edidit H. Gram, vir omni laude major, in Actis Hauniensibus.

KRUT, herba. Hymn. Eccl. *Thet är ſå mycket thet onda krut*, mala herba invaluit. *Ondt krut förgås ej*, zizania non marceſcunt. Al. *chrut*. Belg. *kruyt*. Germ. *kraut*. Originem ducit vel a χόρτος, gramen, herba, vel a Gothico *gro*, Al. *gruan*. Prius vult Junius ad Willeramum, p. 134, poſterius vel utrumque potius Wachterus: utrumque dico, putat enim a Gothica hac radice Græcam vocem progerminaſſe.

II. Ut veterum pharmaca & aromata ex herbis varie præparatis fere conſtabant, id quod in vocibus *gräs*, *ört* & *krydda* partim probatum dedimus, partim ſumus daturi; ita *krut* quoque pro pharmaco ponitur. *Råttekrut* eſt pharmacum, interimendis muribus præparatum.

KRYCKA, furcula, ſubalaris, cui innituntur infirmi. Al. *crucke*. Belg. *krucke*. Germ. id. Angl. *crutch*. It. *croccia*, *gruccia*. De origine vocis duas offendimus opiniones: altera eorum eſt, qui a Latinorum cruce voculam hanc formatam putant, cuique patrocinatur ſonus & forma tranſverſi ligni ad angulos rectos: altera Junii eſt & Wachteri, qui Scythiæ eam vindicant. Mœſogothi, qui pro *k* litera aſpirationem ſæpe ponunt, baculum *brugg* appellant. Marc. 6: 8. *cricce* in L. Anglo-Saxonica ſcipionem nec non grallam notat, *crycce* lituum apud Somnerum. (Conf. Gr. κηρύκιον, quod non tantum caduceum, ſed etiam pedum paſtorale denotat.) Ego omnia hæc a C. B. *crwca*, incurvus, nata facile credidero. v. ſupra in *krok*.

KROKLOKARL in Lege Dal. p. 10. eſt homo membris captus, aut præ ſenio decrepitus. Dan. *krökkemand*. Latini imbecillem dicunt, quaſi qui in bacillis ambulat. Hunc, quum ſe ipſe defendere nequeat, lex peculiarem in tutelam ſuſcipit. Monere juvat, per contemtum *en krycka* eum dici, qui ignavus eſt, & nil animi virtutisve habet.

KRYDDA, herba. Belg. *kruyt*. Germ. *kraut*: plura attulimus in v. *krut*, quæ alia hujus facies eſt. Hinc hortum, ubi olera ſeruntur, *kryddgård* appellamus, *kryddſäng* pulvinum vel areolam.

II. Ex ratione, quam nuper dedimus, notat etiam aroma, ciborum con-

condimentum. Chron. Rhythm. *min.* in *Præfatione:*

Ther wäxa uti the öſwermärkes kryde,
Som wäl ſmaka i bäkar och i gryte:
Ibi creſcunt aromata exotica,
Quæ potus noſtros & cibos condiunt.

Eſt hinc, quod *kryddbod* tabernam aromatariam ſignificet, *kryddkrämare*, mercatorem aromatarium, *kryddwin*, vinum conditum.

KRYG vel *kry* dicitur de ſenibus, quibus adhuc genua virent, vel etiam de ægrotis, quorum vires convaleſcunt. *Han är ännu rätt kry*, adhuc vegetus eſt. Boreales Sueci pro eo *kny* uſurpant. Sed arbitror, veriorem eſſe noſtrum pronunciandi modum, quippe quem firmat Celticiſmus. Apud Cambros enim *crai* recentem notat, *cryf* viribus valentem, cui adde *gwrygio*, valere, ex morbo convaleſcere. Neſcio, an huc aliquo modo pertineat Latinorum *crudus*, quod de ſene uſurpatur, cujus humores naturales & agendi vires nondum exaruere, metaphora deſumta ab arboribus. Notum eſt illud Virgilii:

Cruda Deo viridisque ſenecta.

KRYMPA, contrahi. Iſl. *kropna*. Belg. *krimpen*. Angl. *crumple*. Germ. *krumpen*. A notione curvi & tortuoſi, hoc verbum formatum vulgo creditur, forte nec male.

KRYMPLING, paralyticus, cujus membra ita contracta ſunt, ut ambulare nequeat, ſed reptando ſe promoveat. C. B. *crupl*. A. S. *creopere*, paralyticus, apud Somnerum. Iſl. *krymplingr*. Heims Kr. T. II, p. 121. Dan. *kröbling*. Angl. *criple*. Belg. *kreupel*. Germ. *kruppel*. Scotis *crupel* notat furcam ſubalarem, cui innituntur pedibus capti. Suethica vox radicem *krympa* agnoſcere videtur, cui adjungo genium L. Alemannicæ, ubi paralyticus ſemper *krumb* appellatur. v. Rhythm. de S. Annone. §. 45. & Otfridum pluribus in locis; ceteræ *krypa*. Utrumque ſenſus æque admittit. Nimium vero divertit Junius, qui a κραιπάλη, crapula, vocis etymon peti poſſe autumat, ut proprie eum notet, cujus veſtigia præ ebrietate vacillant: quid enim opus, ut in diverticula tranſeamus, ubi regia via nos ad ſcopum ducit? Ceterum inobſervatum dimitti non debet, apud Hesychium γρυπαίνειν & γρυμπαίνειν explicari συγκάμπτειν, contrahere, atque inde originem ducere γρυπάλιον, ſenecio, qui greſſum ægre molitur. Boxhornius a Gothica voce lucem fœnerari poſſe putat *crupellariis*, a C. Tacito in *Annal.* Lib. 3: 43. commemoratis, quos ait *inferendis ictibus inhabiles*. v. Origg. Gall. p. 21.

KRUMPNA, contrahi. L. Birc. c. 14: 6. *Hwgger man finger hanz, ſwa at han krumpnær æn a lowæ*: ſi quis digitum alterius ita cædat, ut in volam contrahatur. Hinc *krompen*, Luc. 13: 11. συγκύπτουσα.

KRYMPA, pannum humectare. v. ſupra in *kram*, humidus.

KRYPA, repere. A. S. *crypian*, *creopan*. Al. *krepan*. C. B *croppian*. Iſl. *kriupa*. Angl. *creepe*. Belg. *kruypen*. Gall. Ant. *grapir*, *croupir:* non a κρύβδην ἰέναι, clanculum progredi, ut vult Helwigius, ſed a Lat. *repo*, cui *k* præmiſſum eſt. *Krypa ur ſkinnet* dicitur de iis, qui præ gaudio luxuriante ſui quaſi impotentes ſunt. Eſt hoc loquendi genus ab ultima antiquitate repetendum. Latini pari modo dicunt, *intra ſuam ſe pelliculam continere*, de quo v. Erasmi *Adagia* & Hartungi *Decur.* apud Gruterum in *Face Artium*, Tom. 2. p. 728. Leibnitius, ab hac noſtra voce Gallicum *crapaud*, bufo, derivat, in *Celticis* p. 9. idque ob rationem ſatis manifeſtam, tardigradum nempe inceſſum.

KRYPE, tuguriolum, tanquam quod non gradiendo, ſed reptando intrari queat.

KRYSS, crux. Uſurpatur tantum ſub hoc habitu in formula *krypa till kryſſe*, ad crucem reptitare, quæ fundamentum habet in judicio crucis, quod ſub medii ævi tenebris in uſu erat. v. Becmanni *Diſſ.* de *Judiciis Dei*. Germani pari modo dicunt *zum creutze kriechen*. v. ſupra ad v. *kors*. Alius plane originis vox eſt, dum infantem exilem & tenuis ſtaturæ appellamus *ett litet kryſſe*, uti ego ſuſpicor ab Angl. *criſoms*, quod, Skinnero auctore, denotat infantem abſque baptiſmo mortuum, ab It. *creſima*, Gr. χρῖσμα, unctio; quod etymon, ſi verum eſt, videtur proprie aliquando denotaſſe infantem, nuper ſacro oleo inunctum poſt baptiſmum.

KRYSTA, premere. Ulph. *kriuſtjan*. Iſl. *kreiſta*, nec non *þriſta*. v. Verelius in *Indice*. Angl. *thruſt*, pellere, trudere. Ejuſdem familiæ eſſe videntur, quæ ſupra attulimus, *kras* & *kroſſa*.

KUBB, truncus, lignum breve & craſſum. C B. *kwf*. Hib. *ceaf*. id. Iſl. *kubbr*

Digitized by Google

kubbr, unde *kubba*, in truncos diſcindere. GUDM. ANDREÆ, *Lex. Iſl.* p. 153. conferendum vult Gr. κύβος. Diceres, eo proprie intelligi partem arboris abſciſſam, a κόπτω, ſcindo.

KUDDE, ſacculus, pera. C. B. *cod*, *cwd.* A. S. *codd*, *ceod*, *codde*, *letbercoddas*, bulgæ. Si JUNIO fides, ita dictæ a κώδιον, pellis ovina, unde præcipue ſacculi forte facti. Et hanc facile videmus primariam fuiſſe vocis ſignificationem, quæ deinde pluribus aliis objectis, peram quoquo modo referentibus, applicata fuerit. Sic *kudde* vocatur culcita, hoc eſt, ſacculus plumis refertus. Iſl. *kodde.* Eſton. *kotti.* v. MOLLERI *Deſcript. Eſt.* p. 251. L. B. *cottum.* Gall. *coite*, quam vocem H. STEPHANUS derivat a κοίτη, lectus; alii a κοττὶς, caput. WACHTERUS etymon ponit Alemannicum *kutten*, claudere.

II. Folliculus piſorum, fabarum &c. *Ertkuddar.* A. S. *coddas.* Angl. *coddes.* Germ. *ſchoten*, præfixo *ſ.*

III. Scrotum. Belg. *kod.* Al. *bodon.* Germ. *boden.* v. VOSSII *Etymol.* in *cudo*, *culus* & *culeus.*

KUFL, pallium vel cucullus viatorum, & inprimis eorum, qui faciem hoc velamento tegere voluere, ne agnoſcerentur: alias *dularkufl.* Hinc *kuflungar*, cucullati, i. e. Monachi. quod nomen per contemtum datum JONÆ illi vel JOHANNI, qui ſub adventum SUERRI, relicto Monaſterio, throno Regio apud Norrwegos imminebat. v. TORFÆI *Hiſt. Norrw.* P. IV. Lib. I. c. 2. Cognata ſunt C. B. *cwl*, *cwfl*, *cwccul.* A. S. *cufle*, *cugle.* Al. *cucale*, quibus adde Gall. *coqueluchon*, & Angl. *cowle*, de quo JUNIUS in *Etymologico.* In GLOSSIS FLORENTINIS penula explicatur *cugil chozzo.* Belgice *kowel* notat capitis tegmen, *kowelwagen.* currum tectum. Sax. *kobel*, vitta. v. MYLIUS, in *Archæol.* Hiſce in ſummam collectis, videri poterit, *kufl* dictum pro *kukl*, a *cucullus*, quo in tenebris uſi fuiſſe narrantur veteres, qui agnoſci nolebant. JUVENALIS, *Sat.* 8.

Quod ſe nocturnus adulter
Tempora Santonico velat adoperta cucullo.

LAMPRIDIUS in ELAGAB. *cucullione tectus, ne agnoſceretur.* De vocibus *kokla*, *kunckla* & *gyckla*, quæ omnes decipere, fucum facere denotant, v. ſuis locis.

KUFWA, ſupprimere, inſultare. Ps. 106: 42. Iſl. *kufwa*, *kuga.* BIBL. ISL. LUC. 3: 4, *kugud onguan, nie giorid oriett:* neminem percellite, nec quempiam injuria afficite. HEIMS KR. *Tom.* I. p. 299. HAREKR *baſþe ei kugaſt latid til þeſſ at taka wid Chriſtni:* HAREKR non vi ſe adigi paſſus fuiſſet ad amplectenda ſacra Chriſtiana. Conf. OL. TRYGGV. S. *Edit. Skalb.* P. II: p. 105. Inde eſt, quod hominem imbellem & cujus capiti omnes tuto illudunt, *kujon* appellare moris eſt, quaſi *kugbjon.* Gall. *coyon*, unde *coyonnerie*, ignavia. It. *coglioneria.* Angl. *coward.* id. Hiſp. *covarde.* Gall. *couard*, quas voces dum ad ſuos fontes reducere conantur exteri eruditi, meras & inſipidas nugas offerunt. conf. SKINNERUS & COVARRUVIAS in v. Cognatum videri poſſet Latinum *cogo*, quod dum colligere notat, commode a *coagere* natum videri poteſt, non item, ubi idem eſt ac vi ad aliquid adigere, ut ſupra ad vocem *bekaja* monuimus. v. TAUBMANNUS ad VIRGILII *Æn.* I: v. 109. Hoc vero noſtrum haud dubie cognatum eſt Gothico *qwæſwa*, *kæſa*, ſuffocare, quod ubi conſulis, *kufna* invenis, quod eſt ſuffocari.

UNDERKUFWA, vi ſibi ſubjicere, ſubjugare.

KUFFA, verberibus inſultare, frequentativum verbi prioris *kufwa.* Angl. *cuff.* Apud ULPHILAM *kaupatjan* eſt colaphos ingerere, quod ad eandem hanc familiam non male referri videtur.

KUGG dicitur prominentia, qualis eſſe ſolet in rotis horologiorum, machinarum hydraulicarum, &c. ubi hi tuberculi oppoſitis crenis ſe inſinuant, & ita motum ſuum communicant. Angl. *cog*, *cog of a miln-wheel.* Crederem pæne, *kagg* & *kogg* unius ejuſdemque radicis ſurculos eſſe: illud illuſtris apud noſtrates familiæ, cujus inſigne gentilitium plures ſtrias acuminatas præfert, hoc navis nomen eſt, quod acuminatum roſtrum illi indere potuit. Sed utrumque conjectura eſt, quam nemini obtruſero.

KUKELURA familiari ſermone eſt otiari, deliteſcere. *Han ſitter heimma, och kukelurar*, domi reſes eſt. Belg. *kokeloeren.* Iisdem *kokeloer* eſt homo ignavus & lucem publicam reformidans, quem FR. JUNIUS nomen accepiſſe putat ab Hiſp. *cacarol* vel *caracol*, cochlea, quum id animantis genus intra ſuam teſtam fere maneat. v. *Etymol. Angl.* in *cock*, & adde IDIOT. HAMBURG. p. 143.

 quam

quam vocis derivationem mirifice confirmatam credidi, ubi in Hans Ströms *Söndmörs Beſkrivelſe*, p. 181. vidi, Norrwegos etiam cochleæ genus *kukkeluur* nuncupare. Italice *ſtar coccolone* eſt conquiniſcere.

KUL, ventus acrior & cito tranſiens. Iſl. *gol*. Angl. vet. *gale*, *gale of wind*. Absque his ſi eſſemus, a frigore nomen hoc ortum putaremus.

KULA, globus. Germani *kugel* dicunt, a quo nos primum *kugla* dein *kula* formavimus. Germani etiam rotundum *keulich* nuncupant. v. 2. Reg. 7: 41. *Kugel* illud a κύκλος formatum putant Etymologi.

KULA, tuberculum: *ſtöta ſig en kula i pannan*, caput impingere, ita ut tumor ibi exoriatur. Fenn. *kuhlo*, tumor, apud Juslenium.

KULA, antrum, ſpecus. Belg. *kuyl*, *kyl*, ſpelæum, ubi quid occulitur. Saxon. *kuble*. A Bensonio *ceola* ſtega vertitur. Vide Morhof. *de L. & Poëſi Germanica*, & Idiot. Hamb. p. 143. Nominis ratio petenda videtur aut a cavitate, quemadmodum Festus caulas a forma cava dictas docet, quum antiquitus ante uſum tectorum oves in antris clauderentur. Græci κοῖλον cavum appellant, quorum *k* Gothi exteri in *h* mutaſſe dixeris. Joh. 11: 38. *hlaiw was hulundi*, ſepulcrum erat ſpelunca; aut etiam ab actu occultandi, quo ducunt plurima priſci ſermonis veſtigia. Latinos veteres *culo* uſurpaſſe, teſtimonio eſt ſuperſtes *occulo*. Iſl. *hulin*, occultus. Græci recentiores munimenta & antra κȣλα appellant. v. Stadenii *Expl. Voc. Bibl.* p. 346. Confer Gr. γωλεὰ, ſpelunca, luſtrum.

KULL vel **KULLE**, vertex, ſummitas hominis. C. B. *cwll*. Iſl. *kollr*. Latinos haud abſimili voce uſos fuiſſe, teſtimonio ſunt *calvaria* & *calvus*, ubi notari velim, hoc nomen eum indicare, qui capillis caret, perinde ac apud nos *kulla* dicitur actus calvitiem inducendi vel cæſariem abradendi, uti mox indicabitur. Ab hac voce habemus *falla om kull* vel *falla å kull*, pro quo depravate dicimus *falla i kull*. Galli inde *culbuter* habent, quod Menagius dictum putat, quaſi *buter du cul*; ſed egregie obſervat Wachterus, in v. *kobold*, a capite, non vero a podice nominis rationem petendam. Sueci dicunt *ſtupa kullbytta*.

II. In compoſitione cum verbis idem eſt ac deorſum: *kaſta kull*, dejicere, *falla kull*, concidere. Sic Iſlandi dicunt *detta umkoll*, cadere.

III. Summitas montis. Valet eadem loquendi ratio in omnibus Linguis, ut caput, vertex, ſupercilium montium dicantur altiſſima eorum faſtigia, ſicuti radices a pedibus nomen ſortiri ſolent.

KULLA, verticis capillos abradere. Es. 22: 12.

KULLRA, in orbem ferri, in caput præceps ferri, decidere cum impetu. Conf. κυλλέω, volvo. Germ. *kullern*. v. Idiot. Pruss

KULLIG, KULLOT, ἄκερως, qui cornibus caret. *Om kullig ko bade horn*, *ſtötte hon alla ihjäl:* ſi vacca, cornibus carens, cornutam frontem haberet, omnes feriret. Mira eſt Græciſmi harmonia: κόλος enim in hac lingua dicitur cornibus carens, Laconice κόλορ vel κύλορ, unde κυλορύζειν. v. Hesychius in ἀποκολορύζειν, p. m. 449. Hinc κολέω, decurto, κόλȣσις, decurtatio. Vide Lexicographos. C. B. *kwla* eſt qui auribus caret.

KULL, proles ejusdem conjugii. Ant. *koll*, *kolder:* ita dicuntur infantes, qui ex eodem patre matreque geniti ſunt, &, ubi de cohortis avibus aliisque ſermo eſt, pulli, quos eadem mater excluſit. Westg. L. *Ärfd. B. Tha ſkal hin ælſti kolder hoſkipti kræfiæ:* tum primi matrimonii infantes diviſionem bonorum poſcent. Habemus hinc *ſamkullar*, qui utrumque parentem communem habent, *ſunderkullar*, qui alterutrum vel neutrum. D. Car. Fr. Liungberg, in *Criſi Linguæ Suecanæ* p. 66. *kull* a *qwed*, uterus, derivandum putat, cui tamen etymologiæ literarum non alternantium ratio omnino refragatur. Si conferantur illa, quæ ad vocem mox ſecuturam *kulla* diſſerimus, inveniemus, partus notionem huic familiæ propriam eſſe, cui alludit Ebræum חיל, parturiit. Iſl. *kylla*, gignere, parere. v. Verelii *Index*, in v. *ſtradfiſki*.

II. Proſapia, cognatio. SkåneL. *om Arf*, c. 53. *the ſom neſtæ mæn ære i therræ kwl:* qui proximi ſunt cognatione. Et hæc forte vocis ſignificatio alterius genetrix eſt.

KULDSHWARF, quando inter pariendum cum fetu mater emoritur: qui terminus in tabulis Legum vetuſtarum conjungi ſolet cum *kiolshwarf* & *kulshwarf:* hoc eſt, quando parens cum ſobole in eadem domo igne comburitur, illud, ubi in eadem navi ambo pereunt, ut ſuis locis docetur.

KUL-

Digitized by Google

KULFISKE nominatur in LEGE HELSINGICA *Wid. B. c.* 14. *Far man i kulfiſki watnum annars.* LOCCENIUS, in *Lex. Juris* interpretatur ſtagnum, lacunam; ſed malim intelligere de piſcatura, ad alterius littora inſtituta, ubi piſces gregatim confluunt ad genus ſuum multiplicandum. Conſentit VERELIUS in *Indice.*

KULLA, virgo, puella. Apud Dalekarlos inprimis hoc vocabulum in uſu eſt, olim toti Sueciæ familiare. Eſt hinc, quod MARGARETA, INGONIS IV Regis Suionum filia, FRIDKULLA appellaretur, hoc eſt, pacis conciliatrix, quum MAGNO Regi nuptui data putaretur a fatis deſtinata, quæ quietem Boreæ redderet. OL. RUDBECKIUS derivat ab obſoleto *kull*, mas, vir, unde *bærkulle*, vir, vel dux exercitus, Latinis *Hercules* dictus: quo eodem ſenſu ipſe *Atl.* Tom IV: 372 dicit: ATHINS *ſon war kuller før the andra Gudarna:* Filius ATHINI dux erat ceterorum Deorum. ERICUS BENZELIUS, Upſalienſium ArchiEp. litteratiſſimus, virgines hoc nomen adeptas eſſe putat, a nudo capite, quum crinibus in nodum colligatis uterentur, non ut Matronæ vittis vel calanticis tectæ. v. ſupra in *kull* De his penes Lectorem judicium eſto Ego hac voce proprie ad ætatem reſpici putavero, quod ut credam, faciunt ſequentia:

Child, Angl. infans.

Chula, Hiſp. puer infans.

Kullt, Sueth. puer, & catachreſtice porcus nondum juſtæ ſtaturæ quem *cuddens* apud Taxandros dici ad vocem LEGIS SALICÆ *tertusſus* notat WENDELINUS.

Colt Anglice vocatur pullus equinus. A. S. id.

KUMMEL a nautis appellatur acervus lapidum, in vadis congeſtus, ut moneat præternavigantes, ne eo curſum dirigant. In genere notare videtur quamvis lapidum congeriem: unde multa habemus prædiorum nomina, *kumla* dictorum. Manifeſta harmonia cum Latino *cumulus.*

KUMMEL, teſſera: unde *boskummel*, ſignum, quod rebus animatis inanimatisque imprimere ſolent patres familiarum, ut ab aliis dignoſcantur. UPL. L. *Wid.* B. c. 17. Gothlandi hodieque *kymmel* hoc ſenſu uſurpant, & *kymla*, ſignum imprimere. *Herkuml* eſt teſſera militaris. VEREL. A. S. *cumbol*, *cumble*. Al. *cumbal.* Conf. HICKESII *Gram.* A. S. p. 150. Credidero facile, pro *s* veteres *c* repoſuiſſe, quod dein in *k* mutatum fuerit, atque adeo a Græco σύμβολον vocis originem petendam.

KUMMIN, cuminum A. S. *cymen.* Al. *chumi* Germ. *kummel.* Gr. κύμινον. Ebr. *cammon.*

KUNCKELFUS, præſtigiæ, offuciæ. *Göra kunckelfus,* doloſis artibus aliquem confundere. Utuntur eadem voce Saxones aliique Germaniæ incolæ, teſte RICHEJO, in *Idiotico Hamburgenſi:* qui vero, dum noſtram vocem a Latino *confuſio* derivatum it, tota errat via. *Kunckla* apud veteres Scandinaviæ incolas idem erat, ac offucias facere, decipere. Scriptor Danicus, in DANSKE MAGAZIN, Part. II. p. 157. *Kunde wi all then gandſke werd bekunkle*, ſi toti mundo fucum facere poſſemus. Pro eo alias *kockla* dicere ſolemus, *kockleri*, præſtigiæ. Al. *caucler*, præſtigiator. Germ. *gauchler.* Belg. *koickler.* Lat. *cauculator*, de quibus ſupra in vocibus *gyckla* & *kuſt* nonnulla monuimus. Altera vocis pars eſt *fus*, citus, velox, quum præſtigiæ pernices digitos requirant.

KUNNA, ſcire. UPL. L. *Kirk*, B. c. 13. *Giör owormagbi ſwa, wari ſaklös, thy at ban igh bæter kunni*: ſi infans id fecerit, inſons habeatur, quia melius non norat. Credidero, ut ſciendi vocabula ad vires phyſicas non raro traducuntur, hoc eſt, idem notant ac poſſe, valere; (Conf. Lat. ſcire & Gall. ſavoir) ita primum hunc fuiſſe noſtri vocabuli valorem. Gothis exteris certe *kunnan* eſt ſcire, noſſe, *kunnum*, ſcimus, JOH. 7: 27. *kunnutb*, ſcitis, JOH. 14: 4. A. S. *cunnan.* C. B. *gwnn*, quibuscum convenit HESYCHII κόννειν, ſcire, intelligere.

KUNNIST, ſcientia, hodie *konſt*, quod ſuo loco require.

KUNNOG, ſciens, peritus. Speciatim apud Iſlandos notat magicarum artium peritum KNYTL S. p. 4. HARALD *K. baud cunnugum mannum*, HARALDUS Rex rogavit hariolos. Hinc *fiollkunnog*, id. quaſi diceres multiſcius.

OKUNNOG, ignarus. Oſtrogothi per craſin *oknug* dicere ſolent, quibus etiam familiare eſt, *oknut* appellare ſpectra. AngloSaxonum *uncutb* ignotum denotat, unde eſt hodiernum *uncoutb*, de quo conſule Lexicographos.

KUNNOGA, notum facere. CHR. RHYTHM. p. 350. A. S. *cunden.* Ulph. *kannjan* JOH. 17: 26. *Gakannida im namo theinata. jah kannja*, notum feci eis nomen tuum, & notum facio. Iſl. *kynna.*

Digitized by Google

na: Gudm. Andreæ: nec non diſcere. v. Samson Fagras S. p. 6.

KUNSKAP, notitia. Germ. *kundſchafft*, unde *kunſkapa*, ſpeculatorem agere.

II. Poſſe, valere. Al. *chunnan*. Germ. *können*. Angl. *can*. Belg. *konnen*.

III. Memoriter noſſe. *Kunna ſin læxa*, penſum ſuum literarium ex memoria recitare poſſe. Angl. *conn*, id. Sic dicimus *kunna viſor*, cantica recitare poſſe.

KUNNA, animatum eſſe. v. infra in *kynne*, indoles.

KUPA, tuber, tuberculus, quicquid convexum eſt. Hinc *bummelkupa* eſt congeſtæ terræ acervus, cui inſeruntur lupuli radices. Indidem eſt *kupryggog*, gibbus, quaſi qui dorſum convexum habet. Gr. κυφὸς, incurvus, cui alludit Latinum *gibbus*. Itali *cuppolo* appellant tectum convexum.

II. Bulla, qua teguntur litteris appenſa ſigilla. Chron. Ep. Linc. p. 105.

Han en ſkrift i waxkupan lade,
At han war twingad til thet han giorde:
Schedula bullæ cereæ inſerta teſtabatur,
Coactum ſe eſſe ad hoc faciendum.

KUPA, aggeſta terra circumdare, ut e. g. hortulani braſſicam.

KURA, clanculum delitefcere, ut ſolent ſe ſubducentes, & quævis latibula petentes flexo poplite conquiniſcere. Iſl. id. Angl. *cowre*, in talos deſidere. C. B. *cwrrian*. v. Richardi *Theſaurus*. Eſt ludus, quem omnes pueri noſtri norunt, quique *kura och göm* dicitur, ubi dum oculos unus avertit, ceteri latibula petunt, ibidem quærendi.

KURBITS, cucurbita. Al. *curbiz*. Perſ. *korbos*.

KURRA triviali ſermone lectus dicitur. *Krypa ur kurran*, lectum relinquere. Iſl. *kor*, id. Egla. *Grata oc leggiaſt i kor*, præ dolore lecto affigi. v. Wormii *Lex. Runic.* p. 65.

KURRA, murmur edere: ita dicimus *thet kurrar i magen*, ſtomachus latrat. Germ. *kurreln*. v. Idiot. Pruss. Iſlandice *kurra* eſt fremere, ut ſolet turba murmurans & indignabunda. Hinc *korrofullr*, indignabundus, apud Dikmannum, in *Ant. Eccl.* p. 224. Ejusdem familiæ eſſe dixero Gallicum *courroux*, ira, fervor.

KURRANTSA, flagris cædere. Saxonicum vel ſaltemcum Saxonibus commune eſſe, ex Idiotismo Richejano comperi; p. 109. ſed a quo fonte promanaverit, non æque.

KURTEIS, qui concinnis moribus præditus eſt. Occurrit vox illa ſæpiuſcule in Hiſtoriis Iſlandicis, civitatem ad boream adepta, una cum aliis terminis technicis haſtiludii veterum. Utuntur certe eodem ſenſu Angli *courteos*, Galli *courtois*, Itali *corteſe*, Hiſp. *cortez*; quæ omnia ortum ducunt a *court*, aula, ut ab *hof*, *höfwiſk* & *hoflig* formata novimus.

KURTELAS, acinaces. *Hiſt.* Sigismundi, Tom. I. p. 424. *Hær berættas* Ulfsparren *manligen haſwa brukat ſin kurtelas och ſidowerja*: hic Ulfsparrius viriliter uſus dicitur acinace & enſe laterali. Eſt Gallica vox *coutelas*. Belg. *korteleſſe*.

KUSE, vitulus. Hinc *Julkuſe* dicitur panis, qui ex antiquo more in formam vituli, Diis Gentilium conſecrati, efformatus, ſub feſto Juliorum menſis apponebatur, de quo multa habet Auctor Atlantices. A *ku*, vacca, prognatum, auctore Runolpho, tradit Verelius.

II. Metaphorice ita dicitur vir, qui ſuper alios imperium affectat, qui ceteros in ordinem cogit. *Han ær kuſen för them*; illi nemo reſiſtere audet. *Hiſt.* Alex. M.

Thet ær ok ondt i thy huſe,
Ther ängin är rätzl eller kuſe:
Male in illa familia agitur,
Ubi nulla eſt reverentia, nemo qui imperet.

Sed aut fallor, aut hoc alterius radicis eſt.

KUSK, auriga. Proprie ipſum carpentum videtur denotare. Gall. *cocher*. Hiſp. id. Ital. *cocchio*. Angl. *coach* Hung. *cotczy*. Belg. *koetſe*. Germ. *kutſche*: qui vero ejusmodi vehiculum dirigit, Anglis *coachman* dicitur, quod brevius aliæ linguæ reddidere, ut Galli *cocher*, nos *kuſk* dicentes. Cujus vero originis ſit, dictu difficile eſt, quum ignoremus, cujus populi inventum ſint camerata hæc vehicula. Latinum facit Menagius, & quidem longo circuitu a *vehiculum* formatum, Junius paulo minus operoſe Græcum, ab ὀχέω, veho, Wachterus Germanicum, a *kutten*, tegere, Lye Belgicum, a *koetſen*, cubare, ut proprie lecticam ſignificet. Prætereo alias aliorum conjecturas.

KUSKA, aurigare, item præcipiti curſu vehi.

KUS.

Digitized by Google

KUSKA, blanditiis aliquem lactare, ſermonis illecebris permovere. WESTG. L. *Th. B.* c. 6: 1. *kuſkær Hærazhöfdingr næmdena, at wærjæ nokot maal*: ſi Judex Aſſeſſores ad aliquem liberandum blando ſermone perpulerit. Conf. ÖSTG. L. *Edz. B.* 17: & 25. Servant idem vocabulum vicinæ nationes. Norrw. *kouſka*. Conf. Germanicum *koſen*, ſermocinari, *liebkoſen*, blandiri. Gall. *cauſer*. Al. *choſon*. v. JUNIUS ad WILLERAMUM, p. 116. RICHEJUS, in IDIOT. HAMB. p. 78. notat, apud Saxones *begöſchen* idem eſſe, ac amico ſermone perſuadere, quod noſtro huic affine eſſe, crediderо. Dum vero ille vocem a *goos*, anſer, oriundam tradit, extra orbitam vagari videtur. Apud Fennonas *coſen* eſt puellam ambio, quod negotium, ſi quod aliud, verborum veneres requirit.

KUTTRA, garrire: dicitur proprie de tetraonum cantu, & metaphorice de voce qualibet ſtridula & crebro repetita. Angl. *chatter*. Belg. *kateren*. Germ. *kuddern*, quod frequentativum eſſe a *quæda*, canere, credit WACHTERUS.

KYA Uplandis dicitur ſeptum in agris, ubi æſtivo tempore includuntur animalia. Vocatur idem *caeor* apud Cambros, idque a radice *cau*, includere, unde Gallicum *cay* vel *quay* eſſe, docetur apud DU FRESNIUM, in *Gloſſario Lat.* Tom. II. p. 464. Plura huc pertinentia videri poterunt infra ad v. *qwia*, & ſupra ad *bekaja*.

KYCKLING, pullus gallinaceus. A. S. *cicen*. Angl. *chicken*. Belg. *kiecken*. De antiquitate nominis teſtatur HESYCHII κικκός, gallus, & κίκκα, gallina, quibus concinunt A. S. *cocc*. Gall. *cocq*. & Fenn. *kucku*. Dalm. Pol. *kokos*. Hung. *kakas*.

KYFFE, tuguriolum. A. S. *cif*, tabernaculum. C. B. *cyfod*, habitatio. Germ. *küfe*, *kufe*, apud WACHTERUM. Dicitur alias cognata voce *koſwa*, de qua ſupra nonnulla diſſeruimus: addimus nunc tantum, quod apud HESYCHIUM κυπαὶ explicentur αἱ ἐξ ὕλης καὶ χόρτε οἰκήσεις casæ ex materia lignea & fœno: an a חפף texit?

KYLA, refrigerare. Angl. *chill*. Al. *kualen*, *gikualen*. OTFRIDUS Lib. II. c. XIV: 32. Pertinet ad eandem familiam, ac ſuperius *kall*. Latini vocis hujus initium mollius efferunt in *gelo* cognatisque.

II. Frigore adurere. *Kyla ſig*, frigore membrum aliquod lædere, adurere. Gall. *geler*. Angl. *chill*, unde *chillblaine*, pernio. Sueth. *kylſår*.

KYLLER, thorax e coriis alcium aut id genus animalium confecta. De vocis origine duas vidi opiniones: altera WACHTERI eſt, arbitrantis, Germanicum *koller*, vel, ut nonnulli pronuntiant, *goller*, vocem eſſe Latinam *collare*, paululum inflexam. GUDMUNDUS vero ANDREÆ obſervat, Iſlandica *kyl* & *kyller* proprie notare culeolum, verendis tegendis adaptatum, qualem in antiquis tabulis videmus. Ita forte affinitatem habuerit cum Latiali *culeus*.

KYNDELMESSA, Feſtum Purificationis, alias *Kyndersmeſſa*, & antique *Quindersmeſſa*, ÖSTG. L. B. B. c. 13: 1. Angl. *candlemas*, a *candle*, quod eſt Latinorum *candela*, A. S. *candel*. Al. *chandal*, *kentil*. Iſl. *kindell*, v. GUDM. ANDREÆ, p. 144. It. *candela*. Gall. *chandelle*. Lapp. *kintel*. Fenn. *kyntilæ*. C. B. *canwyl*. Videmus per omnes fere Europæ partes ſparſa noſtræ vocis veſtigia: ſed cui linguæ primæ debeantur partes, in incerto eſt. Pro Latio pars maxima Eruditorum ſententiam dicit, ortamque vocem docet vel a *candeo*, quod inter alia ſplendere notat, vel a γανδᾶν, γανᾶν, quod HESYCHIO idem eſt, ac λάμπειν, ſplendere. DAVIESIUS, monente JUNIO, Cambricum vocabulum deducit a *cann*, albus, & *gwyll*, tenebræ, tamquam rem, quæ lucere facit tenebras. Mihi viſum eſt, aliunde quam ex Gothiſmo, vocabulum hoc illuſtrari commodius non poſſe: *kinda* enim in Lingua Iſlandica & hodieque apud ruricolas noſtros accendere notat: *kinda eld*, ignem ſuſcitare. v. VERELIUS. C. B. *cynnew*, *cynne*. Angl. *kindle*, *cindle*. Latini, deperdita vera radice, *accendere*, *ſuccendere* ſervarunt: quibus adde *cicindela*. Conferatur SERVIUS ad ÆNEID. I: 727. Germani tædas, quibus ignis accenditur, *kien* appellant, & ipſum urendi actum Græci καίειν. Sed ut ad noſtram vocem revertamur, nomen feſtum hoc a candelis accepit, ſive quia tum ingens cereorum copia templa illuſtrabat, ſive quia hoc Feſto conſecrabantur cerei, per totum annum ſacris uſibus adhibendi. v. DIKMANS *Ant. Eccleſ.* p. 96, qui ſimul obſervat, alio nomine diem hunc *ljusmeſſa* a noſtratibus dictum fuiſſe, apud Iſlandos *kertameſſa*.

Digitized by Google

KYNDELTHINGI, conventus hoc tempore indictus. Upl. L. *Kon.* B. c. 10. Verelius, in *Indice*, credit, vocem hanc ortam eſſe a *kunna*, indicere, quod tamen non approbo.

KYNDIG, ambitioſus, qui ſupra reliquos eminere diſcupit. Iſl. *kynduger.* Thorst. Wik. S. p. 107. *Spurdu huada ſtafkallum þetta væri, er ſo voro kynduger:* interrogabant, quinam hi eſſent mendici, qui adeo elate ſe gerebant. Al. *kind*, ambitio: Notkerus Ps. 7: 10. ambitionem ſeculi vertit *uuerolt kind.* Novimus, apud Ulphilam *kindins* pro Principe accipi, cujus elati mores macula notari potuere. Cambrice vero *cyndyn* ſignificat contumacem.

II. In Scriptis medii ævi vafritiem fere indicat. Interp. Euang. Manuscr. *Han nythiar alla ſina kyndoghet thertil, at han moghe göra ſkada:* omnem ſuam calliditatem in id impendit, ut lædere poſſit. *Vita* Anscharii p. 35. *for kyndoghet ſkuld*, propter aſtutiam.

KYNNE, indoles, ingenium. *Ondt kynne*, malum ingenium. Alias *okynne.* v. L. L. B. B. c. 47. Ut Latinæ, quas attuli, voces, hæc a gignendo, illa ab obſoleto olendo, quod *συνώνυμον* erat, orta ſunt; ita hoc cognationem habet cum A. S. *cennan*, generare, unde Sueth. *kyn*, *kön*, genus.

KUNNA, animatum eſſe. Iſl. Id. Heims Kr. Tom. I. p. 331. Leifur *kunni þui ſtorilla*, Leifurus id indigne tulit. Volsunga S. *Seig oſs illa kunna henne meini*, dic nos illius infortunio male affici. Heims Kr. T. II. p. 388. *þat er ſva ſagt, at han kunni þui ſva illa, at han gret:* dictum eſt, eum id adeo graviter tuliſſe, ut ploraverit. Superſunt hujus ſignificationis veſtigia in vocibus *warkunna*, *miskunna*, miſereri, & Iſl *fyrerkunna*, in malam partem accipere.

KYPARE, cellarius, qui curam cadorum vinariorum in popinis gerit. Proprie vietorem notat. Belg. *kuyper.* Radix Anglica *coope* notat vaſa coaſſare, quam a Cambrico *cyfa*, integer, & *cyfhau* vel *cyfannu*, conſolidare, in unum compingere, non infeliciter deducit Junius, in *Etymol. Anglicano.* Gothlandis. *kypa* eſt aquam haurire urceo vel alio quocunque inſtrumento. A. S. *cyf* vel *cyfe* vas eſt, Angl. *cowp*, *coope.* Al. *cuphe.* Belg. *kuype.* Gall. *cuve.* Hiſp. *cuba.*

KYRKA, ant. *kirkia*, ædes ſacra, templum: metaphorice uſurpatur pro cœtu fidelium & ſtatu Eccleſiaſtico. A. S. *cyric*, *cyrc.* Al. *chirich.* Belg. *kerk.* Germ. *kirche.* Angl. *church.* Manifeſtum eſt, nos ab AngloSaxonibus, una cum vocibus ritualibus aliis non paucis, hanc quoque accepiſſe: ſed undenam illi eam habuerint, non æque certum eſt. Communior tamen eorum opinio eſt, qui in animum inducunt, a *κυριακὸν* veteres ſuum *cyric*, dempta terminatione, formaſſe. Et certum quoque eſt, ſolennem hanc olim fuiſſe templorum appellationem, uti fide Hiſtoricorum novimus, Constantinum omnibus, quæ conſtruenda locavit, templis hocce nomen dediſſe. v. Binghams *Orig. Eccl.* Lib. 8: 1. Et hoc quum dubio careat, quid eſt, quod in hac voce, perinde ac in Eccleſiaſticis aliis innumeris, Græcam originem non agnoſcamus? Interim ut pulcrum multis videtur, a communiori opinione quam remotiſſimos eſſe, ita in diverſa hic abiiſſe videmus Eruditos, utplurimum inconſulto patriæ L. ſtudio. In hanc claſſem refero I. Eccardum, qui ab *borg*, *baurg*, quod delubrorum ſolenne olim nomen erat, ut alibi notavimus, noſtram vocem derivat: quæ tamen opinio & a ſono & a veterum Chriſtianorum zelo, paganiſmi nomina peſte pejus abominante, nimium abludit. II. Schilterum, qui Koerberum laudat docentem, *kiriche* a *kiren*, eligere, ortum eſſe, ut proprie notet rem electam, & adeo ex aſſe reſpondeat Græco *ἐκκλησία*. III. Diecmannum & Stadenium, qui ab Alemannico *richi*, regnum, cui cognatum eſt Ulphilanum *reiks*, princeps, A. S. *rika*, Iſl. *recke*, templa nomen accepiſſe putant, præfixo ſolito augmento *chi* vel *gi*, & hoc ex illa ratione, quod Eccleſia regnum eſt Chriſti. IV. Lipsium, qui a forma circulari ædes ſacras appellatas putat, quum *cirb* circulum notet, *umbicirb*, id. item circumcirca. V. Wachterum, qui exin, quod Helvetii hodieque *kilch* dicunt, & etiam apud veteres Alemannos eadem vocis forma occurrit, ut dum apud Notkerum Ps. 74: 9. legitur *dar hus daz uns heilich chilcha*, ibi templum, quod ſancta eccleſia, & in Inſcriptione Symboli Alemannici apud Goldastum, *cry dir alten kilchin*, ſymbolum veteris eccleſiæ, ſinceriorem hanc vocis hujus formam eſſe autumat, eamque haud diverſam ab illa, quæ

Digitized by Google

quæ in Codice Argenteo reperitur, *kelik*, *keliku*, quæque turrim notat, Marc. 12: 1. & Luc. 14: 28. *kelikn gatimrida*, turrim ædificavit, nec non pro illo coenaculo, ubi ultimam coenam aſſumſit ſanctiſſimus Salvator noſter, *taikneith izwis kelikn mikilata*, monſtrabit vobis coenaculum grande. Arbitratur vero doctiſſimus Wachterus, in memoriam ſacri hujus actus, omnina templa hoc nomen retinuiſſe. Conf. Stadenii *Expl. Voc. Bibl.* p. 35. Non diffiteor, ſpecioſa hæc eſſe, ſed neſcio tamen qui fiat, ut primæ ſententiæ lubentius adhæream. Poſt has etymologias, opus non eſt, ut inficetas aliorum conjecturas recenſeam, uti dum alii ab Ebræo קרא, convocavit, alii aliunde noſtrum hoc derivant.

KYRKEGÅRD, coemeterium. Angl. *church-yard*. Germ. *kirchhof*, olim *frithof*, a pace peculiari, qua fruebantur ibi omnes. De voce *gård*, quæ primo ſepimentum vel maceriam, & deinde aream incluſam notat, ſupra a nobis dictum eſt.

KYRKOHERDE, Paſtor Eccleſiæ. Duplici ratione hodie pronuntiari ſolet *kyrkoherde* & *kyrkoherre* vel *kyrkherre*. Utrumque ſua ſe ratione tuetur. Quod enim ad hoc attinet, novimus, vigente Hierarchia Eccleſiaſtica, titulum *herre*, qui alias non niſi præcipuæ dignationis viris & Equitibus Auratis tribuebatur, illis cum Eccleſiæ Antiſtitibus fuiſſe communem. Et huc facit, quod in vetuſtis Diplomatibus nec non Legibus patriis expreſſe *kyrkoherræ* ſcriptum legamus. v. Lit. Magni R. ad finem Leg. Birc. p. 21. St. L. *Köp.* B. c. 6. & L. L. *Gipt.* B. c. 8. Et huic conſuetudini loquendi tribuimus, quod in aliquibus Germaniæ partibus ab Eccleſiæ membris Paſtores vulgo *der Herr* nuncupentur, & in Belgio, retenta Latina voce, *Domini*. Non fuit igitur, cur Dom. Arnell, in *Notis* ad Jus Civ. p. 465. *kyrkoherre* pro *kyrkoherde* per errorem irrepſiſſe putet, quum utrumque olim æque obtinuerit, quemadmodum in *Dialogo* Laur. Petri de *Miſſa*, p. 82. occurrit *en god herde eller Kyrkoherre*. Belg. Ant. *kerkheer*. Germ. *kirchherr*. v. Haltausii *Gloſſ.* Quod ad alterum attinet, quum nec inſolens ſit, ut Eccleſiæ miniſtri Paſtores eadem metaphora appellentur, qua Reges apud Græcos ποιμενες λαῶν nuncupabantur, nihil impedit, quo minus *herde* Suethice vocari potuerint, uti quoque Anscharius, in *Vita* Ejus p. 55. vocatur *then helghe hyrden*. Sed hac ſtante ſignificatione, non tam templi, quam eccleſiæ & ſibi commiſſi gregis paſtores appellari debuiſſent. Licet enim *kyrka* pro coetu fidelium in univerſum accipiatur, non tamen de ſingulari paroecia uſurpatum facile invenietur. Ut itaque, quid vocis ſit, rite conſtet, ſciendum erit, a voce *hirda*, cuſtodire, obſervare, *herde* derivatum, quod generali ſignificatione cuſtodem denotat, ſpeciatim vero cuſtodem gregis vel paſtorem. Ita *fehirde* denotat theſaurarium, vel ſtrictius divitiarum cuſtodem. v. Danske Magazin, Tom. I. p. 134. Omitto alia. *Kyrkoherde* eadem ratione eſt cuſtos eccleſiæ vel templi, qua, qui ædium ſacrarum curatores erant, apud Latii Juriſconſultos defenſores Eccleſiarum, Gr. ἐκκλησίας ἔκδικοι, in *Pandectis patriis* vocantur *kirkiudrot*, Westg. L. *Kirk. B.* c. 24. *kirkiugömare*, ib. *kirkiuwärjande*, Upl. L. h. t. c. 24. hodie *kyrkowärd*, quæ appellatio ad amuſſim reſpondet Latino Curatus, qui Paſtorum in Eccleſia vetere ſolennis titulus erat.

KYRKOMESSA, encænia, Feſtum anniverſarium, inſtitutum in memoriam conſecrati templi. Östg. L. *Kriſt. B.* c. 22. *den dag ſum kirkiu år wigd a*, verba ſunt Brynolphi, Scarenſium Epiſcopi. Quu quæ ad confluxum populi nundinæ tum fere celebrarentur, hinc apud Belgas *kerkmeſſe* vel *kermeſſe* in genere nundinas denotat. Conf. C. Lundii *Notas* ad Jus Westrog p. 89.

KYRKOGÅNG, ſacrorum frequentatio: ſpeciatim ita dicitur, quando poſt partum puerpera primam Sacerdotis benedictionem accipit, ritu honeſto & Judaico. *Stå utom kyrka* dicitur, quæ nondum limina templi adiit.

MODERKYRKA vocatur eccleſia primaria, Latine eccleſia mater dicta. Ex eadem ratione Galli annexam vocant *la filiale*.

KYSK, caſtus. Al. *chuſkeer*, ſobrius. v. Mylii *Archæol.* p. 36. item *kusgo*. Otfridus Lib. II: c. III: 47. Derivatum arbitror a Lat. *caſtus*, *t* in *k* converſo, cujus mutationis plurima exempla proſtare, ſuo loco obſervavimus. Diſſentit Wachterus, qui a Belgico *kuiſchen*, purgare, mundare, noſtram vocem derivat, adeoque primario ſignificatu puritatem ea ſignificari putat. Sed inverterim ego derivandi modum, & a puritate morum ad phyſicam munditiem translationem factam dixero. Simili ratione a *ſobrius* Germani *ſauber*, purus, fecere: immo in qualibet lingua mundi notio prior quam mundum reddendi. Confirmantur hæc eo, quod in noſtram Linguam non niſi ſerius vox hæc tranſierit, quum caſtitatem prius *renlif-*

Digitized by Google

nad, *boſſámi*, *blygd* &c. In Institutione Regia, ubi morum puritas toties commendatur, nuſpiam, quod ſcio, *kyſk* vel *kyſkhet* occurrit.

KYSSA, oſculari. C. B. *cuſanu.* A. S. *cyſſan.* Al. *cuſſan.* Angl. *kiſſe.* Germ. *kuſſen.* Belg. id. Iſl. *kyſſa.* Cognatum eſt Græcorum *κύσαι*, oſculari. Derivat Wachterus a nomine *kuſs*, oſculum. C. B. *cus*, *cuſan.* Fr. *cuſs.* A. S. *coſs.* Iſl. id. Angl. *kiſſe.* Sueth. *kyſs*: hæc vero omnia a Latino *os*, præfixo *k.* Sed mihi non videtur veriſimile, adeo unanimem eſſe populorum conſenſum de hac protheſi: quin immo illis omnibus Linguis antiquior Moeſogothica intercedit, quæ *kukjan* habet: Marc. 14: 44. *thammei kukjau*, *ſa iſt*, quem oſculatus fuero, ille eſt.

KYTA, mutare, permutare. Iſl. id. *jafnkyta*, par pari referre. Scot. *coſe*, unde *horſecoſer*, equorum mango. Et ut hoc hominum genus fere id agit, ut inter permutandum merces, alios decipiat, hinc *cheat* Anglice decipere denotat. Apud nos non fere in uſu eſt, niſi in illo proverbiali loquendi genere *kyta och byta*, id eſt, res ſuas crebro & inconſulte permutare. Saxones pariter dicunt *küte-büten*, apud Teutonistam *cuyden und buyten*, Dani *bytte och bytte*, quorum prius Gramius pro vocabulo fictitio habet, rhythmi cauſſa adjuncto, ut in *pêlemêle*, &c. v. Idiot. Hamb. p. 29. Dixi, artem veteratorum vitium vocabulo affricuiſſe: antiquo enim tempore ſolummodo primævam mercandi, hoc eſt, merces permutandi rationem forte denotavit, unde apud Dammonios *fiſhchouter* eſt piſcarius, qui piſces vendit, referente Lye, in *Addit.* ad Etymol. Junianum, in voce *ſwop.* Apud Thuringos etiam *kauten* eſt permutare. v. Haltausii *Gloſſ.*

KYTTA, ignem tectum accendere, qualis qui eſt, ſubditur exciſæ terræ apud Finlandos, quo major cinerum copia fruges fecundiores reddat. v. Molleri *Deſcriptio Livoniæ*, p. 251. Si tegendi idea primaria eſt, plurimum affinitatis habebit cum Græco *κεύθω*, occulo, condo.

KYTTLAND, terra, exuſta gleba, ſationi adapata.

Digitized by Google